Notariorum imperitiam incommodam, vnde proborum religio in diſcrimen vocatur ibidem ver. qua ſententia, ibiq; Pice, & Gallo pſitaco voces humanas nullo intellectu exprimentibus, & cantoribus, qui niſi vſu canendi rationem non tenent ſimiles perhibeatur.

297 *Oppoſitio. Conſenſum in eo videri, qui contrà producta in iudicio non opponit, limitatur nu. 300. & in ver. conſentire, in ver. tacentem.*

Conſentire eum intelligi, qui in ſcripturam productam non opponit. ibidem, limitatur num. 300. & in ver. oppoſitio. & in verſi. tacentem.

Tacentem in iudicio pro conſentiente haberi. ibidem limitatur nu 300. & in verſi. conſentire & in ver. oppoſitio.

298 *Imperfecta probatio ſcripturævè productio momenti cuius non eſt, & num. 300. & in verſicu. editio. Probatio. Producta.*

Probatio imperfecta euadna. ibidem, & nu. 300. & in ver. editio imperfecta Productio.

Productio imperfecta fruſtra fit. ibid. & nu. 300. & in verſ. Editio. Imperfecta. Probatio.

Editionem imperfectam bono cui non eſſe ibi. & nu. 300. & in ver. Imperfecta. Probatio. Productio.

299 *Approbatio, quæ ex patientia, aut taciturnitate non opponentis deſumitur, ad limites ipſius patientiæ reſtringitur*

tur, & in ver. limitationem. Patientiam.

Limitationem patientia faciendam, ne vlterius progrediatur, quam paſſus quis eſt. ibi. & in verſi. Approbatio. Patientiam.

Patientiam ad id limitandam, in quo inuenitur. ibi. et in ver. Approbatio. limitationem.

300 *Imperfectum quod eſt, tale uideri non poteſt, verſic. dici enim.*

301 *Tacitum expreſſo non præſtare.*

Conſenſus ita noxius, ſi ex ſcientia certa præſtatur. ibi. ver. tum deniq; enim, & in verſ. approbationem.

Approbationem pernicialem, ita eſſe ſi ex ſcientia certa ſit. ibid. verſ. tum deniq; enim, & in verſ. conſenſus.

302 *Perfectam in dubio productionem intelligi, & in ver. præſumptio ad perfectum.*

Præſumptio ad perfectum applicatur, vt perfecte quid actũ credatur. ibi. & in ver. perfectam.

Plus in bonis eſſe ab eo probandum, qui id aſſerit. ibi.

303 *Bartolus conſilij mali, & ſaluti pernicioſi incuſatur.*

304 *Decius ex fide Bar. non vocat. ver. Decius plane.*

305 *Diligentiam in dubio præſumi.*

306 *Dubitandi ratio, vel ridicula potius afferenda, quam quod ratione nulla æditam legem dicamus, & in verſic. rationem.*

Rationem ineptam admittere, quam vt ſine ratione quæ condita lex dicatur, tollerabilius. ibidem, & in verſicu. dubitandi.

307 *Expenſis litium declinandis legem ſtudere, & in verſicu. litium.*

Litium ſumptus quod poteſt, lex prohibet. ibid. & in verſ. expenſis.

308 *Editio legatario niſi de parte teſtamenti non fit, quæ ad legatum pertinet.*

309 *Editionem à productione differre, & in verſicu. Productionem.*

Productionem aliud, atq; æditionem eſſe. ibidem & in verſi. Editionem.

Editio vox generalis, quæ ad productionem etiam ſpectat. ibid. ver generalis tamen.

310 *Editionem inſtrumenti totius iudici fieri an oporteat, cum niſi ex parte producentis litigatoris non intereſt, atq; ideo niſi ex parte æditio ei à notario non fit cumulate vbi Bart. contradictio.*

Commentarij in Rubri. ff. de oper. nou. nunciat.

QVIBVS Initium datum Taurini eſt die 10. Nouembris 1567. Papiæ primum enarrari cœpti die 7. eiuſdem 1559. & die 2. Decembris prælectione decima ſeptima abſolu̇i in Monte ceinde Regali repetitio rubricæ inſtaurata die 22. eiuſdem 1563. Ante quippè interpretandi iure de lite academiæ interdictum.

Glo. rubr. huius in partes tres ſecatur. In prima opponit, & ſoluit. In ſecunda rationem affert, quam ob rem volumini, digeſti noui initium datum a titulo hoc ſit de op. noui nuncia. In tertia rationem ipſam limitat, aut declarat. Secunda ibi infra de verb. oblig. Tertia ibi in hoc tamen eſt affinis, vel melius obiectioni tacitæ in tertia occurrit, vt inferius videbimus. Partis igitur primæ exponendæ cauſa, accuſabilis voluminis huius compoſitio, aut ordinatio vide-
1 tur à Iuſtiniano facta. Quoniam † ordinem in re omni fieri collocanda oportet, vt ſuis quæque locis diſponantur. l. 2. ff. de ſtatu homin. l. 1. in princip. ff. de poſſeſs. hæredi. peti. l. 1. ff. de fideicommiſs. hæredi. peti. l. 1. in princ. ff. de pecul. Illa enim verba ordinarium fuit, idem ac illa pellent, ordinis ratio monet, ſeu ordinis eſt, l. & ab ordine commoda omnia pendent, vnde perfectionem res accipit. cap. nihil. Ibi quia nec perfecta videri poſſunt, niſi perfectionis ordine compleantur. 7. q. 1. inde eo melior res habetur, quo ordine maiore præſtat. l. 2. §. 1. ibi rectè atque ordine. ff. ad Velleian. Qua etiam ratione ordine poſt habito, nihil quicquam rectè agi, Bald. ſcribit in tractat. ſciſma. num. 3. verſic. eſt autem ordo. Qui tractar. pone titu. ſedet. C. ſi quis aliq. teſta. pro-
2 hib. Ordo planè ab eo, quod † principale eſt, primordium accipi iubet. l. argentarius. §. ædi. ff. de æden. iuncta. l. cum in diuerſis. ff. de religio. text. hac ſpectat in l. ſi quis, nec cauſam. ff. ſi cert. petat. Rurſus à digniori initium faciendum. l. 1. infra de acquiren. rerum domin. l. 1. & 2. infra de albo ſcriben. l. fin. C. de tironibus. lib. 12. §. ſingulorum inſtit. de rerum diuiſ. Dignius porro id creditur, quod principalius eſt. Atque ideo ab eo nomen ducitur, ſeu denominatio fit. l. ſi in emptione in princip. ibique Bart. ff. de contrahen. empt. l. tenetur. §. 1. ff. de actio. emptio. cap. ad quæſtiones de rerum permu. Bartol. in l. 1. ff. de rerum permu. in l. Ariſto. in princip. de donatio. Alexa. in conſi. 119. num. 3. lib. 5. Quod locum tum etiam obtinet, cum dignius natural rei eſt, quod alij accedere ceu principali videtur. d. l. ſi in emptione in princip. verſicu. nec refert l. cum aurum. §. fin. ff. de auro, & arg. legat. §. ſi tamen alienam purpuram inſtitut. de rerum diuiſ. cap. ſuper eo de præben. lib. 6. Dec. in cap. quanto in ſecundo nota. de iudi. Corſer. ſingul. 165. lego vxori.

Sed enim ordinis huius ratio, vt à principali atque adeo digniori volumen hoc inciperet, neglectui hic fuit. Idque oſtenditur, quod partes præcipuæ iuris
3 † totius digeſtorum ſeptem perhibentur. Ex quibus inter volumina duo anteriora. ff. veteris, & infortiati relatæ ſex leguntur. Partem ipſam ſextam titulus poſſidet de bon. poſs ſeptima in titu. inſeritur infra de verbor. obligat. vt Iuſtinianus aſſerit in l. 2. §. ſed cum omnia, & §§. pluribus ſequen. C. de veteri iure enucle. ita pars quæ iuris digeſtorum primaria in volumine hoc ff. noui naſcenti non inuenitur. Quod cũ ita ſit, appoſite, atque ex ordine magis à parte, aut ſexta, vel ſeptima voluminis huius initium cœperat, quę in partibus iuris capitalibus ſunt.

Inde aliud ex alio malum, atque incommodo
4 † vno permiſſo, alia accedunt. l. & ex diuerſo. §. 1. ff. de rei vendicat. l. à teſtatore. ff. de condi. & demonſtr. l. ratas. C. de reſcind. vendit. §. cogitatio, ibique gloſ. in verſic. illicite. in authen. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. Deformitas enim, & altera collocationis titulorum, aut partium iuris cardinalium ex prædictis ſequitur. cum ſub extremo propemodum infortiato pars locata ſexta apparet, in qua bonorum poſſeſſionis tractatus vertitur. Eadem ratione non digne, aut decore ſatis in medio hoc volumine, & in titu. de verb. oblig. pars ſeptima conſtituta, quæ à voluminis capite honeſtius emineret.

Argumentum hoc ineptæ titulorum diſpoſitionis gloſſ. ſoluit ob affinitatem, ſeu coniunctionem ipſam titulorum collocationem eorum defendendo, & quidem quod ad partem ſextam de bon. poſſeſſ. attinet, non ineptæ in loco poſita memorato videtur, quod ſi titulos ſuperiores ſpectamus, in quibus legatorum tractatus diſeritur, in obſcuro affinitas, aut coniunctio non eſt. Quatenus, & in legatorum tractatu, non minus prætor, atque in bonorum poſſeſſionibus interuenit. Ex ædictis quippè prætorum titu. conſtant, vt lega. ſeu fid. nomi. cauea. vt in poſſeſſ. lega. Quam affinitatem Imola hic ita in fin. obſeruat, & per eam ab Angel. oppugnatione gloſſ. defendit, vt quamuis generaliter de affinitate bon. poſſeſſionum cum legatis gloſſ. dicat, titulos tamen non

com-

Digitized by Google

complectatur de legat. 1. 2. & 3. æ dicta in quibus prætorum non verſantur. Cum Imola, Horman. hic ſent. num. 31. Mentem hanc glo. in verbis ijs in hoc tamen eſt affinitas, vt obiectioni tacitæ occurrat, Bar. hic interpretatur, de quo tamen plenius infra nu. 274. verſ. plura adnotanda.

Obſeruatione non indigna Imolæ inſpectio ad
5 glo. defendendam eſt. ex qua † id colligitur, reſtrictio-
nem verborum generalium ad ea faciendam, ad quę
adaptari poſſunt. namq; & ſi maxime affinitatem in-
ter bonorum poſſeſſiones, & legata quantum ad ius
prætorium generaliter glo. commemoret, attamen
quia ad titulos de lega. 1. 2. & 3. accommodari affini-
tas hæc nequit, ad titulos prædictos, vt lega. ſeu fid.
nomi. cauea. & vt in poſ. lega. affinitatem reſtringen
dam, quæ à glo. expreſſa generaliter eſt, Imola ſcribit
cum niſi ad eos non applicetur. ad quam ſententiam
tex. confert in l. verum. § ſi communi ſeruo. ff. pro So
cio. in l. ſi ſeruus ff. de autori. tu. in l. Gallus §. 1. in fi. ff.
de lib. & po. in l. ſi quis ita ff. de condi. inſti. l. hæredibus
§ fi. ff. ad trebel. l. ſtipulatio iſta §. hi qui 2. infra de verb.
obli. l. item ſi ſeruus infra de ſtipula. ſeru. & hoc genus.
de quibus infra nu. 31.

Non modo autem, cũ titulis memoratis, vt lega.
ſeu fid. nomi. cau. vt in poſ. lega. affinitatem titulus, &
tractatus partis ſextę de bon. poſ. habet, ſed, & cum ti-
tu. ad trebel. in quo de hæreditatibus traditum fidei-
commiſſarijs legitur, affinitas hæc contingit. fideicom
6 miſſariam enim † hæreditatis petitionem, quæ a iure
ciuili prodita atq; ex trebelliano eſt. l. 1. ff. de fideicom.
hæredi. peti. & bonorum poſſeſſori. ob fideicommiſ-
ſum vniuerſale auctori ſuo relictum prætor tribuit.
l. 3 ff. co. tiu. ita in trebelliano. etiam de fideicommiſſis
vniuerſalibus ędicto prætoris partes accedunt.

Cauſa eadem tituli de l. falci. videtur, vt ſocietate
quadam cum bonorum poſſeſſionibus deuinciatur.
qua enim ratione affinitatis vinculum inter legata, &
bonorum poſſeſſiones ex titu. oſtendimus, vt lega. ſeu
fid. no. cau. & vt in poſ lega ita ad l. falcidiam proten-
di vinculum ipſum oportet, per quam, refectionem
legata patiuntur. Vnde cauendi onus, de quo in titu.
vt lega ſeu fid. no. cau. & miſſionis in poſſeſſionem ius,
de quo in d. titu. vt in poſ. lega. 1. a prætore compara-
tum legi ipſi falcidiæ ſubijcitur. quia vlterius ob legata
cauendum, aut in poſſeſſionem eorum inducendus
quiſpiam non erit, ꝙ falcidiæ ratio ferat. ita ius illud
prætorium circa cautionẽ, & miſſionem in poſſeſſio-
nem ob legata inſtitutum ſecundum modum intelli-
7 gi oportet, qui per † legem coarctatus falcidiam eſt.
arg. l. labeo §. 1 ff. de arbitr. l. ſed, & ſi manente ff. de
precar. l. cum ſtipulatus ſim mihi à proculo infra de
verb obli. l. legem C. loca. c. à multis de æta. & quali. c.
miramur de ſeruis non ordi. glo. in c. de multa in ver.
eandem. de præben. & in clem. 1. in ver. ſacerdoti de
offi. vicar. quibus in locis habetur, ex qualitatibus ſuis
omnibus factam extenſionem intelligi. de quo etiam
apud Bar. in l. 1. § & poſt operis num. 5. infra eo. Alex.
in conſi. 106. num. 23. lib. 3. & quamquam in proro-
gatione tex. loquũtur, rationem tamen eandem exten
ſio habet, cum aliud prorogatio, ac extẽſio nõ ſit. idq;
in ſpecie Ruin. obſeruat. in conſi. 37. num. 11. lib. 3. prę
toris igitur edicta, de quibus in titu. prædictis, vt lega.
ſeu. fid. no. cau. & vt in poſ. lega. ad naturam, & qua-
litates eorum ſecundũ l. falcidię modũ referendo, con-
ſortium quoddã inter bonorum poſſeſſiones, & l. falci
diam habere apperet.

Alter etiã coniunctio hęc inter l. falcidiã, & bo-
norum poſſeſſiones declaratur. ꝙ a legatis, & fideicõ-
8 miſſis ſingularibus † falcidia dependet, & introducta
ob ea eſt. eam ob rem. quę cum legatis, & fideicõmiſ-
ſis ſingularibus familiaritas bonorum poſſeſſionibus
eſt, ad legem ea falcidiam, quę inde pendet, non
teſt non porrigi l. 3. §. fi. ff. de lib. & po. l. 3. §. fi. ff. de iniu-
ſta. l. 3. §. fi. & l. ob inteſtato ff. de iure codi.

Affinitas hæc in titulis etiam reperitur de rebus
dubijs & de condi. & demon. ad legata enim, & fidei-
commiſſa omnia, ad inſtitutiones, & omnia ſub teſta
mentis comprehenſa dubitationum explicationes.
conditiones, & modi pertinent. ita quæ cum legatis
& fideicommiſſis bonorum poſſeſſionibus coniun-
ctio eſt, ad titulos etiam memoratis pertinebit, qui ad
materiam ipſam legatorum, & fideicommiſſorũ ſpe-
ctant. per ea, quæ dicta mox in falcidia habemus.

Apparet ex his, partem ſextam iuris florum, quę
à titu. de bon. poſſeſ. incipit, à titulis alienam ſuperio-
ribus, non eſſe. Ad quos mediatè ſaltẽ quadrat. Atq;
ideò ratione non mala cum titulis ipſis ſuperioribus
non etiam in voluminis limine partem ipſam ſextam
conglutinatam. cognationes enim, affinitates & con-
iunctiones immediatè, aut proximè omnes non
ſunt. aliæ alijs propinquiores, & vlteriores

Quocircà inter titulos affines, cognatos, & coniun-
ctos tit. ipſum de bon. poſ. conſtituendũ non ab re cõ
pilatoribus viſum. ceterũ ſi in capite voluminis huius
partis ſextæ locatus titulus fuerat, qui de bonorum
9 inſcriptus poſ. eſt, Diuulſio atq; diſiunctio † durior affi
nium factu, & cognatorum fuerat. a qua natura ipſa
abhorret l. ſi domos §. aut confiteatur ff. de leg. 1. l. vxo-
rem §. concubinę ff. de lega. 3. l. quæſitum §. ſed an in-
ſtrumenti verſi. vxores quoq; ff. de fundo inſtr. l. pen.
C. con. vtr. iud. de quo Bar. hic meminit.

Quid ita porrò a parte ſeptima, & tit. de ver. obl. vo-
lumen hoc non inceperit, rationem glo. hic ſubdit. ꝙ
in libellum exiguum volumen hoc abierat, atq; ideo
a quantitate aliorum diſtaret, quorum ſimile eſſe de-
cuit. ampliora enim parte dimidia, quam hoc, volumi
na alia, ac veteris atq; infortiati inuenirentur, ſi a titu-
lo de verb. obliga. initium volumen hoc acceperat.
tantam porrò voluminum difformitatem ferendam
viſum non eſt arg. l. iam hoc iure ff. de vulga. & cum
10 fraternitatem † quandam obtineant, & eodem flo-
rum iure compoſita, æqualitatẽ ſeruari inter ea opor
tuit l. inter filios. ibiq; glo. & Bald. C. famil. hær. l. cum
oportet verſi. ſic etenim C. de bonis quæ lib.

Roget hic aliquis, arg. quidem confutatum quo
initium voluminis huius a parte, vel ſexta, vel ſeptima
capiendum dicebatur. at enim difficultas adhuc, & al-
tera hæret vnde factum ſit, vt a titulo hoc de op. noui
nuncia. potius quam ab alio volumen hoc inceptur.
rationem initij huius in parte ſecunda glo. ſubijcit. ꝙ
diſcreta, atq; ſeparata omnino materia hæc nuncia-
tionis noui operis, a titulis memoratis apparet de
bo. poſ. de legatis, & fideic. tã ſingularib. ꝗ vniuerſalib.
atq; titulis alijs, quos ad ea pertinere oſtendimus. pro
inde a ſpecie alia penitus diuerſa appoſitè, & rectè ma
gis volumen hoc a Iuſtiniano cœptum. vt ſicut nouũ
11 atq; diuerſum ab alijs conſtat, ita † a materia origi-
nem diuerſa caperet l. fi. ff. de calum. l. cum actum ff. de
neg. ge. l. papinianus exuli. ff. de minor. l. ſi domus ff. de
ſerui. vrb. præd. l. nam ſatis §. 1. ff. quem. ſerui. amit. l. de
bonis in prin. ff. de carbo. ædic. c. ſi eccleſiam de conſe-
cra. eccleſ. vel al. lib. 6. & hoc genus. de quibus infra
num. 27.

Sed enim rationi obſtare memoratæ videtur. ꝙ
ſub parte ſexta titulus hic, & ſequentium turba aduſq;
titu. de verb. obli. continentur. atq; ideo continuatio-
nis, & ordinis cauſa facit, vt alienum, & diuerſum pe-
nitus a titu de bon. poſſeſ. eſſe titulũ hunc non conue-
niat d. l. 2. ff. de ſtatu homi. & hoc genus. obiectioni
huic tacitæ in parte tertia glo. reſpondet. alienam titu-
li huius ſpeciem a titulis penitus ſuperioribus non eſſe
inter quos, & ſi non in ſpecie, in genere tamen con-
uenit, & in genere affinitas intercedit. quæ a iure ipſo
prætorio ducitur. quod æque in titu. hoc de op. noui
nun-

Digitized by Google

nnncia. atq; in titu. vertitur de bon. poſ. ita iuris vtrubiq; prætorij tractatus incurrit. Immo enim ab edicto ipſo prætoris auſpicium Vlpianus capit. in ſpecie plane, affinitatis quicquam inter titu. de bon. poſ. & hunc de nunciatione noui operis non contingit. quo fit, vt eodem quidem modo, hoc eſt iure prætorio materia vtraq; bon. poſſeſſionis, & nunciationis noui operis diſeratur, at non ad eundem modum, cum ad ſpecies, & tractatus diuerſos, ius ipſum prætorium ſpectet.

Differre in explicatione hac inter verba illa eodem
12 † modo, & ad eundem modum gloſſ. ſentit. ita vt eodem modo verba per ablatiuum ad qualitatem iuris. Ad eundem modum in accuſatiuo ad iuris ipſius materiam referantur. ſed enim ex textibus vna ſimul coniunctis differentia hæc infringitur hoc eſt in l. cum mandato ff. de minor. iuncta l. mutus in prin. ff. de procura. In d. l. cum mandato per caſum ablatiuum verba illa referuntur, cum eo modo potius maiori conſuleretur. Quæ in eundem ſenſum expreſſa ſub accuſatiuo ſunt in d. l. mutus. mutus, & ſurdus per eum modum, qui procedere poteſt, procuratorem dare non prohibentur. gloſæ etiam diſcrimini tex. aduerſatur in l. poſthumus in fin. princ. ff. de inoffi. teſta. Cuius verba hæc ſunt. ſimili modo, & eum qui poſt teſtamentum matris factum exceſo ventre extractus eſt, poſſe queri dico. verba illa ſimili modo in ablatiuo, ſenſum eundem habent, quem gloſſ. noſtræ verba per accuſatiuum, ad eũdem modum. Quoniam ad querelam eandem in ſpecie, non ad ius quod in genere relatio eorum fit. ex tex. etiam diuerſitas hæc inter ablatiuum, & accuſatiuũ euertitur in l. Aħteius in prin. infra de aqua plu. ar. ibi quamuis per eam cauſam aqua pluuia inferiori noceat. verba illa per eam cauſam, idem ac illa pollent per eum modum. At enim non minus per ablatiuum ſenſus idem rectè exprimetur, quamuis eo modo, aut ea de cauſa inferiori aqua noceat. eodem & illud ſapientis pertinet, exemplo ſimili ne te derrideat alter. Quæ verba ſenſum eundem, habent, quem accuſatiuo gloſſ. tribuit. Ideſt ne ad eundem modum ab altero riſum patiaris.

Quocirca diſſimilitudinem hanc inter verba iſta ablatiui, & accuſatiui caſus, ad verba magis quam ad rem ſpectare liquet. Atque ideo appoſitè magis ſcripturam gloſſ. fuiſſe, affinitatem hanc inter titu. noſtrum, & eum, qui de bon. poſ inſcribitur, circa modum, aut qualitatem iuris in genere verſari. ꝙ prætorium vtrubiq; ius contingat. In materia plane, aut ſubiecto diuerſitatem inueniri. Alia enim bon. poſſeſſionis, atq; nunciationis noui operis materia. vberius tamen de verbis his eodem modo, & ad eundem modum cum Bar. inferius videbimus num. 6. verſi. ſecundum hoc iſta materia. l.

13 Ex gloſſ. hac ampliatio iuris illius † vulgatiſſimi percipitur. Cum titulis titulos aptè ita componendos, vt proximis ſequentes reſpondeant, & cum titulis tituli ordine coniungantur d. l. 2. ff. de ſtatu homi. & alia apud nos relata in rubri. ff. de lega. 1. in princip. & quæ de ordine ſeruando notata ante ſunt. cum niſi ordinis cauſa continuatio non exigatur. vt neceſſarius tum quoq; ordo is continuandi videatur, cum a parte qua principali tituli vnius tractatus incipit. idq; non obſcurè gloſſ. ſentit, quæ in eo laborat, vt oſtendat, titulum illum de bonor. poſſeſſio. In quo pars ſexta atq; vna ex partibus iuris ffotum. præcipua vertitur, a titulis alienam ſuperioribus non eſſe, verum affinitate cum eis coniungi. Atq; ideo diſtrahendam ab affinibus, & cognatis non fuiſſe. Affinitatem plane cauſam ob aliam niſi continua-
14 tionis gloſſ. non obſeruat. Ita cauſam † ſpectando, propter quam factum quid eſt. l. cum hi §. in cauſa ff. de tranſactio. l. dotem. ff. ſolut. matrimo. l. legata inutiliter. ibiq; gloſſ. in verbo. interuenit. ff. de adim. lega. & hoc genus apud nos in reſpon. pro genero num. 192. & in titulis de partibus iuris principalibus neceſſaria continuatio erit.

Videndum in gl. hac. Nanq; ſicut obiectionum, aut quæſtionum plurium ſolutiones adſcribit, ita rationes earum ſubijcit. Hoc eſt cur a parte ſexta principali iuris totius ffforum, volumen incoatum hoc non ſit. Secũda cur nõ a parte ſeptima. Tertio cur a titulo hoc de op. no. nuncia. exordium cœperit. In obiectione aut quæſtione prima rationem affinitatis exprimit. ne vinculum eius rumperetur, quo bonorum poſſeſſionum titulus cum titulis alijs deuinctus ſuperioribus eſt. Atq; ideo ne ſeparationis duricies inter affines accederet. Sed enim ratione hac affinitatis admiſſa, ſub eadem parte ſexta principali tituli omnes congerendi ſuperiores fuerant, affinitas in quibus animaduerſa a gloſſ. eſt. Quod ſicut factum non eſt, ita diſiunctionem conſtare inter eos apparet. An non hoc ipſo diuulſio, & ſeparatio titulorum videtur, quod inter partes diuerſas relati, & ipſas principales ſunt. Ita rationis ſuæ retorcutionem gloſſ. patitur. Atq; illud audire non immeritò gloſſ. poterit, dum vitant ſtulti vitia in contraria currunt. Dum rationem afferre gloſſ. ſtudet, quam ob rem initium volumini huic ff. noui pars ſexta non dederit, quam in affinitate memorata non abrumpenda conſtituit. incommodum, & vitium aliud ſubit. Quo titulorum ſeparatio contingit, quos affinitate inter ſe iungi gloſſ. aſſeruit.

Conſequenter his dicendum, partem ſextam iuris fforum appoſitè magis a titulo noſtro de op. no. nuncia. cœptam. Qui ad voluntatem vltimam non pertinet. & titulum ipſum de bonor. poſſ. ſub parte alia principali relictum, in qua tituli compoſiti affines eſſent.

Secundò in gloſſ. hac obſeruandum. Cum affini-
15 tatem inter † titu. de bon. poſſ. & ſuperiores refert. Namq; legatorum tenus eam admittit. At enim affinitas, & coniunctio hæc, & cum titulis anterioribus videtur. Qui legatorum titulos ante cedunt. Quid autem dicimus, ad titulos legatis anteriores affinitatem hanc protendi. Immo enim, & maior cum titu. ipſis prioribus neceſſitudo apparet. Idq; bifariam oſtenditur. Primum, quod ſi titulum de teſtamen. ſpectamus, quem legatorum tituli interuallo longo ſequuntur, ad ius vniuerſale hoc eſt hæreditatẽ vniuerſam teſtatoris reſpicit. Quod idem, & in bon. poſſeſſione contingit l. 3. in princip. ff. de bon. poſſ. Ita cognatio, & affinitas circa ius vniuerſale inuenitur. Quod aliter in titulis de lega. eſt In quibus legatorum, & fideicommiſſorum ſingulatium ius traditur.

Secundò quia etiam propter teſtamentum bon. poſſeſſio a prætore redditur vt ff. & C. de bonor. poſ. ſecun. tab. Atq; nominatim de bonorum poſſeſſione in titu. anteriori de teſtamen. tradi, ex tex. oſtenditur in l. ſi filius familias eiuſdem titu. Quod non ſimiliter factum in titu. ipſis de lega. 1. 2. & 3. legitur. Rationes has affinitatis maioris inter bonorum poſſeſſiones, & teſtamenta, quam cum legatis, Angelo hic Immola tribuit. & cum nulli Ang. commentarij in rubrica hac appareant, de Ang. ipſo perinde vt præceptore Imolam accepiſſe credibile eſt.

16 Si affinitatem maiorem ex iure † vniuerſali, & bonorum poſſeſſionis commemoratione metimur, mirum ſatis facere nequeo, niſi in titu. de teſta. ius hoc vniuerſale, & mentionis bonorum poſſeſſionis. animaduerſum ab Ang. non eſſe. Quatenus, & ſub titulis alijs non paucis ius hoc vniuerſale atq; ſub expreſſione bonorum poſſeſſionis inuenitur. vt in titu. ff. de lib & poſt. l. ſi ita ſcriptum §. fi. & l. fi. Idem in l. poſthumus ff. de iniu. teſta. in l. ſi quis inſtituatur §. ſi

condi-

conditioni ff. de hæredi.inſti.l.ex duobus §. fi. & l.ſeq.
ff. de vulga. l. quæ ſub conditione, & l.conditiones ff.
de cond. inſti.l. 1.l. ait prætor. & l.penul.ff.de iure de-
liber. l. ſi à milite §. 2. ff.de mili. teſta. l. Ariſto.& l.ne-
ceſſarijs ff. de acq.hæredi.& ll. alijs per multis, quibus
tam de bonor. poſſeſſionibus, quam remedijs alijs
circa hæreditates,atq; adeo iura vniuerſalia à præto-
re introductis memoria habetur.

Argumentum hoc Ang. quo affinitas maior inter
vniuerſalia conſideratur. gloſam non admodum læ-
dit. Quatenus, & in titu. legatorum mentio etiam
eorum fit, quæ vniuerſalia ſunt, ſeu hæreditatem
17 cunctam † aut quotam eius complectuntur. veluti
cum hæreditatem ſolidam partemve eius quis legat.
vt in l.ſi quis ſeruum §. fi. ibiq; Bar. & alij.ff.de lega.2.
Legata etiam vniuerſalia inueniri, tex. oſtendit in
hnam quod in fi.in.l.cogi.§ & generaliter & § ſi quis
l.mulier § fi.ibiq; gloſſ. & Doct. ff. ad trebel. & apud
nos in l. 1.num.143.ff.de lega. 1.

Secundo Ang.tælo negocio haud ita magno gloſſ.
eripitur, Ang. præſupoſitum euertendo. Quo affi-
nitatem inter bonor. poſſeſſiones, & legata particu-
laria non recipit. Immo enim bonorum poſſeſſio-
nis ius ad legata etiam ſingularia trahi, titu. de lega.
præſtan. docet. In quo de legatis præceptio traditur,
quæ teſtamento; per contra tabulas irritato, perſo-
nis quibuſdam legata præſtantur.Ita à bon. poſſeſſio-
ne aliena legata non ſunt ad quem modum gloſæ
patrocinium ſuſcipiendo, defenſionis indigens Imo-
læ non erit. Per quam verba gloſſ. generalia ad titu.
duos memoratos reſtringit. vt lega. ſeu fid. nom.cau.
18 & vt in poſſ. Immo enim † & ad legata ſingularia
rectè gloſſ.verba competunt. Quo caſu reſtrictionem
lex reſpuit l.quiq; §.parentes ff.de inius vocan. l. quos
prohibet ff. de poſtul. vulg l. de precio ff. de publicia.
l.ſi quis ſic ſtipuletur ff. ſolut. matr.l. prætor §.ait præ-
tor. ibiq; Caſtren. infra eo.& hoc genus.Quod in mà-
teria etiam locum odioſa habet l.cum lege.ibiq; Are-
ti.circa prin. ff. de teſta.l. proſpexit ff. qui, & a quibus.
Bar. in l. omnes populi num. 55. verſi. ſecundo caſu
ff.de iuſti. & iure. & hoc genus.& verba generalia re-
ſtringere nihil aliud eſt, niſi ea lædere, & abuſiuè atq;
impropriè intelligere idq; euidenter oſtenditur,
19 quod propriè ſpecies ſuas omnes genus † complecti-
tur l. quæ conditio. ibiq; Soci. ff. de condi. & demon.
l. ſi quid caſti §. inter emptum ff. de lega. 3. l. ſemper
in generalibus infra de reg. iuris. Bar. in rubri.ff. ſolu.
matr.num.12.ibiq; Crot.num.64.Niconit. num.162.
Alex. in conſi. 248. num. 8. lib. 6. atq; præter Bar. &
recentiores, ex gloſſ. id probatur inſti. de dona. in
prin. in ver. & non mortis.itaq; vbi ad ſpecies aliquas
ſermonem generalem coarctamus, citra offenſſio-
nem eius id fieri id nequit.atq; nominatim, ſcriptu-
ræ vim generali fieri, quotiens ad aliqua perſtringi-
tur, Bal.ſcribit in conſi. 371 in volumine capitulo-
rum Sauliani num. 1. poſt med. verſi. & ideo atten-
tis verbis lib. 5. vltra Bal. ex. gloſſ. demonſtratur in l.
non dubium in gloſſ. 2. C. de ll. Bal.ſentit in rubri.C.
de verbo.ſigni.in prin. vbi interpretationem,non ex-
tenſionem ait quotiens extenſio, aut reſtrictio fit.

Conſequenter his dicendum, argumentis, & op-
pughationibus Ang. non egrè gloſſ. & nullo reſtri-
ctionis adminiculo eripi. de vno tamen cum gloſſ.
20 mihi non † conuenit. quod affinitatem bon. poſſeſ-
ſionum cum legatorum titulis conciliando, à titulis
eam remouere alijs videtur l. & ſi ſine §. ſed quod
Papinianus. Ibiq; Bar. in ſecundo nota. ff. de minor.l.
cum prætor ff. de iudi.l. in fideicommiſſi §. cum Pol-
lidius ff. de vſur.l.ex eo.ff.de teſtibus l. quæſitum §. de-
niq; ff. de fundo inſtrumen. l. cum ita . ff. de conditio.
& demon. l. maritus C. de procurator. l. fi. C. de pa-
ctis conuent. c. nonne de præſumptio. c. qualis 25.di.
c. forte 23 q. 4. euiſdem ſententiæ & ius illud vulga-
tum eſt, quod expreſſum non eſt, ſcripturæ non ce-
dere. id quia, & illud expreſſum veriſſimiliter fuerat,
ſi, & ad id animus ferebatur l. ſtichum qui meus erit
ff. de lega. 1. l.vni. §. ſin autem ad deficientis C. de cadu.
tollen. quid aliud enim hoc habet, niſi per expreſſio-
nem vnius, excluſionem alterius fieri. Itaque verbis
diuerſis atque in ſententias diuerſas à Docto. regulæ
efferuntur, vim eandem poſſidet. Sed enim recta ex-
cluſionem hanc titulorum aliorum non eſſe, verum
affinitate cum eius non obſcura, & bonor. poſſeſſio-
nes iungi, teſtatum ante eſt.
21 Tertio principaliter in glo. rubricæ † huius adno-
tandum, continuationis ordinem, & in ipſo libri
initio faciendum. Idque ratione virilioreex gloſſ.
hanc declaratur. cum rationem exprimit; quamob-
rem à parte ſexta de bonorum. poſſeſſ. volumen hoc
non inceperit. Ideſt ne à titulis ſuperioribus, & affi-
nitate coniunctis pars ipſa ſexta diuelleretur. Ita, &
in parte ipſa capitali continuationis ordinem adhi-
bendum, non obſcurè gloſſ. ſentit. ſi in parte princi-
pali locanda, ordinis remitti neceſſitas non ſolet.
Quanto minus neglectiui ordo habendus inter ipſa
libri veſtigia erit. Initium cui pars qua principalis non
tribuit. verum ex partibus ipſis continuatis iniciatur.
De qua re apud nos in d.rubri.ff. de lega. 1.num.2. ver-
ſi. Hoc ita præſuppoſito.

Cæterum quo ſplendidior res diſtinguendo fiat, iux-
22 ta illud † Senecæ Proximum eum veritati eſſe, à quo
diſtinctio recte fit. de quo Bal. meminit in l.ſi ita cu-
ius num. 5. verſi. expedius gloſſ. C.famil.hereiſ. apud
Bal. etiam neceſſitas diſtinguendi commemoratur,
ne ſub æquinoco erremus in l. nequicquam §. vbi de-
cretum in princip.ff. de offi. procon. Quattuor præ-
ter Docto. in ſpecie hac ſpectanda, & diſtinguenda
continuationis cenſui;Principio quotiens inter titu-
los quæſtio eius occurrit. Serie ne cum alijs alios con-
texi oporteat. Alterum ad libri vnius collocationem
pertinet, ordinem ne, & ipſa expoſtulet. Tertium in
partibus ipſis Cardinalibus diſtribuendis vertitur.
Quartum in volumine componendo ponitur. Volu-
men ipſum à libro diſcernendo. ſiquidem non liber
omnibus in volumen abit, quod ex pluribus fere li-
23 bris conſtat. Rectius tamen † & propius pro volu-
mine hoc codicem, aut opus, vt Grammatici vo-
lunt, vſurpabimus. Inter quos etiam de re hac non
conſtat. vt videre apud Lancelo. paſium Ferrarienſem
eſt in opere de literatura non vulgari lib. 10. c. 30.

Circa primum, quod in titulis poſitum continuan-
dis eſt, ordinem in diſpoſitione eorum obſeruãdum,
maior Docto. pars admittit per tex. in d. l. 2.ff.de ſta-
tu homi.in l.cum de lanionis §. aſinam ff.de fundo in-
ſtru. de cuius inductione præter cæteros ſcriptum
apud nos legitur in rubri.memorata de lega. 1. in com
mentarijs poſterioribus. Qui publicè adhuc non ap-
parent. Ibiq; ex tex. alios ſententiæ eiuſdem dedimus
in d. l. 1. ff. de poſſ hæredi. petitio. in d. l. 1. ff. de fidei-
com.hæredi. petitio.in d. l. 2. in prin.ff. de pecul. Qui-
bus in ll.ex ordine titulos titulis, aut tractatus tractati-
bus ſe adiũgere Iuriſconſul. teſtatur. Ad quam ſenten-
tiam tex.etiam conferunt, Quibus ordinem ſequen-
dum expreſſum eſt. Cauſam quippe ob aliam niſi or-
dinis ipſius præſtandi cauſa deſiderari continuatio
non ſolet.

De ſecundo, neceſſarius, & in libris continuandi
ordo nec ne ſit, ea videnda, quæ in rubri. ſcripta me
morata habemus de lega. 1. num. 2. verſi. hoc ita præ
ſuppoſito.

In tertio circa partes iuris præcipuas, ius idem at-
que in libris diſponendis ſeruandum exiſtimo. hoc
eſt vt ad partem principalem, quæ proxima eſt, ti-
tulorum eius ſequentium, & proximorum ratione

non

Digitized by Google

non habita, pars ipſa principalis, quæ ſequitur, accommodetur. Neque refert, titulis omnibus ſuperioribus partis principalis; titulos ſequentes ſub parte ipſa principali compræhenſos,per omnia non reſpondere. ſic quomodo in parte ſexta factum gloſſ. hic docet. In qua tractatus nunciationibus noui operis includitur, qui ad partem ipſam ſextam, niſi in genere non competit. quod prætorium vtrubique ius vertitur. A ſpecie plane, nulla tractatuum affinitas, aut ſimilitudo.

Secundum hæc, alienum a re non erit, diuerſi res generis ſub parte eadem principali contineri. Idque exercitus Caſtrenſis more. Quem in acies tres diuidi mos eſt primam, mediam, & nouiſſimam. Atqui ſua, & diuerſa ſingulis arma eſſe, neque eandem pugnandi omnibus rationem eſſe res ipſa indicat.

De quarto, & vltimo; Qualem voluminis eſſe concinnationem opporteat, gloſſ. hic præſcribit, vt neque maximum neque minimum ſit. Idque in codice hoc ædendo factitatum inde monſtrat, cum rationem reddit, cur à parte initium ei datum ſeptima non eſt. ne anguſtius fieret. Inde ratio duci præter gloſſ. poteſt, cur à bonor. poſſeſſio. codex hic non inceperit, ne voluminoſius ſcilicet euaderet. gloſſ. ita explanata, ad Bartol. ſcripta enarranda aggrediendum, qui ne illotis, quod aiunt, manibus interpretationem ordiri eius videatur, cauſam primum affert, cur ea ante non tradat, quæ in limine ipſo præmitti librorum ſolent. Hoc eſt quod ſubiectum, aut quæ materia eius, quæ cauſa prima, & efficiens, quæve formalis conſtet. Hæc enim eo à ſe præſcripta non eſſe ait, quod iuris totius ſſorum compilationis caput in volumine hoc ſſ. noui non eminet. vt pote quod vltimum iuris eius voluminum eſt. Cęterum ſi primordiorum, aut præmiſſionum hoc genus cognitione, & ſcientia quiſpiam rapitur, ad Dinum is hic. ad Guil. de cu. & à 30. in locis à Bartol. expreſſis adeat. Ipſe vero Bartol. initijs his perinde ac ocioſis omiſſis, ad rubri. tituli primi, voluminis huius, ideſt de operis noui nuncia. deſcendere ſe ait. In quibus verbis inter verba rubricæ ea habere Bar. non videtur, quæ in veſtibulo ipſo adſcripta ſunt, Domini Iuſtiniani. l. Quoniam ſi ad rubricam pertinerent, ineptè ad rubricam titu. prima accedere ſe diceret. quæ à verbis illis incipit de operis noui nuncia. non ab illis domini Iuſtiniani. l. ſed enim in rubri. ipſa diuidenda, & verba illa confert D. Iuſtiniani: quamuis in rubric. ipſa citanda non pronuncientur.

24 Verbis Bartol. excuſatorijs Caſtrenſis. hic † obſtrepit. Bartol. quæ ita loquentem facit, vt caput hic libri non ſit, at voluminis. Qua locutione admiſſa, in eo à Bartol. diſcedit, quod libri hic caput negat. contraquam verbis ipſis expreſſum rubri. legitur. Quibus libris 39. initium in titulo. hoc aſſeritur. In hoc cum Bartol. ſentit quod voluminis caput hic ait. Aliud, credo, Caſtren. agebat, cum Bartolo hic inſultauit, verba cuius ſicut perperam retulit, ita ſenſum eius deprauauit, atque è contrario vertit. & quidem quod ad librum attinet, caput hic libri non obſcurè Bartol. innuit, cum ſe non dicturum ſcribit, quæ in initio aliorum referri librorum ſolent. Ita libri hic initium neceſſariò admittit. Aliter quippe inepta prorſus excuſatio foret. Cur relata ab eo hic non ſunt, quæ in libris alijs incipientibus præmitti mos eſt.

Si dixeris, de libro Bartol. non ſentire, qui codicis pars, aut voluminis eſt, at de codice, aut volumine ipſo. Siquidem niſi in codicis ipſius limine prę ludiorum ſeruari mos non ſolet, in quo etiam ſignificatu libros accipi textus, docet in l. librorum §. primo. ff. de legatis tertio. Reſpondetur, argumentum ipſum retorquendo. ſi niſi de codice, aut volumine toto Bartol. non ſenſit, qomodo de libro codicis. totius parte, qualis lib. trigeſimonono ſſorum in tit. noſtro eſt, Bartolum loquentem Caſtrenſ. facit, An non, & verba hic, & Bartol. ſenſum deprauat.

Non modo autem in libro, ſed, & in volumine, in quo rectè Bartol. ſentire Caſtreſ. ſcribit, vt caput hic voluminis ſit. & verba, & mentem Bartol. Caſtrenſ. offendit. Siquidem de volumine hoc ſſ. noui Bartol. hic non meminit, verum de compilationis iuris vniuerſi ſſorum. capite. Quod hic eſſe inficiatur. vtpote quod digeſto applicatum veteri ſit. Non eo tamen id dicimus, quod voluminis hic ſſ. noui caput non interueniat pro expedito enim id eſt. caput demum compilationis iuris ſſorum hic negatur. Secundum quæ, & in verba, & mentem Bartol. offenſum à Caſtrneſ. liquet. Cum ſententia mea contra Caſtrenſ. & Horman. hic facere poſtea reperi. quamuis explicatim ita non aperiat.

Secundo in diuiſione rubricæ huius à Bartol. facta videndum. Numinis enim ſuperni inuocationem in ea refert. Quam in meo ipſe codice non inuenio. In ſuo eam & Niconit. deſiderat.

Tertiò contra quam proteſtatus Bartol. eſt, factum ab eo videtur. Nam quæ ſi diuiſionem rubri. & facti ſpeciem in Bartol. ſpectamus, culminis imperialis pro cauſa efficienti in parte ſecunda diuiſionis. In tertia cauſa quædam materialis aut ſubiectina. In quinta formalis collocatur. Tantundem à Bartol: præſtitum, & in ipſa facti ſpecie legitur. Atqui verbum ſe de his non facturum dixit. Secundo ſi niſi in tractatus, aut operis totius initio moris hæc præmitti. non eſt. Quomodo de his in volumine hoc meminiſſe Bartol. potuit. quod caput tractatus, aut compilationis non eſſe Bartol. aſſeruit.

Solutio aduerſus proteſtationem factum eo non eſt. quod de cauſa efficienti, materiali, & formali in tranſitu veluti diuidendo, & ex facto proponendo citra excuſſionem, aut præceptionem, memoria
25 habita à Bartol. eſt. Ratio † quippe haberi eorum non ſolet, quæ expreſſa incidenter ſunt. Quare ad ea relatio non fit l. ſi cui ſerui §. ſi à filio ff. de legatis primo l. fi. §. titia Ibique Bartol. ff. de lib. lega. tex. huc ſcitus pertinet in l. nauis aduerſa ff. ad l Rho. de iactu. vbi ob com modum, quod incidenter, aut in conſequentiam quiſpiam ſentit, onus non ſubit de quo textus. Salicet. materia tituli. continuandi Salicet. meminit in rubri. C. de ſeruis fugit. ad ea faciendam continuationem non eſſe, quæ incidenter dicta in ſuperioribus ſunt. Quod idem, & Deci. probat in rubri. ff. de officio. eius in. rubric. C. qui admitti numero decimo. Horman. in rubric. ff. de acquiren. poſſeſſio. num. 4. in fi.

Secundum item argumen. Morem id ferre, vt niſi in ipſo operis totius aditu prælüdia non attingantur. Reſponſione eadem refellitur. hoc eſt eo id pertinere, vt principaliter, atque præcipiendo, aut examinando, & diſceptando præiudia ipſa tractentur.

Quartò in diuiſione rubric. huius videndum, ſibi diſſimilem circa diuiſionem Bartol. videri. Qui in parte vltima rubricæ huius tractatum ipſum ponit de operis noui nuncia. Quod non æquè ab eo præſtitum in rubric. videtur de iuſti. & iure. in parte cuius nouiſſima verba ipſa congeſta tractatus non ſunt. De libro dumtaxat primo meminit. Ibi liber primus. Diſſimilitudinis huius non ægrè defendi Bartol. poteſt. verba illa liber primus ad verba ſeqentia de iuſti. & iure neceſſariò producendo. Quatenus inepta, & inanis penitus libri primi commemoratio ſola apparet, niſi & ſequentia cum eo verba conglutinamus, quæ ad
26 librum. primum pertinent. Hoc ipſo igitur † quod de libro primo mentio fit, & contentum quoque expreſſum videtur l. Publia §. fi. ff. depoſi. vbi qui chirogra-

ſographum confitetur, obligationem confiteri dicitur, quæ comprehenſa ſub eo eſt. Eque qui pignora tabernam ſubijcit, non modo locum ipſum, ſed & merces pignori nectit, quæ in taberna ſunt. l. penult. in princip. ff. de pignor. Cauſa eadem legati menſæ eſt, quod ad vniuerſitatem negociationis trahitur, quæ comprehenſa ſub menſa eſt. l. cum pater §. menſæ. ff. de lega. 2. Inſtrumenti quoque traditio ad poſſeſſionem trahitur, quæ expreſſa ſub eo eſt. Ita pro traditione rei corporalis traditio inſtrumenti erit. l. 1. C. de dona. Bald. in conſilio 175. factum proponitur in hac forma lib. primo. Idque & in ſpecie locum od. oia habet. veluti cum à gradu primo exhæredatio fit, ad hæreditatem enim trahitur, quæ ſub gradu comprehenſa primo eſt. l. non putauit. §. à primo gradu. ff. de bon. poſ. contra tab.

Quinto diuiſioni huic obſtare. Bart. videtur, quod ſeparata verba rubri. de operis noui nuncia. à verbis ſuperioribus videntur Domini Iuſtiniani. l. in quibus nihil aliud niſi finis libri. 38. & initium libri 39. adijcitur. verba porrò rubricæ ſeparatim, & per ſe ſtant, Quam ſeparationem Barto. etiam innuit, cum de rubri. infra tit. 1. meminit. Quomodo igitur ad ſuperiora applicari, & cum eis coniungi à Barto. potuerunt, vt pars ex eis quinta & vltima conſtet. Coniunctio-
27 nem quippe † ſeparata neſciunt. l. qui fundum: §. ſi fundus. Ibi propriam & ſeparatam conditionem habent infra pro emptore. l. inter ſtipulantem. §. ſacram; Ibi ſed hæc diſſimilia ſunt infra de verbo. obligatio. l. 1. 3 § ſi tutor. Ibique Bald. infra iudi. ſolui. l. ſi maritus. C. de donatio. inter virum & vxor. & alia ſupra relata numero 11. Solutio ex his patet, quæ dicta ante ſunt. Hoc ipſo cum ſuperioribus coniunctam rubricam videri, quod libri mentio 39. fit, qui à rubrica ipſa incoatur. Atque ideo ad rubricam ipſam perinde ac contentum refertur.

Si dixeris, ratione hac admiſſa, & titulos omnes libri huius 39. ad diuiſionem hanc, contenti iure pertinere. Reſpondetur, locum argumento in genere, aut mediatè eſſe. quia ad titulos omnes ſub eo comprehenſos liber hic trahitur. In ſpecie planè, aut immediatè rem expendendo, ſub diuiſione hac contineri tituli alij ſeorſum diſtincti nequeunt. verum ad materiam hi continuationis ſpectant.

Sexto in diuiſione hac obſeruandum. Namque materiam ipſam, ex qua ius omne enucleatum ſlorum. conſtat, in parte tertia rubricæ diſponit. Deinde in parte quinta, & poſtrema verba ipſa rubri. de ope. noui nunciatio. conſtituit. Ita verba ipſa rubri. à materia iuris enucleati hoc ipſo diſiungit, quod ſeparatim ea atque in loco ſeparato ſeponit. Conſequenter à iure ipſo enucleato, De quo in nigro ſeu in ll. huius tituli, & tractatu eorum, rubricam ipſam abſcindit & diuellit. Sed enim æque in rubrica ipſa, atque nigro, aut tractatu conſiſtere materia videtur, idque multifariam confirmatur. Principio, quòd ni-
28 gri, aut tractatus iudicandi † cauſa, rubrica præponitur. Quo caſu idem rubricæ, atque tractatus ius videtur, vt materiam vtrumque contineat. Cum ius idem præparati, atque eius ſit, ad quod præparatio adhibetur. l. in argento in princip. ff. de auro & argen. lega. l. ordinarij. Ibique Bald. C. de rei vendica. Doct. in rubri. C. de æden. & in rubri. extra de iudi. Ibiq; Deci. col. 1. & ſeq.
29 Secundo propter tractatum, aut † nigrum ipſum, & ad indicationem eius præponi rubrica ſolet. Atque ideo res eadem cenſeri, atque tractatus ipſe debet. Quoniam vbi duo propter vnum, vel vbi ad vnum plura, vel propter vnum ordinantur. Ibi vnum tantum. l. illud § fin. ff ad l. Aquil. l. qui libertatis. §. ſeruus. ff. de euictio. l. cum ſeruus. ff. de conditio. & demon. l. ſtatuliberos. §. non ſolum infra de ſtatulib. l. qui bis idem infra de verborum obligatio. Bald. in l. cum dotem circa fin. C. de iure do. in l. quicunque numero quinto. C. de ſeruis fugi. in l. fina. numero 7. in fine. C. de exſecutore iudi. vbi text. inducit in dicta l. qui libertatis. § ſeruus. & idem Bald. in conſilio 344. ad euidentiam eſt præmittendum, quod in iudicijs moniecto ſecundo libro ſecundo in conſilio 440. ſecundum ea, quæ proponuntur nume. 6. lib. 5. ſi vnita rubrica cum nigro dicitur, quomodo deductio eius à Barto. facta circa materiam eſt. Perinde quaſi ad materiam ipſam non eque vt nigrum ſpectet.

Tertio à nigro, ſeu nigri textibus deducendam, aut abſtrahendam rubricam non eſſe, proprius & directè
30 de magis oſtenditur, quæ textus † vicem obtinet; & pro tex. ad cauſas dirimendas citatur. Atq; ideo ſi clara & generalis eſt, generaliter accipitur, etiam ſi generale ita nigrum non conſtet, vt notatur in rubri. C. etiã ob chirogra. pecu. & in proœmio li. 6. decret. Bal. in conſi. 76. ad ſtatutum lib. 3. & in conſi. 4 9. ſuper primo puncto in fi. lib. 4. vbi Rubricæ ſtandum ait, quæ generaliter nigro eſt. Hoc idem rubricæ generaliori ſtandũ, neque per nigrum eam reſtringi, ex gl. & Bar. declaratur in l. 1. C. de capita. ciui. cenſ. exim. lib. 11. De quo etiam apud Alex. & alios in l. 1. ff. ſi certu. pet. vbi verũ id ita putant, ſi perfecta rubricæ oratio eſt. Sed & pro initio legis rubricam haberi, vt ex ea quæ leges ſequuntur, interpretationem accipiant, non tacet e Bald. ſcribit in conſi. 34. ſtatuto, ſeu capitulo nu 3. lib. 5. Optimam item nigri rubricam interpretem Iaſ. etiam aſſerit in conſi. 126. col. 2. poſt med. lib. 1. & in conſi. 198. col. 2. in fin. lib. 2. Pro qua ſententia tex. videtur in l. Imperator. ff. de in diem adiectio. & hoc genus. Qua ratione igitur ius enucleatum ſlorum; quod ex textibus conſiſtit, à rubrica in diuiſione ſolutum à Bar. fuerit, dubitari nõ immeritò poteſt. Cum æque ad rubricam, ac textus nigri iuris enucleati materia ſpectet. Quæ cum ita ſint; a diuiſione excludenda verba ipſa rubricæ videbantur.

Dici poteſt Bar. partes ſuſcipiendo, id ei animi non fuiſſe, vt a materia iuris enucleati rubricã abrumperet. Quominus & in ea materia ipſa ſit. verũ vt literæ potius contextum obſeruaret. In quo orationem, & ordinem ſeparatum rubrica habet. Ita ad ordinem contextus, & literæ; diuiſio hæc verborum rubricæ à iure ipſo enucleato, nõ quantum ad materiã intelligetur.
31 Ad ea relationem † faciendo, ad quæ adaptari poteſt. l. ſed etſi poſſeſſori § item ſi iurauero. ff. de iureiurãdo. l. ſi vno in prin. ff. loca. l. nec ſeruus. ff. de pecul. l. quibus diebus. §. dominus. ff. de condi. & demon. & alia ſupra adſcripta. nu. 5.

Septimo in diuiſione hac Bar. videndum. Namque expreſſionem ſublimitatis imperialis perinde vt cauſæ efficientis in parte ſecunda ſtatuit. Ita cauſam primam & efficientem iuris enucleati ſlorũ. Iuſtinianum affirmat. Sed enim longè ante Iuſtiniani memoriam ſlorũ ll ædita obſcurũ non eſt. Atq; ideo qñõ cauſa prima, & efficiens iuris ſlorũ enucleati dici Iuſtinianus poterit. Ius quippe enucleatũ perinde ac filius cauſæ primæ, ceu parentis habet, à quo æditum eſt. At enim priuſq̃ Iuſtinianus pater, ius eſſe enucleatum non po-
32 tuit, cum priuſquam cauſatum † cauſam eſſe natura non ferat: l. licet. § ea obligatio. ff. de procura. l. 2. §. prius. ff. de vulga. l. in teſtamento. 1. ff. de conditio. & de monſtra. cap. teneamus. 1. quæſtio. 1. Bald. in l. 1. numero 5. C. de emancipa. lib. & in cap. innotuit. nume. 12. de electio.

Reſpondetur, Autorem & cauſam primam iuris enucleati ratione triplici Iuſtinianum defendi. Prior, ob inutilium, & luxuriantium reſectionem. Quæ enim in effuſa & propè infinita legum infinitam congerie ſuperfluebant, præciſa ab eo ſunt. l. ſecunda. §. poſtea vero. C. de veteri iure enuclea. Præciſionis ſeu
33 amputationis † cuius cauſa ius nouum cenſeri, & à

Digitized by Google

Iuſtiniano ipſo conditum poteſt. l. ius ciuile. ff. de iuſti.
& iure. l. Tribunus. §. 1. ff. de mili. teſtamen. l. prima. §.
ſi quis ſimpliciter verſiculo cum adijcitur & l. in con-
uentionalibus infra de verbo. obliga. l. prima. §. fina.
cum ibi not. infra de prætor. ſtipu. Barto. in l. denun-
ciaſſe. §. quid tamen infra de adulter. Signorol. in cōſi.
90. nu. 29. & in conſi. 149. col. 8. ante fin. verſi. Præterea
ex quo aliquid.

Secundò ius ipſum enucleatum ſuum facere, ſibi-
que vti autori, & primæ eius cauſæ vendicare appro-
bationis, & confirmationis eius cauſa potuit, cum eius
abolendi poteſtatem haberet. Noua quippe res per
approbationem, aut confirmationem æſtimatur. l. tu
tor incertus. §. 1. ff. de teſtamen. tuto. dicta l. tribunus.
§. fin. ff. de milit. teſtam. l. impuberem. §. qui codicillis
infra de falſis. §. 1. inſtitu. de oblig. ques text. in ſenten-
tiam hanc Dyn. profert in conſilio 51. colum. 1. circa
med. verſiculo. Præterea qui confirmat. Atque in
ſpecie magis, ex text. id oſtenditur in l. ſecunda. C.
commu. de lega. vbi legatorum & fideicommiſſo-
rum adæquationem ipſi ſibi Iuſtinianus arrogat. Quã
plurimis ante annis factum Vlpiani teſtimonio con-
ſtat in l. 1. ff. de lega. 1. Ratione plane alia niſi appro-
bationis, & confirmationis adæquatio hæc deferri Iu
34 ſtiniano non poteſt. Idque textu confirmatur † in l.
lege obuenire infra de verbo. ſignifica. vbi hæreditas
legitima dicitur, etiam quæ ex teſtamento contingit.
Id quod niſi approbationis cauſa non fit, quòd per. l.
teſtamenta comprobantur, vt glo. docet in l. 3. §. de
illo in ver. ex teſtamento. ff. pro ſocio. Alex. in conſi.
75. nu. 7. lib. 1.

Tertio quod confuſaneum, conturbatum & per-
plexum ius erat, enucleatum id, atque in ordinem
compoſitũ Iuſtinianus ſtuduit. dicta l. ſecunda §. poſt-
ea. C. de veteri iure enuclea. ob id ordinis & enuclea-
tionis huius cauſa Iuſtiniano ipſi non immerito tri-
bui ius ipſum enucleatum poteſt. l. 2. §. 1. ff. de origin.
iuris. vbi ius ciuile Papirianum nuncupatur, quod nul
lo ordine ab alijs æditum in ordinem digeſtum à Pa-
pirio eſt. Meminit Signorol. in conſi. 61. numero 15.
verſicu. Secundo modo. Collegium Ferrarienſe in
reſponſo pone, Cardin. conſilia numero 6. & apud
nos in l. 1. numero 112. ff. de lega. 1. Quibus text. ad-
ſuitur in §. ſi vero nihil in fin. verſiculo, & hoc dici-
mus. in auth. vt exactione inſtante dotis. vbi ius
nouum. Iuſtinianus ait, per quod explicatius, aut cla
re magis declaratur, quod inſtitutum iam fuerat. De
quo text. Butigella meminit in rubri. ff. de verbo. ob-
liga. nume. 44.

Reſponſio applicari, & quarta poſſet, inconue-
35 nientia inconuenientibus † accumulando. Dedeco-
ris hoc genus, & pudoris prope nullius Iuſtinianum
incuſando. Cui quæ ante ſe facta eſſent, mos ſibi vſur
pandi licentiam dedit. Idque videre eſt in §. poſt mor
tem inſtitu. de lega. vbi differentiæ vnius antiquatio-
nem acceptam ſibi Iuſtinianus facit. Quam longiſ-
ſimis ante temporibus. glo. cum Barto. & Docto. te-
ſtantur in dicta l. 1. ff. de lega. 1. in §. etiam pen. inſtitu.
de lega. Autorem ſe iuris illius facit, quo robur lega-
tum accipit pœnæ nomine datum. At enim & iure
id ſſorum efficax text. indicat in l. prima §. ſi quis ita.
Ibique not. ff. ad l. Falcid. Barto. in l. mulcta. ff. de con
ditio. & demonſtra. Eque in l. prima. C. vt actio. ab
hæredi. & contra hæredes. & in l. ſcrupuloſum. C. de
contrahen. & committen. ſtipula. Differentiam à ſe
exploſam ait, quæ in vſu olim circa modos legandi
erat. At enim longo ante & ſſorum ſæculo in vſu eſ-
ſe differentia illa deſierat. l. hæreditarium infra de bo-
nis autori iudi. poſ. d. l. centeſimis. § fina. infra de verb.
obligatio. Morem eundem Iuſtinianus tuetur in l. fin.
C. ad Velleia. Ibi merito & nos ad hanc venimus ſan
ctionem. vbi à ſe ſancitum ait, ne ad cauſam dotis
Velleianum trahatur. At qui per Alexandrum impe-
ratorem, qui diu ante Iuſtinianum fuit, ius hoc inſti-
tutum iam erat. l. ſi dotare. C. eodem titu. Ad quæ Iu
ra reſpondet Alexan. in l. quod dicitur colum. deci-
manona. infra de verbo. obligatio. Abſurdum non
videri, vt ius nouum à ſe ſtatui imperator aſſerat,
quod proditum ante iam eſſet. Idque contra Cu-
man. ſequitur. Ruin. in conſilio 195. numero quarto
libro primo. Quæ ſatis mihi reſponſio non facit. vt
nouum dicatur, quod vetus eſſe liquet. Eam ob rem
ad reſponſiones adeundum, quæ commemoratæ an
te à nobis ſunt.

Octauo monendi ſumus, mendam in dictis. Bart.
apud codicem meum inueniri. vbi in q. quarta circa
facti ſpeciem legitur. ex ordine enim accipit. Explicit
enim pro accipit legendum.

Nono quia formæ vice libros ipſos 38. & 39. in
quarta diuiſionis parte & quæſtio. quarta ſpeciei facti
36 Barto. habet. De forma † ipſa videndum quid ſit, &
quomodo ad res competat corporales, atque incor-
porales. Conſequenter quomodo formæ vicem in
codice hoc. ff. noui libri conſtent. & quidem nihil
aliud forma quam figura ſeu ſpecies rei eſt, ad quam
materia deducitur, & per eam formatur, ſeu figuram
ipſam, aut ſpeciem accipit. verbi gratia in cratere ar-
gento, aut annulo aureo ſpecies ipſa, aut figura cra-
teris, & annuli perfecti pro forma eſt. Argentum
ipſum & aurum, vt materia conſiderantur, ſeu ma-
teriæ vicem ſuſtinent. l. ſi is qui. cccc. §. quædam lega-
ta. ff. ad l. Falcid. l. mulieris infra de verbo. ſignifica.
§. cum ex aliena & §. ſequen. inſtitu. de rerum diui-
ſio. §. item quæritur ſi cum aurum inſtitu. loca. & ſpe-
ciei vocabulo formam nuncupari. text. declaratur in
l. proponebatur in fine. ff. de iudi. in l. Seia. & l. cum
certum. ff. de auro & argen. lega. Secundum hæc, ex
modo, atque ordine rei formatæ forma ipſa conſi-
ſtit. Idque videre, & in ædibus eſt, quæ à modo &
ordine figuraque ædificij formam ſuam ducunt. hoc
eſt à parietibus, Tecto, Tabulatis, cubiculis & dein-
ceps alijs, quæ pro locis extrui in domibus ſolent.
Ad formam hanc pertinent, quæ de orbe ipſo ante
creationem eius Ouid. canit. Rudis, indigeſtaque
moles. Nec quicquam niſi pondus iners.

Cauſa eadem rerum incorporalium eſt, quæ & ip-
ſæ à modo etiam, atque ordine formam ſuam pe-
tunt. Inſtitutio. de teſtamen. in princi. iuncto. §. poſt-
ea verò ex ædicto prætoris inſtitutio. de teſtamen. vbi
quem modum, & ordinem in vſu fuiſſe expreſſum
eſt, formam poſtea vocat. Ita formæ vice in rebus
id incorporalibus erit, per quod ad ſpeciem certam
res ipſa deducitur. Cuiuſmodi contractus, & teſta-
mentum eſt. Idque ex Barto. demonſtratur in l. pri-
ma. §. ſi quis ita numero quinto infra de verb. oblig.
expreſſius in l. an inutilis infra de acceptila. vbi formæ
vitium ait, quotiens modo, aut ordine à iure præ-
ſcripto contractus deficit. veluti cum inter abſentes
ſtipulatio perficitur. Significantius formam. Bald. de-
clarat. capitu. primo in princip. de noua forma fideli.
Nihil aliud formam, niſi ſeriem ordinatam eſſe, per
quam ad ſubſtantiam res perducitur. Inde & illud
37 conſequitur, Rei † ſubſtantiam à forma ſua exiſtere.
Quæ ſuam rei cuique eſſentiam præbet. l. non ſunt li-
beri. ff. de ſtatu homi. l. Iulianus. §. ſed ſi quis. ff. ad
exhiben. dicta l. Seia. §. primo ff. de auro & argen. le-
ga. capitu. cum cauſam de teſtib. & eſſe omne ex for-
ma pendere, Cuman. ſcribit in conſilio 139. hoc ma-
ximè colum. fina. Conſequens etiam his fit, vt for-
ma perempta, & rei ſubſtantia pereat. dicta l. Iulia-
nus. §. ſi quis rem in fine. §. l. repeti. §. primo. ff. qui-
bus modis vſusfruct. amitti. §. fina. in fine. inſtitu. de
vſufruct. vbi ædibus ſublatis, vſumfructum earum in-
tercidere neque in area, ius eius remanere. text. ait,
quod

Digitized by Google

quòd ædes eſſe deſinunt, forma earum peremptaque locum tum quoque obtinet, cum ædium inſtauratio fit. l. ſi ita legatum. §. fina. ff. de lega. 2. l. tabernam. ff. de fundo inſtruct. De quo plura in l. 1. in prin. nume. 171. infra eod.

Non idem, cum bonorum vſusfructus competit, quia & ad aream bonorum vox pertinet, cum in bonis area ſit, ad quæ forma ædium non competit. l. quotiens. §. fina. ff. de vſufruct. eiuſdem ſententiæ tex. eſt in cap. & dixit iuncta glo. in ver. in ſignum. de conſecra. diſtin. 2. De quo tex. Cardin. meminit in conſi. 149. circa prin.

38 Ampliationem id accipit, etiam † ſi ex toto rei forma non deficit, ſed mutationem aliquam accipit: verbi gratia corpus idem crateris, aut annuli manet, ſed mutatio in forma occurrit, quod corruptum puta, aut deterius factum corpus eſt ita, vt indigens inſtaurationis ſit. Abeſſe enim, aut deſinere annulus dicitur. Quoniam inſtaurari, aut reſtitui eum oportet, & plerunque plus eſt in manus pretio, ideſt in manifactura, vt vulgo dicitur, quam in re, quia pluris manifactura, aut compoſitio, quam res conſtat. l. mulieris. §. 1. infra de verb. ſigni.

39 Ampliatio ſecunda ſubijcitur, vt † non modo extincta res dicatur, in qua formæ mutatio in totum, aut ex parte contingit. Verum etiam, cum forma quidem integra manet. At vſus mutatio in rem aliam accedit. verbi gratia vnionem cum hyacinthis teſtator legat. Deinde ornamento cui alij eos applicat. Ad interitum legatum deducitur. Perinde quaſi mutata forma videatur, cum formæ rei alterius accedit. Quo caſu vti forma vnionis, & hyacinthorum per ſe non æſtimatur. At quaſi de ornamenti forma hic inter ea æſtimantur, quæ ad ornamenti formam ſpectant d. l. Seia. §. 1. ff. de auro. & argen. lega. Vnum atque alterum in text. obſeruandum illo puto. Prius in formæ ſenſu, & vi. ne res eadem ad ſuam & rei alterius formam valeat, ſeu duplicem ſuſtinere formã queat, vt & formam ſuam retineat, & ad rei etiam alterius formam accedat. formam enim ſuam vnio & hyacinthus per ſe, aut principaliter non retinent. Cũ in ſpeciem, aut formam aliam ornamenti conuertuntur. Verum niſi de ornamenti ipſius formam non cẽſentur ad quod adiecta ſunt. Alterum ex tex. illo ſenſu etiam non indignum deſumitur. Per ſe rem non conſiderari, quæ coniuncta cum alia eſt, verum rem vnã, atque eandem cum ea iudicari, ad quam adhæret, aut adiuncta eſt. Atque ideo diuerſo rem iure eandem non cenſeri, hoc eſt quaſi principalem & per ſe, atque vti acceſſoriam, ſeu de forma rei alterius. Ita cum textu tex. iſ conſentiet in l. cum qui ædes infra de vſucapio. ſed & ampliationem regula. & l. cum qui ædes. à tex. accepit in d. l. Seia. §. 1. etiam cum diuulſio facilis rei vnius ab alia ſit.

40 Ex formæ huius in rebus tam † corporalibus quã incorporalibus declaratione ſenſus eius ducitur, quod memoriæ proditum apud Barto. eſt in d. l. 1. §. ſi quis ita nume. 5. infra de verbo. obliga. & in d. l. an inutilis infra de acceptila. vbi grauius vitium putat, quod in forma, quam quod in materia contrahitur. Quod enim formæ, quod materiæ vitium dicatur, ſuperiora docent. formæ vitium in contractu erit, cum modus, ordo, aut ſolẽnitas abeſt, quam lex, aut ſtatutum expoſtulat. In materia peccatur, cum factum, aut res in contractu, aut actu quo deducitur, quam actus ipſius natura non patitur. veluti cum ſuper contractu, qui re perficitur, commodato, mutuo, depoſito & id genus acceptilatio interponitur. Qui perimi acceptilatione nequeunt, cum verbis tantum nitatur. Quæ ad factum ſatis tollendum non ſunt. l. ſi acceptilatum in prin. infra de acceptila. §. item per acceptilationem inſtitu. quibus modis tolli. obli. quod materiæ vitiũ tanquam lenius impedimento non eſt, quominus in ſpeciem aliam actus habeat, & iure alio cõſiſtat, ideſt ex pacto dicta l. an inutilis & d. l. ſi acceptolatum in

41 prin. & obiter † ad ſententiam illam text. obſeruandi in d. l. ſi acceptolatum. & in d. §. item per acceptilationem. Potiora verbis facta eſſe. Siquidem ad facta perimenda acceptilatio non prodeſt, quæ niſi ex verbis non conſtat. Alterum etiam ex dictis textibus colligitur, iuri gentium per ciuile non derogari. Acceptilatio enim a iure ciuili introducta ad obligationem extinguendam non valet, quæ ex contractu ortu iuris gentium ſit. De quo genere contractus eſſe, qui re perficiuntur, non dubitatur. l. ex hoc iure. ff. de iuſtit. & iure.

His ita circa formæ ſignificatum & declarationem præmiſſis, cognitio ſponte ſua emanat, quomodo formæ vicem libri ipſi in rubrica, tam voluminis huius, quam. ff. veteris atque infortiati ſuſtineant. Nimirum, quia modum ordinemque voluminibus ipſis libri præſtant. Ea ratione ex numero ipſo librorum forma omnis voluminum conſtat.

Si dixeris, ad modum hunc formam intelligentibus ex libros titulóſque omnes in volumina coniectos ad formam pertinere; vtpotè ordo & modus in quibus non minus vertitur, atque in libris 38. & ſeq. De quibus rubrica hæc meminit.

42 Reſpondetur taxatiuè † verba Barto. non intelligi, vt niſi libri duo in rubri. commemorati ad cauſam formalem non pertineant. Namque quicquid in ſpecie alia dicatur, in verbis numeralibus ſubaudiri taxatiua non ſolet. veluti cum xx. quis legat, & ſi Falcidia imminet, quod ea deducta, ſupereſt, legatario præſtatur. l. ſi quis teſtamento. §. 1. ff. de lega. 1. Quod vtique non fieret, taxatiua interueniente, vt niſi in xx. legatum non conſiſtat. Et quæ cum quinque creditor petit, cui debita decem ſunt, ius ſuum non lædit, quominus & quinque reſidua petat. Atque ideo taxatiua intelligi petitione intelligi eius non ſolet, vt quinque tantum debeantur, quæ petita ſunt. §. ſi minus inſtitu. de actio. Cauſa eadem ſententiæ eſt, cum centum petitis, quantitatis minoris condemnatio fit. Alterius enim & reſiduæ abſolutus reus non creditur. glo. fin. in l. ſi autem. §. fin. ff. de nego. geſt. & in l. 1. C. ſi aduer. rem iudi. Signorol. in conſilio 17. nume. 2. Corn. in conſilio 49. colum. 2. libro 2. Quo circa libros, & titulos alios voluminis huius à forma ipſa diducere. Barto. non creditur, quamuis niſi duorum expreſſio facta ab eo non ſit. Idque ad limitationem regulæ obſeruandum. De qua in l. eum prætor. ff. de iudi. Idcirco porro niſi de libris his duobus 38. & 39. in cauſa formali voluminis huius Barto. non meminit, quod de ipſis tantummodo memoria habita in rubrica ipſa eſt.

43 In prima oppoſi. Iuriſconſultorum originem † ante Chriſti ætatem fuiſſe, ex text. Barto. probat in l. 2. §. iuris ciuilis ſcientiam verſiculo ſeruius autem Sulpitius. ff. de orig. iuris. vbi Iuriſconſultorum plurium mentio fit, qui Cæſare imperante floruerunt. Cæſaris planè imperium ante cœpiſſe, quam ad nos Chriſtus deſcenderet, & corpus mortale arriperet, procul dubio eſt.

Bartolo Caſtren. hic reclamat. & Chriſti ſæculo ac poſtea Iuriſconſultos excelluiſſe, ex textibus confirmat in l. proxime. ff. de his, quæ in teſtamen. delen. in l. & hoc Tiberius. ff. de hæredi. inſtitu. & in l. 1. in princip. ff. ad Trebell. Quibus in locis de Tiberio, Antonino & Nerone memoria habita à Iuriſconſultis eſt. Tiberium ſanè & Neronem Chriſti tempeſtate, Antoninũ verò rerũ multo poſt potitos, & imperiũ exercuiſſe in obſcuro non eſt. Quod cũ ita ſit, non poſſumus, quin poſteriores Chriſto Iuriſcõſultos fuiſſe fateamur. Etenim ſi ſuperiore eos æditos ætate dicimus

Digitized by Google

Quomodo nomina ab eis commemorari Imperatorum potuerunt. Qui aut nondum æditi, aut rerum adhuc potiti non eſſent.

Profligatu difficilis Caſtren. inſultus in Barto. non
44 eſt, vt † lex eſt à Barto. prolata, ita ſermonem eius accipiendo, & per relatum referens coarctando. l. ſi prior maritus. ff. ſolu. matrimo. l. 1. §. ſi quis ſub conditione. Ibi huic ſtipulationi eaſdem conditiones, & cauſas ineſſe ſciendum eſt. l. ff. vt lega. no. cauea. l. in ſumma infra de re iudi. Bald. in auctcn. ſacramenta puberum numero 7. quæſtio. 2. C. ſi aduer. vendit. An char. in conſilio 163. viſis, diligenter inſpectis. colum. 3. poſt med. verſicu. ſupradicta confirmat. & in conſilio 171. Quidam Dominus Ricobinus numero ſecondo poſt med. Iaſ. in l. ſcire debemus in tertio no. infra de verbo. obligatio. & hoc genus. Quibus cautum in locis eſt, ad naturam & conditiones relati referens perſtringendum. Atque ſpeciem proprius, pro lege à Doctore citata dictum eius accipiendum, ex Barto. demonſtratur in l. non ſolum. §. ſi liberationis verba numero ſeptimo circa med. ff. de libera. lega. & in l. cum quidam circa med. verſiculo ſoluno intelligo. ff. de his quibus vt indign. Roman. in conſilio 211. numero quinto Curti. Sen. in conſilio 49. numero 72. circa med. Quod cum ita ſit, ad Iuriſconſultos Barto. referri & reſtringi verba conuenit, de quibus in dicta l. 2. §. ſeruius autem Sulpitius. Quos ante Chriſti fuiſſe natales conſtat. text. planè à Caſtrenſi contra. Barto. producti non niſi de Marcello, Pomponio, & Vlpiano loquuntur. Conſequentia vero non admittitur, Iuriſconſulti tres Chriſti ætate fuerunt, ergo & alij.

Secundo de Iuriſconſultis ſimpliciter & indefinitè verbo vniuerſali omnes non adiecto Barto. loquitur
45 Atque ideo ad iuriſconſultos omnes † referri ſermonem indefinitum non oportet. Vbicunque ratio eadem omnium non eſt. l. ſi quis ita. §. ſi quis filio. ff. de teſtamen. tut. l. ſi ita relictum in prin. ff. de lega. ſecun. Barto. in l. ſi pluribus numero ſexto verſiculo in dubio qualiter intelligatur eod. titu. in l. omnes populi numero 57. ff. de iuſtit. & iure. & in l. cum aurum in prin. numero ſecundo. ff. de auro & argen. lega. & infinita hoc genus. Sed enim rationem eandem eorum non eſſe, qui aut Chriſti temporibus aut poſtea fuerant, non dubitatur. Id quidem in primis, quòd
46 ex humanitate † aut benignitate, non ſignificatu proprio vniuerſalis vicem indefinita obtinet. l. ſi ſeruitus. Ibi & humanis eſt verbo generali. Ibique Bart. Qui cum. l. præced. eam conglutinauit. ff. de ſeruitu. vrbano. prædio. l. Gallus. § quid ſi is in fin. Ibique Salomonius in vltimis verbis. ff. de libe. & poſthum. Barto. in d. l. omnes populi numero 57. & in dicta. l. ſi pluribus numero quarto. Quocirca niſi æquitate impellente ad vim vniuerſalis trahi indefinitam nō conuenit, cum niſi ex æquitate, aut humanitate ad vniuerſalis effectum non accedat. Alexan. in conſilio 26 numero quinto libro quarto. Conſequens item his ſit, vim indefinitæ non fieri, cum reſtrictio eius ſit, neque robur vniuerſalis habet. Nulla quippe in eo verbi læſio, quod propriè non complectitur, vt Corn. no. in conſilio 48. colum. 3. in fine verſiculo, & & maximè quia indiffinita. & in conſilio 127. colum. 3. in fine verſiculo facit, quia indiffinita libro ſecundo. Si dixeris, verba immo generalia lædi, cum ea reſtringuntur ſcriptum ante eſſe numero 18. Reſpondetur, longè inter indefinita & generalia verba differre, vt apud Doct. in l. 2. ff. de æden. in rubri. ff. ſolu. matrimo.

Tertio niſi per inſtantiam Iuriſconſultorum trium Bartolum Caſtren. non increpat. At enim ſuum erat, ad text. reſpondere in dicto §. ſeruius autem ſulpitius à Barto. citatum. In quo maior Iuriſconſultorum numerus enarratur, qui Chriſti priores natalibus fuerunt. Vnde modeſtius & rectius ſcriptum à Caſtren. oportuit. Non Iuriſconſultos omnes Chriſti ortui præuertiſſe.

Si dixeris, ſatis Caſtrenſi fuiſſe, quod ad Barto. oppoſi. attinet, Iuriſconſultos aliquos poſt Chriſtum fuiſſe. A quibus Chriſti numen inuocari per contumeliam potuerit. Reſpondetur argum. retorquendo. Nam quæ ſi poſt Chriſtum aliqui fuerunt, à quibus eius fieri inuocatio potuerit. Ergo ad eos appoſitæ magis Barto. oppoſi. quadrat, & vires accipit. In Chriſti contemptum ſimiliter vt à Iudæis inuocationem hanc fieri. l. iudeos. C. de iudeis. Atque ideo ferendam eum in voluminibus his non eſſe, quæ niſi inter Chriſtianos circumferri non ſolent. Ad quam oppoſi. glo. reſponſionem in prin. ff. Veteris. Barto. accommodat. Contumeliæ quicquam in Chriſti numen non verti. Quoniam etſi maximè ex legibus infidelium & Paganorum volumina hæc conſtent. Attamen Chriſti ipſius inuocatio facta ab eis non eſt, verum ab ipſis voluminum cōcinnatoribus aut compilatoribus ſubiecta.

Reſponſionem hanc Barto. non modo à diuinatione vacuam, verum neceſſarium etiam puto. Per
47 quam † Barto. oppoſitio in ipſum regeritur. Atque adeo aliter Barto. oppugnatur, quam factum à Caſtrenſi eſt. Numque ſi ante Iuriſconſulti fuerunt, quam genitus nobis Chriſtus eſſet, quomodo ab eis nomen exprimi Chriſti potuit. Ita ab impoſſibili argumentum ſuum Barto. ducit. Cum eo tempore inuocatum nomen Chriſti facit, quo inter homines nondum erat. Proinde appoſitæ magis ab impoſſibili excludendo Barto. petitum argum. fuerat. Quomodo in voluminibus fforum, quæ ex ll. Iuriſconſultorum conſtant, nomen ab eis inuocatum Chriſti ſit, qui à Patre demiſſus nondum etiam eſſet. At enim è contrario ex impoſſibilis admiſſione Barto. argumentum conſtare apparet vt ei contumelia fiat, qui inter adhuc homines non eſt.

Apparet ex his, argumentis ſuis vtrumque & Bart. & Caſtren. referiri. & quidem in obſcuro Barto. repercuſſio non eſt. Cum probro Chriſtum ante affectum à Iuriſconſultis paganis per inuocationem ait, quam conceptus eſſet. Caſtren. planè retorſio inde oritur, quod ad Barto. errorem non animaduertit. Argumentum cuius præmens credidit, ſi Chriſti ortum Iuriſconſulti præuerterant. At enim ſi Caſtren. opinionem agnoſcimus, vt iiſdem temporibus atque Chriſtus, vel poſtea Iuriſconſulti fuerint, tum vero Barto. robur argumen. accipit, quod à ſe infirmari Caſtren. putat. Siquidem per contumeliam nomen tunc inuocari Chriſti potuit. Grauior tamen quam Caſtren. Barto. offenſio videtur. Argumentum cuius impoſſibili niti demonſtrauimus.

Potentia ſanè contumeliæ inferendæ admiſſa, hoc eſt poſt Chriſti humanitatem Iuriſconſultis legum fforum. Autoribus progenitis. glo. & Barto. ſolutio procedit. Chriſti contemptum ſub inuocatione eius non verſari. Quatenus à contemplatoribus ea Chriſti cultoribus, non à Iuriſconſultis ipſis facta extra fi-
48 dem eſt. Solutioni aut reſponſioni huic conſequens fieri. Barto. ſcribit, ad irritum inſtrumenti tabulas ob inuocationem hanc non deduci, quæ à notario Chriſtiano inter Chriſtianos confectæ, & alios fidei alterius improbatæ, vel inter ipſos tantummodo à fide alienos ſunt. Qua enim ratione inter leges fforum ab infidelibus conditas Chriſti nomen à compilatoribus Chriſtianis ad vſum & compendium eorum rectè inuocatur, ita & in notario dicendum Chriſtiano erit, qui inter fidei hoſtes vel inter Chriſtianos & eos inſtrm conſcribit. Qui à Chriſto non ſtant. Id quia notario ipſi nō partib. accepta inuocatio fcit.

Perin-

Digitized by Google

Perinde, vt dictum in compilatoribus eſt.

Reſponſioni huic obſtare Bart. videtur quòd par-
49 tium, non † tabellionis cauſa inſtrumentum perficit. Ob id propter quos, nõ à quo proferant, ſeu ad quos effectus, non verba ipſa referantur, ſpectandum. l. iſti. quidem. §. fin. ff. quod metus cau. l. ſeruo legato. §. ſi teſtator. ff. de lega. 2. l. cum pater. §. donationis ff. de lega. 2. & alia apud nos adſcripta in rubri. ff. de lega. 1. nume 90 & infra nume. 138. Ita pro eo res habenda, atque ſi ab infidelibus ipſis facta inuocatio ſit. Atque ideo viribus deficere inſtrumentum videtur contra quam prohibitum iure eſt conſcriptum. dicta l. iudæos. C. de iudæis. iuncta. l. non dubium. C. de ll.

Secundo rem ipſam propius, Barto. euerti illatio
50 videtur, quòd † partium non notarij verba æſtumantur, quæcunque expreſſa ſub inſtrumento ſunt, quòd partium adſcripta voluntate creduntur. Barto. in l. qui filiabus in prin. in 1. nota. ff. de lega. 1. vbi ambiguum teſtamenti verbum per alia declarari ſcribit, quæ in teſtamento eodem prolata ab ipſo teſtatore ſunt. Ita teſtatori ipſi, non notario verba tribuit, à quo præſcripta ſunt Non enim dicit, quæ à notario pronunciata, ſed à teſtatore Idque ſignificantius Bar. tradit in l. ſi quis filiabus. ff. de teſt. tuto. & in l. liberorum. nume. 20. infra de verbo. ſignifica. vbi in teſtamento illiterati loquitur. In quo verbis vſum notarium aſſerit, quæ id ſignificent, quod dictum à teſtatore eſt. Atque ideo propriè liberorum verbũ & ad iuris interpretationem accipiendum, tam & ſi literarum expers teſtator eſſet. Conſequenter ſimiliter rem habendam, ac à teſtatore ipſo literarum perito verbum adiectum ipſum ſit. Cum Barto. Roma. ſentit in conſi. 179. nume. 6. Alexan. in conſi. 2. nume. 54. in conſi. 8. viſis verbis teſtamenti nume. 9. lib. 1. in conſi. 5. nume. 7. lib. 3. in conſilio 85. nume. 13. lib. 4. & in conſi. 37. colum. fin. lib. 6. Deci. in l. ſi librarius. numero 3. infra de regul. iuris. Picus in l. Titia cum teſtamento. §. Titia cum nuberet. numero 100. in fine. & ſequen. ff. de lega. 2. Socin. iun. in conſilio 101. numero 8. libro 1. Idem Bald ſentit in l. lege in fine. C. de legi. hæredi. & in cap. 1. in princip. de ſucceſ feudi. Proinde ad vires attinere inſtrumenti non videtur, quod per notarium Chriſtianum inſtrumentum confectum, & ab eo inuocatio facta Chriſti ſit. Quatenus partibus ipſis, non notario aſſignanda verba inſtrumenti videntur.

Solutio ad ea argumenta pertinent, quæ ad rem principalem, & voluntatem partium declarandam ſpectant. In quibus, partibus ipſis accepta inſtrumenti ferri verba ſolent. Ratio alia verborum eſt, quæ ad ſolennitatem inſtrumenti attinent, ſeu voluntas in quibus partium non conſiſtit. Cuiuſmodi inuocatio
51 Domini eſt. opinione illa admiſſa, vt opus ea † ad inſtrumentum ſit. Quo caſu impunè à notario non prætermittitur, qui quod intereſt propter omiſſionem præſtat. l. fin. C. de magi. conue. Roman. ſingu. 351. ſi ſit aliquis notarius. Hoc amplius, falſi notariũ teneri, à quo deſcripta ſolennia non ſunt. Bald. putat in l. ſi poſt diuiſionem nume. 2. in fin. C. de iuris & facti ignoran. & in l. 1. C. de ſepultu. viola. Socin. in conſi. 97. nume. 2. lib. 1. Boeri. quæſt. 37. numero 4. & quæſtio. 116. in prin. Sed in falſo aliud Sali. viſum in d. l. 1. Quocum Io. Hannibal facit in rubri. ff. ſolu. matrimo. nume. 207. in fin. ſecundum hoc, propter ſe, non partium cauſa ſolennitatem inuocationis notarius addit.

52 Si autem ſuperuacuam inuocationis † ſolennitatem contendimus, inutile ex ea nihilomagis inſtrumentum fiet, cum damno inepta aut ocioſa eſſe adiectio non ſoleat. l. hæredes palam. in prin. ff. de teſtamen. l. cum tabulæ. ff. de bon. poſſeſ. ſecun. tabu. l. quæ extrinſecus infra de verbo. obliga. l. non ſolent infra de regu. iur.

53 Ex ſolutione hac glo. & Barto. limitatio † regularum trium iuris præcipitur. Prima ad text. pertinet in d. l. iudæos. C. de iudæis. vt ad caſum ſimplicem limitetur, in quo loquitur. Ideſt inter iudæos ipſos nomen Chriſti inuocantes aut ſignum ſeu vexillum crucis eius in actibus eorum inferentes. Cauſam aliam caſus mixti eſſe, vbicunque notarij Chriſtiani perſona in actibus iudæorum permiſcetur. Ibi enim locum pœnæ non eſſe, de qua in d. l. iudæos. Ita, quod ius in caſu ſimplici conſtitutum, & odioſo pœnaliue inuenitur, ad mixtum id non trahitur. Idque ex tex. vltra glo. & Barto. quorum ſolutio eſt, declaratur in l. fin. §. ſed & ſi quis ſit nauta. ff. nau. caupo. ſtabul. l. vim palam. §. præſcriptione. l. mariti. §. hoc quinquennium. iuncta. l. ſi adulterium cum inceſtu & ibi not. infra de adul. Barto. & alij in l. 2. in princip. infra de verbo. obliga. Idque ratione confirmatur. Quoniam vbi ad caſum mixtum diſpoſitio pertinet, per interpretationem id non propriè fit. l. quid ergo. §. ait prætor. Ibi ex ſententia ædicti. ff. de infam. l. legatis. ff. de lega. 2. l. hoc legatum. & l. ſeruis Vrbanis. §. fina. ff. de lega. 3. l. in lege cenſoria infra de verbo. ſign. ff. ſignificatio. Signorol. in conſi. 48. colum. 1. circa med. & in conſi. 95. colum. 4. in fin. Iaſ. in §. omnium num. 29. inſtitu. de actio. Sed enim propriè in ſpecie ſtrictè accipi verba debent l. 1. §. is qui nauem ff. de exercitor. l. non aliter. ff. de lega. 3. Rationem & alteram limitatio hæc d. l. iudæos. habet, quod ratio eius in caſu mixto per notarij Chriſtiani interuentum ſilet. A quo propter ſeipſum, non propter iudæos inuocatio fit. Atque ideo probri à notario ſuſpitio abeſt.

54 Ratione † igitur. l. tacente, & ipſum quieſcere. l. oportet. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patrona. l. per retentionem. C. de vſur. capitu. 2. de tranſactio. capitu. cum ceſſante de appellatio. capitu. neophitus 61. glo. 1. in §. 1. cui initium eſt illis. inſtitu. de milit. teſtam.

55 Limitatio ſecunda ex ſolutione † glo. & Barto. iuris illius colligitur. Quo cautum eſt, Mandanti ſeu cauſæ primæ actum tribui. & pro eo rem eſſe, atque ſi acta res à mandante ſit. l. cum qui. § ſi ego. ff. de publician. l. profectitia in princip. ff. de iure dot. l. ſi nuptura. §. 1. ff. de fundo dot. l. reſtituta. § ſed & ſi voluntate. l. quamuis in fine. & ll. duabus ſequen. ff. ad Trebellian. l. quod meo infra de acquiren. poſſeſ. regu. qui per alium lib. ſexto. Ad id enim regula hæc non pertinet, quod prohibitum mandanti eſt, & ratione aut cauſa fieri mandatarij poteſt. Cuiuſmodi inuocatio Chriſti eſt à notario Chriſtiano inter infideles facta.

56 Mandantibus enim † adſcribi inuocationem non conuenit, quibus interdictum ea eſt. l. ſi procurator. Ibique Docto. ff. de condition. indebi. l. ſi pro te. ff. manda. l. vxori. §. 1. ff. de lega. 3. c. ſi gratioſè in fi. de reſcript. lib. 6. & hoc genus.

Ampliatio ex illatione aut limitatione hac eius deſcendit, quod in ſpecie delicti dici remouendi ſolet, interpretationem actus ita in dubio faciendam, vt delictum ipſum excludatur. l. merita. ff. pro ſocio. Locum enim & in gratiam inimici habet, vt nec in ipſo, ſi proſſit, delictum præſumatur. Id enim ex ſolutione glo. & Barto. non obſcurè liquet. Per quam locum præſumptio contumeliæ in iudæos non habet, De qua in dicta l. iudæos. vbicunque per interuentum Chriſtiani dilui præſumptio & ſuſpitio poteſt. At qui infenſos Chriſto iudæos eſſe, quis dubitet. Ita & ad inimicos præſumptio trahitur, de qua in dicta l. merito. Atque ex Alexan. nominatim ampliatio hæc comprobatur in conſilio 233. numero nono libro ſexto vbi cum verba qua in ſcriptura iudæorum

inueniuntur, quæ ad Chriſti probrum ſpectant, ſi poſt aduentũ, & natiuitatem eius confectã dicimus. Non idem, ſi ante, in re dubia ante Chriſti natalem factam ſcripturam præſumendum. Quæ ampliatio ad ea maxime confert, quæ apud Bart. ſcripta, & alios ſunt in l. non ſolum. §. ſed vt probari alias. § ſciendum infra eo. De qua ampliatione memoria etiam habita apud nos eſt in conſi. 9. nu. 20. verſi. & in terminis.

57 Illatio ex limitatione hac ſecunda † conſequitur, adiuncti ratione ſuſpicionem purgari. Suſpicio enim contumeliæ, de qua in d. l. iudæos. ob notarij Chriſtiani adiectionem eluitur. Idque & tex. declaratur in l. ſi quis ex argentarijs. §. 1. verſi. quid enim. ff. de æden. in auctẽ. ſi vero contigerit. C. de iudi. & quæ Bald. & alij ſcribunt in d. l. ſi quis ex argentarijs. §. 1. teſtis ſuſpicionem, & vitium per teſtem alium dilui, qui idoneus ſit. Idque ampliationem ex ſolutione glo. & Bar. accipit; vt in teſtimonio locum, vel inimici habeat, vt ex teſtimonio alterius perficiatur. Atque ex Socin. ampliatio hæc confirmatur in conſi. 228. nu. 8. verſic. accedat, quod eorum dicta lib. 2.

58 Limitatio tertia ex ſolutione † hac gl. & Bar. regulæ illius ducitur, de qua in l. iam hoc iure. ff. de vulga. in l. eum qui ædes infra de vſucapio. iure diuerſo rem eandem non cenſeri. Ad quam reg. tex. etiam ſupra expendimus num. 39. in l. Seia. §. 1. ff. de auro & arg. lega. Locum quippe ob diuerſitatem perſonarum non habet, vt in ſpecie controuerſa. In qua pars inſtrumenti circa ſolennitatem, aut inuocationẽ Chriſti, notario Chriſtiano, partibus reliqua tribuuntur. Quæ limitatio ex tex. etiam probatur in l. Papinianus. § ſed nec impuberis. ff. de inoffic. teſtam. in l. ſi arrogator. ibique Bald. ff. de adoptio Barto. in l. Thais. §. Titius infra de fideicom. liber. videndum tamen, an limitationi huic tex. refragetur in d. l. iã hoc iure. Sed enim æqualitatis ratio ius idem inducit, tum & ſi perſonarum diuerſitas interueniat.

Secunda Barto. oppoſitio ad genitiuum ſpectat.
59 † Cuius eſt, vt dominium dicat, aut denotet per text. in l. ſeruum titij. ff. manda. in l. ſi hæredis ſeruus. ff. de lega. 1. vbi Dominus Serui hæres nuncupatur, cuius ſeruum eſſe initio dixerat. & in l. ſi ſeruus communis meuij alias meus, & Caſtrenſis peculij infra de ſtipula. ſeru. Textum etiam in quæſt. mox ſubiectam. Bar. dat in l. 2. §. 1. verſicu. in locum. ff. de religio. De quo etiam apud Barto. in l. 1. §. poteſtatis in 2. nota. ff. de pecul. ſed enim poteſtatem eius propagare in rubri. huc Iuſtinianus videtur, vt ad cauſam efficientem, materialem, & formalem pertineat. Efficientẽ quippe in verbis illis genitiuus denotat Domini Iuſtiniani. Per quem Autorem ſe aut cauſam primum voluminis huius. ff. noui & ll. omnium facit, quæcunque comprehenſæ ſub eo ſunt ad contentum continens per ea referendo, quæ ſcripta ante ſunt nume. 26. Ad cauſam etiam materialem genitiuum alterũ pertinere iuris enucleati. demonſtratum ſupra eſt, vt potè ex quo iure enucleato perinde atque, ex materia volumen compoſitum hoc eſt, & ex quo iure enucleato libri ipſi 38. & 39 vna cum libris cæteris cõſtant. Cauſam denique formalem genitiuus ille digeſtorum, ſeu pandectarum loquitur. Siquidem librorum omnium ordo in digeſtis, & pandectis continetur, vnde cauſam formalem argui, teſtatum ante habemus. Quod cum ita ſit, omnipotentem genitiuũ quodammodo Iuſtinianus inducit, vt ad omnia prædicta demonſtranda valeat.

60 Ad argum. hoc reſpondet Barto. illud † confitendo, hoc eſt ad dominium genitiuum trahi. per ll. ab eo prolatas. Cæterum priuatiuè id accipiendum, aut taxatiuè non eſſe, vt niſi dominium non oſtendat. Immo enim, & ad ſignificatus alios id eſt cauſæ efficientis, materialis, & formalis pertinet. Sic quomodo rubrica ipſa, ſeu genitiui in eo expreſſi teſtantur. Ad quam reſponſionem pertinent, quæ ſcripta ante ſunt nu. 42.

Sed quæſtionis eſt, ſenſu hoc multiplici genitiui admiſſo, quem potiorem haberi in dubio oporteat. Reſpondet Barto. ſenſum in dubio præualere, quem
61 materia ipſa ſubiecta † proponit, & ad eum nos adhortatur. l. quotiens in ſtipulationibus infra de verbo. oblig. vbi ſenſum potiorem orationis ambiguæ tex. ait, per quem efficax actus ſit. Ibique genitiui exemplo glo. id explicat. Cum de libro mentio Ariſtotelis ſit. Pro materia cum ſubiecta capiendum, vt ſiquidem autor eius Ariſtoteles ſit, Ad cauſam efficientem, non ad dominium genitiuus referatur, cum in dominio Ariſtotelis non fuerit. Sin autem Ariſtoteli quaſi autori tribui genitiuus non poteſt. Tum vero ad ius referri genitiuum conuenit, ad quod accommodari poteſt, ad dominium puta. Ad librum videlicet, qui in dominio Ariſtotelis eſſet. In eandẽ ſententiam text. Barto. profert in l. librorum. § 1. ff. de lega. 3. vbi librorum centum legatum ad codices, aut volumina operum, non ad libros, ex quibus codices ipſi conſtant, propter materiam ſubiectam trahitur, quod credibile non ſit, de libris numeralibus & voluminis vnius partibus teſtatorem ſenſiſſe. Finge enim libros totidem in Codice vno ineſſe, quot legati à teſtatore ſunt. An non ineptus legandi modus appareat, vt in libros & particulas tot rem vnam diuidere teſtator cogitauerit. Ita ad libros hos numerales materia ipſa ſubiecta non pertinet. Ad locum hunc & text. pertinere Barto. ſcribit in l. quotiens idem ſermo infra de regu. iuris. Eiuſdem generis præter. Barto. tex. & alij non pauci inueniuntur in l. item veniunt. § aptanda. ff. de peti. hæredi in l. qui duo. ff. de ſeruitu. ruſt. prædio. in l. proculus. ff. de vſufruct. in l. fin. ff. de vſufruct. earum rerum, quæ vſu conſu. in l. Imperator. ff. de in diem adiectio. in l. ſi vno in princip. ff. loca. l. ſi olei. C. eod. titul. l. ſi ſtipulatus verſicu. verum. ff. de vſur. in l. inſulam. ff. de præſcript. ver. l. ſi legati ſerui. ff. de lega. 1. l. pater ſeuerinam. §. conditionum verba. ff. de condi. & demonſtra. in l. damni infecti quidam. §. Sabini infra titu. 1. l. in conuentionalibus. §. fin. ſecundum vnum ſenſum. infra de verbo. obliga. l. qui venenum infra de verbo. ſignific. cap. cauſam quæ de reſcrip. capit. exhibita. Ibique Abb. in 2. nota. de iudi. cap. conſtitutus de religio. domi. cap. vt priuilegia de priuileg. cap. cum de beneficio de præben. lib 6. cap. ſi ciuitas de ſenten. excommu. eo. lib. c. vnio 37. diſt. cap 1. & cap. nunquam. 1. quæſt. 1. c. rego. 11. quæſtio. 1. glo. in l. non videntur data infra. de regu. iur. glo. fin. in cap. ſi Papa de priuil. lib. 6. Quam ſing. Geminia. aſſerit in conſi. 67. num. 1. in fin.

62 Et obſeruandum, quamuis † in vocabulo ſignificantiæ multiplicis. Barto. loquatur, ius idem tamen, & in vocabulo probandum, cui ſignificatus non plus quam vnus eſt, vt pro materia ſubiecta impropriè etiam intelligatur. d. l. ſi vno in prin. ff. loca. d. l. ſi ſtipulatus verſic. verum. ff. de vſuris. d. l. inſulam. ff. de præſcrip. verſic. Ad quam ſententiam text. omnes ferme accedunt, quicunque relati ante ſunt. Tradit Alexan. in conſi. 86 col. 2. circa med. verſic. non obſt. verbum dominij lib. 1. in conſi. 129. puto nu. 4. verſi. pro hoc etiam facit lib. 2. Decl. in conſi. 388. num. 4.

Secundo obſeruandum, quod in vocabulo ſenſus multiplicis ſcriptum à Barto. eſt, ad caſum etiam dubium porrigendum, vt ex materia vtrubique ſubiecta verba accipiantur. Idque oſtenditur, nihil
63 aliud † verba illa in ſenſu multiplici, atque illa pollent, in re dubia ex materia ſubiecta interpraetationem habendam. Quandoquidem ex ſenſu ipſo multiplici oriri ambiguitas ſolet, & dubia res æſtimetur; quæ intelligi varie poteſt. l. veteribus ibique

glo.

Digitized by Google

glo. & Bal. in vtraq; lectu. ff. de pactis. l. qui ex pluri-
bus infra de verb. obli. l. quotiens in ſtipulationibus
eo. titu. iuncta l. quotiens idem ſermo infra de reg.
iur. in d. enim l. quotiens in ſtipulationibus, de ora-
tione menuo ambigua fit. In d. l. quotiens idem ſer-
mo de eo memoria habetur, Duplex cui ſententia
eſt. Hoc eſt intelligi dupliciter poteſt. Ita orationem
ambiguam tex. illi probant, quæ ſenſum duplicem
exprimit. Eodem tex. ſpectat in l. cum ſtichus. Ibi
atq; vtriuſq; rei dimidium. infra de ſolutio. in l. ita fi-
64 dei infra de iure fiſci. eandem ſententiam † tex. accè-
di in c. fi. circa fi. Ibiq; glo. & Doc. de reſcripi. vbi in-
certa citatio habetur, in qua locus inſeritur, qui, & vil
lis alijs communis prouinciæ eiuſdem eſt. atq; ideo
dubius locus inde dicitur, quod intelligi varie poteſt
tradit Bal. in l. ſcire. ff. nu. 3. ff. de ll. & vbi pluralitas, ibi
obſcuritas Bal. in l. hac ꝯſultiſſima in prin. nu. 4. C. qui
teſta. fa. poſ. & hoc genus. Sed quæſtio incurrit. Sen-
tentia obfirmata eſt, ad dominium, cauſam efficien-
tem, materialem, & formalem genitiuum trahi, quid
65 in poſſeſſione, vtrum ad eam pertineat. † verbi grá-
tia pœnam rem alterius receptanti ſtatutum infert. Ad
eum ne pœna porrigatur, à quo recepta res ſit, in
quo niſi poſſeſſionis eius is non habeat, apud quem
erat, & cui ablata dicitur. quæſtionem hanc Bar. hic
attingit. In qua inter ſignificatum, & communem
loquendi vſum diſtinguit, vt ex ſignificatu quidem ex
tra pœnam receptatio ſit, quod ad dominium geni-
tiuus, non etiam poſſeſſionem pertineat. Cauſam
aliam vſus dicendi communis eſſe, ex quo, & eius res
dicitur, cui niſi poſſeſſio vel detentatio non eſt.

Quæſtio hæc ſicut ex compendio non exiguo con
ſtat, ita altius eam atq; ex ordine repetendam duxi.
66 Præceptio igitur † & regulę vice traditur, dominium
genitiuo exprimi. d. l. 2. §. 1. verſi. in locum. ff. de reli-
gio. vbi verba illa in locum alienum ad Dominum,
non ad fidei bonæ poſſeſſorem competunt. Atqui ge
nitiui vim dictio alienum poſſidet. Idemq; ac alterius
genitiuus pollet, vt tex. ipſe explicat. Ex quo etiam
tex. obiter adnotandum, ad dominium alienus dictio
nem referri. Idq; & Bar. ibi obſeruat, idem hoc tex.
confirmat in l. 1. Ibiq; etiam Bar. ff. de ſeruo corru. tra
dit idem Bar. in l. ſi fur. de vſufruc. Deci. in conſ. 83.
nu. 3. circa fi. textu etiam præceptio, & regula hæc
confirmatur in d. l. ſeruum titij. ff. manda. vbi referre
tex. ait. Alicuius ſeruus ſit, an bona ab eo fide poſſi-
deatur. alicuius quippe ita dicitur, ſi in dominio eius
eſt. Ad ſententiam hanc tex. etiam accedit in d. l. ſi
hæredis ſeruus in prin. ff. de lega. 1. vbi Dominus ſerui
hæres nuncupatur, Cuius per genitiuum eſſe, Dictum
mox in verbis ijs erat, ſi hæredis ſeruus rem legatam
ignorante domino ſubtraxiſſet. Ita nihil intereſt, vtrũ
hæredis ſeruus, an ſerui Dominus hæres dicatur eo-
dem tex. ſpectat in l. ſi ſeruus communis meuij, aliàs
meus infra de ſtipula. ſeruor. Siquidem Meuij legi-
mus. Inductio eadem, Atq; d. l. ſi hæredis ſeruus. inue
nitur. Dominus quippe ſerui Meuius aſſeritur, cuius
ante ex parte eſſe, dictum fuerat. Qui ſi meus legi-
mus. ſi ſeruus communis meus, & Caſtrenſis peculij.
inductionis eiuſdem erit, atq; tex. in d. l. 2. §. 1. ff. de
religio. Qua enim ratione per genitiuum alterius di-
ctio ibi alienum exponitur. Atq; in dominio accipi-
tur, ita & in genitiuum accipiendum meus prono-
men erit, ſeruus meus. i. mei, in quo dominium ha-
67 beo, in quo loquendi † genere eximiam latinę dicē-
di, & gramatices peritiam obſeruate in Iuriſconſul-
to licet, ſeruus enim meus, non mei non ab re dixit,
quod ſubſtantiui conſortium mei genitiuus non ad-
mittit. Neq; rectè dixerimus, Liber mei præceptoris.
Neq; cauſa tui Petri id actum. Genitiuus planè adie-
ctiuum ſubſtantiuo adiectum adſciſcit, verbi gratia
Meus præceptoris vnius aut ſolus liber. Mea vnius
aut ſolius cauſa id actum. Idem in tuus, ſeruus, tua,
& ſua. Ita vt ad ſubſtantiuum non ad pronomen ip-
ſum referatur, ſic quomodo apud grãmatices, & lin-
guæ latinæ videre autores eſt.
68 Cæterũ quia à difficultate vacuus † ſenſus tex. non
eſt in d. l. ſi ſeruus communis meuij. Neq; momenti
exigui cognitionem eius video operæ pretium factu-
rum me duxi, ſi explicationem eius breuiter attinge-
rem. Iuri enim contradicere circa hæreditatis nomen
videtur. Quod niſi ante aditionem eius admittere
Doc. non ſolent, vtpote qua facta, dici hæreditas de-
ſinit. Hæredis quæ bona, non hæreditaria creduntur.
l. Sed ſi plures. §. ſi filio. ff. de vulga. l. qui titij. ff. de his
quibus vt indig. l. 1. §. præterea infra de ſeparatio. l. fi.
in fi. C. de inoffi. teſt. § j. inſti. quibus ex cau. manu. nõ
li. §. 1. inſti. de hæredum quali, & differ. Idq; ad quæ-
ſtionem ponderis non leuis Alex. & Poſteriores, ap-
plicant in l. 1. §. veteres infra de acq. poſ. Deci. in l hære
ditas in fi. infra de reg. iuris, & in l. qui ſe patris nu. 15.
in fi. In texto nota. C. vnde lib. Iaſon. in l. venia nu. 7.
in additione C. de in ius vocan. Renunciationem filię
de hæreditate patris, ad fratris bona non porrigi, licet
patris bona in eis cõſtent, ꝓ patris hæreditas poſt adi-
tionẽ fratris, non dicatur, at fratris tantũmodo. Cum
iure hoc pugnare tex. vr in d. l. ſi ſeruus cõis Meuij. vbi
è contrario penitus, niſi poſt aditionem hæreditas nõ
intelligitur. Namq; vbi filio familias milite extincto,
& hæreditate eius ab inſtituto nondum agnita, ſeruus
ſtipulatur, qui communis militis, & meuij erat, ſoli-
dum meuio ex ſtipulatione acquiritur. Neq; in pen-
denti ea quantum ad filij militis hæredem eſt, vt eo
poſtea adeunte, pro rata portione cum Meuio admit
tatur. Si dixeris, hæreditati ſaltem iacenti ex ſtipula-
tione, & per hæreditatem ipſam iacentem hæredi fu
turo acquiri. Reſpondet tex. hæreditati non quæri,
cum hæreditas ante intelligi aditionẽ nequeat. Neq;
conſequentiam procedere, Hæres inſtitutus quiſpiam
legitur, ergo hæreditatis appellatio ante admittenda,
quam ab inſtituto adita hæreditas ſit. Ita aditionem
ad ipſum hæreditatis nomen exquirere tex. videtur.
69 Secundo iuri prædicto refragari † & illud videtur,
quod hæres ante quis non habetur, quam accepta ab
eo hæreditas ſit. l. 3. §. ſi quis ita. Ibiq; Bal. Imola, &
Caſtren. ff. de hæredi. inſti. l. ſi in diem in prin. ff. de cõ
di. & dem. l. 3. § ſi quis hæredi. infra de ſtatu lib. Ratio
eadem hæreditatis videtur, ne ante dicatur, quam adi
ta ſit. Idq; ex eo iuuatur, quod ex effectu accipi verba
oportet l. ſcire leges. ff. de ll. l. 1. §. hæc autem verba. ff.
quod quiſq; iuris inſerta in c. hæc autem verba de pœ
ni. d. 1. l. pen. § docere. ff. ne quis eum qui c. relatum
de cler. non reſiden. c. in his de verb. ſigni. & hoc ge-
nus. Quorſum igitur tanti vocem ſolam hæreditatis
ſine effectu facere vt niſi ea hæreditas non prohibea-
tur, quæ agnita non ſit.

Solutione duplici refelli tex. poteſt in d. l. ſi ſeruus
communis meuij. ne legibus obſtet, quibus expreſſum
eſt, poſtea hæreditatem non intelligi, quam adita eſt.
Prior ſolutio. eo niſi poſt agnitionem hæreditatem
ibi non videri, quod priuilegiarium ius militiæ contra
70 poteſtatem patriam vertitur ob id ſtrictim † priuile-
gium accipiendum, vt quam minimum poſſit, patris
ius lædat l. impuberi. ff. de admini. tutor. Sed nec ali-
ter alienum ius lædi ex priuilegio ſolet, niſi expreſſum
ſit Calderi. in conſi. 1. in fin. de ſepul. per tex. in c. ſuper
eo de offi. delega. Patris vero intereſt, ne ante hære-
ditas filij militis intelligatur, quam agnita ſit, quoniã
hr̃ditatis nomine admiſſo, ſi hæres à filio ſcriptus nõ
adit quia nolit aut adire nequeat, niſi quaſi hæres filij
ad bona aſpirare eius non poterit. Nomine planè
71 † hæreditatis amoto, peculij cauſa iure quidem ſtorũ
bona omnia filij vel militis occupabat l. 1. & 2. infra de
Caſtren. pecu. glo. in l. Papinianus. §. 1. in ver. finitam.

ff. de

Digitized by Google

ff. de inoffi. teſtam. tandem, & C. iure ante l. quod ſcitis. C. de bonis quæ lib. cum liberis aut fratribus vtrinque coniunctis nullis ſuperſtitibus mortem filius obiret. l. quæcunq; §. nulla. C. de bonis quæ lib. per d. l. ꝙ ſcitis. inſtitutum eſt, vt niſi iure hæreditario pater nõ ſuccedat. De quo etiam Cuma. meminit in conſ. 123. Qualiter. Idque iure auctẽ. expreſſius cautum, vt niſi tanquam hæres ſimpliciter pater non admittatur. §. 1. in auctẽ. de hæredi. ab inte. venien. glo. in d. l. Papinianus. §. 1. & in l. pater qui caſtrenſe. in glo. magna poſt med. Ibiq; etiam Bar. infra de Caſtren. pecul. Iaſ. in l. qui ſe patris nu. 60. in fi. C. vnde lib. Non parui verò refert, iure peculij, an hæredis pater admittatur. quoniam vti hæres in ſolidum creditoribus, & perpetuo, iure planè peculij niſi intra annum vtilem, & peculio tenus creditoribus filij obſtrictus pater non erat. d. l. pater qui caſtrenſe. Ibiq; Bar. Iaſ. in d. l. qui ſe patris nu. 60. Itaq; cum patris intereſſet in ſpecie d. l. ſi ſeruus communis Meuij. hæreditatis nomen ante non dici, quam adita hæreditas eſſet, quo minor patri iniuria ex filij priuilegio militis fieret, per legem ita ſtatutum credibile eſt. Quam priuilegij rationem in verbis illis tex. innuit, cum beneficium principalium conſtitutionum. l.

Secundo, & ſcite magis ad tex. reſpondetur in d. l. ſi ſeruus communis, idcirco hæreditatem filij familias militis ante aditionem non haberi, quod hæres ei iure in illo quiſquam exiſtere niſi ex teſtamento non poterat, iure peculij ab inteſtato bona omnia patre auferente. d. l. 1. & 2. infra de caſtren. pecul. ex teſtamento ſanè ante ſpectari hæreditas non ſolet, quam aditione roboratum id ſit, cum effectum ante non habeat. Quam rationem nominatim tex. ſubijcit in d. l. ſi ſeruus communis. Ratio longe alia eorum eſt, qui hæredes habere iuxta legitimos atq; teſtamentarios poſſunt, in his enim, & ante aditionem hæreditatis recipi nomen poteſt, id quia teſtamenti etiam confirmatione remota, eoq; ad irritum deducto, Ab inteſtato hæreditas deferri nihilominus poterit.

Apparet ex reſponſione hac ſecunda, rectè ſatis de textu illo glo. ibi in ver. erit, & Bar. in ſummario non ſenſiſſe. Cum generaliter tex. illum interpretantur, filiusfamilias miles vel non dominus alter ſit. Quẽ ſenſum verba, & ratio tex. non ferunt. Quorſum enĩ de peculio caſtrenſi, & filiofamilias ibi meminiſſe, ſi
72 ius idẽ, & in oĩo alio ſit, vnde abſurda res † fuerit, nullo miſterio nullove effectu verba illa ocioſè adiecta. l. 1. in prin. Ibiq; glo. & Bal. ff. ꝙ metus cau. vbi ne ſillabæ quidem fruſtratio, aut vacuitas admittitur. & alia apud nos comparata in conſ. 297. nu. 4. Secundum quæ, locũ tex. non habebit in d. l. ſi ſeruus cõis quotiẽs cõis inter duos ſeruus ſit, quibus hæredes exiſtere ęque legitimi ac teſtamentarij poſſunt, quo caſu ſicut neceſſitas teſtamenti confirmandi, quantum ad hæreditatis nomen, & effectum tacet, ita ſilere, & diſpoſitionem conuenit. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. & alia ſupra relata nu. 54. æque ratio illa abeſt in pendenti ibi ſtipulationem ſerui communis quantum ad portionem filijfamilias militis defuncti manere, dum hæreditas eius adita ab hærede eius ſcripto ſit. quoniã hæreditatis nomine admiſſo, etiam ſi adita nondum
73 ſit, ſi vti iacenti ſtatim acquiritur, & per eam † hæredi futuro teſtamentarius is vel legitimus ſit, & quæ Domini vicem ſuſtinet. l. liber homo. 1. §. 1. ff. ad legem aquil. l. non minus §. 1. ff. de acq. hæredi. l. legatum eſt. §. ſeruo. ff. de lega. 1. l. ſi mihi, & titio. §. fi. ff. de lega. 1. l. hæreditas infra de acq. rerum domi. l. nouatio in fi. infra de nouatio. & hoc genus. Repreſentatio hæc domini ſeu hæreditatis iacentis ius in filiofamilias milite non contingit. Cui hęres exiſtere niſi ex teſtamento nemo poteſt quo euaneſcente, & ipſum nomen hæreditatis intercidere neceſſe eſt.

Obſeruandum tamen, quod in filio ibi familias milite dicit. Ratione fortiori in filiofamilias pagano in d. l. ſi ſeruus communis, probandum. Quoniam nec ex teſtamento hæredem habet Atq; ideo hæreditatis nomen intelligi omnino non poteſt hæredita-
74 te planè † amota, quomodo ex ſtipulatione ei quæri perinde ac iacenti poterit. l. 2. ff. de vſufr. l. eius qui ver ſicu. quas vero. ff. ſi cer. pet. & hoc genus, efficitur ex hoc, vt Meuio ſocio multo magis ex ſtipulatione ſerui communis acquiratur. Quatenus nec ex teſtamento quo hæredi acquiri futuro poteſt etenim ſi futurus intelligi hæres nequit, quomodo ex euentu impoſſibili pendere acquiſitio poterit. Conſequenter his dicendum, Non abſq; miſterio de filiofamilias milite Socio in tex. prædicto memoriã habitam. Quoniam litis remota, controuerſiæ quicquam res non habet, hæreditati vti iacenti per ſeruum communem non acquiri, ſiquidem etiam vbi hæreditati acquiri quaſi iacenti, & hæredem futurum repræſentanti poſſet, Nulla tamen tum intelligi hæreditas poteſt, quæ hæredis futuro vicem obtineat.

75 Si dixeris, cur non peculio ſaltem, † & per id patri ex ſtipulatione ſerui communis acquiritur. Reſpondetur. Cum ſeruus ipſe in peculio ex parte filij eſſet, fieri non poſſe, vt peculium ipſum peculio acquirat. Idem quippe, & acquirens, & res eſſet, cui acquiritur. Idem, & daret, & acciperet. Cum diſtinctionem natura perſonarum expoſtulet dantis, & accipientis. l. 2. infra de ſtipula. ſeru. c. fi. in fi. de inſtitutio. Qua ratione venditoris, & emptoris perſonam nemo vnus ſuſtinet. l. 1. in prin. ff. de rerum permut. l. pupillus. § item ipſe. ff. de autori. tu. Inde fit, vt ipſum ſe rectorem eccleſiæ iure quiſquam patroni non offerat. Patronum enim, & præſentatum actus is exigit. c. per veſtras de iure patro. & alia apud Iaſ. adſcripta in l. cum filio col. 5. in 4. nota. ff. de lega. 1. Præter quem, & alia aggregatem, ſi res poſceret.

76 Non obſtat. Rationem eandem † hæreditatis, atq; hæredis videri, vt niſi poſt aditionem hæreditas non dicatur, ſimiliter vt dictum in hærede eſt. Immo enim ratio multo alia inter hæc vertitur. Hæres quippe eo ante aditionem non dicitur, quod in abſtracto intelligi, & carere hæreditatis effectu nequit. Quomodo enim hæredis nomen intelligi ſine hæreditate poterit, cum non aliud hæres niſi Dominus ſit. l. ſi ager. ff. de rei vendica. l. his verbis in prin. ff. de hæredi. inſti. l. cũ hæredes in prin. infra de acqui. poſſeſ. §. fin. inſti. de hæredum quali. & differ. at enim dominus rei, quam nunquam habuit, aut ius cuius ei quæſitum nunquam eſt, dici nemo poteſt. l. 4. ff. loca. l. ſi ſeruum, §. ſi modus. ff. de actio. empti. glo. in c. bonæ. 1. in ver. per rerum naturam de electio. Cauſa alia hæreditatis eſt; Quæ propriè diſcerni niſi in abſtracto non poteſt, quoniam vbi cum bonis hæredis concreta atq; vnita per aditionem eſt, ius bonorum hæredis ſequitur, & rei vnius iure, & vocabulo omnia cenſentur. cum ad
77 eſſentiam vnam † per vnionem vnita redigantur l. in rem actio. § item quęcunq; ibiq; Bal. ff. de rei vendica. l. excuſantur. §. fi. Ibiq; Bal. iuncta. l. ſeq. ff. de excu. tutor. d. l. ſed ſi plures. §. filio ibiq; Ang. & Imol. ff. de vulga. c. ſuper eo. ibiq; Geminia. de pręben. lib. 6. Aliter porrò interpretantibus conſequens fiet, vt hæreditates plures vnius ſint, & vniuerſale ius hæreditatis in bonis aliquibus competat contra definitionem eius, de qua in l. hæreditas infra de regul. iuris.

Non ob. ex effectu verba accipienda, eoq; nomine ante hæreditatem non videri, quam ad effectum perducta agnitioni ſit, Locum enim arg. haberet, ſi adeundi ius ab ea demimus, vt agnoſci nequeat, quo caſu vacua haud dubiè ab effectu erit. Cęterum cum eius adipiſcendæ ius eſt, effectu ſuo adeundi non caret.

Secun-

78 Secundo arg. diluitur, effectum † diuerſum pro tē-
porum diuerſitate inueniri.l.3.§. pen.ff. de hæredi. in-
ſtit.l.centurio.ff.de vulga.l.pater Seuerinam.§. condi-
tionum verba.ff de condi. & demon. c. non debet de
conſangui. & affini. Alius igitur hæreditatis effectus
antequam poſt aditionem eſt. Ante quidem, vt de
iure in ea. Quærendo agatur toto titu.ff de acqui.hæ-
redi.& ad hoc tempus quæſtio Doct. pertinet, quæ in
filij propter maſculos excludenda conſiſtit. Ius quo-
que accreſcendi ad tempus hoc ſpectat, locus cui poſt
aditionem non eſt.l.1.§ interdum.ff.de vſufruc.accre.
l.ſi minor.ff.de acq.hæredi.l.fi.§. filium. ff.de lega.2. &
hoc genus. Poſt aditionem vero effectus alij verſan-
tur. Qui ad ea ſpectant, quæ comprehenſa in teſta-
mento ſunt, & quæ ob eius vel hæreditatis legitimæ
cauſam occurrunt. Ad tempus hoc, cum adita hære-
ditas eſt, nominis vocabulum non competit, vt hære-
ditatis nomen maneat. Cum hæredis eſſe bona cœ-
perint, & vnicum bonorum omnium patrimonium
hæredis æſtimetur.

79 Præter tex. à Barto. de genitiui † ſenſu circa domi-
nium, relatos, ex tex. etiam regula hæc iuuatur in l. &
eleganter. §. ſi ſeruum ibi priuſquam factus ſit legata-
rij. ff. de dolo. l. ſi ego. ff. de nego. geſto. in l.
proculus ibi non potuit pecuniam viri facere. &
ibi manſit pecunia eius, cuius fuerat. & l.quamuis. Ibi
mulieris tamen eſt ff de iure dot.l.3. §. ſi ſtipulanti ibi
nummi eius non fiunt. ff. de donatio. inter virum &
vxor. l.de eo. Ibi de eo, quod vxoris in ædificium viri
ita coniunctum eſt.eo.titu.l.huiuſmodi.§.qui ſeruum.
l.ſeruum filij.§.1.ibi retro ipſius fuiſſe videtur res.ff. de
lega. 1.l.nuper.§.1.ibi vt ea demum, quæ illius ſunt, vi-
deantur legata. ff. de lega.3. text. non vulgaris inſtitu.
quibus alie. lib. vel non in princi. & §. 1. vbi verba illa
quamuis eius ſit. & eius non ſit, ad dominium relata
expreſſim leguntur.

Regula hæc, ad dominium propriè genitiuum re-
ferri, ex Barto. etiam confirmatur in l. 1. §. fin. in ſe-
127 Quæ ratio fortior † intelligi & in d. l. iam hoc iure poteſt, vt ſi vulgari locum eſſe ſubſtitutioni voluit, multo magis pupillari, per quam hæredem iuxta pupillus atque teſtator habet. Pupillus quidem immediatum, teſtator vero mediatum. Rurſus ſi pupillarem teſtator induxit, multo magis adſcripturus vulgarem fuerat, ſi hæredem non exiturum pupillum crediderat, ne inteſtatus decedat. & quia ſi bona omnia ſua & filij, peruenire ad ſubſtitutum iuſſit, longè facilius teſtatoris ſolummodo. d. l. hæredes mei. §. cum ita.

Aliter etiam limitationem defendendo, reſponderi ad text. poteſt in dicta l. iam hoc iure. Ab effectu,

128 non à verborum ſpecie † repugnantiam æſtimandam argum. l. cum pater. §. donationis. ff. de lega. 2. & quæ adſcripta ſupra ſunt nume. 49. & nominatim magis, ad rem non attinere, affirmatè, vel negatiuè verba concipiantur, ſed effectum inſpiciendum negatiuus, an affirmatiuus ſit, ex text. declaratur in l. 2. §. item ſi in facto. ibique Iaſ. nume. 4 in 2. no. in l. huiuſmodi & in l. inter ſtipulantem in prin. ibique Iaſ. poſt Alex. infra de verbo. obliga glo. in clem. fin. de reſcrip. Iaſ. in l ſi prius nume. 33. circa med. ſeu colu. 11. verſi. tu autem pro pura & mera veritate infra eod. & in §. æque nume. 46 & ſequen. inſtit. de actio. Proinde effectum ſpectari ſubſtitutionis cõuenit, qui affirmatiuus eſt, vt ſubſtitutus admittatur. non verborum ſonum, quibus cõſcripta ſubſtitutio ſit. & quamuis in caſum vnum tantummodo facta ſubſtitutio legatur. Ex opinione id teſtatoris euenit, à quo caſum alium exiturum, cogitatum non eſt.

Secundo fauor iſte actus confirmandi ad offenſio-

129 nem verborum non † prodeſt, vbicunque ampliatio ex ea vltra ſignificatum proprium ſequitur. Ita vt pluris aliquid, quam ſignificatio ferat, eo oſtenſo, diſpoſitioni cedat. Atque ideo magis eſt, actum eua neſcere, quam vt maius quicquam veniat. l. tutores. § 1 ff de adminiſtra. tuto. l. 1. circa med. ff. de confirm. tut. vbi pro tutore curator teſtamento datus non accipitur, verum inutilis dato maner id quia plus in tutore quam curatore eſt. Quam rationem in dicta §. 1. Barto. adijcit. è contrario vero pro curatore tutor accipitur in dicta l. pater Seuerinam. §. conditionum verba. Id quia minus in cura quam tutela eſt. Eam ob rem facilius quid decreſcit, quam creſcat. Quam rationem in dicto §. conditionum verba Caſtren. ſequitur numero 3. Aretin. in conſilio 66. colum. 2, poſt princip. verſiculo ſed tamen vt omnia plenè diſcutiantur. Iaſ. in l. ſi quis in fundi vocabulo numero 32. verſiculo ego vltra ſcribentes. ff. de lega. primo in l. quotiens in ſtipulationibus numero quarto verſiculo quarto ſignanter limita, & in l. quod dicitur numero 12. in quarto nota. infra de verbo. obligatio.

Limitationi huic Socin. etiam aſſentitur in l. quotiens 2. numero 2. ff. de rebus dub vbi offenſionem quidem verborum ad actum confirmandum, at non ampliationem admittit. Ex Imola in capitu. qualiter §. debet de accuſatio. ſed enim titu. illum in codice meo Imola non attigit. Abb. etiam profert in capit. audiris in 1. nota. de præſcript. Qui non ita generaliter loquitur, ac Socin. refert. Immo enim in ſpecie Soci. aduerſatur. Quæ interpretationẽ latã admittit.

130 Cõtrarius limitationi huic tex. vr̃ † in l. pen. in prin. ff. de vſu & habi. vbi pro vſufructu vſus accipitur, ne

bulla vſus fiat. Atqui amplius non paulo in vſufructu, q̃ vſu eſſe incertũ non eſt. & monẽdi ſumus in legato tex. illum loqui, ꝙ ſtrictum regulariter interpretatur. l. apud Iulianum. §. Scio. l. quod in t erum. §. qui vſumfructum. l. legato generaliter. ff. de lega. 1. l. ſi ita ſit ſcriptum. ff. de lega. 2. l. nummis. ff. de lega. 3. l. pen. ff. de dote prælega. l. cum certũ. ff. de triti. vino oleoque lega. l. vxor patrui C. de lega. quid in materia dicendum benigna erit. In qua controuerſia vertitur. Per quem tex. limitationi huic Deci. reclamat in conſi 77. col. 1. in fi. vbi in iure maiori interpretationẽ habendam ſcribit, vbicunq; firmitatem in iure expreſſo habere actus nequit in eandem ſententiam tex. illũ Iaſ. profert in l. 1. in tertio nota. ff. de eo quod cer. lo. & in conſi. 183. col. 3.

131 lib. 2. Limitationi † huic præter Deciũ & Iaſ. reſiſtere & tex. vſ̃ in d. l. Proculus. ff. de vſufruc. vbi in proprietatem vſusfructus legatum aſſurgit, ne prohibitio inanis altius tollendi fiat. Plus ſanè nec Paulo in proprietate quam vſufructu eſſe. Quis neſciat. Cum limitatione hac pugnare & tex. videtur in d. c. auditis. Ibiq; Abb. in 2. nota. de præſcrip. vbi in ſpecie ſaltem fauorabili pro lege iuriſdictionis dioceſana accipitur. At enim amplior iuriſditionis, q̃ lex dioceſana eſt. vt ibi habetur. & vberius apud Abb. in c. dilectus de offi. ordinar. tex. ẽt

132 † limitationi huic reſiſtit in §. 1. Ibiq; gl. in ver. ad curationẽ. in auctẽ. vt hi qui obli. quem in limitationẽ hanc Iaſ. affert in d. l. quotiens in ſtipulationib. nu. 5. & in d. l. quod dicitur. num. 12. vbi pro tutela curatio accipitur.

Ad tex. d. l. pen. reſpondetur, contrarium eum limitationi non eſſe, re ipſa perſpecta. q̃uis verborũ tenus obſtare videatur. Quoniam niſi vſus ius nõ competit. & quod expreſſum de vſufructu eſt, ad neceſſitatem, & robur vſus pertinet. Quatenus neceſſarius nemoris vſusfructus ad vſum ipſum eſt, verbi gratia plauſtra triginta lignorum legatarij vſus, & neceſſitas poſtulat. Cæterum ſi vltra eum modũ cædere ex nemore non licet. Ad hunc vſus recid. t. Cum tantum in ſumptu cædendi & vehendi puta; quantum in pręcio lignorũ eſt. Proinde hactenus cædere conceditur, quatenus vſui ſeu neceſſitati legatarij, & impenſæ ſatis cedendi erit. Ita vt imminuta ligna ad vſum, ab onere omni habeat. arg. l. fructus. ff. ſolu. mat. ita text. illum Alberi. ibi non inargutè neque inſcitè exponit.

Sed duo obſtare reſtrictioni, & ſenſui huic Alber. videntur. Prius, ꝙ verbis text. contradicit, qui vſumfructum quoq; legatum videri ait. ne ſi alienandi poteſtas ad exemplum vſusfructus non fiat, inutile legatum maneat. vnde probabilis Alber. expoſitio non videtur, per quam verba tex. iterum offendantur, & ad vſumfructum vſus conuertitur. Secundo generaliter tex. de vſusfructus iure, & poteſtate alienãdi loquitur. Eam ob cauſam ad neceſſitatem reſtringendus non eſt, quatenus neceſſarium precium ad impenſam eſt cædendi & vehendi. l. de precio. ff. de publicia. & alia ſupra relata nu. 18. verſi. & verba generalia reſtringere.

Reſpondetur, ex ratione tex. reſtrictionem hanc ſe-

133 qui: cum ideo † vendendi facultas datur, ꝙ commodi quicquam alias lautius vſuarius non erit. Ita legati vitio, aut incommodo ratio tex. nititur. ob id ad limites textum reſtringi ipſius rationis conuenit. Ideſt quatenus vẽtoſum, aut caducum futurum legatum eſſet. l. credendum in prin. ff. qui per. tu. l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de lega. 2. l. milites agrum in prin. infra de re milit. Bar. in l. contra. ff. de ll. Bal. in l. de quibus nu. 33. verſic. quoad ſecundum. eo. titu. Ibique rationẽ Bald. affert, quod dicta iuxta ac facta omnia ratio moderatur & regit. Rurſus quatenus vtile vſus legatum ſit, ratio text. ſilet, ne inutile fiat. Ratione igitur dicta l. in parte alia nemoris tacente, quæ ad vſum neceſſaria, & effectum eius non eſt, & legis ſilere ſcripturam oportet. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. Regula huc ſpectat, de qua in l. quæ de tota. ff. de rei vendica. Iure & iuo reſponſio hæc iuuatur, effectum omnem

134 † a cauſa ſua limitari. Atque ideo ſi limitata cauſa eſt, effectum quoque limitatum produci, ne amplior cauſa ſua effectus fiat. l. ita autem in prin. ff. de admin. tutor. l. cancellauerat. ff. de his quæ in teſtam. delen. l. in agris infra de acquiren. rerum domin. l. age. Ibique Iaſ. C. de tranſactio Itaque cum ad fruſtrationem legati cauſa tex. reſtringatur in dicta l. penul. ne fruſtra legatum vſus fiat. Ad limites ipſius cauſæ reſtringi, aut rationis debebit, quatenus fruſtratorium legatum inueniretur. Quo argumentandi genere ad ſermonem generalem coarctandum. Bald. vtitur in l. prima in princip. colum. prima poſt med. ſuper glo. 3. ff. de ferijs.

135 Secundo reſpondetur, generalia † text. verba ad materiam ſubiectam reſtringenda. l. Imperator. ff. de in diem adiectio. l. ſi legati ſeruũ. ff. de lega. 1. & alia ſupra relata. numero 61. & ſequen. vnde cum de vſufructu vſus ratione text. loquatur, ne illuſorium vſus legatum fiat, ad vſus materiam reſtringendus & naturam erit.

136 Tertio reſpondetur, dictione ſimilitudinis † textum vti. Ibi quemadmodum vſufructuarijs licet. Similitudinem enim quemadmodum dicit l. 3. §. ſi duobus. Ibique glo. in ver. vtrique. ff. de adimen. lega. l. quemadmodum infra de acquiren. poſſeſ. Similitudinem porro ſatis eſt in caſu controuerſo accedere, quamuis diſſimilitudo ab alijs inueniatur. l. fin. ibique Iaſ. in prin. C. de colla. quam ordine præpoſtero pro. l. penul. expoſuit. tradit idem Iaſ. in l. creditori. colum. fin. infra eo. Deci. in cap. translato numero 7. de conſt. ſatis igitur erit, in materia ſubiecta ſimilitudinem inter vſum, & vſumfructum interuenire, ideſt vt vendẽdi facultatem quatenus vſus ipſe exquirit, exemplo fructuarij vſuarius habeat. Non etiam vltra materiã & neceſſitatem vſus extenſio facienda facultatis erit.

137 Idque & relationis † exemplo iuuatur, quæ ad omnia ſemper non fit, verum vt materia ſubiecta hortatur, reſtrictionem admittit. l. Iulianus cum glo. in ver. dubitari. ff. de hæred. inſtit. Iaſ. in l. diuortio in prin. numero 18. in fin. ff. ſolu. matrimo. & in conſilio 115. colum. pen. lib. 4. Sed enim relationem generalem materia ſubiecta non patitur, vt fructuario per omnia ſimilis vſuarius fiat. cum longè lateque inter eos differat.

138 Tex. item limitationi non obſtat † in dicta l. Proculus. ff. de vſufruct. Quoniam ex mente teſtatoris vſusfructus ibi in proprietatem abit. Quæ mens ex prohibitione altius tollendi percipitur. Inepta quippè ad fructuarium prohibitio, vt glo. ibi docet. De qua voluntate ſi conſtare in dicta l. tutores. §. 1. ex verbis alijs ſimiliter poſſet, vt in dicta l. Proculus. Dubitandum non eſt, quin pro tutore, & curatore accipiatur. Nouum quippè non eſt, Adiuncti ratione verborum naturã mutari. l. ſed & ſi adijciatur. ff. pro ſocio. l. qui lancem. cum glo. ff. de auro & argen. lega. Afflict. in cap. 1. §. fin. numero 29. de feudo guar. in cap. 1. numero 24. de contro. inter epi. & vaſal. Soci. iun. in conſilio 167. numero 26. lib. 2. Sed & à verbis. l. recedere ob verba alia in ea inſerta licet Iaſ. in l. 1. colum. nona numero 39. ff. de lega. 1. per glo. & Barto. in l. non dubium. C. de ll.

139 Non obſt. text. in dicto capi. auditis. Ibique † Abb. de præſcriptio. quem ad limitationem confirmandam incogitate à Socin. vocatum diximus in dicta l. quotiens 2. numero 2. ff. de rebus dub. Quoniam nullius ibi præiudicium vertatur, vt pro lege iuriſditionis libelli ſuſtinendi cauſa, dioceſana capiatur. Ea ratione, quam pleniſſimam fieri interpretationem conuenit. l. fin. ff. de conſtitu. princi. quod aliter in dicta l. tutores. §. primo eſt. vbi tutoris incommodum, &

onus

Digitized by Google

onus apparet. ex Fulgo.reſponſio hæc iuuatur in l. 3.
§. ſi q..is inſulam per illum tex.ff. de eo quod cer. lo-
co. interpretationi locum, vt actus valeat, non eſſe,
vbicunq; tertij incommodum contingit. ſequitur De
ci.in l. in cõtrahenda num. 17.in quinta limitatione ff.
de reg.iuris.in c.cum ſuper num. 6. circa fi.de offi. de-
leg. &. in c. ſuper eo in fi. primi nota. de appella. ex
140 his etiam † reſponſio roboratur, quæ apud Doc.
no.in d.l.fi.ff.de conſti.prin. Locum ei non eſſe, cum
tertij diſpendium accedit. vt Iaſ.ibi no.num. 13.Ruin.
in conſi 24.nu.6.lib.3. tex. etiam ad reſponſione hanc
prodeſt in §. 1. ibiq; glo.in ver.ad curationem in au-
cten. vt hi qui obliga. vnde aucten. decerpta minoris
debitor. ibiq; etiam glo. in ver. à curione C. qui dari
tu. poſ.vbi in lege pro tutore curator accipitur. Rei &
diuerſitatis cuius ea eſt, ratio, quod tertij non intereſt
cum omnium communis lex ſit.ita in l.facilius quam
in hominis ſcriptura offenſio admitti verborum ſo-
let. ibiq; ex eo etiam declaratur, quod vniuerſalis vim
in l. ſemper indefinita habet Bar. in l. ſi pluribus nu. 5.
ff.de lega. 2. Soc. in l. conditionibus in tertio no. ff.de
condi. & demon. Quod non ſimiliter in diſpoſitione
recipi hominis ſolet. At enim niſi impropriè vniuer-
ſalis poteſtatem in definitæ non eſſe, teſtatum ſupe-
rius habemus num. 46. contra quiſpiam cogitatione
prima diceret, facilius hominis quã legis verba offen
di. quod propriè magis lex loquatur. Bar. in l decem
num. 6. ibiq; Imola num. 8.verſi. quandoq; ſimplici-
citer. infra de verb.obli. Sed extendendo id fit.facilius
enim lex quam hominis. ſcriptura extenditur, & la-
tius legem quam hominis diſpoſitionem interpræta-
mur Bal.in l.quiſquis num.3. C. ad l Iul.maie. Iaſ. in l.
decem functo col.9.verſi. tertio pro iſta parte ff.de of-
fi.aſſes. Deci. in conſi.258. num.9. verſi. ſecundo reſpõ
deri poteſt.

Apparet ex his, de ſenſu d. §. 1. in aucten. vt hi qui
obli. Iaſoni ſatis non conſtitiſſe in d.l. quotiens in ſti-
pulationibus num. 5. & in d. l.quod dicitur num. 12.
infra de verb. obli. vbi contra Bar. & Caſtren.ſenſum
circa d. l. tutores §. 1. tex. obijcit in d. §. 1. Nec aliter
ad eum reſpondet, Contrarium omnino ratus, neq;
ad diſcrimen memoratum inter legis, & hominis ſcri
pturam animaduertens.

Limitationes, alias concluſio memorata recipit.
Quibus offenſio verborum admitti actus roborandi
cauſa non ſolent Atq; illa inprimis,de qua in l. verbis
ciuilibus ff. de vulga. Quam Areti.ibi, & poſterio-
res. in nota. obſeruant. Sed ſtudioſis obuiæ lecto-
ribus ſient.

Et quamquam ad ſpeciem omnem iuxta ſtrictam
atq; fauorabilem, & largam prædicta attinent. A ttin-
genda tamen cẽſui, vtpotè quæ vacua à fructu ob
tex. difficilium explicationem non ſunt in ſpecie pla-
ne fauorabili, cum ad priuatos fauor ſpectat. vtrum
læſio ferri verborum ſoleat, ita, vt pluris aliquid ſpe
cies fauorabilis quam odioſa habeat. Regulæ hære-
dum videtur, Proprie, & in ea verba intelligenda per
ea, quæ ſcripta ante ſunt. Neq; argumenta mouent
ex diuerſo oppoſita. & primum quidem difficile pro-
fligatu non eſt, Amplius quicquam in fauore, quam
odio non inueniri, ſi offenſio verborum permiſſa in
fauore non ſit. Immo enim priuilegio maiore præ-
ditus fauor reperitur.

In quo ad latam ſignificationem quæ propria eſt,
intelligi verba debent, cum, & ſtrictam alteram ha-
betur, quæ ad ſtrictam in ſpecie odioſa reſtringenda,
ſupra oſtendimus. Maior etiam fauor in eo cõſtat,
quod ad maius ſcriptura fauorabilis trahitur, vbi
quod minimum eſt, odioſæ accedit, vt inferius de-
monſtrabitur.

141 Non ob: vniuerſali in materia † fauorabili inde-
finitam æquipollere. Idq; niſi impropriè non fieri.
Quoniam, & in ſpecie ſtricta id contingit. l. ſi ſerui-
tus ff.de ſerui.verba. præd.l. ſi neceſſarias §. ſi annua ff.
de pign. actio. l. turpia §. fi.l plane 1. §. fi.l. ſi hæredes
nominatim ff.de lega. 1.d.l.ſi pluribus, & l.ſi ita ſcrip-
tum ff.de lega.2.l.ſi plures gradus ff.de lega.3.l.ſi is qui
cc.§. vtrum ff. de rebus dub.l. duos. §.fi.infra de duo-
bus reis.Bar. in l.omnes populi in 6.q.prin.ff.de iuſti.&
iure.Iaſ.in l. ſtipulatio iſta habere in tertio.no. infra de
verb. obli. & hoc genus. idq; l. eo factum credam, ꝙ
ad vniuerſalem verba indiffinita competere poſſunt,
licet neceſſario id non fiat,aliter quippe à verbis diſce-
di in odioſis non ſolet.

Non obſtat tex. in d. l. iam hoc iure. ff. de vulga.
Quoniam ex mente teſtatoris veriſimili ius, de quo
ibi inſtitutum ſupra oſtendimus. Quam mentem, &
in ſpecie ſtricta contra verba ipſa ſpectandam, decla
ratum ante habemus Atq; ex tex. id inprimis iuuatur
in d. l. non aliter ff.de lega. 3.

142 Non ob. ad caſum mixtum in ſpecie † fauorabili
ſcripturam porrigi, quod aliter in odioſa eſt. & niſi
verbis offenſis id non permitti. Quoniam, & ſi maxi-
me proprie tale non ſit, quod mixtim accedit, atta-
men tale ſecundum quid apparet.& caſus ſimplices
mixtum habet.ita vt alienus ab eis non ſit. Quare dif-
ferre videtur, vtrum in eo offenſio verborum contin
gat, ꝙ vnum pro altero exponatur, quod alterum
non ſignificat. An ad alterum quidem competat, li-
cet neceſſario illud non complectatur, ſimiliter ac di
ctum de indefinita eſt.

143 Non ob. à maſculino in ſpecie † fauorabili fœmi
nimum contineri. contraquam verborum ſignifica-
tio ferat. quoniam tantundem, & in materia recipi
odioſa ſolet, dum ratione tamen vacuum odium nõ
ſit, vt apud Bar.in l. 1.in prin.ff.de pecul. Bal. in l. qui-
cunq; C. de ſeruis fugi. Doc. in l ſi quis id ꝙ.ff.de iuriſ-
di. om.iudi.Secundo reſpondetur, eo, in fauorabili-
bus ſub maſculino fœmininum contineri, ꝙ nullius
intereſt. Aliter quippe fauor non intelligitur, quo cũ
tertij odium permiſcetur l.ſed,& milites §.1.ibiq; Bal.
ff.de excuſa.tu.l.ꝙ ſi nepotes ff.de teſta.tu. §. pen. inſti.
qui dari tu. poſ. Caſtren. in l. ſicut certi num. 4. C. de
teſta mili.

Quintum deniq;, & vltimũ arg.non ob.per nepo-
tem feminam excludi, quamuis de filio excluſio lo-
quatur. Quoniam ratio agnationis expreſſa, vel quæ
pro expreſſa habetur, id efficit, cum lato vocabulo
ad nepotẽ filij vox trahatur, vt in locis habetur in arg.
relatis.

144 Conſequenter his dicendum, propriè † & in fauo
rabilibus verba exaudienda. Neq; ob id parem odij
atq; fauoris cauſam intelligi. Quoniam in lato, & ip-
ſo proprio ſignificatu in fauore verba accipimus cum
& ſtrictum habent, quæ ad ſtrictum in odio referun-
tur. Ruſſus vbi.ad plura, & ipſa diuerſa vocabulum
vnum ſpectat, in quibus plus minus ve continentur,
Quod maius eſt, fauori cedit, quod contra in odioſis
eſſe inferius oſtendemus.æquè interpretatio latior in
fauore circa ea fit, in quibus leſio intelligi verborum
non ſolet.veluti in ſpecie relationis ad omnia, vel ali
qua ſolummodo faciẽdæ in materia repetitionis. in
extenſione ad caſum omiſſum.

De ſignificatu igitur ꝓprio, & lato in fauorabilibus
videndum. Hoc eſt cum ad plura diſiunctim tamen
145 fauor pertinet. veluti cum † aurei qui varij, & æſti
mationis diuerſę inueniuntur, cauſæ piæ legantur. Ma
iores ne, an tenuiores debeantur. & quidem precio-
ſiores deberi ex tex.oſtenditur in l.Titia §.fi. ibiq; Bar.
in compendio. ff. de auro, & argento. legat. Idem
gl. ibi ſentit in ver. argentea. vbi cum ſignum Dei li-
brarum centum cum ſubſcriptione ſua, in æde ſacra
ſtatui teſtator iubet, expreſſione metalli non facta,
ex quo ſignum fieret, aureo ne, argenteo, vel æreo.

Digitized by Google

cum niſi ex auro, aut argento hoc genus ſigna non
offerentur, ex argento, non ære ſignum cudendum,
tex. ait.

Si dixeris, mediocrè ibi non maius deberi, cum ex
auro non præſtetur. Reſpondetur, præ ære ex argen
to maius ęſtimari. Ex auro porrò non debetur. quod
niſi potentiorum id vires ferant. Sit maius ex argento
pro perſona teſtatricis, & æris ratione iudicatur. Sen-
tentiæ huic, quod maius eſt, religionis cauſa deberi,
Oldra. adſtipulatur in conſi. 152. ad quæſtionem nu. 6.
in fi. Bal. in l. ſi quis ad declinandam §. 1. num. 25. cir-
ca fi. C. de epi. & Cler. Cuma. in conſi. 162. viſa co-
pia col. 2. poſt med. Abb. in c. ex parte in vltimo nota.
de cenſibus. & in c. indicante num. 6. de teſta. Soci. in
conſi. 247. num. 6. lib. 2. Corn. in conſi. 302. col. 2.
lib. 4 Goz 3. adi. in conſi. 60. nu. 15. idem firman.
admittit in ver. legatum pium num. 23. & in ver. lega
tum generale num. 34. Ad quam ſententiam non ine
ptè tex. quadrat in §. finimus igitur in aucten. de non
alienan. vbi in his quæ eccleſijs donantur, vbi optimā
menſuram immenſitatem tex. aſſerit. Quem tex. pro
ſententia hac Alba. vocat in conſi. 62. num. 28 in fi.
tex. etiā opi. huic ſeruit in l. ſed, & ſi ſuſceperit §. 1. ibi-
que gloſ. in ver. reliquit. ff. de iudi.

146 Ius idem in dote obtinet, vt quod maius † eſt fauo
re eius in dotem veniat l. nuptura. ff. de iure dot. vbi
cum doti ſocero mulier promittit quod filius eius idē
quæ ſponſus debet, quamuis ad ſocerum filij obliga
tio etiam pertineat peculij puta nomine, vel quia in
rem verſum ſoceri ſit. Attamen quia plenior filij obli
gatio eſt, qui inſolidum adſtringitur. quod filius ipſe
debet, id tanquam maius dotis in dubio promiſſioni
cedit. quare non aliter quod peculio tenus, aut in rem
verſum patris eſt, doti promiſſum cenſetur, quam ſi
expreſſum id ſit. vt puta quod tu ſocer ex filij obligatio
ne, aut facto debes, doti id erit, inde fit, vt ſi disiun-
ctim concepta promiſſio ſit, quod tu mihi, vel filius
147 debet, doti id conſtituo, quia dubiam rem † alterna
tiua efficit l. vbi autem §. qui illud infra de verb. obli.
l. prætor ædixit §. quod autem infra de iniur. c in prę-
ſentia de proba. in ambiguitate hac ad id cogitatum
intelligitur, quod debitum à filio eſt Fulgo. in l. cum
is §. ſi mulier. ff. de condi. indebi. Qua ſententia ceu ve
riore, & æquiore contra glo. & Roma. Bal. iun. vti-
tur in tracta. de dote. par. 6. priuil. 74.

148 Sententiæ hanc Iaſ. obſtrepit † in l ſi ita ſit aſcriptū
num. 38. vſq; ad fi. commentarij. ff. de lega. 1. per tex.
in d c. ex parte de cenſibus. vbi cum, ſextarios certos
frumenti Diui Iacobi templo daturum ſe quis vonet,
ſi varij in loco ſextarij inueniuntur. ex quibus plus
alij alijs capiunt. ad eum frumentum metiendum, tex.
ait, qui minus continet. Neq; tex. mouere in d. l. titia
§ fi. Immo, enim Bar. & comitibus eius aduerſari, hoc
eſt, minus deberi. Namq; cum niſi ex auro argento
ve ſimulachra Dei de more offerētur. ex argento atq;
ideo ex minori effigiem inferendam tex. ait. ſi dixeris
minus argento ęs eſſe. Reſpondet. Iaſ. ob id Aeneum
ibi ſignum reijci, quod in vſu non eſſet vnde ſatis eſt
ad id in quo minus ſecundum morem, eſt, legatum
referri. Ad quem modum tex. illum excutiendo, mi-
rum in Bartolo euidenter repugnet, & cum tex. con-
ſentiat in d. c. ex parte. Anceps etiam in opi. Bar. per
tex. ab eo relatum in d §. fi. Bal. iunior eſt in d. tracta.
de dote parte 6. priuil. 73. vbi animi ſemper penden-
tem ſeſtuiſſe in Bar. ſententia ait. ſiquidem è contrario
quod Bar. putet, tex. is ſentit. qui conſuetudine totus
nititur, quod niſi ex auro, aut argento offeri dona ſo
lerent. Eapropter ſi ex ære etiam oblata donata eſſent
vtiq; Aeneum quaſi minus perinde admiſſum, atq; ar
gentum fuerat.

Conſequens opinioni huic. Iaſ. & Bal. poſterioris
149 ſit, priuilegiatiam dotem † magis, quam piam cau
ſam eſſe ſiquidem in dote pietas non vertitur, preter-
quam ſi debita pauperi ſit Alexā. in l. 1. nu. 13. verſi.
concludite. ibiq; Bal Iun. num. 40. 50. & ſeq. & num.
117. ff. ſolu. ma. ibiq; ſatis dictum, & a nobis eſt. At-
qui generaliter tex. loquitur in d. l. nuptura. quod ma-
ius eſt, in dotem venire, tam, & ſi mulier præduitis
dos ſit. generaliter etiam idem Bal. nouel. aſſerit dicto
priuil. 74 partis ſextæ. quod abſurdum videtur. vt ſi
priuilegiaria magis cauſa pia, quam dotis ſit, in qua
pauperies mulieris non vertitur. cauſæ piæ denegari
id debeat, quod doti conceſſum opimæ ſit.

Proinde a Bar. & comitum eius diſcedendum ſen
tentia non puto. quæ confirmari ex tex. videtur in d.
l. Titia § fi. vbi ex argento debetur, quod ære prætio-
ſius nō dubie eſt. quamuis fingi imago ex ære poſſet.
Neq; mutat, ex auro non deberi quoniam pro abſo-
luto tex. habet, teſtatricis id facultatibus non reſpon-
dere. cum principum, aut heroum id ſit. vnde ex ar-
gento, quod pluris non paulo ære eſt, deberi ait.

Non obſtat, conſuetudine deciſionem tex. illius ni
ti. qua remota, liberum hæredi eſſe, ex ære imaginē
ponere.

Reſpondetur, quamuis niſi ex auro, aut argento
150 poſita ſimulacra non ſint, conſuetudinem † ob id
obligatoriam non dici, vt ex auro etiam, aut argento
ſignum ſtatuere alij adſtringantur. Quominus ex ar-
bitrio ſuo ſtatuam quis, aut figuram quam conſtitu-
at. cum ad volūtatem, & facultatem meram ponen-
tium ea res ſpectet. Quo caſu ius intelligi conſuetudi-
nis nec contra opus poteſt, à quibus id genus ſtatuta
ſigna ſunt l. hæc autem iura. ff de ſeruit. vrb. præd. glo.
in c. vt priuilegia in gl. pen. de priuileg. Calderi. in cōſi.
19. de præben. Longe minus ex facto aliquorum, à
151 quibus poſita ſigna ſunt, adſtringendi alij erunt, vt
ponant, cum alios alijs obligare non liceat l. inter ſti-
pulantem 1. 2. & 3. reſpon. l. cum qui ita §. 1. infra de
verb. obli. aucten. ſi quando verſi. cum autem C. de cō
ſti. pecunia. §. ſi quis alium inſti de inutil. ſtipula. c. per
tuas de arbitr. ea ratione dubitandum non eſt, quin
in arbitrio teſtatricis eſſet, ex quo mettallo vellet, ſi-
gnum ponere. Atqui de maiori eam ex argento ſen-
ſiſſe tex. ait. ſi dixeris, voluntatem eius ex more alio-
rum declarari. Reſpondetur, cum morem ſequi ne-
ceſſe non haberet, ſat is eſt, de maiori eam ſenſiſſe à
iure præſumi.

Sed dicturus quiſpiam iterum erit, more hoc alio-
rum tacente, ius aliud ſeruandum textu illo innui, vt
ſatis hæredi ſit, ex ære ſignum, atq; ideo quod minus
152 eſt, offere. Reſpōdetur. arg. id à ſenſu cōtrario † ad-
mittendum non eſſe, quotiens abſurdi quicquam ex
eo conſequitur l. conuenticulam C. de epi. & Cleri. l.
4. C. de iuriſdi. om. iudi. l. 2. C. de cond. inſer. Ray. à
Forli. inter conſi. Signoroli. in conſi. vltimo num. 8.
Roma. in conſi. 399. num. 6. enimuero abſurda res
conſequitur, vt quod doti. triquetum mulieris etiam
opulentæ ſit, pia id cauſa non habeat. quæ fauorabi-
lior republica habetur Fulgo. in conſi. 37. quidam in
ſuo teſtamento col. 2. poſt med. verſi. maxime cum
hic hæres, ſed, & libertate cauſam piam fauorabilio-
rem Soci. putat in l. Marcellus §. ꝙ autem nu. 9. verſi.
nec procedit. arg. Ang. ff. ad trebel. De quo tamen vbe
rius dictum habemus in rubri. ff. ſolu. ma. & maiorem
153 † cauſæ piæ, quam dotis fauorem eſſe, ex eo oſten
ditur, ꝙ quæri apud Doct. ſolet, vtrum prærogati-
uæ cauſæ piæ, ad dotem pertineant, vt habetur in d. l.
cum is §. ſi mulier. ff. de condi. indeb. & in d. rubri. ff. ſo
lu. ma. Quæ inepta prorſus diſceptatio fieret, ſi pluris
aliquid in dote, quam in pietate ſit. Argumento igi-
tur id eſt, præcipuam dote magis, cauſam piam eſſe
vt in ſimili de anguſta, quæ principi adæquatur Bar.
ſcribit in l. 1. num. 2. ff. de lega. 1. Quocirca arg. hoc
Bal. nouel. & Iaſ. admittendum per ſenſum contrariū

in d. l. titia §. fi. non videtur. vnde abſurda res adeo conſequitur.

Secundo ad arg. Bal. iunioris, & Iaſ. reſpondetur.
154 contrariam inductionem † eorum à ſenſu contrario, textui eſſe in l. ſunt perſonæ. ff. de religio. vbi ſtrictam rationem in ambiguis religionem quæſtionibus non unquam omittendam. & ſummam rationem eſſe, quæ pro religione facit, tex. ait. ſi ratio ſtricta religionis cauſa, interdum reijcitur. ergo ratio larga recipitur. atq; ideo large, & improprie verba religionis intelligere cauſa, licebit. Larga quippe ratio non dicetur. in qua proprietas verborum ſeruatur. Immo. enim ſtrictam, tum eam eſtimari l. labeo. §. contractũ ff. de verb. ſigni. c. fi. de præben. c. oratorium 43. di. glo. 1. in l. 1. ff. de origi. iur. Bar. in l. ſi is qui ec. vtrum num. 7. ff. de rebus dub. in conſi. 229. num 1. expreſſius Bal. in conſi. 298. quæritur vtrum vſufructuarius in prin. & col. 2. ante med. verſi. concludendo igitur. lib. 2. Matheſ. ta. nota. 96. & apud nos. in rubri ff de lega. 1. num. 28. in fi. & alia non pauca de quibus ſupra num. 80. & pluribus ſeq. ſi a ſtricta, & propria verborum ſignificatione diſcedere pietatis, aut religionis fauore licet. Quanto magis ſecundum cauſam piam iudicandum tunc erit, cum nullus verborum abuſus continget, vt in ſpecie d. l. Titia §. fi. Proprie quippe nõ minus ex auro, aut argento, atq; ex ære ſignum dicemus. Ita textui in d. l. ſunt perſonæ contraria. Bal. poſterioris, & Iaſ. inductio videtur, quæ à ſenſu contrario deſumitur. a verbis tamen diſcedendum ob cauſã piam non eſſe, declaratum ſupra eſt num. 113. & pluribus ſeq. & num. 144. ibiq; arg. dilutum, ꝙ præcipui quicquam alias fauor non habeat. tertio vulgatiſſimè Doc. ſententiæ Bal. iun. & Iaſ. inductio refragatur. in
155 re dubia † ſecundum piam cauſam pronunciandũ vt Alex. tradit in conſi. 190. in fi. & in conſi. 204. nu. 17. lib. 6. Corn. in conſi. 320. col. pen. verſi. & amplectenda eſt illa interpretatio lib. 4 Curti. iun. in cõſi. 35. num. 7. textu, Doc. adducuntur in d. l. ſunt perſonæ. in re etiam pari, potior probatio habetur, quæ piæ cauſæ fauet Bal. in l. cum magiſtratibus num 6. C. quã. prouo. non eſt. neceſ. in c. 1. §. ad hæc nu. 4. in fi. hic firmatur lex. incep. conſue. regni & in c. in pręſentia nu. 21. in fi. de proba. Iaſ. in l. inter pares num. 4. infra de re iudi. Corſet. ſing. 230. in dubio ſtamus. vbi Bal. refert in l. contractus C. de fide. inſtru. qui verbum de hoc ibi non facit. Citari Bal. debuit in d. l. cum magiſtratibus. Quocirca cum in ambiguo res eſt, ex qua ſpecie fingi, aut inferri ſignum oporteat, ſententiam eligi in re dubia conuenit, quæ piæ magis cauſæ aſpirat. Atq; ideo inductio, aut argumentum admitti Bal. iunioris, & Iaſ. à ſenſu contrario non debet. qui iuri ipſi communi refragatur. vt habetur in l. 1. ibiq; Deci. nu 53. ff. de offi. eius.

Quarto argumento non imbelli, verum à fortiori deducto ſententia hæc confirmatur. extenſio animæ
156 fauore † ad caſus ſimiles, vel in correctorijs, nedũ exorbitantibus permitti, ratione eadem maiore ve interueniente, ſolet Bar. & alij in auten. ſacramenta puberum num. 19. C. ſi aduer. vendi. Alex. in cõſi. 63. num. 6. lib. 4. Soci. in l. 1. num. 22. circa fi. verſi. vel ſecundo dicamus ff. de vulga. Iaſ. in auten. quas actiones num. 25. C. de ſacroſan. eccleſ. vbi alia confert. capit. deciſ. 155. num. 23. ibiq; locum habere di dictione etiam taxatiua aſcripta Bologni. ſcribit in l. 4. § cato. num 67. verſi. quibus adde. infra de verb. obli. ex Caſtren. in quodam conſ. cui initium eſt, ab interlocutoria. quod à codicibus meis abeſt. Sed, & in materia pœnali animæ fauore extenſionem admittendam, ſcriptum habemus in tracta. de antiq. temp. parte quarta num. 104 ex Iaſ. in d auten. ſacramenta puberum num. 72. Quibus Corſet. aſſuitur Sign. 100. licet lex. pœnalis. col. 2. poſt med. verſi. adde tamen. cap. dicta deciſ. 155 nu. 23. in fi. extenſio permiſſa in ſpecie odioſa, & pœnali propter animam eſt. Quanto magis ad id, quod maius eſt, trahenda diſpoſitio erit. Quotiens verbi ſignificatio, & citra omne extenſionis adminiculum, complecti id poteſt. facilius enim non paulo comprahenſio, quam exten-
157 ſio conceditur. Permiſſa † quippe extenſio regulariter in odioſis non eſt l. quod vero contra ff. de. ll. ſi vero §. de viro. ff. ſolu. ma. l. pen. ff. ſi quis à paren. fuerit manu. c. cum in illis ſecunda reſpon. de præben. lib. 6. at qui omnia generale verbum complectitur, quæcunq; ſub eo includi ex natura, aut ſignificatu eius poſſunt, qualibet odioſa, aut ſtricta ſpecies interueniat l. cum lege ibiq; Areti. circa prin. ff. de teſta. l. gallus §. 1. ibi qui ex verbis concipi poteſt ff. de lib. & po. l. ſi quis ſtipulatus, ſit ſtichum ibi quærentibus inſpiciendus eſt ſermo ſtipulationis, infra de verb. obli. l. intereſt. ibiq; quantum lectio probat. infra de ſolu-
158 tio. & facilius † per comprahenſionem verbi generalis quid includi, quam extenſio ad id fiat Bal. nouel. docet in tracta. de dote parte. 6. priuil. a r. col. 1. in fi. verſi. nec obſtat illud, quod diſpoſitio. ex glo. in auten. minoris debitor in ver. à curatione. C. qui da. tutor. poſ. idem. Deci. probat in c. 1. num. 6. verſi. non obſtat quod dicitur. de offi. delega. itaq; ſi permiſſa extenſio, & ampliatio verborum contraquam natura eorum ferat animæ cauſa in odioſis correctorijs, & pœnalibus eſt. Longe magis recipienda comprahenſio erit, vt id verbum generale comprahendat, quod maius ſit.

Si dixeris, in cauſa pia diſceptationem non in ani-
159 ma verſari. Reſpondetur, † cauſam piam ita proprie. aut ſtrictim intelligi, ſi animæ cauſa quid promittitur, relinquitur, aut datur, eccleſiæ puta, aut hoſpitali l. illud ibiq; glo. in ver. alia cauſa C. de ſacroſan. eccleſ. c. conqueſtus ibiq; Butri. in quarto nota. de foro compe. glo. in l. ſi quis Titio ff. de lega. 2. Bal. iu. in l. 1 num. 40. in fi. ff. ſolu. matri. Deci. in conſi. 72. nu. 2. in fi. & ſeq.

Roget hic aliquis, quorſum dona ab alijs oblata in in d. l. titia §. fi. contemplari, ex auro ea, argento ve cõſiſtere. ſi tantundem probandum alias dicimus. Reſpondetur, ob id rationem qualitatis donorum habitam, quod facilior voluntatis teſtatricis præſumendę coniectura ad eum modum perciperetur. Cæterum taxatiuæ id genus intelligi præſumptionem non conuenit. vt qualitate illa tacẽte, ius conſtitui aliud debeat.

Concluſione hac illa inſtructa, tex. non mouet in
160 d. c. ex parte † de cenſibus idcirco enim ad modum ſeu menſuram parciorem ſolutio admittitur, ꝙ ab eo fieret, à quo votum nuncupatum Diuo Iacobo erat. vnde cum ob animo eius penderet, de qua menſura ſenſerat, merito declarationi eius ſtandum tex. duxit. l. non omnes §. à barbaris infra de re mili. c. pręſentium ibiq; glo. in ver. iuramento de teſtib. c. paſtoralis de exceptio. c. ſi vero. 2. de ſenten. excom. glo. in § ſed iſte in ver. dicit. ibiq; Iaſ. num. 88. inſti. de actio Credibile quippe non eſt, vt qui voto ſe adſtrixit, ſuperis
161 imponat l. merito ff. pro ſocio neque † ſalutis ſuæ immemor quiſpiam exiſtimatur l. fi. C. ad l. iul. repetun. quæ inſerta inter canones legitur in c. ſancimus 1. 9. 7. idem ex tex. oſtenditur in c. literas de pręſumptio. tex. huc nõ inſcitius accedit in l. poſt liminij ius verſi. Marco ibiq; Bar. infra de captiu. veriſimile non eſſe iuramenti ſui fidem deſerturum quempiam eſſe. quod idem ex tex. oſtenditur in c. ad audientiam verſi. nec credentes. de præſcriptio.

Conſequenter his dicendum, locũ textui in d. c. ex parte in hęrede vouẽtis nõ eſſe. apud quẽ defuncti cognita volũtas nõ ſit, ꝙ tamẽ aſſerere animi noſtri non eſt. quin ratione alia tex. ille nititur, de qua inferius dicemus. 1. difformitatis quę ad hęredem etiam ſpectat.

Secun-

Secundò reſpondetur, in voto præſtationis annuę
tex.illum loqui,bifariam eum expendendo,primū ibi
continue perſoluerunt. quæ continua ſolutio in præ-
ſtatione ſimplici non contingit. Secundo ibi quidam
162 quia longis temporibus † ab eorum ſolutione ceſſa
runt. quæ ceſſatio ſolutiones alias ſuperiores neceſſa-
rio præſupponit. Neq; enim ceſſat facere, rectè in eo
diximus, à quo factum nunquam ſit, habitum ceſſa
tio,ceu priuatio includit, vt viſitari. ſcribit in rubri. ff.
ſolu. ma. & quamuis circa habitum intelligi verbum
hoc interdum poſſit, vt in verbis illis prole ceſſante.
quæ ad eum etiam competent, cui proles nunquam
fuit. Attamen in d. cap. ex parte, habitus neceſſariò
præſupponitur, idq; maximè propter verba illa lon-
gis temporibus, quæ ſolutiones factas innuunt, quam
uis intermiſſe diu ſint.

Hoc ita admiſſo, & præmonſtrato, vt annua ibi
præſtatio interueniat. cum variè, aut diſformiter. ſeu
ad modum, aut menſuram diuerſam factæ ſolutio-
nes fuerint, apparet, à voluntate promittentis modi,
aut menſuræ ipſius cauſam pendere, ex qua menſura
videlicet ſolutio fieret. In re igitur voluntaria non re
ctum æquumve viſum eſt, admodum capaciorem,
debitorem adſtringendum. Quam rationem in ver-
bis illis tex. ſentit, quoniam cum huiuſmodi vota gra
tuita fuerint ab initio, benignius ſunt à viris eccleſia-
ſticis exigenda.

Tertio, & ſignificantius reſpondetur. Bar. & ope-
ratum eius ſententiam voluntate teſtatoris vel ſimili
niti, quod de maiori pietatis, religionis, aut animæ
163 cauſa ſenſerit. Sed enim † locus voluntati huic præ-
ſumendæ eſſe in præſtationibus diſformibus, aut diuer
ſis non poteſt. De quibus tex. loquitur, & ad quas ex
preſſim reſtringitur in d.c. ex parte. Quomodo enim,
ad id quod maius, eſt, cogitatum à diſponente, aut
promittente diximus, à quo ipſo in eo, quod mi-
nus eſt, ſolutiones etiam factæ apparent. Coniectura
enim, aut declaratio voluntatis capi in his non po-
teſt, in quibus obſeruatio, aut præſtatio ſecuta variè
eſt, quod de vno magis quam alio ſenſerit. l. quæſi-
tum. §. ſi quis eodem inſtrumento. ff. de fundo inſtruc.
Bar. in l. ſolent. §. non vero nu. 4. verſi. intelligit Gui-
liel. ff. de offi. procon. Cui ſententiæ tex. accommo-
datur in l. Scio. § medico. ff. de annuis lega. cum me-
dico, quæ viuus ei præſtabat, teſtator legat, ad ea le-
gatum non trahi, quæ varię, aut diſformiter. præſta-
rentur. Id quia voluntas certa præſumi in eis nequit.
Quocirca ad ea legatum reſtringitur. In quibus præ-
ſtatio vniuſmodi contingit. Euiſdem loci eſt, quod
164 † Bar. ſcribit in l. ſciendum nu. 2. in fi. infra de verb.
obli. & in l. 1. nu. 8. verſi. ſed contra prædicta. C. de vſur.
in ſecunda lectu. ſolennitatem circa materiam in con
tractu non præſumi, quod præſumi, quod pretium
puta in venditione interuenerit. Id quia variè pro tem
poribus, rebus, & perſonis conſtitui precia ſolent,
vnde præſumptio certa intelligi in eo nequit, In quo
diſformitas verſatur. Sequitur Alex. in conſ. 28. nu. 4.
lib. 2. vbi tamen de Bar. non meminit in d. l. 1. C. de
vſuris. & in vniuerſum ſuper actu diſformi preſum-
ptionem non cadere Bal. & alij ſcribunt in l. 1. circa
med. C. de probatio. Calca. in conſ. 121. nu. 20. vbi glo.
etiam nominat in c. per tuas in glo. 3. de condi. appoſi.
quæ induci à ſpeciali poteſt. Itaq; cum in actibus diſ-
formibus tex. loquatur in d. c. ex parte, & ratio eius
diſformitate ipſa nitatur, quæ præſumptionem impe
diit, ex diuerſis per tex. illum argumentari Iaſ. con-
ſtat. hoc eſt à caſu, in quo præſumptio contingere
propter diſformitatem non poteſt. ad caſum in quo
impedimento quicquam præſumptioni non eſt, quo
minus de eo, quod maius eſt, ſenſiſſe diſponens po-
tuerit. vt in d. l. Titia. §. fi. Quid autem ex diuerſis argu-
mentari Iaſ. dixi. Immo enim ab impoſſibili ad id,
quod fieri poteſt, non obſcurè colligit. Ideſt ab eo, in
quo voluntatis præſumptio circa maius intelligi ob
diſformitatem nequit, ad id, in quo ad maius trahi
voluntas poteſt.

Quarto ex diuerſis Iaſ. colligere, aliter etiam oſten
ditur, ex facto enim ad id argumentatur, quod factū
non eſt, vt quod ius conſtitutum in facto eſt admitti,
aut ſeruari, & in eo debeat, quod factum non ſit. Ca-
ſus quippè vnus, atq; alter in d. c. ex parte enarrantur,
qui ex facto conſiſtunt. Prior, cum præſtationes ſm-
menti factæ vniuſmodi, aut ad eandem ſemper men-
ſuram ſunt. Alter. cum variè admenſum frumentum
apparet. Caſus planè d. l. Titia. §. fi. ad id pertinet, quod
factum non eſt, ſiquidem poſitum in æde Sacra ſignū
à Seia teſtatrice non eſt, verum hæredi negocium po-
nendi datum. Parem vero facti in d. c. ex parte, atq;
non facti in d. l. Titia. §. fi. ad voluntatem diſponentis
165 declarandam Iaſ. putat. Sed enim non † mediocri-
ter fallitur. cum potentius, nec paulo factum ad volun
tatem demonſtrandam, quam non factum ſit. In-
noc. in c. olim. 3. in fi. de reſtitu. ſpolia. Deci. in l. non
vult hæres eſſe nu. 7. infra de reg. iuris. in c. gratū col.
3. in quarta limitatione. de offi. delega. in conſi 79.
col. 2. in fi. verſi. & à fortiori in caſu noſtro. & in cōſ.
267. col. 2. verſi. & ad idem facit. Conſequens igitur
non fit. Quia ad menſuram anguſtiorem ſolutiones
factæ interdum apparent. ſecundum eam in poſterū
faciendas ius ſtatuit. Ergo tantumdem probandum,
cum præſtatio vlla facta omnino non eſt.

Quinto caſus noſter controuerſus, cum ſolutio vl-
la facta à promittente non eſt, verum ante ſolutio-
nem vllam mortem obijt, omiſſus in d. c. ex parte eſt.
ob id iuri relictus decidendus intelligitur. l. ſi extra-
neus. ff. de condi. ob cau. l. ſi cum dotem in prin. ff. ſo-
lu. ma. Iure planè communi pro cauſa pia in dubio in
dicandum d. l. ſunt perſonæ ff. de religio. cum alijs ſu
perius commemoratis.

Summa igitur tractatus noſtri in ſpecie controuer
ſa erit, cum vocabulum latum occurrit, quod ad plu
ra diſiunctim tamen pertinet. Ad id quod maius eſt,
166 pietatis † cauſa, verbum trahi, quod ad maius, mi-
nus vè referri propriè æque poteſt. Idq; per tex. in d. l.
Titia. §. fi. in d. l. ſunt perſonæ in d. l. nuptura. ff. de iure
dot. à fortiori, vt ſupra, argumentando, & per alia,
de quibus in ſuperioribus.

Locum tamen concluſioni memorat, non arbi-
tror, vbicunq; quod maius eſt, veriſimilis diſponen-
tis mens, aut facultates eius non admitterent. vt fir-
man. obſeruat in d. ver. legatum generale nu. 34.

Locum ſecundo diſformitate interueniente non
habet d. c. ex parte de cenſib. cum alijs ante circa diſ-
formitatem aſcriptis.

166 Et quod dictum in cauſa fauorabili † eſt, non ſolū
ad fauorem eius pertinet, cui promiſſum quid, aut re
lictum ſit. verum etiam ad promittentis, aut teſtato-
ris fauorem ſpectat vt in d. l. fi. ff. de conſti. prin. Inde
Bal. ſcribit in cōſ. 301. ad euidētiam præmittendū eſt,
quod Princeps lib. 5. in actu gloſandum Principis nō
eſſe. Cauſam eandem teſtamenti Principis eſſe, vt la-
tiorem, quam priuati hominis interpretationem ad-
mittat. ex Bal. teſtatum ſupra habemus nu. 110.

Ius idem ſeruandum, & inter priuatos eſt, quotiens
natura actus fauorem habet. De quo genere donatio
eſt, quæ liberalitatis fauore fauorabilis ęſtimatur. At-
que ideo interpretationem latam Immo pleniorem,
quam teſtamentum admittit. c. cum dilecti in fi. de
donatio. Alex. in conſ. 193. nu. 3. lib. 2. Corn. in conſ.
177. col. 3. verſi. & videmus lib. 4. Iaſ. in l. ſi quis id
quod nu. 23. in fi. ff. de iuriſdi. om. iudi. & latè dona-
tionem interpretandam Dec. etiam ſcribit in l. 2. nu.
105. verſi. tertio, prædicta concluſio infra de regul. iur.
Ex Alex. id propius adiuuatur in conſ. 12. nu. 9. lib. 2.

verba

verba obſcura donationis contra donatorem in donatarij gratiam interpretanda per tex. in l. veteribus. ff. de pactis. Sequitur Bocri. q. 127. nu. 26.

167 Quid vbi in genere verbum vnum † accipi, & in ſpecie poteſt. Ita vt plura quaſi genus, & vnum Solummodo vti ſpecies propriè tamen ſemper complectatur. In quæſtione hac diſtinctio adhiberi inter materiã fauorabilem, & ſtrictam, aut odioſam ſolet. vt ad omnia in ſpecie gratioſa tanquam genus, nonniſi ad vnum veluti ſpecies in ſtricta materia trahatur. c. Rodulphus. Ibiq; Abb. & alij. de reſcrip. De quo tex. ſupra nu. 90. & duobus ſeq. Tradit idem Abb. in c. ad audientiam in prin. de decim. Bar. in l. talis ſcriptura in prin. ff. de lega. 1. Alex. in conſ. 248. nu. 9. & ſeq. lib. 6. Ruin. in conſ. 24. nu. 2. lib. 3. & in conſ. 9. nu. 7. lib. 4. Chriſtus in rubri. ff. de lega. 1. num. 35. Bulgarin. in rubri. ff. ſolu. ma. nu. 40. Ibiq; Crotus nu. 64. Alex. in conſ. 248. nu. 9. lib. 6. Socinus in conſ. 116. nu. 17. lib. 1. Deci in l. quotiens idem ſermo in fi. infra de reg. iuris. Geminia. huc accedit in conſ. 33. nu. 8. & ſeq. Quotienſcunq; ad ſignificantiam maiorem, & minorem trahi verbum aliquod poteſt, ad minorem in ſpecie ſtricta trahendum per tex. in c. fi. de præben. in c. cum in illis in c. reſpon. & in c. quamuis eo. titu. lib. 6. & per glo in c. literis de tempor. ordi. Inde ad affinitatẽ refert, de minore, & ſimplici, non de ea, quæ permixta cum honeſtate publica eſt, diſpoſitionem ſtrictam exaudiendam, qua mentio facta affinitatis eſt. Equè diſpenſatio circa ordines, ad minores refertur vt in d. conſ. Gemi. ſcribit. quo cum Deci. ſentit in conſ. 541. num. 8. & ſeq.

168 Sed contrarius diſtinctioni † huic tex. videtur in l. cum lege. Ibiq; Areti. circa prin. ff. de teſta. generaliter in ſpecie etiam odioſa, & pœnali verba intelligenda, quoaduſq; natura eorum fert. Cuius ſententię tex etiã videtur in l. Gallus. §. 1. Ibique ex verbis cõcipi poteſt. ff. de lib. & po. l. proſpexit infra qui, & à quibus l. ſi quis ſtipulatus ſit ſtichum. Ibi quærentibus reſpiciendus eſt ſermo ſtipulationis. infra de verb. obli. l. inter eſt. Ibi quantum lectio probat infra de ſolutio. l. alienatum. §. 1. infra de verb. ſigni. l. quotiens idem ſermo infra de reg. iur. quos duos tex. Anchar. citat in conſ. 187 apud me. nu. 2. Idem ex Bar. probatur in l. omnes populi nu. 55. verſi. ſecundo caſu. ff. de iuſti. & iure Deci. in c. nõ liceat col. 2. in fi. de præben. & in locis alijs quamplurimis, quæ Niconit. hic refert nu. 254.

Contrarij item prædictis tex. videntur, quibus comprehenſum eſt, ad ſignificatum potiorem verba referenda l. 1. §. qui in perpetuum. ff. ſi ager vectig. l. 1. & l. filiusfamilias. §. ſed enim meminiſſe. infra de dona. l. ſciendum infra de verb. obli. § ſed quotiens inſti. de iure natu. §. ſi ſcriptum inſti. de inutil. ſtipula. c. pen. de ſen. excom. c. 1. de teſtam. lib. 6. Idem generaliter Signorol. ſcribit in conſi. 21. nu. 6. in conſ. 69. nu. 13. vbi in ſtatuto loquitur. iuri contrario ad eſſe ſuum perfectius verba applicanda. per tex. in l. minor. §. 1. ff. de euictio. & in l. 1. §. biduum infra quan. appel. ſit. Regulam hanc generaliter etiam Areti. admittit in l. 1. col. 3. poſt med. ff. de lega. 1. Soci. in conſ. 84. nu. 5. in fi. lib. 1. Deci. in c. inter cætera col. 3. verſi. oppinio Abb. de appella. Iaſ. in l. ſi domus. § fi. in ſecundo nota. ff. de lega. 1. Curti. iun. in conſ. 57. nu. 3. Qui in ſpecie etiam pœnali loquitur. Ripa lib. 2. reſpon. de reſcrip. c. 1. circa fi. Gomes. in regu. de triennali. q. 31. col. 7. pagi. 839. Natta in conſ. 373. nu. 17. vbi in contractibus loquitur, quos ſtrictim interpretandos tex. docet in l. quicquid adſtringendæ infra de verb. obli. & apud nos in rubri. ff. de lega. 1. nu. 114. & nu. 119.

169 Neq; tex. mutat in d. c. Rodulphus, & † quæ Abb. ibi, & Fely. ſcribunt, & de quo ſupra nu. 90 & ſeq. Quoniam inficias ire liceat, generis ibi nomen in diœceſi verſari. Immo enim niſi ſpeciei nomen non videtur. quod ad territorium propriè ſpectat, quod extra ciuitatem ſit, neq; ciuitatem ipſam niſi largè, aut impropriè complectitur. Idq; ex tex. ipſo declaratur, qui pro diuerſis ciuitatem, & diœceſim habet. quod ſi diœceſis appellationi ciuitas propriè cederet, vtiq; ad ciuitatem, ſeu rectorem, qui ex ciuitate erat, clauſula traheretur, & quoſdam alios Ragienſis diœceſis. nulla quippè ratio mouet, quam ob rem à proprietate ibi diſcedi vocabuli debeat. Idq; ex Abb. & Fely. ibi declaratur. qui contrarios ciuitatis atq; diœceſis eſſe ſignificatus ſcribunt, & qua ratione diœceſim propriè ciuitas non continet, verum ad id coercetur, quod muris cingitur. Ita contrario, ſub diœceſi ciuitatem propriè non contineri. Inde Fely. ibi ſcribit nu 4 Quotiens ſub vno alterum continetur, per extenſionem, non comprehenſionem id fieri comprehendi quippe verbi ſignificatione repugnante, non poteſt, per ea, quæ de comprehenſione ante ſcripta, & extenſione ſunt nu. 95. 103. & num 158.

Equo non mouent, q̃ ſcripta apud Geminia. ſunt in d. conſ. 33. Quoniam in ſpecie diſpenſationis loquitur, quæ niſi ad vicia expreſſa non trahitur. expreſſionem quæ ipſam in ſpecie, & certam expoſtulat. Ita vt certa diſpenſantis, aut concedentis mens appareat. Aliter in culpa impetrator dicitur perinde quaſi dolo, aut ſubrependo extorquere diſpenſationem, aut conceſſionem aliam odioſam cogitauerit, vti ſcriptum habemus in conſ. 68. nu. 3. 11. & in conſ. 79. nu. 2. Quæ ratio in ſpecie alia ſilet, in qua expreſſio vlla opus in ſpecie non eſt. verum generalis admittitur. In ea enim

170 † ius illud obtinet, virtutis minoris expreſſionem generalem, quam ſpecialem non eſſe. l. ſi duo in fi. ff. de admini. tutor. d. l. Gallus. §. inſtituens. Ibiq; Alex. & Iaſ. in ſecundo nota. l. ſi chorus in prin. ff. de lega. 3. l. quæſitum. § fi. ff. de fundo inſtru. l. Baliſta. Ibique Alex. in prin. ff. ad Trebellia. l. omnes. C. de præſcrip. 30. vel 40. an. l. fi. C. de hæredi. vel actio. vendi. c. ſi ſacerdos de off. ordi. Inde expreſſum dicitur, quod ſub vocabulo comprehenſum generali eſt l. prætor ait in prin. Ibiq; Bar. infra eo. l. fi. C. quod cum eo. Bar. in l. 1. in fi. ff. ſi quis in ius voca. non ierit. in li. nu. 6. Ibiq; alij in l. 2. nu. 32. in l. centurio nu. 4. expreſſius in l. Lucius nu. 7. ff. de vulga. in l. precibus nu. 6. C. de impub. in l. in teſtamento. 1. nu. 2. C. de teſta. mili.

171 Equè Abb. doctri. non † obſtat in d. c. ad audientiam in prin. de decim. ad ſignificationem minus latã vocabulum accipiendum, quod intelligi ſecundum latiorem poteſt. quoniam generaliter, & obſcurè plus nimio locutus Abb. ibi eſt. vnde intelligi ſecundum tex. & Io. And. debet, de quibus meminit in c. cum in cunctis. §. clerici in c. nota. de electio. vbi tex. illũ qui circa ſuſpenſionem beneficiorum per trienniũ generaliter loquitur, ad beneficia reſtringendum ſcribit, quæ in eccleſia is obtinet, in quam offenſum ab eo, indignum non imprudenter eligendo, eſt. Rationem enim, & æquitatem reſtrictioni huic arridere. vnde quod reſtrictio ibi fiat, ex ſignificatu duplici, vel quod reſtrictio generaliter admitti in ſpecie ſtricta debeat, non fit. verum quæ ratio æquitasve reſtringendi verſatur, & reſtrictionem ipſam faciendam monet Idq; ex tex. oſten ditur in l. 2. ff. de offi. aſſeſ. in l. quæſitum. ff. de teſti. c. 2. de coniugio lepros. Quibus in locis diſtinctio adhibetur quamuis lex non diſtinguat, at generaliter loquatur. Quæ diſtinctio non eo fit, quod ſignificatio duplex in verbis generalibus inſit, lata, & ſtricta. Atq; ideo in ſtricta, aut minus lata ob materiã odioſam intelligantur. verum quia ratio æquitasve ita diſtinguendum, generalitatem ve ita reſtringendã hortantur. Idq; ita etiam Imola docet in conſ. 121. in fine primi dubij. Ex eo etiam id oſtenditur, quod dici aſſolet, generaliter diſpoſitionem intelligendam generalem non eſſe, vbicunq; ratio par ita intelligendi nõ

vertitur,

vertitur, vt glo. no. in c. vt circa in ver. aliorum. de electio. lib. 6. & apud nos in cõſ. 3. n. 26. & in cõſ. 70. n. 27.
172 In eandẽ ſententiã, & illud † accedit, ex ratione piẽ ſũpta, & cõiecturata ad id, ꝙ rationis eſt, diſpoſitionẽ generalem reſtringendam, cum per iniuriam alias quiſpiam læditur, vel ex iactura aliena locupletior fieret Bal. in auͨten. ingreſſi in 1. oppoſi. C. de ſacroſan. eccleſ. Iaſ. in l. non dubium num. 36. verſi. adde etiam C. de ll. cum alijs apud nos collectis in d. conſ. 3. num 3. & in conſi. 33. num. 9. eiuſdem generis eſt, quod Bal. ſcribit in cõſi. 48. quia verba lib. 4. reſtringẽda verba generalia non eſſe, reſtringendi ratione non interueniente. De quo apud nos etiam in conſi. 84. num. 14. vberius in conſi. 118. nu. 16. & in conſi. 194.
qui iureiurando id ſe ꝯcturũ obligauit alia apud nos
relata in reſpon.pro Genero nu.44.

201 Sed adhuc reclamare † prædictus vr̃. Sñia enim ob-
firmata eſt, fauorabilẽ diſpõnem non dici, in qua ter-
tij odiũ contingit. At enim tertij odium dotis priuile-
gia habent, quibus creditoribus alijs potiores mulie-
res hñt. Atqui fauorabile ius eſſe, ꝙ dotũ introductũ
ſ cã eſt, nemo dubitat. l.1.ff. ſolu.ma. Rñdetur, ad iniuriã
alienã dotis priuilegia non redire. Qm̃ vbi de iure alie
no conſtat, læſum id priuilegijs non eſt. Qua rõne cre
ditoribus anterioribus, quibus ius hypothecæ expreſſę
eſt, mulier non præuenit.l.ſi.C.qui potior.in pig. hab.
latè Doc. in l. 1.ff. ſol.mat. ſi dixeris, tertij ius in tacita
hypotheca anteriore lædi, cui mulieris hypotheca an
202 te ſtat.d.l.fi. Rñdetur, dãno † ob id vllo creditorẽ an
teriorẽ non affici, vtpotẽ cui nihil eripitur, ꝙ ſuũ ſit ve
rũ. ꝙ à lege beneficiũ hẽt, id ei à lege ꝯ dotẽ non per-
mittit. ꝙ non legi modo, ſed & priuato cui vis licet. l.
ſed etſi lege.§.conſuluit.ff de peti hæredi.l.ſi re manda
ta.C.manda.vnde nihil eſt, ꝙ de lege creditores expo
ſtulent, ſi potior apud eã habita dotis cã eſt.l.tutori.C.
de nego.ge.qua rõne gl.vtitur in l.1.C.ſi aduer.võd.

in d.l.fi.in gl.magna.C. qui potior.in pig. ha.in.§. fue-
rat in ver. creditorib.in fi.inſti.de actio.Iaſ.in d.§.Cato
col.16.poſt prin. vbi ꝙ ſuum non ſuum ſibi auxilium
tunc lex denegat.

203 Cauſa alia excluſionis filiæ † ab inteſtato eſt. Qm̃ iu
rigentiũ, non ciuilis beneficio filia tum fraudat. Atqui
dẽ a iuregentiũ, non legitimo ab inteſtato ſuccedendi
facultas exiſtit Oldr.in conſi.94.nu.8.expreſſius fortu-
nius in l.Gallus.§.& quid ſi tm̃ nu.287.ff.de lib.& poſt.
ſed & iure diuino introductũ ius hoc ab inteſtato ſuc
cedendi vr̃ exodi.c.24.de quo lex. Barba. meminit in
l.cũ acutiſſimi.nu.4.C.de fideicõ.vt aliud vnũ Ale.
ſit in cõſ.2.nu.59.verſi.ex his patet, ꝙ ſatis fragilis ſi.1.

Illud tñ prætermittendũ non duxi, inquantũ dictũ
204 eſt, appellationẽ filij ad nepotẽ † in ſtatuto, ꝙ onero
ſum filiæ eſt, idcirco trahi, ꝙ largè filij appellationi ce
dit, & pro expreſſa ratio excludendi hr̃. Rationẽ affer-
ri, & aliã poſſe, de qua apud Bar. in d.l.liberorũ nu.12.
ideſt, ꝙ patris perſonã nepos refert, & in ius eius ingre
dit.§.cũ filius inſti.de hæredi.q̃ ab inte.deferun. Quæ rõ
ſio ex tex.iuuat in l.1.§ bonorum ibiq; Aret. no. ff.ad
Trebel. vbi ius illud exorbitans in hærede cõſtitutum
ad bonorũ poſſeſſorẽ trahit, qui hæredis vice eſt. Quẽ
idẽ ex tex. probat in l. libertũ.§.1. ff.de ritu nup. quos
tex in ſolam hanc Ruin. vocat in conſi.58. nu.6. lib.5.
vbi tñ pro l.libertũ tex ſcribit in l.filiũ.idem ex Bar.&
alijs oſtditur in l.poſtulante.ff.ad Trebel. ſtatutũ ꝯ de
bitorem æditũ ad heredem eius trahi, id quia debitoris
loco ſuccedit. Sequitur Crot.in d.l. omnes populi.nu.
215.verſi.ſexta concluſio.

Sed ratione hac ſubrogationis admiſſa, cur non &
in odioſis appellationi filij nepos accedit, cũ alienandi
facultas filio adimitur. vel cũ filiorũ fidei cõmittitur.
arg l.ſm naturam ff.de reg.iur. Rõnem afferri aliam
non poſſe arbitror, q̃ quæ ex regula deſumitur. de qua
in l.ꝙ fauore. C.de li. cum introducta ſubrogatio hæc
in fauorẽ nepotis ſit, in perniciem eam referendã eius
205 non eſſe. faciliorem q; & † promptiorẽ legem ad cõ
modandũ q̃ incõmodandũ eſſe l.ſoluendo. ff.de neg.
ge.iuncta reg.non debet alteri tnſ. de regu. iur.cũ alijs
apud nos relatis in conſ.206.in prin.

Solutio ex p̃dictis rõnibus Bar.quadruplex vltra eã
percipit, q̃ à cõi loquendi vſu deducit. Prior ſolutio
ex iure illo emanat, permiſſam in odioſis extẽſionẽ in
de ſtricta ad latã ſignificationẽ eſſe, quotiens ratio ex-
preſſa in diſpoſitione eſt, vel pro expreſſa hr̃. Ratio n.
ſtatuti controuerſi, quo pœna rem alienã recepianti
irrogat, pro expreſſa hr̃. Cũ niſi vna aſcribi ratio non
poſſit. hoc eſt vt delinquẽdi occaſio præcidat. Duplex
enim in ſpecie ſtatuti huius delictũ verſ. vnũ in fure
206 aut raptore, qui rem alienã ſurripit. Aliũ in † rece-
ptatore, qui ſciens prudenſve rem ſubtractã admittit,
opem eium præſtare furi dr̃. Atq; ideo furti actionẽ
patitur. l.cos. C.de furtis. Bar. in l.furtum inſ.de furtis.
Ruin.in conſi.82. nu.4. lib.4. Hoc ita, niſi rõne bona,
hoc eſt animo negociũ dñi gerendi, vt ei res ſua red-
datur, receptatio fiat. Quod ex perſona diiudicari re-
ceptatoris poterit Bal.in conſi.376.dñi de la ſcala in fi.
lib.3. Per ſtatutũ id genus peccandi occaſio in vtroq;
cohibet, tã in fure, q̃ in receptatore. Qm̃ rei apud aliũ
deponendæ facultate adempta, cũ aliter alio abduci,
aut auferri forte, vel cõmodè nequeat, à manus ſini-
ſtræ vſu facilius qs abſtinebit. vnde cũ pro expreſſa rõ
hæc habeat, vt delinquendi occaſio cõpeſcat, locus ex
tenſioni de ꝓprio ad ĩproprium eſſe ſignificatũ debebit.

Solutio altera ex ſuperiorib.colligit.in qbus demõ
ſtratũ eſt, extendẽdi ius de ſignificatu ſtricto ad largio
rẽ in ſpecie fauorabili eſſe, neq; rõnis tũc expreſſionẽ,
vel vt inſtar expreſſæ ſit, anxie adeo, vt in diſpoſitione
207 odioſa inquiri. Sed enim † fauorabile id genus ſta-
tutum eſtimatur, quo pœna receptatores furti coer-
centur. Cum reipublicæ intersit delicta vindicari. l.
congruit. ff. de offic. præſid. l. imperium. ff.de iuriſdi.
omn.

omn.iud.l.ita vulneratus in fi.ff.ad l.Aquil.l.ſicitatio.§. quod illicitè infra de publica.c.vt famę de ſen excom. Tradit Bar.in l.2.§.exercitū.ff.de infamib. & in l.quēadmodū.C.de agri.& cenſi.lib.11.Bal.in l.ſi quis ſeruo nu.5.C.de furtis.in l.non ſine in fi. C. de bonis quæ lib. Roman.in conſi.105.nu.2.in fi.Pau. de Caſt.in l.bona fides. ff.depoſi.Deci.in l.qui ſe patris num.26.in fin.C. vnde lib. in conſi.13. colum.3. ante med. in conſi.65. & in conſi.372.num.8. Iaſ.in l. ſi quis id quod colum. 9.verſic.quinto eſt ad literam.ff.de iuriſdi. om. iudi.in l.ſi filiusfamilias nu.7. verſi. adde etiam ad prædictam regulam.ff. ſi cert.peta.in l.fratres.num.8.C.de inoffi. teſtam. in d. l. qui ſe patris num. 56. in auctén.res quæ num.18.C.commu.de lega.Crot.in l.ſi is qui pro emptore nume.80.infra de vſucapio. Ripa in l. centurio. nume.12. verſi. ſecundo etiam in odioſis.ff. de vulga. Equam etiam legem vnde criminum pœnæ exiguntur. Bald.ait in d.l. ſi quis ſeruo. nu.5. de qua re etiam ſupra nume.98.verſi. ad cauſam fauore igitur in ſtatuto hoc ob vtilitatem publicam interueniente, nihil eſt, quod dubitemus, largam in eo interpretationem admittere, vt ad poſſeſſionem detentationemve genitiuus referatur.

Solutio tertia q̄ſtionis huius ex ſuperioribus à for-
208 tiori colligitur. Namque † teſtatum habemus, extēſionem hanc de ſignificatu ſtricto ad largū in fauore ēt obtinere, qui vtilitatem priuatam principaliter, publicam vero ſecundario, aut in conſequentiā demū ſpectat, vt in dote.l.4.ff.de fundo dotali. l.ſi cum dotē §. fi.ff.ſolu.mat.l.2.in fi.infra de priuil.credi. Ratio validior extenſionem hortatur, cū vtilitatem publicam principaliter, diſpoſitio fouet. Quam potiorē ea eſſe, quæ publica ſecundario eſt, ante oſtendimus.

209 In qua re Decij error atq; cōtradictio † ſpectanda. qui in d.l.qui ſe patris. nume.26. locum extenſioni de ſignificatu proprio ad improprium in ſpecie fauorabili putat, in qua vtilitas publica niſi ſecundario, nō vertitur. Idem Deci.non inficiatur in cōſi.44.nu.2. Atqui in conſi.13.nu 6. non aliter offenſionē verborū ob vtilitatem publicam agnoſcit, q̄ ſi publicè principaliter
210 quid expediat. De qua re † mirari ſatis non poſſum, quatenus, & in ſpecie priuatis vtili, in qua tertij diſpēdiū non vertitur. offenſio hæc verborum recipi à iure ſoleat. veluti cū filiorū mentio in eo fit, quod ad vtilitatem eorū ſpectat, ad nepotes enim ſermo is porrigitur l.Lucius.2.ff.de hæredi.inſti. Bar. in d.l. liberorū. nu.5.verſi.aut eis prouidet, eos inſtituendo. Alex.in ꝯſ. 9.in conſi.61.nu.5. lib.1.in conſi.5.nu.3. in fi.in conſi. 26.nu.4.lib.3.in conſi. 37.nu.12.& ſeq. lib.6. Soci. in l. Gallus.§.inſtituens nu.4. verſi. tertio loco. Ibique Iaſ. nu.22.ff.de lib.& poſthu.idem Soci.in conſi.14. in primo dubio lib.1.Deci.in ꝯſ.391.col.1.& alia nō pauca.

Solutio, aut explicatio quarta quæſtione Bar.colligi ex præceptionibus prædictis poteſt. In quibus ſcriptū habemus, differre circa extenſionis ius, inter materiam fauorabilem & odioſam, ꝙ de rationis expreſſione, vel an pro expreſſa habeatur, non perinde in fauorabili inquiri, atq; in odioſa ſolet. Vnde cū materia hic vſquequaq; fauorabilis ob vtilitatem publicā principaliter, contingat. Libentius & negocio minore ad ſignificatū improprū protendēdus genitiuus erit. hoc etiā indagine non facta, expreſſa necne ratio ſit, aut pro
211 expreſſa habeatur. Atq; in ſpecie † diſpoſitionis pœnalis, qua delicti pœna irrogatur, ob rationē eandem & ſine diſtinctione vlla, extenſionem admittendam. Abb.ſcribit.q.1.Ep̄s.col.fi.poſt med.verſi.tertio faciūt per tex.in l.2.inf. ad Turpil.glo.credo citandæ animus fuit in gl.2.vel tex.exprimi debuit in l.2.§.quid ſi curatores. ff.ad Tertul. ſed enim lata ibi extenſionē ſignificatio iuuat. Extenſionē item in ſpecie pœnali ob ſimilitudinē rationis admitti. Deci.putat in c.ſecundo requiris col.fi.verſi. præterea in materia noſtra. de appella. per tex.in c.1.§.porrò quæ fuit pri. cau.benefi. amittē. ex gl.Bal.& Alex.in l ſi quis id ꝙ ff.de iur.om.iud.in eadē ſn̄ia Iaſ.eſt in §.tripli.nu.22.inſti.de actio. Chaſſen. in conſi.38.nu.28.cū alijs apud nos accumulatis in tractā.de antiq.temp.parte 4.nu.84. & plurib. ſeq. in quā ſn̄iam conceſſimus nu.94. verſic.videamus modo de aliquibus limitationib. Quotiens pp delicta ſtatutæ pœnæ leguntur. Atq; vbi citra extenſionē, impunitum delictū fieret. Quid dicendum hic erit, vbi ratio ſtatuti controuerſi pro expreſſa hr̄, hoc eſt vt vltionē ſuam crimina habeant. cum ratio reddi alia nequeat.

212 Inde Soci.error depræhenditur † in l. ſerui electione.§.1.nu.9. ff.de leg. 1.non aliter ob rationē expreſſā extenſionē in pœnalib. admitti, q̄ ſi lata ēt eius ſignificatio ſuffraget, ad ꝙ extenſio parat̄. Ex prædictis enim opinio hæc confutat̄. Sed ex rōne fortiore Soci. dictū refellit̄, ꝙ permiſſa extenſio pp vtilitatem publicā ſecundario, eſt, q̄uis lata verbi ſignificatio non interueniat, vti videre apud Iaſ.eſt in l.j.nu.45.circa fi.verſi.ſecūdo in materia fauorabili.in l.ſi cōſtante.nu. 68.verſ. adde vltra eum.ff.ſol.mat.in l.fratres.nu.8.C.de inoffi. teſta.in l.properandū in prin.nu.8.in fi.verſi.& ſi dicas, ꝙ Bar.C.de iudi.Quibus in locis ſignificatū largū non expoſtulat. Eque ſignificatū hunc largū tex. non deſiderat in d.l.hoc modo in fi.ff.de cōdi. & demon. quin ēt ad caſum ēt fictum permiſſa extenſio ob vtilitatem hanc publicam ſecundario, in dote ſpirituali apparet, ad q̄ tex.pertinet in auctén.res quæ.C.com.de lega.vt Iaſ.ibi ſcribit nu.18.verſi.quinto tenet.Bar.ſi latus is ſignificatus exquiri in vtilitate publica ſecundario, non ſolet, quantominus neceſſariū eū in vtilitate publica principaliter, dicemus. Quam altera potiorem nec ſemel diximus.

Secundò obſeruandum, gloſæ teſtimonio Soci.moneri in c.1.in ver.Italiæ.de tempo.ordin lib.6. Quæ gl. Socino ipſi inimica euidenter eſt, vtpotè in qua ob ſimilitudinem rationis extenſionem in pœnis permittenda expreſſum eſt, neque expreſſionem rationis vel pro expreſſa eam haberi deſiderat. Quam gl.in ſententiam ſuam Abb.nominat.d. q.1.col.fin. poſt med.de qua gl. etiam memoria habita apud nos eſt in conſi. 118.num.15.

213 Tertiò contrarius Socino, q̄uis † mentionem de eo non faciat, Crotus eſt in rubri.inf.de verb. obli. in fi.in poſteriore lectu.vbi nominatim ſcribit, locū extenſioni in pœnalibus eſſe, q̄uis expreſſa ratio non ſit, neque pro expreſſa habeatur, per tex.in l.his ſolis. C.de reuo. dona.gl.in l.fi.in ver.voluerit. C.eod.tit. & per ea, quæ Alex.alijq; no.in auctén.non licet.C.de lib.præteri. ex cauſis non expreſſis, ſimilibus tamen rectè filiū exhęredari. Expreſſionem planè rationis, vel pro expreſſa eā haberi, niſi in correctorijs Crot.ibi non exigit.

214 Sed dicturus quiſpiam erit. admirationem † non breuē in dicto Croti & noſtro videri, vt difficilius in iure correctorio extenſio, q̄ pœnali fiat. Reſpondetur ex prædictis nouitatem, aut admirationem hāc ſilere. Quoniam fauorabilis materia pœnalis eſt, quotiens ob ſcelus pœna datur. ſic quomodo declaratū ſupra habemus. voluntariæ enim pœnam ſubit, qui flagitium admittit, cum ei cauſam dederit. l.interdū in fin. ff.de indi. Inde dicimus, ſequelam aut comitē delicti pœnam eſſe.l.1.§.1.inf.ad Turpil.l.ſi qua pœna.& l.illud infra de verb.ſigni.quos tex.in ſn̄iam hanc Signorol.vocat in conſi.89.nu.1.ad q̄ ſn̄iam tex. nō inſcitus accedit in l. ſi à reo. §. illud quod vulgo inf. de fideiuſ. pœnas ob maleficia ſolui magna ratio ſuadet. Eodē tex. ſpectat in d.l.bonafides.ff.depoſi.reipublicę intereſſe, vt male meriti egeſtate laborēt, quo cæteri exemplo eorum dettereantur. Atq; in ſpecie præter Crotū, facilius in pœnalibus, q̄ in correctorijs extenſionē permitti, ex Imola declaratur in d.l. ſi vero.§. de viro nu. 17.in prin.verſi.ſecundo caſu. & nu.24.verſi. tertio ca-

Digitized by Google

ſu principali. Hoc ita, ſi ob maleficium pœna ſtatuta ſit. Aliter atque ſi ob culpã, quæ à dolo abſit. vel cum iure, quo extremo pœna nititur. Ita vt fauore digna ſcriptura non ſit; Ibi enim fauore in pœna remoto, ius idem ſcripturæ pœnalis, atq; odioſæ alterius vr̃.

Ex ſolutione & præceptione Bar. circa cõem loquẽ
215 di vſum in q. ab eo propoſita, concluſio † decerpit, impropriã ſignificationẽ æſtimari, q̃ ab vſu loquendi hr̃. Nãq; ſi propria eſſet, largè, aut impropriè poſſeſſionem detentationem ve ſecũdum communẽ loquendi vſum genitiuus non diceret, verum propriè, aut ſtrictim.

Expers concluſio hæc vtilitatis non eſt. Quoniam ſi veram eam aſſerimus, Locus ſignificationi huic largè, aut impropriè, ex communi loquendi vſu, in ſtatuto non erit. verba cuius propriè intelligi per ſtatutum aliud opportet. vt Bar. docet in l. Labeo nu. 4. ff. de ſupel. leg. Alex. hic nu. Iaſ. nu. 7. in fi. Horman. nu. 25. Crot. nu. 42. verſi. limitatur, & ſecundo Niconit. num. 249. Corn. in conſ. 14. col. 3. verſi. facit quod notat Bar. lib. 2. in conſ. 276. col. 5. verſi. & tale ſtatutum lib. 4. Iaſ. in l. fi. col. fi. verſi. limita tamen quod dixi. C. de ſucceſ. edic.

Si dixeris, inutile ſtatutum hoc videri, quo propriè verba accipienda cautum ſit. ſiquidem, & iure id inſtitutum communi eſt, l. 3. §. hæc verba Ibiq; Bar. ff. de neg. geſt. l. 1. § ſi is qui nouem. ff. de exercitor. l. quod conſtitutam. Ibiq; Bar. ff. de mili. teſta. l. patronus. §. Si quis eum eſſet. ff. de bonis liber. l. conſtitutionibus. Ibiq; Bar. infra ad municip. & alia innumera. Ea propter inutilem expreſſionem eius videri, quod tacitè ineſt. l. 3. ff. de leg. 1. l. 3. C. de fideiuſ. Inde ineptitudinis, aut ſimplicitatis à Bal. damnatur, qui id loquitur, quod ſubaudiri ſolet in l. 1. C. de ædili. actio. De quo Soci. meminit in l. 1. in quinto nota. verſi. hanc tamen communem. ff. de vulga. Reſpondet Crot. hic, d. nu. 42. Inutile ſtatutum hoc non videri Quoniam vt effectum quem pariat, excluſus ſignificatus. intelligitur, qui a conſuetudine loquendi deſcendit. Sed expreſſius, & ſignificantius reſpondetur, argumentum ipſum in ſpecie vſus loquendi inficiando. Quod enim in argumento dicitur, propriè ſtatuti verba iure communi accipienda, ad ſignificatum improprium reijciendum non pertinet. qui à loquendi conſuetudine emanat, cum ſignificatum quemuis, & quamlibet proprium is vincit, vt hi apud Bar. Proinde dici non poteſt, tacitè in ſtatuto ineſſe, vt propriè verba eo caſu intelligantur, quo impropriè accipi per communem loquendi conſuetudinem poſſunt. Idq; opinione admiſſa, vt improprius id genus ſignificatus habeatur. de quo mox diſceremus.

Effectu hoc ita enarrato, quanti referat, propria nec ne ſignificatio ſit, quam ipſa loquendi conſuetudo facit: non abs re erit, de hoc diſpicere, & quidem impropriam ſignificationem hanc eſſe non obſcurè Bar. hic ſentit. cum largè ad poſſeſſionem, ſeu detentationem ob communem loquendi vſum, trahendũ genitiuum putat. Propriè quippè, & ſtrictim, non largè id fieret, ſi propria à cõmuni loquendi conſuetudine ſignificatio prodit. Sed expreſſius rem hanc Bar. explicat in d. l. Labeo nu. 4. vbi improprium ſignificatum hunc ait, quotiens propriæ alij ſignificationi repugnat, quam à iure vocabulum habet. Idem Bar. ſentit in d. l. omnes populi nu. 38. in fi in d. l. non dubium nu. 11. C. de ll. In qua ſententia poſteriores ferè hic ſunt Ruin. nu. 23. & nu. 26. Horman. nu. 24 verſi. ſed contra hanc concluſionem. Crot. d. nu. 42. Saluiol. in rubri. ff. ſolu. ma. nu. 124. Idq; pro expedito Iaſ. hic præſupponit nu. 7.

Pro ſententia hac tex. nominatur in l. 2. ff. de vſufruc. earum rerum, quæ vſu conſu. in l. cum de lanionis. §. aſinam. ff. de fundo inſtr. de quibus Bar. meminit in d. l. Labeo nu. 4. In eandem ſententiam tex. vocatur in l. 1. è prætor. ff. de ſuis, & legi. De quo apud Ruinum, Crotum, & Horman. hic. tex. etiam nominatur in l. fideiuſſor obligari. §. fideiuſſor infra de fideiuſ. Quem Crot. hic profert.

Sententiam diuerſam, hoc eſt ſignificationem propriam a conſuetudine loquendi communi ſimpliciter haberi, Signorol. probat in conſ. 101. nu. 3. Ibiq; in verbo inteſtatus loquitur, ad infantem pupillumve propriè ob hunc loquendi vſum pertinere, quo inteſtatum, aut ſine teſtamento decedere omnes dicimus, quicunq; teſtamento nullo condito, mortem obeunt quamuis teſtandi ius, aut teſtamenti factionem non habeant. Atqui propriæ id ſignificationi contradicit. l. 1. Ibi ſed hos quoq; pro inteſtatis accipere debemus. ff. de ſuis, & legi. De quo vberius apud Alex. & alios in l. generaliter in prin. C. de inſti. & ſubſti.

Cum ſententia hac Bal. facit in l. fi. q. 14 C. de hæredi. inſti. vbi ſignificatione omni potiorem communẽ vocabuli intellectum, aut & per quas cauſas ſignificatio introducitur, per eaſdem mutari, minui, & augeri per tex. in l. de quibus. ff. de ll. & in l. librorum. §. quod tamen caſſius. ff. de lega. 3. ſi mutatur, ſignificatio. ergo prior deſinit, & alia incipit, & obtinet. l. ſi conuenerit. §. ſi nuda. ff. de pign. l. ſeruus alienus. §. qui fideicommiſſariam. ff. de hæredi. inſti. Rurſus effectu ſignificationis per vſum loquendi mutato, non poteſt nomen ipſum non mutari. l. 2. §. appellata. ff. ſi cer. pet. l. a nullo. C. de ferijs. l. cum precibus. C. de probatio. l. vni. Ibiq; Bal. C. de nudo iure quiri. tol. c. admonere in prin. 33. queſtio. 2. Ibiq; glo. 1. vulgatum illud refert. ſi re priueris, nec nomen habere mereris. Scite Bellame. in conſ. 6. col. fi.

Ex communi loquendi vſu ſignificatum propriũ fieri, ſimpliciter etiam Bal. ſcribit in l. liberti libertæque num, 5. in fi. C. de oper. liber. Idem ex Bal. iuuatur in l. fi. nu. 5. C. de lib. præteri. vbi a vulgo ſignificationẽ adinueniam vocabulorum ait. Indo grammaticorum illud commemorat, quod ignoramus, iuxta vulgare ponamus.

Sententiæ huic. Ang. Areti. fauet in §. ius ciuile nu. 19. inſti. de iure natu. gen. & ciuili. Barba. in l. 1. §. ſi quis ita col. 5. in fi. verſi. quinimo, & in l. qui ante calendas col. 4. infra de verb. obli. vbi ex Iaco. Butr. id confirmat in l. 1 ff. de fide inſtru. in 1. conſti. ſtorum. & in auctẽn. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vendi ex Ant. de Bu. in prœmio Gregoria. nu. 39. in fi. Qua opinione vti Niconit. hic videtur nu. 252.

Eandem Sententiam Alcia. amplectitur in l. 4. §. Cato nu. 224. infra de verb. obli. Qui ſignificationem propriam indiſtinctè aſſerit, Quæ a communi loquẽdi vſu deſcendit per tex. in l. anniculus. 1. & in l. vt Alphenus infra de verb. ſigni. Sed enim Bartolo. ll. iſtæ non obſunt, In tex. enim. d. l. anniculus. cum ſignificatum. l. vſus etiam loquendi facit. Quo caſu proprio ſignificatui vſus ipſe adminiculatur, non etiam per eum alteratur. auctẽn. itaq; C. comi. de ſucceſ. & alia, de quibus in reſponſo pro Genero nu: 305. verſi. Quid in præſumptione dicendum duplici erit. Bar. planè eo caſu loquitur, quo ſignificationi. l. vſus contradicit.
216 Eque tex. non mouet † in d. l. vt Alphenus Namq; quod ad ædificia continentia Romæ appellatio ex cõſuetudine trahatur, ſignificatui eius non obſtat. Quominus, & citra conſuetudinem tantundem contingat. Quinetiam Bar. ſuffragari tex. ille videtur, cum aliud in vrbis nomine ait. In quo miſſam conſuetudinem facit. Quare ſignificatum eius per conſuetudinem non alterari præſupponit. ab incluſione vnius ad excluſionem alterius argumentando. l. cum prætor. ff. de iudi. l. maritus. C. de procura.

Rationem tamen d. l. vt Alphenus. cur de vſu in ea loquendi circa vrbem, non ſimiliter vt in Roma

fiat,

Digitized by Google

fiat, Eam arbitror, quod in ore vulgi, & vſu commu ni loquendi vrbis appellatio non eſt. Non enim vrbem vulgus pronunciat, at ciuitatem. Romam, & deinceps vnde vſus in eo cadere loquendi non poteſt, de quo vulgus non meminit, aut quod non loquitur. Inde non rectè ſcriptum apud Bald. videtur in conſi. 258, appellatione patrui lib. 3. patrui appellationem ad magnum etiam patruum ſpectare, quod patrui omnes Zij, aut gij vulgo appellentur. Locum enim Bald. dictum haberet, ſi de Zijs ſtatutum diceret. Cęterum cum de patruis loquatur, quæ vox in vſu apud populum non eſt, quomodo vſus in ea admitti loquendi poterit. Longè minus ad filium fratris patruelis, aut conſobrini vocabulum patrui trahendum, aut auunculi erit.

Ius aliud ſeruandum puto, ſi & apud iuriſperitos, aut linguæ latinæ ſcientes in vſu latina vox improprio ſit.

In eadem ſententia contra Bart. Nigri videtur in l. 1. §. ſi quis ita num. 1. infra de verbor. oblig. qui ſimpliciter ſcribit, ſatis eſſe ex communi interpretatione ſignificationem colligi, idem ſimpliciter, & generaliter Alba admittit in rubr. infra de verb. obli. nu. 45.

Tex. his accedit in l. verbis legis infra de verb. ſigni. vbi ſignificatio verbi lego à lege 12. tabul. introducta mutationem per vſum communem loquendi iuris gentium accepit, de quo Roman. meminit in conſil. 179. nu. 8. at ſcitè magis à Bald. inducitur in l. quotiens num. 3. verſic. ſi autem teſtator expreſsè diceret. C. de hæred. inſti. vbi quamuis commune verbum lego per l. 12. tabul. fuerit, d. l. verbis legis, diſtincta tamen vocabula per ſequentem iuris prudentiam ſunt, vt ex tit. patet de hęred. inſt. & de lega. qui ſeparatim ponuntur. tex. etiam in d. l. verbis. l. in ſententiam hanc Alba. vocat in d. rubr. infra de verb. obl.

Contrarius etiam Bartolo Anto. de Butr. videtur in procemio Gregoriano num. 40. vbi non aliter ſignificationem abijciendam arbitratur, quam vſus ipſe loquendi ſuggerit, niſi ſi propriè, nulloq; extrinſecus adiecto, aut intellecto verba accipi ſtatutum præcipit, id quia extrinſecus tum ab vſu ipſo loquendi ſignificatio deſumitur, contra quam prohibitum ſtatuto eſt. ex laco. id Butr. probat in l. 1. ff. de fide inſtru. ius igitur aliud ſeruandum non obſcurè. Anto. de But. ſentit, cum propriè verba accipi ſimpliciter, & ſine verbis illis, nullo extrinſecus addito, aut intellecto, ſtatutum iubet. Dictum hoc Anto. de Butr. pro ſingulari Roman. habet, & agnoſcit ſing. 417. communis doctrina, quod ſub numero diuerſo Hotman. hic refert nu. 25. verſ. ſecundo limitatur. Iaſ. nu. 7. in fi. & in d. l. fi. ante fi. C. de ſucceſ. edic.

Apparet ex his ſecum Iaſ. certare qui Bartolo adſtipulatur in d. l. labeo. ne locum ſignificatio impropria vſus loquendi habeat, cum propriè verba accipi ſtatutum mandat. Atqui opinioni huic euidenter reclamat, cum Anto. de Butrio in dicto procemio Gregorian. ſubſcribit, ita ſub eiſdem verbis in contradictionis vitium imprudens Iaſ. incidit.

Vitij eiuſdem Fely. tenetur in d. procmio Gregoria. nu. 25. & in c. per tuas nu. 8. de proba. qui & Bartol. & Antonij de Butr. opinione vtitur. Perinde quaſi inter Barto. & Anto. de re hac conueniat, quos diuerſa ſenſiſſe, monſtratum ante habemus. Dici tamen, poteſt, contrarios ipſis ſibi cum Iaſone Felynum non eſſe. verum verbum, mentemq; Barto. & Ant. expenſa atque animaduerſa à Felyno, & Iaſone non fuiſſe.

Bartoli item opinio in d. l. labeo. argumento, & alio eiicitur, namq; iuris, aut legis vicem communis loquendi conſuetudo obtinet. d. l. de quibus. ff. de ll. d. §. ex non ſcripto inſtit. de iure natu. legi planè derogatum non aliter creditur, quam ſi expreſſum ſit. l. ſancimus C. de teſta. l. præcipimus in fin. C. de appel.

Proinde ſtatutum id genus, quod propriè intelligi verba percipit, atq; ideo oſtenſionem verborum vetat, ad offenſionem trahi aliam debet, quam quæ ex ex vſu ipſo loquendi fit.

Iure, & illo certiſſimo Bart. opinio euertitur, nihil
217 intereſſe, † verum omnino quicquam non ſit, an inutile, pariq; iure nihil, & inutile eſtimari. l. nam is. ff. de dolo. l. 1. §. pen. ff. quod cuiuſq; vniuer. nomi. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pign. actio. l. gallus. §. ille caſus ff. de lib. & poſt. l. paulus infra de verb. ſignifi. cap. 2. de transla. epi. cap. extirpandæ de præben. Oldra. in conſ. 274. in cauſa, quæ vertitur ſuper diœceſano in fin. fuſius Iaſ. in l. mandatam. ff. de offi. eius. in l. 1. §. ſed & ſi mihi in tertio nota. infra de verb. oblig. Vnde cum propriè verba accipi ſtatutum iubet, ad proprietatem trahi efficacem debet, hoc eſt quæ effectum habet, non quæ ab vſu extincta loquendi ſit, eodem regula pertinet, nihil referre, datum quid non ſit, an datū quidem, ſed ademptum. l. ſi ita ſit ſcriptum. ff. de leg. 1. ſed nec habere quis dicitur, quod auferri ab eo poteſt. l. qui. 10. §. qui hominem in fin. infra de ſolutio. Quorſum igitur proprietatem verborum ſcrutari, quę per vſum adempta loquendi eſt.

Diſtinguendum in controuerſia hac arbitror, vt ſiquidem a iure naturali, aut gentium ſignificatio verbi deſcendat, vera ſit Barto. & comitum eius opinio. Cauſam aliam ſignificatus eſſe, qui à lege exiſtit. Rei
218 cuius † explicandæ cauſa monendi ſumus, à iure quadruplici verborum ſignificationem deduci. Primum à iure naturali, vt pater, mater, filius. l. & id genus alia. l. tutelas in fin. prin. ff. de capi. diminu. Secundò à iure gentium, quales ſeruitus, & manumiſſio ſunt. l. iure gentium introductæ. l. manumiſſiones. ff. de iuſti. & iure. Tertio à iure ciuili. Cuiuſmodi verba directa inſtitutionis, & ſubſtitutionis ſunt. l. verbis ciuilibus. ff. de vulga. Quarto à iure conſuetudinario, ſeu communem loquendi vſu. l. tugurij, & l. vt alphenus infra de verb. ſignific. Diſtinctionem hanc originis quadruplicis, vnde ſignificatus verborum oritur Bald. enarrat in l. fin. nu. 5. C. de lib. præteri.

Circa ſignificatum, qui à lege, aut conſuetudine naſcitur, verior opinio videtur, vt vſu tolli contrario poſſit, quatenus legi per conſuetudinem derogari palam eſt. l. de quibus in fin ff. de legib. gloſſ. in §. ex non ſcripto in ver. imitantur. inſtitu. de iure natu. Abb. in conſi. 26. col. fin. ve. ſi. conſuetudo enim habet lib. 2. Scitè Bald. in cap. 1. §. præterea ducatus num. 2. de prohib. aliena. feudi per Freder. vbi poſitiuam legem eſſe vllam non putat, quam non vſus contrarius perimat. In quam ſententiam plura Alciat. affert in d. §. cato num. 224. ſed loquacius id Niconit. hic confirmat nu. 241. & pluribus ſeq. qui illud hora. referunt multa renaſcentur, quæ iam cecidere, cadentq; quæ nunc ſunt in honore vocabula, ſi volet vſus.

Cauſa alia ſignificationis eſt, quę à iure naturali, aut gentium deſcendit. d. l. tutelas in fin. prin. ff. de capi. dimi. vnde agnationis quidem vim conſuetudo immutaret, quatenus à cognatione per ius ciuile diſcrepat, & familiam dicit. Non idem, in quantum ad ſanguinis coniunctionem pertinet, atq; ideo naturæ ſignificantiam habet. l. iura ſanguinis infra de reg. iuris. Cauſa eadem vocabuli vſusfructus eſt, quatenus naturæ conuenit. Immutationem enim per autoritatem Senatus non patitur.

Rem quippè impoſſibilem, & contra naturam Senatus, & lex non poteſt, vt in eo, quod conſumptum ſit, aut quotidie conſumitur, vſusfructus conſiſtat, & fructus percipiatur. Ad quem caſum text. pertinet in d. l. 2. ff. de vſufr. earum rerum quæ vſu conſu. Diſceptatio controuerſia in eo verſatur, quod à iure ipſo ciuili pendet, id eſt à ſignificatu verborum per l. ciuilem introducto, qui contrario iure tolli ciuili poteſt, id eſt

per

per conſuetudinem, aut vſum loquendi communem qui iuris ciuilis taciti dicitur. §. ex non ſcripto inſti. de iure natu. Per quam conſuetudinem iuri ſcripto derogari nemo dubitat, & teſtatum ſupra habemus. Sic ad rem text. d. l. s. in ſignificatu non attinet, qui verbis traditus à lege eſt. Ad eum planè caſum tex. ille confert, quo à iure naturali, aut gentium origo ſignificationis ducitur, quod naturæ, aut gentium ius non perinde vſu contrario perimi, lædivè, atque poſitiua lex poteſt. §. penult. inſtit. de iure natu. d. l. tutelas in princ. ff. de capi. dimi. & d. l. 2. ff. de vſufruc. earum rerum.

Non obſtat text. in d. l. cum de lanioris. §. aſinam. non propriam verborum ſignificationem, ſed teſtatoris voluntatem, quæ ex conſuetudine eius ſingulari, aut vniuerſali regionis totius percipitur, in qua commoratur. Quoniam ad ſignificationem pertinet, quę à iure tributa ciuili eſt, nihili eam pendendam, cum ſignificatum alium per conſuetudinem contrariam vocabulum habet. Cum fortior conſuetudo particularis, aut vniuerſalis ſignificatu ſit, qui à iure ciuili eſt ita per conſuetudinem ipſam, aut communem loquẽ quendi vſum ſignificatio ipſa iuris ciuilis conſumitur, & recens à conſuetudine naſcitur. Namq; cum potiorem teſtatoris, & regionis locutionem tex. habeat, vtiq; propriam eam magis facit. Atq; ideo impropria dici non debebit. Ita in Bart. & comites eius tex. ille regeritur regeratur.

Secundò ad text. illum reſpondetur, ab incluſione
219 vnius ad † excluſionem alterius text. illum induci propriam verbòrum ſignificationem ſpectandam, ob morem regionis non eſſe, ergo impropriam eam iudicari, quæ à more ipſo regionis exiſtit, ſed enim locus argumento non eſt, quotiens ratio eadem in caſu altero ſubeſt, quem excludendum dicimus. Ibi enim ad excluſionem eius incluſio vnius non valet. l. mulier in princ. ff. ad trebel. l. 3. C. de inſtit. & ſubſtit. vbi per incluſionem caſus mortis, caſus excluſus emancipationis non creditur, in qua ratio eadem, idem vè effectus verſatur, in eandem ſententiam text. eſt in c. ſecundo requiris. ibiq; Dec. in 2. nota. de appellat. Eodem tractatus cunctus extenſionis ſpectat, vbicunq; ad caſum omiſſum ob rationem eandem permitti extenſio ſolet, ibi enim caſus expreſſi incluſio caſus alios omiſſos non excludit. Atq; in ſpecie argumenti huius ab incluſione vnius ad excluſionem alterius, ne locum habeat, vbicunq; ratio eadem includendi in caſu altero ſubeſt. glo notat in l. cum prætor in princ. in verſi. videtur. ff. de iudi. Card. in conſi. 38. num. 4. Petrus Gerardi. ſing. 7. colum. 3. Sed enim ratio eadem, immo fortior includendi in ſignificatione vertitur. quam mos ipſe regionis dat, vt propria, & ipſa habeatur, quatenus potiorem eam eſſe, nemo non probat, ſic quomodo teſtatum antehabemus.

220 Tex. item non mouet † in d. l. item prætor. ff. de ſuis & legiti. qui omnium vrgere validiſſimè videtur. Reſponſione enim eadem, atq; tex. refellitur in d. l. 2. ff. de vſufruc. earum rerum. L. hoc, eſt propter rationem, aut ſignificationem naturalem fieri, vt nepos propriè ex conſuetudine dici quis eius non poſſit, à morte cuius conceptus ſit. Cum à iure ipſo naturæ, aut gentium vocabulum hoc nepotis ſimiliter, vt matris, filijque veniat. d. l. tutelas fin. prin. ff. de capi. dimi. Ea propter in poteſtate iuris ciuilis, aut conſuetudinis nõ eſt, nepotem mortuo quem efficere, vt nepos eius quis dicatur, qui eo conceptus ſublato ſit. At enim ad ſignificationem hanc naturalem quæſtio noſtra non pertinet.

Secundò ex Ruino hic reſponſio hæc iuuatur, Ruini ipſius reſponſionem in eum remittendo. Rui. enim eum reſponſionem poſteriorum quorundam ad tex. illum, confutat. Significationem, aut appellationem conſuetudinis de qua ibi, non ideo damnari ait. quòd inepta, aut craſſa ſit, verum quod fieri non põteſt, vt proximior quiſpiam ei fiat, poſt cuius cõceptus mortem ſit. Quæ Ruini reſponſio non alio ſpectat, quam vt contra rationem naturalem, aut iuris gentium nihil quicquam conſuetudinis appellatio poſſit, qua ratione igitur, Ruino autore, id fieri per conſuetudinẽ nequit, vt proximior quis ei exiſtat, poſt cuius conceptus interitum eſt, ita ad vocabulum nepotis proprium admittendum pro futura conſuetudo non erit.

221 Cum nomen † intelligi, aut admitti in eo nequeat, à quo effectus remouetur. d. l. à nullo. C. de ferijs, itaq; ſi effectum proximitatis, quæ in nepote contingit, in eo non recipimus, qui aliquo conceptus defuncto eſt, quomodo nepotis agnoſcendum nomen erit. Par enim ratio appellationis nepotis, atque proximitatis eius reijciendæ eſt.

Tertio validius reſponſio hæc iuuatur, quæ ab impotentia deducitur, hoc eſt fieri non poſſe, vt nepos quis eius dicatur, quo iam conceptus extincto eſt. Quoniam impotentia hac remota, quamuis nepos impropriè, aut per abuſionem is dicatur, ad eum tamen quaſi proximiorem inuitandum ædictum prætoris valeret, quando quidem fortiorem ſignificatu proprio, vel in ſpecie odioſa improprium eſſe, qui vulgi appellatione deſcendit, paſſim Bar. alijsq; placet, vnde quod roboris quicquam loquendi conſuetudo in d. l. item prætor, non habet, ratione non alia fit, quam quod naturæ, aut gentium iuri conſuetudo illa reſiſtit. Aliter quippè cur debilitor ibi, quam alibi conſuetudo id genus fuerit.

222 Quod ad text. attinet † in d. l. fideiuſſor obligari. §. fideiuſſor infrà de fideiuſ. qui relatus apud Crotum hic legitur, dignus non erat, quem in ſpecie hac Crotus afferret, vt potè in quo verbum vllum de conſuetudine appellandi non ſit, quod in vſu vulgo habeamus debitorem eum appellare, qui naturaliter ſolummodo debet. Imò enim e contrario loquendi vſum tex. ille prȩſupponit, vt proxima mox reſponſio docet.

Secundò vbi loquendi vſu tex. ille niteretur, in Crotum ipſum retorquetur, ibi enim minus propriè debitores dici eos ait, qui obligati niſi naturaliter non ſunt. Sic per vſum ipſum loquendi ſit, quo minus debitor propriè ȩſtimetur, qui naturaliter tantummodo debet Quo circa ſi debitorem loquendi vſus eum admitteret, qui natura tantum debet, ius aliud ſeruandum, nõ obſcurè tex. ille innuit, vt debitor tũc propriè dicatur.

Conſequenter prȩdictis dicendum, propriam ſignificationem habendam, quam vſus ipſe loquendi facit. Tam & ſi ſignificationi refragetur, quæ verbis tributa per legem ſit. Dum iuri naturæ tamen, aut gentiũ vſus ipſe loquendi non repugnet. Atq; ideo locum ſignificationi huic in ſtatutis interpretandis tum quoq; eſſe, cum propriè verba intelligi per ſtatutum aliud debẽt.

213 Hoc amplius Bar. etiam opinione † admiſſa, vt impropria ſignificatio hȩc dicatur, quam vſus ipſe loquẽdi facit, quotiens ſignificationi contradicit, quæ à lege ipſa emanat. Locum tamen ſignificatui huic improprio tum etiam arbitror, cum propriè verba intelligi per ſtatutum aliud debent contra quam Bar. viſum & comitibus eius ſit, id quia ſi interpretationem hanc reijcimus, quæ à communi loquendi vſu capitur, abſurdum conſequitur, vt quod potentius eſt, à debiliori vincatur potentior quippè ſignificatu legis ſignificatus habetur, quem vſus ipſe loquendi producit Bart. in d. l. omnes populi nu. 38. in fin. cum alijs in ſuperioribus aſcriptis. Abſurdam planè rem eſſe, vt ab infirmiori potentius proteratur, text. oſtendit in §. filiusfamilias verſi. quis enim patiatur inſtit. quibus mod. ius pa. po. ſol. tex. huc pertinet in l. quæritur, ff. de ſtatu ho. l. bonafides. ff. depoſi. l. priuilegia infra de priuil. credi. l. 3 in prin. ff. de metel. l. ante pen. ff. de hæred. inſt. l. legatis
224 §. ſi vnus. ff. de leg. 3. Sed enim † ad eum caſum trahi

ſta-

Digitized by Google

ſtatutū non debet, quod propriè intelligi verba iubet,
quo abſurdi quicquam propriè intelligendo conſe-
quitur Soci. in l. Iulianus nu. 5. & ſeq. in l. cum auus
nu. 88. poſt med. & nu. ſeq. ff. de condi. & demon. in
conſ. 84. nu. 3. circa fi. & nu. 4. & 6. lib. 1. Corn. in conſ.
14. col. 3. verſi. item Bal. lib. 2. in conſ. 576. col. 5. verſi.
no. 1 tamen tolluntur lib. 4. Expreſſius, & ſignificātius
in conſilio. 324. colum. penult. in fi. libro 5. Quibus
in locis habetur, interpretationem remotam non
cenſeri, ſine qua abſurda ex ſtatuto res conſequitur.
quamuis ſtatuto alio generali cautum ſit, vt ad lite
ram ſtatutorum verba intelligantur. Idem Soci. iun.
probat in conſi. 1. nu. 142. lib. 1. Brun. in tracta. de mu-
lieribus arti. 5. q. 29. col. 1. poſt med. & in fine quæſtio-
nis. Ratio eadem ſtatuti videtur, quo propriè intelli-
225 gi verba debent. Quid enim † refert, ad literam ne,
an propriè intelligi verba oporteat. Bal. in auctēn. ſi
qua mulier in fi. C. de ſacroſan. eccleſ. in l. iubemus.
§. fi. in 1. nota. C. ad Trebel. Alex. in l. 1. nu. 13. ff. ſi cer.
pet. in conſ. 50. nu. 3. in conſ. 80. nu. 9. lib. 1. & in conſ.
193. nu. 4. lib. 6. & alia non pauca.
Secundo interpretatio hæc, quæ ſecundum com-
munem loquendi fit, legis, non hominis interpreta-
tio habetur. ſiquidem ex communi loquendi vſu in-
terpretationem faciendam, & ſignificatum eius po-
tiorem habendum lex iubet. Eam ob rem abiecta le-
gis interpretatio nunquam creditur, tam, & ſi præciſe
verba ſtatutorum ſequenda, ſtatuto expreſſum alio ſit
Bal. in d. l. omnes populi nu. 21. circa fi. verſi. ſed quid
ſi cauetur alio ſtatuto Alex. in d. conſ. 80. nu. 9. verſi.
confirmantur etiam lib. 1. Soci. in d. l. cum auus nu 88.
poſt med. Iaſ. in d. l. omnes populi nu. 53. verſi. tu ta-
men aduerte, in l. quamuis nu. 2. ff. de in ius vocan. in
l. ſtipulatus ſum domum nu. 3. infra de verb. obli. in l.
pen. in fi. textu nota. C. de pactis. Corn. in conſ. 224.
col. 5. verſi. & licet ſtatutum ſit præciſum lib. 2. Ratio
eadem ſtatuti videtur, quo propriè verba accipi ne-
ceſſe eſt. namq; ſi propriè, ergo præciſe.
226 Vt ſemel dicam, ſiquidem † laudis, & rationis ex-
pers interpretatio non ſit. quæ à loquendi conſuetudi
ne deſumitur, locum ei eſſe credam, quamuis propriè
verba ſtatuti intelligi per ſtatutum aliud debeant. Cre
dibile quippè non eſt, cum animum ſtatuti autoribus
fuiſſe, vt interpretationem aſpernarentur, quæ cum
laude coniuncta, & ratione ſit Alex. in d. conſ. 80. nu.
9. & ſeq. lib. 1. Hoc ita, ſi viua modo ratio ſit Bal. in l.
fi. nu. 9. C. de liber. preteri.
227 Secundo ex dictis his Bar. colligitur, † potiorem lo-
quendi vſum verborum ſignificatione in materia
etiam ſtricta pœnaliq; eſſe. In ſtatuto enim pœnali
Bar. hic loquitur, & idem Bar. no. in d. l. 1. §. fi. in ſe-
cundo nota. ff. de pecul. & in 1. cōſti. C. nu 45. cū Bal.
hic Ang. ſentit in l. lex cornelia in prin. nu. 6. ff. de
min. Abb. in c. 1. nu. 30. de poſtula. prela. Alex. in
conſ. 35. num. 15. 16. lib. 4. Deci. in conſ. 83. col. 3. circa
med. verſi. quinto reſponderi poteſt. Idem Iaſ. hic
probat nu. 7. verſi. tertio adde. in l. ſtipulatio iſta habe
re licere. §. hæc quoq; in fi. infra de verb. obli. in l. fi.
nu. 11. verſi. tertio limita. & nu. ſeq. C. de ſucceſ. edic.
in conſ. 51. col. 2. in fi. verſi. ſtat ergo ex prædictis, &
col. ſeq. lib. 3. Caſodor. deciſ. vni. col. 1. de cleri. non
reſiden. fol. 135. Idem in ſtatuto pœnali, & correcto-
rio Ruin. ſcribit in conſ. 50. nu. 6. lib. 3. ex Bar. in l. li-
bellorū. §. ſed & ſi aliud infra de accuſa. & in locis alijs.
Ius idem in ſtatutis ſeruandum, quibus, à maſcu-
lis fœminæ excluduntur Bal. probat in conſ. 258. appel
latione patrui lib. 3. vbi cum à patruo fœmina excludi
tur, ad patruum magnum ſtatutum pertinet, ſic pa-
trui appellatio ad magnum etiam patruum ex com-
muni loquendi vſu trahitur. Atque impropriè patrui
appellatione magnus continetur, cum patruus pro-
priè, & ſimpliciter non dicatur, & ſecundum quid.
cum Bal. tamen ante pugnauimus nu. 216. quatenus
ad vocem latinam vſum trahendi loquendi putat, qui
ex latino non conſtat.
Et generaliter idem in materia ſtricta Deci. ſcribit
in conſ. 41. col. 2. circa fi. verſi. nono hoc confirmatur,
& in conſ. 146. col. 3. circa med. & quamuis in mate-
ria pœnali animi ſe nec mediocriter pendere Ruin.
ſcribat, argutiſſimèq; diſceptet, attamen à probatiſ-
ſima diſcedi ſententia non oportet, qua vſus conſulen
do eſt. Ad argumentaq; ſua hic loquaciſſimè Nico-
nitius reſpondet nu. 251. & pluribus ſeq. In qua re oc-
cupandum me non duxi, veluti ſuperuacua.
Quarto monendi ſumus, vſum hunc communem
loquendi circa genitiui ſignificationem in ſtatuto
228 hoc pœnali ſimpliciter † & omnino à Bar. affirma
ri, non etiam in conditione poni, ſi ita vſus loquendi
communis ferat. ex glo in l. 2. in prin. in verſi. non
quia Papirius. quæ in colono loquitur, campum ſuū
eſſe aſſerente. Idem Bar. ait in d. l. quintus. 2. §. argento
nu. 8. ff. de auro, & argen. lega. ibiq; exemplum etiam
de puero ſeu ragacio ſubijcit, qui ſnum equum affir-
mat. no. idem Bar. in 1. conſti. C. nu. 5.
Sed enim accommodum quæſtioni huic coloni,
ragacijq; exemplum non videtur, in quibus niſi ratio
ne detentationis intelligi ſermo eorum non poteſt,
cum in manifeſto ſit, alienam rem eſſe. vnde vſu etiā
loquendi remoto, impropriè ita intelligi verba opor-
tet ex his, quæ dicta in ſuperioribus ſunt nu. 123. verſ.
Modus planè, & nu. 129. Cauſa alia ſtatuti videtur,
quod locum habere in dominio poteſt. ſic ex diuerſis
argumentari Bar. videtur, in quibus ratio diuerſa ver-
ſatur l. fi. ff. de calum. l. Papinianus exuli. ff. de minor.
l. inter ſtipulantem. §. ſacram verſi. ſed hæc diſſimilia
ſunt infra de verb. obli.
229 Rurſus videndum, cum à facto † vſus iſte loquendi
pendeat, probationem in eo exquiri, ſimiliter vt in
conſuetudine dicitur l. præſcriptione ibiq; glo. C. ſi
contra ius vel vtili. pub. l. 1. ibiq; glo. 2. & Bal. in 1. no.
C. quæ ſit lon. conſu. c. 1. de præſcrip. lib. 6. Bar. in l. de
quibus in fi. ff de ll. & in l. omnes populi circa fi. ff. de
iuſti. & iure. Atq; in vſu communi loquendi, proban
dum eum eſſe Bar. ſcribit in d. l. Labeo. ff. de ſupel. le
ga. cum modum eius probandi docet. expreſſius idē
in l. 1. nu. 3. C. de iuram. calum. Cuma. in conſ. 77. in
vltimo dubio. Fulgo. in conſ. 105. in quæſtione pro-
poſita col. 2. poſt med. Alex. in l. 5. in prin. col. 3. ff. de
verb. obli. Deci. in conſ. 365. ante fi. verſi. tertio non
obſtat. in conſ. ſeq. nu. 8. verſi. & vlterius non proba-
tur in conſ. 472. nu. 15. & pluribus ſeq. in c. in præſen-
ſentia nu. 33. verſi. quinto fallit de proba. Quomodo
igitur teſtimonio glo. vſum hunc loquendi probare
Bar. potuit. cum teſtiū iuratorū teſtimonia ſint opus.
230 Si dixeris, aſſertione glo. † aut doc. vſum hunc lo-
quendi præſumptione tenus probari, exemplo con-
ſuetudinis, de qua Doc. egregius teſtimonium dicit,
vt Bar. ſcribit in d. l. de quibus nu. 51. in quarta. quæ.
princip. ff. de ll. cum alijs apud nos relatis in conſ. 166.
num. 9. Quibus Soci. iun. accedit in conſ. 126. num.
40. in fi. l. 1. in conſi. 60. nu. 10. in conſi. 131. nu. 3. lib. 3.
Reſpondetur, locum id habere, ſi vſum hunc loquen
di ſimpliciter Bar. aſſeret, at enim glo. teſtimonio mo
uetur in d. l. 2. ff. de origi. iur. Quod extra rem eſſe,
231 oſtendimus. Itaq; † fundamento teſtimonij Bar.
deiecto, non poteſt teſtimonium eius non euerti l.
nam, & ſi ſub conditione. §. rumpendo. ff. de iniuſto
teſta. l. lex vectigali. ff. de pignor. l. nam origo infra
quod vi, aut clam. l. egi infra de excep. rei iudi. c. cū
paulus. 1. q. 1. Dici tamen poteſt, non ſolum glo. teſti
monio Bartolū niti, ſed & ſimpliciter id ab eo affirma
ri quis glo. teſtimonium ad confirmationem afferat.
Quin-

Digitized by Google

Quintò principaliter videndum, cum tex. Bart. vo-
cat in d. l. 1. in prin. iuncto. §. ante penult. ff. nau. caupo.
ſtab. & in d. l. 2. in princip. iuncto §. in hac infra vi bon.
rap. vbi in detentione, vel ſola genitiui ſignificatus re-
cipi largè ſolet, idq; ex ipſo communi loquendi vſu,
232 obſtare enim reſponſioni huic † Bart. videtur, quod
iuriſconſultorum leges ſunt, qui vocabulis vti abuſiuis
non ſolent, vt potè linguæ latinæ peritiſſimi. Atque
ideo ipſorum in primis eſſe, latinæ, & propriè loqui,
Bar. ſcribit in l. decem nu. 6. ibiq; Imola num. 8. infra
de verb. obl. ob id veriſimile non videtur, genitiuo eos
impropriè vſos.
233 Secundo ſpeciem hanc † propius Bart. obſtat, quod
ſcriptum apud Bald. eſt in cap. 1. in princip. col. 3. ante
med. verſi in contrarium arguitur. de ſucceſ. feudi. In
legibus interpratandis vſum communem ſoquendũ
loquendi non eſſe, idq; ratione memorata, quod ędi-
tæ a viris ſunt, ſermonis latini longe peritiſſimis, & qui
vſum vulgatium ſequi loquendi non ſolent, quod di-
ctum pro memorabili Abb. ſequitur in conſ. 79. nu.
2. lib. 1. Roman. in conſi. 23. & in conſil. 32. num. 3. &
ſeq. idem Franc. à Rampa. viſum inter conſi. Calder.
in conſi. 34. colum. 2 circa med. verſic. qualiter autem
de teſtam. quo cum Alex. conſentit in conſ. 44. num.
5. lib. 5. idem Alex. ſentit in conſ. 2. nu 54. lib. 1. in conſi.
5. num. 5. & ſeq. lib. 3. in conſi. 85. num. 13. lib. 4. in conſ.
37. colum. fin. lib. 6. Afflict. deciſ. 44 num. 23. Curt. ſen.
in conſil. 9. num. 23. Dec. in conſil. 158 num. 6. in fin. &
in conſi. 366. num. 8. Bologni. in conſ. 60. num. 18. Ni-
contius hic num. 212. Natta in conſi. 291. num. 2. Et
obſeruandum ratione fortiore teſtimonia hæc Doc.
Bartolo obſtare, ſi quidem in ſtatutis interpratandis
loquuntur, ex vſu communi loquendi faciendam in-
terpretationem non eſſe. Quorum autores conferē-
dos ad iuriſconſultos non eſſe, palam eſt.

Sed reſponderi poteſt, & in ll. ipſis exponendis com
munem loquendi vſum ſequendum, vt autor Innoc.
eſt in c. olim num. 2. de verb. ſignific. Anto. de Butr. in
procemio decretal. num. 40 verſi. aduerte tamen, & in
cap. quamuis in 1. & 2. nota. per illum tex. de verbor.
ſigni. Roma. ſecum pugnans in conſi. 4. num. 5. & in
l. in teſtamento. C. de teſta. mili. Abb. ſui etiam diſſi-
milis in cap. certificari in 2. nota. de ſepul. l. vberius Fe-
lyn. in d. procemio decretal. num. 14 & in cap. cum
in col. 3. verſic. & adde Innoc. de conſtitutio. Iaſ. in l.
ſtipulatio iſta. §. hoc quoq; in fi. infra de verbor. oblig.
Ruin. in conſ. 50. nu. 4. & pluribus ſeq. lib. 3.

Sed nec auxiliaris Bartolo, reſponſio hæc eſt, quan-
do quidem de communi loquendi vſu verbum in. ll.
ab eo prolatis non fit. Atque ideo vſu hoc loquendi
iuriſconſultos impulſos non apparet, neque oſtendi
id poteſt.
234 Obſeruandum etiam in hoc communi † loquendi
vſu circa. ll. interpratandas; ad loca cum reſtringen-
dum, in quibus æditæ. ll. ſunt. Quomodo enim ad lo-
ca trahi alia poterit, vſus quorum iuris conſultis inco-
gnitus ipſis erat, vt in d. procemio Gregoriano Anton.
de Butr. docet num. 40. quo cum, & Alex. facit in d.
conſi. 5. num 7. verſ. item reſpondeo lib. 3. Accurſij te-
ſtimonio de communi loquendi vſu, in locis non cre
dẽ, de quibus habere notitiam non potuit, cum qua
ſententia Socin. quoq; facit in conſi. 247. num. 5. verſi.
non obſtat quod tertio loco lib. 2. Deci. in conſi. 472.
num. 16. verſi. non obſt. quòd de tali communi vſu lo-
quendi, idem Papæ viſum lib. 1. reſpon. cap. 3. num. 18.
verſi. nec obſtat autorities. Felyni. qua limitatione, ſeu
declaratione admiſſa, non rectè ab vſu communi lo-
quendi ſignificatio larga genitiui in ſtatuto contro-
uerſo à Barto. colligitur, ſi quidem generaliter com-
munem hunc loquendi vſum, atq; per loca omnia in
ſtatuto id genus Bar. aſſumere. Qua propter probatio
neceſſaria huius loquendi videtur, idq; Abb. viſum in
d. cap. 1. num. 3. de poſtulat. prælа. Qui in locis ſeruan
dum vſum hunc loquendi de genitiuo ait, vbi eſt.
235 Sed largam iſtam ſignificationem † in d. l. 1. iuncto.
§. ante penult. ff. nau. caupo. ſtabul. ratione alia admit-
ti, quam ex communi loquendi vſu Bald. exiſtimat in
l. 3. num. 11. C. ſi à non compe. iudi. videlicet quia ſe-
cundum quid, non ſimpliciter genitiuus profertur, nec
aliter explicat, quomodo ſecundum quid proferatur.
Mens Bald. fuit, quod ratione depoſiti genitiuus pro-
fertur, quia apud nauitam res deponitur, quod cuiuſ-
que ſaluum fore nauta receperit, vnde ratione depo-
ſiti, & ob naturam eius, in detentatione ſola genitiuus
impletur, locumq; habet iuxta. l. bonafides. ff. depoſi.
Sed enim generalis ratio hæc Bal. nõ eſt, ad tex. quip-
pè reſtringitur in d. l. 1. Cæterum ad tex. non comperit
in d. l. 2. in princ. iuncto. §. in hac vi bon. rap. vbi ratio
hæc depoſiti ſilet.

Vnde vltra Bart. Bald. & alios, rationem aliam di-
ctæ ſignificationis latæ in ll. memoratis eſſe puto, quòd
fauorabilis in eis materia verſatur, ad vtilitatem pu-
236 blicam pertinens, ideſt † vt delicta puniantur. In
quibus coercendis vtilitatem publicam verſari pa-
lam eſt. l. congruit. ff. de offic. præſi. l. ita vulneratus in
fin. ff. ad legem aquil. l. licitario §. quod illicite infra de
publica. cap. vt famæ de ſen. excom. Bal. in conſ. 491.
viſa petitione prædicta lib. 3. ſi vtilitatem publicam id
genus ſtatutum habet, non poteſt fauorabile non ha-
beri, vſque adeo vt extenſionem admittat, vt in ſpecie
Bar. docet in l. 2. §. exercitum. ff. de infam. & in l. quem
admodum. C. de agric. & cenſi. lib. 11. Bald. in l. ſi quis
ſeruo. num. 5. C. de furtis, & in l. non ſine in fin. C. de
bonis, quæ liber. Roman. in conſi. 105. num. 2. in fin.
Pau. de Caſtr. in d. l. bonafides. ff. depoſi. Deci. in l. qui
ſe patris colum. penult. in fin. C. vnde lib. in conſi. 13.
col. 3. ante med. in conſi. 65. & in conſ. 372. num. 8. Iaſ.
in l. ſi quis id quod col. 9. verſ. quinto eſt ad literam. ff.
de iuriſdict. omn. iud. in l. ſi filiusfamilias num. 7. verſi.
adde etiam ad prædictam regulam. ff. ſi cert. petat. in l.
fratres nu. 8. C. de inoffic. teſtam. & in d. l. qui ſe patris
num. 56. Ripa in l. centurio num. 12. verſicu. ſecundo
etiam in odioſis. ff. de vulga. in materia plane fauora-
bili large verba intelligenda, teſtatum ſatis ante ha-
bemus.
237 Si dixeris, odioſam † pœnalem diſpoſitionem vi-
deri, ſtrictimq; in ea procedi interpretationemq; in
dubio habendam, ne locus pœnæ ſit, aut ſi locum eſſe
oporteat, mitiorem tamen admittendam. l. præſes, &
l. ſi interpretatione infra de pœnis. Reſpondetur, in
re dubia locum hæc habere, quotiens dubitatur com
miſſum, nec ne delictum ſit, vel quando admiſſum,
impunitum non manet. Cæterum vbicunq; in ma-
ſo, falſum erit dicere, in eundem modum de bonorũ
poſſeſſione, atq; nunciatione non tractari, falſa ſi qui-
dem in totum oratio habetur, ex vniuerſo ſumpta, ſi
falſa in partem depræhenditur. l. ſi ſeruus. §. 1. ff. ſi quis
cautio. l. ſi is qui. ec. §. vtrum. ff. de reb. dub.

Tertio ſi actionem ſpectamus, quę poſtea in proſe-
cutione datur, æquè in nunciatione competere actio
poteſt, ideſt actio in factum, ſeu interdictum ex edicto
prætoris, ſi quid operis factum poſt nunciationem ſit,
vt habetur in l. 1. §. 1. infra eo.

Plura adnotãda in dictis his Bar. ſunt circa oppoſi.
hanc contra ordinationem voluminis huius. ff. noui
factam. Principio. duas demum in glo. rubricæ partes
conſiderat, in quibus oppoſitiones eſſe in vnam, atq;
alteram putat. Atq; ideo iterum tantum videndum
gl. mouet, conſequenter gl. in parte ſecunda ibi, ſed hic
iam diſcreta, intelligit, vt contrarij appoſita formidi-
ne ſit, quaſi illatio ex oppoſitionis primæ ſolutione
fiat, continuationi locum rubricæ huius non eſſe ob ſe
parationem tractatuum in parte, ſeu oppoſit. priori
præſuppoſitam, vti iam dictum in Bar. oppoſi. recen-
ſenda habemus. Sed enim ſenſus iſte gloſæ non fuit.
Primum quidem, q verbum de continuatione nõ fa-
cit expreſſim, nec tacitè, namq; ſi de continuatione ta-
citè ſaltem, ſentiret, ita vt verba illa, ſed hic iam diſcre
ta. l. oppoſitionis vice ſtent, ſic quomodo opponen-
do à Bar. explicantur, vtiq; verba alia ſequẽtia, in hoc
tamen eſt affinis. l. ſolutionis locum obtinerent. Sed
275 enim non appoſite pro ſolutione verba † illa ſunt,
in hoc tamen, quæ limitationem, aut exceptionem po
tius exprimunt, aut denotant, ita vt dictionis iſtius ta-
men natura fert Iaſ. autore in l. 3 § ex contrario nu. 6.
verſic. iſtis oppoſitionibus potes reſpondere infra de
acq. poſſ. & quamuis ſimpliciter prolata aduerſatiuæ
ſit habere ſignificationem [illegible]
.195. laudare nu. 12. lib. 2. tamen ratione adiuncti, ad li-
mitationem, ſeu reſtrictionẽ potius conuenit, vt liqui cõ
dicitur ma tamen. l. lucius. § quę hab. [illegible] ff. ad trebel. l.
Seius. T. [illegible] infra de ſtatulib. l. fi. §. ſi autem qu. ſi, C.
de furtis. l. vbi adhuc. § ita tamẽ, ibiq; Sal. C. de iur. do. l.
[illegible] infra de verb. obl. ſed verba adiuncta in hoc ta-
men. l. ad reſtrictionem non aduerſatiuam euidenter
ſpectant, nõ [illegible] a gl. negatur in verbis illis diuerſam
materiam nunciationis noui operis, atque bonorum
poſſeſſionis eſſe, verum diuerſitatem hanc per omnia
non eſſe ſcribit, ſic diuerſitas illa à gl. reſtringitur, ne
locum in modo ipſo iuris prætorij conſtituendi ha-
beat, itaq; ſi reſtrictionem, aut limitationem verba il-
la habent, ergo ad ſolutionem adaptari oppoſitionis.
[illegible] taciæ nequeunt. Atq; ideo mens opponen-
di in verbis iſtis glo. non fuit, ſic quomodo exaudiri à
Bar. videtur.

Secundo ſententiam hanc gl. non fuiſſe, demonſtra
276 tur, namq; ſi ſuperuacuam † continuationem in li-
bri primordio gl. putat in d. rub. ff. de cond. furt. in fin.
Longè minus neceſſariam eam in voluminis initio
credit, cum libros permultos volumen vnum com-
plectatur, in quibus ratio maior continuandi vertitur.
Qua ratione factum puto, vt verbũ de continuatione
factum à gl. non ſit. Sed diceris, rationi huic contrariam
gl. videri in rub. ff. ſol. mat. à qua rubrica illa continua-
tur. quamuis voluminis initium ibi fiat, reſpondetur,
idcirco continuationem fieri, q libri initium ibi non
vertitur, verum titulis libri ſuperioris neceſſario titu-
lus ille connectitur, vt expreſſim ibi gl. obſeruat, itaq;
cum ad ſpeciem continuationis verba iſta, mensq; gl.
non ferantur, dicendum habemus, ſenſum alium in
verbis iſtis gl. fuiſſe, quem initio explicauimus, ideſt vt
rationem gl. adijciat in verbis iſtis, ſed hic iam diſcre-
ta. l. quam obrem factum ſit, vt à materia iſta de
nunciatione noui operis non à parte ſexta principali
totius compilationis. ideſt materia, de bonorum poſ-
ſeſſ. initium datum volumini huic. ff. noui ſit. q videli-
cet materia hic diſcreta, ſeparataq; ab illa de bon. poſ.
ſit, illam autem ab alijs diſtingui non decuiſſe, quibus
cum affinitatem habet. Quam tamen ſeparationẽ ma
teriæ huius ab illa de bon. poſ. quia non per omnia gl.
admittit, ſubiũcta ab ea reſtrictio eſt, in verbis illis, in
hoc tamen affinis eſt.

Tertio mentem hanc, quam dixi gl. fuiſſe, ex dictio-
ne aduerſatiua oſtenditur, ſed hic iam diſcreta eſt ma-
277 teria, quæ aduerſatiua † ſine copula ſuperioribus ad-
uerſatur à iure, & facto. l. hoc amplius. §. de his autem
ibiq; Bar. infra de dam. infec. gl. in l. 2. ff. ne quis eũ qui
in l. ſed & ſi lege in prin. ff. de pet. hæred. Cæterum ſi ad
continuationem verba hæc, aduerſatiuamq; gl. refe-
rimus, in iure quadrare aduerſatio non videtur, cum
nihil de continuatione dictum in ſuperioribus ſit, cui
aduerſatiua hæc contradicat.

Quartò niſi ad modum præſcriptũ glo. hanc intelli-
gamus, imperfecta, vtiq; remanet, tantum enim ratio
ab ea reddita, apparet, cur à parte ſexta volumen hoc
cœptum. ff. noui non ſit, non etiam cur à materia de
nunciatione noui operis exordium acceperit, conſe-
quens quippè non ſit, à parte ſexta idcirco volumen
hoc non incipit, quoniam à tractatibus ſuperioribus
diuelli tractatus ille de bon. poſ. non debuit, ergo à ma
teria hac nunciationis noui operis exordium præberi
volumini huic. ff. noui oportuit. Enimuero ſecundum
ſenſum meum, perfecta gl. ſententiæ apparet, ratioque
conſtat, non ſolum cur à titu. de bon. poſ. volumen
hoc non inceperit, ſed & cur à tractatu hoc de nun-
ciatione noui operis origo eius extitat. & quidem quo
diligentius rem hanc meditor, eo minus, atq; minus
ſenſus hic diſplicet.

Digitized by Google

Secundo Principaliter videndum in dictis his Bar.
mens eſto glo. fuerit, quam Bar. innuit, & præſuppo-
nit, & de qua memoria habita in glo. ipſa diuidenda,
& recenſenda eſt. vt ad continuationis cauſam perti-
neat, neceſſariaq; in voluminis ac libri primordio ſit,
rectam tamen continuationem non videri, quam ex
Dyni expoſitione Bar. elicit. Supra viſum eſt de tracta
tu iuris prætorij in acquirendo, conſequens ſit; vt de
tractatu iuris eiuſdem prætorij circa ius quæſitum reti
nendum, aut conſeruandum videamus. Locus enim
eſſe continuationi poſſet, ſi de iure ipſo conſeruando
ageretur, quod, quæſitum per prætorē ſeu beneficio
eius eſt. Cæterum commune ius hoc conſeruandi cū
acquiſitionibus omnibus eſt, ſiue iure naturali, gentiū
ve, ſiue ciuili quæſitū quid ſit. 15.
Secundo obſeruandum, continuationem id genus
non niſi in genere fieri quātum ad iuris ſpeciem, quod
autem ad res, aut materias, attinet, ex diuerſis prorſus
continuationem deduci. Supra viſum eſt de tractatu
iuris prætorij, conſentaneum videtur, vt iuris eiuſdem
prætorij tractatus alius diuerſus, ac ſeparatus prorſus
ſubijciatur. ſic iuris demum prætorij in genere conti-
nuatio ſit. Quod ad res attinet, de quibus principaliter
agitur, nulla inter eos coniunctio, nulla affinitas inter
cedit. Ridicula planè id genus continuatio videtur, in
qua nonniſi iuris eiuſdem ratione ſimilitudinis quic-
quam non eſt. Sed & id genus continuatione admiſſa,
conſequens ſit, neceſſariam in tractatibus iuris ciuilis
continuationē non videri, ſatis quippe videtur, ab eo
dē oēs fonte decurrere, ideſt à iure oēs ciuili ꝓduci.
Tertio obſtare continuationi id genus videtur,
quod ad proxima non ſit, quatenus poſt tractatum
iuris prætorij in bon. poſſeſſionibus, tractatus duplex
iuris ciuilis ſubijcitur, de ſuis, & legi. ad Tertu. & Or-
phicia. Caueri tamen argumentum hoc non ægre po
terit, quod alieni à tractatu iuris prætorij tituli illi non
videantur, quandoquidem ſuis etiam, & legitimis,
atq; his qui ex cognatione ſiunt iuris prætorij remedia
278 tribuantur. Ad remota † planè continuatio non reij
citur, quotiens impertinentes tituli interiecti ſunt l. 1.
in prin. ff. ſi tab. teſta. nullæ exta. Iaſ. & alij poſt Caſtel-
lion. in rubri. ff. de lega. 1. Deci. in rubri. C. qui admitti.
col. 3. in fi. & in rubri. de preben.
Tertio principaliter ex dictis Bar. ſenſus verbo-
rum glo. multiplex accipitur, eodem modo inſtitu.
hoc de oper. noui nuncia. de iure prætorio atq; in
tracta. de bon. poſ. ſed non in eundem modum tra-
ctari. ſi differre glo. & doc. putant inter verba iſta, eo
dem modo, & in eundem modum. Quam differen-
tiam improbatam in ſuperioribus habemus.
Ex ordinatione ſeu ampliatione voluminis huius.
ff. noui, cui initium datum à parte ſexta principali ma
teriæ totius digeſtorum non eſt, atq; ex declaratione
ſeu ratione glo. & Bar. cur factum ita ſit, illationem
Bar. deſumit. æditionem admittendam, quæ nonniſi
279 de † parte voluminis ſit. ſiquidem in volumine hoc.
ff. noui ad integrum ædita pars ſexta non eſt. Pars de-
mum ſextæ partis in volumine hoc ædita, aut relata,
quæ neceſſaria viſa ad compilationem ſeu ordinatio-
nem eius eſt. Conſequenter his dicendum, neceſſa-
riā æditionem voluminis, aut libri totius non eſſe. ve
rum ſatis æditionem in ea parte haberi, quæ neceſ-
ſaria ſit.
Iuxta illationem hanc quæſtiones aliquot Bar. ſu-
280 bijcit, & primum apud eum quæritur, quotiens † ſta
tuto aliquo litigator vtitur, vtrum volumen totum
ædi ſtatutorum debeat, an ſatis ſtatuti illius editio ſit,
quo vti proponit. In hac doctri. Bar. quoniam ſub-
obſcurius, confuſiſſimq; ſatis loquitur, dictorum eius
recitatione omiſſa, concluſiones duas ex Bar. colli-
gendas, easq; ampliando limitandove explicandas
cenſui.

Prima concluſio voluminis, aut libri totius ſtatuto
rum neceſſariam æditionem non eſſe. Ampliationem
concluſio hæc recipit, vt nec iudici ipſi æditio fieri
281 voluminis debeat, quamuis ſtatutum aliud † in priui
legio inſtrumentove ſit, quod, & ſi totum ædi parti
non oporteat, iudici tamen totum editur, vt illud ipſe
ſter, & legat, ſeu vt parte præſente, & audiente recita
tio eius apud iudicem fiat. c. contingit de fide inſtru.
c. cum perſonæ de priuil. lib. 6. Ampliatio hæc ex Bar.
ſententia ſeu mente hic percipitur, cum diſcrimen
enarrat inter æditionem inſtrumenti, priuilegij atq;
ſtatuti. quod ſatis particulam ædi inſtrumenti, aut pri
uilegij ſit, præterquam quod ad perſonam iudicis atti
net. Sic de perſona iudicis nonniſi in æditione inſtru-
menti priuilegijve mentionem facit: in ſtatuto planè
Simpliciter loquitur, nonniſi ſtatutum ipſum æden-
dum, voluminis porrò ſuperuacuam æditionem eſſe.
neq; differre in ſtatuto, aut volumine inter perſonam
iudicis partisve putat, ſimiliter vt differre in æditione
inſtrumenti, priuilegijve credidit. Enimuero ſi iudici
282 edendum volumen ſenſiſſet, veriſimiliter id † expreſ
ſum à Bar. fuerat, ſimiliter vt id expreſſius in priuile-
gij, atq; inſtrumenti editione eſt. ſiſi ſeruum non dixit
prætor. ff. de acq. heredi. l. ſtichum qui meus erit. ff. de
lega. 1. l. vni. § ſin autem ad deficientis. C. de cadu. tol-
len. c. inter corporalia de tranſla. epi. c. ad audien-
tiam de decim.
Secundo ex Abb. nominatim ampliatio hæc pro-
batur in d. c. cōtingit nu. 2. de fide inſtru. eodem am-
pliationi Decius etiam adſtipulatur in c. 1. nu. 63. verſi.
& licet ſtatutum de probatio. vbi poſtquam docuit,
diſcrimen inter ſtatutum, & inſtrumentum non eſſe,
quotiens iudici ipſi æditio ſit, quod totius neceſſaria
æditio in vtroq; videatur, voluminis tamen totius ſu-
peruacuam æditionem exiſtimat. Ita vniuſmodi ſem
per æditio ſtatuti videtur, tam ratione eius, quam vo-
luminis, iudicis, & partis diſcrimine non facto, ſtatu-
tum enim totum tam parti, quam iudici æditur. ſic
vniformis eius æditio, tam quoad partem, quam quo
ad iudicem eſt, volumen item ipſum ſtatutorum neu
tri æditur, neq; iudici, neq; parti.
Sed dicturus aliquis erit, ſaltem inicij, finisq; volu-
283 minis productionē † faciendam fidei cauſa, ideſt vt
fidem productum ſtatutum faciat, vt probetur, ciuita
tis ſtatutum eſſe. Initio enim ſolennia præponuntur,
quæ opus ad ſcripturam publicam ſunt, Annus, men
ſis, indictio & dies. In exitu nomen, ſubſcriptioq; no
tarij. Quæ omnia ſcripturæ publicæ fides deſiderat
iuxta no. io l. generali. C. de tabul. lib. 10. Quibus ſo-
lennitatibus omiſſis, impugnari ſcriptura quaſi priua-
ta ſolet. Atq; in libro ſtatutorum ſcriptum apud nos
eſt in tracta. de antiqui. tempo. parte, 1. nume. 284.
Hoc amplius, etiam ſi cum initio, & fine æditio ſta-
tuti fieret, fidem nihilo magis faciet, cum deſcriptum
284 exemplum ab alio notario ſit, exemplo † planè fi-
dem non haberi, iuris ambigui non eſt l. 2. ff. de fide
inſtru. l. procurator. C de eden. c. ſignificauit, & c. Al
bericus de teſtib. Idq; locum tum etiam habet, cum
notarij plures originale ſe vidiſſe, & cum eo exemplū
conuenire teſtantur Bar. & alij in auctẽ. ſi quis in ali
quo documento nu. 7. ibiq; Soci. in ſecundo nota. C.
de eden. & idem Soci. in conſ. 120. in 1. dubio lib. R
Ruin. io conſ. 88. in fi. lib. 4.
Reſpondetur, diſceptationem hanc vtrum partis ſa
tis productio, an neceſſaria totius ſit, ad ſolennitatem
non pertinere, verum ad ſubſtantiam ipſam ſcripturę
productæ fieri quippe poteſt, vt ſcriptura producta
fidem quantum ad ſolennitatum inſtromenti faciat.
Cæterum ex ea veluti imperfecta circa narrationem,
aut veritatem facti, probatio non fiat, vnde cum de
285 eo quæritur, vtrum productio † ſatis in parte ſit. con
trouerſia rōne ꝓductionis particularis ſolūmodo ſit.

Quod

Quod ad alia attinet, ideſt quantum ad ſolenita-
tem, aut fidem probatoriam ſcripturę, habilitas prę-
ſuponitur, ideſt, quod aliunde fidem ſcriptura ſtatuti fa-
ciat, neq; ob aliā cauſam in dubium reuocetur, quāq;
quod æditio, aut exibitio facta locupletior non eſt l.
qui teſtamento in prin. ff. de teſta. l. 1. §. lex falcidia
ff. ad legem fal. l. furioſum in fi. C. qui teſta. fa. poſ. De
ci. in l. fi. col. 1. circa med. verſi. ſecundo reſpondetur
etiam. C. de inſti. & ſubſti. in c. cum ceſſante in ſepti-
mo nota. de appella. atq; in locis alijs non paucis. quod
igitur ad fidem probatoriam ratione ſolēnitatis ſcrip-
turę publicę attinet, remedium illud producenti mō-
ſtratur, vt parte citata deſcriptio ſtatuti ex volumine
toto fiat, vt Bar. cęterīq; no. in d. authen. ſi quis in ali-
quo documento num. 4. idem Bar. no. in l. chirogra-
phis in prin. ff. de admi. tutor. Deci. in c. venerabilis
circa fi. de confir. vtili vel inutili, & alia compluria.
Qua citatione omiſſa, ſi ſcripturę priuatę ſtatutum
productum impugnatur, ex integro deſcriptionem
eius fieri parte citata, iudiceq; auctore neceſſe erit.
286 Limitationem concluſio memorata † ampliation-
que eius recipit, ne locum habeat, quotiens dictionē
quam continuatiuam ſtatutum habet, per quam ap-
paret, cum ſuperioribus ſtatutum continuari, aut cō
iungi. Tum enim voluminis totius operis editio quan-
tum ad iudicem eſt, per quem omnia perſpiciantur,
eiuſq; iuſſu editio eorum fiat, quæ in rem eſſe cogno
uerit, vt Bal. no. in d. l. inciuile. Cum qua limitatio-
ne, & illud facit, quod de additione ſtatuti edenda
inferius Bar. ſubijcit. id quia continuationem coniun-
ctionemve cum ſtatuto ipſo principali habet. ita ſe-
cundū concluſionis caput, quod ad volumen reſpicit, ſu
peruacuam editionē eius eſſe, limitatio hæc pertinet.
Secunda concluſio ex Bar. dictis elicitur, edictio-
287 nem neceſſariam † ſtatuti totius eſſe, quod ſub ru-
brica eadem continetur, quamuis volumen ipſum
ędi ſtatutorum non debeat ita Bar. hic docet num. 7.
per tex. in d. l. inciuile. & idem Bar. in l. omnes popu-
li in fi. ff. de iuſti. & iure. in l. 1. §. fi. ff. de edendo. & in
l. a. §. diem num. 3. ff. quem. teſta. aper. Deci. in c. cum
adeo in ſecundo nota. de reſcrip. & in d. c. 1. num. 63.
verſi. tertio fallit de probatio.
Rationem dicti huius Bar. hic adijcit, quam fieri
pōt, vt ex parte aliqua ſtatuti in fine adiecta, præcedētia
limitentur, aut corrigantur per tex. in d. l. inciuile ex
diuerſo fieri poteſt, vt ſenſum a præcedentibus ſe-
quentia accipiant autor Bal. in d. l. inciuile. ſi rationē
hanc Bar. de correctione admittimus, vtiq; volumi-
nis totius ſtatutorum neceſſaria productio erit, a for-
tiori argumentando, Namq; ſi ſtatutum integrum ędi
idcirco oportet, quod fieri poſſit, vt ex ſequentibus præ-
cedentia corrigantur, ratio hæc correctionis facilior
in ſtatutis alijs interpoſitis ſeu remotis, quam in ſtatu-
to eodem verſatur, ſiquidem ex continenti ſe corrige
re quiſquam non creditur l. nam ad ea. ff. de condi. &
demon. qua ratione adductus Deci. in d. c. 1. colum.
fi. verſi. nō ob. ſi dicatur, non propter corectionis me-
tum factum eſſe ſcribit, vt ſolidum exhiberi ſtatutum
debeat, ſed declarationis cauſa, ſiquidem à præcedē-
tibus ſequentia declarantur, viceq; verſa. idem Iaſ.
hic notat. ſibiq; declarationem hanc arrogat. ſubre-
ptionis ſuſpectus vterlibet videtur. ſed enim, & in cor-
rectione ſuſtineri Bar. ratio poteſt. Quod enim per ſta
tutum aliud fieri correctio poſſit, nonniſi pluralitatem
factorum præſumendo, contingit, quod ſi eiuſ de re
288 eadem conditum ſtatutum ſit, at enim † factorum
præſumi pluralitas non ſolet. l. 1. C. de proba. l. aſſeue-
ratio. C. de non nume. pecu. c. a. de pœni. di. 1. c. ſolē-
nitas de conſecra. di. 1. Doc. in c. cum Ioannes de fide
iſtru. Hoc amplius, nec factum vnum lex preſumit l.
deniq; ff. ex quibus cau. maior. l. quecunq; §. qui à pu-
pillo ff. de publicia l. qui à quolibet. ff. de contra. emp.

Deci. igitur argumentū, facilius, in facto alio remoto
quam in eodem correctionem præſumi, locum ita
haberet, ſi de facto alio appareat. Eo plane non ap-
parente, fruſtra in eo correctio allegatur, de quo ne-
q; vere neq; preſumptiuè conſtat. l. duo ſunt titij. ff. de
teſta. m. Cęterum in eodem ſtatuto, quod apparet, ra-
tio verſari correctionis poteſt. eam ob rem non per-
inde Bar. ratio ſpernenda, vt perſuaſum Deci. ſibi cū
Iaſone ſtabent. tam, & ſi locum Decij atq; Iaſonis ra-
tioni locum eſſe non negem.
289 Qua ratione porro † totum edi ſtatutum, omniaq;
oportet, quæcunq; comprahenſa ſub eadem rubrica
ſunt, ita, & rubricæ ipſius neceſſariam æditionem ar-
bitror, ſiquidem ratio, & in rubrica ipſa verſatur, cū
ad textum ſeu nigrum ipſum enucleandum conferat
vt habetur in l. 1. ff. ſi cer. pet. idq; Bar. hic ſentit, cum
ſatis eſſe ait, capitulum, ſeu ſtatutum vnum produci,
quod ſub rubrica vna continetur. quomodo enim co
gnoſci poterit, ſub rubrica vna ſtatutum contineri, ſi
rubrica ipſa non appareat. ſic in antecedens neceſſariū
de rubrica exhibenda ſentit. Rurſus cum rubricam ip
ſam Bar. præſupponat, non aliter locus dicto eius erit
niſi ſi rubrica ipſa appareat glo. in l. mancipia in ver. ad-
uocandū, ibiq; Iaco. Bu. Sal. & Fulg. C. de ſeruis fugi.
290 Roma. ſing. 489. ſtatutum punicos. Rurſus † cum
pro tex. ipſa rubrica habeamus, Bal. auctore in cōſ. 76.
an ſtatutū lib. 3. in cōſ. 439. ſuper primo pūcto in fi. idē.
4. & in cōſ. 34. ſtatuto, ſeu capitulo col. 2. lib. 5. per
tex. in l. 2. ff. de ſta. ho. & no. in proemio lib. 6. decreta.
de quo & vberius 3. nu. 30. Q̄uo impune negligi rubri-
cę ędītio poterit. an nō imperfecta omnio ſiue rubrica,
productio erit. atq; nominatim rubricam producen
dam Ang. probat in d. l. 1. §. fi. ff. de ędendo, & hic in
nouis Bar. & hic etiam apud Hormannocliū nu. 33.
291 Eadem ratione, & additionem ędi ſtatuti † opor-
tet, ſiquidem pars, & ipſa ſtatuti dicitur. Immo enim
idem atq; vnicum ſtatutum cum additione iudicatur,
quotiens nouam materiam ſeu nouam cauſam non
continet Alex. poſt Caſtren. in l. ſcire debemus in vlti-
mo nota. ff. de verb. obli. Doc. in l. ędita C. de ęden.
vbi libellum nouum non conſiderari in additione ſcri
bunt, quotiens ad eandem cauſam eandemq; ſum-
mam eiuſdem obligationis additio pertinet. Atq;
ideo vectigal. nouum pendendum quaſi ob nouum li
bellum non eſſe vbicunq; de libello quouis ſolui id
292 oportet. Aliud † quippe eſt nouum quid facere atq;
iam factum extendere, aut ampliare l. non ſunt habe
ri in fi. ff. de ſtatu. homi. l. ſi ego. §. quod tamen per al-
luuionē ff. de publicia l. item ſi fundi §. huic ſi vicinus
ff. de vſufruc. l. peculium 1. §. ſi ęre ff. de peculio l. 4. ff.
de iure dot. l. inter ſocerum §. cum inter ff. de pac. ſ
dotal. l. quod dicitur. §. ſed ſi impenſis. ff. de impenſ. l.
quod in rerum §. ſi quid poſt. ff. de lega. 1. Pau. de Ca.
in conſ. 389. ſi conſideremus col. 2. lib. 1. Ruin. in cōſ.
94. col. 3. poſt. med. lib. 4. ex de additione producenda
expreſſim Bar. hic meminit num. 8. verſi. idem dico
Deci. in d. c. 1. num 63. verſi. & ſic ex ſupradictis de pro
ba. arg. glo. in d. l. inciuile in fi. cum leges plures con-
iunctę ſunt, perlegi omnes oportet. ſed enim coniun-
ctionem additio cum ſtatuto principali habet, cum
quo continuatur. quam rationem expreſſim Bar. hic
obſeruat, ibi continuatur, quamuis liber meus non
æque appoſite legat, quæ continuatur,
293 Limitationem concluſio hæc ſecunda † recepit,
ne locum tum habeat, cum partes plures, ſeparatas
ve ſtatutum vnum habet. ibi enim particulæ ſatis edi-
tio erit, quæ ad rem facit, quoad partem videlicet
ſeu aduerſarium, iudici plane æditionem fieri totius
oportet, per quem ſtatutum ipſum totum ſpectetur
eoq; mandāte recitatio totius aduerſario præſente au-
dienteve fiat. ita ius idem ſtatuti in Specie, aut limita-
tione hac, atq; inſtrumenti erit, vt expreſſim Abb.
obſer-

Digitized by Google

obſeruat in d.c. contingit in fi. de fide inſtru.quo cum
Bar. notula hic ſentit in ver. totum volumen ſtatuto-
rum in fi.
294 Limitatur ſecundo, ne locum in † ipſo legis con-
ditore habeat, qui legis, aut ſtatuti vnius fragmen-
tum ædit l. pars literarum ff. de iudi. vbi partem litera-
rum ſeu conſtitutionis diui Adriani, quæ ad rem pro-
poſitam confert, Paulus iuriſconſultus, non conſti-
tutionem totam profert l. 2. in prin. ff. ad legem Aquil.
vbi partem legis Aquiliæ ſolummodo Caius iuriſcon
ſultus refert, quæ materiæ propoſitæ conducit. idem
ex volumine decretalium toto ferme oſtenditur, in
quo decretales deciſæ ponuntur per dictionē, & infra,
ſic nonniſi ſenſus veterum decretalium pluribus reſe-
catis enarratur iuxta ea, quę in proœmio decretalium
habentur. idem ex tex. probatur in c. ſuper quæſtionū
§. 1. de offi. delega. vbi conſtitutionem Alex. Papę nō-
niſi ex qua parte neceſſaria eſt, tex. refert. eodem tex.
pertinet in c. 1. de iura. calumni. vbi in priuilegio Cle-
ricis ab Henrico Imperatore conceſſo verba ſolum-
modo referuntur, quæ ad rem attinent. quæ duo iura
Geminia. citat in d. conſ. 62. col. 1. in fi.
Limitationis huius ratio illa eſt, ꝙ ſuſpicio omnis
in legislatore ceſſat. ſuſpectus quippe non eſt, ꝙ com-
modi ſui cauſa partem tātummodo legis, aut ſtatuti
referat, quaſi pars reliqua noxia ei ſit inde, & ratio eius
decerpitur, quam ob rem factum ſit, vt iudici inſtru-
mentum exhiberi totum debeat, per iudicem autem
partis tantum ad rem facientis ęditio decernatur. cur
non ſine iudice hęc ædenti facere producens permitti-
295 tur. ideſt quia † vacuus iudex ob omni ſuſpicione
eſt cum eoq; iuris præſumptio facit l. Herēnius §. Caia
ff. de euictio. l. 2. in ver. quod nō arbitramur C. de offi.
ciui. iudic. c. in noſtra de procura. c. in præſentia de re-
nunciandq; locum in iudice etiam improbo habet. in
c. ſicut nu. 3. in fi. per illū tex. de re iudi. vbi in iudice ri-
baldo Bal. loquitur. qua ampliatione Iaſ. vtitur in l. pa
cta nouiſſima col. 2. in fi. verſ. ſecundo facit. C. de pa-
ctis. in c. 1. nu. 8. in fi. qui feudum dare poſ. in rubri. C.
qui admitti num. 7. in prin. verſi. & tunc ego habeo
regulam.
Inde etiam ratio colligitur, cur partis ſolummodo
ædiio à notario fiat d. §. edi. ideſt quia in ſuſpicionem
notarius non venit, quod partes reliquas dolo ſub-
296 liceat. ſiquidem † & notario cum perſonæ publicæ
iuris præſumptio fauet. vt hic apud Bar. cū alijs apud
Decium relatis in l. ſi librarius num 3. infra de reg. iu-
ris. Bar. huc præter Decium. accedit in l. liberorum nu.
20. infra de verb. ſigni. in teſtamento illiterati verbis
vſum notarium præſumi, quæ voluntati teſtatoris
reſpondent. ob id liberorum verbum propriè accipi.
cui dicto Alex. ſubſcribit in conſi. 5. num. 4. lib. 3. Soci.
Iun. in conſi. 101. num. 8. lib. 1. & alia ſuperius adſcri-
pta num. 50. qua ſententia & ſi Doc. vtantur in obſcu-
ro tamen non eſt, quid non incomodi ex notariorū
imperitia, culpavè nō deſcendat. vnde virorū bonorū
conſcientia in diſcrimen non leue conijcitur, vt Bal.
ſcribit in conſi. 6. viſo teſtamento Bartolucij lib. 4. Iaſ.
in l. filius à patre col. pen. poſt med. num. 23. ff. de lib.
& po. Picæ item, Galloq; pſitaco, qui nullo intelle-
ctu voces humanas in prætorijs dominorum expri-
munt, notarios ſimiles Roma. ait ſingul. ſi quid ope-
retur. Cantoribus etiam, qui niſi vſu citra omnem ca
nendi diſciplinam rationemuè, cantius ædunt, No-
tarios Alex. comparat in conſi. 208. colum. 3. circa
med. lib. 6. Rubeus item in conſi. 109. in fi. Notari-
um quēdam in titu. verſatum aſſerit de iuris, & facti
ignor. inde fit, vt diuinantibus potius quam interpræ
tantibus notarij quid indocti ſcriptura dicat, in au-
then. de teſta. imperfec. poſt prin. ea ratione mentem
diſponentis ob notarij inſcitiam lædi tex. non patitur
in l. ambiguitates C. de teſta. Caſtren. in conſi. 149.
colum. ſecunda. circa med. libro primo.
Apparet ex limitatione hac, re ipſa perſpecta, &
animaduerſa, diſcrimen inter æditionem ſtatuti, atq;
inſtrumenti, ſcripturævè cuiuſuis, non videri, facti
paritate interueniente, ex qua ratio eadem, iuſvè
idem conſtitui vtriuſq; poſſit. Namq; ſi partem non
pluſquam vnam inſtrumentum habet, totum vtiq;
exhibendum erit, ſimiliter vt ſtatutum. tum enim ad-
mitti partis inſtrumenti exhibiti oſolet, quoties par
tes plures complectitur. Quo caſu ius idem, & ſtatu-
ti eſſe Abb. probat in d. c. contingit in fi. Secundum
quæ, à facto, non à iure diuerſitas hæc ſtatuti, atq; in-
ſtrumenti pendet. quoniam ſi partes diuerſas ſepara-
taſq; vtrunq; continet, ius idem vtriuſq; eſſe ex præ-
dictis liquet. idemq; ius probandum, & viceuerſa erit.
297 Quæſtio hic incurit circa ſecundam concluſio-
nem, qua expreſſum eſt, ſtatuti totius æditionem fa-
ciendam, quid ſi non ſtatutum integrum, at frag-
mentum eius ſolummodo exhibetur, neque oppo-
ſitionis quicquam ab aduerſario fit, vtrum fides ha-
benda particulæ productæ erit. videbatur reſponden-
dum primo iudicio, fidem habendam, poſtquam ędi
tioni id genus non opponendo pars conſentit. c. 2. de
appella. lib. 6. Bar. in l. vni. C. de relatio. cum alijs apud
nos relatis in tracta. de antiq. temp. parte 1. num. 161.
& pluribus ſeq.
Sed enim diſtinctionem adhibendam Bar. putat,
vt ſiquidem conſtet, particulam eam ſtatuti, aut ca-
pituli vnius eſſe, vel quia expreſſim id notarius in ex
pio deſcribendo teſtatur, vel quia dictio I. aut dictio
qua alia ſubiecta eſt, quæ diuiſionem ſcripturæ denō-
tat, ideſt diuiſam, aut ſeparatam eādem ſcripturam,
neq; perfectam totam eſſe, parte eius expreſſa, par-
te autem ſub dictione. I. remanente, & iſto caſu fidei
298 nullius particulam † eiuſmodi ſtatuti eſſe id quia
imperfecta ſcriptura eius eſt, ſeu imperfecta produ-
ctio eius apparet, quomodo enim iudiciū ex parte fieri
ſcripturæ vnius poterit, parte alia indiuidua viſa neq;
cognita d. l. inciuile. imperfecta plane probatio nulla
habetur l. contractus C. de fide inſtru. d. c. contingit
Bar. in conſi. 46. Fulgo. in conſi. 163. in cauſa, & quę-
ſtione col. 2. in prin. Alex. in conſi. 64. num. 4. verſi.
nec obſtat, quod deponunt lib. 3. Iaſ. in repe. l. admo-
nendi numero. 130. verſi. tertio quærit Bar. ff. de iu-
reiuran.
Non obſtat argumentum ex diuerſo obiectum,
approbatam particulam hoc ipſo intelligi, quod ni-
hil dictum contra eam. Namque approbatio hæc
299 † ad limites ſuos reſtringitur, ideſt ad ipſam par-
ticulam tantum, vt fidem quaſi particula faciat, non
quaſi totum, cum productum totum non ſit.
Neque enim vlterius extendi approbatio tacita po-
teſt, quæ ex taciturnitate, aut patientia non oppo-
nentis ſequitur, quam res ipſa eſt, in qua patientia ip-
ſa interuenit l. 1. §. Iulianus ibique Barto. ff. de itin.
actuque priua. Atque in ſpecie patientiæ, ſupra quam
adhibita ſit, eam non extendi, Cuma. ſcribit in conſi.
158. viſis in fi. Areti. in conſi. 57. ante fi. verſi. ſecun-
do quia obligatio. Caſtren. huc pertinet in l. cum
oportet §. ſin autem. C. de bonis quæ liber. dona-
tionem vſusfructus aduenticiorum, quæ ex patien-
tia patris colligitur, vltra tempus patientiæ non pro-
tendi. Reſtrictione igitur ad particulam productam
facta probatio, ſequi ex ea non poteſt, vtpote
imperfecta.
300 Secundò ad argumen. reſpondetur, parte † etiam
tacente, & nihil opponente, nihilomagis victor eſ-
ſe poteſt, qui ſtatuto aliquo nititur, ſi ſtatuti ipſius
fidem non facit l. qui accuſare C. de eden. cauſa rei
excipientis eſt, qui ſuam docere exceptionem debet,
l. in exceptionibus ff. de probatio. l. 1. & 2. ff. de exce-
ptio. ſed quando fides ſtatuti fieri ex fragmento vno
imper-

Digitized by Google

imperfecto poterit. Deci. enim ſtatutum non poteſt,
cui aliquid deſit l. 5. §. 1. infra de verb. ſigni. l. fi. C. ad
ſilanianā alias C. de his quibus vt indign. & dictum an-
te eſt, frugi vltius probationem imperfectā non eſſe.
301 Tertio reſpondetur, momenti plus † in approba
tione tacita, quam in expreſſa non eſſe l. ſi filius fami-
lias ff. ſi cer. pet. l. qui ad certum ff. loca. ſed enim ſi
particulam ſtatuti expreſſim quis approbet, eamq;
particulam ſtatuti eſſe confiteatur, damno tamen ap-
probatio non erit, ſi perfectionem particula non ha-
bet. rum deniq; enim conſenſus, aut approbatio dā-
num conſentienti approbantivè affert, ſi ſcientia cer
ta interueniat, alias non tam conſentire, quam er-
rare intelligitur glo. ſolemnis, & ordi. in c. 1. §. præte-
rea ibiq; Doc. quibus modis feu. amit. Ial. in conſi.
159. colum. pen. ante med. lib. 2. Bal. huc accedit in
l. 1. numero. 19. in fi. & numero. 31 in fi. C. qui ad-
mitti. Quæ certa porro cadere in particula ſtatuti po
teſt, à qua perfectio ſua abeſt. Qua ratione igitur vi-
goris certivè quicquam particula id genus imperfe-
cta non habet, ita certa in ea cadere ſcientia nō pōt .i.
vt certa particula quātū ad perfectionē atq; effectū ſit.
Dictum eſt, fidem particulæ ſtatuti non haberi, par
te etiam non opponente, vbicunq; conſtat particu-
lam eam, non ſtatutum totum eſſe, vel teſtimonio
notarij, vel ex dictione aliqua diuiſionem ſtatuti
denotante. ideſt particulam tantum eius diuiſam ſe-
paratimq; æditam. quod ſi diuiſio hæc, aut ſeparatio
302 † particulæ non cōſtet, quia neq; notarius id expri
mit, neq; dictio aliqua verſatur, vnde colligi id poſ-
ſit. Nunquid productum totum intelligetur. Totum
productum præſumi Bar. putat arg. eius quod no. in
l. cum de lege ff. de proba. vbi ſatis hæredi eſt in falci-
dia exercenda dicere, plura bona, quam ab eo exibi-
ta in hæreditate non eſſe, atq; ideo legi locum falci-
diæ fieri. quod ſi bona plura ſupereſſe legatarij con-
tendunt, ipſorum probationem eſſe. idq; probari ex
tex. videtur in l. fi §. licentia C. de iure delib. qua opi
nione Fulgo. vtitur in conſi. 19 nu. 2. & in conſi. 180.
num 4. Roma. in conſi. 222. dubitatur in fi. & in conſ.
276. viſis in fi. Pau. de Ca. in conſi 177. col. 1. in conſi.
212. in 2. dub. lib. 1. & in conſi. 8. colu. 2. verſic. 4. re-
nunciauit lib. 2. cum Bar. Alex. hic ſentit. & idem Alex.
in conſil 41. in fi. lib. 3. Iaſ. in l. ſi conſtante num. 104.
verſi. adde in ſimili Bar. ff. ſolut. matrim. Curti. ſen.
in conſi. 27. num. 17. verſi. ſed contra præmiſſam cō-
cluſionem. Ruin. in conſi. 30. num. 7. in conſi. 139. nu.
5. in conſi. 157. num. 17. in conſi 187. num. 5. lib. 1.
in conſi. 116. num. 8. lib. 2. in conſilio. 33. column.
4. ante med. lib. 4. & in conſil. 91. nume. 3. lib. 5.
Curti. Iun. in conſi. 150. num. 10. circa fi. Gozadi. in
conſi. 94. col. 7. poſt. med. Soci. Iun. in conſi. 77. nu.
153. verſi. & poſito etiam lib. 1. & apud nos in condi
mento reſponſi. pro genero nu. 30 Geminia. huc præ
ter Doc. memoratos accedit in cōſi. 62 col. 1. in fi. vbi
perfecte ſtatutū productum ęditumvè in dubio exi-
ſtimat ex Bar hic ſic perfectus actus in dubio præſumi
tur, atq; ideo qui imperfectionem allegat, pobare
eam neceſſe habet. Cui ſententiæ appoſite tex. quā-
drat in l. ſi is qui ff. de teſta. perfectam teſtatoris volū-
tatem in dubio præſumi apparet ex his, vulgatiorem
glo. opi. eſſe, quamuis ab ea diſcedere Soci. Iun. non
dubitauerit in conſi. 26. nu. 11. verſi. vel tertio lib. 2. ean
dem abſolutè veram Soci. ſenior non putat in l. in pu
pillo ff. de excep. in reo etiam non in actore locū glo.
eſſe Ruin. putat in conſ. 49 col. 2. & in conſi. 81. col. fi.
lib. 5. ſed enim locum opinini glo. iuxta in actore atq;
reo Doc. putant. in quibus, & Rui. ipſe eſt in conſi. an
te relatis. in quibus generaliter glo. ipſam amplectitur.
Modum plane æditionis, aut productionis imper-
fectæ demonſtrandæ Bar. hic duplicem mōſtrat. ver-
ſi. item quæro pars l. & videndum in ſecundo probā-
303 di modo, fidem enim bonam non † ſequendam mo
neri à Bar. videmur, cum rationem æditionis imper-
fectæ probandæ docet, quoties damnoſum ei ſtatutū
totum eſt, aduerſus quem productio eius in partem
fit. perinde quaſi phas ſit, occulta ea habere atq; ſup-
primere, quæ contraria cuipiam ſunt, vt pecuniæ ma
gis, quam ſalutis habere rationem videamur.
Circa inſtrumentum, autem, vtrum totum, an
partem ædi oporteat, pro regula tradunt ſatis par-
304 tis † æditionem eſſe, quæ ad rem attinet. d. l. ar-
gentarius § ædi. d. l. poſtquam § ſi dies ff. vt lega. nomi.
cauea. d. l. fi. ibiq; Cy. & alij C. de precib. impera. offer.
ex conuentione in ſi. ibi ita vt pars inſtrumenti ſigni-
ficat C de pactis. quæ ſectum poſita legitur in l. 1. C. ſi
ne cenſu, vel reliq.
Ita referre inter inſtrumentum, & ſtatutum vide-
tur. quia ſatis in partem produci inſtrumentum eſt,
quod contrà in ſtatuto legitur, quod produci integrū
oportet. diuerſitatis rationem Bar. aſcribit in d. l. in-
ciuile. quia de inſtrumentis plus petere quiſquam cir-
ca editionem non poteſt, quam quod ad eum perti-
net d. l. argentarius §. ędi. ſtatuta vero quia comunia
toti ciuitati ſunt, produci integra oporteat. Decius pla
nè in d. c. 1. nu. 63. Bartolo hic rationem hanc tribuit
vbi verbum Bar. de ratione diuerſitatis huius non fa-
cit. Rurſus rationem hanc diuerſitatis ex ſuſpicione
pendere Decius interpręta tur, quaſi ſuſpicio contra
aduerſarium ſit, ſi totum ei æditur cum niſi partis ra-
tione non interſit. vt Machinari quid velit, falſum
forte qui d admittendo quæ ſuſpicio in ſtatutis ſilet.
Declaratio hæc Decij circa rationem diuerſitatis à
Bar. adductam, placere mihi non poteſt. Principio
enim ſuſpicionis cauſam Deci. non enarrat, vnde oſi
ri ſuſpicio hæc poſſit ſi inde ſuſpicionem colligit, ꝙ
falſi quicquam moliri aduerſarius poſſit, ſi ad inte-
grum æditio fit, ſuſpicio hæc nonniſi in die conſuleq;
inſtrumenti vertitur l. 1. §. 1. ibiq; Doc. ff. de eden. quod
die puta inſtrumenti vel tali conſule, alibi contrahens,
vel diſponens erat. atqui de die hic controuerſia non
eſt, verum de partibus alijs inſtrumenti, quæ ad rem
non faciunt, vtrum ædi eas oporteat. dies plane, &
conſul ad rem faciunt, quamuis falſi committēdi for-
midine, æditio parti non fiat. ſecundo aliena decla-
ratio hæc ſuſpicioniſq; cauſa à verbis, menteq; Bar,
videtur in d. l inciuile. vbi deinco partis tantum pro-
ductionem faciendam inſtrumenti ait, quoniam pluſ-
quam ſua interſit, de inſtrumento ſibi ædi nemo po-
ſtulat. ita intereſſe ſolo, non ſuſpicione aliqua. Bar. ra
tio nititur.
Neq; credibile eſt, ſuſpicionis mentionem omiſſu-
rum eum fuiſſe, ſi ad ſuſpicionem ratio eius ſpectaret.
quidem abſona, extraneaq; plus ſatis expoſitio vide-
tur, ad ſuſpicionis cauſam rationem vertere, quæ ad
intereſſe ſpectat.
Deci, etiā, & ſecūdo poteſt, ad impoſſibilitatē Bar. ra
tionē referri, vt ſēſus ſit idcirco inſtrumēti parte ſolu-
modo pducēdā, ꝙ niſi pars ipſa pducēti à notario nō
æditur, qui totū exhibere nō debet, cū par. is ſolūmodo
rōne inter ſit d. §. edi. itaq; ſi pars demū à notario ædit
quomodo adſtringēdus pducēs erit, vt totū exibeat ſi
ad impoſibile quidē cōpelleretur. quę ratio in ſtatuto
ſilet, ꝙ ſicut cōe omnium eſt, ita totū ęditur, atq; ideo
pduci totū debebit. qui ſēſus verbis mētiq; cōuenire
Bar. videtur. vbi de extractu, & pductione ſtatuti loqui
tur. idcirco totū extrahēdū ait, quoniā quaſi cōmune
pduci totū debet. ſic pductionis modū quatenus fieri
pductio debeat, in partē, an ī totū, ab ędi tione ſeu ex-
tractu metit, vt eo caſu quo totū extrahitur, totū pro
ducatur, viceq; verſa. id etiā ex tex. pcipitur in d §. ędi
quē Bar. citat, qui in ędiitione loquitur, quę à notario,
ſeu pſona publica fit prius enim inſtrumētū a notario
æditur, quam à parte producatur. ſic in æditione Bar.
ratio

Digitized by Google

ratio fundatur, quæ nõ niſi in partẽ fit. qua igitur. ratione nõ pluſquam ex parte æditio fit, ita produci nõ niſi ex parte debebit. Quã Bartoli fuiſſe metẽ credo.

Si dixeris, ratione hac impoſſibilitatis admiſſa, nec iudici ipſi totius exhibitionẽ faciẽdã contraquã eſpreſſum perſonę deeſt in d. c. cõtingit, & in d. c. cũ priuil. lib. 6. & hic apud Bar. Reſpõdetur, iudici ipſi originale demũ offerri id ꝙ facere notarius compellitur, quo perſpecto nonniſi partis eius fieri deſcriptionẽ, exemplumuè iubet, quæ ad rem attinet.

Sed enim diligentius rem meditantibus, fruſtra diuerſitatis ratio inter æditionẽ inſtrumenti, atq; ſtatuti inquiritur, cũ diuerſitas vlla inter ea à iure nõ ſit, facti ſimilitudine poſita, vt vel nõ pluſquam vnũ capitulũ, vel plura vtrunq; diuerſa ſeparataq; contineat. Nãq; ſi capitulũ nõ pluſquã vnũ cõpræhenſum inſtrumẽto ſit, vtiq; totum exhiberi inſtrumẽtũ oportet, ſimiliter vt ſtatutũ. ex diuerſo, ſi capitula plura diuerſa, ſeparataq; ſtatutũ habet, ſatis, & hic partis productio erit, quæ ad rem ipſam atinet, vt teſtatũ ante ex Abb. habemus in d. c. contingit in fin. quod igitur diuerſum ius conſtitutum in ſtatuto, atque inſtrumento eſt, non eo fit, quod ſimpliciter diuerſum ius, aut ratio diuerſa vnius, atq; alterius ſit, verũ ex facti id diuerſitate pẽdet. ꝙ regulariter niſi rem, aut materiam vnã ſtatutũ non complectitur. ꝙ cõtra in inſtrumento teſtamenti, priuilegijvè eſt, in quibus plura contineri diuerſa, ſeparataq; poſſunt. vnde concludi poteſt in ſpecie hac, rationem inquirendã diuerſitatis nõ eſſe, inter ſtatutum atq; inſtrumẽtũ, cũ ratio eadẽ, iuſvè idem vtriuſq; ſit, facti paritate admiſſa, vt vnũ demũ, vel capitula plura diuerſa atq; ſeparata vtrunq; complectatur. iam ſi rationẽ diuerſitatis in eis inquirimus, conſequẽs fiet, & in altero tantũ rationẽ hanc diuerſitatis perquirendã. ideſt cur partis ſatis productio in inſtrumẽto ſit, ꝙ capitula plura habet cauſã aliã inſtrumẽti eſſe, in quo capitulũ nõ pluſquã vnũ ineſt. idem inquiri, & circa ſtatutũ poteſt, cur diuerſum ius productionis in eo ſit, cũ vnũ pluravè capitula habet. qua inquiſitione quid abſurdius.

Conſequens his fit, nihil eſſe, cur laboris tantũ in ratione diuerſitatis indagãda capiamus, cur diuerſum ius proditum in ſtatuto, atq; inſtrumento ſit.

Diſceptatione hac abſoluta, quę circa rationẽ diuerſitatis inter productionẽ inſtrumẽti, atq; ſtatuti fit, Cõclusio ipſa firma cõſtat, nõ niſi in partẽ, quæ ad rẽ attinet, inſtrumẽti productionẽ faciẽdã. Quæ concluſio locũ in productione obtinet, quæ aduerſario fit. cauſa alia iudicis eſt, cui totũ exhiberi inſtrumẽtũ oportet. inſpiciẽdi, recitandiq; cauſa, ideſt vt à iudice ipſo totũ legatur, quo perlecto recitatio eius aduerſario audiente fiat. qua re abſoluta, eã partẽ deſcribi aduerſario iubebit, quæ ad rem attinet d. l. 1. §. edere ff. de eden. d. c. contingit. & d. c. cũ perſonæ Bar. hic nu. 7. verſi. & idẽ dico. & in d. l. argentarius §. ædi. vbi iura memorata in ſententiã hãc citat. ſed ꝙ ad tex. attinet in d. §. ædere rei huic probandæ conferre nõ videtur, cũ de ſtipulatione vna loquatur, quo caſu dubitatio nõ eſt, quin totius editio fieri, & quoad partẽ etiã, nedũ iudicẽ debeat. vti Deci. obſeruat in d. c. 1. nu. 62. verſi. ſecundo concluſio ſupradicta.

Sed ratio hic diuerſitatis huius indagãda, cur iudici quidẽ totũ aduerſario nonniſi in partẽ exhiberi inſtrumẽtũ debeat. Deci. in d. c. 1. nu. 62. in fi. diuerſitatis rationẽ eã eſſe putat, ꝙ in partẽ lex ſuſpicatur cõtra quam productio fit, ſi totius editio fit, qua ſuſpicione iudex vacat, cui lex fidit. ſed Decij erat, oſtẽdere, vnde, & quã ob cauſã ſuſpicio iſta oriatur. Nãq; aut à parte ꝓducẽte, aut ab ea, cõtra quã productio fit, naſci ſuſpicionẽ oportuit. in parte producẽte veriſimilis ſuſpicio nõ eſt, ꝙ ad cauſã litẽvè exercẽdã accedat, ſi quid inſtrumento cõtineatur, ꝙ intẽtionẽ eius elidat. arg. l. cũ de indebito

305 ff. de proba. ſiquidẽ cogitare † apud ſe. poteſt, ad notariũ partẽ diuerſã aditurã, inſtrumẽti totius cõſpiciẽdi cauſa. arg. l. ſi defunctus C. Arbi. tu. Rota deciſ. 125. ſufficit acceptãti in nouis. vbi diligẽtẽ quęq; in his pręſumi ſcribit, quæ ad cõmodũ ſuũ ſpectãt. per d. l. ſi defunctus, tex. in. coniũcto in d. l. cũ de indebito. falſi itẽ fabricãdi ſuſpicio à producẽte abeſt. inſtrumẽto. originali apud notariũ ipſum exiſtẽte, ſin autẽ in parte contra quã productio fit, ſuſpicionẽ Deci. præſumit, nõni ſi in diei cõſuliſq; ꝓductionẽ ſuſpicionẽ ius cõſtituit. d. l. 1. §. 1. ff. de eden. de quo die, & cõſule cõtrouerſia hic diſceptatiovè nõ fit, at de reliquis inſtrumẽti partibus, vtrũ ædi omnes oporteat. ſecũdo ſi in eũ ſuſpicio hæc cadit, contra quẽ productio fit, vtiq; nec eo audiẽte totius recitatio apud iudicẽ fieret. ad quẽ modũ malignè quid agendi nõ minus præberi occaſio videtur, atq; ſi parti ipſi productio deſcriptiovè fieret. vtpote quæ perſpectũ, cognitũvè inſtrumẽti totius ſenſũ habet. Atqui aduerſario ipſo præſente, atq; audiente, recitationẽ faciẽdã, tex. iubet in d. c. contingit. cõſequẽter rationi huic ſuſpicionis euidẽtiſſimè tex. ille refragat.

Apparet ex his, ſuſpicionis huius rationẽ in genere, obſcureq; a Decio. expreſſam, ad rẽ nõ attinere. quid ergo, ſine ratione diuerſitatẽ hanc introductã à iure di-
306 cemus, cũ malã † ſeu nõ concludẽtẽ adijcere rationẽ deceat, potiuſquã à ratione vacuã legẽ aſſeramus exẽplo glo. in l. eunuchis C. qui teſta. fa. poſ. quæ rationẽ dubitandi ineptã ridiculãq; afferre nõ dubitauit, cũ alia ad manũ nõ eſſet, cũ alijs apud Gomez. relatis in regula de triennali q. 1. poſt prin. monendi ſumus, duo hic principaliter verſari Primũ, in productione ipſa ſimplici. alterũ, in producti deſcriptione. Circa primũ, productio illa quæ iudici fit cõmunis videtur, tã iudici quã parti, ſiquidẽ ad vtilitatẽ partis ſpectat, eiuſq; cauſa fit, cuius vicẽ iudex ipſe ſuſtinet, defenſionẽq; eius ſuſcipit, ſi quid cõtineri inſtrumẽto cognouerit, ꝙ in rẽ partis ſit vt nõ tã iudicis, quã partis ipſius cauſa productio hæc fiat. Rurſus cũ parte ipſa præſente, & audiẽte totius recitatio inſtrumẽti fiat, vtiq; parti ipſi conſultũ videtur animaduertere enim obſeruareq; in ipſo inſtrumẽto recitãdo licet, aliqua ne compræhẽſa ſub inſtrumẽto ipſo ſint, quæ ad cõmodũ eius ſpectẽt id quidẽ præcipue, ꝙ nihil prohibet, aduocatũ, procuratorẽvè vna ſecũ adeſſe, cũ lectio ipſa inſtrumẽti fit. quæ cũ ita ſint, nihil eſſe videtur, ꝙ in ratione perſcrutãda laboret, cur totũ iudici, nõ parti producat, ſiquidẽ ęque parti atq; iudici ad modũ memoratũ ꝓductio fiat. cõſequẽt re ipſa perſpecta ſeduloq; animaduerſa, diuerſitatis quicquã inter iudicem, & partem non videtur.

Sin autẽ illud veſtigamus, quid ita factũ ſit, ne inſtrumenti totius parti deſcriptio fiat. ſciendũ prius eſt, nec iudici ipſi deſcriptionẽ faciendã. Rei autẽ huius tex. exprimere rationẽ videtur in d. c. contingit. vbi idcirco id ita conſtitutũ narratur, ꝙ capituli vnius cauſa litigia plurima ſuſcitantur. Itaq; litiũ impenſarũq; litis præcidendarũ cauſa factũ eſt, ne inſtrumenti integri ęditio
307 productiovè fiat. id enim † ſtudio, cureq; legi eſt, ne diſpendijs litibuſq; inanibus litigatores afficiantur l. 1. ff. de inoffi. teſta. l. minor 25. annis cui fideicõmiſſum ff. de minor. l. quia poterat circa fi. ff. ad trebel. c. cum te & c. ſuper quæſtionum in prin. & §. porrò in fi. de offi. delega. c. finem litibus. de dolo, & contu. c. vt debitus ibique Deci. in ſecundo nota. de appella. tex. huc accedit in l. mediteraneæ ibique Bar. C. de anno. & tribu. lib. 10. quid enim ſi ob capitulum vnum inſtrumenti de re tenui, ſumptum maiorem facere in deſcriptione ſcripturæ totius faciẽda oporteat. litibus igitur, diſpẽdijſq; occurrẽdi cauſa introductũ eſt, vt nõ plus, quã neceſſitas poſtulat, producere quis cõpellat. in qua re iuſte queri aduerſarius nõ poteſt, quatenus productio totius iudici fit, idq; ob aduerſarij ipſius cauſam. quo etiam præſente, & audiente recitatur.

Digitized by Google

Cui conſultum ſatis ad eum modum apparet.

Co firmata, declarataque ex præmiſſis concluſio apparet, inſtrumenti priuilegijque æditionem non niſi ex parte neceſſaria faciendam. Ibique declarata & limitatio oſtenditur, vt locum in iudice non habeat, cui edi totū opportet. Quæ etiam limitatio ſub limitationem admittit, ne locum in eo habeat, à quo
308 exhiberi totum † non poteſt. Qualis legatarius eſt cui niſi in partem æditio teſtamenti fit, ideſt quod ad legatum attinet, vt habetur in d. §. ædi. & per Cyn. in d. l. fin. C. de precibus impera. offer. cui ſententiæ text. etiam ſeruit in d. l. poſtquam. §. ſi dies. ff. vt lega. nomi. cauea. quem Bal. profert in d. l. fin. Itaque ſicut partis tantummodo æditio legatario fit, ita non pluſquam partem exhibere adſtringi debebit. l. impoſſibilium. in fra de reg. iuris. ſublimitationem hanc Bar. hic notat, num. 7. in fine.

Ex ſublimitatione hac Bar. obſeruanda tria duxi. Primum, productionis modum ab æditione pendere, & Regi, vt quatenus producenti à notario æditur, catenus produci debeat, ne rei alias impoſſibili quiſpiam adſtringatur. Ex qua re ratio diuerſitatis declarati Bart. videtur in d. l. inciuile, de qua dictum ſupra eſt, cur in partem ſolummodo inſtrumentum producitur, ſtatuti vero productio ad integrum fit. Dec.j ergo declaratione reiecta, non ſolum ſuper intereſſe, quod in partē ſolummodo interſit, ſed & ſuper impoſſibili fundari Bar. rationem dixi, ſi verba mentēq; eius intuemur, quæ impoſſibilitatis ratio ab altera quæ intereſſe nititur, nō obſcurè deſcendit. Sed enim quorſum coniecturis in re hac demonſtranda certare, quandoquidem impoſſibilitatis huius rationem expreſſim Bar. commemorat. Totum tunc iudici exhiberi, cum totum producenti æditur, conſequenter cùm produci totum poteſt. Sentit igitur non obſcurè, totius deſcriptionem, idcirco aduerſario non fieri, quia nec totum producenti æditur.

Secundum ex Bar. dictis colligitur in ſublimitatio-
309 ne hac, differre inter † æditionem, & productionem æditio à notario, vel ab officiali publico fit, apud quē ſcriptura eſt. d. § ædi. Productio ab eo fit, cui facta æditio eſt. Diſcrimen hoc perſpicuè Bart. ſentit, cum ab ęditione Regi, aut gubernari productionem ſcribit, vt quo caſu totum producenti non æditur, produci totum non debeat. Sic à perſona publica æditio. Productio à litigatoribus fit. Generalis tamē vox æditio videtur, quæ æditionem, & productionem in ſpecie complectitur, ad ſimilitudinem adoptionis. l. 1. ff. de adoption. ſi dixeris, à parte etiam producente æditionem fieri eo caſu videlicet, quo parti deſcriptio fit, reſpondetur, per notarium etiam actorum id fieri, expenſis eius ad quem ſpectat.

310 Tertium ex Bart. ſublimitatione percipitur † productionem totius, quæ iudici fit, à producente ipſo ſumptibuſque eius fieri, ita vt æditio deſcriptioq; totius producenti ipſi à notario fit. Ita non obſcurè à ſenſu contrario Bar. hic vult, cum totum producendum iudici non putat, quotiens totum producenti non editur. Eo igitur caſu totum ædendum cenſet, quo totius æditio deſcriptiovè producenti fit. In qua re contradictio in Bar. depræhenditur. Eo enim caſu partis admitti productionem ſcribit, quo niſi partis ratione non intereſt, & hanc differentiam inter ſtatutum inſtrumētumvè eſſe, Bart. ipſe obſeruat in d. l. inciuile. Atqui iudici totum producendum eo etiam caſu hic putat per tex. in d. cap. contingit. quod idem ex tex. probatur in d. c. cum perſonæ. Enimuero ſi ſublimitationem hanc Bar. admittimus, nunquam productioni locus totius quantum ad iudicem erit. Namq; ad eum caſum limitatio ſublimitatiovè ptinet, quo non niſi in partem producentis intereſt, quippe ſi ex toto interſit, produci totum non iudici ſolummodo, ſed aduerſario debebit.

Cæterum vbi ex parte ſolummodo intereſt, partis illius ſolummodo æditio à notario fit. Conſequenter totius productio nunquam apud iudicem fiet, quotiens ratione partis tantum producentis intereſt. atq; ideo à ratione hac impotentiæ limitatio ipſa euertetur, non ſublimitationem recipiet.

A partibus igitur ſatis enumeratis locus limitationi eſſe Bar. non poteſt ratione eius admiſſa, quæ impotentia nititur. Namque aut inſtrumenti totius ratione producentis intereſt, quo caſu, & totum producenti a notario æditur, & totum a producente ipſo, aduerſario, nedum iudici exhibetur, deſcriptione etiā facta. Qui caſus ad limitationem, & ſublimitationem non ſpectat. In eo quippe caſu limitatio, ſublimitatioque verſantur, quo niſi ex parte producentis non intereſt. Aut in partem tantummodo producentis intereſt, & tunc nihilomagis locus eſſe limitationi poterit, vt iudici totius productio fiat, ſiquidem in caſu iſto non niſi partis æditio producenti fit, vt d. §. ædi. & dictum plenius ſupra eſt. Quomodo igitur totum producet, ſi totum non æditur.

Conſequenter his dicendum, falſam vtramuis, aut limitationem, aut ſublimitationem eſſe. falſa enim limitatio, integram iudici productionem faciendam, cum ex parte tantum producentis intereſt, quo caſu partis tantum illius productio aduerſario fit. Falſa inquam limitatio hæc erit, ſi vera ſublimitatio ſit, ne integra iudici productio fiat, quotiēs ad integrum producenti æditio non fit. Ad integrum quippe non fit, cum in partem dumtaxat intereſt. E contrario, ſi veram limitationem aſſerimus, integrum iudici producendum, quamuis ex toto non interſit, falſam ſublimitationem eſſe cōfitendum habemus, neceſſariam totius productionem apud iudicem non eſſe, quotiens pars tantum producenti æditur. Immo enim totum iudici produci, & tunc oportet.

Si dixeris, quomodo totius ab eo productio fiet, cui totum non editur. Reſpondetur, locum argumento in productione eſſe, quæ per deſcriptionem, aut exempli traditionem fit. Cæterum productio hæc, quę inſpectione, lectioneque tenus fit, per oſtentationem originalis, notario ipſo id iudicis mai dato miniſtrante perficitur. Quod ſi aliter rem intelligimus, locus nunquam limitationi erit, totum ędendū iudici eſſe.

Sed dicturus hic aliquis erit, quo iure igitur vtendum, limitationis ne, vt æditio iudici totius fiat, quāuis ex parte tantum litigatorum interſit, quo caſu niſi in partem ęditio à notario fit. An vero ius potius ſublimitationis erit, vt totum ædi, nec iudici debeat, quando totum producenti a notario non æditur. Reſpondetur, limitationi ſtandum, quæ tex. probatur in d. cap. contingit. & in d. c. cum perſonæ. Neque ratio impoſſibilitatis mouet, quoniam ad æditionem in ſpecie, ideſt deſcriptionem, aut exemplationem ipſam pertinet, quæ totius fieri iudici non debet, cum nec producenti de toto fiat. Limitatio planè ad productionem ſpectat, in qua impoſſibilitas ceſſat quominus originale totum a notario oſtendi iudici poſſit, & debeat. De quo ēt dictū in articulo ſuperiore habemus.

A prælectione irruptio non leuius facta ab auditoribus pleriſque eſt, contrarium Barr. non videri. nam quod priore loco de inſtrumento toto iudici exhibēdo ait, ad eum caſum pertinet, quo totum apud exhibentem eſſe preſupponitur, priuilegium puta, in quo reſpectu totius producentis intereſt, quamuis aduerſarij non niſi in partem interſit. Secundo dicebatur, reſpectu producentis eo caſu Bar. loqui, quo nonniſi pars æditur, vbi in partem tantummodo intereſt. In quo contrarietatis quicquā obijci Bartolo nequit, ſiquidem totum ipſe exhibere non cogitur, cùm fieri id nequeat. Quare & ſi a notario exhibitio totius fiat, ad

rem

Digitized by Google

rem id non attinere, cum verbum de notario iudici exhibente, vtrū id facere debeat, factum à Bar. non ſit.

Reſpondebam ad arg. primum, neceſſarium eſſe illo admiſſo, eo caſu Bar. intelligere, quo producentis quidem reſpectu inſtrumenti totius intereſt, aduerſarij vero non niſi in partē. veluti in priuilegio, in quo exemptiones generis multiplicis continentur. namq; ſi exemptionis non pluſquam vnius nomine cōtrouerſiam priuilegiarius patitur, quamuis priuilegium totum eius ſit, totiusque nomine eius interſit, partis tamen nonniſi ex parte intereſt. atque parte illa tenus exhibendū priuilegium videtur, iudici autem totum, cum totum eſſe apud producentem debeat. In legatario plane, quia partis tantummodo ratione eius intereſt, non niſi ex particula illa æditionem faciendā. Id quia totum apud legatarium eſſe nō præſumitur, cum ædi ei totum non debeat. Sed enim & ſi niſi in partem tantum aduerſarij non interſit, totum tamē iudici ædendum Bar. putat, vt toto perſpecto, æſtimare poſſit, quatenus ædi aduerſario debeat, ſi forte ex partibus alijs inſtrumenti illa declaratur, quæ ad rem attinet. Ratio iſta non minus in teſtamento verſatur, ex quo legatum petitur, atq; in inſtrumento alio quouis, an non pars vna teſtamenti declarari per aliam poteſt. l. vtrum ibiq; Bart. & Ange. ff de peti. hæredi. l. ſi ſeruus plurium in fi. ff. de lega. 1. Quid igitur, ſi cōtrouerſia in legato, aut declaratione eius vertitur, eoque nomine teſtamentum. totum iudici exhiberi aduerſarius petit, an non ratio eadem in eo ſubeſt, atq; in priuilegio, aut inſtrumento alio quouis. Si dixeris, legatum ab hærede peti, qui certior eſſe teſtamenti poteſt, & qui totum illud habere præſumitur, & habere totum poteſt, cum totius ratione ſua interſit. Reſpondetur, ratione hac admiſſa, nec partis æditionem hæredi faciendam. l. ſi legatum. ff. de ædend. vnde cum ad eum caſum Bar. dictum neceſſario pertineat, quo aduerſario ædi partem oportet, qua ratione aduerſario ipſi in partē æditio ſit, ita totū iudici ædi neceſſe erit.

Ad argumentum ſecundum reſpondetur, ad modum magis, quam ad effectum pertinere. de eo enim principaliter tractatur, totum exhiberi inſtrumentum necne debeat. Quid autem intereſt, vtrum à litigatore, an à notario æditio fiat. Quod ſi verba, mentemq; Bar. obſeruamus, neceſſitatem inſtrumenti totius exhibendi remitti tum putat, cum niſi in partem æditio producenti non ſit. & quidem ſi neceſſariam eā per notarium crediderat, taciturus id veriſimiliter non fuiſſet, cum res digna ſit, de qua fieri mentio debeat. l. prætor ait. §. quòd autem. ff. de iniur. l. eos. C. de aqueductu lib. 11.

S V M M A R I V M.

1 *Diuiſionis quæſtionum, & tractatuum commoda, et in ver. Diſtinctio.*
Diſtinctio probe facta ad veritatem proximè ducit. ibid. & in ver. diuiſionis.
2 *Nunciatio noui operis, quid dicat, vbi Ripæ cenſura.*
3 *Intellectus. §. & poſt operis. l. prima. qui in Ripam reijcitur.*
Nunciationem noui operis in actibus extra iudicialibus eſſe, ibid verſi iam actum extraiudicialem. vberius nu. 97. 205. 208. 252. & duobus ſeq.
4 *Cauſam vocabuli magisquam vocabulum ſpectandam. & in ver. ordinare.*
Ordinare. Illud ſpectandum ad ſeu propter, quod aliquid ſit, aut ordinatur. ibid. & in ver. cauſam vocabuli.
5 *Nunciationem à probibitione non differre.*
Nunciatio quibus modis fiat. ibid. verſi. pars ſecunda.
Iactus lapilli verba etiam in nunciatione deſiderat. ibidem. verſ. pars ſecunda. De iactu hoc lapilli nu. etiam 81.
6 *Nunciationem, & perſonaliter, & imperſonaliter fieri. Inter perſonalem tamen, & imperſonalem differre. & nu. 72. 77.*
7 *Nunciationem verbis etiam ſolis fieri. Ibique Ripæ error proditur.*
Nunciationi locum eſſe, etiam cum in ſuo quiſpiam ſolo ædificat, quotiens damnū inde rediturum. ad nunciantem eſt, ex fumo puta. aut fœtore. ibid. verſi. in qua re.
8 *Factum verbis potentius.*
9 *Inutilia remedia à lege non induci.*
Diuerſitatem caſuum nihili pendi, ratione diuerſitatis non reddita. ibid. verſi. apparet ex his. & in verſi. ratione diuerſitatis.
Ratione diuerſitatis non expreſſa, caſuum pro nihilo diuerſitatem habendam. ibid. verſ. apparet ex his. & in verſic. diuerſitatem caſuum.
10 *Nunciatio vtrum cauſa expreſſionem deſideret, ſcitè contra Bar. & Ruinum. nu. 174. Limitationes nu. 18. & omnino num. 201. 206. 207. 209. 210. 216. 219. & ſeq. ver. limitatur 2. & nu. 248.*
11 *Publicum. In ſolo publico ædificari legem reſiſtere. & numero 211. 215.*
12 *Remiſſionem nunciationis citra fideiuſſorem permitti, cum in ſolo publico ædificatur.*
13 *Vtilitatem publicam priuatæ anteferendam. num. 198. & nu. 214.*
14 *Ratio diuerſitatis inter Remp. & priuatos adſcribitur. num. 210. 215.*
15 *Validitas. Cauſa multo alia prouidendi ne actus euaneſcat, quam otioſè, aut ſuperuacuo quid fiat.*
16 *Publicum quid bifariam materia nunciationis noui operis intelligi, cum in publico opus fit.*
17 *Cauſam & in ſpecie exprimendam, vbicunque niſi ex cauſa fieri quid non poteſt. & nu. 89. ver. tantundem probandum. Cumulatius. nu. 251.*
19 *Turbationem poſſeſſionis verborum etiam tenus fieri. num. 209. ver. turbatio plane.*
20 *Nunciationem in re præſenti, ideſt ſuper loco loci faciendam. vbi ampliatio cum limitationibus. De quo etiam num. 247.*
21 *Interdictū quod vi aut clā opitulari, vbi interdictum demolitorium non iuuat, quod ex ædicto de ope. non nuncia. exiſtit. vbi interdicti ipſius, quod vi, aut clam. in capite vtroque explicatio traditur. De quo etiam num. 61. & in ver. nunciatio inutilis.*
Vim probibenti fieri, quotiens contra quam probibitum eſt, quid ſit. ibid. latius & expreſſius, nu. 26.
22 *Expenſis petentis demolitionem operis ex interdicto, quod vi aut clam faciendam, quotiens nunciatione noui operis non legitima facta, per interdictum ipſum quod vi aut clam reſtitutio operis ſit. vbi in culpa nunciatus non eſt.*
23 *Interdictum quod vi aut clam in ſucceſſorem probibiti, aut nunciati non tranſire. & nu. 32. ſed improbatur num. 33. 57. 59. 63. Declaratur nu. 65. 70.*
24 *Nouam rem ab eo non fieri, qui quod cœptum ab alio eſt, proſequitur.*
25 *Interdictum quod vi aut clam. ex ſecundo capite, quod clam. an competat, vbi facta nunciatio eſt. nu. 27. verſi. conſequens 2. & num. ſequen. & num. 67. verſic. nihilo magis.*
27 *Interdictorum ex ædicto de ope. noui nuncio & q. vi aut clā concurſum admitti, hoc eſt ob opus idem vtrunq; duxi. nu. 30. concurſus vtilitas ſubijcitur.*
Interdictum, quod vi aut clam ex capite vtroque non competere. ibid. verſi. conſequens & tertio. facit nu. 67. verſi. nihilomagis.
28 *Interdictum, quod vi aut clam ex poſteriori capite, quod clam. nonniſi caſu vno competere. & ibi quid referat ex priori, quod vi, an ex poſteriori, quod clam capite detur.*
29 *Interdictum, quod vi aut clam ab interdicto demolitorio de operis noui nuncia. in quo diſcrepet.*

30 Exce

Digitized by Google

30 *Exceptio rei iudicatæ an obſtet, quotiens actione alia ob rem eandem iudicium nouum infertur. & in verſicu. Pluralitatem.*

Pluralitatem remediorum ob exceptionem rei iudicatæ inutilem non fieri, quæ remedio nouo obſtare agenti non ſolet. ibid. & in verſi. Exceptio rei iudicata.

31 *Interdictum, quod vi aut clam adiumento eſſe, vbi nunciandi ius non eſt.*

Interdictum de nuntiatione niſi ad demoliendum non dari. Interdictum planè quod vi, aut clam etiam ad deſiſtendum ibidem verſiculo. Idque aliter. Quæ Bologni. opinio fuit. Sed enim prohibitorium, & interdictum de nunciatione eſſe, numero quadrageſimotertio demonſtratur.

33 *Succeſſorem Singularem interdictis conueniri, & in verſic. Interdictum quod vi, aut clam.*

32 *Perſonale ius perſonam non excedere verſi. vnde cum niſi perſona, & num. 64. Ibiq; idem in prohibitione alienandi perſonaliter facta, & num. 72.*

34 *Demolitionem operis ſumpta nuncianti ex interdicto de nunciatione faciendam, quotiens ritè facta nunciatio eſt. Declaratur numero ſeq. & numero. 45. in fi. & ſeq. & in verſi. expenſa.*

35 *Expenſa nuncianti opus reſtituendum, cum vtilis nunciatio eſt numero. 161. ſexcenteſimoquinto Declaratur, & numero. quadrageſimoquinto in fine, & ſequen. & in verſicu. Demolutionem.*

36 *Interdicta demolitoria ex edicto de nunciatione noui operis, & quod vi, aut clam. ad poſſeſſorium recuperandæ ſpectant. Atque ideo parata executionem habent, & ſequen. verſiculo Apparet ſecundo. & numero nonageſimoquarto. 207. 253. Limitatur numero 55 & nu. 96. & nu. 101. & ſeq.*

37 *Expenſarum litis cauſa iuſta excuſare litigandi ſolet.*

38 *Interdicta demolitoria de nunciatione, & quod vi aut clam anno finiri.*

Confeſſoriam & negatoriam perpetuas eſſe ibid.

39 *Confeſſoriam & negatoriam reales actiones dici, Atque ideo ad ſucceſſores omnes ſingulares etiam pertinere.*

40 *Interdicto etiam retinendæ operis noui reſtitutionem fieri & in ver. Demolitionem.*

Demolitionem operis in confeſſoria, & negatoria per conſequentiam, aut neceſſario venire numero trigeſimoquinto. & numero ſeptuageſimo octauo vbi ampliatur. Cauſam eandem interdicti reſtituendæ eſſe ibidem. & numero 79. & in verſi. Confeſſoria. Interdictum reſtituendæ.

Confeſſoria, & negatoria demolitionem operis in conſequentiam, aut ſecundario inducunt. numero trigeſimaquinto. 78. vbi quoad impenſam etiam demoliendi id ampliatur. & in ver. Demolitionem.

Interdictum retinendæ ad operis demolitionem in conſequentiam, aut ſecundario trahi ibidem, & in verſiculo Demolitionem.

41 *Demolitio operis remedijs quinque principaliter, ſecundariove petitur. Nimirum interdictis duobus recuperandæ de nunciatione noui operis, & quod vi aut clam. Interdicto retinendæ. Confeſſoria, & negatoria. In recuperandæ interdictis principaliter demolitio verſatur. Per conſequentiam, aut ſecundario in poſſeſſorio retinendæ, Confeſſoria, & negatoria. numero trigeſimoquinto aduſque.*

Actia in factum ex edicto de nunciatione noui operis deſcẽdit. & cuius momenti ſit ibid. & nu. ſeq. verſi. Rurſus interdictis.

44 *Actionem in factum in ſpecie noui operis duplicem eſſe.*

42 *Succeſſoris ſingularis diſpendio operis demolitionem non fieri, ſi ignorans nunciationis fuit, & in verſiculo expenſam.*

Expenſam demolitionis operis ad ſucceſſorem ſingularem non pertinere, qui ignorans nunciationis eſſet. ibid. & in verſi. ſucceſſorit.

Interdicta de nunciatione, & quod vi aut clam in autorem operis, qui alienauit, non reddi. Nihil præter demolitionis impenſam in factum ab eo actione deberi. ibid. verſic. Rurſus interdictis. & nu 65. in fi.

45 *Actionem in factum, quæ ob opus nouum datur, diutius quam interdicta non conſtare.*

Subrogatum iure eodem, atque id cenſeri, in vicem cuius ſubrogatur. ibid.

47 *Demoliendi operis facilius patientiam, quam demolitionis ſumptum deberi. & in verſi facilius. Patientiam.*

Facilius vt opus tolli patiatur, quam diſſolutionis eius impendia præſtet, quem teneri. ibid. & in ver. Demoliendi Patientiam.

Patientiam operis euertendi patientiam, quam euerſionis impenſam deberi. ibidem. & in verſiculo. Demoliendi. Facilius.

Pœna in patientia demolitionis operis an verſetur, cum patientis ſumptu demolitio non fit. ibidem, vbi Iaſ. mardetur. & omnino numero quinquageſimoprimo 93. & nume. 141.

48 *Ignorantem pœna affici non conuenit ignorantem damnum ſentire, rationis non eſt. nu. 52.*

49 *Nunciatio in re præſenti, Domino abſente, facta an Dominum afficiat contra Iaſ. & in verſi. ignorans.*

Ignorans nunciationis dominus an ea teneatur. ibid. & in verſi. Nunciatio in re præſenti facta.

Intellectus l. 1. §. nunciatio. 1. verſi. Aduerſus ff. de ope. noui nuncia. ibid.

50 *Eluſorium. Interpretationem explodendam, per quam illuſorius fieri actus poſſit facit nu. 248. verſ ſexto negari non poteſt.*

52 *Culpa damni rationem non haberi, quod ſua quis culpa ſentit.*

53 *Satis eſt, ex aliquo cui ſubueniri. & in verſiculo. Aliquid.*

Aliquid. In aliquo cui opitulari ſatis. ibid. & in verſiculo ſatis.

Culpam in electione mala eſſe. ibidem. Ibique ampliatur, ignorantia etiam eligentis accedente. Limitatur numero 56.

Ignorantiam fruſtra allegari, quam culpa præuertit. ibidem verſi. idque locum in eo etiam habet.

Caſum fortuitum præſtandum, quem culpa anteuertit. ibid. verſi. idque locum.

54 *Excuſsionem operariorum, per quos damnum quis ſubit, ante faciendam, quam demolitionem operis patiatur, & in verſi. damnum.*

Damnum ab operarijs præſtandum, quorum culpa id accidit. ibid. & in ver. excuſſionem.

55 *Interdicto adipiſcendæ exceptionem petitorij opponi, probatio cuius excontinenti offertur. verſicu. ſecundum hoc. & numero 102. verſiculo. Quo caſu, & in verſicu. Poſſeſſorio.*

Poſſeſſorio adipiſcendæ exceptionem petitorij abſtare, quæ ex continenti probetur. ibidem. verſiculo. Secundum hoc. & numero 102. verſiculo. Quo caſu. & in verſiculo interdicto.

58 *Interdictum ex nunciatione deſcendens priuilegio maiore, atque interdictum niti quod vi aut clam.*

57 *Realia iura ad ſucceſſores omnes ambulare actiuè, & paſſiuè. verſi Idque perpetuum. nu. 77. & facit nu. 6. & in ver. Realis nunciatio.*

59 *Succeſſorem nunciati, & patientia demolitionis, & impenſa eius adſtringi, cum ritè interpoſita nunciatio eſt, ſi ſciens nunciationis fuit verſiculo. Hoc ita. & in verſi ſcienti.*

Scienti ſucceſſori nunciati imputari, qui poſt nunciationem autori factam opus conſumauit. Atque ideo patientiam ab eo & ſumptum demolitionis præſtandum. ibidem verſiculo. Hoc ita. & in verſiculo. Succeſſorem nunciati.

60 *Succeſſorem qui confeſſoria, aut negatoria conuenitur,*

F ſumptui

ſumptui etiam demolitionis teneri ſi cauſam litigandi iuſtam non habuit.

61 Nunciatio inutilis interdictum de nunciatione non parit. Interdictum tamen quod vi aut clam ex ea erit. De quo etiam numero vigeſimoprimo, & in verſiculo. Interdictum, quod vi aut clam opitulari. & in verſiculo inutilis nunciatio.

62 Inderdictum quod vi, aut clam vtrum ſucceſſorem probibiti teneat, qui probibitionis neſciens opus conſumauit, gloſa, & Docto. certant. Bartoli, & Imolæ opinio ſuſcipitur.

64 Probibitio alienandi perſonalis, perſonam cui facta eſt, non tranſgreditur & in verſi. Perſonale ius.

66 Interdictum, quod ab edicto Prætoris de nunciatione deſcendit, & probibitorium, & demolitorium eſſe. Interdictum planè quod vi, aut clam nonniſi demolitorium eſſe vbi Ruini error proditur. Qui è contrario opinatus ſit. De qua re etiam nu. 71.

Inutilis nunciatio interdictum ex edicto de nunciatione non parit nu. 21. & nu. 61. & in verſi. Nunciatio inutilis, & in verſi. Nulla.

Nulla nunciatio interdictum non gignit numero 21. 61. & in verſicu.

67 Vim ignorans non facit Inutilis, & in verſi. Ignorans.

Ignorans vim non facit ibid &, in verbo vim.

Clam opus non fieri, cum nunciatio, aut probibitio interceſſit nu. 67. verſi. Nihila magis.

Clam fieri an quid dicatur, inicium operis obſeruandum ibid. verſi. Rurſus arigo.

63 Naui quid ab eo non fieri, qui quod inceptum ab alio eſt, proſequitur.

69 Interdictum quod vi, aut clam. ex probibitione perſonali oriri.

70 Interdictum de nuntiatione an reale magis, quam quod vi aut clam æſtimetur, ſcitè.

73 Intellectus. l. vim facit. §. tamdiu, & l. competit §. fi. ff. quod vi, aut clam. vbi ab altero alterum declarari, & perfici ſcriptum.

74 Alieno facto leuius quemq; quam ſuo adſtringendum, & in verſi. Suum.

Suum quam alienum factum leuius. Atque ideo ex alieno mitius quam ſuo quem facto teneri ibidem. & in verſicu. Alieno.

76 Immediatam cauſam mediata potiorem.

77 Reale onus ad poſſeſſorem omnem ambulare.

79 Retinendæ interdictum ob turbationem ſolam dari, quamuis poſſidere ſe quiſpiam non contendat, & in verſicula Turbatio.

79 Turbatio ſola interdictum retinendæ parit, quamuis poſſeſſionem apud ſe eſſe turbator non aſſerat.

80 Recollectio partis ſecundæ tractatus de nunciatione noui operis.

82 Nunciatio noui operis cauſis ex quibus fiat. nu. 176.

83 Nunciatio à quibus fiat nu. 152. 174.

84 Nunciatio quibus fiat.

85 Nunciandi ius quibus caſibus competat num. 88. 153. 174. verſi. Rurſus.

86 Vtilitatem publicam in cloacis, & riuis purgandis verſari, & in verſi Cloacas, & in verſi Riuorum.

Cloacas purgari publice expedire ibid. & in verſi vtilitatem publicam.

Riuorum purgationem ad vtilitatem publicam ſpectare ibidem, & in verſi. vtilitatem publicam.

87 Refectionis cauſam non ideo minus priuilegiariam eſſe, quod noui permixtum quid habet Ibique declaratur, niſi ſi formæ priſtinæ alteratio ſequatur De quo etiam nu. 169. & in verſi Nouam rem.

Nouam rem ob refectionem non videri, quamuis noui permixtum quid ſit, dum ſtatus priſtini tamen alteratio non ſequatur ibidem. & numero 169. & in verſicu. Refectionis.

88 Nunciationi quando impune non pareatur nu. 85. & tribus ſeq. & nu. 100. 149. 151. 196.

Nullum. Impune nunciationem ſperni, quæ nulla, aut vitioſa ſit ibid. verſi. Tertio nunciationis reyciendæ, & num. 151. 167. 172. omnino numero. 177. verſicu. Illud etiam, & num. ſeq.

89 Paria eſſe, cauſam non exprimi, vel euidenter falſam, & in verſi. falſam cauſam.

Falſam cauſam perinde haberi, vt ſi cauſa prorſus non interuenerat ibid. & in verſi. Paria.

90 Cauſæ expreſſionem inutilem, Iuris cui contraria præſumptio eſt ibid. verſi. Ratio eadem.

Vtilitatis rationem in nunciatione non haberi, quotiens damnum grauius laturus nunciatus eſt, & in verſiculo Damni.

Damni rationem in nunciatione præſtare, quod vtilitate grauius nunciatoris ſit ibidem, & in verſicu. vtilitatis rationem.

91 Nunciationem, quæ per iudicem fit, nunquam impune ſperni. Sed omnino nume. 177. verſi. Illud etiam, & numero ſequen.

92 Nunciationis effectus.

93 Nunciationem arbitri ſententiæ ſimilem, & nu. 125.

Nunciationem ad excommunicationis vim accedere ibid. verſi. Secunda illatio, & num. 126.

94 Nunciationem ſpoliationi comparari num. 36. & ſequen. verſicu. Apparet ſecundo Limitatur numero. 55. 96. & nume. 101.

96 Realis nunciatio eſt verſi. ſecundus nunciationis effectus. num. 57. 70. 77.

98 Poſſeſſionis amiſſio vtrum ex nunciatione ſequatur, & in verſi. Nunciatione.

Nuntiatione an poſſeſſio nuncianti cadat ibid. & in poſſeſſionis amiſſio.

99 Remiſſio nunciationis triplex.

103 Remiſſionem nunciationis dupliciter per iudicem fieri De qua etiam num. 203.

104 Remiſſio nunciationis vna temporalis, Altera perpetua.

105 Nunciationis, & probibitionis, quæ per iudicem fit diſcrimen, & nu. 109. Iaſ. notatur, cui viſum contra ſit. & in verſi. Probibitionem.

Probibitionem, quæ per iudicem fit, à nunciatione differre ibid. & num. 109 Iaſ. carpitur à ſententia hac diſcedens, & in verſi. Nunciationis.

107 Nunciationem iure priuilegiario niti, & num. ſeq. odium in ea à ratione alienum verſari omnino nu. 120. verſi. Conſequens his fit. & nu. 123.

Speciale ius facilius quam commune perimi ibid.

110 Remiſſionis in nunciatione effectus nu.

111 Remiſſio quatenus facienda.

112 Superflua à iure ſperni.

113 Factum. Pro facto habetur, quod culpa, aut vicio eius non fit, cui fieri debet, & in verſi. Oblationem. Paria.

Oblationem ſatis eius eſſe, à quo fieri quid debet, quotiens per eum quominus fiat, ſtat, fieri cui debet ibidem, & in verſi. factum. Paria.

Paria ſunt, factum quid ſit, vel per eum ſtet, quominus fiat, fieri cui debet ibidem. & in verſicu. factum oblationem

114 Factum. Pro facto haberi, quod fieri omnino oportet.

115 Generalem ſcripturam ad iniuriam tertij non trahi, & in verſi. Generalem reuocationem In verſic. Reſtrictionem. In verſi. Tertij.

Generalem reuocationem à Principe factam ad ea non pertinere, quæ acta iure ſunt ibid.

Reſtrictionem reuocationis, aut ſcripturæ generalis faciendam, ne iuſte acta tollantur, aut Tertij ius lædatur ibid. & in verſi. Generalem ſcripturam, & in verſi. Generalem reuocatianem.

Ieſtum quod eſt, probibitioni generali non cedere ibidem. & in verſicu. Generalem reuocationem, & in verſiculo,

Reſtrictio-

Digitized by Google

*Reſtrictionem Ampliatur nume.*118.
116 *Contradictor. Clauſula contradictore quolibet amoto, ad iniuſtum reſtringitur.*
117 *Vniuerſalia verba negatiua reſtringenda, quo intellectum ciuilem accipiant, ne quod iuſtum eſt, probibitum cenſeatur.*
118 *Tertij ius per ſcripturam generalem non lædi numero.* 115.*Ampliatur etiam ſi inutilis eo modo diſpoſitio ſit.*
Operari, Tolerabilius eſſe ocioſa verba fieri, quam vt ad tertij iniuriam trahantur ibidem, & in verſiculo tertij.
119 *Præcepto ſuperioris obſequendum.*
120 *Probatio vbi deficit, pro eo rem habendam, vt ſi ius quoq; ipſum deſit nu.*
121 *Præſumptionis vim iuris eſſe, vt probationis contraria onus in aduerſarium reijciat.*
122 *Lædi ius tertij vel differendo videri nu. & in verſi. Dilatione, & in verſi. Tertij.*
Dilatione ſola ius tertij lædi, cum in tempus id longius extrahitur, & in verſi. lædi. in verſi. tertij.
Tertij ius ob dilationem ſolam lædi, cum in longius id producitur ibidem, & in verſiculo Dilatione, & in verſiculo lædi.
Præiudicium in temporis mora breuis non eſſe ibid. & in verſi. Dilatione lædi. tertij ius.
124 *Nunciationi vel iniuſtæ parendum cur inſtitutum à Prætore ſit.*
Vtilitas publica in ædificijs tuendis vertitur, ne deponantur ibid. & in verſi. Ædificiorum.
Ædificiorum conſeruationem ad vtilitatem publicam pertinere.
127 *Hoc pronomen perſonam, aut rem præſentem demonſtrat.*
128 *Impropriè teſtium verba accipienda, contradictionis excludendæ cauſa Ibiq; ampliationes. De quo etiam in verſiculo. Contrarietatis. Teſtium, & quid in teſte vno contrario.*
Contrarietatis pellendæ cauſa, impropriè teſtiũ verba intelligenda ibidem. Ibique ampliationes. De qua re etiam in verſiculo.
129 *Impropriè. Teſtium, & quid in teſte vno, qui ſecum pugnat.*
*Teſtium verba impropriè accipi, ne inuicem pugnet ibid. Ibiq; ampliationes, & in verſi. Contrarietatis. Impropriè, & quid ſi ipſi ſibi contradicere teſtis vnus videtur numero.*129.*& omnino numero.* 133.*in fine verſiculo Diſtinguendum.*
130 *Saltem dictio impliſatiua.*
132 *Teſtium dicta naturaliter, & ſecundum vulgarem dicendi modum non ciuiliter interpretanda. Ibique ampliatur, etiam ſi falſi excluſio verſatur.*
Subtilitatem iuris in teſtimonijs interpratandis cauendam, Naturaliter quippe, & ex Communi ea loquendi vſu accipienda ibid. & ſeq.
134 *Semiplenam probationem per teſtem. vnum ita fieri, ſi inuulnerabilis eſt, & in verſi. teſte vno.*
Teſte vna ſemiprobationem tum deniq; fieri, ſi inuulnerabilis ſit ibid. & in verſi. Semiplenam.
Semiplena probatio non aliter à teſte vno perficitur, niſi ſi vere, & neceſſario, non etiam præſumptiuè concludit ibid. verſicu. ſecundo tam denique, & in verſiculo teſtis vnus.
Teſtis vnus ad ſemiprobationem ita valet, ſi neceſſario, vereque, non præſumptiuè cancludit ibid. verſi. Secundo tum deniq; & in verſi. Semiplena probatio.
135 *Præſumptionem iuris probationem liquidiſſimam haberi nume.*147.
136 *Edicti, & interdicti cognitio, & diſcrimen, & duobus ſeq. & in verſi. Interdictum.*
Interdictum quid ab edicto differat ibidem. & in verſicu. Edicti.
137 *Actionem in factum ab edicto prætoris naſci, & nu.*139. *& in verſ. Edicto.*
Edictio prætoris actionem in factum præter interdictum interdum naſci ibidem. & in verſiculo. Actionem in factum.
138 *Præciſum Prætoris edictum hoc ipſo videri, quod actio ex eo datur.*
140 *Conſequentis permiſſioni antecedens neceſſarium accedere, & nu.*228 *& in verſi. Antecedentis.*
*Antecedentis permiſſionem ex conſequenti argui ibid. & nu.*228.*& in verſi. Conſequentis.*
Equitatis cultorem Prætorem eſſe ibid. verſi. Sic iniuſticia, & in verſi. Prætor.
Prætor æquitatis amans ibid. verſi. Sic iniuſticia, & in verſi. Equitatis.
131 *Pœnam ſine culpa non irrogari.*
142 *Expreſſum quid ex coniecturis, aut mente intelligi.*
143 *Fictionis, & præſumptionis diſcrimen, & in verſiculo Præſumptionis*
Præſumptionis, & fictionis differentia ibid. & in verſicu. Fictionis.
144 *Expreſſum dici, quod ex verbis colligitur.*
145 *Expreſſum intelligi, quod in antecedens, aut conſequens neceſſarium venit.*
Antecedentis, & conſequentis neceſſarij complexioni locum, & in ſpecie ſtricta eſſe, Cuiuſmodi ſententia eſt ibid. & in verſi ſententiam.
Sententiam ad antecedens, & conſequens neceſſarium trahi ibid. & in verſi. Antecedentis.
Scriptum dici, quod ex ſcriptis verbis percipitur ibid. ver. ſimiliter in ſcriptis.
146 *Videtur verbum ad veritatem in his pertinere quæ iuris ſunt.*
148 *Nullitatem actus ex prohibitione pœnali non ſequi vbi remiſſio.*
150 *Facilius quid impediri, quam factum tollatur, & in verſi Impediri.*
Impediri quid facilius, quam factum perimi ibid. & in ver. facilius.
153 *Littus. In littore maris ius cuique ædificandi eſſe, & in verſi. Mare.*
Mare In mari ædificare quemlibet permitti ibid. & in ver. Littus.
154 *Notoriæ iniuſticiæ, nullitati, & calumniæ effectus, remiſſiue, & in verſi. Euidentis.*
Euidentis calumniæ, iniuſticiæ, & nullitatis effectus, ibid. & in verſi. Notoriæ.
Abſurdi excludendi cauſa verba vniuerſalia vel geminata reſtringi ibid. verſi. Cum ſententia hac, & in verſi. Geminationem vniuerſalia.
Geminationem effectu vacuam vel in verbis vniuerſalibus manere, potiuſquam abſurdi quicquam feratur ibidem. verſicu. Cum ſententia hac, & in verſi. Abſurdi vniuerſalia.
Vniuerſalia verba geminata etiam reſtringenda, ne abſurdi quicquam inde ſequatur ibid. ver. Cum ſententia hac. & in uerſi. Abſurdi. Geminationem.
155 *Notorium uaſalli crimen ubi eſt, per Dominum ſine iudice a feudo deturbatur* Ibiq; *declaratur.*
156 *Retentionem facilius quam actionem permitti.*
157 *Scientiam in facto proprio præſumi, & in uerſi. Ignorantiam.*
Ignorantiam in facto proprio non præſumi ibid. & in uerſi Scientiam.
158 *Negatiuam per inſpectionem ſcripturæ probari.*
Animum magis quam effectum in prohibitis ſpectari ibid. uerſi. Reſpondetur, & in uerſi. Cogitationem.
Cogitationem potius quam effectum in prohibitis obſeruandum ibidem uerſicu. Reſpondetur, & in uerſicu. Animum.
159 *Nullum, & iniuſtum differre.*
Nullum quod eſt, pro non facto haberi ibid.

F 2 *Aditio·*

Digitized by Google

Aditionem hæreditatis ex teſtamento inutili non fieri ibidem.

160 Iniuſtum actum effectu non vacare, vſque dum palàm facta iniuſtitia ſit nu. 164.

161 Sententiam iniuſtam, à qua interpoſita appellatio non eſt, in rem iudicatam abire.

Nullitatem ſententiæ in annos 30. durare ibid. verſi. quod contra. vbi ius aliud excipiendi dicitur Perpetuum enim æſtimatur. & in verſi.

Præſcriptionem nullitatis.

Præſcriptionem nullitatis ſententiæ annis 30. impleri ibid. verſicu. Ibiq; ius aliud excipiendi eſſe, quod perpetuo conſtat.

162 Excipiendi ius perpetuum, neque ſuppoſitum præſcriptioni eſt Inde ad confutationem limitationis infertur, de qua apud Fulgo. Caſtren. & Alex.

163 Nullitati appellationis deſertionem non obſtare, & in ver. Deſertionem.

Deſertionem appellationis ad nullitatem non trahi ibid. & in verſi. Nullitati.

Nullitatem rectè proponi, cum tertia prohibita appellatio eſt ibid. verſi. ſimiliter quamuis.

165 Nullum ob actum inutilem pœnam non committi, & in verſi. Pœnam.

Pœnam ex actu vitioſo non dari ibidem. & in verſicu. Nullum.

167 Intellectus l. 1. & 2. ff. ne quis eum qui verſi. Sed obſeruandum, adusque nu.

166 Iniuria idem ac iniuſtitia pollet.

Nullum quod eſt, effectu omnino vacat, euidens vel non vitium ſit, aut nullitas ibidem. verſicu. Conſequenter his dicendum.

168 Refectionis cauſam ad nunciationem noui operis non pertinere.

Refectione opus nouum non fieri ibidem Ampliatur numero. 87. Limitatur numero. 171. In qua limitatione textuum conciliatio, & declaratio, Qui inuicem pugnare videbantur.

169 Refectionem non dici. Quotiens formæ priſtinæ quid accedit.

Refectionem tum demq; videri, ſi forma incolumis priſtina manet ibid.

Nouam rem ex formæ alteratione, aut mutatione intelligi ibid. & ſeq. in verſi. Diuerſam rem.

Diuerſam rem ob formam alteratam, aut mutatam videri ibid. & in verſi. Nouam rem.

170 Diuerſitatem actus ex temporum diuerſitate ſequi.

173 Teſtimonium irritum cauſæ, aut rationis omiſſio præſtat, De qua facta interrogatio ſit, & in verſiculo Rationis omiſſio.

Rationis omiſſio irritum teſtimonium efficit, cum expreſſio petita eius eſt ibid. & in verſi. teſtimonium.

Cauſæ expreſſionem in libello parte rogante faciendam ibidem.

175 Cauſa nunciationis inepta quando, aut nulla dicatur.

Dominium ex poſſeſſione præſumi ibid.

177 Manifeſta nunciandi nullitas quæ dicatur & in verſi Euidens Notoria.

Euidens nunciationis nullitas quæ ibid. & in verſi. Manifeſta. Notoria.

Notoria nunciationis nullitas quæ dicatur ibid. & in verſi. Euidens Manifeſto.

178 Clemẽtem Aizagum ex Mediolano Ciuem, & diſcipulum ab ingenij perſpicacia Autor, & Præceptor commendat.

179 Damnum in lucro ommittendo non videri, & in verſicu. Lucri.

Lucri omiſſionem damno non tribui ibidem. & in verſicu. Damnum.

180 Citationem eorum ſuperuacuam, quorum niſi lucri nomine non intereſt.

181 Certum, & manifeſtum idem pollere, & in verſiculo Manifeſti.

Manifeſti, & certi eundem ſignificatum eſſe ibid. & in ver. Certum.

Manifeſtam rem tripliciter fieri, Confeſſione, probatione legitima, & euidentia rei ibid.

Inſtrumentum probationem probatam dici ibid. verſicu. ſi probatione legitima. Ibiq; declaratur, cum liquidum inſtrumentum eſt.

182 Certum à notorio differre, & in verſi. Notorium.

Notorium aliud, atque certum eſſe. ibidem, & in verſicu. Certum.

184 Manifeſti, & notorij eandem vim eſſe ibid. & in verſi. Notorium.

Notorium idem ac Manifeſtum videri ibid. & in verſicu. Manifeſti. ſed omnino ibid.

183 Notoriam rem inſtrumento fieri omnino nu. 186. & duobus ſeq. & nu. 192. & in verſi. Inſtrumento.

Inſtrumento notoriam rem fieri ibidem. omnino numero 186. & duobus ſeq. & numero. 192. & in verſiculo. Notoriam rem.

185 Quaſtionem dominij ei non referri, vnde cauſam quis ducit.

188 Inſtrumentum exceptionibus peremptorijs non ideo minus oppugnari, quod executionem paratam habet.

189 Res inter alios acta rem ita geſtam quoad omnes quidem indicat, Cæterum damno alij non eſt, inter quos acta non loquitur.

190 Executionem inſtrumenti falſi exceptione impediri, & in verſi. Inſtrumenti.

Inſtrumenti executionem falſi exceptione prohiberi. Dum cognitum de ea ſit ibid. & in verſi. Executionem.

191 Scripturam priuatam non opponendo approbari, & in verſi oppoſitionem non facta.

Oppoſitione non facta ſcripturam tacito priuatam approbari ibid. & in verſi. ſcripturam priuatam.

193 Notorium ex ſententia fieri Declaratur num. 195.

Groppa. titu. C. ad Sillania. in Groppa ſedet ibid. verſi. Notas Bal.

194 Spoliatio rei iudicatæ exceptionem obeſſe vt dote notoriam.

197 Ædificijs terminos à iure, aut ſtatuto limitatos obſeruandos.

Intellectus. l. ſi ff. finium regun. ibid.

196 Notorium quid ex euidentia rei fieri, & num. 198. verſi. ſecundo ex Bart.

198 Euidentia rei notoriam rem fieri ibid. & verſi. ſecundo ex Bar. & in verſi. notorium quid.

Euidens iniuſtitia ſententia, quæ ex tenore eius apparet ibid. verſi. & proprius doctrinam Bar.

199 Euidentem Sententiæ iniuſticiam ex relatione ad aliud liquere, & in verſi. Relatione.

Relatione ad aliud, euidentem ſententiæ iniuſticiam argui ibid. & in verſi. Euidentem.

200 Euident in materia vel pœnali id videri.

Quod euidens naturaliter eſt, tam, & ſi celari interdum poſſit. veluti cum de vulnere, aut cicatrice euidenti ſtatutum loquitur. Ad vulnus enim pertinet, quod acceptum capite eſt, quamuis pileo id tegatur, & in verſi. Naturaliter.

Satis eſt, naturaliter fieri quid poſſe, licet interdum tegatur ibidem Expreſſius in verſiculo euidens in materia. l.

201 Euidens idem ac manifeſtum pollere, & in verſiculo Manifeſtum.

Manifeſtum idem atque euidens ibidem, & in verſi. Euidens idem.

203 Nunciationis proſequendæ modus atq; vſus docetur.

204 Nunciationis, & perſecutionis eius diuerſitas.

206 Nunciationis forma, quæ per prætorem fit verſicu. ſententia hac.

208 Attentata lite pendente reuocanda verſi. Inde fit.

Attentata poſt nunciationem retractanda. ibidem. verſic. inde fit.

Turban-

209 *Turbandum quempiam in poſſeſſione ſua ſine cauſa non eſſe.*

210 *Bartoli variatio, & in verſi. variatio.*

Variatio Bartoli ibid. & in verſi. Bartoli.

211 *Expreſſum intelligi, quod in antecedens, aut conſequens neceſſarium venit.*

Expreſſionem idoneam haberi, quæ legis præſumptione ſit ibid & in verſi. Præſumptione legis.

Præſumptione legis quid exprimi ſatis ibid. & in ver. Expreſſionem idoneam.

Dolum exprimere cum videri, Qui læſionem enormem proponit ibid. & in ver. Præſumptione legis.

Enormis læſio dolum arguit ibid.

213 *Narratiua. Ex verbis legis factum narrantibus argumentum non colligi.*

217 *Præſumptionem iuris iudici adeſſe verſi.*

Diuerſitatis huius. & in verſi. Iudici.

Iudici præſumptionem iuris fauere ibid. verſi. Diuerſitatis huius, & in ver. Præſumptionem iuris.

218 *Debitor prohibitioni parere iudicis debet, ne creditori ſoluat, etiam ſi cauſa inſerta in prohibitione non eſt, & in ver. Iudicis prohibitioni, in verſi. præcepto iudicis.*

Iudicis prohibitioni à debitore parendum, ne creditori ſoluat ibidem. & in verſic. Debitor. In verſic. Præcepto iudicis.

Præcepto iudicis obtemperandum, ne creditori ſoluat ibid. & in ver. Debitor. In ver. Iudicis prohibitioni.

Calumniæ euidentis effectus in nunciatione ſpernenda, & cauſæ expreſſione ibid. verſi. Limitatur ſecundo.

219 *Allegandum notorium, vt probandum non ſit Ibiq; limitatur, & nu. ſeq.*

Et in ver. Notarij.

Notarij, probandi, non allegandi neceſſitatem remitti ibid. & in ſeq. vbi limitatio.

220 *Allegationem neceſſariam eius non eſſe, quod ex actis conſtat Limitatur nu. 222.*

Iudici pluſquam partibus tribuendum ibid.

222 *Petitionem expreſſionis in nunciatione cauſæ, verbis etiam enunciatiuis, aut quæribundis fieri verſic. tertio loco, & in verſi. verbis.*

Verbis deſiderium exponentibus diſpoſitionem induci ibid. verſi. tertio loco.

Fideicommiſſum ex verbis enunciatiuis, aut deſiderij induci ibid.

223 *Enunciatiua verba niſi in voluntate vltima non diſponere Ibiq; ampliatur, etiam cum cauſæ vice exprimuntur, ſed nec ex voluntate vltima ad diſponendum enunciatiua verba valere, quæ ad futurum ſpectant nu. 224.*

224 *Diſpoſitiua verba videri, non enunciatiua, opto vt des Cupio vt facias & ſeq. & in verſi. Enunciatiua verba non intelligi.*

Enunciatiua verba non intelligi, at diſpoſitiua vt des, Cupio vt facias ibid. & in verſi. Diſpoſitiua.

225 *Enunciatiua verba iure pari inter [illegible]atq; in voluntate vltima æſtimari. Enunciatiua verba vice cauſæ adſcripta, & viuos inter diſponere ibid.*

226 *Interpellationem ex verbis illis induci, indigens pecuniæ illius ſum. Pecuniam illam paratus accipere ſum.*

Alteri per alterum ratione qualitatis acquiri.

227 *Atq; ideo ad ſubſtantiam actionis tex. pertinere in l. ſtipulatio iſta. § alteri. ff. de verb. obli. 238. & ſeq. ver. textus que obſeruandus. vbi latius, & nu. 257. & in verſi. Qualitatem.*

Qualitatem facilius quam ſubſtantiam admitti. verbi gratia actio alij per alium quãtum ad ſubſtantiam non acquiritur. Cauſa alia qualitatis ratione eſt ibid. & num. 238. & nume. ſeq. vbi plenius, & nume. 257. & in verſiculo. Alteri.

228 *Conſeruandæ poſſeſſionis cauſa actionem alij pro alio ſine mandato dari, & duobus ſeq. & in verſi. Mandato.*

Mandato non interueniente, pro alio conſeruationis cauſa actionem eſſe ibidem. & duobus ſequen. & in verſi. Conſeruanda.

Mandatum ad ea porrigi, quæ actus natura fert ibid. verſi. Idq; ex glo. probatur. & nu. 233. vbi ampliatio, & in ver. Conſecutiua.

Intellectus. l. 1. C. ſi per vim vel alio modo ibid. & duobus. & in ver. Conſeruanda. Mandatum ad ea porrigi.

230 *Expulſiuam vim dici, cum vocans abſentis poſſeſſio occupatur.*

Expulſio turbatione grauior ibid.

231 *Abſentem nunciatum videri, qui à loco abeſt, in quo facta nunciatio eſt.*

232 *Poſſeſſio ſeu quaſi in ſpecie nunciationis quomodo intelligatur.*

234 *Mandatum fortius, quod à lege, quam quod ab homine eſt, & in verſi. legis.*

Legis quam hominis mandatum fortius ibid. & in verſi. mandatum fortius.

233 *Conſecutiua mandato cedere nu. 228. verſi. Ibq; ex glo. & plenius, & in verſi. Mandatum ad ea porrigi.*

235 *Conſeruatur quid per alium, quamuis acquiri per eum nequeat.*

236 *Emphiteotum iure ſuo non fraudari, Pro quo penſio illata per alium ſit, & in verſi. Alius.*

Alius alij prodeſt. veluti cum penſionem quis pro emphiteota præſtas. Pœna enim ſecurum emphiteotam facit ibid. & in verſi. Emphiteotam.

237 *Damni vitandi cauſam potiorem quam lucri omittendi eſſe, & in verſi. lucri omiſſionem.*

Lucri omiſſionem præ damno nihili excludendo fieri, & in verſi. Damno.

238 *Impediri actum onerosum vtilius, quam factus diſſoluatur verſi. Quæ res.*

239 *Conſeruatio. In re dubia opinio potior, vnde iuris conſeruatio fit, & in verſi. Dubium.*

Dubium In re dubia opinionem præualere. Iuris vnde conſeruatio exiſtit ibid. & in verſi Conſeruatio.

240 *Solennitatem tituli facilius quam titulum præſumi, & in verſi. titulum.*

Titulum non ſimiliter tempore longo vt ſolennitatem eius præſumi ibid.

Antiquitate temporis tituli ſolennitatem facilius, quam titulum ipſum præſumi ibid. & in verſiculo ſolennitatem titulum.

Aditionem hæreditatis tempore non itidem vt ſolennitatem eius præſumi ibid. verſi. ſimili modo.

241 *Adoptio quamobrem per procuratorem non expediatur, non itidem vt legitimatio expediatur, & in verſ. legitimatio. Procurator.*

Legitimatio quid ita per procuratorem magis, quam adoptio fiat ibid. & in verſi. Adoptia Procurator.

Procurator cur non æque in adoptione admitti, atque in legitimatione ſoleat ibid. & in verſi. adoptio legitimatio.

243 *Nunciandi cauſam in actu ipſo nunciationis eligendam, & in verſi. Internallum.*

Internallum petitioni cauſæ nunciandi obſtare nu. 242. & in ver. Nunciandi cauſam.

Iuri quæſita non derogari nu. 252. verſi. ergo.

Declarationem, & poſt ius quæſitum permitti ibid.

244 *Declarationem niſi in verbo ambigua explicando non verſari*

245 *Actoris fauor. litis initio quam Rei maior.*

256 *Remiſſioni ſatiſdationis non perinde vt nunciationi faueri, & in verſi.*

Nunciationem fauorem.

Nunciationis fauorem remiſſioni eius anteſtare, & ibid. in verſi. Remiſſiona.

249 *Adoptiuos filios appellationi filiorum non cedere, quotiens in poteſtate hæredis grauati eſſet illuſorium fideicommiſſum efficere nu.*

Adoptiuos filios Appellatione filiorum non contineri, vbi

Digitized by Google

in facultate vocati eſſet, vocationem ſuam adoptando implere. ibid. verſi. èconuerſo.

249 *Eluſorium. In facultate cuiuſpiã eſſe actum eluſorium eſſicere abſurdum nu. 246. verſi. ſexto negari non poteſt. facit. nu. 50.*

250 *Superueniente caſu irritum non fieri, quod actũ initio vtiliter eſt. nu. 250. & in ver. tempus actus.*

Tempus actus ſpectandum. Atque ideo inutilem cum ob ca ſum non fieri, Qui poſtea acceſſerit. ibid. & in verſi ſuperueniente.

251 *Generali ſcriptura obſcuritatem naſci, & in ver. Ambiguitatem.*

Ambiguitatem ex generali ſcriptura oriri. ibid. & in verſi. generali ſcriptura.

252 *Cauſam in appellatione extraiudiciali ſpecialiter exprimẽdum contra Ruinum. A quo ex fide Doct. non bona vocantur, & in ver. Appellatio extraiudicialis.*

Appellatio extraiudicialis cauſa expreſſionẽ in ſpecie poſſit contra Ruinum ibid. & in ver. cauſam in appellatione.

253 *Attentata poſt appellationem extraiudicialem non aliter reuocari, niſi ſi cauſa appellandi expreſſa & comprobata ſit.*

Nunciationem noui operis ab appellatione extraiudiciali differre ibid.

254 *Similitudinem in ſpecie controuerſa exquiri, vt argumentandi ius à ſimili detur.*

255 *Interpretationem gloſa, aut Doctoris ita habendam, ne contra quam expreſſum iure eſt. ſentire quid videatur.*

256 *Ratione ſpeciali etiam præſumpta ſcripturam generalem reſtringendam in ver. cauſa ſpeciali.*

Cauſa ſpeciali vel præſumpta d. ſpoſitionem generalem reſtringi. ibid. & in ver. Ratione ſpeciali.

Poſteriores Commentarij in l. 1. in prin. ff. de ope. noui nuncia.

1 QVIA incognita commoda † non ſunt, quæ diuiſio, aut diſtinctio parere tractatuũ ſolet. de quibus apud glo. in § igitur in verſi. eaſdem. in proœmio inſtitutio. Inde veritati proximum cũ Seneca, ait, qui bene diſtinguendi rationem tenet, vt relatum apud Sali. legitur in l. filię cuius num. 5. ver. expeditis gloſis. C. famil. her. Idcirco antequam ad tractatus huius nunciationis noui operis interpretationem diſcuſſionemve aggrediamur. partes eius præcipuas diſtinguendas cenſui. Ita vt ex diuiſione ipſa partiũ, ſenſus atq; cognitio iuris huius vniuerſi de nunciatione noui operis, per ſũmam quando veluti compendiariam habeatur, Cæterum quo facilius atq; cõmodius, vtiliusve partes aſſequi quaſq; liceat. In partibus ipſis ſingulis diſponendis ad leges. Doc. quæ teſtimonia auditorem, lectorem ve candidum ita deducemus, vt negocio vel breui, nulloque docente, ad traditionis totius diſciplinam perueniat. Pro re nata tamẽ in partibus etiam nonnullis diſcuſſionem adhibendam cenſui.

Meminiſſe igitur debemus, ex partibus vndecim. pręcipuis tractatus huius interpretationem conſiſtere
2 A defin tione prima incipit, quid † operis noui nunciatio ſit. Id quippe non denotat, quod vulgatior pronunciandi modus habet, vt opus nouum fieri ei nuncietur, aut nouũ is opus fieri admoneatur, à quo aut mandato cuius id fit. Quis enim rei huius, atque autor ipſe operis certior. l. 1. in fi. ff. de actio. empt. regula eum qui certus lib. 6. vnde ſenſum alium verbum hoc nunciare in ſpecie controuerſa obtinet, ad prohibitionem enim, aut contradictionẽ ſpectat, vt eo pertineat. Nuncio tibi nouum opus. Ideſt denuncio & admoneo, ne opus hoc facias, & ius eius faciendi non eſſe, ſcire te volo. Idque ex Hoſti. in ſumma titu. huius percipitur. Qui nihil aliud nunciationem, atque prohibitionem eſſe ait, quæ in præiudicium alienum ædificanti, legitime fit. Idque ex glo. perſpicacius intuentibus percipitur in l. de pupillo §. meminiſſe in ver. manum & in ver. poſſeſſorem. inf. eo. Quam glo. pro ſententia hac Bar. obſeruat in conſi. 64. nu. 3. vt aliud Ripæ viſum ſit in d. §. meminiſſe nu. 4. & nu. 32. Qui Bar. mentione in d. conſi. non facta, inter nunciationem differre atque prohibitionem putat. Sed enim quo ſimplex nunciatio, ſi prohibitionem non habet, vel quorſum prohibitioni nunciationem accedere.

Iã prohibitionis ſenſum in nunciatione eſſe, ex tex. noſtro oſtenditur in §. nunciamus. in l. ſi opus nouum. & in l. non ſolum. §. morte. ibi ius prohibendi finitur. infra eo. in c. ſignificantibus. Ibi eis prohibentius. extra eo. tit. Neque reſponſio Ripæ mouet. prohibitionem hanc ex ſignificantia verbi non fieri. verum quia prouocationis ad iudicium, vicem nunciatio ſuſtinet, vt infra ea. l. §. & poſt operis. Appellatione planè pendere, noui quicquam non fieri, palam eſt to. titu. infra nil inno. appella. penden. c. bonæ memoriæ extra de appella. Conſequenter perinde vt in attentatis prohibitionem in nunciatione verſari. Quoniam negatur, litis aut appellationis pendentis vice, nunciationem eſſe, ita vt innouandi aut attentandi ius idcirco non ſit, quod lis veluti aut appellatio ob nunciationem ipſam pendeat. Nulla quippe litis, aut appellationis ſpecies, cum ſine iudice, lapilli iactu nunciatio fit. Neque
3 tex. mutat † in d. §. & poſt operis. Immo enim Ripæ obſtat. & in eum regeritur, cum ait, poſt nunciationẽ ipſam prætoriæ iuriſditioni litigatores ſe committere. Ergo ante commiſſionem apud prætorem exerceri lis non dicitur. Rurſus contraria Ripæ glo. ibi eſt in verbo committunt, quæ tex. exponit, ideſt committere poſſunt. Sic à voluntate litigatorum pendere rem ſentit. At enim in arbitrio litigatorum res non eſſet, ſi poteſtatem appellationis per legem ipſam nunciatio habeat. Iam actum extraiudicialem nunciationem haberi Bar. ſcribit infra ea. l. §. fi. nu. 2. Caſtren. in l. de pupillo. §. qui procuratorio nu. 2 in fi. infra eo. & ea. l. Iaſ. in §. ſi quis ipſi prætori. nu. 1. in prin. ſed & prouocationi libellove ſimilem nunciationem non eſſe. Iaſ. hic ſcribit. col. 1. circa med.

Secundò ad argumentum Ripæ reſpondetur. ſpeciem magis verbi, quam effectum eius à Ripa expendi, vt pro teſtatione ſeu denunciatione ſimplici nunciatio accipiatur. Ita vt proteſtationem quandam exprimat. Opus à te nouum fieri proteſter, & denuncio. Sed enim quid emolumenti id genus allatura proteſtatio erit. Si prohibitionem à verbis excludimus. Vnde cum niſi prohibendi cauſa nunciatio nõ fiat. Cau
4 ſam ipſam nunciandi ſpectari, † magis quam vocabulum ipſum nunciationis conuenit. l. 2. §. fi. ibique Bar. ff. ſi quis cautio. l. naturalis. §. quod ſi faciam. ff. de præſcrip. verb. l. non omne infra de ſtatulib. vbi id ſpectandum habetur, propter quod quid fit, aut quod quid ordinatur.

Tertio ipſi ſibi contradicere in d. §. meminiſſe Ripa videtur. qui nu. 7. verſi. ego aliter reſpondeo. ad finem prohibendi nunciantis ſpectare intentionem ſcribit. Ab animo igitur nunciantis, qui ex nunciatione declaratur, non ex pendentia litis vlla prohibitionem hanc induci vel Ripa ipſo autore, dicemus.

5 Quartò nihil inter † nunciationem & prohibitionẽ diſtare. in d. §. meminiſſe Bar. ſcribit num. 6. Quocum Doct. frequentius conſentire Ripa ibi ipſe teſtatur. nu. 32. ita ſecum eum pugnare non obſcurè inuenitur.

Pars ſecunda præceptionis huius de nunciatione noui operis, ad modum nunciandi ſpectat. Quibus modis ad rem aut vſum deduci nunciatio debeat. De qua re in d. §. meminiſſe. glo. Doct. quæ præcipiunt in verſi.

Digitized by Google

ver.manum. Ibique traditur an verba nunciatio expoſtulet, quæ iactu lapilli fit. An ſatis iactus ipſe lapilli habeatur, & verba exquiri. glo. ibi Barto. & alijs placet, quamuis opinionem hanc receptam Ripa ibi vellicet nume. 27.

6 Quæritur ſecundo in d.§. meminiſſe. vtrum † perſonaliter fieri nunciatio poſſit. Hoc eſt perſona expreſſa, cui fit. vt puta prohibeo, aut nuncio tibi ne ædifices. An concipi imperſonaliter debeat. Opus nouum nuncio. Vel opus nouum fieri, aut ædificari prohibeo. In quibus verbis perſonæ vllius mentio non fit, & quidem inutilem nunciationem non eſſe, quæ perſonaliter fit. glo. ibi ſcribit in ver. poſſeſſorem. Quã ſententiam crebriorem aduerſus Bart. eſſe, Ripa ibi teſtatur num. 33. Pro qua ſententia tex. citantur in l. non ſolum. §. ſi cum poſſem infra eo. in d.l. de pupillo. § qui opus. in l. aut qui aliter. §. ſi quis cum. Ibi ne faceret. infra quod vi aut clam.

In q. hac melior Caſtren. præceptio videtur in l. prætor in prin. infra eodem. firmitatem quidem in nunciatione eſſe, quæ perſonæ certæ fit. Cæterum niſi eius, cui fit, perſonam nnnciatione non teneri. Alium porrò, qui nominatus in nunciatione non eſt, nunciatione non affici. ſucceſſorem ſingularem puta. Quod ſecus in nunciatione eſt imperſonaliter facta. vtpotè quæ pro reali habetur. Atque ideo rei poſſeſſorem ſequitur. Quamuis diſtinctionẽ hanc Caſtren. in d.§. meminiſſe Ripa mordeat nu. 33.

Tertiò non modo lapilli emiſſione, ſed & per prætorem nunciandi ius eſt, prætorem videlicet adeundo, qui opus fieri nouum vetet. d.§. meminiſſe.

7 Quartò verborum etiam tenus † nnnciare conceditur. Idque vel imperſonaliter, opus nouum nuncio, aut fieri prohibeo, vel ædificari prohibeo, vel perſonaliter, nuncio, aut prohibeo ne ædifices. De modis his nunciandi Ruin etiam hic meminit nu. 32.

In qua re Ripæ error adnotandus in d.§. meminiſſe num. 34. Cui viſum eſt, neceſſariam nunciationem hanc verbo ſimplici, tum eſſe, cum in ſuo quis opus facit. vnde in ſolum aut ædificium nunciantis immiſſio quidem non fit. verum vſus ipſe ei nociturus operis noui erit. fumus puta, aut fœtor aliquis. Ibi enim neque lapilli obiecta, neque prætoris opera nunciandi ius eſſe. Id quia cum nihil in alienum immittatur, fruſtra prohiberi, quod non fit. Qui Ripæ ſenſus glo. & Doc. ibi refragatur. à quibus neceſſaria verbum pro vtili exponitur. In qua expoſitione, & lapilli iactum, & prætoris inhibitionem non obſcurè. glo. cum Docto. admittunt.

Neque Ripæ argumentum monet, fruſtra per lapilli iactum, ant prætoris interuentum id prohiberi, quod non fit, aut non immittitur. Quoniam ratione hac admiſſa, nec per nunciationem, quæ verbo ſimplici fit, prohiberi opus poterit. Vnde aut prohibitionis effectum ſequi ex nũciatione verbali admittimus,
8 aut negamus. Siquidem † prohibitionẽ admittimus, abſurda prorſus res ſequitur, vt fortior ad prohibendum, nunciatio ſit, quæ verbis, quam quæ facto ipſo lapillum emittendo, aut per prætorem peragitur. Cũ potentius verbis haud dubiè factum æſtimetur. l. ſcire leges. ff. de ll. l. ſi inſtituta. §. 1. ff. de inoffi. teſtam. l. fin. ff. de diuor. & alia, de quibus in reſponſo pro Genero num. 176. verſi. inde dicimus. Rurſus rationis exagitat, pluris aliquid in priuato nunciante, quam in prætoris inhibitione eſſe. l. non eſt ſingulis infra de regu. iuris. & quæ de calore iudicij poſteriores tradunt in rubri. infra de verbo. oblig. Si autem prohibitionem ineſſe in nunciatione non dicimus, quæ verborum tenus fit. Inutilis haud dubiè futura nunciatio erit. At enim
9 † remedia inania lex non proſpicit. l. 1. §. dixeſit aliquis infra de publican. l. non cogendum in fin. ff. de procur. l. hæc ſtipulatio. §. diuus. ff. vt lega. nomi. cauea. c. 2. de probatio. Apparet ex his, caſus diuerſos à Ripa fieri, ratione diuerſitatis vlla non expreſſa contra text. in l. 1. §. quod vulgo infra de vi & vi arma. Bart. & alij in l. 4. §. Cato in 9. oppoſi. infra de verbo. oblig. & alia, de quibus in rubri. ſupra eo. num. 521.

10 Quæſtio in parte hac † ſecunda incurrit, cauſæ ne expreſſionem nunciatio exquirat. De quo apud glo. hic in ver. per nunciationem. Bart. & alios in 2. quæſt. Ruin. nu. 52. Caſtren infra ea. l. §. nunc videamus. Bar. in d. conſi. 64. nu. 2.

In qua ſpecie pro regula traditur, exprimendã cauſam nõ aliter eſſe, niſi petitum ſit. De quo locupletius infra nu. 202. Quo caſu in ſpecie exprimi eam oportere, Aliter impunè nunciationem ſperni in d.§. nunc videamus Caſtren. ſcribit. Idem ait, ſi falſa cauſa euidenter appareat, vt impune, & tunc neglectui habeat.

Locum concluſio non habet, vbicunque in publico quiſpiam ædificat. Ibi enim cauſa in nunciatione, nunciato etiam non poſtulante, inſerenda, ideſt, quia contra l. facit. Id declarando, quomodo contra. l. facit. Bart. in d. conſi. 64. per tex. infra ea. l. §. nunciatio & in d. l. non ſolum §. ſi cum poſſem infra eodem. Ibiq; glo. in ver. in loco publico. Rationem diuerſitatis inter eum, qui in ſolo priuatè & publicè ædificat. Bart. affert. Quoniam in loco priuato ædificanti neque lex adſiſtit, neque reſiſtit. Quod ſecus in eo eſt, qui in ſolo publico ædificat. Cum eo enim iuris præſumptio facit.

Rationem hanc Bart. Ruin. hic impugnat num. 55. Econtrario enim ſecundum eum, dicendum videtur, potius cauſam non exprimendam, vbi in ſolo publi-
11 co, quam vbi in priuato ædificatur. Quoniam † in publico ædificanti expreſſim lex reſiſtit. l. fideicommiſſa. §. ſi quis illicitè cum glo. ff. de lega. 3. l. prætor §. hoc autem interdictum infra eo. toto titu. infra ne quid in loco publi. maximè in l. 2. in prin. Itaque ſi exprimẽnda cauſa tum non eſt, cum in priuato ſolo ædificatur, niſi ſi pars petit. Longè minus vbi in ſolo publico ędificatur, quo caſu præſumptio maior cum nunciante facit, & ædificanti ipſi lex reſiſtit. Atq; cauſam ipſam reſiſtentiæ inſitam nunciatio habet. Aliter etiam præter Rui. rationem ſuam Bart. patitur, quod imo cum priuato præſumptio iuris facit, in ſolo ſuo ædificat. l. altius. C. de ſeruitu. ita recta Bart. ratio non eſt, priuato legem neque adſiſtere, neque reſiſtere, quòd niſi in alieno opus ædificium fit, reſiſtere etiam. l. videtur. Quo maior admiratio fit, quomodo iuris præſumptionem cum ædificante facere ſcriptum Barto. reliquerit.

Neque text. monere à Bart. relatos Ruin. ait in d. §. nunciatio infra ea. l. & in d. l. nõ ſolum. §. ſi cum poſſem, quia cautum in eis non eſt, cauſam iſtam enarrandam, namque & ſi maximè ea ratione nunciandi jus permittant, quòd contra ll. ædificium fit. Cauſam ipſam tamen exprimendam non iubent. Imo enim cum à iure cauſa ipſa pendeat, quod certum ſemper eſt. l. ornamentorum. ff. de auro & arg. lega. ſuperuacua videtur cauſæ huius expreſſio. Qua ratione fruſtra ad poſitionem iuris reſponderi Bar. alijque tradunt in l. 1. ff. ſi cer. pet. Barto. tamen opinionem ratione alia Ruin. confirmat, quod vbi in ſolo publico ædificatur, nomine alieno ideſt, reipublicæ, nunciatio fit. Cauſa alia eſt, cum in ſolo priuato opus fit. Ibi enim nomine ſuo & ob vtilitatem ſuam quis nunciat. Quocirca maiorem cum eo præſumptionem facere, qui nomine ſuo, quam alieno quid agit. Idq; ex eo iuuat, quod
12 vbi † remiſſionem nunciationis is poſtulat, qui in priuato ædificat, ſatis ab eo dari oportet, neque cautio ſatis ſimplex eſt. d. l. prætor. §. deinde. Quod aliter in eo eſt, qui in publico ædificat. Ibi enim cautio admitti ſimplex ſolet. d. §. nunciatio verſic. quod ſi quis in mari. infra ea. l. citari tex. debuit in d. l. non ſolum. §. ſi

cum

Digitized by Google

cum poſſem infra eo. De quo inferius etiam nu. 210.
Bar. mihi probari ſententia non poteſt, vt pluris ali-
quid ei detur, qui lege reſiſtente, ædificat, quam ei, cui
lex non reſiſtit, quamuis non adſiſtat. Paruique Ruini
ratio facienda, nomine alieno nunciari, cum in ſolo
publico opus fit. Quia non minus ob id ædificanti lex
reſiſtit, & niſi caſus diuerſos in ratione hac Ruin. non
facit, ratione diuerſitatis vlla non reddita. l. illud. ff. ad
l. Aquil. quin etiam rationem hanc diuerſitatis Ruin.
13 patitur cum fauore maiore digna † nunciatio videa-
tur, quæ vtilitatis publicæ, quam quæ priuatæ cauſa
fit, vt infra ea. l. §. ſi quis riuos. Ibique Caſtren. nu. 2. in
fi poſt glo. in ver. ſecuritatis. l. qua actione. §. Labeo. ff.
pro ſocio. l. munerum. §. item Epiſcopi. Ibique no. in-
fra de muner. & honor. l. vni. §. fi. C. de cadu. tollen.

Secundò nunciatio in ſolo publico fieri non ſolum
propter vtilitatem publicam, ſed & priuatam nun-
ciantis poteſt. Quid enim ſi ædes ſolo publico vicinas
nunciator habet, damnum quibus contingere ex ope
re nouo poſſit, quod in ſolo publico fit. Quo caſu ſa-
tis nuda cautio ad nunciationem remittendam non
eſt glo. in l. prætor. §. hoc autem interdictum in glo.
magna in fi. infra eodem. Bart. & Imola in d. l. non ſo-
lum. §. ſi cum poſſem. nu. 4. infra eo. ita impedimentū
aut prohibitio in loco publico ædificandi verſari du-
plex poteſt, publici priuatique iuris tuendi cauſa. Quo
circa priuilegiariam nunciationem hanc eſſe potius
conuenit, quæ in ſolo publico fit, quod ad cauſam de
clarandam attinet. Tantum abeſt, vt deterior eius eſſe
conditio debeat.

Non obſtat, deteriorem reipublicæ, quam priuato-
14 tum cauſam in nunciatione † remittenda eſſe. d. l. nō
ſolum. §. ſi cum poſſem. Quoniam ex diuerſis Ruin.
argumentatur. hoc eſt à remiſſione impetranda ad nū
ciationem euertendam. In quibus ratio diuerſa con-
ſtat. Locum enim id tum deniq; obtinet, ſi nunciantis
priuatimque non intereſt, quoniam vbi ſua priuatim
refert, ſatis & tunc dandum ante oſtendimus. Itaque
cum publicè ſolummodo, non etiam nunciatoris re
fert. ſatis ad remiſſionem viſa repromiſſio eſt. cum
difficilis operis noui demolitio in re ipſa publica non
ſit. Cui operis autor reſiſtere non ſimiliter, vt nuncia-
tori priuato poterit. Rurſus cum tanti nunciatoris
in ſolo publico, quanti in priuato non interſit, repro-
miſſione contenta lex fuit. Ratio multo alia cauſæ in
nunciatione exprimendæ eſt. Quoniam ſi neceſſariā
15 † eam nunciato etiam non petente, dicimus. Ad irri-
tum, cauſa omiſſa, nunciatio deducitur. Quo circa
plenius in re hac conſulendum reipublicæ fuit cum in
utilia ius ſpernat. l. non cogendum in fi. ff. de procura.
l. ſi prætor in prin. ff. de iudi. l. 3. ff. de mili. teſtam. l. 1. ibi
ſi enim teſtator. C. com. de lega. Itaque non rectè ar-
gumento hoc Ruin. vtitur. Repromiſſione ſola citra
fideiuſſionem, nunciationem remitti lex concedit, vn
de actus vicium, aut interitus non ſequitur, & vnde di
ſpendij quicquam reſpublica, aut nunciator nō ſubit.
Ergo tantundem probandum, & in cauſa exprimen-
da erit, vt cauſam nunciandi dici, parte etiam non exi
gente, oporteat. l. fin. ff. de calum. l. Papinianus exuli. ff.
de minor. l. interpoſitas. C. de tranſactio. De reſponſio
ne hac inferius etiam memoria habetur nu. 214. verſi.
neque mouet. Conſequenter his dicendum. cauſæ ne-
ceſſitatem exprimendæ, quæ petita non eſt, & in nun-
ciatione remitti, quæ ſoli nomine publici fit.

Et quæ ſcripta hic de nunciatione ſunt, quæ in loco
publico ſeu ob opus nouum adhibetur, quod in ſolo
16 publico fit. ad † locum publicum ſtrictim pertinet,
qui vniuerſitatis cuius dicitur, de quo in l. in tantum.
§. 1. ff. de rerum diui. §. vniuerſitatis inſtit. eo. titu. Cau
ſa alia ſoli eſt, quod publicum generaliter hoc eſt po-
pulis omnibus eſt, quale littus maris habetur. l. 2. & ll.
duabus ſeq. ff. eo. titu. de rerum diui. §. littorum inſtit.
eo. titu. l. quod in littore infra de acqui. rerum domi.
Immo enim commune prope animantium omniū
iure ipſo naturali littus videtur. Atque ideo ius cuiq;
eſt, pro arbitrio in eo opus, inſulaſque moliendi. Dū
citra iniuriam tamen prioris id ædificij fiat, vt in locis
memoratis habetur. Vnde cum ædificium quiſpiam
in littore maris ponit, ſi opus ei nouum nunciatur,
quia iuris cum eo præſumptio facit, & nunciatori re-
17 ſiſtit. Cauſam † exprimendam, quamuis petita non
ſit, exiſtimem. Id quia cum niſi in caſu vno opus no-
uum prohiberi in littore non poſſit, firmitatem prohi
bitio habere non aliter poteſt, atque ſi cauſa expreſſa
in ea ſit Innoc. in c. prętere a de dila. Bar. in l. 2. ff. ſi quis
in ius voca. non ierit. Iaſ. in l. fin. num. 5. C. de procura.
Crot. in l. filiuſfamilias. §. diui nu. 105. ff. de leg. 1. 1. glo.
huc accedit in c. Romana. §. ſin autem in glo. fi. de ap-
pella. lib. 6. Cauſam in appellatione à ſententia defini
nitiua enarrandam, quotiens permiſſa appellatio niſi
in caſu quo ſpeciali non eſt. De quo etiam apud Abb.
in c. conſuluit. 3. de appella. & alia in reſpon. noſtro
pro Genero aggregata nu. 196. latius & ſitè magis. nu.
386. col. 4. dicti nu. verſi. hoc ita admiſſo. & col. pluri-
bus ſeq. & apud indicem reſpon. in ver. cauſam in ſpe-
cie. l. Quibus Mathesilla adſuitur nota. 19. nota quòd
ſententia interlocutoria. Fely. in c. 1. col. 3. verſi. Limi-
ta vt dicam infra de re iudi. Atq; in ſpecie nunciatio-
nis huius, quæ in littore maris fit, ita Ruin. hic obſer-
uat nu. 58. Qui calumnioſam atque ideo ſpernēdam
nunciationem hoc genus putat cauſa nulla expreſſa
factam.

Limitationem geminam ex prędictis cōcluſio ad-
18 mittit, de qua in q. in parte hac ſecunda † propoſita,
vtrum cauſam exprimi in nunciatione oporteat. Cō
cluſio enim tradita, neceſſariam cauſæ expreſſionem
regulariter non eſſe. Limitatio adiecta, cum à nuncia
to petitur. Cauſa eadem teſtis Bald. in l. ſolam circa
prin. C. de teſti. Limitatio altera, accommodata, ne in
ſolo publico obtineat, ex glo. in d. l. non ſolum. §. ſi cū
poſſem. in ver. in loco publico. Bar. in d. conſi. 64. nu.
2. quo cum & Ruin. hic ſentire diximus nu. 54. & plu-
ribus ſeq. quamuis Bart. primam opinionem oppu-
gnet. Sed enim improbatam opinionem, & limita-
tionem hanc habemus. Difficilem tamen in iudicij
contra glo. Bart. & Ruinum victoriam futuram non
me latet.

Limitatio tertia à Caſtren. hic ſubijcitur, ne locum
habeat, vbicunque apud nunciatum poſſeſſio eſt, poſ-
ſeſſio inquam non modo ſoli, in quo opus extruitur,
ſed & quaſi poſſeſſio libertatis, ne ſeruitutem nuncia-
tori, aut ædibus eius ſolum nunciati debeat. Ibi enim
rationis non videtur, in poſſeſſione ſua vel quaſi turba
19 tionem eum pati. Turbatio † porrò nō ſolum facto,
ſed & verbis fit. Cum ius cui ædificandi non eſſe, ad-
uerſarius contendit. l. ſi prius. Ibique Bar. in quinta op
poſi. primæ partis. nu. 3. infra eo. l. ſi duo. § 2. infra vti
poſſid. Conſequenter his dicendum, cauſæ tunc neceſ
ſariam expreſſionem eſſe. De limitatione hac Caſtrē.
mentio apud Alex & Ruinum hic fit. Sed enim vel
parci, aut imperfecti Caſtren. commentarij in Codice
meo ſunt, vel ſcripta alia Caſtren. typis non excuſſa
Alexandro, Ruinove erant. verbum quippe de limita
tione hac in Codice meo Caſtren. non facit.

A limitatione hac Alex. & Ruin. hic diſſentiunt, &
quamuis rationes Alex. Ruin. impugnet. Attamen
eadem Ruini ratio, qua Caſtren. damnat, atque Alex.
videtur. Præterea & ſi maximè in quaſi poſſeſſione li-
bertatis nunciatus ſit. Reijci tamen nunciationem nō
oportet. In qua petitorium vertitur. Siquidem caſi-
bus non paucis exceptionem petitorij poſſeſſorium
patitur. Vnde apud iudicem videndum, iuſta necne
nunciatio fuerit, & ſiquidem in poſſeſſione ſua nun-
ciatum defendendum petitorio amoto, iudex cogno
uerit.

Digitized by Google

uerit. Tum vero remiſſio facienda nunciationis erit. Interea planè, iuſta vel non nunciatio ſit, contemni eam non decet.

20 Quæſtio altera in parte hanc ſecunda vertitur.† An in re præſenti fieri nunciatio debeat, quod vulgo dictitant, ſuper loco loci. De quo apud glo.& Caſtren. inf. ea.l.§.1.in ver.tranſeundum. Caſtren in d.l.de pupillo §.nunciationem nu.2.verſi.in tertio & vltimo caſu.& nu.4.in l.ſi procurator in fin.& in l.fin.num.2.infra eo. In qua ſpecie iure illo nos vti, vt rem præſentem eſſe oporteat, hoc eſt, quæ in præſentia, aut conſpectu partium ſit, in locis traditum commemoratus legitur. Indeque fieri Docto. ſcribunt, vt nihil fieri nunciatio poſſit, quæ extra facta rem ſit. Atque ideo interdicto locum demolitorio non eſſe, quod ex nunciatione cõpetit, vt opus deijciatur. De quo interdicto tex. meminit in d.l.prætor.§ 1.& §.nonnulli infra eo.in l.ſi alius. §.ait Iulianus infra quod vi aut clam.

Ampliatur ſententia hæc, vt ſatis non ſit, in re ipſa præſente nunciationem fieri, niſi ſi & in parte ipſa cõtrouerſa, in qua opus conſtruitur, nunciatio interponatur. verbi gratia cum ædes amplæ cui ſunt. In parte, qua aut angulo vlteriore operis quicquam noui facit. In angulo enim ipſo præſentique nunciandum poſt Ang.Caſtren. ſcribit in d.l.de pupillo. § nunciationem nu.4.per illum tex.verſi.quod ſi forte.

Limitationem concluſio hæc recipit, ne locum habeat, quotiens in re præſenti commodæ explicari nunciatio nequit. Ob locorum puta interuallum, vbi partes ipſæ commemorantur, atque opus fit. Ita vt conſultum nunciatori non ſit, ſi ad locum accedere neceſſe habeat, in quo opus fit. Quid enim ſi interea, dum eo concedit, ad exitum opus perducitur. Quo caſu per iudicem id, atque citra nuncij publici ad locum contro uerſum allegationem, exequi nunciationem conceditur ſatiſque tum erit, parti ipſi ædificanti apud iudicẽ nunciare. Eaque nunciatione non minus illico afficitur, atque ſi in re facta præſente ſit. d.l de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. ſecundum tertiam lecturam. Ibique Caſtren.nu.7. & idem Caſtren.in d. §. nunciationem. nume. 3.

Sed verbum hoc ſtatim, vt ſtatim nũciatio afficiat, quam facta apud prætorem eſt, cum temperamento accipiendum, vt exinde effectum nunciatio accipiat, ex quo fabris denunciari a domino potuit, pleriſque viſum in d.§.nunciationem Caſtren. refert nu.3.verſi. vel dic. qua opinione admiſſa, tuta limitatio non videtur. Quoniam ſi ſpacium nunciato indulgetur, quo nunciationis admoneri opus facientes poſſint. Cur non in re præſente faciendam nũciationem dicimus. quandoquidem moræ periculum cauſari nunciatori non licet. Cum robur ante nunciatio non habeat, quam eo nunciatus proficiſci, aut allegare nuncium poſſit.

Quare ex arbitrio iudicis dirimendam rem putem. vt ſiquidem culpæ reum nunciatum cognouerit, à quo opus factum nouum ſit. effectum ſtatim nunciatio habeat. Culpa planè remota, rationis non videri, ſtatim quempiam nunciatione affici, vt demoliri opus cogatur, quod fide ab eo peractum bona ſit. vnde de iure ante partium cognoſcendum, quam executio ſeu demolitio fiat. Atque ideo effectum poſſeſſorij recuperandæ in caſu hoc nunciatio non habebit.

Limitatur ſecundo concluſio, ne ad interdictum 21 † pertineat, quod vi aut clam. Namque & ſi maximè locus interdicto demolitorio non ſit, quod ex nunciatione, & ædicto prætoris deſcendit, quotiens extra rem facta nunciatio eſt. Locus tamen interdicto erit, quod vi aut clam. Quoniam & ſi vigorem nunciatio non habet ritè minus atque extra rem facta, vim tamen ex denunciatione ſimplici nunciator patitur. Atque ideo interdictum ei, quod vi aut clam ex capite, primi quod vi datur. per quod operis demolitionem conſequitur cum reſtitutorium ſit, vt infra ea.l.§.1.Caſtren.no. poſt glo.ibi in ver.tranſeundum.& idem Caſtren.in d.l.de pupillo. §.nunciationem nu. 2. verſi.in tertio & vltimo caſu,& in d.l.ſi procurator in fi. idem vltra Caſtren.ex gl.probatur in l.aut qui aliter in prin. in ver.denunciat.infra quod vi aut clam. Bar.in d.l.de pupillo.§ ſi quis forte. & ea.l.lat.in §.ſi quis ipſi prætori num.18 in 14.q.Bar.in fi.q.

Sublimitationem aut declarationem limitatio hęc 22 ſecunda admittit, vt † locus interdicto huic quod vi aut clam non niſi patientiæ præſtandę ratione ſit. hoc eſt vt patiatur operis noui autor ædificij ipſum actoris, aut denunciatoris ſumptibus diſpendio planè ſuo reſtituendum id non erit. vtique ſi incognita ei nunciatio fuit, & facultatem inhibendi fabris non habuit. Caſtren.in d.§.nunciationem nu.2.in fi.quem tex.vna ſimul interpretatus cum ipſo.l.initio dę pupillo eſt.

23 Sublimitatur ſecundo vt niſi contra † nunciatum ipſum, cui extra rem facta nunciatio eſt, interdictum hoc non detur quod vi aut clam ſucceſſor planè interdictum hoc non patitur, vt Caſtren.ſcribit in d.l. fi. num.2. infra eo.per text. in l. vim facit.§.tamdiu infra quod vi aut clam.

Sed obſeruandum, ſiquidem ex capite, quod vi interdictum illud ſpectamus, quod vi aut clam, verum videri, in hæredem id & ſucceſſorem ſingularem non competere, qui nunciationis ignorans ædificauerit. Quo caſu tex.loquitur in d.l.vim facit.§.tamdiu. Cæterum quod ad caput clandeſtinitatis attinet. cur non hæres aut ſucceſſor teneatur, a quo ædificatum clam ſit hoc eſt aduerſario ignorante & non monito. Reſpondetur. cum de ſucceſſore verba facimus, neceſſario à defuncto, aut ab autore eius opus incoatum præſupponimus. vtrum ex facto autoris ſucceſſor teneatur. Namque ſi cœptum opus ab autore non ſit. & à ſucceſſore ipſo, cum eo tunc non vti ſucceſſore, verũ tanquam operis cauſa aut autore interdictum demolitorium exercetur. Itaque cum facta autori nunciatio licet non legitimè eſt, extra rem puta, nec ex capite, quod clam in ſucceſſorem permittendum interdictum videtur. Quomodo enim clam ædificare ſucceſſor dicetur, qui cœptum ab autore opus proſequitur. Clam enim inicij ratione intelligitur. Namque 24 cum de opere † nouo in ſpecie hac diſceptetur, nouũ ab eo fieri opus non dicitur, qui quod inſtitutum ab alio eſt, proſequitur.l.nam & ſeruius.§.ſi vnio.ff.de nego.geſt. c.in litteris.Ibique Anchar. de reſcrip. Bald.in l.meminiſſe.in fi ff.de offic.proconſ. & in conſi.428.ſi fideiuſſor in fi.lib.2.Deci.in conſi.251.col.2.in fi. Itaq; cum neque violentiæ, neque clandeſtinitatis accuſari ſucceſſor poſſit, qui ignarus nunciationis ſit autori factæ, rectum non videtur, interdicto eum quod vi aut clam adſtringi.

Conſequenter his dicendum, ex nunciatione id genus minus ritè, extra ſcilicet rem facta, interdictum demolitorium de nunciatione neque contra autorem neque in ſucceſſorem dari. Interdicto planè quod vi aut clam non niſi autorem teneri.

25 Sed obiecturus quiſpiam erit † fieri non poſſe, vt interdictum hoc quod vi aut clam generaliter atque ex capite vtroque nunciatus ipſe & operis autor patiatur. hoc eſt tam ob vim, quam ob clandeſtinitatem. Quomodo enim clandeſtinitatis vitium intelligi in eo poterit, cui facta nunciatio ſit. An non nunciante ſciente opus facit. Reſpondetur nihil prohibere, quo minus & poſt nunciationem ipſam clam opus fiat nũciatore puta abſente. Quid enim ſi prohibitione, aut nunciatione facta, ab opere nunciatus deſiſtit. Deinde nunciatore diſcedente, id proſequitur. Idque pro expe

dito

Digitized by Google

dito habere tex.videtur in l.ſi alius.§.ait Iulianus.infra quod vi aut clam, qui concurſum interdictorum admittit de nunciatione,& quod vi aut clam. ergo clandeſtinitatem,& poſt nunciationem neceſſario innuit. Cum generaliter id competere dicat,diſtinctione, aut reſtrictione vlla capitum non facta.

Sed enim niſi ex primo capite,quod vi,interdictum
hoc non competere quod vi aut clam, vbicunque facta nunciatio ritè vel non eſt. Caſtren. putat infra ea.
l.§. 1. in prin. Quæ à ratione aliena opinio non videtur, quòd impoſſibilis clandeſtinitas nunciatione, &
ſcientia nunciantis interueniente, videtur. Vnde vim
demum pati nunciator videtur. Neque mutat, clam
opus peragi poſtquã nunciator abijt,opus poſſe. Quo-
26 niam ſatis eſt, contra prohibitionem † id fieri. Quo
caſu hoc ipſo, quod prohibitioni nunciatus non paret, vim facere prohibenti creditur.l.1.§.quid ſit vi in
fra quod vi aut clam. & d.§. ait Iulianus. vim item facere intelligitur, qui alium in poſſeſſione turbat.l.ſi de
vi. Ibique glo. in prin. ff.de iudi.l.vim facit infra de vi
& vi arma.l. ?.§. eſt igitur infra vti poſſid. Caſtren. in
conſi.221. antequam veniens col.1.in fi.lib.2.

27 Conſequens declarationi huic Caſtren.fit † vbicunque cum interdicto de operis noui nunciatione concurſus admitti interdicti,quod vi aut clam ſolet.quod euenit, quoties legitimè interpoſita nunciatio eſt. d. l.ſi alius.§.ait Iulianus Caſtren.infra ea.l.§.1.in prin. & in d.l.fin.nu.2. infra eo. nonniſi ex priore capite quod vi,concurſum intelligi.

Conſequens ſecundo fit. cauſam eandem eſſe,quotienſcunque nunciatione ritè minus facta, interdictũ intenditur, quod vi aut clam. Ibi enim niſi ex capite priori,quod vi dari interdictum non poteſt,quatenus ibi intelligi clandeſtinitas non poteſt, vbi nunciatio, & ſcientia intercedit.

Conſequenter & tertio dicendum,ex vtroque capite coniunctim, quod vi & clam interdictum hæc nunquam permitti. Cum inuicem hæc non cohæreant,vi & clam fieri. Quomodo enim vim ſuſtinere is dicetur, quo clam & imprudenter quid fit. Rurſus cum vim quiſpiam ſuffert, quomodo clam eo acta res dicetur. Quocirca non ab re diſiunctim verba concepta interdicti ſunt, quod vi aut clam.

Conſequens quarto prædictis fit, quod expreſſum in d.l.ſi alius.§. ait Iulianus legitur, concurſum interdictorum admitti de nunciatione noui operis, & quod vi aut clam. reſtrictionem duplicem admittere. Prior reſtrictio, vt niſi ex capite priori quod vi, concurſus non obtineat. Altera reſtrictio & ipſa etiam neceſſaria, vt ad eum caſum tantummodo pertineat.quo firmitatem nunciatio habet. Ita vt interdictum ex ea demolitorium procedat. Quoniam ſi viribus defecta nunciatio ſit, vtpotè ritè minus adhibita,cum interdictum ex ea de nunciatione non competat, quomodo cum interdicto,quod non ſuppetit,concurſus alterius recipi interdicti poterit.

28 Conſequens quinto prædictis † fit. interdictum memoratum,quod vi aut clam.Præterquam in caſu vno ex capite ſecundo quod clam. non dari. Cum nunciatione vlla nõ facta,vtili vel inutili, opus clam nouum in ſolo alieno,aut ab alio poſſeſſo,vel contra ius alij debitum ſit. Siquidem, vti dictum nec ſemel eſt, vbi nunciatio qua legitima vel non, antecedit,clam opus fieri nouum nequit.

Si dixeris,quorſum indagatio & diſceptatio hæc,ex priori, an ex ſecundo capite interdictum competat, quod vi aut clam. Dum permiſſum id modo. Aut ex eo agendi licentia ſit. Reſpondetur. Inanem veſtigationem hanc propter libellorum formam non fieri. Quo planum fiat. ex quo capite concluſio deſumi libelli debeat. vis,an clandeſtinitatis. Rurſus probationem aliam caput vnum, atque alterum exigit. vtilitatem etiam explicatio hęc afferre propter ſcita,aut municipiorum leges poteſt. Quibus variè de vi & clandeſtini vicio circa pœnarum modum cõſtitui ius ſolet.

29 Apparet ex his, verum eſſe, quod † ſcriptum apud Caſtren.eſt in d. l. fin num. 2. infra eo. generale interdictum hoc quod vi aut clam eſſe. Contra ſpeciale id eſſe, quod ex nunciatione deſcendit. Generalitas enim inde dignoſcitur, quod vbicunque ex nunciatione interdictum oritur, quod fit, quotiens rata nunciatio habetur. Locus ibi & interdicto eſt quod vi aut clam, ex capite priori ſcilicet. At non ex diuerſo, interdictũ accommodari ex nunciatione ſolet,vbicunque interdictum ſuffragatur quod vi aut clam. Quid enim ſi vigore deſtituta nunciatio,aut interpoſita prorſus non ſit. Ad hæc caſus incurrunt, in quibus adminiculum nunciationis ſilet. & præſto interdictum,quod vi aut clam eſt, vt apud Caſtren. infra ea.l.§. opus nouum num.4.in fin.

30 Sed dicturus quiſpiam erit. quid † compendij allaturus concurſus iſte interdictorum erit ex nunciatione, & quod vi aut clam. An non conſultum actori ſatis per alterum erit. Quorſum remedia racioſa inducere. l.1.§.dixerit aliquis infra de publica. Reſpondetur, infructuoſam remediorum pluralitatem propter exceptionem rei iudicatę non eſſe, vt qui victus in vno eſt, ad alterum ſe conferat. Cui exceptio obſtatura rei iudi. non erit. Quid enim ſi ab interdicto ex nunciatione idcirco ſubmotus actor ſit, quòd irrita nunciatio, vel remiſſa alias iure ipſo erat eſſet. An non bono ei futurum interdictum erit,quod vi aut clam, quod exceptione repelli rei iudicatæ non poterit cum actione alia,& ex cauſa diuerſa agatur.l.habebat.ff de inſtitor. l.quod in hæredem.§.eligere.ff.de tribu.l. Bebius in fi. ff.de pact.dotal.l.cum quæritur cum ll.duabus ſeq. infra de excep.rei iudi.Soci. in conſi.18.nu.43. verſi.tertio in proprijs terminis lib.1. Deci.in conſi.445. num. 43. Boeri. q.43. num.9. circa med. & ita vtilitatem in pluralitate remediorum,aut actionum Soci.obſeruat in rubri.infra de verb. obli.nu.18. poſt prin. ſeu col.7. circa fin.verſi. & ad illud,quod non expedit. Quocum Soci.iun.conſentit in conſi.65.num.69. lib.1.in conſi. 84.num.37.lib.2.Signorol.huc ſpectat in conſi. 10 nu. 4.circa fi.& in ſpecie q.controuerſæ vltra Docto. memoratos,ex tex. vtilitas hæc oſtenditur in l. ſciendum infrà eo. vbi quamuis ſententiam actor in interdicto de operis noui nunciatione patiatur,incolumes tamẽ actiones aliæ manent, quæ ob eam rem competunt. confeſſoria puta, aut negatoria ſecundum glo. ibi.vel interdictum vti poſſidetis,vt Caſtren.ibi ſcribit.& quãuis de interdicto quod vi aut clam. non loquantur, ratio tamen eadem & in eo contingit. Diſcuſſionem tamen longiorem vtilitas hæc poſcit, cum actione alia ob eandem rem ad finem, aut effectum eundem agitur vera tamen in ſpecie controuerſa vtilitas habetur. Id quia ratio in nouo diuerſa remedio inuenitur, vt in d.l.ſciendum apud Caſtren.

Differentiæ ex prædictis inter hæc interdicta apparent de operis noui nunciatione, & quod vi aut clam.
Ideſt generale hoc, ſpeciale illud eſſe. Atque ideo ple-
nius per hoc, quod vi aut clam, atque per illud con-
31 ſuli,quod ex nunciatione deſcendit. & quia cum † lo-
cum ſemper nunciandi ius non habeat,remedium ta-
men ex interdicto defuturum non erit, quod vi aut
clam. vt in d. §. opus nouum Caſtren. ſcribit nu. 4.in
fi. & expreſſius Iaſ.infra ea.l.§. hoc autem ædictum.2.
Idque aliter à Bologni. declaratur in l. qui viam num.
64.verſi.ex quibus elicio.infra eo.Interdictum de nun
ciatione niſi ad demoliendum non competere.Inter-
dictum planè quod vi aut clam. ad deſiſtẽdum etiam
accommodari veluti cum arbores quis incidit, vt cæ-

dere

Digitized by Google

dere deſinat. Namque vbi ſuccisæ ſunt. fruſtra ob demolitionem interdictum intenditur. Cum reſtitutionem res neſciat.d.l.ſi alius.§.notauimus infra quod vi aut clam. Sed enim & prohibitorium interdictum de nunciatione eſſe, ne operis proſecutio fiat, inferius declaratur nu.43.

32 Differentia, & alia † ex ſublimitatione decerpitur, quod ſucceſſorem interdictum, quod vi aut clam nō apprahendit.d.l.vim facit.§. tamdiu infra quod vi aut clam. Cauſa alia interdicti ex nunciatione eſt. Quæ vti realis poſſeſſores omnes ſequitur.d.l.fi.Ibique Caſtrē. nu.2.infra eo. Differentiæ huius afferri ratio poteſt, ꝙ vbi interdictum ſolum, quod vi aut clam competit, neque cum interdicto de nunciatione concurrit. Aut caput primum quod vi, aut ſecundū quod clam ſpectamus. Si primum, prohibitionem extra rem atque ideo perſonæ tantummodo factam neceſſario præſupponimus. Quoniam ſi facta in re præſente ſit, vtique concurſus interueniret. Atque ideo reale interdictum ex nunciatione eſſet. Vnde cum niſi perſonæ facta prohibitio non ſit, perſonalis habetur, ea quæ de cauſa perſonam non egreditur. l. idem in duobus. §.perſonale.ff.de pactis.l. pen. ff.de ſeruit.ruſti.prædio. l.vſus aquæ.ff.de vſu & habita.l.quia perſonale.ff.ſolu. mat.l.priuilegia infra de reg.iuris. Quam rationem expendere tex. videtur in d §. tamdiu. qui in ſucceſſore prohiberi loquitur tam ſingulari, quam vniuerſali. Ita perſonalem prohibitionem obſeruat. Idque expreſſius Bar.& Imola oſtendunt in d. l fi. Si autem caput ſecundum interdicti quod clam, inſpicimus. ad illud accommodari tex. non poteſt in d. §. tamdiu. qui in opere nouo loquitur, quod à ſucceſſore fit. Conſequēter vtrum ex facto autoris teneatur. hoc eſt ex prohibitione autori facta, cum opus poſt eam à ſucceſſore ipſo fit. Ad quem prohibitionem non ambulare diximus, vtpotè perſonalem. In vitio planè clandeſtini, vbi prohibitio vlla facta autori non eſt, vt à ſucceſſore opus fit, quæſtio contingere non poteſt. vtrum ex facto autoris teneatur. non ex capite quod vi, prohibitione vlla non facta, & quæ conſiderari in capite, ꝙ clam nequit. non ex capite quod clam. quia clā quicquam factum ab autore non eſt. cum à ſucceſſore ipſo opus factum in d.§.tamdiu. expreſſum ſit. Quo circa ex facto tum ſuo clandeſtino ſucceſſor, non quaſi ſucceſſor, verum vti autor, atque principalis tenetur.

Conſequenter his dicendum, veram differentiam inter interdicta hæc de nunciatione, & quod vi aut clā videri, quia reale illud, perſonale hoc videtur.

33 Sed obſeruandum, modum hic † non facilem incidere. Eo enim caſu Caſtren. loquitur, quo ex nunciatione non legitimè facta interdictum, quod vi aut clā ex capite primo datur, non niſi in prohibitum id non competere, neque ſucceſſorem eo adſtringi, cum perſonalis prohibitio fuerit. Quid ſi clam opus factum, & deinde alienata res ab autore ſit. Vtrum perſonale, & hic interdictum hoc habeatur. Generaliter enim ſentire Caſtren. videtur, perſonale interdictum hoc eſtimari. Sed contrarius opinioni huic tex. videtur in l.1. §. pen. infra de interdic. qui in rem ſcripta interdicta aſſerit. Idque locum tam actiuè quam paſſiuè habere, vt ſucceſſoribus ſingularibus, & contra eos dentur. Iaſ. ſcribit in l.prætor. §. hoc interdictum infra eo.

Secundò contraria opinioni Caſtren. in d.l.fin. nu. 2.infra eo. glo.ibi videtur in ver.dominus. quæ ius idē interdictorum de nunciatione, & quod vi aut clam, quoad ſucceſſorem eſſe exiſtimat. hoc eſt, vt patientię operis reſtituendi in vtroque ſucceſſor teneatur. Neq; tex. obſtare in d. l. vim facit. §. tamdiu. quoniam ad impenſam reſtringi demolitionis debet. Quam ſententiam Caſtren. ipſe agnoſcit infra ea.l.§.opus nouū in fi.Ibique differentiam hanc inter interdicta hæc, vt reale vnum, perſonale alterum ſit, expreſſim Caſtren. damnat. Idque ex tex. oſtenditur in l. competit. in vltimis verbis infra, quod vi aut clam, vbi poſſeſſorem omnem patientiæ reſtituendi obligari tex. ait, quamuis à poſſeſſore ipſo factum opus non ſit.

Controuerſiam hanc caſuum aliquorum ſedandā
34 diſtinctioni cenſui. Primus caſus. † Cum nunciatio in re præſenti adhibita legitimè eſt, & ea neglecta, nunciatus ædificauit. Quo caſu concurſum admitti interdictorum diximus de nunciatione, & quod vi aut clā ex priori capite quod vi.d.l.ſi alius.§. ait Iulianus. Idq; non modo quantum ad patientiam, vt opus diruatur, ſed & quoad diſpendium, vt nunciati damno, aut pecunia deiectio operis fiat.l pen.ibique glo.& Doct. in ver.verſatur infra eo.l. competit. §.fi. infra quod vi aut clam.glo.in d.l.de pupillo.§. ſi plurium in ver. tenebuntur.Ibique Bar. nu.1. Caſtren.circa prin. & ea.l. Caſtren.in § nunciationem in prin.

35 Quod dictum de impenſis eſt, locum † ita habet, ſi per interdictum, operis diſſolutio petitur. Aliter atq; ſi actione confeſſoria, aut negatoria in quibus demolitio etiam ſecundario, aut in conſequentiam venit, quamuis principaliter declaratio ſeruitutis, aut libertatis poſtuletur, vt Caſtren.docet in d.l.prætor §.1. infra eo. in his enim rei damno euerti opus non debet. glo. in l ſtipulatio §.habet in ver. iudicatum. infra eo. Sed enim veram glo. ita Caſtren.ibi putat nu. 3. ſi cauſam quam iuſtam ædificandi nunciatus, aut aduerſarius habuit. Ibi enim expenſarum excuſari ob cauſam ædificandi iuſtam debet, non idem probandū, ſi cauſam quam ædificandi iuſtam nō habuit. Idem Caſtren. ſcribit infra ea.l. §.1.num. 4.in fi. & quæ in actionibus dicta confeſſoria, & negatoria ſint, ad interdictum etiā vti poſſidetis pertinent. In quo nonniſi in conſequentiam etiam, operis abolitionem venire, inferius declaratur. num.40.

Apparet ex dictis his glo. & Caſtren. durius cum autore operis noui ex interdictis de nunciatione, & quod vi aut clam, quam ex confeſſoria aut negatoria agi. Quoniam per interdicta non modo factum reſtitutionis operis, ſed & demolitionis impenſam reus præſtat. Neque diſpendij huius ob cauſam quam iuſtam excuſari reus ſolet. etiam ſi ædificandi ius verè competat. Quod aliter in confeſſoria, negatoriave ob
36 tinet. Cuius diuerſitatis † illa eſt ratio, quod executionem paratam interdicta hæc habent, vtpotè ad ſimilitudinem poſſeſſorij recuperandæ introducta, in quo ante omnia reſtitui ſpoliatum oportet. petitorij exceptione reiecta.d.l.prætor in prin. infra eo. ſignificāt ius in l.1.§.infra quod vi aut clam. Scitè Caſtren.infra eadem.l.§.ſed & ſi is in prin. Ripa in d.l.de pupillo.§ meminiſſe. num. 7. in tertia oppoſi. Ratio alia confeſſoriæ, & negatoriæ eſt. quæ ad petitorium ſpectant. neque executionem adeo paratam habent. Ea propter de iure partium in eis cognoſcitur. Atque ideo ſi cauſa qua iuſta ædificandi, aut operis noui faciendi in reo fuit, damno eum affici impenſæ non conuenit. Simili-
37 ter vt † in ſumptibus receptum litis eſt, quorum ob cauſam iuſtam litigandi, excuſari reus ſolet. l. qui ſolidum. §.etiam. Ibique Bar.ff.de lega.2.glo. & Doct.in l.3.§.ſi rem.ff.de lega.3.Doct.in l.properandum.§.ſin autem alterutra. C.de iudi.

Apparet ſecundo ex prædictis, ob opus demoliendum, quod vi factum, aut clam ſit, remedium duplex principaliter competere poſſeſſorium recuperandæ ex interdictis memoratis de nunciatione, aut quod vi aut clam. & petitorium, quod in confeſſoria & negatoria conſiſtit. In poſſeſſorio recuperandæ ſummatim, & executiuè proceditur; exceptionibus expletis,

quæ

quæ ad petitorium, aut ius partium pertinent. vt hac.
l. in prin.& d.l. prætor in prin. & §. 1. §. ait prætor. & §.
hoc interdictum n.2. infra eo.& d.l.1.§.1. infra quod vi,
aut clam. in petitorio per confeſſoriam, & negato-
riam cognitio plena adhibenda.

Sed quamuis vtilitatis maioris circa executionem
interdicta hæc poſſeſſoria, quam actiones confeſſoria,
38 † & negatoria videātur, quæ petitorium habent. Cō-
modiores tamen actiones iſtæ à tempore, ſunt. vt po-
te perpetuæ, & à iure ciuili proditæ inſti. de perpe. &
temp. actio. in prin. Interdictum planè quod vi, aut
clam. vltra annum non durat. l. ſemper. §. hoc interdi-
ctum infra quod vi, aut clam. glo. infra ea. l. §.
1. in ver. tranſeundum. Eque anno interdictum fini-
tur, quod ex nunciatione deſcendit, quatenus pœnā
habet, quæ in ſumptu demoliendi contingit Caſtren.
in d. l. de pupillo. §. nunciationem col. 1. in fi. verſi. ter
39 tia eſt opinio. Rurſus ſucceſſores omnes † actiones
iſtæ haud dubie tenent confeſſoria, & negatoria vt po-
te reales. l. ſi quis diuturno. §. fi. ff. ſi ſerui. vendi. Caſtrē.
infra ea. l. §. fi. in prin. Iaſ. in §. æque num. 38. inſti. de
actio. & in l. ſi prius nu. 6. ver. item actiones. infra eo.
quod non perinde in interdicto ſeruari quod vi, aut
clam ex capite priori quod vi ſolet. In quo obligatio
perſonalis inhæret, & quatenus obligatio ipſa conſi-
derauit d. l. 1. §. pen. infra de interdic.

Non ſolum autem poſſeſſorium recuperandæ ad
demoliendum per interdicta hæc de nunciatione, &
40 quod vi, aut clam datur. ſed & † retinendæ, ſeu vti
poſſidetis eo caſu competit, quo per nunciationem
amitti poſſeſſio non ſolet. cum lapilli iactu videlicet,
aut per prætorem nunciatio fit. Ibi enim ſi in ſolo à
nunciante poſſeſſo, vel contra ſeruitutem ei debitam,
in quaſi cuius poſſeſſione erat, ædificatum ſit, in poſ-
ſeſſione ſua ſe defendi, & defendendo, opus deſtrui,
recte nunciator petet d. l. de pupillo. §. meminiſſe. Ita
operis depoſitio principaliter ad interdictum hoc vti
poſſidetis non venit. at in conſequentiam. Principali-
ter enim defenſio poſſeſſionis deſideratur, vt agentē
in ea prætor tueatur. Cæterum quia defenſio hæc præ
ſtari non aliter poteſt, quam ſi operis facti ſubuerſio
ſequitur. quo manentæ, nunquam turbatio non fie-
ret. In cōſequens neceſſariū operis ipſius corruptionē
per interdictū hoc retinendæ, aut vti poſſidetis, actor
conſequitur. Ita Caſtren. docet in d. l. prætor. §. 1. nu. 3.

Apparet ex prædictis, remedia duo veluti poſſeſſo-
ria recuperandæ, & ad exemplum eorum ob opus
diſſoluendum dari. ex interdictis videlicet de nuncia-
tione, & quod vi, aut clam. Tertium in poſſeſſorio
retinendæ, aut vti poſſidetis interdicto conſiſtit. In
quo operis demolitionem ſecundario venire, teſtatū
habemus. Actionem item duplicem accommodari
diximus, quæ ad petitorium ſeu petitorij naturam ac
cedunt. confeſſoriam videlicet, & negatoriam. in qui
bus ſecundario etiam, aut in conſequentiam operis
Solutionem includi, monſtratum eſt.

Secundum quæ, remedijs quinq; principaliter, aut
in conſequentiā ad opus excidendum peruenire actor
poteſt. Ex quibus poſſeſſoria tria duo recuperandæ, &
aliud retinendæ Petitoria alia ſunt. Remedium his
41 † ſextum aſſuitur. actio in factum, quæ ex ædicto, &
ipſa prætoris de nunciatione oritur. d. l. prætor. §. non
nulli ſ. eo. Idq; cōe interdictorum omniū eſt, vt actio
ex eis in factum naſcatur. §. fi. Ibiq; gl. inſti. de interdi.

Actio hæc in factū prodeſſe in tribus poterit. Prin-
cipio. vt opus deſtruatur. Ad quem modum cum in-
terdicto ipſo demolitorio concurrit. d. §. nonnulli.
Caſtren. in d. l. prætor. § 1. in prin. infra eod. Secun-
do vt per eam nunciationem proſequi in iudicio li-
ceat, ſi ei parere nunciatus renuit. Per hanc enim actio
nem compelli in iudicio poterit, vt ab opere abſtineat,
vt infra ea. l. Ruin. docet in §. 1. nu. 4.

Tertio neceſſitas etiam, nedum vtilitas in actione
42 hac in factum introducenda † fuit cum alienatio fa-
cta rei eſt, in qua factum opus eſſet. Quæ neceſſitas ad
impenſam demolitionis pertinet. Quam interdicto
quo recuperare de nunciatione, aut quod vi, aut clam
nunciator non poteſt. Non aduerſus alienatorem,
qui opus fecit. Quia ad demoliendum principaliter in
terdicta competunt, impenſa planè acceſſorie venit,
vt ſumptu eius, qui fecit, & interdicto conuenitur, de
molitio fiat. At enim in eum, qui non poſſidet inter-
dictū demolitoriū nō dat. Qūo enī reſtituet, aut diſ-
ſoluet, quod non habet d. l. 3. §. item ſi locum. ff. de alie
na. iudi. mutan. cau. fac. d. l. competit. §. fi. Eque à ſuc
ceſſore ipſo ſingulari, & nunciationis vinijq; omnis
ignaro ſumptum demolitionis conſequi nunciatori
non licet d. §. ſi locum, & d. l. competit in fi. Ita à par-
tibus ſatis enumeratis colligendo, per interdictum
vllum in ſumptu ipſo demolitionis ſeruando nuncia-
toris conſuli indemnitati nō poterat cum ſumptui ip-
ſi adſtrictus niſi operis autor non ſit, qui alienauit. Ea
ratione actionis in factum ſane quam neceſſaria in-
uentio fuit. vnde impenſæ damnum ab alienatore
præſtaretur. vtilitatem hanc in actione hac Caſtren.
ſentit in d. l. pen. in fi. infra eo. Ita niſi in caſu hoc vl-
timo, & quantum ad impenſam, actionem hanc in
factum neceſſitas non exigebat. Quandoquidem in
caſibus alijs duobus, de quibus ante circa demolitio-
nem, & prohibitionem ſeu operis intermiſſionem,
per interdicta ipſa ſatis conſultum videbatur. ex nun-
ciatione, & quod vi, aut clam.

Sed dubitari circa interdicta hæc poteſt. Dictum
enim eſt. Concurſum eorum admittendum, vbicun
que nunciatio interpoſita legitime eſt, vtrum indiſtin
cte concurſus hic recipiatur, hoc eſt, vt non modo
vtrum liber Actor eligat, an etiam vt vtrunque cum
plare. Atque ex vtroque proſequi iudicium liceat. Di
ſtinctionem adhibendam hic arbitror, vt ſiquidem
nihil præter demolitionem operis. Actor poſtulat,
ex interdicto id conſequi vtroque liceat. Demolito-
rium quippe vtrunque eſt. Atque ideo proſecutio
ex vtroque fieri iudicij poterit. ſin autem prohitio
in iudicio vertitur, vt opus cœptum remittatur, Id-
quæ exequi nunciatus prohibeatur, per interdictum
id quod vi, aut clam aſſequi Actor non poterit, vtpo
te quod prohibitorium non eſt. Demolitionem de-
mum pollicetur l. 1. in prin. & §. 1. infra quod vi, aut
43 clam. Quo circa † interdictum tunc de nunciatione
opus. Quod prohibitorium etiam legitur. l. Prætor.
§. 1. Ibiq; glo. in verſi. expreſſum infra eo.

44 In actione hac in † factum, obſeruandum, duplicē
eius originem ab ædicto prætoris duplici eſſe, vnam,
quæ ex ædicto prætoris de nunciatione naſcitur, &
quæ in eum datur, à quo factum opus ſit. d §. nonnul
li. Alterum, quæ ex edicto altero prætoris datur, de
quo in titu. ff. de alie. iud. mu. cau. fac. Prior, quæ ex
nunciatione deſcendit, quatenus ad demoliendum
competit, ſucceſſorem tenere vel ſingularem poteſt,
vt patientiam præſtet. Poſterior, quæ ex edicto de
aliena. iud. mu. cau. fac. exiſtit. nonniſi in alienatorem
in id, quod intereſt, datur. l. 1. eo. titu. Rurſus inter
actiones Iaſ. in factum differt, quæ aduerſus alienato-
rem ex ædicto denunciatione, & alienatione iudicij
mutandi cauſa facta, accommodantur. Quoniam
quæ in factum ex nunciatione oritur, vltra impenſam
demolitionis non datur. d. l. competit. § fi. infra quod
vi, aut clam. quæ ex titu. autem datur de alie. iudi.
mu. cau. fac. non impenſam modo, ſed & damna
omnia complectitur, quæcunq; ob opus nouum paſ-

ſus

Digitized by Google

ſus actor eſt.d.l.3.§.ex quibus. ff.de alie. iudi. mu. cau. fac. glo. in d. l. 3. §. item ſi locum in verſi. meis.

45 Quoad tēpus † planè. Acui longioris in factū actio, quam interdictum non vr̄.l.non ſolum.§.fi.& ll.tribus ſeq.eo.tit.de alie.ind.mu.cau.fac. glo.in l.Atheius glo. magna. infra de aqua plu. arc. Rei cuius illa vr̄ ratio, ꝙ loco interdictorum actio in factum ſuccedit. §.fin. inſti. de interdic. eam ob rem ius idem actionis huius ſubrogatæ circa tempus,atque interdictorum vr̄, inui cem quorum ſubſtituta,vr̄.l.ſi cum.§. qui iniuriarum. ff.ſi quis cautio.l.vxor marito. ff.de dona. inter virum & vxo.l.qui pretio.ff.de vſufruc.l.cum tabernam.ff.de pignor.l.Imperator.§.fi.& ll.duabus ſeq. ff.de leg. 2 §. fuerat inſti.de actio.glo.in c.eccleſia. S.Mariæ.in verſi. ſucceſſerunt,vt lite penden.

Concluſio in primo hoc caſu obfirmata, autorem ipſum noui operis poſt nunciationem ritè factam nō modo patientiæ circa opus eruendum, ſed & ſumpti bus teneri. Limitatio concluſioni adſcripta,ne locum habeat. quotiens petitorio cum reo agitur cōfeſſoria, aut negatoria, vtique ſi cauſam quam operis noui faciendi iuſtam reus habuit. Impenſam tum enim ab eo non præſtari.

46 Limitationem ſecundā concluſio admittit. ne † ad impenſam operis pertineat, quod a reo aut domino factam de nunciatione inſcio eſt, veluti cum Fabris, aut operarijs domino abſente,facta nunciatio eſt præ terquam ſi ædificatum. poſtea ſit, quam certior nunciationis factus dominus eſt Caſtren.in d.l.de pupillo. §.nunciationem col.1.in fi.verſi.tertia eſt opinio.& in §.ſi plurium verſi.in tex.ibi omnibuſque. & in l. ædib. per illum tex cum gl.infra eo. idem vltra enim,ex Bar. probatur in hac l.1.§.nūciatio.1.verſi.aduerſus nu.31. ex tex.id vltra Bar.& Caſtren.declaratur in l.deniq; §. fi.& ll.duab.ſeq.inf.quod vi aut clam.vbi niſi patientiā dominus non præſtat,qui culpæ reus cuius non eſt.

47 Conſequens limitationi huic ſecundæ fit, † facilius demolitionem operis', quam demoliendi ſumptum permitti. Patientiam enim demoliendi dominus vel nunciationis inſciens præſtat.d.§.nunciatio.1.verſi.ad uerſus'. Sumptum planè demolitionis ignorans non agnoſcit, vt apud Bar. & Caſtren.in locis memoratis. Diuerſitatis huius ratio illa redditur,quod pœnam im penſæ erogatio habet.l.pen. ibique gl.in ver. verſatur & ver.ſeq.Iaſ.nu.2.nota.inf.eo. Cauſa alia demolitionis eſt.Nihil enim præter patientiam, in demolitione præſtatur. De ſuo quicquam patiens non erogat.Cauſa alia eſt, cum pecuniam miniſtrari ob opus ipſum deijciendum oportet,vt in locis memoratis hr̄.Idque ex tex.ēt declaratur in l.cōpetit in vltimis verbis.infra ꝙ vi aut clam.Tradit etiam Caſtren.infra ea.l. §.opus nouum in fi. De quo inferius etiam nu.95.

Si dixeris, pœnam in opere excidendo magis, quā in ſumptu excidij contingere. Cum plus in ſumptu ædificij, q̄ euerſionis eius ſit,& ita pœnam Iaſ. admittit in §.nunciatio.1.nu.9.inf.ea.l.Reſpondet Iaſ. in d.l. pen.in 2. not. inf. eo. pœnam in hærede non intelligi. Ad quem ex cauſa lucratiua opus à defuncto extructum peruenit d. l. prætor.§. hoc interdictum.1. infra eodem.

Ex reſponſione hac Iaſ. illatio neceſſaria ſequitur. Pœnam in demolitione verſari,quotiens lucratiuam cauſam is non habet,qui demolitionem patitur.Ita à ſenſu contrario & à ratione ceſſante, nō obſcurè Iaſ. ſentit. Quæ illatio tex. euidenter refragatur infra ea. l. §.nunciatio.1.verſi.aduerſus, vbi dominus ipſe quantū ad patientiam demoliendi tenetur, q̄uis ignorans nunciationis fuerit. Atqui ex cā ad eū lucratiua opus non peruenit. Quod fieri gratis nō ſolet.vnde ſi pœnā verſari in demolitione dicimus, quotiens onetoſam cām is hēt in perniciē cuius demolitio fit. Locus eſſe textui non poſſet in d.§. nunciatio verſi.aduerſus. Si-

48 quidē pœna qua † affici ignorantem non conuenit.l. genero.ff.de infa.l.Iulianus.§.ſi tā ignarus. ff.ad exhib. l.ſi ignorans.ff.loca.l.ex maleficijs.§. longe minus inf. de actio.& obli.l.3.§.non tm̄ inf. de incen.rui. naufra. l.metrodorum à ſenſu ɔ̄trio.inf.de pœnis.l.fi.inf.de decre.ab ordi.facien.l.non pōt videri improbus.l. qui in ius.§.1.inf.de reg.iur.l.3. C.de tabul.lib. 10.in q̄ ſn̄iam Doc.per multos Deci.vocat in c.2.nu.7. de conſtitut. & in ſpecie demolitionis.in l.hac Bar. tradit in § nunciatio.nu.31.Caſtren.in d.l. de pupillo.§. nunciationē nu. 1.poſt med.& in fi.comentarij.Quocirca recta Iaſ. ratio non vr̄. Idcirco ab hærede patientiā præſtari, ꝙ lucri in eo,non ēt patrimonij diminutio vertitur.quatenus & à dn̄o ignorante patientia debet̄. In qua patrimonij diminutionem ob ſumptus iacturā verſari, palam eſt.

Secundo r̄ſioni huic Iaſ.ſeu illationi, quæ ab ea deſcendit.tex.reſiſtit in d.l.cōpetit in vltimis verbis infra ꝙ vi aut clam. vbi deſtructionē operis ſucceſſor ſingularis patit̄, à quo factū opus non ſit.Generaliter enim in ſucceſſore loquit̄. Diſtinctione non facta lucratiuā vel non cauſam habeat. Immo enim frequētior onerosus in ſucceſſore ſingulari titulus, id quidem in primis, cum ſoluendo autor non eſt,qui indemnitatem præſtet.

Ad argumenta hæc, de quibus in illationibus p̄dictis,ex Iaſ ipſo r̄ſio † accōmodatur nō in d.l. pen.ve-
49 rū in §.nunciatio nu.9 inf.ea.l. inficius eundo nunciatione dn̄m teneri,qui neſcius eius fuit. Cum pœnā demolitio habeat, q̄ ab ignorante dari ius non ſuſtinet. Neq; tex.mouere in d. §.nunciatio verſic. aduerſus. ɔ̄ abſentes nunciationē fieri.Qm̄ ad firmitatem actus id pertinet, vt mero iure nunciatio conſiſtat, quæ facta abſenti ſit. Effectum tn̄ ante non habet, q̄ renunciata domino fuerit.per tex.in d.l.de pupillo.§ nunciationē in fi.vbi q̄uis ſatis ſit,in re præſenti dn̄o ēt abſente,nunciationem fieri,temperamentum tn̄ id ita obtinet, vt renunciari domino poſſit. Idque ex gl. ibi & Spec.eo. tit.in fi. Sed obſeruandū,ſenſum hanc gl. in d. §. nunciationem in ver. nunciationem factam à Doct. non agnoſci, vt videre ibi apud Bar.eſt nu.31.Caſtren.col. 1 in fi.verſi.tertia eſt opinio Doctorum. ita Doctores gloſæ refragari in plurali atq; indefinitè Caſtr. ſcribit. idem in eadē.l.Caſtren. docet.§ ſi plurīū verſi.in tex. ibi omnibuſque.& in d.l ædibus.per illum tex.cum gl. idem in d.§.nunciationem expreſſius Iaſ. ſcribit nu.6. vbi ab opi. hac recepta diſcedendum non putat.

Neque ad rem tex.attinet in d. §.nūciationem in fi. vt renunciari dn̄o poſſit. Qm̄ pœnæ nomine renūciatio exigitur, vt diſpendio ſuo opus reſtituere dn̄s debeat. Cauſam aliam damni, ꝙ ex demolitione citra ſumptū eius,dn̄s ſuſtinet.Doc.ſentiunt.Quæ diſtinctio ex tex.alijs iuuatur.& cum ea tex.facit in d.l.competit. §.fi.infra quod vi aut clam.in d. l.3.§. Item ſi locum.ff. de alie.iudi.mu.cau.fac.

Alter etiam ad tex. reſpondeo in d.§.nunciationē in fi. Non rectè à Iaſ.tex. illum induci. Iaſ.enim ad factum ipſum renunciationis tex. illum ſpectare putat, vt non ante dominum abſentem nunciatio teneat, quam renunciatio facta eius ſit. Sed enim de facto hoc tex. ille non loquitur. verum potentiam tantummodo obſeruat,quod renunciari poſſit.In qua potentia acquieſcere tex.videtur tametſi ſecuta renunciatio non ſit. Id quia,vt inferius dicemus.num.53. & 56.in culpa dominus videtur,qui miniſtros id genus in opere præfecit, per quos certior factus nunciationis non ſit. Rurſus credibile tex. putat, certiorem dominum per Fabros fieri. & ita in potentia tex. illum obtinere. Iaſ. ibi docet in 4.nota.& nu. 6.in fi.

Secundo ſi ad factum renunciationis tex. illum referimus, vt factam ante renunciationem expoſtulet, q̄ vigorem nunciatio habeat.occaſionem haud dubiè

Digitized by Google

nunciationis illudendæ præſtabimus. Renunciationẽ
ipſam factam cum Domino Fabris colludendo, per
50 negantibus. At enim recipi interpretationẽ non † de-
cet, vnde illuſorius fieri actus poſſit. l. nec ei. §. eorum.
ff. de adoptio. l. 1. §. fin. ff. de calumnia. l. ſi quis rem. l. ne
in poteſtate. ff. de arbitr. l. 3. in fi. & l. ſeq. in prin. ff. quib.
modis pignus vel hypo. ſol. l. ſi ita quis. §. is cui. ff. de le-
ga. 2. l. fideicommiſſum. ff. de condi. & demon. l. ſi ſtipu
latus fuero per te non fieri infra de verb. obli. c. ſi ciui-
tas de ſen. excom. lib. 6. & alia apud nos collecta in re-
ſponſo pro Genero nu. 61.
Conſequenter prædictis dicẽdum, integrum adhuc
argumentum & controuerſam rẽ manere, ſi ob ſum-
ptum demolitionis pœna conſideratur. Atque ideo
ſucceſſorem nunciationis, aut prohibitionis inſcium
ea non ſequitur. Longè magis tantundem admitten-
dum & in demolitione ipſa videri. In qua grauius,
quam in ſumptu diſpendium contingit, ob id ratio-
nis non videri, patientiam ab eo demolitionis deberi,
qui ſumptũ non præſtat. De quo inferius etiam. nu. 95.
Vnde aliter Iaſ. argumentum refellendum. Alter-
que nodus iſte explicandus, quam factitatum à Doct.
51 ſit. Pœnam in demolitione † ſimplici idcirco non in
telligi, quod ad actorem ipſum nihil peruenit. nihil ei
à reo penditur. Pœna quippe aut corporalis, aut pecu
niaria eſt. Ad rem corporalis hic non pertinet. Pecu-
niaria ſanè, aut fiſco, aut parti infertur. l. ſi quis forte in
fi. cũ ll. duabus ſeq. infra de pœnis. Sed enim qui ope-
ris interitu ſolummodo patitur, fiſco, aut aduerſario
quicquam non pendit. Immò enim pœnam potius
aduerſarius ſubit, diſpendio cuius opus conuellitur.
Quod cum ita ſit, damno demũ, non pœna ignorans
dominus aut ſucceſſor afficitur.
52 Si dixeris, iniquitatem & in damno † contingere, vt
ignorans damnum hoc ſubuertendi operis ferat. l. tres
fratres ibique Barto. ff. de pactis. l. de his. ff. de tranſac. l.
mater decedens. ff. de inoffi teſtam. l. in repudianda. ff.
de acq. hæredi. & alia paſſim. Reſpondetur. Aut per
iniuriam, aut iure opus fieri. Siquidem per iniuriam,
culpæ ſuæ acceptum damnum ferendum, & rectè dã-
ni id eum ſentire, qui contra quam prohibitum iure
ſit, ædificare non dubitauit. l. ſi ex duobus. ff. de noxa.
l. inter cohæredes. §. quod ex facto ff. famil. her. l. cum
duobus. §. fi. & l. ſeq. ff. pro ſocio. l. ſi merces. §. vis ma-
ior. & §. culpæ. ff. loca. l. quod quis vitu. & l. factum cui-
que ſuum infra de reg. iur. l. pen. in fin. C. de fideicom.
liber. l. fi. in fi. C. de his qui a non domi. reg. damnũ. lib.
6. & alia, de quibus in reſponſo meo pro Genero nu.
87. Immo enim clementer ſatis cum reo agitur, quod
demoliendi ſumptum ob nunciationis inſciam nõ
agnoſcit, vt in ſimili tex. ait in l. ſi cum exceptione. §. 1.
ff. quod metus cau. ibi ſatis enim clementer cum reo
prætor agit, vt daret ei reſtituendi facultatem. Eodem
tex. ſpectat in l. tutori. C. de neg. geſt.
Aut ædificandi ius non abſuit. Quo caſu in culpa
53 † vſ, qui Fabros materiarios vel id genus operis mini
ſtros elegit. per quos certior factus nunciationis non
ſit. l. cum mandato in fi. ff. de minor. l. 3. in fi. ff. nau. cau
po. ſtabul. l. cum qui rem. §. fi. cum l. ſeq. l. ſi vt certo. §.
ſi de me petiiſſes. ff. commo. l. cum in plures. § ſeruum
meum. ff. loca. idque locum in eo etiã habet, qui qua-
litatem miniſtri ignorat, quẽ ad opus aſſumpſit. hoc
ipſo enim culpę reus eſt, quod eum operi hominem
præpoſuit, conditionem cuius ignoraret. l. ſi tibi do-
mum. § 1. ibique gl. ff. loca. & omnino fruſtra ignorã-
tiam cauſatur, qui in culpa eſt. l. 3. § ſed ſi ſic. ff. de in rẽ
verſo. l. regula. § ſed & facti in ver. diligenter inquirẽ
do. ff. de iuris & facti ignor. & quod in caſu dici ſoru
to ſolet, adiumento ei non eſſe, qui in culpa ſit. l. quod
te. ibique Doc. ff. ſi cer. pet. l. ſi in aſia. §. fi. ff. depoſi. l. qui
inſulam. §. fin. ff. loca. l. incendium. C. ſi cer. pet. & apud
Doct. omnes vbique.

Sed iterum obiecturus quiſpiam erit. Quid ſi impoſ
ſibilis renunciatio præ interuallo locorum fuit. Reſpõ
detur, culpam & hic malæ electionis verſari. Quando
quidem ab opere, & hic tantiſper abſtinere miniſtros
oportebat, vſq; dũ renunciata res omnis dño fuerat.
Rurſus culpa etiam à domino remota, ſatis ipſi vſ,
54 ꝙ damno † faciendo Fabri, aut miniſtri operis tenẽ-
tur. Atq; ideo Fabros excuti ante oportet. l. ſi. in prin.
ff. de eo. per quem factum erit. l. & elegãter. §. pen. ff. de
dolo. l. cum mandato. §. 1. & 2. ff. de minor. gl. in c. cum
acceſſiſſent in gl. pen. de conſtitutio. Ita non ante ope-
ris reſtitutio facienda, quam impleta diſcuſſio hæc ſit.
Quod ſi fabris non ſit. vnde indemnitatem conſe-
qui ignorans dominus poſſit, tum vero operis conuul
ſionem paſſurus dominus non erit, vt poſt Caſtren. &
Alex. in d. §. nunciationem. Iaſ. ibi ſcribit nu. 6. verſi. te
nendo tamen communem concluſionem.
55 At enim non ita ſimpliciter † ſcriptum apud Caſtr.
legitur. verum duxerint eo caſu ædicti, aut interdicti
prætoris definiri, vt ſiquidem de iure ſuo ex continen
ti docere paratus dominus ſit. Ideſt rectè, iureve eo
ædificatum, audiri ante debeat, quam ad executionẽ,
hoc eſt deiectionem operis ædictum, ſeu interdictum
prætoris de nunciatione, perducatur. De quo mentio
etiam inferius habetur. nu. 96. verſi.
Secundum hoc, quod recuperandæ poteſtatem in-
terdictum habet, ad naturam interdicti adipiſcendæ
redigitur. Quod exceptionem petitorij, aut dominij
admittit, de quo fidem incontinenti facere paratus
reus ſit, vt apud gl. & Doct. in l. ſi de vi. ff. de iudi. Bar. &
alios in l. naturaliter. §. nihil commune in 1. lect. nu. 2.
ff. de acq. poſ. & in l. filiã fratribus. ff. ad Trebel. Doct.
in l. fi. ibiq; Deci. nu. 20. & nu. 43. C. de edi. diui Adria.
tollen. exceptionem etiam dominij, aut petitorij inter
dicta hæc in caſu admittunt, de quo infra nu. 96. verſi.
tertius effectus.
56 Hic tamen adnotandum. † Quamuis dictum ſit, in
in culpa dominum videri, qui id genus miniſtros ad
opus elegit, à quibus neq; certior nunciationis factus,
neque intermiſſum opus ſit. Atque ideo culpæ ſuæ, de
molitionis incommodũ referendum. Culpæ tñ huius
rationẽ apud Caſtren. Alex. & Iaſ. non haberi. vbicun-
que indemnitati præſtandæ idonei Fabri, aut miniſtri
non ſunt, vtq; cum iure opus factũ Dominus docet.
Quo caſu maior iniquè nunciantis culpa arguitur.
Quæ dicta in caſu hoc primo ſunt, dominum aut nun
ciatum ob vtrumq; teneri, ideſt opus reſtituendum &
reſtituendi ſumptum, vtq; ſi ſciens nunciationis fuit.
Ad eum & caſum trahitẽ. quo alter q ex nunciatione
dñs tenetur. & impenſam enim tum præſtat, ſi ſciens
ædificauit. veluti cum interdicto tantummodo quod
vi aut clam tenetur. d. l. 3. §. item ſi locum. ff. de aliena.
iudi. mu. cau. fac.
Hactenus de caſu primo. Qui ad autorem ipſum
operis pertinet. Quomodo cum eo tum ob demoli-
tionem, quam ſumptum eius iudicium exerceatur.
57 Caſus ſecundus † ad ſucceſſorem ſpectat. l. cum nun-
ciatione ritè facta, & opere abſoluto, vita nunciatus
ante cedat, aut rem alienat, quam illatum ei iudicium
ſit. Vtrum iudicium demolitorium aduerſus nuncia-
tum, & quatenus nunciator habeat. Quo caſu & con-
tra ſucceſſorem iuxta ſingularem ac vniuerſalem in-
terdictum demolitorium eſſe, quatenus pœnam non
habet. tex. probat in d. l. pen. infra eo. & quamuis in ſuc
ceſſore vniuerſali loquatur hoc eſt in hærede, ratio tñ
eadem, & in ſucceſſore ſingulari verſatur, cũ reale in-
terdictum hoc ſit, quod ex nunciatione deſcendit. l. fi.
infra eo. idq; perpetuum in iure omni reali eſt, vt poſ
ſeſſorem, & ſucceſſorem omnem ſequatur. l. inter de-
bitorem. ff. de pactis. l. ſi pendentes. §. ſi quid cloaca-
rij. ff. de vſufruct. l. cum fundo & l. ſequen. ff. de ſer-
uitu. ruſti. prædi. l. cum fundus. ff. comm. præd. l. loci. §.
ſi quis

Digitized by Google

ſi quis & l.ſi forte.§.modus.ff.ſi ſerui.vendi.l.neque. ff. de im, en. & apud omnes Docto. vbique ex quibus etia.n.ll. actiuè & paſſiuè ad ſucceſſorem omnem rea le ius tranſire apparet.

Secundo ad ſucceſſorem etiam ſingularem text. pertinere in d.l.penul.confirmatur,quod naturæ id inter ictorum congruit, quæ mixta, aut in rem ſcripta reg ılariter habentur d. l. 1.§. penul. infra de interdict. Mixta porrò ideo dicuntur, quia perſonalem obligationem habent, & rem ipſam ſequuntur. Ita ex mixtura obligationis perſonalis, & iuris realis conſtant. Perſonalis porro obligatio ex facto aduerſarij naſcitur, qui vim fecit, aut contra quam prohibitum à prætore eſt,quid egit.d.l.1.§.penul.infra de interdict. Idque & ex Signorolo percipitur in conſi.4.nu.7.

Tertio ex tex. opinio hæc ratione fortiore iuuatur in d.l.3.§.item ſi locum. ff. de aliena.iud. mu.cau. fac. & in d. l. competit in fin. infra quod vi aut elam. vbi demolitionem operis ab autore facti ex interdicto, quod vi aut elam ſucceſſor etiam ſingularis patitur. Ratio validior in interdicto mouet, quod ex nunciatione oritur, vt in ſucceſſorem id ſingularem detur. Cum minor in eo à Doct controuerſia fiat, vt reale habeatur, quam in interdicto, quod vi aut elam. Sic quomodo declaratum ſupra habemus nu.31. & duobus ſequen.

58 Ratio item † fortior in interdictn de nunciatione inuenitur, quod executiuum & priuilegiarium magis, quam illud quod vi aut elam eſt. Barto.in l.licitatio.§. quod illicite num.5.in fin.infra de publica.Imola in l. hac.l. 1.§.hoc autem ædictum. 2. vt aliud ibi viſum Iaſoni ſit. Argumentum cuius ex tex. refellitur, quem ipſe nominat in d. l. 1. §.1. iuncta declaratione. glo.ibi in ver.ius habuit. Retorqueri tamen argu. hoc poteſt. Quo enim priuilegiarium magis, eo ſtrictius interpretandum Barto. & Imola in locis memoratis. A quibus apeè magis ſcriptum fuerat, odioſius interdictum hoc, quam alterum videri.

Quarto in ſpecie hac interdicti demolitorij parem ſucceſſoris vtriuſque cauſam eſſe ſingularis,& vniuerſalis,ex tex. oſtenditur in d. l. vim facit. §. tamdiu. Generaliter etiam tex. loquitur in d.l.competit.Qui poſſidet nec fecit poſſideat. Ad rem igitur non attinet ſingulari, an vniuerſali titu.

In caſu hoc ſecundo & circa pœnam ſumptus excludendam, adhiberi diſtinctio non ſolet, cognitam nunciationem necne ſucceſſor habuerit, quandoquidem nihil à ſucceſſore ipſo factum poſt nũciationem ſit. Quocirca rationi exagitat, vt pœnam is ſumptus luat, à quo dolus, culpave abeſt. Quid enim commeritus hæres dici, aut emptor poteſt, ſi ſciens ante nunciationis fuit, quam ad eum res vit hæredem, aut emptorem veniret.Ita neque in pœna ſcientia nunciationis ſucceſſori onerosa, a quo factum quicquam non eſt. neque in patientia demolitionis vlui ignorantia eſt,id quia ob factum autoris patientia hæc debetur.

Tertius caſus eſt,vbicunque nunciatione in re præſenti & legitimè facta, ante mortem nunciatus obit, aut rem diſtrahit,quam factum opus ſit. Deinde à ſucceſſore ipſo de nunciatione inicio opus perficitur.

59 In quo caſu ius idem † ſeruandum, atque in ſecundo videtur. Cum realis nunciatio habeatur in re præſenti riteque facta.l.non ſolum §. morte. Ibique gl. in verſi.alienauerit.& d.l.fi.infra eodem. Rurſus ſi patientiam hanc ſucceſſor debet, vbi nihil quicquam factũ ab eo eſt,longe magis,cum opus ipſe peregit.

Hoc ita, ſi nunciationis ignorans ſucceſſor fuerit, à quo finitum opus eſt ab Autore eius inſtitutum.Scientem planè & pœnæ obligari credo, vt ſumptum etiã demolitionis præſtet d.§ tamdiu à ſenſu contrario argumentando. Cũ de ſucceſſore ignaro loquitur. Cauſam aliam igitur ſcientis eſſe,non obſcurè innuit.

Rurſus Doct ratio,quam ob rem à ſucceſſore debita pœna non ſit, quod rationis non eſt, ab ignorante eam ſufferri, in ſciente tacet. Ex Caſtren.item decla
60 ratio † hæc ratione validiore iuuatur in §. 1.num.4.in fi.infra ea.l.& in l.ſtipulatio.§ habet nu.3.infra eo.Qui ſucceſſoris ſumptu per confeſſoriam, aut negatoriam faciendam demolitionem ſcribit,cum iuſta ædificandi cauſa non fuit.Ratio fortior præmit, cum interdicto demolitorio ſucceſſor conuenitur Quod priuilegiarium magis, quam confeſſoria, aut negatoria eſſe non dubitatur.

Caſus tres prænarrati ad dominum ſucceſſoresve eius pertinent. vbicunque ritè, legitimeve facta nunciatio eſt. quatenus interdictis de nunciatione, quod vi aut clam teneantur. & in quibus concurſum admittendum, demonſtratum ne ſemel quidem habemus.

61 Quartus caſus ad nunciationem † pertinet, quæ facta ritè non eſt, extra rem puta, vel eũ prohibitio ſimplex extra rem perſonæ ſit. Quo caſu ſiquidem opus factum ab ipſo prohibito eſt. quamuis interdicto demolitorio de nunciatione non teneatur, quod ob nũciationem nullam non competit.l.ſciendum infra eo. l.vnica.§.1.infra de remiſſio.glo.magna in prin. huius. l.poſt med.verſi.ſecundo caſu Oldra.in conſi.313.nu. 6. De quo etiam ſupra nu.21.& infra nu.167.interdictum tamen quod vi aut clam contra prohibitum datur gl.& Caſtren.infra eadem.l.§.1.in ver.tranſeundũ. Idem vltra Caſtren.ex glo. probatur in l. aut qui aliter in prin.in ver.denunciat. infra quod vi aut clam. Bart. in d.l.de pupillo.§ ſi quis forte verſic. non obſtat. l.aut qui aliter.Iaſ in eadem l.de pupillo.§ ſi quis ipſi pratori.nu.18.in fine decimæ quartæ.q. Barto.de quo ſuperius traditum etiam eſt nu.21.

Controuerſiæ & laboris maioris res eſt, cum à ſuc
62 ceſſore prohibiti † factum opus eſt, vtrum ad ſucceſſorem ipſum prohibitio trahatur, ita vt interdictum ſuſcipiat, quod vi aut clam, perinde vt ſi ab autore factum opus ſit. Dicendum videbatur, patientiæ ſaltem præſtandæ ſucceſſorem teneri, cum opus ipſe fecerit. d.l.competit.§.fi. inſra quod vi aut clam. Qui text. ad impenſam & patientiam generaliter eum adſtringit, qui opus fecit & poſſidet,& quamuis impenſam præſtare ob ignorantiam non debeat, cum pœnam impenſa habeat. l. pen. infra eo. Atque ideo ignorantiæ ratione generalitatem reſtringi. d.§.fin. oporteat, Patientiæ tamen,in qua pœna nõ eſt, ſubtrahendus poſſeſſor non videtur.

Secundo ex tex. iuuari opinio hæc vr̃ in l. ſemper in prin.inf.quod vi aut clam, qui poſſeſſorem ẽt interdicto illo quod vi aut clam, generaliter adſtringit.

Tertio opinioni huic adminiculari ius illud vulga-
63 tiſſimum videtur, in rem † ſcripta regulariter interdicta eſſe.l.1.§. pen.inf. de interdic. Iaſ. in rubri. ff.ſi cer. per.nu.10.quod locum tam actiuè, quam paſſiuè habere, vt ſucceſſoribus & contra eos interdicta reddantur, demonſtratum ſupra habemus nu. 33. vbi ex Iaſ. id declaratum in l.prætor.§.hoc interdictũ nu.6. ĩ.eo.

Quarto cum opinione hac ſentire gl. vr̃ in d.l. fi.in ver.dñs in tertia ſolutione.inf.eo.quę inter dñm & ſucceſſorẽ differre quantũ ad patientiam nõ putat.in qua ſententia Caſtren.quoq; eſt inf.eo.l.1.§. opus in fi.

Sententiam diuerſam, ex prohibitione autori facta nec patientiæ nomine ſucceſſorem adſtringi in d. l.fi. Bar.cum Imola probant per tex.in d.l.vim facit. §.tãdiu infra quod vi aut clam.Qui interdicto illi ſucceſſorem omnem prohibiri iuxta vniuerſalem atq; ſingularem generaliter eximit. diſtinctione patientiæ,& impenſæ non facta.Ergo intelligi generaliter debebit.l.3. in fi.ff.de offi.præſid. vulg.l.de pretio.ff.de public. Eiuſdem opinionis in d.l.fin. eſſe & Caſtren.videtur nu.2.

Qui ſimpliciter ſcribit, interdicto quod vi aut clam
ſucceſſorem prohibiti non teneri.
64 Secundo cum niſi perſonæ † autoris facta prohibi-
tio non ſit. extra trahi perſonam non debet. l. idem in
duobus. §. perſonale, ff. de pactis. l. quia perſonale. ff. ſo
lu. mat. & alia ſupra relata nu. 32. verſi. vnde cum niſi
perſonæ. Qua ratione perſonas prohibitus alienandi
prohibitio non egreditur. §. nos igitur, ibique glo. &
Doct. in auten, de reſtitutio. fideicom. Bar. & alij in l.
filiusfamilias. §. diui in 10. q. ff. de leg. 1. Quam rationẽ
in d. §. tamdiu. obſeruare tex. videtur, qui de ſucceſſore
prohiberi non ab re loquitur. perinde quaſi non paulu
lum differat, in re ne præſenti, an perſonæ facta prohi
bitio ſit. Veriorem Bar. & Imolæ opinionem, æquio
remve arbitror, operis excidium ob prohibitionem
autori factam ſucceſſorem non ſuſtinere. Idque ex
rationibus vna, atque altera mox ante comme-
moratis.
65 Ad tex. è regione oppoſitos † reſpondetur, ad eũ
caſum pertinere, quo natum iam interdictum contra
defunctum, aut autorem eſt opere ſcilicet ab eo per-
acto, id enim contra hæredem, ſucceſſoremve ſingula
rem competere. Quo caſu tex. ipſi loquuntur, qui da-
ti pro contrarijs ſunt. Quæſtio planè controuerſa ad
caſum diuerſum, rationiſque diuerſæ ſpectat. Cum
perfectum opus à ſucceſſore prohibiti eſt. Quo caſu
ortum interdictum demolitorium contra prohibitũ
non erat, neque competere contra eum poterat. Quo
modo enim cum prohibito agi ob id demoliendum
poterat. Quod factum non eſſet. Cum habita carere
priuatio nequeat. l. manumiſſiones ff. de iuſti. & iure. l.
remittit. ff. de iureiuran. l. decem infra de verbo. oblig.
Itaque ſi ad ortum contra prohibitum deductum in-
terdictum non erat, quod vi aut clam, quomodo ad
ſucceſſorem ab eo trãſmitti paſſiuè potuit. l. traditio,
infra de acq rerum domi. l. nemo plus. 1. infra de reg
iuris. à contrarijs argumentando.
Conſequenter his dicendum. Quod ſcriptum eſt,
in rem ſcripta interdicta eſſe, eo pertinere, vt quod in
autorem interdictum competit, ad ſucceſſorem id tra
hatur. Similiter quod dicitur, ſucceſſori noxium factũ
autoris eſſẽ, intelligi ita oportet. ſi id genus factum in-
tercedit, vnde actio inſtitui contra autorem poterat.
Sed enim actio hic ad demoliendum aduerſus auto-
rem intendi vlla non poterat. A quo factum opus nõ
ſit. Neque rem ipſam poſſideat, vt demoliendi pa-
tientiam præſtet. Quam niſi a poſſeſſore rei & operis
non deberi ſupra oſtendimus. nume. 42. verſicu. At
enim.
66 Si dixeris, caput duplex † interdicto eſſe prohibito-
rium & demolitorium, vt opus proſequi nunciatus
prohibeatur, ꝙ ſi factum ſit, id reſtituat, vt infra ea l. §.
1. ibique Iaſ. expreſſim hoc obſeruat in prin. ea ratio-
ne ex capite prohibitorio aduerſus autorem interdi-
ctum natum, quod paſſiuè transferri in ſucceſſorem
potuerit. vt & ipſum prohibitio afficiat, & pro eo res
habeatur, atq; ſi & ſucceſſori ipſi facta prohibitio ſit.
Quo caſu dubitatio non eſt, quin interdicto demolito
rio conueniatur, qui contra quam prohibitus eſt, opus
fecit, cum vis admiſſa ab eo ſit ſic quomodo monſtra
tum ſupra habemus nu. 21. vberius & ſignificantius.
nume. 26.
Reſpondetur, caput hoc prohibitorium niſi ad in-
terdictum de nunciatione non pertinere. Quod in ſpe
cie controuerſa ſilet. quæ ad nunciationem vitioſam
ſpectat, vnde interdictum naſci vllum non poſſe, de-
claratum ante eſt. nu. 61. interdictum quod vi aut clã
in quæſtione controuerſa vertitur, quod niſi demoli-
torium non eſt, neque prohibitionem in futurum ha-
bet. l. 1. in prin. & §. 1. infra quod vi aut clam. Atq; ideo
ex capite prohibitorio quod non eſt, ꝯ autorem na-
ſci interdictum hoc non potuit, ꝙ ad ſucceſſorem trã
ſiret. ita neq; ex prohibitione in futurũ, neq; ex ope-
re contra prohibitionem facto oriri interdictum po-
tuit, cum factum opus ab autore non ſit.
Sed obiecturus quiſpiam erit, cõtradictionem hic
videri, caput prohibitorium in interdicto non eſſe, ꝙ
vi aut clam. cum ex prohibitione naſcatur in capite
priori, quod vi, quam hoc ipſo committi diximus, ꝙ
prohibitioni non obtemperatur. Reſpondetur, ex pro
hibitione præterita interdictum ꝙ vi aut clam. in capi
te priori, ꝙ vi, naſci. Caput planè prohibitorium ad
futurum ſpectat, ne opus exequi poſtea liceat, quam
facta prohibitio eſt. Prohibitionem hanc in futurum,
interdictum non habet, ꝙ vi aut clam. Demolitionẽ
tantummodo operis perſequitur, quod prohibitione,
factum neglecta eſt. Quod cum ita ſit, ex capite pro-
hibitorio in futurum, interdictum noſtrum dici cõ-
tra autorem prohibitum nequit. Eque ex capite cum
eo agi, ꝙ vi. non poteſt, cum nihil quicquam ab eo
factum in ſpecie caſus huius quarti ſit.
Inde manifeſtus Ruini error in §. 1. infra ead. l. cer-
nitur. Qui è contrario quam expreſſum iure eſt, ca-
put ipſum duplex ad interdictum, quod vi aut cla m
confert. Niſi demolitorium in nunciatione non ad-
mittit.
Sed iterum dicturus aliquis erit, tam etſi ex autoris
perſona, qui nihil poſt prohibitionem fecit, Succeſſor
non teneatur, ex ſua tamen eum adſtringendum,
cum opus ipſe à prohibitione autori facta peregerit.
Reſpondetur agendi ius, nec ex perſona ſua, cum ſuc
ceſſore non eſſe. Non ex nunciatione, quæ facta ei
non eſt, Atque vbi facta eſſet, ad actionem tamen,
aut interdictum pariendum non prodeſt, vtpotè vitio
ſa per ea, quæ ſcripta ante ſunt nume. 21. & num. 61.
æque interdictum, quod vi aut clam ex perſona ſua
ſucceſſor non patitur. Non ex capite, quod vi, quæ
67 † intelligi in eo non poteſt, cum prohibitus ipſe non
ſit, & ignorans prohibitionis dicatur autori factæ. d. l.
vim facit. §. tamdiu infra quod vi aut clam.
Nihilo magis ex perſona ſua ob caput poſterius,
quod clam interdictum id eſſe contra ſucceſſorem
poterit. Quomodo enim clam quicquam factum
ab eo dicemus, nunciatione, aut prohibitione auto-
ri facta. per quem initium operi datum neceſſario fa-
cimus. Aliter quippe inepta prohibitio fuerit. Vnde
clam ſe opus factum non rectè Actor dixerit, à quo
interpoſita prohibitio eſt: & ſicut clandeſtinum con
tra autorem opus non diceretur, cui denunciauit, &
prohibuit, ità nec contra ſucceſſorem, per quẽ opus
ipſum expediri non minus videre atque per autorem
potuit. Rurſus origo in vitio hoc clandeſtini ſpectan-
da, vtrum furtiuè opus cœptum, non proſecutio
eius obſeruanda. l. clam poſſidere in prin. infra de ac-
quiren. poſſeſſio. Huc pertinet, quod ſcriptum ſupra
eſt nume. 25. & num. 27. verſi. Conſequens & tertio
ex capite vtroque interdictum hoc nõ exerceri, quod
vi aut clam.
Secundò ex perſona ſua interdicto, quod vi aut
clam, neque ex capite priori, quod vi, neque poſte-
riori, quod clam ſucceſſor tenetur. Quoniam in eum
interdictum hoc redditur, à quo opus quod nouum
vi aut clam fit. In qua ſpecie quæſtio controuerſa ver
ſatur. Ideſt cum nunciatio licet. Ritè minus inter-
68 ceſſit. At enim operis noui quicquam facere † non
dicitur, qui quod inſtitutum ab alio eſt, perſequitur.
Aliud quippe opus nouum incoare, atque perficere.
l. ita autem. §. penul. & fin. ff. de adminiſtra. tutor. l.
ſi tutor vltima. ff. de tutel. & ratio. dicta l. negocio-
rum. § 1. iuncta gl. l. tutor & l. fi. §. fi. infra de appella.
l. vni. §. fi. inf. ſi pend. appella mors interue. Bald. in l. 3.
nu. 2. verſi. modo pone. C. de ince. nup. Iaſ. in l. ſi ideo.
nu. 2.

Digitized by Google

nume. 2. C. de his quibus vt indig.
69 Tertio in interdicto, quod vi † aut clam. Cum ex
prohibitione vis conſideratur, non niſi ad perſonam
prohibitio ſpectat. In rem enim ad nunciationẽ per-
tinet, quæ legitimè facta & impetſonaliter in re præ-
ſenti ſit, quo caſu omnibus facta imperſonaliter in-
telligitur, vt quaſi realis videatur, vnde interdicti con
curſus, quod vi aut clam admittitur, perinde quaſi ei
facta videatur, à quo peractum opus ſit. Aliter quip-
pe intelligi vis nequeat. Quæ à re ſtabili, aut ab opere
ipſo non ſit. Itaque cum ex prohibitione perſonali in
terdictum, quod vi aut clam ex capite, quod vi ac-
commodetur, ex perſona ſua id perpeti ſucceſſor nõ
poteſt prohibitionis ignarus, neque ex autoris perſo-
na, quam tranſgredi prohibitionem non poſſe, teſta
tum ſupra eſt nu. 32. & nu. 64.
Differentia ex prædictis deduci inter interdictum
70 de nunciatione, & quod vi † aut clam videtur, vt rea-
le illud magis, quam hoc videatur, cum ſucceſſorem
omnem illud adſtringat, etiam à quo factum poſtea
opus ſit, quam nunciationem paſſus autor eſt, ſic quo
modo in tertio monſtratum caſu habemus. Quod ali
ter in interdicto eſſe, quod vi aut clam, ex Bar. Imola
& Caſtrenſi oſtendimus, ſed enim confutata differen
tia hæc in ſuperioribus videtur. num. 33. 35. & nu. 59.
vbi parem quoad ius reale, interdicti vtriuſque cau-
ſam diximus, vt rem & poſſeſſorem eius omnem
quantum ad patientiam demolitionis arripiat. Solu-
tio. contradictionis quicquam in ſpecie hac non con
tingit. Quoniam verum eſt, interdictum vtrumque
reale eſſe, poſtquam natum vtrumq; eſt. Reale enim
ex æquo vtrunque æſtimatur. Diſcrimen in effectu
71 maiore vnius quam alterius vertitur. Maior † enim
interdicto de nunciatione quam quod vi aut clam ef-
fectus. Siquidem & prohibitionem, & demolitionẽ
illud habet, cum niſi ad demoliendum hoc non ſpe-
ctet. Statim igitur, vt facta nunciatio eſt, interdictum
ob eam de nunciatione competit, quo ab opere deſi-
ſtere nunciatus compellitur. Quare ſi ante vita cedit,
aut rem diſtrahit, quam opus peractum ab eo ſit, idq;
à ſucceſſore conſumatur, rectè cum eo interdicto de
nunciatione agetur, vtpotè quod ex capite prohibito
rio natum iam aduerſus nunciatum fuerat. Quæ ad
ſucceſſorem prohibitio ambulat, & pro eo habetur,
ac ſi ſucceſſori facta ipſi ſit. Quo caſu concurſui inter-
dicti locus vtriuſque videtur, de nunciatione, & quod
vi aut clam, poſtquam admiſſa vis intelligitur opere
contra prohibitionem perfecto.
72 Si dixeris, ex capite † prohibitorio ſolummodo, ad
ſucceſſorem interdictum de nunciatione non tranſi-
re, cum perſonam nunciati prohibitio non tranſgre-
diatur. vti dictum ſuperius eſt. nu. 32. verſi. vnde cum
niſi perſonæ. & nu. 64. Reſpondetur, locum argumen-
to eſſe, cum in perſonam concepta nunciatio eſt. Nõ
idem ſi imperſonaliter. Quo caſu realis planè habeẽ,
& omnes arripit, à quibuſcunque finitum opus erit.
Secundum hoc, differentiæ quicquam inter interdicta
hæc de nunciatione, & quod vi aut clam, facti ſimilitu
dine interueniente, non videtur, vt in perſonam nun-
ciatio facta, aut prohibitio ſit. Neutrum quippe ex ca-
pite prohibitionis reale erit, atque ideo ſucceſſorem
non apprehendet. Quæ declaratio ex Caſtren. com-
probatur in d. l. Prætor in prin. infra eo. De quo me-
moria à nobis habita ſuperius eſt nu. 6. factũ hoc pro-
hibitionis realis ad interdictum non competit, quod
vi aut clam. Quod prohibitorium futurum non eſt,
tam etſi ob prohibitionẽ præteritam detur. Demoli-
tionem tantummodo perſequitur. Quo circa ad deſi
ſtendum nõ redditur. Quomodo igitur ex capite pro
hibitorio in futurum, quod non eſt, ad ſucceſſorem
transferri prohibiti poterit.

73 Apparet ex prædictis, limitationem † aut declara-
tionem mutuã textus duos accipere, ſeu ab vtroq; al-
terũ declarari. tex. enim in d. l. vim facti. §. tamdiu inf.
ꝙ vi aut clam, quo ſucceſſor prohibiti interdicto illo,
quod vi aut clam non adſtringitur, per tex. limitatur,
aut declaratur, in d. l. competit. §. fin. ne locum habeat,
vbicunq; opus factum à prohibito ſit. Succeſſorem tũ
enim patientiæ præſtandæ teneri, cum natum tam in-
terdictum in prohibitum eſſet, ꝙ ambulare ad ſucceſ-
ſorem poſſit. Idq; tex. ſatis ipſe innuit in d. §. tamdiu.
Qui eo caſu non ab re loquitur, quo à ſucceſſore ipſo
extructum opus eſt, vnde ius aliud ſeruandum innuit.
Si à prohibito peractum opus ſit. l. cum lex. ff. de ll. l. cũ
prætor. ff. de iudi. l. ex eo. ff de teſtib. l. ſtatuliberũ. §. Sti-
chum. ff. de leg 2. l. pater. §. fundum. ff. de lega. 3. l. cũ qui
ita. §. qui ita. ff de verb. obli. l. fin. C. de pactis conuen. c.
nonne de præſumptio.
Ex diuerſo per tex. in d. §. tamdiu. tex. declaratur in
d. l. competit in fi. ne locum tex. in d. § fi. habeat, cum à
ſucceſſore ipſo opus ſit. Imo enim extra metũ interdi-
cti ſucceſſorem prohibiti eſſe, vt tex. declaratur in d. §.
tamdiu. Quam declarationem ſatis etiam text. ſentit
in d. §. fi. qui non eo caſu non ſine miſterio loquitur,
quo poſſeſſor non fecit.
Conſequẽs textibus his duobus fit, grauius ex facto
alieno hoc eſt autoris, quam ex ſuo ſucceſſorem tene
ri, vbi autor fecit, demolitionem ſucceſſor patitur. d. l.
competit. §. fin. Quod aliter eſt, cum à ſucceſſore ipſo
opus extruitur. d. §. tamdiu.
74 Sed enim rationi naturali † atque ciuili repugnare
ius hoc vr̃, vt leuius ex ſuo, quam ex alieno quis facto
teneatur. Imo enim ècontrario probandum videtur,
vt grauior ſui, quam alieni obligatio fiat. l. fi. ti. ne quis
eum qui. Ibi quia pœnam ſuam ſoluit, ideſt facti ſui
pœnam luit. l. ſi communis familia. ff. de noxal. ibi ſui
enim facti nomine pœnam meruit. ff. de noxal. l. inter
cohæredes. §. quod ex facto. ff. famil. her. vbi quod ex
facto ſuo vnus ex hæredibus ſtipulationem hæredita-
riam præſtat, à cohæredibus iudicio famil. her. non re
petir. l. antepen. in prin. ff. de interroga. actio idem ex
tex. oſtenditur in l. nõ debet alteri. iuncta. l. factũ cuiq;
ſuum infra de reg. iur. ita in ſimili per tex. alios Iaſ. ar-
gumentatur in l. 4. §. Cato nu 37. infra de verb. obl. cũ
tex. vocat in l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis cautio. & in l. quo
tiens. 2. infra de verb. obli.
75 Secundò ſpeciem hanc † propius, cõſequentia aut
illatio hæc ex tex. impugnatur in l. 3. §. qui opus. ff. de
alie. iud. mu. cau fac. & in d. l. competit. §. fin. vbi non
modo demolitionem, ſed & impenſam eius is pati-
tur, à quo factum opus eſt. Quod non idem admitti
in ſucceſſore ſolet.
Tertiò conſequentiæ, aut illationi memoratæ ius il
76 lud tritiſſimum repugnat, potiorem † cauſa mediata
immediatam eſſe. l. cum quis. cum ibi no. ff. de dolo. l.
pen. ff. de condi. ob tur. cau. l. Socium qui in eod. §. 1. ff.
pro ſocio. l. ſi mulier in prin. cum gl. r. ff. rerum amo.
Quo circa durius agendum cum eo videtur, à quo ip-
ſo opus factum immediatè ſit.
Reſpondetur, fallaciam in argumẽto verſari, hoc
eſt in facto ipſo dijudicando. in argumento enim de
facto mentio operis ipſius habetur, à quo facta id ſit,
ab autore ne, an ſucceſſore. Sed enim facta aliud in
ſpecie controuerſa obſeruandum, ideſt prohibitionis
cui videlicet facta prohibitio ſit autori, an ſucceſſori.
Itaque cum ad eum caſum diſceptatio pertineat, quo
autori facta prohibitio eſt, Siquidem ab autore ip-
ſo prohibito opus perficitur, grauior vtique offen-
ſio apparet. Atque ideo grauius afficit, vt reſtitui
opus vel à ſucceſſore debeat, perinde quaſi one-
77 re hoc demoliendi affectu † res ipſa ſit. Quo cir-
ca ad ſucceſſorem ipſum cum onere, & cauſa ſua

Digitized by Google

res ambulat. l. 1. ff. de fundo dotali. l. generaliter.
§. fina. infra de fideicommiſ. liber. Ratio multo; alia
eſt, cum à ſucceſſore ipſo, opus ſit, in quæ prohibitio
nis factum non vertitur. In eo enim roboris quicquã
factum alienum non habet, ideſt prohibitio autori fa-
cta. Secundum quæ, retorcutionem argu. ipſum pati-
tur, vt ſeuius ex facto alieno hoc eſt prohibitione alij
facta ſucceſſor teneatur. factum planè ipſum prohibi
tionis, cui facta ſit, non operis ſpectandum, à quo ex
tructum ſit, non obſtare oſtenditur, quòd à prohibi-
tione ipſa interdictũ quod vi aut clam ex capite prio-
ri quod vi naſcitur. Ea propter cum à ſucceſſore opus
ſit, qui prohibitus non eſt, & qui ignorans prohibitio
nis fuit, deficere cauſa videtur, vnde interdicti ipſius
origo ducitur.

Diſceptatio hæc, vtrum ad ſucceſſorem interdicta
demolitoria tranſeant. in actione neceſſaria non vi-
detur, quæ mere realis eſt. Quales actiones eſſe con-
feſſoriam & negatoriam ſuperius oſtendimus. Per eas
enim demolitionem operis ſecundario, aut in con-
ſequentiam aduerſus poſſeſſorem omnem haud du-
bie actor conſequitur. Ea de re & ſi maximè nuncia-
tione non legitimè & extra rem facta, interdicto vllo
contra ſucceſſorem ignarum & qui opus nouum con
ſumauit, nunciator, aut is qui prohibuit, non iuuetur,
78 Auxilio tamen † defutura confeſſoria, aut negatoria
non erit. Per quam non modo abolitionem operis à
ſucceſſore facti, ſed & impendium eius actor perci-
piet. vtique ſi cauſam quam iuſtam ædificandi ſucceſ-
ſor non habuit vt ex Caſtren. in ſuperioribus oſtendi-
mus infra ea. l. §. 1. nu. 4. in fi. & in l. ſtipulatio. §. habet
nu. 3. ita plenius cui conſultum ex actionibus iis mere
realibus apparet, quamuis executionem paratam nõ
perinde, vt interdicta ipſa fulminatoria habeant. ve-
rum exceptiones de petitorio, admittant, & plenam
cauſæ cognitionem actiones ipſæ expoſtulẽt. De quo
ſupra etiam nu. 35.

79 Ratio eadem interdicti vti poſſidetis † videtur, vt
in ſucceſſorem omnem cõpetat, à quo turbatio ſit.
Cum turbationis ſolius cauſa interdictum hoc detur,
tametſi apud ſe poſſeſſionem eſſe turbator nõ aſſerat,
l. 1. §. eſt igitur infra vti poſſid. glo. in l. 1. in ver. nec vi.
C. vti poſſid. In §. retinendæ verſi. quorum in ver. nec
clam inſtitu. de interdic. in c. licet cauſam in verſi. vti
poſſidetis. de proba. in c. audita in ver. moleſtaret. de
reſtitu. ſpolia. Bart in d. l. 1. §. huius autem in prin. infra
vti poſſid. Caſtren. in l. ſi de vi circa fin. verſic. tertio ve
ro caſu. ff. de iudi. in ſecunda lectu. Abb. in c. veniens.
num. 27. verſic. ſed profecto parcat mihi reuerentia
Barto. de præſcrip. Ang. in d. §. retinendæ num. 3. Lon
gè magis, aut ratione validiore interdictum hoc vti
poſſidetis ob opus etiam in conſequentiam demo-
liendum, ſucceſſor excipiet, qui opus ſe rectè poſſide-
re contendit. Ex qua re turbationem poſſeſſionis in-
duci, teſtatum ſatis in ſuperioribus habemus. Per q̃
interdictum diſpendium etiam, aut ſumptum euertẽ-
di operis, actor feret. Si iuſtam ædificandi cauſam
ſucceſſor non habuit. Similiter vti in confeſſoria di-
ctum & negatoria habemus. Ratio enim eadem vtru
bique ſubeſt id quia non quaſi ſucceſſor, verum vti au
tor remedijs, his tenetur, à quo opus ipſum aut ſit, aut
extructum eſt.

Cauſa eadem interdicti, quod vi aut clam ex capi-
te poſteriori, quod clam videtur, vt quaſi principalis,
aut autor, non vti ſucceſſor, A quo opus factũ clam
alio ſit d. l. competit. §. fin. quod ſi clam opus factum
ab autore ſit, quod in eum natum interdictum quod
clam erat, Ad ſucceſſorẽ id transferri paſſiuè dicemus.

In tractatu hoc de oper. nou. nuncia. & parte eius
80 ſecunda, quæ † ad modum nunciandi ſpectat, quibus
modis fieri nunciationem oporteat, de pluribus diſce
ptatum habemus. Primum, an verba nunciatio po-
ſcat, quæ iactu lapilli ſit. Secũdò perſonaliter fieri nec
ne poſſit. Tertio per prætorem eam fieri. Quarto ver
borum tenus nunciandi ius eſſe. de quibus modis cõ-
memorationem apud Ruinum factam hic diximus.
nu. 32. quinto loco quæſito diſcuſſa eſt, cauſæ ne ex-
preſſionem nunciatio deſideret. Traditum ſexto eſt,
in re ne præſenti fieri nunciatio debeat.

81 Circa nunciationem, quæ iactu † lapilli ſit, quis ia-
ctus iſte expoſcat, aut quibus fieri modis debeat infra
ea. l. Doct. no. §. in operis. Bologni. in l. qui viam num.
49. infra eo. De iactu hoc lapilli tex. etiam loquitur in
l. & ſi forte. §. 1. verſi. & ſi lapilli iactum impedierit. ff. ſi
ſerui. vendi. in l. vim facit. §. prohibitus infra quod vi
aut clam. Per omnia tamen cum Bologni. mihi non
conuenit. in d. l qui viam. in his videlicet, quæ ſcripta
ibi apud eum ſunt nu. 51. ſed locus hic prolixius enar-
randi non eſt.

Rurſus quia forma nunciandi non impleta, Ad re-
media alia adeundum, quam nunciationis eſt, de re-
medijs alijs explicatio ſicut non parca, ita ſanè quam
vtilis facta.

Tertia pars tractatus huius ad cauſas & res pertinet
82 propter quas † fieri nunciatio poſſit. De qua re apud
glo. Barto. & alios in §. hoc autem edictum infra ea. l.
apud Caſtren. hic in glo. 1. & infra eadem. l. §. nunc vi-
deamus. in d. l. de pupillo. §. meminiſſe nu. 1. Bologni.
in d. l. qui viam nu. 9. 13. in fin. & ſeq. & nu. 18. verſi. ve-
rumtamen hic vltimus intellectus. Ad partem hanc
tertiam ea quoque conferunt, quæ in parte 6 infra ex-
plicantur, quibus caſibus admitti nunciatio ſolent.

Pars quarta ad perſonas ſpectat, à quibus fieri nun
83 ciatio † poſſit. De quo infra ea. l. §. fi. in l. in prouin-
ciali. §. 2. & ſeq. & § ſi ego. in d. l. de pupillo in prin. in l.
creditori. infra eo. De qua. l. apud Caſtren. infra ea. l. §.
nunc videamus nu. 2. in fi. & an conductori nunciandi
ius detur, apud Caſtren. in d. §. ſi ego circa fi. & an do-
mino vtili contra directum, aut terrium Caſtren. in d.
§. ſi ego nu. 3. & an procuratori ad litem Caſtren. in d.
l. de pupillo. §. qui procuratorio nu. 2. in fin. Iaſ. in ea. l.
de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori nu. 1. & an par ratio nũ
ciandi, atque prohibendi ſit, vt quibus nunciandi ius,
eiſdem & prohibendi ſit. Ruin. tradit in conſi. 209. nu.
24. lib. 1. vbi tex. affert in d. l. de pupillo. §. ſi plurium.

Quinta pars ex perſonis conſiſtit, quibus fieri nun-
84 ciatio † poſſit. De quo in d. l. de pupillo. §. nunciationẽ
& §. ſeq. apud Ripam in d. §. meminiſſe nu. 33. in fi. Ca
ſtren. in l. operis infra eo. quam vna ſimul interpreta-
tus cum d. l. creditori eſt. Tradit idem Caſtren. in d. l.
de pupillo. § ſi quis ipſi prætori. in fi.

85 Pars ſexta in caſibus conſiſtit, quibus † recepi nun-
ciandi ius ſolet. ſeu in quibus locum nunciatio non
habet. De qua re in §. hoc autem edictum. 2. infra ea.
l. glo. in l. 1. § hoc interdictum infra quod vi aut clam
Bologni. in d. l. qui viam, nu. 60. Ripa in d. §. meminiſſe
nu. 1. Quibus in locis in iis demum obtinere nuncia-
tio dicitur, quæ ſolo cohęrent. Quod per gl. & Ripam
declaratur.

De eadem re tex. diſerit infra ea. l. §. nunciatio. 2. in
fi. locum nunciationi non eſſe, cum in mari, aut littore
eius ædificatur. Id quia à iure ipſo expreſſim ædifican-
di facultas conceditur, vt Bar. docet in conſ. 64 in prin.

86 Eque admitti nunciatio non ſolet, vbicunque † pe-
riculum ab intermiſſione, aut mora operis eſt, in cloa
cis puta, aut riuis purgandis. In qua re publicam ver-
ſari vtilitatem conſtat. d. l. de pupillo. §. ſi quis riuos.
Ius idem probandum, cum priuatorum intereſt. l. 1. §.
ſunt autem qui putant infra ne quid in flu. pub. & q̃
Iaſ. hic ſcribit nu. 3. verſi. tertio no. limita.

Locum item nunciatio in ſpecie. d. l. qui viam non
habet. quã præter alios, Bologni. ibi interpretatur nu.

22. &

Digitized by Google

22. & ſeq. in ſententia cuius accedendū non arbitror.
87 Ad reiectionē † cuiam nunciatio non trahitur.§. ſi
quis ædificium infra ea. l. Idq; locum tum habet, cū
operis quid noui permixtum in nuntiatione eſt, l.3.§.
autem interdicto verſi. enim vero. infra de itin.actuq;
priua. l. 1. §. deinde infra de riuis. Bologni. in d. l. qui
viam nu.69. Idq; limitat col. fi. circa med. ver. quod
vltimum membrum limita. niſi reficiendo facies pri-
ſtina alteretur. De qua limitatione vberius infra num.
169. Ad partem hanc ſextam ea item quadrant, quæ
ſcripta ſupra in parte tertia ſunt. ob quas cauſas, & res
permitti nunciatio ſoleat.

In parte ſeptima de contemptu nunciationis vi-
dendum. Quæ pars in duas ſubdiuiditur. In priore ca-
ſus continentur, quibus impune ſperni nunciatio ſo-
let. In ſecunda quod damnum eum maneat, à quo
contra ius neglecta nunciatio eſt. Circa primam par-
tem, quibus caſibus locum nunciatio non habet, De
quibus ſupra nu. 85. vtiq; impunè eam eludere, atq;
ea poſthabita, ædificare, aut opus facere nouum licet.

Secundò parui fieri nūciatio poteſt, quotienſcunq;
88 † euidens nunciantis calumnia eſt Bar. & alij hic nu.
6. Idem Bar. in d. conſ.64.nu. 1. Bal. in conſ. 245. pro-
ponitur quod fuit duplex nunciatio num.3. in fi. lib.2.

Tertio nūciationis reijciēdæ ius eſt, vbicunq; vicio
quo laborat, Siue ex perſona nunciantis vicium de-
ſcendat, quod nunciandi ius non habeat Bar. in d.
conſ.64.nu.2.& ſeq. Siue ratione rei, aut operis, ſuper
quo nunciatio fit, fruſtratio, aut infirmitas eius na-
ſcatur. veluti cum in ſolo opus non fit, quamuis cir-
ca rem, quæ ſolo cohæret. §. hoc autem edictum in-
fra ea. l. & ea.l. Caſtren.§.opus nouum nu. 3. Ius idem
probandum, ſi ratione formæ omiſſæ irrita nunciatio
fit. cauſa puta in ea non expreſſa, quæ exquiſita à nun-
ciato ſit glo. hic in ver. per nunciationem, & infra ea.
l. Caſtren. §.nunc videamus, & in l. ſtipulatio in prin.
89 infra eo. Ius idem † ſeruandum, cum expreſſio qui-
dem facta cauſæ eſt, ſed quæ falſa euidenter ſit glo.
hic in ver. eatenus. Ibi. & ſupple. Caſtren. in d.§.nunc
videamus. Tantumdem probandum, cum in gene-
re, non in ſpecie cauſa exprimitur Bar. hic. q.6. Ruin.
in conſ. 98.nu.16 circa med. lib. 4. De quo latius infra
nu.251.& aliquid ſupra nu.17. Ratio eadem quotienſ
cunq; cauſæ expreſſæ iuris præſumptio aduerſatur.
verbi gratia cum apud nunciatum poſſeſſio rei eſt, in
qua opus nouum fit. Ideo ſe nunciare quiſpiam aſſe-
rit, quod ad eum ſoli dominium ſpectat. In dominio
quippe poſſeſſoris rem eſſe ius præſumit. Ita Caſtren.
in d. §.meminiſſe in fi. & omnino impunè nunciatio-
nem ſperni, quæ nulla ſit.

90 Deſpici quarto nunciatio † poteſt, ſi damni plus
ab opere nunciatus facturus, quam compendij nun-
ciator laturus ex nunciatione ſit, vt puta cum molen-
dinum in flumine publico ædificare quis parat. Eam-
que ob rem fabros iam conduxit, quorum mercedes
perituræ nunciato erunt, ſi abſtinendum ab opere ſit.
Hoc igitur caſu impunè nunciationem non timeri.
Caſtren. ſcribit in d. l. de pupillo.§.ſi quis riuos in fi.

91 Quæ ſcripta ante de † nunciatione ſpernenda ſunt,
locum tum deniq; habent, ſi voce, aut lapilli iactu
nunciatio fit. Contra obſeruandum, ſi per iudicem,
aut prætorem. Ibi enim nunciationi tamdiu obtem-
perandum, quamdiu remiſſa per iudicem erit, vt Ca-
ſtren. docet in l. ſi opus nouum per glo. ibi. infra eo-
dem. De quo inferius etiam nu. 106. Ex his Caſtre. di-
ctum iuuatur, quæ ſcripta inferius ſunt nu. 206. & nu.
217. ſed omnino nu. 177. verſi. Illud etiam, & nu. ſeq.

Pars ſecunda partis huius ſeptimæ, quod damnum
ſubeat, qui nunciatione contempta, ædificat, in par-
te ſequenti explicatur. In qua effectus nunciationis
enarrantur.

In parte octaua effectus nunciationis diſcerendus,
92 qui ex multis conſiſtit. Principio † enim nunciationi
omnino parendum, iuſta vel non ſit, vſq; dum per
ſatiſdationem remiſſa, aut à iudice erit, vt hac. l. in
prin. l. prætor in prin. & §. 1. & per totam. l. & l. non
ſolum. §. ſciendum infra eo. Quod ſi curæ habita nun-
ciatio non erit, diſpendio ſuo opus nunciatus reſtitue-
re ob ædictum prætoris cōtemptum cogitur. d. l. præ-
tor in prin. & §. 1. & l. ſtipulatio. §. habet autem. Ibiq;
glo. infra eodem.

Neque audiendus nunciatus erit, cui neglectui nun
ciatio fuit, ſi docere velit, iure à ſe ædificatum. §. ſed &
ſi is infra ea. l. ſed infra id eadem parte limitatur in ter
tio effectu.

Ex effectu hoc illationes nonnullæ ſequuntur. Pri-
93 ma ſimilem † nunciationis atq; arbitri ſententiæ vim
eſſe, cui ſtandū eſt, iuſta vel iniuſta ſit. l. diē proferre. §.
ſtari. ff. de arbitr. Diſſimilitudo tamen vertitur, q̃ cau-
ſa cognita; aut ſatiſdatione præſtita, remitti nuncia-
tio ſolet. d. l. de pupillo. §. Si is cui, & d. l. prætor. §.
deinde, & §. ſeq. Quod non ita in arbitri ſententia
eſt. d. §. ſtari.

Secunda illatio, parem nunciationis, atque ex-
communicationis vim, eſſe, quam etiam omnino ti-
mere neceſſe eſt, iuſta vel non ſit. Quæ illatio ſcripta
apud glo. eſt in c. 1. eo. tit. Bologni. in d. l. qui viam
nu.36. in fi.

94 Tertia illatio. Ius idem † nunciationis contemptę,
ac ſpoliationis eſſe, qua enim ratione ſpoliatum reſti
tui ante omnia oportet. l. ſi maritus. C. de donat. in-
ter virum, & vx. l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad l. Iul. de
vi l. ſi colum. C. de agri. & cenſ. lib. 11. Ita opus euerte-
re ante omnia nunciatus compellitur vt apud Caſtrē.
in d. §. ſed & ſi is. & ſupra nu. 76. & ſeq. verſi. apparet
ſecundo, Hic ea videnda, quæ ſcripta ante ſunt nu. 55.
& infra parte. 9.

95 Quarta illatio, ius pœnale † demolitorium ex nun-
ciatione nunciatori acquiri, ſi nunciatione ſpreta.
opus fit. d. §. ſed & ſi is. & d. l. prætor. §. deinde. quos
tex. in ſententiam hanc Iaſ. vocat in l. cum procura-
tor. §. 1. nu. 5. verſi. quid tenendum infra eo. Sed enim
ad rem tex. non attinet in d. § deinde. Quocirca tex.
dicendus erat in d. l. prætor. §. ait prætor. ſed appoſitę
magis in §. hoc interdictum. 1. vbi ad hæredem inter-
dictum hoc non ambulare expreſſum eſt. ob id pœna
le habetur. ſiquidem pœna remota, ad hæredem vti-
que tranſiret. Quē tex. in ſententiam hanc Iaſ. affert
in l. pen. nu. 3. infra eo.

Sed quod dicitur, pœnale interdictum eſſe, ad eum
caſum ſpectat, quo nunciati ſumptu demolitio fit.
per ea, quæ verbis pluribus dicta in ſuperioribus ha-
bemus.

96 Limitationem etiam † illatio hæc quarta admit-
tit. ne locum habeat, lite ſuper negotio principali, aut
iure ædificandi conteſtata. Ibi enim in euentum litis
ſuſpendi demolitionem oportet Bal. in conſ. 245. pro
ponitur quod fuit duplex nunciatio nu. 2. verſi. Sticn-
dum lib. 2.

Secundus nunciationis effectus, quod realis indica-
tur, atq; ideo id ſucceſſores ambulat l. non ſolum. §.
morte. & d. l. fi. Qui effectus abunde ſatis explicatus
in ſuperioribus eſt. nu. 6. 57. verſi. Idq; perpetuum, &
nume. 77.

Tertius effectus, quod fabris, aut operarijs facti do
minum etiam ignorantem quantum ad patientiam
demolitionis afficit. Quod aliter in ſumptu eſt, quia
pœnam habet, quæ ignorantem non tenet. Pau. de
Ca. in d. l. de pupillo. §. nunciationem col. 1. in fi. ver.
tertia eſt opinio. & in §. ſi plurium verſi. in tex. ibi
omnibuſque, & in l. ædibus communibus per illum
tex. cum glo. infra eo. Detrimentum hoc deponendi
operis,

Digitized by Google

operis, à fabris dominus conſequitur, à quibus opus
peractum nunciatione ſpreta, & certiore domino nõ
facto eſt Caſtren. in d. §. nunciationem col. 2. verſi.
aduertendum tamen, quod licet teneatur. Quod ſi ſol
uendo fabri non ſunt. quia iniquum videtur, demo-
litionis iactura ignorantem dominum affici, audien-
dus erit, ſi de iure ſuo oſtendere ex continenti velit.
Caſtren. in d. §. nunciationem in fi. De quo fuſius ſcrip
tum in ſuperioribus eſt nu. 54. & ſeq. Idq; ex Bal. iuua
tur in conſ. 245. proponitur quod fuit duplex nuncia-
tio nu. 2. lib. 2. cui viſum generaliter eſt, impenſam ędi
ficij iam facti domino ignoranti non perire. per glo.
in d. l. de pupillo. §. ſi quis forte in ver. nunciationem,
quam opi. æquam ſatis ait. Sed enim æquius videtur,
quod Caſtren. ſcribit, vt audiatur dominus ſi de ſuo
mox docere iure velit. quod ſi non præſtat, culpæ ſuę
damnum aſcribendum, cur temerè opus inſtituit.

Quartus effectus, quod prouocationis cuiuſdam
97 ad iudicium nunciatio vim † obtinet, vt infra ea. l. §.
& poſt operis. Ripa in d. §. meminiſſe nu. 4. & num. 32.
Inde fit, vt Reus nunciatus dicatur, & rei commoda
ſentiat, licet ad iudicium prior ipſe deſcendat, & nun
ciationem remitti deſideret. Caſtren. in d. l. de pupil-
lo. §. ſi quis ipſi prætori. q. 14. citationis vim in nuncia-
tione eſſe, libello item nunciationem ſimilem Bal. ait
in d. conſ. 245. in fi. lib. 2. Inde ait, certam nunciationẽ
ſimiliter vt libellum exquiri.

Sed obſeruandum, pro actu extraiudiciali nuncia-
tionem haberi, Bar. autore infra ea. l. §. fi. nu. 2. Caſtrẽ.
in d. l. de pupillo. §. qui procuratorio nu. 2. in fi. Iaſ. in
ea. l. §. ſi quis ipſi prætori nu. 1. Sed nec libello, aut pro-
uocationi ſimilem nunciationem eſſe, Iaſ. hic tradit
col. 1. circa med. verſi. nec alibi probatur. De quo ſu-
pra etiam nu. 3. ver. Iam actum extraiudicialem.

Solutio prouocationis, aut citationis ſimilem nun-
ciationem eſſe, quantum ad ea puto, de quibus apud
Bar. & Caſtren. in locis prænarratis. vnde ad conſe-
quentias trahenda ſimilitudo non erit cum ſine iudi-
ce fit.

Effectus memorati ad vtilitatem nunciatoris per-
98 tinent. Effectum, & alium nuncianti † damnoſum
nunciatio parit. quod poſſeſſio ei perit, & aduerſario
quæritur, qui in nunciatoris ſolo ædificat, vt infra ea.
l. §. in operis. Ibique glo. & Docto. & d. l. de pupillo.
§. meminiſſe.

Hoc ita, cum voce nunciatio fit. Diuerſum ius erit,
ſi prætoris ope quis nunciat. d. §. meminiſſe Ibiq; Ripa
nu. 6. in ratione diuerſitatis huius indaganda laborat,
& rationem alteram nu. 15. aſcribit.

Et circa limitationem, ne in quaſi poſſeſſione loci
ſeruitutis habeat, & limitationis ipſius rationem, de
qua in d. §. meminiſſe apud Ripã nu. 10. & ſeq. monen
di ſumus. Bar. rationem eſſe in l. ſi prius in 7. oppo. in
fra eo. De qua Iaſ. meminit infra ea. l. §. in operis in fi.

Pars nona tractatus huius in remiſſione nunciatio-
99 nis verſatur. in qua re † ſciendum, triplicem remiſſio-
nem eſſe, vnam, quæ ab homine, & ipſo priuato fit.
ideſt à nunciatore ipſo, qui vltro, aut ſine iudice nun-
ciationem remittit. de qua remiſſione habetur infra
ea. l. §. & poſt operis verſi. inde quæritur. in l. 1. infra
de remiſſio. in l. vim facit. §. tamdiu infra quod vi,
aut clam. locum remiſſio hæc non habet, cum in ſo-
lo publico ædificium fit. l. iuriſgentium. §. item ſi pa-
ciſcar. 2. ff. de pactis. Caſtren. in d. l. de pupillo. §. ſi is
cui nu. 2. circa fi.

100 Remiſſio ſecunda † à lege fit. idq; dupliciter. Prin-
cipio. quotiens vicio quo nũciatio laborat. iure enim
ipſo, aut per legem immediatè ſine facto vllo homi-
nis, nunciationis huius inutilis, remiſſio fit. Atq; ideo
ſperni impune poteſt, vt hic apud glo. in ver. per nun
ciationem, & cumulatius ante in parte ſeptima.

Secundò per legem remiſſio non immediatè, aut
ſine medio, verum facto hominis mediante, remiſſio
fit. ideſt ſatiſdatione à nunciato præſtita, aut oblata,
Delectum opus iri, vbicunq; ita conſtitutum per iu-
dicem erit, ſi repudiata oblatio à nunciatore fit. d. l. de
pupillo. § ſi is cui. & d. l. prætor. §. deinde, & §. ſeq. De
qua. etiam remiſſione infra habetur nu. 244. Per legẽ
101 item † ſine ſatiſdatione, facto tamen alio hominis
mediante, remiſſio fit. Cum de iure ſuo incontinenti
docere præſto nunciatus eſt, hodie conſtat, hodie
agatur. Cuius rei gratia, idq; facturus ad iudicem ve-
nit. Ad quem venire ſi curæ nunciator non habuit,
pro remiſſa nunciatio, vt ædificandi ius competat,
perinde habetur, atq; ſi oblata ſatiſdatio, & repudiata
ſit glo. in d. l. prætor ait. §. ſi quis paratus in glo. 2. quod
dictum mente perpetuo condendum. Caſtren. ibi
ait nu. 3. Trimeſtre tamen expectandum, Caſtren. cre
dit, præterquam ſi damnum grande ex mora accepturus nunciatus ſit.

Sed obiecturus quiſpiam erit, contrarium dictum
hoc gl. & Caſtren. his videri, quæ ſcripta ſupra in par
te ſecunda habemus nu. 36. & ſeq. verſi. Apparet ſe-
cundo, & parte proxima nu. 94. in tertia illatione ſpo
liationis ſimilem nunciationem eſſe.

Sed enim exceptio petitorij admitti contra ſpolia
tum non ſolet. tam, & ſi probatio eius oblata incon-
tinenti ſit glo. & Doc. in l. ſi de vi. ff. de iudi. & in c. 1.
de reſti. ſpol. Doc. in l. 2. C. de edic. Diui Adria. tollen.
Pau. de Ca. in conſ. 213. viſo puncto ſupraſcripto in
prin. lib. 2. Deci. in conſ. 57. col. fi. & in conſ. 84. col. 2.
Quod enim ita ſit quomodo pro remiſſa habenda
nunciatio erit, quamuis de iure ſuo excontinenti do-
cere nunciatus paret. vnde poſſeſſorio adipiſcendæ ſi-
milior nũciatio, quam recuperandæ videtur. Reſpon-
102 detur. ad † nunciationem contemptum ſpectare,
quod dictum in ſuperioribus eſt. Ex qua ſi interdicto
demolitorio agitur, locum petitorij exceptioni non
eſſe, quamuis probatio eius mox offeratur, ex tex.
oſtenditur infra ea. l. §. ſed & ſi is. Dictum planè glo.
& Caſtren. in d. l. prætor. §. ſi quis paratus. ad eum ca-
ſum pertinet, quo contemptus edicti prætoris non in
teruenit. verum oblatio probationis paratæ ante fa-
cta, quam peractum opus ſit. Quo caſu interdicto,
aut poſſeſſorio adipiſcendæ propior nunciatio habe-
tur. quod petitorij exceptionem admittit, probatio
cuius in numerato offertur, vt in d. l. ſi de vi, & in d. l.
2. & in l. fi. eo. ti. de edic. Diui Adria. tollen. habetur.
Ibiq; Deci. no. nu. 20. & nu. 43. Caſtren. in d. conſ. 213.
in prin. & alia non pauca.

103 Remiſſio tertia per † iudicem fit. idq; etiam dupli-
citer. Principio. cum nunciatione facta, ad iudicem
partes adeunt. qui de ea cognoſcit, eamque citra ſatiſ
dationem remittit. ſi iniquam nunciationem compe-
riat. quæ remiſſio deffinitiuè fit toto titu. infra de re-
miſſio. d. l. de pupillo. § qui opus, & §. qui remiſ-
ſionem.

Secundo modo per iudicem remiſſio fit, cum nun
ciatione facta, & ſatiſdatione præſtita, peractum opus
eſt. De nunciatione enim ſeu partium iure iudex co-
gnoſcit, rectè nec ne ædificatum ſit. Quod ſi iure de-
fectam nunciationem videat, eam tum remittit. De
qua remiſſione tex. loquitur in d. l. prætor. §. deinde,
& in d. l. ſtipulatio. §. habet autem. infra eo. Secũdus
hic remittendi modus à priore diſtat, quod poſt ſa-
tiſdationem præſtitam, & operis proſecutionem, ad
iudicem per hunc poſteriorem modum partes eunt,
per quem finem cauſa accipiat, remitti an non nun-
ciatio debeat. Ex priore modo ad iudicem mox par-
tes ſe conferunt, quam facta nunciatio eſt, neq; ante
ſatiſdare, opusvè proſequi curæ nunciato fuit, quam
definita lis per iudicem eſſet. triplicem hunc remitten

di modum

Digitized by Google

di modum Bar. hic docet nu. 31.

Aliter remiſſionis modos Caſtren. hic diſtinguit nu. 3. in dictis cuius obſeruandum, cum dupliciter per iudicem fieri remiſſionem ſcribit. Primũ, cum apud eum, ei in ipſo litis exordio ſatiſdatione præſtita, à iudice ipſo nunciatio remittitur. Sic iudicis remiſſionem ſatiſdatione præſtita, exigit. Sed enim neceſſaria tunc remiſſio non videtur. Namq; ſi iure ipſo ſatiſdatione extra iudicium interpoſita, ex edicto prætoris remiſſio fit. Longè facilius ius idem probandum tum erit, cum in iudicio adhibita ſatiſdatio eſt. arg. l. cum oſtendimus. §. fi. ff. de fideiuſ. tutor. Secundo generaliter prætor ædicit, ſatiſdatione præſtita, remiſſionem fieri, diſtinctione non facta, extra iudicium præſtita, an in iudicio ſit.

104 Diſtinctio altera remiſſionis † adijcitur, temporalis vna, perpetua altera æſtimatur. Temporalis, quæ ſatiſdatione præſtita per legem cõceditur. Euſq; enim durat, donec ſententia dicta de nunciatione ſit. Quo circa ſi iudicium nunciator euincit, finem vigor, remiſſionis accipit. De remiſſione hac temporali tex. loquitur in d. l. prætor in prin. & per totam. l. in d. l. non ſolum. §. ſciendum, & in d. l. de pupillo. §. ſi is cui. Conſequens dicto huic ſit, vt ob remiſſionem hanc infirmandam, aut reſcindendam adiri ad iudicem opporteat, à quo de iure nunciatoris ſententia feratur, vt hac l. 1. § & poſt operis. glo. magna hic in 2. & 6. lectu. Caſtren. in d. l. de pupillo. §. ſi is cui in prin.

Perpetua remiſſio eſt, quam ſermone craſſiore totalem, ſeu effectualem, Doc. vocitant. Per ſententiam hæc diffinitiuam contingit, vbicunq; cauſa examinata, & diſcuſſa, ius nunciandi non eſſe iudex pronunciat, præſtita, aut oblata, vel non ſatiſdatio ſit d. l. de pupillo. §. qui procuratorio, ibi omnino remitteretur. d. l. non ſolum. §. ſciendum infra eo. Ad remiſſionem hanc tex. etiam noſter hic ſpectat, ibi deinde remitteretur. tradit. Bologni. in d. l. qui viam nu. 38. ver. vel ſecundo, & de vtraq; remiſſione iuxta temporali ac perpetua Caſtren. etiam meminit infra ea. l. §. & poſt operis nu. 2.

105 Conſequenter his dicendum, perpetuam † prohibitionis ſemper remiſſionem eſſe, vtpotè quæ citra ſatiſdationem, per iudicem fit. qui prohibendi non eſſe ius pronunciat Bologni. in d. l. qui viam nu. 32. & nu. 36. inde diſcrimen vnum inter nunnciationem cognoſcere, & prohibitionem licet. quod ſatiſdatione effectus pendere prohibitionis non ſolet. Quod aliter in nunciatione, eſſe inicio teſtatum partis huius nonæ habemus. Quam differentiam expreſſim Ruin. obſeruat in conſ. 209. num. 13. & ſeq. lib. 1. Eandem Bar. hic ſentit num. 24. cum locum remiſſioni in prohibitione non putat. quia cum effectu intelligi eam conuenit. Quod ad remiſſionem referri dictum debet, quæ per ſatiſdationem fit. Per iudicem planè remiſſionem, & quidem perpetuam prohibitioni induci dubitandum non videtur, cum prohibendi ius non eſſe declarat.

Roget hic aliquis. vnde diuerſitas hæc, vt locum per ſatiſdationem remiſſio in prohibitione non habet. Reſpondetur, ſiquidem de ſatiſdatione loquimur, quæ extra iudicium præſtatur, in promptu diuerſitatis ratio videtur, quoniam cum per iudicem prohibitio fiat. l. in prouinciali. §. 1. verſi. planè infra eo. phas non eſt, autoritate ſua iudicis prohibitionem eludere, atq; ideo ſatiſdatione præſtita opus nouum proſequi,
106 idq; † ex Caſtren. oſtenditur in l. ſi opus nouum per glo. ibi. infra eo. Liberum nunciato non eſſe, nunciationem contemnere, quæ facta per prætorem ſit, cũ ſperni alioquin poſſit, ſi citra iudicem fiat. De quo mentio ante facta in exitu partis ſeptimæ eſt num. 91. Rurſus cum per iudicem prohibitio ſit, firmitatem ſatiſdatio non habet, quæ ſine ipſo iudice datur. arg. l. nihil tam naturale infra de regul. iur.

Vnde eo caſu difficultas ſubeſt, quo in iudicio ſatiſdatio præſtatur, cur ad prohibitionem remittendam, aut ſuſpendendam non ſimiliter valeat, vt ad ſequeſtrum amouendum ſatiſdatio prodeſt. l. ſi fideiuſſor. §. fi. ff. qui ſat. cogan. ſed reſpondetur, ſuſpitionis ratione ſequeſtrum permitti. d. §. fi. ſuſpitio planè ſatiſdatione præſtita, ſilet. Quæ locum ratio in prohibitione non habet.

Sed nunciationis reſpectu difficultas vertitur, quæ ſatiſdatione præſtita pendet. Cur non tantumdem probandum, & in prohibitione ſit. cum in iudicio ſa
107 tiſdatio interponitur. Reſponderi † poteſt. iure priuilegiario nunciationem ſubniti, vt hac. l. in prin. & quia dominum etiam ignorantem quantum ad patientiam adſtringit, & ob effectus alios, de quibus in parte proxima ſuperiore. Prohibitio planè, quæ per iudicem fit, iure communi nititur. ob id facilius priuilegiarium, quam commune ius tollitur. l. eius miliius §. militia miſſus. ff. de mili. teſta. l. quamquam. C. eo. titu. l. fi. cum glo. magna. C. qui potior. in pign. ha. §. quia vero veriſimile in Auten. de non alie. glo. ſcita in l. 1. in glo. fi. C. ſi aduer. vendi.

Ratio altera aſſerri diuerſitatis poteſt, quod odio
108 irrationabili † introducta nunciatio videtur Bar. in l. licitatio. §. quod illicite num. 5. in fi. infra de publica. Quod idem Iaſ. ſentit in d. l. de pupillo. §. ſi is cui ante fi. vbi malignam eius naturam aſſerit. vt à Bar. diſcedere Iaſ. videatur in §. hoc autem edictum. 2. col. 2. infra ea. l. odioſum item ædictum hoc Prætorijs Bologni. aſſerit in d. l. qui viam nu. 77. in fi. Ob id ſatiſdatione leniendum, aut reſtringendum odium id oportuit l. cum quidam. ff. de lib. & po. l. Arrianus infra de actio. & obliga. l. quicquid adſtrimende infra de verbo obligatio. Quæ odij irrationabilis ratio in prohibitione tacet, quæ per iudicem exercetur. Conſequẽs etiam prædictis ſit, interpretationem in re dubia contra nunciationem faciendam vtpotè odioſam. Molliri tamen duricies hæc videtur, quod impune ſpernere nunciationem licet, iniuria cuius in manifeſto eſt, vt hic apud Bar. nu. 6. & in conſ. 64. nu. 1. & in caſibus alijs, de quibus ſupra parte. 7 & nu. 88. Idq; Iaſ. hic obſeruat col. 1. in fi. verſi. Quapropter, Aliter etiam duricies hæc ædicti Prætoris infra miteſcit nu. 123.

109 Ius tamen idem prohibitionis † atq; nunciationis eſſe, vt locum in prohibitione remiſſio per ſatiſdationem habeat, quotiens per iudicem prohibitio fit. Iaſ. ſentit in d. l. de pupillo. §. ſi is cui. ante fi. ſed enim recipiendum id non videtur, neq; ad rem pertinent, quę à Iaſ. proferuntur.

Quatenus autem fieri remiſſionem oporteat, ex toto, an in partẽ, apud gl. & Doc. hic in verſi. catenus.

110 In parte hac nona effectus † remiſſionis obſeruandus. Namq; ſi remiſſione nunciationis facta, ſiue ab homine, ſiue à lege immediatè, aut mediatè, turbationem nunciatus in opere patiatur, interdictum habebit, ne vis fiat ei, & ne operis extructio interpelletur. d. l. prætor. §. deinde infra eo. Caſtren. infra ea. l. §. ſed & ſi is cui in fi.

Hactenus in Monteregali progreſſus autor eſt die. 23. Februarij. 1564. Reliqua ex Papię enarrationib. ſũt.

In quantum effectum remiſſionis in parte. 2. huius prin. poni. Bar. ait, melius ſcriptum ab eo fuerat, mo
111 dum remiſſionis aſcribi. Siquidem quem † effectum remiſſio pariat. Vlpianus non docet, at quatenus fieri remiſſio debeat. l. catenus quatenus ius prohibendi is qui nunciauit, non habet. de quo inferius apud glo. in verſi. catenus.

Secundo ratio Bar. ſpectanda, quam ob rem in compendium redigi tex. iſte non debeat, quod videlicet ſummarium tex. ipſe habet, in quo ſenſus edicti

præto-

Digitized by Google

prætoris, quod capita duo habet, l. prætor in prin.
infra eo. ſummatim ab Vlpiano enarratur. Quare ab-
ſurda res videtur, ſummarium ipſum in ſummarium
112 aliud conferre. ſuperflua iure † non admittente. l.
non cogendum. §. ſabinus. ff. de procura. l. hæc ſtipula-
tio. §. diuus. ff. vt lega. nomi. cauea. l. qui bis idem. ff. de
verb. obl. §. quibus in prima conſti. C. & in procemio
Gregoriano, ibiq; Anto. de Bu. nu. 38. Sed enim de-
claratio ædicti prætoris in text. hoc contineri, non
ſumma eius videtur, mos quippe iuriſconſultis non
eſt, prætorum ædicta in compendia conferre, at ea
compendio à prætoribus ipſis propoſita explicantius,
latiuſque ennarrare.

Secundo nihilo prolixius ædictum prætoris vide-
tur, atq; inicium. l. huius, quod ſummarij vice eſſe
Barto. ait. Quod cum ita ſit, compendij brevioris in
digens prætoris ędictum non erat.

Tertio pluris aliquid eſſe in ſummario non ſolet,
quam in eo, quod in ſummam redigitur, ſummarij
quippe eſt, quod ſermone longiore comprehenſum
ſub lege eſt, in pauca id verba conferre, quibus l. to-
tius ſententia contineatur. Atqui plus in textu Vlpia
ni, quod ſummarium Bar. nuncupat, haud dubiè eſt,
quam in ædicto ipſo prætoris. Principio enim expreſ-
ſum in ædicto prætoris non eſt, inhibitionem operis
noui per nunciationem induci, ſiue iniuria, ſiue iure
opus fiat. Quod tamen comprænhenſum in tex. hoc
Vlpiani eſt. quocirca mens prætoris ab Vlpiano de-
claratur, vt effectum inhibitionis nunciatio habeat,
iure ea vel iniuria fiat. Quæ mens ex verbis prætoris
colligi videtur, quæ generalia ſunt. diſtinctione non
adhibita, iure necne opus fiat.

Secundo amplius in verbis Vlpiani, quam in edicto
prætor eſſe expreſſius oſtenditur, quod circa remiſſio
nem nunciationis ſpecialiter quicquam conſtitutum
in ædicto memorato non legitur, Tantum de remiſ-
ſione mentio fit præſuppoſiti vice, eam videlicet præ
ſupponendo, cum deſtrui opus iubet, quod poſt nun-
ciationem factum, & ante remiſſionem eius eſt vel
quam pro remiſſa haberetur. Quomodo vero, aut
quatenus remiſſio fiat, conſtitutum quicquã à Præto-
re non eſt. Modi planè circa remiſſionem ipſam fa-
ciendam, declaratio facta ab Vlpiano eſt. Quam ſum
marij nomine rectè non Bar. vocitat.

Tertio principaliter videndum in dictis Bar. cum
capita duo in ędicto prætoris in eſſe ait, ideſt vnum
in nunciatione ipſa, & inhibitione, quam nunciatio
habet, ſeu quæ ex ea ſequitur. Alterum, circa remiſſio
nem, ideſt quatenus fieri remiſſio debeat. Namq; niſi
vnum ædicto prætoris. Namq; niſi vnum contineri
edicto contineri principaliter non videtur, operis ſci-
licet reſtitutio, quod factum poſt inhibitionem, ante-
que eam remiſſam, vel pro remiſſa habitam ſit. Re-
miſſio autem ſeu eius concedendæ modus expreſſus
principaliter non eſt, verum præſuppoſiti vicè, vti di-
ctum habemus, colligitur. Vlpianus planè remiſſio-
nem hanc principaliter ipſe attingit modum eius con
cedendæ declarando. ex qua re, vti dixi, non obſcurè
apparet, declarationis non ſummæ loco verba Vlpia
ni eſſe, & hæc quod ad inicium. d. l. prætor ſpectat.
Cæterum in §. deinde eiuſdem. l. caput ipſum ſecun-
113 dum remiſſionis principaliter † ponitur, ideſt remit
tendam nunciationem eſſe, quotiens ſatis datum ab
aduerſario eſt vel per eum non ſtat, ſatis quominus
detur. Quo caſu prohibendum ædificantem non eſſe,
prætor ædicit. Ex quo. § deinde inicium. l. declaratur,
vbi de remiſſione generaliter mentio fit, expreſſione
non facta, quo caſu vel quando remitti nunciatio de
beat, id enim in d. §. deinde declaratur, ideſt cum præ-
ſtita ſatiſdatio eſt vel per ædificantem non ſtat, quo-
minus detur reſtitutũ opus iri, ſi ædificatum iniuria ſit.
Ex quo tex. percipitur, nihil intereſſe, vtrum remiſ
ſa nunciatio ſit. vel ſatis de ópere reſtituendo datum,
114 vel de ſatis dando oblatio facta. Conſequenter † ne-
ceſſariam remiſſionem non eſſe, quotiens concedi
eam omnino oportet pro facta enim tum habetur.
Inde colligi, & aliud poteſt, pari iure cenſeri, factum
quid eſſe, vel fieri id omnino debere, ibi enim nihil
refert, vtrum remiſſa nunciatio ſit, vel remitti debeat,
poſtquam datum ſatis eſt, vel ſatis dare paratus quis
eſt, ex tex. reg. hæc iuuatur in l. Pomponius. ff. de neg.
ge. quem Signorol. citat in conſ. 64. in fi. Iura. & alia
in ſententiam hanc Geminia. refert in conſ. 65. col. 2.
poſt medium, & apud poſteriores in l. cum fundus. §.
1. ff. ſi cer. pet. Apparet ex his, capita duo ædicti præto
ris ex d. l. prætor in prin. probari textu adiuncto in d.
§. deinde, ita illum tex. in ſententiam hanc glo. hic
2. citat.

Quia notabilium deſumendorum ſtudium inte-
grum nobis Bar. relinquit, illud colligendum ex tex.
duxi, generalem prætoris inhibitionem, ne operis quic
quam poſt nunciationem fiat, ad opus trahi quod ędi
ficatum iuſte etiam eſt, ita enim generale prętoris ędi
ctum Vlpianus hic interprætatur, quamuis de iuſtitia
hac operis facti expreſſum quicquam in ædicto non
ſit. Ex qua re apparet, ab Vlpiano ædictum interpræ-
tari, non in ſummam, aut epitomen contrahi, vti
115 perſuaſum ſibi Bar. habet. Sed cõtrarius † textui atq;
interprætationi huic Vlpiani, tex. videtur in l. 2. §. me
rito, & § ſi quis à principe infra ne quid in loco publi.
vbi ius tertij lædere nunquam ſuperior creditur. Quid
ita igitur, ad eum pertinere generalis prætoris inhibi-
tio debebit, qui iure permittente ædificat. Sed propius
textui huic obſtare tex. videtur in c. audita. Ibiq; glo.
in ver. non intelleximus, de reſti. ſpolia. vbi cum ea
reuocari Papa mandat, quæcunq; geſta ex literis eius
prioribus ſunt, ad ea mandatum hoc generale non
porrigitur, quæ acta iure ſunt, de quo apud Roma. in
conſ. 354. num. 2. Iaſ. in conſ. 213. col. pen. in fi. ver. &
quoad iſtos effectus lib. 2. Iuri igitur rationiq; naturali
pugnare interprætatio hæc Vlpiani videtur, vt de ope
re iuſte facto reſtituendo in ædicto ſuo quamlibet ge-
nerali prætor ſenſerit.

Secundo vltra Roma. & Iaſ. aduerſari interpræta-
tioni huic ſeu extenſioni Vlpiani tex. videtur in c. inti-
mauit de teſtib. vbi iuramentum de auxilio, conſilio,
fauoreq; contra aliquem non præſtando, ad auxiliũ,
conſilium, fauoremq; iniuſtum reſtringitur. Ibiq; Io.
And. Abb. & alij. no. Iaſ. in l. qui ſeruum in fi. infra
de verb. obli.
116 Tertio glo. etiam † interpretationi huic contradi-
cit in c. pro illorum in ver. contradictores de præben.
clauſulam illam contradictore quolibet amoto, ad
contradictorem iuſtum non trahi, verum ad iniuſtũ
reſtringi. ſequitur Corſet. ſing. 180. quis in contractu.
Curti. poſterior in conſ. 173. col. fi.

Quarto ex Bal. interpretatio hæc Vlpiani oppu-
gnatur in conſ. 191. in teſtamento col. 1. poſt med. lib.
2. verba compromiſſi vniuerſalia de quæſtionibus
omnibus, quæcunq; oriri poſſent, ad potentiam iu-
ſtam non iniurioſam referenda, quo ciuilem videli-
117 cet intellectum accipiant. Hoc amplius † vltra Bal.
verba etiam vniuerſalia negatiua reſtringi conuenit,
vt ſenſum ciuilem accipiant, ne prohibitum id intel-
ligatur, quod iuſte fit. l. & non tantum. §. 1. ff. de peti.
hæredi. vbi exceptionem nullam poſſeſſori dari ex-
preſſum eſt, atqui legitima excluſa exceptio non cen-
ſetur vt glõ. ibi no. quem tex. in ſententiam hanc Ol
dra. citat in conſ. 148. factum tale eſt, quidam comes
ante fi. verſi. ad alia autem argumenta. vbi verbum
nullum adeo vniuerſale, indiſtinctumq; eſſe Oldra.
ait, quod ex conſideratione debitarũ circumſtantiarũ
intelligi ciuiliter, limitariq; non debeat. per tex. in l.
ſi cui. ff. de ſeruitu. in d. l. & non tantum. § 1. in l. obliga
tione.

Digitized by Google

tione.ff.de pig.& in l.ſi mihi Meuia.§.fi.ff.de lega.3.
Quinto, & vltimo, vſq; adeo ad actum iuſtum, aut
118 pe. miſſum trahi inhibitio † generalis non debet, vt
tolerabilius ſit, inutilem inhibitionem fieri, quam vt
ad id porrigatur, quod actum legitimè ſit, veluti cum
venatione clericis epiſcopi conſtitutione interdicitur,
ad venationem enim clericis prohibitam, non etiam
iure permiſſam interdictio hæc reſtringitur, quam-
uis ad eum modum inutilis prohibitio fiat, cum iuris
ſatis prohibitio eſſet, vt ex Geminia. Iaſ. probat in cõſ.
119. col. 2. ver. quarto benę facit lib. 4. & generaliter
verum, eſt, vt momenti nullius ſuperfluaq; potius
verba fiant, quam vt tertij ius lædatur. c. cum dilectus,
& c. ad audientiam ibiq; Imola de cleri. non reſid.
no. glo. Bar. & alij in l. fi. §. in computatione. C. de iu
re deliber. Ius planè tertij hoc eſt nunciati non obſcu
rè læditur, ſi quod iure ædificatum ab eo eſt, diruere
id compellitur. Quid igitur interpretationis, aut ex-
tenſionis factum ab Vlpiano eſt, vt ad opus iure fa-
ctum prętoris edictum trahatur. tex. ad hæc accedit
in l. ſi procuratori, & quod ibi recentiores.ff.de condi.
indebi. à contrarijs argumentando.
Solutio, negatur, iure factum dici, quod poſt nun-
ciationem, & contraquam prohibitum à prætore eſt,
119 ædificatum apparet. quandoquidem † præcepto in-
hibitioniq; pareri magiſtratus oporteat toto titu. ff. ſi
quis ius di. non obtemper. & in Auten. vt omnes
obe. iudi. prouin. c. 1. ibique deci. in 19. nota. de po-
ſtula. præla.
Non obſtat, contra prohibitionem ędificatum nõ
intelligi, ſi ad opus, aut ædificium iuſtè factum prohi-
bitio non trahitur. Reſpondetur, antequam de iure
hoc ædificandi conſtet, iuſtè dici ædificatum non poſ
120 ſe ſiquidem nihil † intereſt, vtrum ius cuipiam non
competat, an de eo non appareat. l. argentarius. §. eũ
autem. ff. de eden. l. Pomponius ſcribit ſi frumentum
in fi. ff. de rei vendica. l. in lege. ff. de contra. emp. l. duo
ſunt Titij. ff. de teſta. tutęla. l. hæc autem. §. 1. Ibi conſta
re debet liquereq; prætori. ff. quibus ex cau. in poſ. ea-
tur, & alia, de quibus in reſpon. noſtro pro Genero
nu. 123. 143. 153. Ambiguitate igitur iuris huius pen-
dente, iuſſui pareri ſuperioris debet. Conſequens his
fit, vt ambiguitate hac remota, quia in manifeſto ini-
cio ipſo nunciati ius ſit, atque adeo euidens nunciato
ris calumnia, locus edicto prætoris, atq; vlpiani inter-
pretationi non ſit vt hic apud Bar. nu. 6. Ibiq; Deo au-
tore videbimus. Atq; ita iniquitatem edicti huius
diluit Iaſ. hic ſcribit col. 1. in fi. verſi. quapropter ego
indubitanter teneo.
Sed dicturus aliquis erit, inicio ipſo ex eo nunciati
ius apparere, quod in ſolo ſuo ædificat, præſumptio-
ne iuris cum eo faciente, de qua in l. Altius. C. de ſerui
tu. & in l. in re mandata. C. manda. Quocirca proba-
tionis contrariæ onus incumbere actori ſeu nunciato
ri videtur, non iuſtè ab aduerſario ædificari, cum id
121 vigoris præſumptio † iuris babeat, vt probãdi onus
in aduerſarium reijciat. l. fi. in prin. ff. quod metus cau.
l. nuptura in fi ff. de iure dot. l. minor. 25. annis ex aſpe
ctu. ff. de minor. l. quintus. ff. de dona. inter virum, &
vx. & alia compluria. Reſpondetur inicio ipſo regula
riter id non conſtare. Quid enim ſi in poſſeſſione vel
quaſi iuris ſui nunciator eſt, Nomine cuius nuncia-
tum ſit. Rurſus in iudicio præſtari probationem hanc
conuenit. Inter moras ſanè. Dum res iſta pendet, ope
re ſuperſedendum prætori viſum. vſq; dum litigato-
ris ius planum vtrius libet fiat.
Sed iterum quiſpiam dixerit, nondum etiam ani-
mum acquieſcere, ſiquidem iniuria nunciatus affici,
iuſq; lædi eius videtur, ſi deſiſtere ab opere cogitur,
quod in ſolo ſuo à ſeq; poſſeſſo ſit, vſq; dum liqueat,
122 ius ne ita edificandi competat. Ledi planè † ius ter-
tij per ſolam etiam dilationem dicitur. Atq; ideo ius
cuiuſquam nec differendo læſum in dubio creditur c.
ſi ſuper gratia, & c. ſtatuimus de offi. deleg. lib. 6. Egi-
dius deciſ. 739. in fi. Fely. in c. in noſtra correla. 37. de
reſcrip. Corn. in conſ. 67. col. 3. lib. 3. Reſpondetur, lo
cum id ita habere, ſi in tempus longius ius hoc differ-
tur, temporis planè Breuioris mora præiudicium nõ
affert. l. ſi debitori. ff. de iudi. l. ſi is à quo. ff. vt in poſſeſ.
lega. l. quotiens. C. de precibus impera. offer. Ita ad
arg. hoc in ſimili Gomez. reſpondet in regula de non
tollen. iure quæſito. q. 10. col. 3. in fi. pagi. 106. Abb. vl
tra eum in c. 1. nu. 5. in fi de reſtitutio. ſpolia. Enimve-
ro intra dies paucos impleri probatio hæc poſſeſſio-
nis vel iuris nunciati poteſt.
123 Secundo reſpondetur nec differendo † nunciati ius
lædi, vtpotè cui liberum ſit, dilationem hanc amoue
re ſatiſdatione præſtita, vel oblata, aduerſario eam re
nuente. ſi dixeris, damnum ſaltem in ſumptu ſatiſda-
tionis verſari. Reſpondetur, damno huic ſarciendo
nunciatorem teneri, ſi nunciatum iniuſtè ab eo ſit. l.
properandum. §. Sin autem alterutra. C. de iudi. In
qua re iuſticiæ, æquitatiſvè ratio habita à prætorę vi
detur. Namq; ſi ius ædificandi nunciato eſt, proſequi
id ſatiſdatione præſtita, aut oblata licet. ſin ius ædifi-
candi non habet, vacua res à controuerſia omni
videtur.
Et quia difficultatum tractatus totius præcipua hæc
124 videtur, cur † ab opere ante abſtineri prætor iuſſe-
rit, quam nunciatoris ius conſtaret, & in rei huius ra-
tione veſtiganda Poſteriores laborant. Monendi ſu-
mus, ſatius meliuſq; prætori viſum, nunciationi vel
iniuſtæ pareri, quam vt ædificare impunè poſt eam,
anteq; remiſſionem liceat. Idq; ea ratione videlicet,
quo magis ab opere iniuſto abſtineatur. ne demolitio
poſtea eius fiat. Quæ res non nunciati modo, ſed &
reipublicæ etiam incommodo cederet, cuius inter-
eſt ædificia non dirui. l. Senatus. ff. de contra. emptio. l.
2. C. de edifi. priua. facilius porrò ob opere iniuſto ad
hunc modum abſtineri veriſimile eſt. Namque cum
cautionem præſtandam de opere demoliendo nun-
ciatus videt, rei ſuæ diligentius vtiq; proſpiciet, ſecum
que accuratius cogitabit, opus ne proſequi ſatiſdan-
do debeat. Enimuero ſi iure proprio, nullaq; ſatiſda-
tione præſtita, ei opus perficere liceat, facilius non
paulo, nunciatione ipſa præcipuè accenſus ad opus
ipſum proſequendum impellctur.
Notabile, & alterum colligi ex tex. hoc poteſt, pa-
125 rem nunciationis † effectum atq; arbitri ſententiæ
videri, cui ſtandum eſt, iuſta vel iniuſta ſit. l. diē pro-
ferre. §. ſtari. ff. de arbitr. Eque nunciationi ſtandum
Vulpianus ait, iure vel iniuria fiat. Sed enim diſſimili
tudo non exigua verſatur, quod ſententia arbitri reuo
cationem non patitur. operis planè nunciatio, aut
cauſa cognita, aut ſatiſdatione præſtita vel oblata re-
mitti ſolet d. l. de pupillo §. ſi is cui. & d. l. prætor. §.
deinde, & §. ſeq. De quo etiam dictum ſupra eſt
nume. 93.
126 Simili modo pari iure † nũciationem, atq; ſenten-
tiam excommunicationis cenſeri glo. ſcribit in c. 1.
extra eo. ti. Bologni. in d. l. qui viam nu. 36. in fi. Ruin.
hic in primis verbis. De quo ante etiam nu. 93. ver. ſe-
cunda illatio. quæ ſimilitudo maior quam ſuperior
habetur, ſiquidem reuocationem ſententia etiam ex-
communicationis admittit, ſi iniuſta ſit, ab eaq; ap-
pellatio interponitur facilius tamen non paulo nun-
ciatio, quam ſententia excommunicationis tollitur.
ſiquidem nulla appellandi neceſſitas in nunciatione
remittenda eſt, verum ſola ſatis cautio habetur.
In prima oppo. erroris grammaticalis Vlpianus
incuſatus quod ſignificatione abuſus pronominis
127 † hoc videtur, quod ad perſonam, aut rem præſen-
tem

tem refertur, apud vocabulorum interpretes, & in legibus videre à Bar. relatis eſt, ſed enim in oculis, aut præſens edictum prætoris Vlpiano non erat, at inferius diſpoſitum in d. l. prætor. Rurſus ſi mentio ædicti prætoris adhuc facta non eſt, verum poſtea fit, quo modo de eo diſſerere Vlpianus potuit. An non diuinare Vlpianus videtur, qui ædictum interpretatur, quod poſitum, aut expreſſum nondum ſit. Contrarium glo. admittit. Ideſt ab Vlpiano prophetizari, Qui ædictum explicare ante parat, quam poſitum id ſit. Itidē ab eo factitatum glo. ait in l. 1. in prin. ff. quod quiſq; iuris in l. 1. in prin. ff. de pactis. in l. 2. in prin. ff. de capi. dimi. Ad rem tamen attinere tex. non videtur in d. l. 1. ff. quod quiſq; iur. ſiquidem in conſpectu Vlpiani ædictum erat, & atq; interpretationi eius mox adſcriptum, vt neq; diuinatio ibi, neq; pronominis demonſtratiui abuſio interueniat.

Iuriſconſulti defenſionem contra oppo. gloſæ Bar. ſuſcipit, prophetizatum ab eo non eſſe, ſiue ad præteritum, ſiue ad futurum prophetiam referamus. Ad ea enim prophetia pertinet, quæ viſa, & cognita vere non ſunt. Atqui lectum, viſumq; & cognitum prætoris ædictum apud Vlpianum erat.

Si dixeris, viſione cognitioneq; ædicti admiſſa, abuſiue tamen pronomine hoc Vlpianum vſum, cum ſub oculis ædictum non eſſet. Reſpondet Bar. demonſtrationē pronominis huius duplicē eſſe, vnā, quæ ad corporis, Alterā, q̄ ad mētis ſeu intellectus oculos ſpectat. ſeu corporalē vnā, intellectualem alterā eſſe l. fi. ff. de eden. l. 4. ff. de calum. l. 1. in prin. ff. de ſerui. ruſti. pſdior. In quibus iuribus quæ incorporalia ſunt, & niſi intellectu non percipiuntur, per pronomina demonſtrantur, hic, & hæc & hoc, vnde quod de hoc ædicto Vlpia. meminit, ad ædictum referri expreſſio hæc debet, quæ in mente meditationeq; Vlpiani erat.

Inde ad teſtem Bar. colligit, qui cum in palacio prętoris teſtimonium diceret, ſuper articulo vno in palacio Epiſcopi rem actam aſſeruit, ſuper alio articulo in palacio hoc geſtam rem ipſam dixit, contrarium ob id teſtem non intelligi, verum pronomen hoc ad oculum intellectus referri, in palacio hoc ſcilicet Epiſcopi, in ſenſu menteq; teſtis verſabatur, & de quo dictum iam erat, non etiam ad oculos referri corporis debet argu. c. cum tu de teſtibus. vbi verba illa poſt appellationem rem geſtam, aut ſententiam latam affirmantibus. Cauſa planè contrarietatis euitandæ ceſſante, ita pronomen hoc ſe intelligere Bar. ait, vt res per ipſum corporalis demonſtretur pro no. in d. l. Menius. §. duobus, ſic glo. ibi approbare Bar. videtur, vt ad rem corporalem demonſtrandam propriè dictio hæc conueniat. ſed enim Paulo ante à Bar. damnata glo. eſt. Diſtinctione diuerſitas concilianda. gloſam poſteriore loco Bar. probat, quotiens rei corporali pronomen hoc adiungitur. Priore autem loco improbat, inquantum nonniſi ad oculos corporis pronomen hoc referri glo. putat. verum enim id non eſt, vbicunq; rei incorporali adijcitur. In qua Bar. mente aſſequenda hallucinatus Iaſ. hic videtur nu. 5. in fi. ver. ſecundo dum Bar.

Ex dictis Bar. in oppoſi. hac. 1. ſignificatio pronominis hoc colligitur, vt ad oculos mentis referatur, vbicunq; rebus incorporalibus adiungitur, veluti hæc actio, hoc ædictum. Sin autem rebus corporalibus adijcitur, ad oculos tū corporis proprie ſpectat. ſic æque ad intellectum, atq; corpus referri pronomen hoc poteſt, prout res ſunt, quibus applicatur. Eandem præceptionem Bar. tradit in l. 1. nu. 17. in fi & nu ſeq. ff. de pecul. Doctrinæ huic conſequens fit, impropriè ad oculum mentis pronomen hoc referri, quotiens rei adiectum corporali eſt, ſeu de re corporali quæſtio vertitur, prout videre in exemplo, aut illatione Bar. de teſte eſt. Inde gl. damnat in l. Menius. §. duobus in ver. hanc eandem. ff. de lega. 2. quæ niſi ad res corporales pronomen hoc referendum propriè non putat.

128 Secundo ex Bar. colligitur, verba teſtis † impropriè intelligenda, vt contrarietatis vicio eripiatur pronomen enim hoc rei corporali. i. palatio adiectū ad mētem referri Bar. ait, ne contrarius ſui ipſius teſtis videatur. Idem Bar. ſcribit in d. l. 1. nu. 18. ff. de peculio. Concluſio hæc, verba teſtiū oſſendenda, ne cōtrarietas ſequatur, ex Iaſ. hic iuuatur nu. 6. in l. de pupillo. §. ſi plurium in fi. quarti nota. infra eodem.

Ex Cuma. concluſio hæc ampliatur in conſi. 92. col. 2. in fi. vt locum non ſolum habeat, cum propria verborum ſignificatio verbis teſtium repugnat, verū etiā ſi vſui ipſi communi loquendi teſtium verba concordiæ faciendæ aduerſantur.

Secundo ampliatur, vt non ſolum in teſtibus locū id habeat, verum etiam in articulis ipſis, aut poſitionibus, ſuper quibus examinantur, quas ita interpretari conuenit, ne contradicere videantur Caſtren. Alex. & Iaſ. in l. 1 in prin. ff. ne quis eum qui. Iaſ. in l. qui vſum fructum in fi. ff. de verb. obli. Anchar. huc accedit in conſ. 265. quod donatio in fi. ita poſitiones accipiendas, ne pugnare his videantur, quæ probata prius, aut narrata ſunt.

129 Ampliatio tertia concluſionis huius † ex Bar. hic colligitur, non ſolum in teſtibus pluribus, qui diſſidere videntur, oſtenſionem hanc verborū admittendam concordiæ ineundæ, cauſa, ſed & in teſte vno. in teſte enim vno Bar. loquitur. Qua ſententia Alex. quoq; vtitur, quotiens manifeſta contradictio non eſt in cōſ. 133. nu. 4. ver. quinimo vīr plus velle Doc. lib. 1. & in d. conſ. 190. col. 1. lib. 7. Concordiā in teſte vno ad probationē etiā, admittendā Soci. probat in conſ. 56. circa fi. lib. 4. cū alijs apud Soci. iun. relatis in cōſ 73. n. 7. li. 2.

Sed enim contrarius ampliationi hic Bar. ipſe videtur in l. eos in fi. ff. de falſis. vbi fortius voluit, concordiam in teſte vno nec falſi vitandi cauſa faciendam, atq; ideo ī teſte vno locū dictæ. l. omnino eſſe, vt quaſi varias falſi pœnas ſubeat. & quamuis receptum Bar. dictum quantum ad poenam non ſit, vt hic apud Ruinum numero 13. admitti tamen ratione probationis ſolet, vt probationis faciendæ cauſa concordia hæc in teſte vno non fiat, vt Ruin. hic teſtatur. d. nu. 13 ex no. per Doc. in d. c. cum tu, & in l. inter ſtipulantem. §. 1. infra de verb. obli. Idem Alex. probat in conſ. 80. nu. 6. ver. nec reducitur lib. 2. in conſ. 20 nu. 4. in cōſi. 43. nu. 12. lib. 4. in conſ. 29. nu. 8. lib. 7. q̄uis in hoc anceps eſſe Alex. ipſe videatur in conſ. 190. col. 1. eo. lib. 7. Inde contradictionem obſeruare Alex. licet opinione eius ſpectata in d. conſ. 133. nu. 4. lib. 1. vbi ad fidem etiam faciendam, concordiam hanc in teſte vno admittit, q̄ opi. amplecti, & in d. conſ. 190. videtur ſaltem dicto

130 ne † animaduerſa, quæ implicatiua videtur, c. excōmunicamus. §. adijcimus de Hæreti. c. quia propter de electio. glo. in c. ſtatutū. §. cum vero in ver. ſaltem de reſcrip. lib. 6. & in c. ſicut apoſtolus. 11. q. 2. Geminia. in conſ. 37. col. 2. ante med. Soci. in conſ. 38. nu. 9. lib. 1. Cum opi. hac, concordiā in teſte vno ad fidem faciendam non recipi. Curti. iun. facit in conſ. 166. nu. 10. Ruin. hic nu. 13. in conſ. 5. col. 8 ante med. ver. nec prædicti debent vel poſſunt lib 4. & in conſ 149. nu. 29. lib. 5. & apud nos in conſ. 260. nu. 5.

Opinio hæc ab omni vacua dubitatione videtur, ſi opi. diuerſam amplectimur, nec in teſtibus pluribus concordiam hanc ſequēdam fidei faciendæ nomine, vti viſum Sgnorolo eſt in conſ. 244. col. 6. in prin. ver. præterea ad aliud. Fulgoſ. in. cōſ. 200 in quæſtione, quæ vertit inter Bartolomeū col 2. ante fi Soci. ī l. ſerui electione. §. 1. col 3. poſt prin. ver. & hic tex. ita declaratus. ff. de lega. 1. Crot. hic nu. 3. & in tracta. de teſti. nu. 327.

Digitized by Google

Io. Iacobus de Leonardis inter Soci. iunioris reſpon
ſa in conſ. 39.nu. 47. lib. 2. & q̃uis maiori Doc. parti
opinio placere hæc non ſoleat, ad priorem tamen ra
tione fortiori confirmandam valet, vt in teſte vno cõ
cordia fieri ad fidem implendam omnino nõ debeat.
Opinio hæc frequentior Bartoli ampliationi illa-
tioni vè reſiſtere prorſus videtur, ne concordia hæc in
teſte vno per oſtenſionem pronominis fiat, vt quod
adiectum rei corporali eſt, palacio videlicet, ad men-
tem fidei faciendæ cauſa referatur, quando quidem ſi
propriè pronomen accipimus, varietas in teſte depræ
henditur, tam, & ſi euidens ea non ſit, de palacio Epi-
ſcopi nominatim mentione non facta propriè vero
131 † dicta teſtiũ intelligenda, demonſtratum ſatis in m
bri. ſupra eo. habemus nu. 247. ex Alex. in l. diuortio
nu. 1 a.ff.ſolu.ma.Iaſ.in l.fructus nu. 10.eo.titu.
Secundo principaliter Bar. opi. oppugnatur con-
tradictionis enim teſtem defendere per interpretatio
nem legalem ſtudet, quod ad rem corporalẽ applica
tur, ad intellectũ referendũ. At enim recipi id genus
132 a interpretatio in teſtibus non ſolet, quorũ verba † ac
cipi ſecundũ vulgarẽ loquendi modum, non legaliter
ſolent. l.ſtipulatio iſta.§ hæc quoq; infra de verb.obli.
Bal. huc ſpectat in conſ. 28. in quodam inſtrumento
col. 2.in fi. lib. 1. naturaliter non ciuiliter verba teſtiũ
intelligenda. Vnde ſi de mutuo teſtis loquitur, ꝙ mu-
tuari pecuniam vidit, ad mutuũ naturale per numera
tionẽ, non ad ciuile per confeſſionẽ referri dictũ teſtis
oportet. Cum qua ſententia Soci.quoq; facit in conſ.
37.nu.21.circa fi. ver.ad ſecundũ dico lib.3 cũ de com
muni vſu loquendi circa vocationẽ eorũ de parente-
la, teſtis loquitur, ad omnes eã de parentela referri,
non à iuris interpretatione dictũ id teſtiũ declarari, vt
ordine ſucceſſiuo vocatio intelligaẽ. Sed mirificè ma-
gis in ſpecie hac Roma. ſcribit in conſ. 301. per totũ,
nec falſi vitandi cauſa ſecundum iuris ſubtilitatem te-
ſtium dicta accipienda, verum ſecundum communẽ
vulgi ſenſum ea interpretanda. Idem Anchar. viſum
in conſi. 295. viſis articulis col. 1. Pau. de Caſt. in conſi.
360. circa primum videtur, ꝙ tenor circa fin. lib. 2. At
enim in ſubtilitate iuris interpretatio iſta verſatur, vt
quod rei corporali verbum competit, ad mentis ſen-
ſum referatur. Craſſo item modo, non ad ſubtilitatẽ
iuris teſtium dicta intelligenda Iaſ. ſcribit in d.l. de pu-
pillo.§.ſi plurium in fine quarti nota. infra.eo. vbi pro-
pterea infert, affirmatiuã ex negatione duplici in teſte
non ſequi. Alia id genus cumularem, ſi è re eſſet.
133 Inualeſcit argumentum hoc, namque † ex eo ap-
paret, propriè verba in teſtibus non accipi, vbicunque
proprietas illa à iuris ſubtilitate pendet, vt in exemplo
memorato negatiuę duplicis, id quod ex glo. etiam &
Doct. probatur in d.l. ſtipulatio iſta.§ hæc quoque in-
fra de verb.obli. Longè minus impropriè intelligenda
verba teſtium erunt, quotiens impropria illa locutio
ex iuris ſubtilitate conſiſtit, vt videre in Bart. illatione
eſt, in qua ad mentis oculos refert, quod corporis ocu
lis competit, quæ res niſi ex mera iuris ſubtilitate non
fit. Atque in ſpecie impropriè teſtium dicta intelligen
da ne quidem falſi vitandi cauſa, vbicunq; impropria
illa ſignificatio à iuris ſubtilitate fit, ex Roma. demon-
ſtratum Anch. & Caſtren. habemus.
Ex qua declaratione Iaſ. reſponſio confutatur nu.
6. quam pro Bart. hic affert, impropriè verba teſtium
intelligi, ne irrita teſtimonia fiant. Locum enim id ha
bet, vbicunque proprietas verborum à iuris ſubtilitate
deſcendit, cuius ignari teſtes idiotæ ſunt. Tum enim
intelligi impropriè debent. Cæterum ad iuris ſubtilita
tem ſignificatio pronominis non ſpectat.
Secundò reſpondetur, argumentum in Iaſ. reijcien
do, namque ſi impropriè teſtiũ verba accipimus, quo
ties in iuris ſubtilitate proprietas fundatur, multo mi-
nus impropriè intelligi teſtiũ dicta conueniet, vbi im
propria illa ſignificatio ad meram iuris ſubtilitatem
ſpectat.
Quid dicendum, recentiores nonnulli Bar. tueri ali
ter ſtudent, ſed enim placere mihi defenſio eorum nõ
poteſt. De qua apud Ruinum hic nu. 16. cum ad ocu-
lũ corporis referri pronomen hoc in Bar. illatione ne
queat, ſic quomodo perſuaſum ſibi Ruin. habet. Con-
ſequenter defenſio eius impoſſibili nititur.
Diſtinguendum in ſpecie hac cõtrouerſa puto. vtrũ
per teſtem vnicum probatio hæc fiat, de qua Barulla-
rio loquitur, an teſtes plures ad probationem facien-
dam concurrant. Siquidem teſtis vnicus interuenit,
134 † idque agitur, vt ſemiprobatio ex eo per concordiã
Barto. fiat, falſam prorſus Bar. opinionem puto, cum
inuulnerabilem, exceptioneque omni eſſe teſtẽ opor
teat, vt probatio hæc ſemiplena ex eo fiat, vt Bart. no.
in l. admonendi nu. 36 ibique Iaſ. nu. 71. ff. de iureiurã.
ſed enim maior eſſe exceptione omni non poteſt, cui
varietatis huius exceptio obijcitur. & cui eripi niſi per
offenſionem verborum non poteſt.
Secundo tum deniq; probationẽ ſemiplenã teſtis
vnus producit, ſi verè, aut neceſſariò dictũ eius conclu
dit, cauſa alia eſt, cum iuris præſumptione concluſio
fit, vt ſcitè Roma. docet in conſi. 91. num. 10. cui dicto
Curt. ſenior aſſentitur in conſi. 78. nu. 10. verſi. & bene
facit. Si iuris præſumptio teſtis vnius dictum ad ſemi-
probationem faciendam non cõfirmat, cũ probatio
135 liquidiſſima † præſumptio hæc habeatur. l. quidam
teſtamento in fi. ff. de vulga. l. licet Imperator. ff. de leg.
1. l. ſi quis locuples in fi. infra. de manu. teſta. cum alijs
apud Decium relatis in rub. de proba. col. 17. num. 13.
quanto minus per offenſionem verborum, ſubtilita-
temque interpretationis iuuari teſtis dictũ poterit.
Si autem teſtes plures interueniunt, ex alijſque aut
alio appareat, in palacio Epiſcopi rem actam, tũ vero
ad dictum teſtis ſuſtinendum Bar. concordia vtar, vel
per errorem pronomine hoc vſum teſtem arbitrer.
Quæ res iudicis arbitrio committi tota ſolet. l. 3. §. 1.
verſi. tu magis ſcire potes. ff. de teſtib. ex quo tex. Doct.
dictitant, arbitrarias probationes eſſe.
Secunda Bar. oppoſitio contra denominationem
Vlpiani ſpectat, à quo ius hoc prætorium de nuncia-
tione noui operis, ædictum in l. huius initio nuncupaẽ.
quaſi interdictum appellari verius debeat. l. prætor in
prin. iuncto. §. 1. infra eo. namq; in d. l. prætor in prin.
verba prætoris adſcribuntur, quid ſtatutum ab eo in
nunciatione hac ſit prætor ait, in quem locum. l. ſtatu-
to planè, aut iuri huic prætorio nomen vſũ inditum
à prætore ipſo non eſt, quo nomine appelletur. Vlpia
nus porrò in d. §. 1. in quo ipſum prætoris ius enarra-
re parat, interdictũ illud vocat, interdictum hoc propo
nitur. l. ſi interdictũ ius hoc prætorium dr̃, quid ita ędi
ctum hic ab Vlpiano pronunciatur. gl. 3. hic contrariũ
hoc confitetur. i. interdictum appellari conſequenter
minus propriè ędictum hic dici.
Veritatem expoſitionis gl. huius, vtrũ bene dictum
ab ea ſit, cũ ædictum in l. hac pro interdicto accipit, à
ſenſu intellectuve dictionum iſtarum pendere ædi-
ctum, & interdictum Bar. ait, quam ſignificationem
136 † habeant. Sine qua cognitione expoſitionem text.
intelligere circa verbum ædictum in l. hac, & circa ver
bum interdictum in dicta l. prætor. §. 1. non licet. In
qua re intelligenda. 1. quid verba iſta ſignificent, ædi-
ctum & interdictum, gl. ſententiam in d. §. 1. Bar. re-
fert, cui viſum eſt, differentiã inter verba iſta verſari,
quę inter cauſam, cauſatumve eſt, vt pro eã, ſeu paren
te ædictum, pro cauſato, aut filio interdictũ accipiaẽ,
quaſi ab ędicto interdictũ generetur. Qđ intelligi ſanè
conuenit, non vt immediatè ab ædicto interdictum
naſcatur, verum contemptu mediante. i. ſi contem-

Digitized by Google

pta nunciatio ſit, quo cõtemptu ceſſante, interdictum naſci vllum non poteſt. Sic materiæ, vice contemptus iſte ad interdictum generandum conſideratur. Differentiam hanc gl. dupliciter Bar. impugnat, 1. ratione, & autoritate. ratione quidem, dum vult, vice cauſæ ædictum prætoris, interdictum vice cauſati eſſe, exemplo obligationis, vnde actio oritur. l. licet. §. ea obliga-
137 tio. ff. de procura. ſed enim verũ non eſt, vt † ex ædicto interdictum ſemper naſcatur, cũ produci ex eo, & actio in factũ poſſit. l. ſi ff. de eo, per quem factum erit. vbi ex ædicto illo prætoris actio in factum in id quod intereſt, datur. Miror tex. propiorem in ſpecie ædicti huius citatum à Bar. non eſſe in d. l. prætor. §. nonnulli. ſecundo autoritate Ioan. Gloſatoris in arbore interdictorũ expoſitio hæc colliditur, vbi ab interdictis ædicta ſeparantur. Locus planè ſeparationi non eſſet, ſi ab altero alterum deſcenderet.

Impugnationem hanc Bartoli Iaſ. non admittit, in ea enim Bar. innuit, cũ gl. ſenſum fuiſſe, vt interdictum ſemper ex ædicto producatur. Sed enim dictum hoc à gl. non eſt. verũ quo caſu ab ædicto interdictũ naſcitur, loco tum cauſati eſſe. Cæterum inficias gl. nõ it, quin & actio alia gigni ab ædicto poſſit. obſeruandum, ſenſum hunc Iaſ. gloſæ menti non congruere, imo euidẽter repugnare gl. enim ædictum prætoris obligationi ſimpliciter cõparat, vt qua ratione actionẽ obligatio parit, ita interdictũ ab ædicto pariatur. Expreſſimque & generaliter ab ędicto interdictum naſci. glo. ſcribit. vnde melius defendi ab oppugnatione Bartoli gl. põt. actionem vtranq; ex ædicto naſci, ideſt & interdictũ, & in factum d. § nonnulli. Ea ratione & ſi in factum actio ex ædicto generetur, conſequens tñ non fieri, qn & interdictũ ẽt inde deſcendat. cum nihil impediat, liberos plures ab eodem parente produci, & ab eadem cauſa actiones plures oriri, idque videre in legato eſt. l. 1. & 2. C. com. de lega. Conſequenter verum ſemper erit, quod gl. ait ab ædicto interdictum procreari.

Aeque ſecunda Bar. impugnatio non mouet, quæ Ioan. autoritate nititur. Probabilis enim conſequentia Bar. non vr̃, ſeparatim ædicta ab interdictis à Io. in arbore ponuntur, ergo ab ædictis interdicta non fiunt. An non perſonæ diuerſæ matris & filij videntur, q̃uis à matre filius exiſtat. Immo enim ex ratione hac Bar. gloſæ ſnĩa iuuatur, priore enim loco. cũ idem interdictũ, atq; ædictum eſſe gl. dixiſſet, ab ea expoſitione diſcedens, diuerſa ea eſſe cõtendit, ita vt pro cauſa vnũ, pro cauſato alterum habeatur. Apparet ex his, potiorẽ glo. opi. videri. qua cũ & Caſtren. conſentit in d. l. prætor. §. 1. vbi pro lege prætoria accipiendum ædictum putat, vnde interdictum exiſtit.

Circa differentiam Rofredi, vt interdicta dicantur, q̃ abſoluta, aut p̃cisa ſunt, quale eſt illud, id vi reſtituas de quo in d. l. prætor in prin. & illud, vim fieri veto, de quo in ea. l. prætor. §. deinde & in l. 1. in prin. ff. ne quid in loco ſacro fiat. ædicta aũt ea habeantur, in quibus modificatio ineſt, vt actionẽ dabo. l. ſi quis id q̃ ff. de iuriſ. om. iud. l. 1. in prin. & l. ſi vero. §. prætor ait. ff. de his, qui deie. vel effu. Diſcrimen hoc Rofre. per tex. Bar confutat in l. 1. in prin. iuncto. §. 1. ff. ne vis fiat ei. nã in §. 1. interdictũ illud appellaſ, pro quo in prin. l. actio tñ daſ.

Iaſ. hic cũ Bar. 1. viſitare argũ parat, ſeipsũ obſcurat. Principio enim non ſolũ interdictũ appellari id aũ, de quo in d. tit. ne vis fiat ei, ſed & ædictũ, vt ex. §. 2. d. l. 1. oſtendiſ, vbi generale ædictũ illud appellaſ, q̃ appellatũ prius interdictũ erat. q. d. Rofredo tex. illũ nõ obſtare, qñ quidem ædictũ ẽt nuncupetur, cũ præciſum nõ ſit. ſed enim ad rem Iaſ. rñſio non attinet, qñ ſatis eſt, interdictũ prius id dictũ, q̃ præciſum non ſit. Secundo ad tex. in d. l. 1. ꝯ Rofre. a Bar. relatũ Iaſ. rñdet, tametſi modificatiuũ ædictũ illud prætoris ex verbis nigri videaſ, atq; ideo non rectè interdictũ ſm Rofre. ſed ædictũ potius videaſ, Attamen ex verbis rubri præciſum id eſſe oſtẽditur. præcisè enim vim fieri rubrica vetat, ex qua argumentari licere dubitatio non eſt, vt hr̃ in l. 1. ff. ſi cer. pet. ſi præciſum ius illud prætoris ex rubro apparet, ergo interdictũ rectè appellatur. Sed enim reſponſio hæc Iaſ. Rofredo non prodeſt, namq; ſi præciſa prohibitio ea eſt, cur ædictum ẽt appellatur. Vnde rectè tex. ille ad confutationẽ differẽtiæ Rofre. citatus à Bar. eſt, vbi promiſcuè verbis his ędictu & interdictũ in eadem ſpecie tex. vtitur, quod ferendum vtiq; non eſſet, ſi vera Rofredi differentia ſit. Aut enim interdictum, aut ædictum appellari ſolummodo oporteret.

Secundo differentia hæc Rofre. verbalis tantummo-
138 do vr̃, quid enim † intereſt, præcisè quid iubeatur, an actio detur. Siquidem non aliter præceptũ prætoris impleri præciſum poteſt, q̃ ſi actio detur. Quare præciſe iubere hoc ipſo ſatis prætor, aut lex intelligitur, qđ actionem dat. Bar. planè vltra gl. & Rofredũ, diſcrimẽ aliud inter ædictũ & interdictum conſiderat, vt genus ædictũ ſit. §. conſtat inſti. de iure natu. gen. & ciuili. vbi ius omne prętorium, aut magiſtratuum ędictorũ noĩe generaliter continetur, ſic generale nomen ædictũ vr̃, q̃ prætorum ius ſcriptum omne complectitur. vnde tanq̃ genus, ædictum in ſpecie, atq; interdictũ cõpræhendit, adoptionis exemplo. l. 2. ff. de adoptio. ſed negociũ in eo verſatur, q̃uo ædictum in ſpecie diſcerni ab interdicto poſſit, & qñ ædictum in ſpecie dicatur, atque interdictum. Reſpondet Bar. diſcretionem & cognitionem hanc ex tex. percipi inſti. de interdic. in prin. & §. ſunt tñ vbi interdictũ dr̃, q̃ inter duos redditur, ideſt quotiens inter litigatores duos aliquid prætor ſtatuebat. De quibus interdictis, ſeu ſtatutis inter litigatores duos à prætore æditis liber conditus 43. ff. rum eſt. Neq; ad rem verborum formula, ſeu conceptio attinet à Rofredo meditata. quibuſuis enim conceptum verbis interdictũ ſit, ſiue præciſis, ſiue moderatiuis, interdictum dr̃, dum inter duos modò redditum ſit, neq; ædictum tum dici in ſpecie poteſt. quaſi ethimologia non conueniat. Si dixeris, in dictis iuribus ſolum probari de interdicto, q̃ dicatur, non de ædicto, rñdetur, cognitionem ædicti ex eis ſequi, qñ quod appellari interdictum non poteſt, ædictum appellari neceſſe erit. Sic interdicta omnia, de quibus in libro prædicto de interdictis, quia reddita inter duos ſunt, dici ædicta non poſſunt. Interdicta vero extra librũ illum ſpecialem ſub libris titulisve alijs collocata ex Doctri. Rofredi ab ædictis dignoſcuntur. Qñ ſi verbis concepta præceptiuis præciſiſque ſunt, interdicta propriè dicentur, id quia reddita inter duos apparent. Sin autem reddita inter duos litigatores non ſunt, verũ ex officio ſuo generaliter prætor quid ſtatuit, lite etiam non interueniente, ſed litium, quæ eſſe poſſent, dirimendarũ cauſa, tum vero ædictum id dicetur, quale illud de pactis, q̃ vi metusve cauſa eſt. Apparet ex doctri. hac, interdictum hoc de operis noui nuncia. non ædictum in ſpecie eſſe, id quia ex verbis eius, de quibus in d. l. prætor in prin. inf. eo. liquet, redditum inter duos eſſe, cum ad perſonam ſecundam referatur. Conſequenter, q̃ ædictum in prin. l. huius nuncupatur, ad nomen generis referri, ſeu in genere ædictum in prin. l. huius accipi, non in ſpecie. Qñ ędicti nomen in ſpecie intelligendo, ad illud trahitur, quod ex prætoris officio generaliter conſtitutũ, non inter litigatores eſt. Sic diuerſis rationibus eadem prætoris lex & ędictum, & interdictũ appellatur. ædictũ quidem in genere, ſiquidem ædictũ dici lex omnis poteſt. l. leges. C de ll. interdictum planè in ſpecie accipiendo, dicetur. Conſequenter in ſpecie iuriſconſultus loquitur in d. l. prætor in prin. in genere in l. huius initio.

Nonnulla videnda in dictis his Bar. ſunt, ex quibus ſpecies hęc explicari implicita ſatis poſſit. Principio. n.

imper-

imperfecta Bar.hæc preceptio videtur, qui interdictū vnum ſolummodo exponit, quod pro lege ipſa prætoria inter duos conſtituta, aut reddita ſit. Sic interdictum explicat, quod cauſam ipſam denotat. Cæterū
139 de † interdicto non meminit, ꝙ cauſatū appellatur, & quod ex lege ipſa prætoria deſcendit, ꝙ idem actio etiam in factum appellatur, vt d.§ nonnulli. Vnde ſi vnum demū interdictum eſſe Bar.putat, idest legem pretorium inter duos æditam, in tex.oſtendit.d.§ nōnulli. Sinautem interdictum, & illud admittit, quod cauſatum appellatur, & quod admiſſum ab eo, ante eſt, cum glo. differentiam impugnat, cùm non ſemper interdictum cauſari, ſed actionem in factum ſcribit, imperfectus Bar. apparet.

Secundò obſeruandum, namq; in doctrina hac de interdicto Bar.diſerit, prout ad l. prætoriam ſpectat. Idq; interdictū ab ædicto in ſpecie diſcerni, vt ex tex. colligitur in ſti.de interdic. in princ. & d.§.ſunt tā. Sed enim text.ille in prin.ad actiones magis, ſeu ad cauſatum refertur, quā ad cauſam. ſiquidem conceptio, & formula illa verborū prætorem ipſum non adſtringebat, vt verbis certis interdicta ſua componeret. vnde ad litigatores ex interdicto prætoris agentes, atq; ad cauſatū effectus tex.illius refertur.verbis.n.certis interdicti, ſeu actiones ordinare actores compellebantur, qui remedijs illis, vti preto ijs vellēt. Cùm Bar.tā tex. ille facit, quū ex verbis ipſius interdicti formula ipſa deſumebatur cuius interdicta verba cū tex.refert, interdictum dici illud patet, ꝙ redditum inter duos eſſet.

Tertiò monendi ſumus, cū generale ædicti, ſpeciale interdicti nomen Bar.arbitratur.namq; ſpeciale interdicti nomen hactenus non eſt, vt ad vnum tantum referatur, quandoquidē & ad cauſam pertinere, & ad cauſatū poteſt, qua ratione generalius interdictū dici, quam ædictū poteſt. Siquidem ad cauſatū trahi ædictum non poteſt. Sed inquantū cauſa conſideratur, generalius ædictum, quā interdictum eſt Interdictum enim pro cauſa, aut lege pretoria ſumptum nonniſi legem cōprehendit, que inter duos à ꝑtore fertur, ꝙ ſecus in edicto eſt. Secundū que, vti excedentia, & exceſſa edictū interdictūq; quoad generalitatē habent.

Quartò obſeruandum, cum referre Bar.putat, vtrū in libro interdictorū expreſſum interdictum aliquod ſit, an non. vt ſiquidem enumeratum ſit, interdictum omnino dicatur, quibus vis conceptum verbis ſit, id eſt ſiue ad duos litigatores verba referantur, ſiue non, cū imꝑſonaliter cōcepta verba ſint, cuiuſmodi illa videntur, ne quid in loco ſacro, ne quid in loco publico, ne vis fiat ei, & id genus alia de quibus tam in genere mentio fit ſub tit.1.libri de interdictis, quam ſub titulis ſpecialibus in libro ipſo interdictorum poſitis. Dixerit aliquis, cur magis interdicta dicēda erunt. quæ in libro comprehenſa interdictorum ſunt, ſi imperſonaliter, non inter duos redduntur, quam quæ poſita extra librum ipſum ſunt. Namque interdicta illa, ne quid in loco ſacro, ne quid in loco publico, ne vis fiat ei. l. ſi extra librum collocata interdictorū eſſent, vtique interdicta non dicerentur, quaſi reddita inter duos non ſint. Cur interdicta dici ob collocationem ſolam in titulo, aut libro de interdictis debebunt. Nunquid id efficere collocatio pōt vt dicta, aut reddita inter duos ſint, quæ concepta imperſonaliter ſunt.

Solutio ea mens Bar.fuit, vt interdicta omnia ſub libro de interdictis commemorata, reddita à pretore inter litigatores, atque ſuper litibus iam introductis fuerint, poſtquam diſpoſita in eo libro ſunt, in quo de interdictis proprie mentio fit. quæ ita dici non aliter poſſunt, niſi ſi dicta, aut reddita inter duos ſunt. d.§. ſunt tamen inſti.de interdic. Ea propter ratio habēda verborum non vr, inter duos ne concepta, an imperſonaliter ſint. arg. l. Imperator. ſtide in diē adiec. Quæ ratio in ædictis ceſſat, quæ poſita extra librum interdictorum ſunt. Ibi enim verba ſpectari ipſa oportet, ad duos ne referantur, an cōſcripta imperſonaliter ſint. Id quia de interdictis ſub titulis alijs principaliter nō tractatur. ea ratione propriam interdicti ſignificationem colligere nō aliter licet, niſi ſi reddita inter duos ſint. Conſequenter quotiens de iure pretorio extra librum interdictorū mentio fit, quod inter litigatores redditum duos non conſtat, ædificium id, non interdictum appellabitur. Quam Bar.mentem ita explanatam non alibi inuenies.

Conſequens his fit, laboris negotijvè quicquā non verſari, vt ab edictis interdicta dignoſcamus, que in libro poſita interdictorū ſunt. ſiquidem interdicta illa omnino, non edicta proprie dicuntur, edicta in ſpecie intelligendo.

Quintò videndum, namq; cū negotium omne diſcretionis huius inter edicta, & interdicta, in his demū interdictis verſetur, que vlla conſcripta extra librū ipſum interdictorū ſunt, modū diſcernendi à Bar.tradi, quem Roſre.ſimpliciter ante docuit, vt ſiquidē preceptum ꝑciſum in edicto pretoris legatur, interdictū id habeatur, quaſi inter duos redditū. Sed.n.modo huic dignoſcendi repugnare tex.vr in l.1.in prin.iuncta l.a. & glo.ff ne quis eum qui. in quib.ll. edictū vocatur, de quo in tit.illo, Atqui precīſa verba eius ꝑceptiuaq; ſunt, vt ex rubrica ipſa apparet, vnde probatio edicti percipitur, cuius verba aliter niſi ex rubrica ipſa non conſtant. vt glo.1.in d.l.1.notat. & ꝙ verba edicti illius ꝑceptiua ſint, expreſſim tex.ait in l.3. in fi.eod.tit. Ibi ꝙ pretor precepit. Ad argumentū hoc Ruin.hic reſpondet.nu.19.verba ꝑceptiua à Bar.hic intelligi, que ſcilicet cōcepta in ꝑſonam ſunt. vt in interdicto, ꝙ vi, aut clam, in quo verbo reſtituas ꝑtor vtitur.l.1. in prin.ſ. ꝙ vi aut clam. Similiter in interdicto de vi, & vi arma. Quod & ipſum ad perſonā ſpectar, deiecisti, vt infra de vi, & vi arma.l.1.in prin. Idē ex tex.probatur in d.l. pretor.in prin. vbi in perſonā ſecundam tex.etiā loquitur per verbū illud reſtituas. Quæ declaratio Caſtren. fuit in d.l.ꝑtor.in prin.nu.3. in fi. vbi ita demū interdictum naſci ex lege, aut edicto pretoris extra tit.de interdictis poſito Caſtren.putat, ſi in perſonā ſecundā ꝑtor, aut ædictū eius loquitur. Ex qua Caſtren. declaratione ampliatio doctrinæ huius Bar.colligit, vt non ſolū neceſſe ſit, inter duos ædictū reddi, vt interdictū dicatur, ꝙ pro lege ꝑtoria habetur, verū etiam, vt interdictum ex eo naſcatur, ꝙ actionis loco exercetur.

Circa tertiā oppo. Bart. Ita oppoſitio cadit, edictū ꝑtoris poſitū in l.pretor.ſ.eo.eſt. Atqui verbum ibi denunciatione non fit. Quid ita igit̄ nunciationē, permitti Vlpian.ait Reſpōdet Bart. poſt gl & Dy.in d.l. ꝑtor. §.1.in verſ.expreſſum, hoc ipſo nunciationē permitti, ꝙ opus deſtrui poſt eā factum ꝑtor iubet. Quā reſpon
140 ſionem ex † eo Dy.Bar. ꝗ probant, ꝙ ꝓmiſſa conſequenti ꝓmiſſum, & antecedēs neceſſarium vr.l.2.ff.de iuriſdi.om.iud.l.3 §.qui habet.ff.de ſeruit. ruſti.pred l. refectionis.ff.com.ꝑd.l.veteres.ſ. de itin. actuq; priua. l. illud.ff.de acq.hered.§. Idemq; iuris. inſti. qb.ex cau. manu.non li.& id genus innumera. Ceterū permitti deſtructio operis, ꝙ nunciatione ſpreta ſit, non aliter pōt, niſi ſi nunciatio ipſa admiſſa ſit. vtpotè qua ꝓhibita, deſtructio fieri operis non dēt. l.grachus. C.de adul. Sic iniuſtitiæ atq; iniquitatis reus ꝑtor fieret, q deſtrui opus mandet, cuius ædificatio vetita per nunciationē non ſit, ꝙ dici non conuenit, cū amantiſſimus æquitatis perhibeatur. l.quod ſi epheſi.in fi.ff.de eo, ꝙ certo loco. l.2.in primis verbis.ff.de bon. poſ. ſecun.tab.

Sed aliter atq; expreſſius vltra glo. Dy.Bar.& alios,
141 ꝓmiſſio hec oſtēdi nūciationis vr. demolitio† operis penā hēt, ſaltē cū diſpēdio ea edificantis fit. l.pen.ſ. eo. Caſtren.in d.l.Prætor.§.ſi hoc eo.titu. De quo copio-

ſius ſupra nu.47.51.& nu.95.pœna planè irrogari ſine
culpa non debet.l.ſi putator & l. qui occidit in fi. ff.ad
legē Aquil.l.1.§.1.ff.de ſeruis fugi.l.ſi ea res.ff.de actio.
empti.l.videamus.§.ſi fortuitus. ff.loca.reg. ſine culpa
lib.6.& id genus innumera. Atqui ſine culpa,demoli-
tionis pœna ædificator afficeretur,ſi permiſſa nuncia-
tio effectuſque in ea non ſit à Vlpiano hic enarratus,
vt pareri ei debeat,iure vel iniuria fiat.

Sed contra ſolutionem hanc glo. quarto loco Bar.
opponit verbo videtur glo. vtitur in d. l. prætor. §. 1.
hoc ipſo permiſſam nunciationē, ſeu prohibitam ędi
ficationem poſt eam factā videri, ꝙ deſtrui iubetur.
Verbū planè vr̄ fictionem habet. l.1. §.deieciſſe inſ. de
vi & vi arma. Atqui verè nunciatio permiſſa, nō fictè
hic apparet, cum verbo aliquo fictionē denotāte tex.
non vtatur, at verbo permittitur, ꝙ veritatem habet.
Vnde ex eo colligi permiſſio non vr̄, ꝙ deſtructio iuſ
ſa eius ſit, ita vti glo.putat, ſed aliter & verè probanda
permiſſio vr̄, de qua tn̄ cum non liqueat, non rectè lo
cutus Vlpianus videtur, vel ſi ex eo probari permiſſio
nem dicimus, ꝙ vetita ædificatio poſt nunciationem
eſt, malè verba fictionis vſa gl. apparet.

Ad oppo.hanc reſpondet Bar.dupliciter aliquid ex
lege permitti, aut eſſe, conſiderari, aut intelligi. Primū
quantum ad verba. Secundo quantum ad mentem,
vel vt ſignificantius res pateat, expreſſum aliquid in le
ge eſſe, bifariam intelligitur, principio quoad verba
142 ſecundo † quoad mentem.l.noīs & rei.§.verbū ex le-
gibus inſ.de verb.ſigni.idem ex tex. probatur in l. ſi qs
mihi bona §.iuſſum cum duob.§§.ſeq.ff.de acq.hære.
vbi cū ſpecialem iuſſum eſſe oporteat, ſpecialiter iube
ri aditio hoc ipſo dr̄, ꝙ rem hæreditariam diſtrahi pa-
ter dn̄ſve iubet. atqui ꝙ ad verba attinet, verbū de adi
tione in iuſſu illo non fit, verū ex mente hoc ipſo adi
tio iubetur, ꝙ rei diſtractio hæreditariæ mandatur.ſic
expreſſus iuſſus ex mente colligitur. Idem ex tex.proba
tur.in l.cum proponebatur.ff.de lega.2. vbi manifeſta
voluntas teſtatoris dr̄, de qua niſi ex mente non con-
ſtat, quæ duo iura in ſn̄iam hanc Signorol. refert in
conſ.176.nu.7.& 14.vbi & ſpecialem expreſſionē hāc
ait. Expreſſionē hanc ex coniecturis, aut mente. Rom.
ēt admittit in conſi.271.vis tota in fi. Curt.ſen.in cōſi.
49.nu.67.verſi. & ſic iſti agnati deſcendentes. idē Ca-
ſtren.tradit in d.l.prætor in fi.prin. ibiq; latè poſterio-
res inſ.eo. Bal.his accedit in conſi. 200. verba Cyni in
fi.lib. 2 vbi pro expreſſo habendū id ait, ꝙ ex contra-
hentium mente deſcendit per l.tale pactū. §.fi.ff.de pa
ctis.l.ſi pactū.ff.de proba. Declarationi huic expreſſio-
nis ita factæ conſequens fit, vtrunq; rectè locutum, &
Vlpianum, qui veritatis verbo vſus eſt, permittitur.&
commentarium noſtrum, ſeu Gloſatorē, qui fictionis
verbū protulit. Rectè locutus Vlpianus legitur, mētis
ratione habita, quia prætoris mente perſpecta, expreſ
ſa in ędicto eius nunciationis permiſſio eſt. Aeque glo
ſæ defendi opin. poteſt, ſi ad verba ipſa ædictū ſpecta-
mus, quibus expreſſa permiſſio non legitur. vnde per-
miſſa per fictionem vr̄, verba ipſa obſeruādo. De qua
materia, qn̄ expreſſum videlicet quid dicatur, Doct.
tractant in d.l.prætor.§.1.ibiq; ſe dicturum Bar. ait.

Sed obſeruandū, cum fictionē in verbis gloſæ Bar.
conſiderat, rectèq; verbū fictionis ab ea prolatū, ſi nu-
dū verborū ſonū obſeruamus. Namq; locus fictioni i
143 ſpecie hac non vr̄. Siquidem † ſuper certo fictio ca-
dit, quotiens certum eſt, factū quid aut dictū non eſſe,
ſuper incerto planè præſumptio verſatur. glo. in l.vni.
§.accedit. C.de rei vxo.actio.cum aliis apud Iaſ.relatis
in l.ſi is qui pro emptore col.42.nu.191.verſi itē adde,
ꝙ differētia eſt.poſt Bar.ibi nu.21. in definitione fictio
nis inſ.titu.1.& idem Iaſ.in §.fuerat nu.55.inſti.de act.
At enim certū non eſt, permiſſā à prætore nunciatio-
nē nō eſſe. Imo & potius permiſſio ex præſumptione
& coniecturis, locus quibus in re dubia eſt, vt in locis
prædictis hr̄. Quid ita igit̄ verbo fictionis vti in ſpecie
hac gl.potuit. Qūo itē mente ipſa prætoris perſpecta,
permiſſam fictè nunciationem dicere Bar. potuit. So-
lutio non eo Bar.verba pertinent, vt permiſſa nuncia-
tio fictè à prætore ſit, imo enim permiſſam verè, mē-
te eius perſpecta, ait. Sed enim expreſſionē permiſſio
nis huius non veram, at fictā verbis ipſis ſolummodo
ſpectatis, ait. Quod enim ad verba attinet, certū palāq;
eſt, expreſſam nunciationis permiſſionē non eſſe. vn-
de expreſſam dicere, quoad verba, verè nō poſſumus,
at fictè, mentem ipſam prætoris iuriſque præſumptio-
nem obſeruando.

Sed enim acquieſcere animus in ſolutione hac ne-
quit. ſiquidē fictio hic verſari oīno non pōt. vbi verè
nunciatio permiſſa à prætore facto ipſo eſt, à verbis
eius deſcendente, hoc ipſo videlicet, ꝙ deſtructionem
præcipit. per ea, quæ de expreſſione ſpeciali dicta ſu-
144 pra ſunt. & qa expreſſum ſatis † dr̄, ꝙ ex verbis ipſis
colligitur Freder.de ſen.in conſi.158.reuerendæ pater
col.fi.& in conſi.299.dn̄s Peruſij col.2.circa med. Bal.
in l.1.col.fi. C.de his qui ante aper. tab. Deci.in conſi.
15.nu.6.in conſi.68.col.4.in fi.conſi.369. ante med.&
in conſi.397.col.1.circa med.& apud nos in tracta. de
antiq.temp. parte.1.nu. 86. & in reſpon. pro Genero.
nu.308.verſi. ſi dixeris caſu diuerſo. Bal. loqui.& apud
reſponſi indicē in ver.expreſſum. Scrē Anto.& Abb.
in c. cū olim per illū tex. de cenſib. expreſſum per in-
ſtr̄m dici, ēt ꝙ indirectè in eo continet. Quid hic dicē
dū, vbi directo, non indirectè permiſſio hæc nuncia-
tionis in ædicto prætoris cōprehenditur. Cū in ante-
145 cedens neceſſariū permiſſio ipſa nunciandi † veniat,
quo caſu non pōt expreſſa non dici, ſiquidē & in ma-
teria ſtricti iuris exp̄ſſio admitti id genus ſolet, in ſn̄ia
puta in qua ſi rem reſtitui iudex mandet in antecedēs
neceſſariū dn̄m actorē eſſe, declarare intelligit̄ Bar. in
l.ex diuerſo.§.1.ff.de rei vendi. Aret.in conſi.155. dili-
genter viſis nu. 6. æque cū actionē cui cōpetere iudex
declarat, in antecedens, aut ꝯns neceſſariū condēnare
reū cenſetur Bar.in l.ſi finita.§. eleganter nu. 6.inſ. de
dam.infec. Soci.in conſi.134.col.fi.lib.1. Atqui abſur-
dū eſſet dicere, per fictionē dn̄ij declarationē, aut debi
toris condemnationē quoad verba ſn̄iæ induci. Simi
liter in ſcriptis eſſe id dr̄, ꝙ ex verbis ipſis ſcriptis colli
git̄.l.1.§.ſinaūt.& ꝙ ibi Bar.ff.de hæred inſti. Deci.in d.
cōſi.68.col 5. in prin. quis igit̄ fictionē in permiſſione
hac nūciationis ex ędicto p̄toris admiſerit. Quę fictio
locum tum deniq; habet, ſi certum ſit, permiſſum, aut
factum quid non eſſe, verum factum à lege fingitur.

Quæ cū ita ſint, aliter ad argū, aut oppoſi. Bart.rn̄-
dēt, ideſt verè, non fictè nunciationē hanc permiſſā
ex verbis ipſis prętoris, permiſſionē ipſam in antece-
dens neceſſariū innuentibus, ſiue verba, ſiue prætoris
mentē cōtemplemur, cū ex verbis ipſis euidentiſſimè
permiſſio colligat̄. Si dixeris, declaratione hac admiſ
146 ſa, † perperā verbo vr̄ gl.vti, ꝙ fictionē facit. Rn̄det̄,
ad veritatē verbū iſtud in his referri, q̄ ad ius pertinēt.
l.quid tn̄.§.ſi arbiter. ff.de arbit.l. ſeruū filij. §.1.ibique
gl.& Doc.ff.de leg. 1.l.3.§. ex ꝯrio in fi. ibiq; Ang.inſ.
de acq poſ. Cardi.in cōſi.56.col.pen.in prin. & in cōſi.
60.col.2.circa med.inde fit, vt vr̄ verbū à iuriſconſulto
rn̄dendo prolatū, rn̄ſionem præciſam faciat, cū nobis
vr̄ iuriſconſultus reſcribit, vt poſt Abb. & alios Deci.
ſcribit in c.1.in vltimo nota.de indi. in priore lectu. &
in poſteriore lectu.col.6. circa med. & propius rē hāc,
ex tex.id probat̄ in l.ſciendū inſ de verb. obli. cū fide-
iuſſiſſe ſe quiſpiā ſcribit, videri omnia ſolenniter acta,
videri ibi verbū ad fictionē vtique non refertur, q̄uis
expreſſa ſolennia non ſint. Quare ad præſumptionē
tum verbum hoc ſpectat, nō ad fictionē. Præſumptio
147 planè † pro veritate, ſeu p̄batione vera, ligdiſſimaq;
habe-

Digitized by Google

hī.l.licet Imperator ibiq; no.ff.de leg. 1. ſed nec locus
coniecturis, aut præſumptioni hic videtur in permiſ-
ſione tam clariſſima. d.l. illic, aut ille.§. cum in verbis.
ff.de lega.3.l. continuus.§. cum ita infra de verb. obli.
Quocirca verè euidenterque ex verbis ipſis expreſſa
nunciationis permiſſio videtur, quamuis ſingulariter
dictū de ea non ſit.iuxta Doct.Bar.in l.1.ff de vulga.

Sed iterum ꝫ gl. quinta Bart.oppoſitio. in d.l.præ-
tor.§.1.in ver.expreſſum Bar.aſſurgit gl.ibi ſcribit,ędi
ficationē hoc ipſo à prætore prohiberi, ꝙ destructio
ædificari iubetur. Sic non obſcurè glo. vult, ex pœna
hac operis deſtruendi actus nullitatem induci. an non
actus viciū, ſeu nullitas ſequitur, ſi ædificiū ipſum deij
ci deleriq; debet.Sed enim aduertari dicto huic gl. re-
148 gula iuris † vř, actus vitium non induci,quotiens ob
actum ipſum pœna irrogatur cum ſatis pœna ſit, l. fi.
ff.de repud.ordine mutato titu.illum Bar.citat,qui à di
uortijs incipit. vbi nullum diuortium non fit, quod
patrono nolente,ꝫ prohibitionem iuris à liberta inter
ponitur,id quia ſimplex diuortij illius prohibitio non
eſt,verum pœna imponitur. 1. ne connubium libertæ
facere cum alio liceat, & ne dotis repetitionē habeat.
Dicturum ſe de oppoſi.hac in d.l.prætor.§.1. Bart.ait
ibique ſoluit,idcirco annullationem ex pœna induci,
quia nihil alius niſi annullationem ipſam,ideſt operis
deſtructionem pœna habet.De qua materia Areti.vi-
dendus in conſi.20.col.2.poſt med.verſi. & licet ſtatu-
tum.Deci.in c.intelleximus nu.4. verſi. ſed tamen iſta
ratio de iudi.cumuſſatus in c.2 nu.16.& ſeq. de teſtib.
In quo etiam c.nu.7.& ſeq.limitationes aliquæ Iaſ.im
probantur in l.non dubium in octauo nota. C.de ll.

In ſexta Bar.oppoſi. ſolutionem Rofredi dupliciter
Bar.adiutat,ideſt textu ratione fortiori inducto, gloſa
149 rumque & Specu.teſtimonio. Textu † quidem infra
ea.l.§.fi.cum l.ſeq. vbi ius nunciandi ſuo nomine fru-
ctuario contra extraneum non datur. Domino autē
nunciare nec procuratorio nomine poteſt. Si ius nun-
ciandi fructuarius non habet,cui ius in fructibus com
petit,atque ideo impune ſperni nunciatio eius poteſt,
quanto magis ius idem ſeruandum in alio erit,cui iu-
ris quicquam in re non eſſe conſtat,propter quam nū
ciatio fit. Secundo ad ſolutionem hanc probandam
glo. teſtimonium Bar. profert in l. huius initio in ver.
opus,quod ex poſt facto apparebit, quam glo.ita Iaſ.
hic inducit. tex. ait, per nunciationem opus inhiberi,
ſiue iure,ſiue iniuria fiat. Idipſum autem, vtrū iure an
iniuria opus fiat, appariturū poſtea in euentu litis erit.
quo caſu ſiquidem ædificatum per iniuriam appare-
bit, deſtructionem patietur. Si autem ædificatum iu-
re conſtiterit,tum vero remiſſio nunciationis fiet. Ita-
que ſi remiſſio fieri poſtea debet, neque vires nuncia-
tio habet, cum ius bonum ædificantis conſtat, longè
magis ſi initio ipſo ius ipſum nunciati apparet, contē-
ni impune nunciatio poterit. namq; ſi tolli nunciatio
remiſſione facta, poteſt, multo magis impediri.l.l. patre
furioſo.ff.de his,qui ſunt ſui vel alie.iuris.Eadem ratio
ne Ruin.hic vtitur.nu.29.licet de gl. & Bart mentionē
non faciat,ſed iſto inducendi modus Bartolo nō fuit.
Iaſ.enim à fortiori inducit per d.l. patre furioſo. Bart.
vero non à fortiori,at ab eadem ratione argumenta-
tur. Si remitti nunciatio ſolet,quotiens nūciantis iniu
ria, aut calumnia poſtea apparet, ius idem ſeruandum
vř, ſi nunc ius ipſum nunciati,nunciatoriſq; iniquitas
liquet. deprauatuſq; Bar. in Codice meo eſt, cū legit,
ergo ſi nunc apparet eſſe idem, ꝙ poſt.legi enim debet
ergo ſi nunc apparet, debet eſſe idem, quod poſt.Re-
150 ctè tamen † à ratione fortiori argumentari Iaſonē
cum Ruino credam, vt impediri facilius nunciationis
effectus initio debeat, cū in manifeſto calumnia eius
eſt, quā poſtea per d.l.patre furioſo. & quod proprius
rem hanc Bald. ſcribit in l.rogatis.§. ſi tibi in prin. ff.ſi

cert. pet. facilius ortum obligationis impediri, quam
cōtracta perimatur, quod dictum relatum inter ſingu
laria Cremenſ.inuenitur ſing 48.
151 Tertiò glo.magnam hic † in prin.Bar.citat,cū ver-
bum eatenus pro ideo exponit,& quatenus pro quia,
quod ideo remitti nunciatio debet, quia prohibendi
ius nunciator non habet. Idque ſine ſatiſdatione, cū
palam hoc patet, ius nunciandi, aut prohibendi non
competere, vel quia cauſam nullam ita prohibendi
apud iudicem interrogatus exprimit, vel quæ pro nul-
la habetur. Sic vbi palam eſt, nunciandi ius non eſſe,
remitti nunciationem iure ipſo ſine ſatiſdatione, ſta-
timq; aut initio ipſo non obſcurè glo. ſentit.

Quartò gl. in eandem ſententiam Bart. citat in l. de
pupillo.§.textus verſic. impoſitiam in verſi. fecit infra
eo. vbi vtilem quandoque nunciationem putat, q̄uis
cauſa nulla exprimatur, naturalis, publica nec impoſ-
titia. idq; exemplo gl. explicat, cum poſt nunciationē
iure ædificatur, ideſt ius quidem ædificandi verè cō-
petit, quo caſu non poteſt per iniuriam nunciatio non
fieri. Sed enim nunciationi huic in dubio parendū glo.
ait, ideſt antequā ædificantis, aut nunciati ius liqueat.
Sic nunciationi parendum niſi in dubio gl.non putat.
In re igitur clara, ideſt cum euidens nunciati ius eſt, pa
rendum nunciationi non eſſe, apertiſſimè gl. ſentit.

Quinto gloſam Bar. producit infra ea.l. §.nunc vi-
deamus in ver. quæ perſonæ, vbi hoc ſentire gloſam
ait. ſentit autem, cum ſcribit, omnes ad nunciandum
in priuato admitti, quorū intereſt, dum intereſſe mo-
do aſſerant. Ergo vbi intereſſe non aſſerunt, impunè
ſperni nunciatio poteſt. Id quia palam tum fit, nunciā
di ius non eſſe. Sic vires nunciatio non aliter habet,
niſi ſi in dubio res ſit, nunciandi ius necne competat,
veluti cum ſua intereſſe nunciator ait.
152 Sexto in eandem ſententiam † gl. citatur infra ea. l.
§ pen.in ver. pertinet. vbi ꝙ in text. dř, nunciandi ius
vnicuique eſſe, ad quem res pertinet, à glo. ampliatur,
etiam ſi nunciandi ius non competat, dum compete-
re ſibi nunciator contendat. Eodem modo gl. illa indu
citur, atq; gl. proxima in verſi. quæ perſonæ, videlicet
vt nonniſi in dubio nunciatio adſtringat, cum nunciā
di ius ſibi eſſe nunciator affirmat. Cauſam aliam eſſe
in re manifeſta putat. manifeſta planè res cōſtat, ſi ius
ſibi nunciandi non eſſe nunciator non contendit.
153 Septimo ſententiæ huic & † textum ſeruire Bar. ſub
ijcit infra ea.l.§. nunciamus verſi. ꝙ ſi in mari. vbi fru-
ſtra in opere, quod in mari, aut littore eius fit, nuncia-
tio adhibetur. Id quia euidens ius ædificantis per ius
ipſum gentium emicat. quo iure licentia cuique eſt in
mari, littoreve eius ædificandi.l.riparum in fi. & l. ſeq.
ff.de rerum diuiſio.§.littorum inſti. eo.tit.

Octauo Io. Azo. & Specu. teſtimonio ſententiam
hanc Bar. confirmat. Ad extremum ſui quoque ipſius
teſtimonium conſulendo affert in cōſi.64.nu.1. verſi.
præterea etiam ſi res.
154 Ex doctri.Bar.in ſexta hac oppoſi.effectus † nullita-
tis, iniuſtitiæ, calumniæ ve euidentis, aut notoriæ recen
tiores hic cumulant Iaſ.num.8. verſi.tertio confirmo.
Ruin.nu.25.& plurib.ſeq.in conſ.59. col.fi.lib.5.Deci.
in c.ex parte. 2.col.1.in prin.verſi.5.fallit de offi.deleg.

Cum ſententia hac facit, quod ſcriptum apud Ang.
eſt in conſi.6. verba vniuerſalia etiam geminata re-
ſtringi, quotiens iniquum, aut abſurdum ſequeretur
reſtrictione non facta. De quo dicto Soci. meminit.
in l.1. col.1. verſi. notabis tamen ibique plenius apud
nos.nu.50.55.& nu.60.ff.de leg.1.Iaſ.in conſi. 182.col.
6. poſt med. lib.2 & in conſi. 115.col.5. lib.4.Ruin.in
conſi.188.nu.10.& ſeq.lib.2.& in conſi.18.nu. 8.verſi.
Præterea ceſſantib.lib.3.Abſurda vero & iniqua haud
dubiè res eſſet, nunciationē admitti, q̄ iniuſta, calūnio-
ſave initio ipſo apertiſſimè liq̄t. l.meminerint. C.vñ vi

H 3 Secun-

155 Secundò ſententiæ huic non † inſcitè Bald. dictum
quadrat in c. 1. nu. 25. in tit. de Allod. Vaſallum, cuius
delictum notiſſimũ eſt, ſine iudice ſeu autoritate pro-
pria à domino expelli, ſi iuriſdictionem habet. Cui di-
cto quaſi ſingulari atque pulcherrimo Gozadi. ſubſcri
bit in conſi. 1. nu. 26. & quod Soci. ſcribit in conſi. 4. nu.
24. lib. 3. ſine citatione feudum à vaſallo auferri, ſi no-
torium delictum ſit.

Hoc ita, ſi notorium adeo delictum ſit, vt exceptio
nis defenſionisve quicquam vaſallo non competat,
vti declaratum apud Soci. legitur inter conſi. Curtij ſe
nioris in conſi. 20. nu. 32. verſi. quarto & vltimo. Si in
delicto notorio propria autoritate vaſallus expellit̃.
Quanto magis in calumnia nunciatoris manifeſta in
re ſuo nunciatus vtetur, opuſque faciet, aut inceptum
proſequetur. retinendi enim cauſa in nunciato verti
tur. Contra id dominus agit, vt executiuè agat. reten-
156 tionem planè † facilius, quam actionem permitti,
dubitatio non eſt. l. ſi in area in fi. l. ex quibus. ff. de con
di. indebi. l. 1. in prin. ff. quibus modis pign. vel hypo. ſol.
l. Paulus. ff. de excep. doli. l. per retentionem. C. de vſur.
l. vni. C. etiam ob chirogra. pecu.

Sed obſeruandum in oppoſi. hac ſexta Bar. & ſi ma
ximè Doc. omnium ſuffragijs doctri. eius non ſolum
admitti, ſed & laudibus ſummis celebrari propter effe
ctus admirabiles ſoleat, quos iniuſtitia euidens, aut no
toria parit, legibus tamen à Bar. relatis eam non iuua-
ri. & primum quidem ex vaticinio Bart. ſenſus cõſtat,
quod in l. 1. & 2. ff. ne quis eum qui citationis iniuria
eſſet. euidens iniuria eſſet. Vnde enim Bartolo id pro
ditum, quod notiſſima eximenti veniæ omiſſio eſſet,
quæ à facto alieno pendebat, ideſt citantis liberti, & iu
dicis, in quo præſumi ignorãtia ſolet. l. verius. ff. de pro
ba. reg. præſumitur lib. 6.

Secundo ſi phas interpretari diuinando ſit, facilius
in l. hac admitti interpretatio debebit, vt nunciatio
ſperni iniuſta poſſit, quaſi notior magis nunciato ipſi
iniuſtitia ſit, quam in ll. contrarijs citationis vitium co
gnitum eximẽti eſſet, cum veriſimiliter magis ius ſuũ
ſcire nunciatus præſumatur. l. iure necne ædificet, quã
157 factum alienum eximens. Siquidem ſcientia † præſu
mi in facto proprio ſolet. l. 2. §. ſeruius autem ſulpicius
ff. de origi. iuris. l. quamquam. ff. ad Velleia. l. 3. ff. de iu-
ris & facti ignor. l. cum falſum. ff. de acq. hæredi. l. fin. ff.
pro ſuo. c. ab excommunicato de reſcrip.

Si dixeris, de notorio ratione iudicis, Bar. ſentire. l.
quod notum iudici euidenter, & citra probationem
aliam eſt, non reſpectu partis, veluti in d. l. 1. & 2. ff. ne
quis eum qui. vbi ex lectione ſola citationis vitiũ eius
manifeſtum fit, ex qua lectione petitam veniam non
158 eſſe liquido conſtat, ſiquidem † ex recitatione ſcri-
pturæ probari negatiua ſoleat. l. ſi binæ ibique Bald. ff.
de inu. teſta. l. Titiæ textores. ff. de lega. 1. l. 2. C. de erro
re aduo. l. iuſtum. C. de eden. l. fin. C. de rebus credi. c. cũ
ad ſedem de reſti. ſpol. Cauſa alia nunciationis eſt, cu-
ius iniuſtitia euidẽs apparere ex ſola eius lectione, aut
recitatione regulariter non poteſt. Reſpondetur, etiã
ſi notoria citationis iniuria iudici eſſet, attamen cum
nota eximenti non eſſet, & res vertatur, quæ de genere
prohibitorum videtur, quod ad eximentem ipſum at
tinet, reus delicti videtur, cogitationemque eius, ma-
gis quam effectum ſpectari iuris conuenit. l. eum qui
duas. C. de adul. c. nuper de Biga.

Tertiò contrarius ſenſus iſte Bart. textui videtur in
d. l. 2. ff. ne quis eum, qui. vbi vtrumque contra edictũ
facere ſcriptum eſt, tam citantem, quam eximentem.
Cæterum in pari delicto deteriorem liberti petitoris
cauſam eſſe. Equidem ſi notum eximenti vitium cita-
tionis fuerat, noxius delicti vllius non videbatur. quaſi
ob id exemerit, quod inutilem citationem momenti-
que nullius videret.

Ea propter ſenſus alius atque Bar. Doct. quæ putẽt,
ll. prædicatarum fuit. Rei cuius demonſtrandæ cauſa,
monendi ſumus, ex diuerſis ſeparatiſque omnino.
Bart. argumentari iam opponendo, quam reſpondẽ
do, neque contrarios legi huic textus eſſe in d. l. 1. & 2.
Immo enim ius idem. l. huius ſine ſubauditione, aut
diuinatione Rotre. Bart. & Doct. atque ll. prædictarũ
eſt, caſuum rationisve ſimilitudine interueniente. Sed
enim diuerſitas ll. citatarum multo alia eſt, atque ea, quã
Bar. Doct. quæ ſubaudiendo & diuinando exiſtimãt.
verum ſine diuinatione ſubauditioneve vlla diuerſitas
ipſa ſignificantius oſtenditur. Ad quam indicandam
monendi ſumus, permagni referre, vtrũ iniuſtus actus
159 ſit, an inutilis ſeu nullus. Actus † nullus effectum vl-
lum non habet, verum pro infecto habetur, perinde-
que res eſt, vt ſi factus omnino nõ ſit. l. quotiens. ff. qui
ſat. cog. l. 1. §. 2 ibiq; Deci. in quarto nota. ff. quod quiſ
que iuris. l. fi. ff. de lib. & poſth. l. 1. in fi. ff. quan. dies vſuſ
fru. lega. ce. l. 2. in fi. infra de pœnis. Inde fit, vt adiri hæ-
reditas ex teſtamento nullo nequeat. inſtit. de exhære-
da. lib. in prin. Eque per teſtamentum ſecundum inuti
le, primum non reuocatur. l. ſi filius qui in poteſtate. ff.
de lib. & poſthu. l. 2. in prin. ff. de iniu. teſta. Eadem ra-
tione ad executionem ſententia nulla nõ perducitur.
l. 4. §. condemnatum infra de re iud. idque in materia
quamuis locum habet, vt effectu prorſus careat, quod
nullum eſt reg. non præſtat impedimentum lib. 6.
160 Cauſa, ratioque alia actus † iniuſti eſt, qui effectum
obtinet, vſque dum patefacta iniuſtitia, atque reuoca-
tio facta eius ſit. Idque videre in teſtamento iniuſto
eſt, in quo exhæredatus filius legitur, ex quo hæreditas
aditur, effectumque habet, donec per querelam reſci-
ſum quaſi inofficioſum, iniquumque ſit toto tit. ff. &
C. de inoffi. teſtam. & inſtit. eo. titu. ius idem & in ſen-
161 tentia † iniuſta ſeruatur, quæ effectum accipit, inque
rem iudi. tranſit, ſi ab ea non appellatur. l. 1. C. de po-
ſtulan. l. 1. C. ſi ſepius in integ. reſtitu. poſtul. l. ab eo. C.
quomo. & quan. iudex. Aucten. hodie. C. de tempo. ap-
pella. c. cum dilecti in fi. de electio. c. quod ad conſul-
tationem de re iudi. Quod contra in ſententia nulla
eſt, in rem enim iudicatam non tranſit, verum ad an-
nos triginta de vitio, ſeu nullitate dici eius poteſt glo.
in c. vnde quæritur in fi. glo. magnæ 35. q. 9. Bal. in l. da-
ta nu. 59. C. qui accu. non poſ. Saly. in l. ſi præſes nu. 6
poſt med. C. quomo. & quan. iudex. Alex. in conſi. 59.
col. pen. verſi. & ſi opponeretur de ſecunda ſententia.
lib. 4. Soci. in conſi. 100. col. fi. circa med. lib. 4. Iaſ. in l. 1.
in fi. prin. ff. de fer. jś. & in conſi. 21. col. 2. circa fin. lib. 1.
162 Ruin. in conſi. 196. col. pen. poſt med. lib. 1. Cui † lo-
cus præſcriptioni excipiendo non eſt, perpetuo tum
enim de nullitate ſententiæ opponitur. Bal. in d. l. data
num. 59. & in conſi. 322. vtrum num. 4. lib. 1. Saly. in d.
l. ſi præſes num. 6. poſt med. Cardi. in clem. 1. q. 14. de
re iudi. Ang. in conſi. 260. dicta interlocutoria col. 2.
poſt med. verſicu. ſi igitur nullius momenti. Corn. in
conſi. 302. col. 2. circa med. verſi. præterea licet ſtatuti
lib. 1. Deci. in c. ex parte. 2. col. fi. in prin. in 20. fallentia
de offi. delega. in conſi. 8. col. pen. poſt med. verſi. & re-
tenta concluſione prædicta. Ruin. in conſi. 62. colum.
fin. lib. 5. Quæ ſententia ad confutationem eius præ-
mit, quod apud Fulgo. Caſtren. & Alex. ſcriptum le-
gitur in l. nam & poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiuran. cir-
ca limitationem. l. purè § fi. infra de exceptio. doli. Cõ
tra quam limitationem Iaſ. argumentatur in d. §. ſi mi
nor in fi. ipſi enim limitationi dictum hoc non leuiter
reſiſtit, perpetuo excipiendo de nullitate opponi, quã
& agendo inſtitui non dubitatur.
163 Simili modo appellatione deſerta, nullitas † non de
ſeritur neque tollitur. Bar. in l. ſi expreſſim. num. 10. ff.
de appel. Soci. in d. conſ. 10. num. 12. lib. 4. Pro qua ſen
tentia tex. videtur in c. licet de ſen. excom. lib. 6. quem

Deci.

Deci. citat in c. cũ ſit Romana nu. 27. de appella. No.
Iaſ. in l. 1. in fi. prin. ff. de ferijs.
Similiter q̃uis tertia proponi appellatio non poſſit,
dici tamen de nullitate poterit Deci. in c. ſua nobis
nu. 11. ver. quinto tertia appellatio de appella.
164 Idem videre in alienationibus, † & contractibus
minorum eſt, qui ſi vtiles, aut validi mero iure ſunt,
effectũ conſequuntur, q̃uis iniuſticia in eis intercedat,
læſio puta. Atq; ideo reſciſione eſt opus, læſione de-
monſtrata, toto titu. ff. de minor. & habetur in l. nam,
& poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiuran. Ratio alia eſt, ſi
irritus, aut nullus contractus ſit. Ibi enim fruſtra reſci-
ſio, læſioniſq; probatio eſt toto ti. ff. de rebus eorũ, &
C. de præd. minor. Quod idem, & in contractu maio
ris eſſet, qui inutilis ſit.
His ita prænarratis, manifeſta Bar. Doc. quę hallu-
cinatio fieri vel ſponte ſua videtur, cum pro contra-
rijs tex. citantur in d. l. 1. & 2. ſiquidem in caſu diuerſo
ſeparatoque omnino. ll. illæ loquuntur, atq; hæc in
actu enim inutili atq; nullo, ideſt in citatione nulla. ll.
illę loquuntur iuris ſolennitate omiſſa, ideſt venia nõ
impetrata, l. hæc de nunciatione iniuſta expreſſim tra
ctat. Diuerſitatem planè, rationemq; diuerſam inter
actum nullum atq; iniuſtum verſari, palam eſt, & de-
monſtratum ſatis mox ante habemus. Conſequenter
ex diuerſis omnino Bar. Doc. quę argumentari, non
obſcurè apparet.
Conſequens his fit, quod pœnæ locus dictis. ll. con-
tra eximentem non ſit, non eo fieri, quod euidens in-
iuria, aut iniuſticia citationis eſſet, quia nulla citatio
erat, quæ nullitas tamen nota veriſimiliter, neque pa-
trono citato, neque eximenti erat, vtpotè à facto
165 alieno pendens. Nullitate † igitur admiſſa, conſe-
quens fit, locum pœnæ ob actum nullum non fieri
l. 2. §. fi. ff. ſi quis in ius voca. non ierit, vbi cum iudi-
cio, certo die, ſub pœnaque adeſſe q̃uis iubetur, lo-
cus pœnæ ob contumaciam non eſt, ſi nulla citatio
fuit, quia feriaticus puta dies erat, quo venari ad iudi-
cium debebat. Eque ex laudo nullo pœna committi
compromiſſi non ſolet l. licet. §. ſi ſeruus Ibique Bar.
ff. de pecul. l. apud Celſum. §. item quæritur. 1. cum
glo. infra de excep. doli. Curti. ſen. in conſil. 52. num.
10. in fi. ſimili modo, cum pœna ei à ſtatuto irroga-
tur, qui actiones ſuas nobili cedit, ad ceſſionem nul-
lam pœna ſtatuti non trahitur Bar. in l. filium. §. ſi quis.
ff. de lega. præſtan. & in l. non putauit. §. non quæuis
per illum tex. ff. de bon. poſ. contra tabula Iaſ. in l. 1.
§. fi. in quinto nota. ff. quod quiſque iur. in l. 2. §. 1. nu.
24. & ſeq. ff. ſolu. matri. & in l. fi. colum. antepenul.
quæſt. 22. C. de iure emphi.
Iam rationem dicturum. ll. vicio ſeu nullitate cita
tionis non iniuſticia aliqua notoria conſtare, & niti,
ex glo. probatur in d. l. 1. in verſic. offilius, quæ verba
illa vocare non potuit, exponit ſine impetratione ve-
niæ, ſic ad formam, aut ſolemnitatem omiſſam, atq;
adeo nullitatem inde deſcendentem verba illa glo.
refert. Sed expreſſius rationem hanc nullitatis glo.
commemorat in d. l. 2. in glo. 1. in fi. quæ nullitatis ra-
tionem nominatim exprimit, cum, ait, factum non
videri, quod factum legitimè non eſt. Conſequenter
pro eo citatio illa vitioſa, aut nulla habetur, atq; ſi
facta omnino non eſſet. Cum declaratione hac mea
ſenſiſſe Bal. poſtea deprehendi in l. quamuis in fi. ff. de
in ius vocan. in 1. lectu. vbi ad probandum citatio-
nis vicium, ſeu nullitatem, in qua omiſſa petitio ve-
niæ eſt, tex. citat in d. l. 1. §. offilius. ff. ne quis eum qui.
ſic rationem illius tex. niſi nullitate niti non putat, qua
remota, locum eſſe pœnæ non dubitat.
Tex. porrò. l. huius de nunciatione iniuſta loqui,
166 dubitatio non eſt, ſiquidem † ad iniuſtitiam verbum
iniuria pertinet, pro eo, quod iniuſtè, aut non iure fit.
l. 1. in princip. infra de iniur. inſtitu. de iniur. in prin.
Itaque cum nihil quicquam communionis inter a-
ctum nullum iniuſtum vè ſit, diuerſoque cenſeri iu-
re ſoleant, ex diuerſis protius Barto. cum Doc. argu-
mentari in oppoſi. hac ſexta liquidiſſimè conſtat iam
ſi iniuſta citatio ſolum in dictis. ll. 1. & 2. ff. ne qui eum
qui, eſſet, pœnam vtiq; edicti eximens non effugeret,
at idem ius in dictis. ll. atq; in l. hac eſſet.
167 Inde fit, vt ſi vicio, † aut nullitate in caſu. l. huius
nunciatio laboraret, ſimiliter vt citatio in d. l. 1. & 2.
ius idem in nunciatione, atque in citatione nulla eſſet,
quoniam impunè ſperni nunciatio nulla poſſet; vt
Bar. docet in conſil. 64. num. 2. & ſeq. & inferius idem
Bar. poſt glo. in octaua oppoſi. Caſtren. infra eadem.
l. §. opus nouum num. 3. Idem ex tex. probatur in l. 1.
§. 1. Ibique. glo. in verſicu. valere infra de remiſſio.
Idem, & apertiſſimè ex glo. magna hic oſtenditur
verſi. ſecundo modo accipitur Oldra. in conſi. 313.
num. 6. De quo ſupra etiam num. 21. 61. & num. 88.
verſi. tertio nunciationis reijciendæ nu. 151.
Conſequenter his dicendum, ſine ſubauditione di-
uinationeque vlla tex. intelligendos in d. l. 1. & 2. ſatis
quippe eſt ad pœnam impediendam, inutilem, aut
nullum actum eſſe, notoria vel non nullitas ſit. Ita
ſatis erit, quoquomodo actus vitium conſtare, vt re,
aut effectu prorſus careat.
Septimo opponit Bar. ſcriptum ab Vlpiano gene-
raliter eſt per nunciationem opus inhiberi, iure vel
iniuria fiat. Sed enim generalitati huic tex. obſtat in-
fra ea. l. §. opus, & §. ſi quis ædificium, vbi effectum
inhibitionis non ita generaliter nunciatio habet, atq;
ſcriptum ab Vlpiano hic eſt. immo ad eum caſum
effectus inhibitionis reſtringitur, quo, aut ædifican-
do, aut detrahendo priſtina operis facies immutatur.
168 Ea ratione † contemni nunciatio poteſt, ſi mutatio
nulla ædificando fit, quia vetus opus puta à nunciato
fulciretur. oppoſitionem hanc Bar. ſoluendo admit-
tit, vt ad refectionem nunciatio non pertineat. Idq;
declaratum ſatis vel ex rubri. ſola eſt, in qua niſi de
opere nouo mentio non fit. Quod opus nouum in
refectione non verſatur, noua quippe res per refectio
nem non inducitur l. ſi ita legarum. §. fi. ff. de leg. 1. l. 3.
§. reficere infra de itin. actuq; priua. l. fi. §. 1. C. de iu-
deis. c. conſuluit eo. titu. cum alijs apud Iaſ. relatis in
l. quominus ante fi. infra de Flumi. Bologni. in l. qui
viam num. 78. infra eodem, in oppoſi. hac glo. expli-
catio verſatur in verſi. fieret. Idque ampliatum ſupra
eſt nume. 87.
Limitationem concluſio hæc admittit, ne locum ha
169 beat, vbicunq; reficiendo † forma vetus ampliatur,
aut dilatatur, aliquidvè ei adijcitur, nouum tum enim
fieri opus dicitur, refectio planè tum denique verſatur,
ſi vetus forma in quo ſtatu erat, conſeruatur. d. l. 3. §.
reficere qui. §. pen. eſt infra de itin. actuq; priua. l. 1. §.
fi. infra de riuis. & d. c. conſuluit de iudeis. tex. huc
pertinet in l. ius ciuile. ff. de iuſti. & iure. no. Caſtren.
in conſ. 247. notandum eſt, quod dictum pactum lib.
2. Secundum hoc, noua res ex alteratione, aut muta-
tione formæ ſeu qualitatis erit. Inde ratio, & declara
tio tex. percipitur in l. tutorem qui tutelã circa med.
ff. de admi. tutor. cum filiusfamilias tutor emancipa-
tur, poſt emancipationem tutela noua dicitur, ob
quam in ſolidum tenetur, de Adminiſtratione planè
ante emancipationem facta non amplius præſtat,
quam quantum facere poteſt. ſimili modo ex regula
hac declaratio tex. percipitur in l. 3. §. quæri poteſt. ff.
de ſuſpec. tutor. quotiens tutela adminiſtrata, in cu-
ratorem quis confirmatur, ob malam in tutela admi
niſtrationem, ſuſpectum eum à cura non remoueri.
Rei cuius ratio non alia eſt, niſi quòd noua, & di-
uerſa res diuerſaq; adminiſtratio ex mutatione illa

tutor

Digitized by Google

tutoris in curatorem ſit. Qualitas enim firmaq; ad-
170 miniſtrationis alteratur. Ius idem † ſeruādum, cum ad tempus tutor datus, finito tempore tutor datur, ne ob mala adminiſtrationem in priore tutela admiſſam à poſteriore amoueatur. ſi contutorem habet, diuerſæ enim tutelæ ab temporum diuerſitatem cenſentur. Quæ iura ita Aretin. explicat in conſi. 57. poſt prin. verſic. ſecundo probatur. Ex noua forma rem nouam fieri Signorol. etiam tradit in conſi. 90. col. 7. circa med. num. 29. & in conſi. 249. col. 8. ante fi. verſi. præterea ex quo aliquid.

Limitatur ſecundo, ne locum habeat, vbicunque
171 id reficitur, quod † euerſum funditus eſt, ibi enim opus nouum ex refectione æſtimatur, atq; ideo operis noui locus nunciationi erit. d. l. ſi ita legatum. §. fin. ff. de lega. 1. l. qui tamen. in prin. ff. quib. mod. vſufruc. amit. l. inter ſtipulantem. §. ſacram circa fin. infra de verb. oblig. Alex. & Iaſ. in d. §. ſi quis ædificium. infra ead. l. vberius idem Iaſ. in d. l. quominus. col. pen. & fi. infra de flumi. no. Caſtren. in d. conſi. 247. verſi. præterea refectio lib. 2.

A limitatione hac Deci. recedit in d. l. domum. nu. 2. verſi. ſed tamen conſiderandum infra de regul. iuris mouetur, ꝙ ratio veſtigiorum haberi priſtini ædificij debet arg. l. fin. infra de decurio. & per tex. in d. c. conſuluit de Iudeis vbi Sinagogas reſtaurare collapſas licet, quæ verba deſtructioni toti etiam conueniunt. Neque ad tex reſpondet, qui ex diuerſo opponuntur. & quidem magna hic contradictio in teſtibus duobus verſatur in l. tabernam. ff. de fundo inſtr. vbi inſula exuſta, & noua alia extructa, legatum horrei non debetur, quod in ea erat. Sic nouam inſulam tex. vocat, quæ inſtaurata poſt incendium eſt. Noua planè ſinagoga nō habetur, quæ poſt excidium, aut ruinam eius ædificatur. At enim æque deſtructio ex ruina ædium, atque incendio videtur. & credo non aliud circa incendium textum ſentire in d. c. conſuluit. Rurſus contrarius tex. in d. c. cōſuluit. textui videtur in d. l. ſi ita legatum. §. fin. ff. de lega. 1. vbi non aliter domum legatam refectamvè deberi tex. ait, niſi ſi refecta particulatim ſit. Aliter atq; ſi deſtructa ex toto inſtauratur. ſed enim ſi in d. c. conſuluit, ex toto reparari, non particulatim ædes ſinagogæ collapſas oportet. cur non æque ſinagoga noua in d. c. conſuluit dicitur, atq; in d. l. ſi ita legatum. §. fin. Hicq; obſeruandum, cum deſtructionem in totum Iaſ. obſeruat in d. §. fin. contrarius enim Iaſoni text. videtur in d. l. tabernam, vbi ex incendio deiectio ſequi tanta non ſolet, quin reliqui parietes in partem ſaltem maneant.

Difficultate hac animo diutius meditata, & expenſa, obſeruandum tandē duxi, textum in d. c. conſuluit. aduerſarium. ll. memoratis non eſſe in d. l. ſi ita legatū. §. fi. & in d. l. tabernam. quoniam aliter. in d. c. conſuluit, quam in ll. memoratis nouitas videtur in d. enim. c. conſuluit. Ex adiectione nouitas ſpectatur. l. quotiens vltra veteres aliam ædificare Iudæi vellent. Cæterum quin collapſas, dirutas, aut incendio conſumptas inſtaurare liceat, prohibitum non videtur, cum diſpendio, aut ſumptu eorū id fiat. Qui ſenſus ex verbis ipſis tex. percipitur, cum ſinagogas reædificari collapſas permittit. in quibus verbis non obſcurè declaratur, quomodo nouitatem ſinagogæ text. intelligat. Ideſt cum noua omnino alijs accederet. Cauſa alia eſſet, ſi text. quo alia refectio tantummodo permiſſa ſinagogæ eſſet, tum enim ex permiſſione illa, vt reædificare dirutas liceat, contrarius. ll. memoratis textus ille eſſet. In ll. planè prædictis idcirco noua res ex reædificatione dicitur, quoniam reuocatum legatum ex deſtructione rei quantum ad ædificium erat: vnde & ſi repoſitum ædificium ſit, attamen quia ſumptu, id actum teſtatoris eſt, veriſimile nō videtur, quòd cum ſumptum donare legatario voluerit. Immo enim ex tali reædificatione perimere legatum, & quoad areā creditur Areæ, quæ ſola debebatur, formam immutando, nouumque in ea ædificium ponendo. Conſequenter rationibus, aut reſpectibus diuerſis nouitas rei in ſpecie hac conſideratur. In d. c. conſuluit nouitas ſinagogæ ratione ampliationis, aut cumulationis æſtimatur, In dictis. ll. rei etiam eiuſdem cauſæ, cuius forma deſtructa omnino ſit, tam & ſi veſtigia aliqua remaneant, id quia forma perempta rei quoq; ſubſtātia perit, cum eſſe res à forma accipiat. l. Iulianus. §. ſi quis. ff. ad exhiben. & alia, De quibus in rubric. ſupra eod. num. 37.

In ſpecie planè controuerſa, vtrum opus nouum nunciare liceat, cum domus deſtructę reædificatio ſit, locum nunciationi puto, quia verum eſt, nouū opus fieri. neq; ratio hic mouet, de qua in d. cap. conſuluit. Quid enim ſi initio permiſſa ædificatio ex pacto aliquo ſit, quod ad primam ædificationem reſtringatur. l. boues. §. hoc ſermone. infra de verb. ſignif. vel quid ſi ius aliud nunciator ſibi aſſerit. In re igitur dubia nunciationi parendum. Neque diſtinctio Bologni. placet in d. l. qui viam. colum. fi. vbi locum nunciationi inter eaſdem perſonas non putat, aut aliàs cauſam ab eis habentes non putat. verum inter alias tantum, & cum noua res propriè dicatur, vbicunq; quod deſtructum eſt, inſtauratur vt ex dictis. ll. oſtenditur, cur non propriè nouum opus in ſpecie hac nunciationis intelligemus. l. 1. §. is qui nauem. ff. de exercitor. l. non aliter. ff. de lega. 3. Id quidem præcipuè, ꝙ ratio ſubeſſe nunciandi poteſt tam per regulam. d. l. boues. §. hoc ſermone, quam ꝙ conuentiones interponi aliæ poſtea potuerunt. Neq; ſignificationem reſtringi in materia hac nunciationis ad ſimilitudinem tex. videtur in d. c. cōſuluit. quoniam de refectione ibi ſolummodo permittenda expreſſum iure aliquo non erat. qua ſola permiſſa, tex. ille haud dubiè contradiceret. verū text. ipſe ſatis declarat, quomodo nouas ſinagogas intelligat. In materia planè nunciationis cautum legitur, nonniſi refectionem permitti. At enim refectio non vertitur, verum operis noui extructio, vbicunque rei euerſæ inſtauratio ſit.

Octaua Bart. oppo. eo ſpectat. Dicitur hic nunciationi obtemperandum, iuſta vel non ſit. At enim contrarius textui huic tex. videtur in d. l. de pupillo. in prin. & §. 1. vbi non aliter nunciationi obſequi neceſſe nūciatus habet, niſi ſi iure nunciatio ſit, ideſt ab eo, cui nunciandi ius eſt, atque in re ipſa præſenti. Quare ſi à pupillo, aut extra rem ſit, impunè eam cōtemni. Qua
172 oppoſitione gl. hic vtitur † in ver. per nūciationem. ſoluit glo. quod dicitur, nunciationē iniuſtam timendam, ad eam ſpectare, quæ legitima ſit. Ideſt quæ vires habeat, nō quæ vicioſa, aut nulla appareat. In qua re ſumma totius. Gloſæ verſatur. Totaq; in hoc glo. iacet, vt ad nunciationem vtilem, ſeu validam tex. referatur. ſic nunciationi iniuſtę ita demum parendum, ſi legitima ſit. ſimiliter vt de ſententia iudicis iniuſta dicitur, non aliter in rem eam iudicatam tranſire effectumq; habere, quamuis iniuſta ſit, niſi ſi vitio nullitatevè caret. l. 4. §. condemnatum. infra de re iudi. Inde conſequenter Bar. ſubijcit, impunè nunciationē ſperni, quæ inepta, aut facta non congruè ſit. extra rē puta, in qua ædificatur. d. l. de pupillo. §. 1. & per glo. magnam hic in princ: & verſi. ſecundo modo accipitur: vbi iure ipſo ſineq; ſatiſdatione remitti nunciationē
173 ait, quæ defectu vitioſa cauſæ apparet, vel quia † expreſſa omnino cauſa vlla non eſt, vel id genus, quæ pro nulla habetur. exprimendam planè cauſam ita Bar. poſt glo. cenſet, ſi poſitum à parte ſit, ad exemplū libelli, in quo neceſſaria cauſę expreſſio non aliter eſt, niſi ſi petita ſit. l. fin. C. de annali excep. ubi libellus generalis conſiſtit, cauſa nulla expreſſa. ergo neceſſaria cauſæ expreſſio non eſt, parte non petente. Namq; ſi neceſſa-

neceſſaria eſſet, vigorem vtiq; libellus non haberet De qua cauſa in libello exprimenda, & cur inſeri debeat ſcite Anto. de Butr. tradit in c. fi. in prin. de libelli obla. Ius idem in teſtimonio probandum, cui fides non habetur, ſi interrogatione facta, expreſſa in eo cauſa non ſit. l. ſolam cum glo. C. de teſtib. & glo. hanc in ver. per nunciationem ſcitu viſuq; dignam hactenus Bar. prædicat, ne cauſæ opus expreſſio ſit, niſi ſi petitum id ſit. De qua re in quæſtionibus ſe dicturum pollicetur.

Obſeruandum in oppo. hac octaua regulam generalem à Bar. exprimi, impune nunciationem contemni, quæ inutilis, aut nulla ſit, inepte puta, aut incongruè facta. Idq; confirmatum ſupra plenius habemus nu. 88. ver. tertio nunciationis reijciendæ nu. 151. 167. In ſpecie planè modos duos nullitatis, aut ineptitudinis non pluſquam duos commemorat, vnum per relationem, cum tex. refert in d. l. de pupillo. §. 1. vbi ratione rei vicium nunciationis oſtenditur, quotiens extra rem, in qua opus fit, nunciatio interponitur. ſecundum modum expreſſim Bar. enarrat, vbicunq; cauſam nunciator interrogatus non affert. Sed
174 enim † ratione perſonæ etiam verſari nullitas poteſt, veluti cum à pupillo, aut ſeruo nunciatio fit. d. l. de pupillo in prin. ius idem ſeruandum, ſi à fructuario nomine ſuo nunciatio adhibetur vt hac. l. 1. §. fi. Eque ſocio contra ſocium in re communi opus facientem nunciandi ius non datur. l. in prouinciali. §. 2. infra eo. Ei etiam nunciandi ius non competit, qui actionem perſonalem tantum rei occaſione habet, qualis colonus, aut inquilinus eſt d. l. in prouinciali. §. ſi ego ibiq; Caſtren. in ſummario.

Rurſus ratione rei, in qua opus fit, non ſolum nullitas nunciationis committitur, cum extra rem ipſam nunciatio fit, d. l. de pupillo. §. 1. verum etiam cum in re quidem ipſa nunciatio fit, ſi in ſolo opus non exercetur, at in re, quæ ſolo ipſi cohæret veluti cum meſſem quis facit, vinetum putat. Arborem ſuccidit. vt hac. l. 1. §. hoc autem ædictum, & hac. l. Caſtren. no. §. opus nouum nu. 3. Idem cum in mari, aut littore ædificatur, quod commune omnibus iure gentium eſt, vt hac. l. 1. §. nunciatio in fi. Idem cum cloacas, aut riuos quis purgat. d. l. de pupillo. §. ſi quis riuos.

Secundo videndum, cum vicium, ſeu nullitas nun-
175 ciationis defectu cauſæ conſideratur. Namq; † inter eſſe glo. magna in prin. non putat, vtrum cauſa omnino non exprimatur, vel eiuſmodi, quæ pro nulla habetur. Sed enim exemplum vllum dicti huius quando pro nulla cauſa habetur, à glo. Bar. vè non ſubijcitur, vnde exemplum rei huius percipere ex Caſtren. licet in d. l. de pupillo. §. meminiſſe in fi. quotiens in ſolo à nunciato poſſeſſo idcirco ſe nunciare quiſpiã aſſerit, quod Dominus ſoli illius ſit, inutilis enim cauſa hæc videtur, cum Dominus potius poſſeſſor præſumatur. Ratio alia eſt, ſi ideo nunciari à ſe dicit, quod ſeruitutem, aut ius in ſolo ipſo, aut re ipſa habet.

Cauſas item alias, quæ pro nullis, aut ineptis habentur, inde cognoſcere licet, ſi cognitas eas habeamus, ex quibus permitti nunciatio ſolet, cum eadem ſit contrariorum diſciplina. l. 1. ff. de his, qui ſunt ſui vel
176 alie. iur. Cauſas planè, ex quibus † permiſſa nunciatio eſt, Caſtren. hic enarrat ſuper glo. 1. & hac eadem. l. §. nunc videamus.

Declaratio ex prædictis eius apparet, quod ſcriptũ à Bar. in ſexta oppo. eſt. impunè nunciationem ſperni, quotiens in manifeſto eſt, ius nunciandi non eſſe,
177 Manifeſtus enim iuris † huius defectus ex his colligitur, quæ ſcripta ſuperius ſunt. Ideſt vel ratione perſonæ, vel ratione rei, aut cauſæ, quæ omiſſa ſit, vel inepte, aut vicioſe expreſſa. Quam rem aliter etiam inferius Bar. docet. q. 1. Cauſæ iſtæ tamen ad vicium ſeu nullitatem nunciationis ſpectant, cum de iniuſticia manifeſta in dicta ſexta oppoſi. Bar. loquatur.

Illud etiam miſſum faciendum circa prædicta non cenſui, quibus caſibus contemni nunciatio poteſt, vt pote, vicioſe, aut inutiliter facta, ſiue ratione perſonæ, ſiue rei, aut cauſæ, locum id ita habere, ſi voce, aut iactu lapilli fit. Cauſa alia videtur, ſi per prætorem, aut iudicem expeditur. ibi enim iudicis neceſſaria remiſſio videtur Caſtren. in l. ſi opus nouũ. per glo. ibi infra eo. De quo mentio etiam facta ante eſt nu. 91.

178 Sed enim limitationi † huic Caſtren. contradictum argutiſſimè à Domino Clemente Arſago auditore noſtro Mediolanenſi, perſpicaciſſimoq; eſt. Contrariumq; limitationi huic tex. eſſe ait in d. l. 1. & 2. ff. ne quis eum qui, ſecundum ſenſum noſtrum. Qua enim ratione citationem nullam cõtemnere impunè licet, quæ à iudice ipſo fit, ita, & nunciationem ſiquidem ratio eadem vtrubiq; verſatur. l. non poſſunt. ff. de ll. l. illud ff. ad legem aquil. Argumentum hoc efficaciæ eius tamq; vehementis viſum cogitatione prima eſt, vt quid reſponſionis afferrem, in numerato non eſſet. Cæterum re ipſa aliquantiſper ſpectata atq; expenſa, cauſam eandem citationis atq; nunciationis inualidè dixi. ſiquidem pluris aliquid nunciatio vicioſa quæ per iudicem fit, nunciatori non tribuit, quam quæ ab eo adhibetur, cum ſatiſdandi onere nunciatus non afficiatur. tantum ad iudicem adire ab nunciationem inutilem neceſſe habet, vt in vim citationis ſimplicis reducatur iuxta ea, quæ habentur in d. §. meminiſſe Reductione planè hac facta impunè nunciatio ſperni non minus poterit, atq; ſi facta ſine iudice ſit.

Si dixeris in reſponſione hac animum ſatis non acquieſcere quod in hoc ſaltem nunciatus grauatur, vt ad iudicem eum adire oporteat, vti diſcipulus noſter replicando dicebat. Reſpondetur, ad iudicem ideo ante omnia adeundum, quoniam, & ſi nulla prohibitio, ſeu nunciatio eius ſit, nulla tamen citatio non eſt ob nunciationem ipſam decreta, cum ad iudicium venire iubeatur, ſi grauatum ſe putet. ſic ob citationem ipſam vtilem, aut validam ad iudicium venitur, non ob nunciationem vicioſam, Cuius ratione nihilo magis nunciatus læditur, atq; ſi facta à parte ipſa ſine iudice ſit, ita vti monſtratum habemus.

Ex noua Bar. oppoſi. dictum colligitur memoratu
179 non indignum damnum, aut † grauamen cuiquam non inferri, ſi lucrum non facit. vel ſi lucrum facere non permittitur. ſimiliter vt damno legatarius affici ab hærede non dicitur, qui hæreditatem omittit, ſiquidem nihil quicquam à legatario auferτur, tantum ex repudiatione hæredis lucrum facere prohibetur, & quamuis dictum hoc iure aliquo à Bar. non probetur, ex tex. tamen confirmatur in l. ſi legati ſerui. ff. de lega. 1. in l. quæro. ff. de iure patro. in l. fi. ff. de obſeq. in l. qui autem in prin. ff. de his, quæ frau. credi. l. 1. §. ſi manumiſſo. in fi. ff. quarum rerum actio non da. l. 1. §. ſimili modo. C. de his, quæ in frau. credi. no. Bar. in l. quominus. in fi. infra de Flumi. Bal. in l. 1. in 13. oppo. C. de ſenten. quæ pro eo, quod intereſt. profer. Pau. de Ca. in conſ. 357. notandum circa fi. lib. 2. Inde fit, vt
180 eorum † neceſſaria citatio non ſit quorum niſi lucri cauſa non intereſt, id quia lædi, aut damnum pati nõ dicuntur Bar. in l. 1. nu. 16. ff. de lega. 2. ſequitur Iaſ. in l. ſi quis arbitratu col. 11. in fi. in quinta limitatione infra de verb. obli.

Prima quæſtiò Bar. ad oppoſi. ſextam explanandam attinet, in qua dictum eſt, impunè nunciationem ſperni, quotiens certum eſt nuncianti ius non eſſe. Quomodo certum id eſſe intelligatur. & tripliciter fieri id ſcribit per inſtrumentum, ſententiam, & euidentiam rei, quam euidentiam exemplis oſtendit. In preceptione hac Bar. non planà ſatis duo ante omnia

Digitized by Google

181 nia † videnda. Primum, eandem certi atq; manife-
ſti ſignificatione Bartolo hic videri. Qui vbi modos
expreſſit, quibus res fieri certa poteſt, in fine quæſtio
nis ſubijcit, manifeſtam rem ex prædictis fieri per tex.
in c. cum olim in fi. de verb. ſigni. vbi tribus modis
oſtenſam manifeſtam tex. dijudicat, confeſſione, pro
batione legiuma, & euidentia rei, quæ tergiuerſatio-
ne celari vlla non poſſit. quæ tria in tex etiam ennar-
rari in c. fi. de cohabi. cler. & mul. Iaſ. hic refert. nu.
20. Sed enim de probatione verbum in d. c. fi. non fit.
Si probatio legitima manifeſtam rem facit, an non
probatio legitima in inſtrumento ineſt, quæ probata
probatio dicitur Bal. in l. quotiens in fi. C. de iudi. in l.
fi. C. de vſur. pupilar. & in l. intereſt. C de ſolutio. Deci.
in conſ. 118. poſt prin. in c. licet cauſam in 13. nota.
de probatio. Iaſ. hic nu. 10. & in l. ſi quis cum aliter
col. 7. verſi. ſecundo pro iſta parte infra de verb. obli.
Idem Bal. ſcribit in conſ. 33. ſtatuto cauetur nu. 3. in
fi. lib. 5. Sed vltra Bar. & alios, tex. in ſententiam hanc
probandam, ideſt notoriam rem per inſtrm fieri, ci-
tamus in l. 3. ante fi. ibi niſi palam, & euidenter ex in-
ſtrumentorum probatione, non per teſtium depoſi-
tiones te fuiſſe minorem oſtenderis. C. ſi minor ſe ma
iorem dixerit. quem tex. à glo. didici in c. 2. in ver ma
nifeſtũ de verb. ſigni lib. 6. hoc ita, ſi liquidum inſtrm
ſit, aliter enim probatio dici probata non poteſt, at
probanda, cum indigens liquidationis ſit vt Bal. no.
in conſ. 309. quæritur vtrum adulta poſt med. lib. 2. &
quod Bar. no. in l. eleganter in prin ff. de condi. indebi.

Sed enim eadem certi, atq; manifeſti ſignificatio
non videtur cum certum eſſe quid poſſit, quod mani
feſtum non ſit, ſi idem manifeſtum, atq; notorium
182 appellamus certum enim à notorio † diſtare Cardi.
preſtat in clem. 1. §. eorundem. q. 2. in fi de foro com-
pe. per tex. in c. ſi quando. de offi. delega. vbi de cleri-
cis tex. loquitur, quos certum eſt, inſtitutionem cano
nicam in eccleſijs non habere. Atqui palam hoc, aut
notorium non dicitur. Certum quippe eſſe indicibus
poteſt, at non notorium, vnde non rectè ſecundum
diſtinctionem Cardi. in eandem ſignificationem cer-
tum, manifeſtumq; accipere Bar. videtur, ſi pro no-
torio manifeſtum accipimus eandemq; vtriuſq; eſſe
ſignificationem aſſerimus, vti probari ex tex. videtur
in d. c. fi. de cohabi. cleri. & mul. & in d. c. cum olim
de verb. ſigni. quod enim notorium in d. c. fi. nuncu-
patur, idem manifeſtum in d. c. cum olim dicitur,
eandem quoq; manifeſti, & notorij ſignificantiam
183 eſſe. Doc. ſentiunt, qui † notoriam rem per inſtru-
mentum fieri ex Bar. hic. probant, in quibus Soci. eſt
in d conſ 87. col fi. verſi. ſed tamen his non obſtanti-
bus lib. 3. Deci. in conſ. 118. poſt prin. Curti. minor in
conſ. 21. nu. 10. At qui de notorio Bar. hic non loqui-
tur, at de certo, & manifeſto. Itaq; ſi idem pollere
manifeſtum atq; notorium dicimus, non rectè certũ
pro eodem atq; manifeſtum Bar. accipit.

184 Sed enim differre inter † manifeſtum, & notorium
Bar. docet in l. ab accuſatione. §. nunciatores ff. ad Tur
pillia. & in l. ciues. C. de appella. poſt Spec. in tim. de
notorijs crimi. §. ſequitur de manifeſto, & §. iam de
notorio. Quibus in locis, minorem manifeſti ſignifi-
cationem, quam notorij eſſe monſtratur, ſiquidem
teſtibus paucioribus contenta probatio manifeſti;
quam notorij eſt. Rurſus manifeſtum cadere in actu
momentaneo poteſt, & in quo preſeuerantia vlla nõ
ſit, cuiuſmodi preconis pronunciatio eſt. quod con-
tra in notorio ſit, quod permanentiam per tempus
ſaltem aliquod poſtulat. De quo genere ædicta ſunt
in albo propoſita, vnum tamen pro altero poni im-
propriè tamen Spec. tradit in d. §. ſequitur de mani-
feſto nu. 2. Idem Calder. ſcribit in conſ. 15. de vſur. vbi
ſub manifeſto largè notorium contineri ait.

Differentia igitur inter manifeſtum, & notorium
ſecundum proprietatem verborum admiſſa, conſe-
quens ſit, rectè pro eodem manifeſtum atq; certum à
Bar. poni. in qua re dici poteſt certum, aut manifeſtũ
loco generis, & ſpeciei eſſe, diuidiq; in manifeſtum in
ſpecie, & notorium, vnde rectè dixerimus, eſt noto-
rium, ergo manifeſtum, quia poſita ſpecie, neceſſario
genus venit, at non vice verſa.

Secundo videndum in dictis his Bar. inquantum à
fructuario argumentatur, qui domino non nunciat
quomodo argumentatio hæc procedat. ſentẽtia Bar.
eſt, vt à fructuario ex ratione eadem argumentum du
cat. Idcirco enim domino nunciare fructuarius pro-
hibetur, quoniam ex re inter partes ipſas acta manife
ſtus, aut notorius iuris nunciantis defectus apparet, ſi-
185 quidem à domino † ipſo cauſam fructuarius habet,
vnde in dubium ius domini vocari, aut quæſtionem
ei referre dominij non poteſt, l. ſi quis conductio-
nis. C. loca. Qui tex locum generaliter contra omnes
habet, qui cauſam ab alio ducunt, vt autho. Ang. per
glo. ibi eſt, ſequitur Deci. in conſ. 28. col. 3. circa med.
Idem Iaſ. probat in l. rogaſti. §. ſi à furioſo col. fi. ff. ſi
cer. pet. vbi quæſtionem dominij nec mutuanti refer
ri ab eo ſcribit, qui mutuum accepit. Qua ratione igi
tur notorium iuris fructuarij nunciantis defectum res
præſtat inter fructuarium ipſum, & dominum inter-
poſita, ideſt vſusfructus conſtitutio, ita dicendum, &
de inſtrumento videtur, quod confectum inter par-
tes ipſas, eſt, ſimilitudo tamen rationis per omnia non
verſatur, ſiquidem, vti dictum habemus, cauſam à do
mino fructuarius ducit, quod abeſſe ab inſtrumento
alio poteſt. ſecundo quia hoc ipſo quod dominum
eſſe nunciatum, & fructuariũ nunciatorem apparet,
continuo ius nunciandi non eſſe palam fit. Quod con
tra in inſtrumento contingit, quod exceptionibus op
pugnari & ſubijci pmultis poteſt, quæ res ĩ cauſa fuit;
quamobrem in argumentum ſolummodo ſimilitu-
dinem hanc de fructuario nunciante Bar. attulit. Re-
ctè planè argumentatio hæc habet, opoſitione vlla
legitima aduerſus inſtrumentum non facta.

Tertio principaliter in dictis his Bar. obſeruandum
186 † Namq; & ſi ſpecialiter, aut limitate loquatur quo
ad eos rem certam, aut manifeſtam per inſtrumentũ
fieri, inter quos confectum inſtrumentum eſt, genera
liter tamen Dec. non pauci ſcribunt, notorium ex in
ſtrumento apparere, vti videre apud Bal. eſt in conſ.
213. primo ſtatuto col. 1. in fi. ver. ſed hic plures ratio
nes lib. 1. per tex. in l. fi. C. de ędie. diui adria. tollen.
Anto. de Bu. in c. ſuper literis nu. 36. ver. dicit tamen
notabile verbum de reſcrip. & in c. fi. num. 6. de libelli
obla. Quem Soci. refert in d. conſ. 87. col. fi. lib. 3. idẽ
ex Abb. probatur in c. cum dilecti in 1. nota. per illũ
tex. de dona. Idem Caſtren. ſcribit in l. vbi pactum
nu. 9. C. de tranſactio. in conſ. 22. viſa quadam ſcriptu-
ra priuata col. fi. lib. 1 in conſ. 257. in cauſa, quæ vertit
Parmæ col. 2. circa med. verſi. conſtat autem latius in
conſilio 369 viſo, & examinato diligenter numero 3.
libro 2. vbi Barto. etiam refert in repet. l. 5. col. 9. in
fi. verſi. prædicta intelligo vera, his adiunctis quæ col.
ſeq. ſcribit verſi. tertio quia, & verſi. ſexto per legem.
C. de pignor. ſimpliciter etiam, aut generaliter Corn.
idem ſcribit in conſ. 122. col. 2. ante med. verſi. & licet
Cyn. lib. 4. Fely. in c. licet cauſam nu. 10. in 11. no. de
proba. Iaſ. in l. admonendi col. 58. nu. 125. verſi. ſuc-
ceſſiuè Bar. ingreditur. ff. de iureiuran. in ſecunda lect.
Euidentiſſimam rem inſtrumento fieri Fely. Euiden-
tem Iaſ. ait. Cum Fely. Capit. ſentit deciſ. 77. nu. 4. de-
ciſ. 121. nu. 27. verſi. & hic ſuccedunt verba notanda
Deci. in conſ. 302. nu. 24. verſi. ſimiliter videtur obſta
re, & apud nos in conſ. 322. nu. 3. in fi. Idem in d. c. li-
cet cauſam Anto. ſcribit nu. 40. Abb. n. 12. in 13. nota.

Digitized by Google

Sed enim abſurda res videtur, inter alios fidem no
toriam ex inſtrumento fieri, quibus fraudi eſſe non de
bet tu titu. C. res inter alios acta. atq; nominatim ita
in inſtrumento Ruin. ſcribit in d. conſ.37.nu.10.lib.4.
187 Quarto monendi principaliter † ſumus, dictum
hoc Bar. etiā inter partes ipſas ita ſimpliciter ab Imo
la hic non admitti. namq; cum oppoſitiones non pau
cas inſtrumentum patiatur, probatio ex eo notoria
duci ante non debet, quam diſcuſſio facta non viribus
eius ſit qua opinione Alex. quoq; Iaſ. & Ruin. hic
vtuntur, quibus ea ſententia eſt, vt locus opinioni Bar.
non aliter ſit, niſi ſi contra illud pars non oppo-
nit. idem ex Anton. de Butr. probatur in cap. cum
contingat in tertio nota. per illum text. de reſcrip. vbi
euidenter quid, conſtare per inſtrumentum ait, ſu-
per quo dubitatio nulla cadit interior neque exterior.
Interior, quæ intus ex lectione ſola apparet. exterior
plane dubitatio ex oppoſitione deſcēdit. Idem Anto.
de Bu probat in c. cum dilecti nu. 3. per illum tex. de
dona. vbi euidenter quid conſtare ex inſtrumento pu
tat, quāuis inanis in eo verſari dubitatio poſſit. Aliud
igitur non obſcure ſentit, quotiens inanis dubitatio
non incurrit. Hoc idem ex Anto. ipſo oſtenditur in c.
licet cauſam nu. 40. ibiq; Deci. in 13. nota. de proba-
tio. & idem Deci. ſcribit in conſ. 474.nu.3. Bellamerā
in eandem ſententiam vltra Decium aſpero in conſ.
3. col.6. Ex Bar. & Caſtren. opi. hæc iuuatur in d. l. de
pupillo. §. qui procuratorio nu.3 infra eo. vbi nō ideo
minus de rato cauere procurator debet, quod manda-
ti fidem per inſtrumentum facit, cum ſtatim credi in-
ſtrumento non oporteat, multaque obijci contra id
poſſint.
188 Hoc amplius, locus Imolæ opinioni † tum etiam
videtur, cum executionem paratam per ſtatutum in-
ſtrumentum habet. ſiquidem impedimento ſtatutum
non eſt, quominus exceptiones opponere peremptio-
rias liceat Bal. Autore in l. peremptorias nu. 19 C. ſen
ten. reſcin. non poſſe. cui dicto Ruin. ſubſcribit in d.
conſi.37.nu.10.lib.4. Quæ ſententia ex Caſtren. etiam
iuuatur in l. ſi cauſa cognita nu. 4. ibiq; Alex. nu. 9. C.
de tranſac. ſtatutum id genus niſi ad ordinis iudiciarij
remiſſionem non valere, ne libello puta, aut litis con
teſtatione ſit opus, exceptiones autem peremptorias
non excludi. cum Caſtren. & Alex. ſimpliciter Iaſ.
conſentit in d. l. ſi cauſa cognita. Ruin. hic nu. 43. Ang.
in eādem ſententiā citatur in l. 1. in prin. ff. de tranſact.
vbi ita demum notoria, liquidaq; res per inſtrumen-
tum, fit, ne tranſigi ſuper eo poſſit, ſi exceptio vlla op
poni contra id nequit. Cæterum quamdiu oppoſitio
nis quicquam pati, & dubitari vtrum competat, po-
teſt, ſuper eo tranſigendi ius eſſe. Sententiæ huic Ang.
idem accedit in l. & poſt rem in prin. ff. eo. titu. de
tranſac. dubiam rem per ſententiam eſſe non deſine-
re, dum appellandi ius eſt. Ratio eadem, & inſtrumen
ti, videtur, ne dubia ex eo eſſe res deſinat, quamdiu
opponere contra ipſum licet. ſiquidem iuris plus tri-
bui inſtrumento non debet, quod executionem para-
tam à ſtatuto accipit, quam ſententiæ ipſi. vnde ſi ex-
ceptionibus ſubiectum peremptorijs eſt, & oppoſitio
intenditur, abſurda res videtur, manifeſtam rem, aut
notoriam ex inſtrumento ipſo fieri.
Contrarius tamen ampliationi huic Roma. vide-
tur in conſ.76. in cauſa nobilis viri nu. 4. & num.7. vbi
eandem inſtrumenti huius atq; ſententiæ eſſe poteſta-
tem putat. Ea ratione quas exceptiones opponere cō
tra rem iudicatam non licet, eaſdem nec contra in-
ſtrumentum hoc obijci. qua ſententia Caſtellioneus
etiam vtitur. Romano tacito, in allegationibus ſuis
poſt Singul. Cremenſ. col.8 verſi. quarto quia pars.
Hoc amplius Croto hic viſum nu. 41. Bar. ſenten-
tiam veriorem omnino videri, oppoſitio facta con-
tra inſtrumentum vel non ſit, idem multo facilius ad-
miſſurus, ſi executionem paratam inſtrumentum ha-
beat, argumento illo nititur, quoniam, & ſi oppoſi-
tiones pati inſtrumentum poſſit, notoria tamen ex eo
fieri res non deſinit ad ſententiæ exemplum, contra
quam, & ſi multa obijci in executione poſſint, noto-
ria ex eo res nihilominus fit.
Sed enim hallucinari Crotus videtur, ſiquidē con-
ſequens non ſit, palam, aut notorium eſt, ita rem in-
dicatam, ita rem inſtrumento geſtam, ergo, effectum,
aut executionem habere res iudicata, aut inſtrumen-
tum debet, quotiens exceptionibus locus ad executio
nem impediendam dicitur, vnde quod Bar. hic, & an
te Docto. relati de notorio dicunt, ad effectum refer-
tur, vt notorij effectum habeat, vt impune puta ſperni
nunciatio poſſit, quotiens nunciatoris deſiderio in-
189 ſtrumentum refragatur. ſimiliter † vt in ſententiā
inter alios lata dicimus, quæ ita iudicatum probat, ef-
fectum plane in perniciem alienam non habet vt Bar.
cæteriq; docent in l. 2. C. de eden. ibiq; Deci. col. 10.
poſt med. verſi ſucceſſiue extra glo C. de eden. Pau.
de Ca. in conſ. 240. effectus primi dubij, & in conſil.
281, cauſa iſta quinq; col. pen. ante med. lib.1. & id ge
nus alia. Conſequens his fit, de notorio inutili, & vo-
ce tenus, apud Crotum diſputari. Longeq; facilius lo
cum opi. hæc contra Crotum habet, ſi exceptio falſi
190 † contra inſtrumentum obijcitur, propter quam
effectus executiovè inſtrumenti impediri tamdiu ſo-
let, quamdiu diſcuſſa falſi controuerſia ſit. l. ſi teſta-
mentum. ff. de petitio, hæredi. Bar. in l. diuus. §. diuus
eo. titu. cumulatius apud deciſionem Neapoli. deciſ.
299.
Apparet ex his, locum dicto Bar. in q. hac vt noto
ria res per inſtrumentum fiat, non aliter eſſe niſi ſi ve-
rum id aduerſarius confitetur, expreſſim, aut tacitè
non opponendo, etiam ſi executio parata per ſtatutū
191 inſtrumento datur, ſed obſeruandū, præcipui † quic
quam in inſtrumento non eſſe, verum ius idem, &
ſcripturæ priuatæ videri, approbatione expreſſa tacita
vè non opponendo, interueniente per ea, quæ ſcripta
apud nos ſunt in tracta. de antiq. temp. parte. 1. num.
161. niſi dicamus, facilius ſcripturam priuatam oppo
nendo impugnari, quam publicam. ſatis enim con-
tra ſcripturam priuatam eſt dicere, eam non obſtare,
aut fidem ex ea non fieri, quod contra in inſtrumento
publico fit.
Limitationem concluſio hæc cum ampliatione
accipiunt, ne locum habeant, quotiens exceptionem
192 † contra inſtrumentum obijcere per ſtatutum non
licet. tum enim notoria res haud dubie per inſtrumē
tum tam effectu, quā voce tenus fit, vt Caſtren. Alex.
quę docent in d. l. ſi cauſa cognita. C. de tranſac. cuius
ſententiæ Caſtellion. quoq; eſt in dictis allegationibus
poſt ſingul. Cremenſis col. 8. verſi. quarto quia pars. li
mitationem hanc pro expeditiſſima Roma. habet in
d. conſ.76. nu.4. & nu.7. cui viſum ſit, ius idem inſtru-
mento ſimpliciter eſſe, quod executionem paratam
ſolummodo habet, quamuis prohibita exceptio con
tra ipſum non ſit, & multo magis Croto alijsq; limi-
tatio hæc placet, qui Bar. opinionem ſimpliciter pro-
bant, etiā ſi executionē paratā per ſtatutū inſtrumen-
tum non habet.
Satis de notorio dictum, quod ex inſtrumento de
ſcendit. De eo nunc videndum, quod ex re iudicata
193 † procedit. vnde notoriam rem fieri ex tex. Bar. ſcri
bit in d. c. cum olim de verb. ſigni. in eandem ſenten
tiam tex. eſt in d. c. fi. in fi. de cohabita cleri. & mulier.
in c. cum inter de re iudi. in c. fi. iuncta glo. 2. de tem-
por. ordi. Idem ex tex. probatur in l. emptorem in
prin. ff. de actio. empti. no. Bal. in l. cum fratrem nu.
5. in fi. C. ad Sillania. qui titu. ſub clunibus ſedet, de his
quibus

Digitized by Google

quibus vt indignis, & idem Bal. in conſ. 162. caſus ſup quo iure conſiliũ petiſ nu. 2. lib. 2. glo. huc accedit in c. exceptionẽ in ver. publicè de exceptio. quæ publicam excommunicationem putat, quæ lata a iudice in loco ſolito eſt.

194 Inde fit, vt ſpoliato † exceptio hęc rei iudi. obſtet, quaſi notorius iuris eius defectus per ſententiã ſit, vt autor Oldra. eſt in conſi. 174. nu. 3. & in conſ. 311. allegationes. nu. 9. in fi. verſic. item alijs rationibus. Bald. in conſi. 370. ad euidentiam præmittendum eſt, ꝙ ſpoliatus. lib. 5. Caſtren. in l. pen. in prin. nu. 4. ſ. de acq. poſſeſ. Corſe. in tracta. de poteſtate, & excellentia Regia. col. 84. quem Caſtellion. ſequitur in dictis allegationibus poſt ſingul. Cremenſ. colum. 8. verſi. quarto quia pars. Alexan. & alij in l. naturaliter. §. nihil commune in decima fallentia. Ibiq; Fabius nu. 42. vt aliud Card. ſentiat in conſ. 10. col. 2. circa prin. Bart. in l. naturaliter § nihil commune. num. 3. ſ. de acq. poſ. à quo Docto. vulgo diſcedere Ruin. hic ſcribit nu. 50. & ſeq.

195 Declarationem concluſio hæc ab his † accipit, quæ in proxima concluſione dicta circa inſtrumentũ ſunt, vt locum inter eos ſolummodo habeat, inter quos lata ſentẽtia eſt, & quibus eſſe damno poteſt. Sic nonniſi inter litigatores ipſos, quivè cauſam ab eis ducunt, notorium hoc ſententia pariet. Abſurdum quippè foret, ad eos notorium hoc quantum ad effectum porrigi, quibus oneroſa eſſe ſententia non ſolet. Idq; ex Bellamera. nominatim oſtenditur in conſi. 40. col. 5. circa med. vbi quæ iudicialiter fiunt, publica nonniſi inter litigatores ipſos credit.

Sed nec inter litigatores ipſos notorium ſententia facit, quibus caſibus exceptio rei iudi. ex ea nõ oritur. veluti cum ob alium finem denuo agitur, qua enim ratione exceptio tum rei iudi. non obſtat, ita notoriũ induci ex ea non conuenit Areti. in c. qualiter. § fi. col. fi. de accuſa per text. in l. Lucius. ff. de infami. & in c. cũ dilectus de ordi. cognitio.

Illud etiam prętereundum circa rem iudi. atq; inſtrumentum non duxi, quibus caſibus, oneroſa alijs res inter alios acta per ſententiam, inſtrumentumvè eſt, locum diſtinctioni non eſſe, inter partes ipſas, an inter alios iudicatũ, aut conſcriptum inſtrumentũ ſit.

Tertiam notorij, aut manifeſti ſpeciem ab euiden-
196 tia rei Bar. deducit, veluti cum † rei, aut prædij quicquam in proximo nunciatori non eſt, cui deberi ſeruitus operis illius non faciendi, ſeu cui noceri ædificando poſſit. arg. l. non ſolum. in prin. ſ. eod. vbi locũ nunciationi eſſe text. ait, nõ ſolum cum prædium immediatum, ſed & cum ſuperius, aut mediatum nunciator habet, cui ſeruitus altius puta non tollendi, aut itineris faciendi à prę्dio debetur, in quo opus nouũ fit. ita vt prædio ipſi nunciatoris, vel mediato obeſſe opus ipſum poſſit. A ſenſu igitur contrario non obſcurè text. innuit, nunciandi facultatem non eſſe, vbicunq; prę्dium vllum mediatum ſaltem in proximo nũciatori non eſt, ius cuius lędi per opus poſſit. Quæ res facti ipſius euidentia declaratur. Ideſt hoc ipſo, ꝙ palam eſt, prædium vllum operi proximum, nec mediatè nuncianti eſſe. Si dixeris, ſatis euidentiam hanc ad notorium inducendum non videri, quoniam & ſi ædificio vlli nunciatoris noxium opus non ſit, ædificio tamen, aut ſolo derogari publico poteſt, ꝙ proximum ſit. Reſpondet Bar. euidentiam hanc ita ſe intelligere, ſi neq; priuato, neque publico opus ipſum no-
197 cet, veluti cum intra † terminos limitatos opus ipſum nouum fit. ideſt interuallum relinquitur, quod ab ædificio eſſe ad ſolum vſq; publicum cõſtitutum eſt, vt in l. fi. ff. finium regun. Idem ſi modus limitationis huius introductus ſtatuto ſit. l. 1. C. de ædifi. priua.

Ex doctrin. hac Bart. duo præcipere licet. Principio tex. ſenſus in d. l. fin. ff. finium regun. quæ de ſpacio, aut interuallo relinquendo ſtatuta eſt, vt ad ſolum publicum etiam ſpacium illud pertineat. verbi gratia cum in ſuo quis iuxta ædificium, aut prędium publicum ædificat, ſpacium ibi conſtitutum dimittere nihilominus tenetur, atque ſi iuxta priuatum, ædificium fieret.

198 Aliter quippè abſurda res † foret, deteriorem ſoli publici cauſam, atq; priuati eſſe, cũ è diuerſo melior reipub. quam priuatorũ eſſe conditio debeat. l. de pupillo. §. ſi quis riuos ibiq; glo. in verſ. ſecuritatis. ſ. eod. l. qua actione. §. Labeo. ff. pro ſocio. l. munerum. §. ne Epiſcopi ibique no. ſ. de muner. & honor. authen. res quæ. C. com. de lega. & id genus innumera.

Secundo ex Bar. colligitur, notorium quid ex euidentia rei, aut facti æſtimari. De quo apud Iaſ. hic nu. 10. in fin. verſ. circa aliud, & nu. ſeq. vbi de effectu euidentiæ tractat. Bart. planè id diſerit, quando euidens, ſeu manifeſtum quid dicatur, & propius doctrinam Bar. eſt, quod Caſtren. ſcribit in conſi. 465. viſo compromiſſo. col. 3. ante med. libr. 1. euidentem iniuſtitiã dici, quę ex tenore ſententiæ apparet. veluti ſi aureos ſeptingentos deberi à reo exprimit, & minoris eũ pecuniæ condemnat. Idem ſi ex teſtamento filijſfamilias ſolui quid præcipit, & id genus innumera.

199 Ius idem probandum, ſi non ex † tenore, aut facie ſententiæ iniquitas ipſa mox apparet, verum per relationem ad aliud. veluti cum probatã actoris cauſam in ſententia iudex narrat, prout ex actis apparet, nãq; ſi probatio impleta vlla non eſt, euidens notoriaque iniuſtitia ſententiæ liquet, non minus atque ſi aſſertioni actoris credendum, aut citra probationes damnandum reum diceret, vt deciſio Neapoli. docet deciſ. 39. nu. 5. & ſeq. & deciſ. 47. nu. 3. & nu. 4. Soci. iun. in conſi. 37 col. pen. in fin. & ſeq. lib. 2. quibus Aretin. accedit in conſ. 110. clariſſimè, & conſultiſſimè Docto. col. pen. circa med. verſ. & dato ꝙ probaretur.

200 Illud prętermittendum non cenſui, euidens † quid dici in materia etiam pœnali, & odioſa, quod euidens naturaliter eſt, & in quo ratio ipſa diſpoſitionis pœnalis verſatur, & ſi celari interdum poſſit. verbi gratia pœna grauior ob vulnus à ſtatuto irrogatur, quotiens cicatrix ex eo manſura, euidens eſt. locus enim ſtatuto eſt, quotiens in capite cicatrix manet. namque & ſi euidens, idcirco non videatur, ꝙ velari, aut tegi caput ſoleat. euidens tamen naturaliter eſt, & quia ratio eadem in capite videtur, quod aperiri apud ædem ſacram, & nobiliores ſolet. Quo aperto, turpitudo deformitaſq; illa cicatricis palam fit, cuius deformitatis ratio habita in ſtatuto videtur. Ita Bald. in conſi 432. an ſtatutum de cicatrice. lib. 5.

201 Hic etiam obſeruandum, idem euidens † atq; manifeſtum pollere, vt Bald. ſcribit in conſi. 447. ad euidentiam præmittendũ eſt, quis dicatur vſurarius manifeſtus. col. 1. lib. 5. ex glo. in c. ſi ſorte. in verſi. ſi ergo de electio. lib. 6. In eandem ſententiam. gl. profero in c. 2. in ver. manifeſtum. de verb. ſigni. lib. 6. Cuius mentem perſpectum ſatis Iaſ. non habuit in l. manifeſtè. in 2. nota. ff. de iureiur. cum differre inter manifeſtum, & euidens ex glo. illa putat.

Circa ſecundam. q. Barto. contradictionem gloſæ
202 Bar. refert. Hic enim † in ver. per nunciationem, neceſſariam cauſæ expreſſionẽ in nunciatione non aliter putat, niſi ſi petita à nũciato ſit. Sed enim cauſam omnino dicendam, Petat nunciatus, vel non, glo. ſentit in l. non ſolum. §. ſi cum poſſem in ver. in loco publico. ſ. eod. vbi generaliter cauſam exprimendã ſcribit, diſtinctione non adhibita, petitum id necne ſit. vtrius gloſæ igitur melior opinio erit, Hic, an in d. § ſi cum poſſem. gloſſ. hic à Dyno agnoſci, & à Specul. in titul. de procura. §. fin. num. 12. Bar. ait. Ideſt, vt neceſſe cauſam exprimere nunciator non habeat, niſi ſi petitum ſit. Quid igitur, falſa gloſſ. opinio erit in d. §. ſi

cum

eum poſſem. Minime, verum ad proſecutionem nunciatio .is pertinet, in qua cauſam exprimi omnino, ſineq; diſtinctione vlla oportet.

In qua Dyni ſentẽtia explicanda duo videnda ſunt. Primum, quomodo intelligi reſponſio, aut ſententia eius debeat. Alterum, cur diuerſum ius in nunciatione atque proſecutione eius ſit. Circa primum ſcire
203 † debemus, nunciatione facta, ad iudicium cauſam deduci, vel à nunciato, vel a nunciatore. A nunciato, quando remiſſionem nunciationis conſequi non à iure ipſo, ſatiſdando, verum ab homine, ideſt à iudice deſiderat. Tum enim ad iudicem adit, iniquam apud eum nunciationem proponit. Atq; ideo remitti eam poſtulat. A nunciatore planè in iudiciũ res vocatur, cum remiſſa nunciatio à lege, aut iure ipſo eſt, ſatiſdatione à nunciato præſtita. Atque ideo opus nouum inſtitutum nunciatus proſequitur. Ibi enim ſi reſtitui, aut deijci opus velit, Ad iudicem adire neceſſe habet, apud quem de iure ſuo edoceatq;. Re igitur in iudicium deducta ſiue à nunciato, ſiue à nunciatore ipſo, neceſſe nunciator habet, cauſam ipſam nunciationis exprimere. & iſtud eſt, quod in reſponſione ſua Dyn. ſenſit, exprimendam cauſam in nunciatione proſequenda eſſe.

204 Circa ſecundum, quæ diuerſitatis † ratio inter nunciationem & proſecutionem eius interueniat. In manifeſto ratio diuerſitatis apparet, quoniam ſi cauſam nunciandi quam iuſtam nunciator non affert & probat, remiſſio à iudice nunciationis fiet, à qua abſolui nunciatum oportet, ex regula illa vulgatiſſima, de qua in l. qui accuſare. C. de æden. Ratio alia nunciationis eſt, in qua neceſſaria cauſæ expreſſio non dicitur, cum locus ibi probationibus adhuc non ſit, conſequenter iuri locus non eſt, de quo in dicta l. qui ac-
205 cuſare. Similis enim † nunciatio quamuis extraiudicialis ſit, libello perhibetur, in quo cauſam exprimi non aliter neceſſe eſt, quam ſi petitum id ſit vt Bar. ait. Adiuuatur hæc Barto. ratio, prouocatio enim quædam ad iudicium nunciatio hæc habetur, in qua rei partes nunciatus ſuſtinet, vt Caſtren. docet in dicta l. de pupillo. §. qui remiſſionem. vnde qua ratione cauſæ expreſſionem rectè reus ab actore deſiderat. Ita à nunciatore nunciatus. Econtrario ſicut cauſam in libello enarrare neceſſe actor non habet, cum reus non petit, ita nec nunciator, quòd enim cauſam in libello dicere reo petente, actor debeat, Rei id introductum cauſa eſt, quo certior fiat, contendere ne, an cedere debeat, cui renunciare fauori permittitur. In proſecutione vero neceſſaria non modo expreſſio, ſed & probatio cauſæ eſt, ſi victor eſſe actor cupiat.

Apparet ex his, rectè gloſam hic Dynumque loqui. Rectè enim glo. hic erit, exprimendam cauſam in nunciatione tandem eſſe, ſi petitum ſit, vt expreſſio fiat. Rectè etiam Dyn. loquitur, in nunciatione ipſa proſequenda exprimendam cauſam omninoq;, ſineque diſtinctione vlla eſſe. Cuius diuerſitatis ratio demonſtrata ante eſt.

Apparet item ex his, cauſatiuam neceſſitatem hãc cauſæ in proſecutione exprimendæ eſſe, ſi litem euincere nunciator velit, non præciſam, aut abſolutam.

Obſeruandum tamen, in reſponſione, aut ſententia hac Dyni, & ſi maximè vera neceſſario ſit, per eam tamen contrarietatis gl. non excuſari, quæ Dyn. reſtrictionem in d. §. ſi eum poſſem non patitur, vt in lite, aut nunciatione locum proſequenda habeat. Cum in nunciatione ipſa glo. loquatur vacuaque res à dubitatione omni in proſecutione nunciationis ſit. Vnde aliter à Barto. glo. illa intelligitur in dicto conſilio 64. vti in ſecunda limitatione inferius videbimus.

206 Sed quod dictum eſt, in nunciatione † cauſam exprimendam ſi petita ſit, ad eam nunciationem pertinet, quæ voce, aut iactu lapilli fit. Ius aliud in nunciatione ſeruandum, quæ per prætorem expeditur. ideſt prætorem adeundo, qui opus nouum fieri prohibeat. de qua in dicta l. de pupillo. §. meminiſſe. In ea enim facienda, ſeu in actu ipſo prohibitionis opus in ſertio cauſæ non eſt, verum prohibitioni pareri ipſi oportet, & ſi cauſam non habeat.

Sed enim cauſæ poſtea peti declaratio apud prætorem poterit. De qua re inferius etiam nu. 217.

Sententia hæc ideſt neceſſariam cauſæ expreſſionem in nunciatione non eſſe, quæ per prætorem fit, ex forma nunciationis per prætorem faciendæ colligitur, de qua apud glo. in dicto §. meminiſſe in ver. eum. & ſignificantius Barto. nume. 1. Ibi enim ſi formam ipſam nunciationis obſeruamus, quæ per prætorem fit, verbum vllum de cauſa non fit, verum prohibitio ædificandi, quam prætor facit, ſimpliciter enarratur.

Rurſus quod dictum à Dyno eſt, cauſa nunciatio-
207 nis † in proſecutione eius exprimẽdam, locum omnino non habet. verum declarationem ab his accipit, quæ inferius Barto. ſubijcit. quæſtio. 8. vnde limitatio ſententiæ huius Dyni percipitur. ne locum habeat, vbicunque nunciatione ſpreta, eaque non remiſſa, iure ſuo nunciatus ædificat. Ibi enim ſi ad prætorem nunciator adit operis reſtituendi, aut deponendi cauſa, cauſam nunciationis exprimere, de iure ve ſuo docere non cogitur. Sed nec nunciatus auditur, ſi de iure ſuo oſtendere parat vt hac. l. 1. §. ſed & ſi is & d. l. prætor. §. ait prætor infra eo. Iaſ. in l. cum procurator. §. 1. nume. 5. verſicu. quid tenendum infra eo. vbi tamen non rectè textum citat in d. l. prætor. §. deinde, loco cuius proferri tex debuit in d. §. ait prætor. Hoc ita, niſi docere nunciatus velit manifeſtum ius ſuum ædificandi, & conſequenter notorium defectũ iuris nunciandi initio ipſo fuiſſe, cum facta nunciatio eſt, per ea, quæ dicta ſuperius ſunt in ſexta oppoſi. numero ſexto. Hæc ſunt, quæ in quæſtio. hac ſecunda Bar. ſentit.

Ex dictis Barto. in ſecunda hac quæſtio. concluſiones duæ eliciuntur. Prima negatiua, nunciationem
208 † noui operis, & ſi actus extraiudicialis ſit, ſimilem tamen actui iudiciali hoc eſt libello eſſe, vt opus cauſæ expreſſio non ſit, ſi pars non petit. Quæ concluſio ex Caſtren. adiuta ante eſt in d. l. de pupillo. §. qui remiſſionem.

Inde fit, vt qua ratione reuocari oportet, quæcunque attentata lite pendente ſunt. l. vbi cœptum. ff. de iudi. l. cum aliquis ibique Bal. in 1. nota. C. de iure deliberan. extra vt lite penden. per totum. no. in l. nulli. C. de iudi. Bald. in c. 1. §. ſancimus nume. 2. quo tempore miles. Ita innouari quicquã nunciatione pendente non debet, dum remiſſio facta, aut iure ipſo, aut ab homine, iudiceve ſit, vt hac. l. in prin. d. l. prætor in prin. & §. 1. & per totam. l. & l. non ſolum. §. ſciendum infra eo. de quo apud poſteriores hic in prin.

209 Locum concluſio hæc prima † non habet, vbicunque in poſſeſſione rei, in qua opus fit, nunciatus eſt. Tum enim cauſam nunciator exprimere etiam non interrogatus debet. Id quia ſine cauſa in poſſeſſione ſua turbari quemquam non oportet. l. penul. infra de aqua quoti. & eſti. ſi abſque cauſa turbari quiſquam non debet, ergo expreſſio neceſſaria cauſæ videtur vt inde appareat, non citra cauſam turbationem fieri. Turbatio planè verbis ſolis fit Bart. & alij in l. ſi prius nume. 3. in fin. infra eod. Quocirca euidens nunciantis calumnia oſtenditur, niſi cauſa expreſſa nunciandi ſit. Limitationem hãc Caſtr. hic notat Ruino teſte nu. 60. ſed enim in Codice meo Caſtr. hoc nõ ſcribit, Neque in limitatione hac diſcutienda occupabimur,

Digitized by Google

poſtquã ab ea Rui.ipſe poſt Alex. diſcedit.nu.61.62.
210 Limitatur ſecundo, vbicunque in publico † ædificium ſit, Ibi enim cauſam nunciandi exprimere, vel non rogatus nunciator debet Bart. in conſi.64. num. 2. per text. l. huius §. nunciatio. ſecunda. & in dict.l. non ſolum. §. ſi cum poſſem, ibique gloſſ. in verſic. in loco publico infra eodem. & not. Ruin. hic.num. 54. Ex qua limitatione videre eſt, aliter à Barto.in d. conſil.Gloſam intelligi in dict.§.ſi cum poſſem,atque hic accipiat. hic enim Dyni opin. amplectitur, vt ad proſecutionem cauſæ glo. pertineat in dict. §. ſi cum poſſem,in qua proſecutione neceſſaria omnino cauſæ expreſſio eſt, vti monſtratum ante habemus. In dicto planè conſil. 64. idcirco neceſſariam omnimodo cauſæ expreſſionem putat, quòd in ſolo publico ædificium fieret. variationem hanc Bart. Ruin. hic obſeruat. nume. 54. ad quam animaduerſum à Doctor. non eſſe ſcribit. Rationemque diuerſitatis huius, cur variè conſtitutum ius ſit, cum in publico, atque in priuato ædificatur, notam per ſe ſatis Bart. ait in dict.conſi.64.ex text. credendum eſt rationem à Barto.deduci in dict.§. ſi cum poſſem, quòd alieno nomine ad alienamque vtilitatem cauſam agit, qui ob opus nunciat,quod in ſolo publico fit. Iuris enim tanquam alieni petitor videtur. Vnde non perinde nunciantis intereſt, atque vbi cauſam ſuam proſequitur, nomineque ſuo nunciat. Qua ratione factum eſt,vt repromiſſione ſola nunciatio remittatur, quotiens in ſolo publico opus fit. cum ſatiſdatio exquiratur,vbicunque in priuato ædificatur. Ita Ruin.hic nota.num.57.De quo ſuperius etiam.nu.14.

Limitationi huic ſecundæ Ruin. contradicit, quo-
211 niam grauior eius offenſio † videtur, qui in ſolo publico ædificat, quam qui in priuato. in publico enim ædificanti expreſſim ius reſiſtit. l. fideicommiſſa. §. ſi quis illicitè. ff. de legat. 3. dict.l. prætor. §. hoc autem interdictum. infra eodem. l. 2. infra ne quid in loco publico. Qui in priuato vero ædificat, ei lex neque reſiſtit, neque aſſiſtit. Itaque ſi cauſam vltro dicere is non debet, qui opus nunciat, quòd in priuato fit, longè minus cum in publico ædificatur, ne melior grauius delinquentis conditio inueniatur. vt ad commodum eius, qui acrius offendit in ſolo publico ædificando, cauſam dici omnino oporteat. argum.l non ſolum ff.de noxal.l. ſeruius. infra quod vi aut clam. Quod argumentandi genus relatum etiam ſuperius eſt. nu.11.

Secundò præter Ruinum limitatio hæc ſecunda, ſeu Barto. concluſio probari ex textu non videtur in dict.l.non ſolum.in d.§ ſi cum poſſem,quo ſolo fundatur, Cauſam enim glo. cum Barto. inde eliciunt, quòd denunciatio fit, ne quid in loco publico contra leges fiat. conſequenter pro cauſa, loci publici expreſſionem glo. Barto. que accipiunt, Ideſt idcirco opus nouum nunciari, quòd in loco publico ædificium, aut opus ſit. Conſequenter ſatis non eſſet ſecundum glo. & Barto. opus nouum ſimpliciter nunciare. Sed enim mens hæc Iuriſconſulti non videtur, vt neceſſaria expreſſio hæc ſit. quoniam ſi mentem hanc admittimus, neceſſaria etiam expreſſio illa erit,contra leges opus fieri. quæ verba aſcripta etiam in textu ſunt. Atqui tacitè neceſſarioque id contineri hoc ipſo intelligitur, quod de loco mentio publi-
212 co fit toto titulo,ne quid in loco publico. vnde † ſatis videtur, in conſequens, aut antecedens neceſſarium quid exprimi glo. & Docto. in dict. l. prætor.§. 1.in verſic.expreſſum. Rurſus ſatis eſt,iuris præſumptione pro expreſſo quid haberi, verbi gratia reſcindi contractus niſi ob dolum ex conſilio, aut re ipſa non poteſt iuxta.l.2. C. de reſcindend. vendi. authen. ſacramenta puberum,C.ſi aduer. vendi.

Quid ſi doli mentionem is non facit, qui reſcindi contractum poſtulat, læſionem tamen enormem proponat,& doceat, litis ne iacturam ob dolum non expreſſum faciet. Nequaquam, cum pro expreſſo hoc ipſo iuris præſumptione habeatur, quòd læſionis mentio facta enormis ſit.l. ex qua dolum ius præſumit. Qui re ipſa dolus appellatur.l 2. §. ſi quis ſine. infra de except. doli.l. ſi quis cum aliter. in fine. infra de verbo.obligatio.l.ſi ſuperſtite.verſi.ſanè. C. de dolo.& argumen.l.omnes.§. Lucius. infra de his quæ in fraud.credi. Ita doli expreſſionem Cuma. admittit in conſi.180. videtur in fin.
213 Secundo ex verbis illius text. in † quibus factum nunciatoris narratur, gloſſ. Barto. que argumentantur, quod ſi nunciauero tibi, ne quid contra leges in loco publico facias. l. At enim non rectè ex verbis, id genus factum narrantibus argumentum deducitur gl. & poſteriores in l. vnic. C. quando non peten. part.Calder.in conſi. 1.colum.3.in fin.verſi. ſed & ego reſpondeo de dona. inter virum & vxo. Geminia.in conſi.75.col.1.poſt med.

Tertio abſurda res videtur, deteriorem reipublicæ cauſam, quam priuatorum videri, vt neceſſaria omnino cauſæ expreſſio ſit, quotiens ob ſolum ipſum publicum. nunciatio interponitur, aliter ad irritum nunciatio deducatur, ſpernereque eam impu-
214 nè liceat, cum † e contrario potius dicendum habeamus, meliorem Reipub. conditionem eſſe.l. Lucius.ff. de euiction.l. iubemus nullam. Ibique Bald. C. de ſacroſanct. eccleſ. In quam ſententiam iura, & alia Petrus Gerard. affert ſing. 79. ſed & liberorum charitati vtilitas publica anteponitur. l. minimè.ff.de religio. l. poſtliminium. §. filius. infra de captiu. ſcite Anchar.in conſi.298.in territorio.nu.2. De quo ſupra etiam.nu.13. & nu.198.

Neque monet, deteriorem reipub. cauſam in repromiſſione eſſe, Quoniam ex diuerſis argumentatio deducitur. l. à maiori ad minus. quòd enim ſatis repromiſſio ſit, ad irritum nunciatio non deducitur, quominus pareri ei debeat, vſque dum facta repromiſſio ſit. Quod contra eſt, ſi exprimi cauſam omnino oportet, ea quippè omiſſa, inutilis nunciatio fit. Eapropter ex diuerſis argumentum deſumitur. l.fin. ff.de calum. Quæ reſponſio expreſſa etiam ſuperius legitur.nu.214.& ſequen.
215 Secundo ex diuerſis † argumentum deduci, aliter etiam demonſtratur. Idcirco enim repromiſſione ſola contentum ius in nunciatione eſt, quoniam q ad nunciatorem ipſum attinet, iuris petitor alieni quodammodo eſt, neq; ſuo nomine nunciat. Quod autem ad ius ipſum publicum ſpectat, veriſimile non videtur, in ſolo publico, aut ſoli publici perniciem operis noui quicquam facere quempiam moliri, cũ niſi permiſſu Principis facere id non liceat.l.3. §. planè infra quod vi, aut clam. vnde cum publici iuris magis, quam priuati offenſio veriſimiliter timeatur, ſatis repromiſſio viſa legislatori eſt.
216 Limitatur tertio concluſio † hęc prior, ne locum in proſecutione habeat, in qua non expreſſio cauſæ ſolummodo,ſed & neceſſaria probatio eius eſt, niſi ſi cauſam amittere nunciator velit. d.l. qui accuſare.

Sublimitationem limitatio hæc recipit, ne locum habeat,cum in manifeſto nunciatoris ius eſt. Ibi enim neceſſaria cauſæ allegatio, ꝓbatiovè,nec in proſecutione eſt. quę ſublimitatio ex Bar. hic oſtenditur. q.7.in fi.vbi cum notoria nunciatoris poſſeſſio eſt,ſupernacuã expreſſionem putat. De qua ſublimitatione vberius in ſeq.concluſione,atq; in 2.limitat.dicemus.

Concluſio ſecunda ex Barto.in quæſtio.hac ſecunda colligitur, & ipſa affirmatiua, Cauſam in nunciatione parte petente, exprimendam, quæ concluſio vul-

Digitized by Google

ſio vulgatiſſima eſt.
217 Limitationem concluſio hac recipit, ne † locum
in nunciatione habeat, quæ per prætorē ſit, cū prætor
adit̄, qui opus noui fieri prohibeat. Ibi enim cauſam
prohibendi adijcere prætor, aut nunciator non cogi-
tur. Satis enim tum erit, in proſecutione ipſa cauſam
nunciandi proponere & docere. Cauſa alia nuncia-
tionis eſt, quæ voce, aut iactu lapilli fit, in qua cau-
ſam dicere ſub actum ipſum, aut in actu ipſo nun-
ciandi neceſſe eſt. Diuerſitatis huius ratio illa videtur,
quod iuris præſumptio cum iudice facit, ne temere,
aut abſque cauſa quicquam prohibeat. l. herennius.
§. Caia. ff. de euicto. l. 2. ibi quod non arbitramur. C.
de offic. ciuil. iudi. capit. in præſentia de renunciatio.
cap. accepimus ibi, quod non credimus de ęta. & qua
218 lita. Inde fit, vt † cum debitori iudex mandat, ne
creditori ſoluat, prohibitioni obtemperari huic de-
beat, etiam ſi prohibendi cauſa nulla exprimitur, aut
monſtratur Barto. in dicta l. non ſolum. §. morte nu-
mero 35. verſic. quandoque talis proteſtatio infra eo.
Roma. in conſi. 6.

Limitatur ſecundo, ne locum concluſio hæc ſecun
da habeat, vbicunque apud nunciatorem ipſum poſ-
ſeſſio rei controuerſæ, in qua opus nouum fit, palam,
euidenterque eſt, cauſam enim nunciandi tum expri-
mere nec interrogatus nunciator debet, vt Barto. hic
no. in dicta quæſtio. 7. in fin. Rationem limitationis
huius Ruin. hic adſcribit numero 52. Quoniam cum
nunciandi ius ex euidentia facti, ſeu poſſeſſionis eui-
denter appareat, calumnia notiſſima nunciati con-
ſtat, qui de nunciandi cauſa inquirit. Vnde qua ra-
tione nunciatio ſperni euidenter calumnioſa poteſt,
vti ſcriptum apud Barto. in ſexta oppoſi. eſt, ita re-
ctum æquumve è contrario videtur, vt impunè in-
terrogationem negligere nunciati liceat, calumnia
cuius in manifeſto ſit. Ratio quippe eadem vtrubique
verſatur.

Limitationi huic Alex. contradicit, quoniam & ſi
maximè notorium ius nunciatoris ſit, allegari tamen
219 id oportet, ſiquidem † probandi demum oneri, nō
etiam allegandi notorium eximit glo. & Docto. in
clem. appellanti de appella. Barto. in l. 1. numero 10.
infra de exceptio. Anto. de Butr. in cap. ſuper litteris
nume. 38. in fin. de reſcrip. Guido Papæ quæſt. a 21. co-
lum. 2. Iaſ. in l. ex quacunque colum. 8. verſic. ſecundo
fortiter. ff. ſi quis in ius vocan. non ierit. & in l. ſi vero.
§. qui pro rei colum. 2. ff. qui ſatiſd. cogan. Ad argu.
hoc Alexandri Ruin. reſpondet, Bart. partes ſuſcipien
do. locum ei non eſſe, vbicunque niſi parte petente,
allegari quid non debet, id enim ſi notorium ſit, nec
parte poſtulante, allegandum. Idque memoratu di-
gnum in declarationem gl. in d. clem. appellanti Ruin.
exiſtimat. & quidem limitatio hęc Ruini nequaquam
ſpernenda, ſi vera ſit. At enim infra confutatur. nu-
mero 221.

In limitatione hac duo videnda præcipuè ſunt. Pri
mum, vtrum ex Barto. probetur in d. q. 7. in fin. Alte-
rum, vtrum vera ſit. Circa primum, ſciendum eſt,
dupliciter intelligi. Barto. poſſe in dicta quæſt. 7. in fin.
Principio, quod vbi notoria poſſeſſio nunciatoris
eſt, exprimi cauſa nunciandi non debeat. Conſequen
ter vt pro diuerſis cauſam nunciandi, poſſeſſionem-
que Barto. eſtimet. Secundo, vt pro cauſa nuncian-
di poſſeſſionem ipſam habeat, conſequenter, quòd
neceſſaria allegatio poſſeſſionis notoriæ pro cauſa
non ſit.

Primus intelligendi modus conſentaneus iuri non
videtur, vt pro diuerſis poſſeſſio atque nunciandi
cauſa eſtimentur. Siquidem à poſſeſſione ipſa rei, iu-
ſtiſſima nunciandi pendere cauſa videtur, quæ enim
iuſtior nunciandi cauſa, quam quòd in ſolo opus ſit,
quod à nunciatore ipſo euidenter poſſidetur, cum
in ſua poſſeſſione turbari quiſquam non debeat, vti
ſcriptum ſuperius habemus nume. 209. per text. in l.
pen. infra de aqua quoti. & eſtiua.

Secundo, alienus à mente Barto. ſenſus iſte videtur
quoniam ſi diuerſa cauſa nunciandi, atque poſſeſſio
eſt, quamuis notoria poſſeſſio ſit, attamen niſi noto-
ria & cauſa alia nunciandi exiſtat, impedimento eſſe,
poſſeſſionis euidentia non debet, quominus expri-
mi cauſam oporteat, quæ euidens non ſit. Conſe-
quenter ſi ad hunc primum modum Barto. intelli-
gimus, non rectè loqueretur, allegandam cauſam
nunciandi ob poſſeſſionem notoriam non eſſe. At-
que ideo limitatio glo. in d. clem. appellanti, non tuto
ſatis ex Bar. iuuaretur.

Secundus igitur intelligendi modus, propior me-
liorque videtur, vt ex poſſeſſione ipſa, iuſta nuncian-
di cauſa deſcendat. Ad quem modum intelligendo,
aut iuri Barto. ſententia prima cogitatione non con-
uenit, meritoque Alexan. cenſuram patitur, vt alle-
gari poſſeſſio quamlibet notiſſima debeat. Aut ſi iu-
re Bart. nititur, rectè ex eo limitatio memorata de ſu
mi à Ruino videatur, quotiens allegari aliquid niſi par
te petente, non debet, allegandi neceſſitatem, remitti,
ſi notorium id ſit.

Quid dicendum in difficultate hac tam controuer
ſiſſima. Potiorem Barto. ſententiam contra Alexan.
arbitror, ſuperuacuam poſſeſſionis, aut cauſæ allega-
tionem eſſe, quæ euidens ſit. Idque ratione memo-
rata; quòd ſi impunè ſperni nunciatio poteſt, cuius
calumnia in manifeſto eſt, Ita impunè ſpernere, &
nunciati interrogationem de cauſa liceat, quotiens
calumnioſam eam eſſe, in obſcuro non eſt, vt æqua-
litas ſeruetur. l. fin. C. de fructi. & litium expen. Neque
Alexan. argumentum mouet, allegandi onus à no-
torio non leuari, Reſponſione enim validiſſima ar-
220 gum. hoc proteritur, Namque locus † argumento
Alexan. in notorio non eſt, quod ex actis conſtat, ſi-
quidem ex officio iudex, parte non petente, in eo ſup
plet Angel. in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. colum. 6.
poſt med. ff. de pactis. & in l. fin. ff. de peti. hæredi. Deci.
in l. lecta colum. 7. in fin. ff. ſi cert. pet. & in cap. vt debi-
tus in tertio nota. & in cap. ex inſinuatione circa fi. de
appella. Gomeſi. in regula de Annal. quæſtio. 4. colu.
fin. pagi. 496. Si iudici allegari id non debet, quod no-
tum ei per acta eſt, cur in actu extraiudiciali nuncia-
tionis alleganda nunciandi cauſa erit, quæ euidens
nunciato ipſi ſit. Numquid pluris aliquid priuatis tri-
buendum in actibus extraiudicialibus, quam in iudi-
cialibus erit. Sed & ratione validiori reſponſio hæc
contra Alexan. ex eo confirmatur, quod ſcriptum
apud Barto. & alios eſt in rubri. ſupra eodem nume-
to ſeptimo in fin. verſicu. ad contrarium dic. æditio-
nem pleniorem iudici, quam parti faciendam, ſiqui-
dem totam iudici exhiberi ſcripturam oportet, cum
ſatis particulæ æditio litigatori ſeu aduerſario ſit. Sic
plus iudici, quam parti præſtandum. Itaque ſi enar-
rari iudici cauſam non oportet, quæ euidens per
acta eſt, longè minus exprimenda parti diuerſæ erit.
In qua minor probandi neceſſitas vertitur.

Conſequens his ſit, ad rem Alexan. argumen. con
tra Barto. non attinere, allegandum notorium eſſe,
ſublatum enim per argumentum aliud apparet, quod
a ratione maiori deſumitur. Inde etiam apparet, non
221 † rectè ex Barto. limitationem glo. in d. clem. appel-
lanti à Ruino deſumi. Quod enim cauſam nuncian-
di allegari notoriam non oportet, non eo ſit, quod
niſi parte petente allegari non debeat, ſi notoria non
ſit, verum quia neceſſaria allegatio eius non eſſet,
quotiens ex actis conſtaret, etiam ſi aliàs exprimen-
da parte etiam tacente, eſſet. Itaque ſi exprimi

Digitized by Google

apud iudicem non oportet, multo minus apud
partem, Iam differentia iſta Ruini, vtrum expri-
mi, quid omnino non debeat, an parte demum
poſtulante, iure non iuuatur, caſuſque demum diuer-
ſos facit, ratione diuerſitatis vlla non reddita contra
glo. in l. ſed & ſi lege. §. item ſi rem diſtruxerit in verſi.
habeant. ff. de peti. hæredi. Hoc amplius, Ratio maior
exprimendæ cauſæ videtur, quotiens partis rogatu
fieri expreſſio debet ex his, quæ Caſtren. lat. quæ ſcri
bunt in l. vniuerſa. C. de precib. impera. offer.

222 Hæc ita, niſi formæ † vice allegatio exquiratur, ibi
enim neceſſariam eam omnino credam, etiam ſi no-
torium parti, aut iudici id ſit, quod allegari pro for-
ma debet ex his, quæ ſcripta apud Alex. ſunt in conſ.
24 col. 2. lib. 4. Deci. in conſi. 222. col. 1.

Tertio loco apud Bart. quæritur, quibus verbis pe
ti cauſæ expreſſio debeat, an nominatim, cauſam af-
ferri poſtulo, quamobrem opus nouum nuncias. an
ſatis verba alia enunciatiua, aut quæribunda ſint. ve-
luti cur me impedias, quominus ædificare mihi li-
ceat, non ſatis ſcio. Quam ob rem ita prohibeas, li-
benter audiam. & ſatis verba hæc eſſe ad petitionem
inducendam Barto. ſcribit per text. in l. & eo modo
& l. etiam hoc modo. ff. de lega. 1. vbi ex verbis deſide
rium innuentibus fideicommiſſi diſpoſitio inducitur,
vt nihil interſit, vtrum expreſſim hæres grauetur, an
verbis alijs mitioribus teſtatoris animus ad fideicom-
miſſum inducendum declaretur. In eandem ſenten-
tiam text. profertur in l. ſi quis mihi bona, §. pater
ff. de acquiren. hæredi. vbi nihil referre text. putat,
quibus verbis iuſſus patris ad hæreditatem adeundã
demonſtretur, an expreſſis, iubeo vt adeas, volo vt
adeas, an verbis enunciatiuis, aut narratiuis, ſcio fili
mi quòd hæreditati Lucij Titij tibi delatæ inuigilabis,
curæ eam tibi futuram.

Contrarios opin. huic Cyn. cum Petro in l. in mi-
norum. quæſt. 7. C. in quibus cau. in integ. reſtitu. non
223 eſt neceſ. Barto. hic refert. ratione † illa mouentur,
quòd enunciatiua verba prædicta ſunt, quæ ad diſpo
ſitionem inducendam non valent, præterquam in vl-
tima voluntate fauoreque eius, quo effectum plenio
rem habeat. Ex Caſtrenſi reſponſio hæc Cyn. Pe. quæ
iuuatur in conſi. 324. ſuper ſecundo puncto colum. 2.
in tertio dubio lib. 1. Quod dicitur, ex verbis enuncia
tiuis vice cauſæ prolatis diſpoſitionem induci, ad vlti-
mam voluntatem reſtringi. Cui ſententiæ Ruin. ſub-
ſcribit in conſi. 13. num. 22. verſic. nec dici poteſt quòd
hæres lib. 2.

Opin. Cyn. & Pe. Bartolus hic dupliciter impro-
bat, lege primum, deinde præſuppoſiti confutatione.
lege quidem, namque in tex. Cyn. cum Petro offen-
dunt in d. §. pater, qui in iuſſu patris inter viuos, non
in voluntate vltima loquitur. Secundo præſuppoſi-
tum Cyn. & Petri Barto. euertit, verbis enim enuncia-
tiuis nituntur, quæ ad diſpoſitionem inter viuos pro-
ducendam inutilia putant. Namque præterquam
quòd falſa differentia hæc inter volũtatem vltimam,
224 atque inter viuos videtur, verum † etiam præſuppo
ſitum non eſt. verba hic enunciatiua verſari, opto vt
des, cupio vt facias. Immo enim diſpoſitiua cẽſentur.
quippe ſi enunciatiua habeantur, ad diſponẽdum nec
in voluntate vltima ſufficiunt veluti, ad futuram ſpe-
ctantia. l. Titia cum teſtamento in prin. ff. de lega. 2. vbi
ſi ideo hæres grauatur, quia commodis alijs legato-
rum affecturum ſe eum, aut hæredi ſe alia legaturum
teſtator dicit, ex verbis illis legatorum diſpoſitio non
ſequitur. Atque ideo grauamen ipſum euaneſcit.
De quo apud Barto. etiam no. in l. ex hac ſcriptura
in tertia oppoſi. infra de donatio. Conſequens his fit,
diſpoſitiua verba intelligi, de quibus in tertia quæſtio.
hac, atque in ll. in ea citatis mentio fit, quamuis Vr-

banus proterantur, atque ſi impenſius, aut inſtantia
maiore petitio ipſa fieret.

225 Ex dictis Bart. † in quæſtio. hac 3. concluſiones de-
promere aliquot licet. Prima concluſio, parem ver-
borum enunciatiuorum poteſtatem inter viuos, at-
que voluntatem vltimam eſſe, per tex. in l. 1. ſi quis
mihi bona. §. pater. Concluſioni huic Caſtren. recla-
mat in d. conſi. 324. ſuper ſecundo puncto, in tertio
dubio lib. 1. vbi quod dicitur, diſpoſitionem ex ver-
bis enunciatiuis gigni, quæ prolata vice cauſæ ſunt,
ad vltimam reſtringendum volũtatem putat. Sic qui-
bus caſibus diſpoſitionem verba enũciatiua pariunt,
locum id niſi in voluntate vltima non habet ſecun-
dum Caſtren. cui ſubſcriptum à Ruino diximus in d.
conſi. 13. nume. 22. verſicu. nec dici poteſt quòd hæ-
res libro 2.

Barto. opinio verior potiorque habetur. Principio
enim argumentandi ius de vltima voluntate ad con-
tractus eſt. l. ſeruum filij. §. cum qui chirographum. ff.
de lega. 1. ſecundo ex Alex. opin. hæc iuuatur in conſi.
46. num. 2. lib. 1. vbi diſpoſitionem ex verbis enuncia-
tiuis in modum cauſæ ab arbitro prolatis introduci
ſcribit. Siquidem id genus res verſatur, quæ à pote-
ſtate arbitri pendet. Si in arbitri ſententia locum id
habet, Cur idem ſeruandum in actibus alijs inter vi-
Contrarij Horman. Bar. & Iaſ. ſunt in d. l. ſi id quod num. 2. ff. de condi. indeb. vbi ad ius gentium ſecundarium admittendam relationem non putant. Siquidē contra rationem naturalem non pauca in illitura iure gentium poſteriori ſunt. De quo genere bella videre, captiuitates & ſeruitutes licet, de quibus in d. l. ex hoc iure & in d. l. manumiſſiones.

Secundo Horman. obſtat. Namque in his demū contingere naturale ius poteſt, quæ à natura ipſa immediatè, & citra factum vllum introducta gentium, ſunt. De quibus in d. l. 1. in fin. & ll. duabus ſeq. ff. de iuſtit. & iure. & apud Soci. in rubri. infra de verbo. oblig. colum. 1. Iaſ. in d. l. ſi id quod num. 2. ff. de condi. inde. Cæterum vbi à gentibus immediatè quid inducitur, etiam ſi ratione naturali impellente, id fiat, ius dici naturale non debet, quatenus à cauſa prima atque immediata fieri denominationem oportet l. interdū. §. paterfamilias. ff. de hæredi. inſti. Aret. in l. filius à patre. §. 1. ff. de lib. & poſthu. Soci. in conſi. 216. numero 9. poſt med. verſicu. confirmatur nam licet lib. 2. Ea propter ad ius gentium ſecundarium appellatio iuris applicanda non videtur, cum per gentes ipſas immediatè rei inuentio fiat.

Conſequens declarationi prænarratæ ſit, iure gentium poſteriori, neceſſario poſſeſſionem inuentam, idq; à partibus ſatis enumeratis argumentando. Nam que aut à iure naturali primo deſcendere poſſeſſionem dicimus, & admitti id non poteſt, quia commune id etiam brutorum eſt. poſſeſſio quibus non accomodatur. Aut iure naturali ſecundario ſeu iure gentium primo, quod idem pollet, adinuentam poſſeſſionem aſſerimus. & id obtinere nihilo magis poteſt, quia iure gentiū priori communia omnia erant. Diſtinctione dominiorum iure gentium poſteriori facta. d. l. ex hoc iure. & tradit Socin. hic numero 35. & in d. rubri. infra de verbo. obligatio. numero 4. vbi in ſpecie poſſeſſionis loquitur, communem eam, ſimiliter vt libertatem iure naturali poſteriori fuiſſe, quod autem de iure naturali poſteriori loquatur, non obſcurè apparet, quia de potentia naturali diſerit, quæ homini tributa ſoli eſt. De priori enim potentia dictum ante à Socino eſt. Conſequenter his dicendum, iuri gentium poſteriori poſſeſſionis inuentum deferendum.

Conſequens ſecundo declarationi memoratæ ſit,
33 in ſeruo † poſſeſſionis ius non cadere. Id quia ad irritum ſtatus eius deductus iure gentium poſteriori eſt. glo. 2. in l. ſi id quod ibiq; Bar. in prin. & nu. 2. ff. de condi. indebi. Idem Bar. in d. l. frater à fratre nu. 47. circa med. verſi. & hæc procedunt ſolū in filio eo. titu. Deci. in d. l. in perſonā nu. 2. in ſi. infra de reg. iuris. Pro qua ſententia tex. videtur in d. l. manumiſſiones in d. l. ſi id quod, & in d. §. 1. inſti. de libertin. namq; ſi iure gentiū poſteriori comparatam ſeruitutem dicimus, non potuit eodē iure ſtatus ſerui non infirmari, & ad nihilū redigi. Aliter quippe quorſū ſeruitutis inductio.

Sed dictum is hic aliqs erit. ſi à iure gentiū poſteriori inductam poſſeſſionem dicimus. Quo modo ciuilis ei delatum nomen eſt. vnde effectus ipſius omnis tam in fructibus quærendis, quam in vſucapione perficienda emanat. vti dictum ſuperius eſt. & plenius infra in tractatu ciuilis dicemus. An non nomen ſatis naturalis erat. quod inuentori ipſi accommodatius videtur. Iuri videlicet gentium ſecundario. Ita vt effectū omnem poſſeſſio ipſa ſibi naturalis vendicaret.

Reſpondetur, poſſeſſionē omnē prout ex iure gentiū ſecundario conſtat, iuſtam, legitimamvè non eſſe quatenus ex vicio apud multos eſt. Eam ob rem iuri non conueuit, effectus poſſeſſionis naturali ſimpliciter, paſſimvè tribui. verum nonniſi poſſeſſioni permit-
34 ti † effectus eius debet, q̄ iuſta ſit, & à iure recepta. Inde ex approbatione hac nomen ciuilis adepta. Adeo vt poſſeſſio omnis naturalis rectè ex approbatione hac ciuilis dicatur. ſimiliter vt approbationis ratione legitima appellari hæreditas poteſt, quæ relicta teſtamento eſt, quod à lege inſtitutio, aut hæreditas teſtamentaria agnoſcatur l. lege obuenire infra de verb. ſigni. glo. in l. 3. §. de illo in verſi. ex teſtamento. ff. pro Socio. Alex. in conſ. 75. nu. 7. lib. 1. & in ſpecie poſſeſſionis naturalis, ciuilem eam rectè nuncupari, quæ à iure approbata ciuili ſit. Bar. hic ſentit nu. 14. Horman. nu. 57. circa prin. Ripa nu. 29. & ſeq. Inde ratio eius percipitur, quod dictum ante eſt, nec poſſeſſionis naturalis commodo bannitum frui, vt interdicto quo experiri poſſeſſorio poſſit. Quoniam, & ſi maximè à iure gentium ſecundario primordia poſſeſſio ducat, attamen ciuilis, approbationis dici nomine poteſt.

Quæ ratio potior ſeu ſignificantior, atq; ea videtur, quam Bar. hic affert nu. 14. Ruin. in d. conſ. 49. nu. 5. lib. 4 diſtinctionis nomine ciuilis nomen, & naturali competere. ſola quippe diſtinctio ſatis ad vocabulū hoc tribuendū non videtur, niſi ſi ex diſtinctione ipſa approbatio eius ſequitur. Idq; ex eo etiam luculenter oſtenditur. quod non poſſeſſio omnis ciuilis vocatur, quæ naturalis ſit. verū quæ agnita demū à iure eſt. atq; ideo iuſta. De quo locupletius infra in tractatu ciuilis. vbi de eo diſceptatur, ciuilis nec ne inueniatur, quæ iuſta non ſit. Ab approbatione item iuris ciuilem nuncupari, inferius declaratur nu. 228. ver. at. n. & nu. 279.

In quarta parte tractatus huius diſtinctio poſſeſſio-
35 nis venit, quotuplex † ea ſit. De qua re Docto. hic diſſerunt. Bar. nu. 7. Soci. nu. 43. ad finem vſque commentarij. Iaſ. nu. 54. & pluribus ſeq. Horman. nu. 57. Crot. nu. 39. Ruin. nu. 14. & nu. 17. Ripa nu. 27. In qua ſpē maiori Doc. parti viſum, non pluſq̄ vnam, & alteram poſſeſſionem eſſe, naturalem, & ciuilem. Bar. opinione abiecta, à quo tertia poſſeſſionis ſpecies ſubiuncta, quā corporalem vocat, vt hic apud eum dicto nu. 7. in ſi. & num. 10. Immerito tamen Bar. incuſari, inferius oſtendimus, cum de corporali præcipiemus. Summa igitur, & caput ipſum poſſeſſionis in ſpecie duplici conſiſtit naturali, & ciuili. In quibus enucleandis labor omnis hauriendus.

Cæterum quia vetuſtior naturalis eſt, vtpotè à iure ipſo gētium poſterioriq; ante genita, q̄ ciuile eius, atq;
36 ideo ciuilis ædita poſſeſſio eſſet, de naturali † ſeu ſuperiore prius videndū. l. 1. ſupra titu. 1. l. 2. ibiq; glo. 1.

ff. ſi

Digitized by Google

ff. ſi ſerui. vendi. l. 2.C.de conſul. lib. 12.Caſtren. infra
ea. l.3 1.nu. 5.quod dicitur, priorem in tempore prio-
res eſſe reg. qui prior. & quidem exordium eius fa-
ciendum à definitione videbatur. At enim definiri
commode ante non poteſt, quam ſignificatio eius.
cognita diſtinctiovè ſit. Quo facilior igitur poſſeſſio-
nis huius tractatus naturalis fiat, in partes eum ſeptem
diſtinguendum duxi. Pars prima ad ſignificantiã, & di
ſtinctionem eius ſpectat. ideſt quot modis intelligi
poſſeſſio naturalis poſſit. Ex qua diſtinctione pelluci-
dus vndiq; ſignificatus eius fiet. De multiuga naturalis
ſignificatione Soci. hic ſcribit nu.43.& pluribus ſeq.
Crot. nu. 37.& ſeq.

Sed enim ſignificatior atq; appoſita magis poſſeſſio
37 nis naturalis † diſtinctio videtur, vt propriam vnam
formalemq; dicamus Cauſalis, & impropria altera,
aut informis habeatur. Propria, & formalis, quæ for-
mam, & ſubſtantiam ſuam per ſe, ſolaq; habet. Ideſt
cum ciuili nõ coniuncta. De quo genere poſſeſſio eo
rum eſt, quibus ius aliquod, non plenum tamen, in re
competit. Cuiuſmodi emphutheota vaſallus, fructua-
rius, & id genus cæteri ſunt. Ius quibus plenum, aut ſo
lidum in bonis non eſt. Ciuiliter enim hi non poſſi-
dent, tam, & ſi à iure ciuili eorum approbata poſſeſſio
ſit. verum apud dominum directum, aut proprieta-
rium ciuilis poſſeſſio conſtat. vnde apud duos, ideſt di
rectum dominum, atq; vtilem inſolidum poſſeſſio eſ-
ſe eadem nequit l. ſi vt certo. §. ſi duobus. ff. commo-
da. l.3 §.ex cõtrario infra eo. l. duo infra de precario.
ob id impoſſibilitatis huius ratione factum vt natura-
lis poſſeſſio dicatur, quæ apud dominum vtilem, ci-
uilis quæ apud directum eſt. Ita ſeparatim, & per ſe
poſſeſſio vtraq; conſideratur, & formam ſuam ſepa-
ratam vtraque habet, quamuis agnita, ſeu approbata
vtraque à iure ſit. Diſtinctio hæc naturalis, vt cauſalis
vna, formalis altera inueniatur, expreſſius infra decla-
ratur nu.53.Cumulatius nu. 118.vbi apud quos natu-
ralis formata hæreat, non inſcite diſeritur.

38 Si dixeris, cur † naturalis, magis quam ciuilis domi
no vtili adiudicata. viceq; contraria domino directo
ciuilis, potiuſquam naturalis tributa. Reſpondetur, im
poſſibilitatis ratione id actum. Quomodo enim apud
dominum directum eſſe poſſeſſio naturalis poterit.
cum rem ipſe non teneat, quæ à Domino ipſo vtili
poſſidetur. Neque recte dixeris, domini ipſius directi
nomine naturaliter à domino vtili rem poſſideri atq;
ideo apud dominum directum naturalem eſſe iuxta.
l. quod meo infra eo. Quoniam nomine ſuo, & ob
ius, quod in re habet, non etiam domini directi no-
mine, dominus ipſe vtilis poſſidet. Itaq; cum apud
dominum directum res non ſit, neq; ab eo aliovè no
mine eius poſſideatur, ciuilis ei demum tributa poſſeſ
ſio eſt. Declaratio hæc ex tex. deſumitur in l. pen. §.1.
ff.qui ſat. cog. Qui apud dominum vtrunq; directum,
atq; vtilem eſſe poſſeſſionem ſcribit. vnde cum in poſ
ſeſſione eadem obtinere id nequeat, quæ apud duos
eſſe inſolidum nequit, non poterit ad modum præ-
ſcriptum non intelligi vt apud dominum vtilem na-
turalis, apud directum ciuilis ſit. Idq; expreſſius glo.
docet in d. l.ſi vt certo. §.ſi duobus in glo magna. & in
d. l.3.§.ex contrario. in glo etiam magna. & in c. licet
cauſam in ver. vti poſſidetis. de probatio.

39 Sed rurſus obiecturus, aut † rogaturus quiſpiam erit
cum apud dominũ vtilẽ res ſit, & naturaliter propte-
rea ab eo poſſideatur. Cur non, & ciuilem ei poſſeſſio
nem damus. poſtq̃ poſſeſſio eius approbata à iure eſt.
Quam cauſam iſtud habet, vt cum à iure approbata
ciuili ſit, nomen adepta ciuilis non dicatur. Reſpon-
detur, appprobationem hanc generalem rei, aut iuris
totius cauſa non fieri, cum ius totum, aut plenũ apud
vtilem dominum non hæreat, directo apud alium re-
ſidenti. Itaq; cum limitata approbatio quantum ad
dominium vtile, aut vſufructus ius ſit. mirum non
fiet, ſi domino vtili tributa ciuilis non eſt.

Ratione, & altera in domino vtili intelligi poſſeſ-
ſio ciuilis non poteſt. Quoniam approbatio hæc poſ-
ſeſſionis nonniſi ratione iuris, aut dominij vtilis ſit. In
40 iure † planè ſeu incorporali poſſeſſio non cadit. lege
ſeruus.§.1. ſupra titu. t.d. l.3.in prin. infra eo. l. ſequi-
tur. §. ſi viam infra. titu. 1. l. fi. infra quorum bonor.
Inde fit, vt cauſa alia quaſi poſſeſſionis ciuilis ſit, quæ
ad ĩcorporalia accõmodat vt iferius loco ſuo dicem⁹.

Dixerit hic aliquis, rationibus his nec in domino
directo poſſeſſionem ciuilem admittendam. vtpotè
cui vtraq; obſtare ratio videtur, quæ in domino ad-
ſcripta vtili eſt. Prior enim, quod ius plenum apud
dominũ vtilẽ non eſt. atq; ideo ex toto poſſeſſio ap-
probata eius nõ ſit. æquo in domino directo, atq; vtili
mouet. ſiquidem ius plenum nec penes dominum di-
rectum eſt. vtili ab eo diuulſo. ſimili modo ratio al-
tera domino contradicere directo videtur, quod in
iuribus poſſeſſio non vertitur, vtpotè incorporalibus
etenim cum niſi dominij, aut iuris directi cauſa poſſeſ
ſionis approbatio ſiat, quomodo in iure hoc admitti
poſſeſſio poterit.

Ad argumentum hoc reſpondetur. inficias eundo,
rationes memoratas, quæ poſſeſſioni ciuili in domi-
no vtili, fructuariovè obſtant, ad dominum directum
pertinere. Immo enim rationem multo aliam domi-
41 nij directi, atq; vtilis eſſe. Quoniam † dominio vtili
potentius directum eſt. l. 1. in fi. & l.ſeq. ff.ſi ager vectig.
Rei cuius illa eſt ratio, quod dominio directo in em-
phitheoſi, aut feudo vtile ſeruit, & directum ipſum in-
ſuperius agnoſcit vt Bar. hic docet nu. 8. in fi. Iaſ. nu.
57.ver. nota tamen diligenter. Ripa nu.32.Idem Bar.
in l. ſi quis vi. §. differentia nu. 6. infra eo. Deci. in l. fi.
col.1.in fi. verſi. ſecundo reſpondetur.C.de edicto di-
ui adria. tollen. Iaſ. in conſ.236.col.2.poſt.med. lib.2.
Rurſus cum finem dominium vtile nõ rato accipiat,
ad directum id reuolat, & cum eo vnitur. Qua ratio
ne pro iure pleno quantum ad ſpeciem controuerſam
directum hoc dominium habetur, & quia acceſſionis
vice quod vtile eſt, apud directum æſtimatur, cum ei
ſeruiat. Inde potentiæ maioris rationem colligere in
dominio directo licet. Ita ratio prior in dominio dire-
cto, ſeu poſſeſſione ciuili in eo impedienda confutata
apparet, quæ in dominio adſcripta vtili eſt, & quæ à
iure imperfecto, aut non plenò deducitur.

Ratio item ſecunda non moſſicat, incorporale
æque dominium directum, atq; vtile eſſe. ea ratione
poſſeſſionem ciuilem non magis in directo, atq; in
dominio vtili intelligi cum poſſideri incorporalia ne-
queant. vnde ſi ciuilem poſſeſſionem pacto quo in
dominio, aut iure admitti directo oportuit, quaſi poſ
ſeſſionis impropriè, non poſſeſſionis appellanda voca
bulo erat. Reſponſio enim in promptu eſt. poſſeſſio-
nem ciuilem in domino directo verè, atq; propriè ori-
gine eius perſpecta, intelligi. originem enim ciuilis
tunc habuit cum res ipſa tota plenoq; iure apud do-
minum directum ante erat, quam feudi, emphitheo-
ſisvè, aut vſufructus iure tranſlata in alium eſſet. quo
tempore ciuilem apud concedentem fuiſſe dubitan-
dum non eſt. Itaq; cum verè, & propriè principio ip-
ſo apud dominum directũ ciuilis poſſeſſio eſſet, amiſ-
ſa ex tranſlatione iuris vtilis, aut vſuſfructus non eſt.
verum ex iure directo conſeruata, quod penes con-
cedentem remanſit.

Conſequens declarationi huic ſit, facilius quid re-
tineri, aut conſeruari, q̃ recens acquiri poſſeſſio enim
initio acquiri in iuribus non poteſt, cũ niſi ad corpo-
ralia non competat. Etenim vero ſi quæſita ſemel in
corporali eſt, retineri iuris cuius ratione poteſt.

De qua regula ſermo etiam habitus ante eſt. legibuſque & Barto. teſtimonio confirmata num. 16. tex. huc non ſpernendus accedit in l. 1. C. ſi per vim vel alio modo.

42 Ciuilis porrò poſſeſſio † hæc domini directi ideo dicitur, quod niſi ex animo & voluntate domini non conſtat. Corpore quippe à domino vtili res tenetur. Ita ex iure poſſeſſio hæc ciuilis tota conſtat, vt Berengar. etiam no. in d. §. nihil commune nu. 72.

Sed reſponſioni obſtare huic videtur. Tu dicis, idcirco poſſeſſionem ciuilem apud dominum directũ verè, proprieque eſſe, quod à naturali orta initio ipſo ſit, atq; ideo conſeruari, aut retineri ſine naturali poteſt.

43 Sed enim † dominium inueniri directum poteſt, quãuis apud dominum directum res vnquam non fuerit. Atque ideo poſſeſſio ciuilis erit, quæ cum naturali cõiuncta nunquã fuerit. Quo caſu poſſeſſio ciuilis dici non niſi iuris huius directi ratione poterit. veluti cum rem ſuam quiſpiam in emphyteoſim, aut feudum eo caſu ſciens accipit, quo dominium directum in aliũ ex recognitione id genus citra traditionem transfert, in eccleſiam puta Bart. in l. ſi rem aliquam nu. 9. infra eo. in l. cum falſa nu. 3. verſi. quid ſi confiteor & num. duobus ſeq. C. de iuris & facti igno. Ruin. in conſi. 40. nu. 12. lib. 1. Boer. q. 211. in fi. Riba in conſi. 64. nu. 38. Ciuilem enim veram ac propriã quaſi domina & ratione dominij directi, eccleſia habet? Atqui naturalẽ eccleſia nunquam habuit. Sic iuris vnius directi nomine, ciuilis in eccleſia intelligetur. Quod cum ita ſit, cur non & in domino vtili ratione iuris eius, ciuilis proprie, atque vera admittitur.

44 Reſpondetur. opinione hac † admiſſa, vt citra traditionem, dominij directi acquiſitio eccleſiæ fiat. Idcirco poſſeſſionem ciuilem eccleſiæ vti dominæ directæ competere, quod eccleſiæ ipſi tradita res ficta, & prius ex recognitione eiuſmodi creditur. l. 2. cum glo. C. de dote cau. non numera. Bar. in l. Papinianus. ff. de dona. inter virum & vxor. Roman. in conſi. 44. num. 2. & in conſi. 445. num. 6. Alex. in conſi. 45. num. 8. lib. 1. & id genus non pauca. & in ſpecie recognitionis, cum rem ſuam in feudum, aut emphyteoſim ab alio ſe tenere quis recognoſcit, traditionis loco recognitionem hanc eſſe, & effectum traditionis habere, Dyn. ſcribit in conſi. 15. col. 1. poſt med. & in conſi. 48. col. 3. arg. l. quiſquis. C. de dona. De quo tex. Fulgo. etiã in ſpecie recognitionis meminit in conſi. 5. nu. 2. ficta porrò traditio in hoc vertitur, quod ei ante tradita res fingitur, confeſſio cui, aut recognitio fit. Alias enim ſine fictione hac, quomodo ab eo accepta dici res poterit, aut ab eo vti tradita recognoſci. qui fictæ traditionis actus ob expeditionem celeriorem, aut circuitus vitandi cauſa occultatur. l. ſingularia. ff. ſi certum peta. l. 5. §. ſed ſi debitorem. ff. de donatio. inter virum & vxor.

45 Hic tamen obſeruandum, non rectè † Dyn. ſentire in d. conſi. 48. Cum non modo dominij directi probationem, ſed & tranſlationem ex recognitione memorata induci generaliter ſcribit. Recipi enim ſententia hæc de dominio transferendo, in his nõ ſolet, quibus ſine traditione acquiri dominium non ſolet. ne fictio duplex interueniat, Prior, quod dominium directum donare recognoſcens cogitauerit, Altera, quod traditio ex recognitione inducatur, Atque ideo ex ea dominium quæratur, cum verè tradita res non ſit. ita Bart. & alij in d. l. ſi aliquam num. 9. infra eo. Cuma. in conſilio 165 Gaſpar Fulgo. in conſilio 5. colum. 3. verſic. verum præmiſſis minimè obſtantib. Imola in clem. 1. num. 67. poſt Zenzeli. ibi de iureiuran. Alexan. in conſi. 29. nu. 14. lib. 5. Soci. in conſi. 40. nu. 6. lib. 4. Deci. in l. 1. nu. 25. & in l. traditionibus num. 6. C. de pactis. in conſi. 564. num. 6. Iaſ. in l. 2. col. 62. q. 16. num. 214. Guido iure emphy. Ruin. in conſi. 6. colum. 1. & ſeq. lib. 1. in conſilio 128. nume. 5. lib. 2. Curti. iun. in conſilio 17. numero 8. & ſequen. Boer. quæſtio. 211. numero 25. Socin. iun. in conſilio 56. numero 16. lib. 2. Quare niſi ad eccleſiam dominij translatio competere ex recognitione non videtur. In qua fictio duplex non incurrit, fictæ donationis & traditionis, cum neceſſaria in ea traditio ob dominium quærendum non ſit.

Sed obſeruandum, ex recepta Barto. & aliorum ſententia Dyni opinionem in dominio etiam ex recognitione transferendo defendi in l. Papinianus. ff. de donatio. inter virum & vxo. vbi cum dotem, aut rem aliam ab vxore accepiſſe maritus confitetur, aut recognoſcit, cum de acceptione non conſtet. Donationis iure confeſſio, aut recognitio ſuſtinetur. Quæ vires donatoris morte capit. Neque mutat, traditione opus ad confirmationem eſſe. Quoniam pro traditione recognitio ipſa habetur. Quam ſententiam vulgo à Doct. recipi, teſtatũ ante habemus. At enim duplex hic fictio concurrit, in titulo. donationis, & traditione, cum verè donationem, & traditionem factam non conſtet. verum ex confeſſione, aut recognitione vtraque fingitur.

Dicebam alias Bart. opinionem ambiguam, ex his videri, quæ apud eum ſcripta in d. l. Papinianus ſunt. Neque rationem eius mouere in d. l. ſi aliquam num. 9. infra eo. Quoniam negatur, fictionem duplicem interuenire. cum non pluſquam vna circa traditionẽ fictam occurrat. In titulo planè donationis præſumptionem, non fictionem verſari, ſiquidem niſi in re certa fiat intelligi fictio nequit. In re præſumptio admitti dubia ſolet. glo. in l. vni. §. accedit. C. de rei vxo. actio. & alia apud Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore colu. 42. nume. 191. verſic. item adde, quod differentia eſt infra titu. 1. & in §. fuerat nume. 55. inſtitu. de actio. At enim certum non eſt, factam donationem non eſſe. Immo enim in dubio res ob recognoſcentis ſcientiã vertitur. Vnde cauſam aliam præſumptionis, atque

46 fictionis videri. Cæterum argumentum hoc † animaduerſum poſtea à Soci. reperi in d. conſilio 40. numero 6. lib. 4. Qui concurſum tamen præſumptionis, & fictionis non magis, quam fictionis duplicis recipit. Atque ex Alex. præter Socinum id iuuatur in conſilio 113. numero 2. verſicu. Item quia fictio fictionis lib. 1. vbi quod dici in fictionibus dici pluribus ſolet, prohibitum earum concurſum eſſe, Ad præſumptiones etiam trahendum. Hoc vtique, cum ad ius ſpeciale præſumptio ſpectat. Aliter quippe quo maior præſumptionum numerus, eo probatio potior.

Ne multis, à Barto. ſententia diſcedendum probatiſſima non puto. Neque cõtrarium ei videtur, quod ſcriptum apud eum eſt in d. l. Papinianus. ff. de dona. inter virum & vxo. Quoniam præſumptionis ibi & fictionis vigorem concurſus non habet, quatenus rata donatio non habetur, vtpotè quæ facta inter prohibitos ſit, etiam ſi præſumatur. Si dixeris, morte eam conualeſcere. Atque ideo firmitatem in morte donationem accipere. Conſequenter præſumptionis concurſum & fictionis admitti. Reſpondetur, tempore eodem concurſum hunc non ſuſtineri. quando quidem mortis demum tempore confirmatio donationis ſequitur.

47 Secundo reſpondetur, ex nouo † magis iure hoc eſt relicti, & ob voluntatis perſeuerantiam, quam ex donatione ipſa robur, aut confirmationem eius admitti. glo. in l. cum hic ſtatus. §. 1. ff. de dona. inter virum & vxo. inde fit, vt minor donatio hæc ob æs alienum fiat Ruin. in conſi. 130. col. 3. poſt med. verſi. Quantam ergo lib. 1.

Confirmata ex his ratio ſatis eſt, quamobrem poſſeſſio ciuilis vera & propria, non quaſi poſſeſſio ciuilis impro-

Digitized by Google

impropria apud dominum eſſe directum cenſeatur.
Ideſt quia vera & ꝓpria reſpectu rei totius initio fuit.
vtpotè cum naturali vnita, re tota à domino ipſo di-
recto ante poſſeſſa, quam conceſſio eius in emphy-
theoſim, aut feudum fieret.

48 Rationem alteram, quamobrem † poſſeſſio ciuilis
propria, non quaſi ciuilis impropria penes dominum
directum ſit, Bal. notula adſcribit in c. 1. §. Marchio nu.
2. qui feu. dare poſ. quod citra ſcientiam & patientiam
aduerſarij in iuribus acquiri quaſi poſſeſſio nequit. l. 3.
§. 1. ff. de vſufruct. l. pen. ff. de ſeruitu. & alia, de quibus
infra nu. 232. 436. 440. Vnde ſi quaſi poſſeſſionem ciui-
lem apud dominum directum, & ratione iuris directi
eſſe, aſſerimus, neceſſe eſt, ex patientia eam emphyteo
tæ, aut vaſalli induci, quòd in quaſi poſſeſſione ciuili eſſe
dominum directum patiantur. At enim cum apud
emphyteotam, vaſallum, aut fructuarium poſſeſſio ci-
uilis non ſit, neque eſſe poſſit, quomodo patientiam
præſtare ad eam quærendam poterit. l. traditio ſupra
titu. 1. l. nemo plus infra de regul. iuris. Quæ ratio ex-
preſſa inferius etiam eſt nu. 471. Rurſus ius prohiben-
di patientia præſupponit. l. ſæpe inf. de re iudi. l. eius eſt
nolle. à contrarijs argumentando. infra ibique gl. par-
uula. infra de regul. iuris. & quod Abb. ſcribit in conſi.
22. nu. 3. poſt prin. lib. 2. ſilere cum non dici, qui loqui
prohibetur. De quo Abb. dicto Deci. meminit in d. l.
eius eſt nolle. nu. 3.

Ratio hæc quamquam in ſcriptis prioribus admiſ-
ſa à nobis eſt, in præſentia mihi non probatur, vtpotè
qua recepta, nec poſſeſſionem ciuilem propriam do-
minus ſibi vendicare directus poterit. Idque ratione
fortiore argumentando. Namque ſi quaſi poſſeſſionẽ
ciuilem & impropriam conſequi dominus directus
nequit, quomodo poſſeſſionem habiturus propriam
49 † erit, vt quod maius eſt, ei detur, cui quod minus eſt,
non conceditur. l. qui indignus. ff. de ſenator. l. cui pa-
cto in fi. ff. de ſeruis expor. l. relegatorum. §. poteſt infr.
de interdic. & relega. c. cum illorum de ſen. excomm.
Deci. in l. non debet cui nu. 2. infra de reg. iuris. Iaſ. in
l. ſi conſtante nu. 49. ff. ſolu. matri. Refelli tamen argu.
poſſet, Rationem diuerſam maioris hic, atque mino-
ris ex prædictis liquere.

Secundo imperfecta ratio hæc apparet, vtpotè quæ
niſi ad quaſi poſſeſſionem non valet, cur ea admitti in
domino directo nequeat. Cæterum declaratio per eã
non ſequitur, cur aut quomodo poſſeſſionem ciuilem
veram ac propriam directus dominus habeat? Ita ge-
50 neralis ratio † non eſt, neque ad omnia pertinet. Quo
caſu probari ratio non ſolet. l. regula. §. fi. ff. de iuris &
facti ignor. Bar. in l. tranſigere. nu. 4. C. de tranſactio. &
in extrauag. ad reprimendum col. 2. in ver. nec ex conſi
Bal. in l. 1. in prin. ff. de orig. iuris. in l. generaliter. nu. 3.
C. de epi. & cleri. Corn. in conſi. 88. col. 3. in fi. lib. 1. Iaſ.
in l. ſi is qui pro emptore nu. 91. infra titu. 1. & in l. 4. §.
Cato col. 14. in fi. verſi. poſtea dum Barto. dicit. Ibique
Hormanno. nu. 124. in fi. Infra de verb. obl. in Authen.
quas actiones nu. 18. C. de ſacroſan. eccle.

Sed obſtare prædictis videtur. Dictum eſt, poſſeſ-
ſionem ciuilem apud dominum vtilem, fructuarium-
ve non eſſe. Immo enim apud hos poſſeſſionem hãc
inueniri hoc ipſo oſtenditur, quòd præſcribendi ius
51 habent. Dominium quippe vtile † vſucapione quæri
proculdubio eſt, ſi tempore longiſſimo quaſi domi-
nus vtilis rem quiſpiam poſſidet. Ob eamque penſio-
nem, aut obſequia, ſeu ſeruitia præſtet; tametſi inue-
ſtitura facta vlla non ſit. cap. 1. §. ſi quis per 30. Ibique
Bal. & alij. Si de feudo fuerit contro. Bald. in c. 1. §. fin.
de feudo da. in vic. commiſſor. Alex. in conſi. 136 nu.
4. lib. 1. & in conſi. 169. colum. 1. & 2. lib. 2. Curti. ſen. in
conſi. 25. in primo dubio. & quæ dominij huius vtilis
præſcriptio expoſcat. Deci. ſcribit in conſi. 144. in 2.
dubio ius denique præſcribendi & fructuum quæren-
dorum in ſpecie hac eſſe Bart. hic docet num. 9. & vbe-
rius in d. §. ex contrario nu. 3. & ſeq. Enimuero niſi ex
poſſeſſione ciuili effectum vſucapiendi non produci,
teſtatum in ſuperioribus habemus.

Reſpondetur, quamuis poſſeſſionem ciuilem do-
52 minus vtilis non † habeat, quæ in iuribus, aut iurium
ratione non competit. Quaſi tamen poſſeſſio ciuilis
datur, vnde effectus iidem, atque ex poſſeſſione pro-
pria ciuili naſcuntur glo. in l. ait prætor. §. item ei. ff. ex
quibus cau. maior. Barto. in l. naturaliter in prin. infra
eo. in l. 1. §. interdictum autem hoc infra de vi & vi ar
ma. Iaſ. hic nu. 62. verſi. circa ſecundam ſpeciem. Ripa
nu. 34. De quo infra etiam num. 81. & num. 128. 224.
omnino nu. 315. Ampliatur nu. 248. vt ad fidei etiam
bonæ poſſeſſorem pertineat.

Satis in his dictum de priore poſſeſſionis naturalis
ſpecie habemus, quæ propria & formalis eſt. & quæ
ſola per ſe conſtat. De naturali altera videndum, quæ
53 † in formis, aut impropria dicitur. Quod genus natu
ralis habetur, quæ vnita cum ciuili eſt. naturalis quip-
pe dici formaliter nequit. cum formam ſuam diuer-
ſam, atque ſeparatam à ciuili non habeat, vtpotè cum
ea coniuncta. Similiter vt vſusfructus formalis non
dicitur, prout ſeruitus perſonalis habetur, qui cõcre-
tus cum proprietate ſit. cum ſua cuiquam res non ſer
uiat. l. quod noſtrum. ff. de vſufruct. l. vti frui in prin.
ff. ſi vſusfruct. pet. l. in re communi. & l. ſi quis ædes. ff.
de ſeruitu. vrba. prædior. l. quicquid. ff. com. prædio. &
infra num. 96. inde vſusfructus cauſalis dicitur, qui ad
proprietatem adhæret, ideſt cum cauſa coniunctus.
De quo vſusfructu duplici glo. meminit in l. ſi mulieri
in glo. magna. ff. de vſufr. accre. Bald. in l. vſufructu poſt
prin. ff. ſolu. mat. Iaſ. hic num. 44.

Duplicem hanc diſtinctionem poſſeſſionis natura-
lis, propriæ & impropriæ Bar. hic adnotauit num. 25.
verſi. Adde circa tertiam opinionem. Sed an impro-
priè naturalis dicatur, quæ permixta cum ciuili eſt,
vt probabilis conſequentia fiat, formalis non eſt, ergo
impropria, inferius diſceremus. nu. 90.

Diſtinctione hac poſſeſſionis naturalis ita demon-
54 ſtrata, ſi id quæritur, multiplex † necne poſſeſſio na-
turalis ſit, quam formalem diximus, non pluſquam
vnam eſſe Iaſ. diſtinctio innuit, quæ apud dominum
vtilem, aut fructuarium eſt. Sed enim diſcerni & alte-
ra poteſt. de qua in l. clam poſſidere. § fi. infra eo. cum
poſſeſſionem abſentis clanculum quiſpiam occupat,
naturalem enim & ipſam formalem à ciuili ſeiun-
ctam acquirit, Ciuili penes abſentem reſidente. Apud
occupatoremque tamdiu naturalis hæc formalis hæ-
ret, quamdiu conſolidatio ciuilis facta cum ea ſit, &
ad naturalem occupatoris ambulet. iuxta. l. ſed etſi no
lit. infra eo. quæ poſita poſt d. l. clam eſt. vel dum natu-
ralis ipſa ad ciuilem, domino recuperante, redierit. Ita
patens, atque imperfectus Iaſ. in diſtinctione ſua ar-
guitur, cum niſi naturalem vnam non oſtendit, quæ
formam ſuam habet.

Si dixeris, de naturali formali Iaſ. ſentire, quæ iu-
ſta eſt, & à lege approbatur. Eam planè, de qua in
d. l. clam. § fina. vitioſam & clandeſtinam, atque ideo
damnatam à iure eſſe. d. §. fin. & cap. licet cauſam de
55 probatio. Reſpondetur, vitium hoc † poſſeſſionis
clandeſtinæ ad poſſeſſionem ciuilem reſtringi, vt vi-
tioſa quantum ad eam habeatur, atque ideo effe-
ctum contra eam non pariat, dum ciuilis ipſa durat.
Cæterum, quod ad alium attinet, qui ciuiliter non
poſſidet, pro iuſta poſſeſſio hæc clandeſtina circa
interdicta retinendæ & recuperandæ habetur. l. 1. in
fin. & l. ſequen. infra vti poſſide. & Barto. hic docet
numero vndecimo. & latius infra numero 75. & nu-
mero 130. Quin etiam contra dominum ipſum, aut

Google

poſſeſſorem, effectum recuperandæ poſſeſſio hæc clã deſtina habet, cum tempore interpoſito, aut ciuili per empta, poſſeſſorem ipſum clandeſtinum iure ſuo, vel autoritate propria de poſſeſſione naturali dominus excutit. De quo verbis pluribus loco ſuo. Ideſt in tractatu ciuilis, & in parte eius ſexta, in quarto effectu diſeremus.

56. Secundo reſpondetur, quod † ad Iaſ. ipſum ſeu opinionem eius ſpectat, nihili argumentum faciendum, idcirco de naturali hac formata, de qua in d. l. clam. §. fi. Iaſ. non meminiſſe, aut diſeruiſſe, quod iuſta non ſit. Quin Iaſoni ipſi hoc eſt opinione eius admiſſa, fieri iuſta poteſt, conſolidatione ciuilis cum ea facta. Ita vt effectus ciuilis tam à præſcriptione, quàm fructibus quærendis pariat, vt Iaſ. ipſe putat in d. l. 3. §. ex contrario num. 63. verſi ſucceſſiuè quærit Bar. & in d. l. clam. §. fin. nu. 44. Inconſulte tamen plus ſatis id ita ſcriptum à Iaſone eſſe, fide mala poſſeſſoris interueniente, in quinta inferius parte poſſeſſionis huius naturalis, atque in tertio
57 eius effectu demonſtrabimus nu. 157. Exemplum † & alterum naturalis iniuſtę & à ciuili diſiunctæ capere ex tex. licet in l. colonus & in l. cũ fundũ infra de vi & vi arma, cum poſſeſſionẽ Dñi colonus interuertit. ſibique poſſidet. Cum Dño antea, aut pro eo poſſideret. Conſequenter his dicendum, geminam poſſeſſionẽ naturalem & ipſam formatam inueniri. Iuſtam vnã, in d. l. naturaliter in prin. infra eo. Alteram iniuſtam de qua in d. l. naturaliter in prin. infra eo. Alteram iniuſtã quod ad ciuilem ſpoliati attinet. De qua in d. l. clam. §. fi. in d. l. Colonus. & in d. l. cum fundum.

58. Roget hic aliquis. ſi iniuſta † poſſeſſio naturalis formata habetur, de qua in d. l. clam. §. fi. & in d. l. Colonus & d. l. cum fundum, cur non detentationis potiuſquã poſſeſſionis delatum nomen ei eſt. Reſpondetur, detentationis quidem nomen ei competere, at nõ iuſtę. de qua in l. officiũ. ff. de rei vendi. in l. ſi quis ante ĩ. eo.

Secundo & planius reſpondetur. dupliciter detentationem intelligi. Primum ratione perſonarum, in quibus poſſeſſionis ius non eſt. ſeu quibus poſſidendi ius non competit. quales ſeruos & religioſos ſeu eccleſiarum præfectos in rebus eccleſiaſticis eſſe, teſtatum in ſuperioribus habemus nu. 21.

Secundo in his detinendi ius ſpectatur, eisve conuenit, qui cum poſſeſſionis capiendæ ius habeant, nomine in alieno poſſidẽt. vt colonus, commodatarius, depoſitarius & hoc genus cæteri ſunt, qui alijs, nõ ſibi naturaliter etiam nedum ciuiliter poſſident. Vnde naturaliter & ciuiliter per eos poſſidere dominus intelligitur. l. ſi id quod §. i. infra eo. l. 1. §. deijcitur. & §. quod ſeruus infra de vi & vi arma glo. & Doct. in l. ſi colonus infra eo. de quo infra etiam nu. 103. de qua etiam detentione vberius infra nu. 114. & omnino nu. 302. vbi vtranque etiam perire ſcriptum, eo eiecto, in quo vtraque hærebat. Neutrum hoc detinendi genus in eo competit, qui poſſeſſionẽ abſentis furtim occupat.

Non primum, quod his accõmodatũ, quibus ius poſſeſſionis capiendæ non eſt. cum poſſidendi ius occupator is habeat, vtpotè in quo ſeruitutis, religionis, aut aliud quod ius impedimentum non eſt. Secundũ item detinendi genus ad occupatorem hunc nõ quadrat, cum ſuo, non alieno nomine poſſideat. Idq; cumulatius etiam infra diſeritur nu. 104. Rurſus iuris aliquid † in poſſeſſione occupatoris huius ineſſe, ex definitione poſſeſſionis corporalis apud Bar. hic patet nu. 10. Quod ſi iuris quicquam in poſſeſſione hac clandeſtina non inſit, aut ineſſe non poſſit, quomodo conſolidatio ciuilis fieri cum ea poterit. vt inferius declaratur nu. 107. Quæ cum ita ſint, nomen detentationis accipere naturalis hæc clandeſtina & formata non potuit. Cum detentatione quippe ſicut ex facto mero conſiſtit, Bart. hic nu. 13. Ripa nu. 44. ita conſolidatio cum ea fieri, neq; ciuilis, neq; naturalis poteſt Iaſ. in d. l. clam. §. fi. col. fi. nu. 71. Hoc ita, ſi detentationis nomẽ & effectus durat, quia domino puta, non ſibi colonus, commodatarius, depoſitariusve, & alij id genus poſſident, quibus poſſidendi ius eſt. Cauſa alia erit, ſi poſ-
60 ſeſſionem domini † interuertunt, aut mutãt, quia ſuo non domini nomine poſſidere incipiant. Ibi enim ius idem Coloni, & aliorum id genus, atque clandeſtini poſſeſſoris erit, vt naturaliter poſſideant & conſolidatio ciuilis fieri cum naturali eorum poſſit. l. colonus & l. cum fundum infra de vi & vi arma. vbi interdictum quod vi. Colono eiecto datur, qui poſſeſſionem domini interuertit, emptorem, qui cauſam à domino habet, ad poſſeſſionem non admittẽdo. Quod vtique interdictum non haberet, ſi interuerſa poſſeſſio non ſit. poſſeſſione enim non interuerſa, cum domino, non ſibi colonus poſſideat. interdicto vti vnde vi non poteſt, quod recuperandæ eſt. Quomodo enim recuperabitur, quod nunquam habuit. l. decem infra de verb. obli. idque tex. probat in d. l. 1. §. deijcitur in fin. eo. titu. de vi & vi arma. De quo inferius etiã nu. 105. & nu. 126.

61 Ita declarationem mutuam † tex. hi accipiunt hoc eſt per tex. in d. l. Colonus & d. l. cum fundum. tex. declaratur in d. §. deijcitur in fi. vt in colono verè loquatur, ideſt qui colonum ſe eſſe non inficiatur, Atque ideo domino, non ſibi poſſidet, quod ſi ſibi, non domino poſſidet, colonus verè dici quantum ad eum non poterit. Viceque verſa per text. in d. §. deijcitur. Tex. declaratur in d. l. colonus & in d. l. cum fundum, vt eo demum caſu locum habeant, cum interuerſa domini poſſeſſio à colono eſt, qui emptorem ad eã non admiſit, quo caſu nominatim tex. illi loquuntur interuerſione planè remota, locum textibus illis non eſſe, vt d. §. deijcitur. Eodem tex. pertinet in l. male agitur. iuncta glo. pen. & quod ibi Bar. nu. 3. C. de præſcri. 30. vel 40. ann. Præſcribendi ius ante colono non eſſe, quam interuerſa ab eo poſſeſſio ſit. Limitationẽ tamen tex. in d. §. deijcitur per tex. accipit in l. 1. C. ſi per vim vel alio mo.

62 Rationem colligere inde licet. quam ob rem † corporalis poſſeſſio hæc clam, capta à Bar hic nuncupatur nu. 7 in fi. & nu. 10. animaduerſum enim ab eo eſt detentationis vocabulum ratione prænarrata poſſeſſioni huic clandeſtinæ non congruere. cum ſibi, non domino poſſeſſor clandeſtinus poſſideat. Naturalem item appellandam poſſeſſionem hanc clandeſtinam Bar. non putat, perinde quaſi à iure magis approbata naturalis hęc videatur.

Secundo doctrinæ commodioris, hallucinationiſque remouendæ cauſa, nomen hoc corporalis inditũ à Bar. eſt. Sed enim præmere quicquam ratio hæc nõ videtur. Namque cum diſtinctio naturalis, & corporalis facta per ll. non ſit, inutilis Bar. differentia videt.
63 cum hominis † non ſit, diſtinguere. vbi facta à lege diſtinctio non legitur. l. 3. in fi. ff. de offi præſid. l. Imperator. ff. de poſtulan. cum alijs apud Iaſ. adſcriptis in l. quis in 1. nota. ff. de in ius vocan. Secũdo in Bar. ipſum ratio hæc cõmodioris doctrinæ reijcitur. Namq; cum vocibus his corporalis & naturalis promiſcuè leges, & Doctorum etiam vtantur, cum iniuſta naturalis eſt, non difficulter in ſenſum legum & Doct. offenderẽt, qui Barto. diſcrimen inter corporalem & naturalem agnoſcerent. Corporalẽ quippe pro iniuſta, pro iuſta ſemper naturalem acciperent. De quo in materia corporalis ſermo ĩ, prolixior fiet. Declaratũ habemus, duplicem poſſeſſionẽ naturalẽ, & formalem eſſe. Iuſtã videlicet, de qua in d. l. naturaliter in prin. inf. eo. & iniuſtam, de qua in d. l. clam. §. fina. & in d. l. Colonus. & l. cum fundum infra de vi & vi arma. Sed quæret hic,
64 aliquis, naturalis propriè † verum ea etiam eſtimetur

quæ

Digitized by Google

quæ iniuſta ſit. Naturalē propriè eā non arbitror, ſimi
liter, vt filius propriè non habetur, qui ex iuſtis geni-
tus nuptijs non eſt. l. filium definimus. ff. de his, qui
ſunt ſui vel alie. iuris. inſti. de patr. pote. in prin. Secun-
do cum naturalis ſimpliciter poſſeſſio hæc non dica-
tur, at ex adiectione illa clandeſtina, aut interuerſa, na
turalis appellari propriè non poteſt, quia tale pro-
65 priè † non dicitur, quod tale ſecundū quid, non ſim-
pliciter eſt. l. ſi cui lana. ff. de leg. 2. l. hoc legatum Ibiq;
Bart. ff. de lega. 3. l. 1. ſupra de donatio. veſtigatio hæc
ad ſcripturas pertinet, quibus propriè intelligi verba
oportet. Appellationi tamen naturalis in ſpecie, vel
odioſa, & iniuſtam accedere puto, quotiens poſſeſſo-
ri ipſi iniuſto noxium ſtatutum eſt, ne melior quam
poſſeſſoris iuſti conditio eius fiat. l. ſiue hæreditaria. ff.
de nego. geſt. l. ſi à domino. §. ſi prædo. ff. de petitio.
hæredi. l. non ſolum. ff. de noxal. l. 3. §. 1. ff. de dona. in-
ter virum & vxo. & alia de quibus infra nu. 106.

Quæſtio altera hic incurrit. vtrum diſtinctio hæc
poſſeſſionis iuſtæ, & iniuſtæ, quæ adhibita in naturali
66 formata eſt, ad naturalem † etiam informem perti-
neat, quæ coniuncta cum ciuili eſt, neq; formā ſuam
peculiarem, & ſeparatam habet, vt duplex, & ipſa in-
ueniatur, iuſta & iniuſta. Dicendum videbatur, non
niſi iuſtam cogitatione prima inueniri. Namq; cum
ex approbatione iuris poſſeſſio originem ciuilis ha-
beat. atq; ideo iuſta dicatur. Quomodo iniuſta dici na
turalis poterit, quę concreta cum ciuili eſt. ſeparatio-
67 nem quippè, aut iuris † diuerſitatem vnita non ad-
mittunt cum eadem vnitorum ſubſtantia ſit. neq; di-
uerſo cenſeri iure poſſent. l. in rem actio. §. item quæ-
cunq;. Ibiq; Bal. ff. de rei vendica. l. ſed ſi plures. §. filio.
Ibiq; Ang. & Imola. ff. de vulg. l. qui patri. ff. de acq. hæ-
redi. c. ſuper eo. Ibiq; Gemin. & alij. de præben. lib. 6. &
pro vno haberi, quæ vnita ſunt Bald. ſcribit in l. excu-
ſantur. §. fi. per illum text. ff. de excu. tutor. tradit Curt.
Sen. in conſ. 56. ſuper eo. nu. 10. Iaſ. in conſ. 146. col. 2.
in fi. libr. 2. & alia compluria. & in ſpecie id ſentire Iaſ.
videtur in d. l. 3. §. ex contrario. nu. 63. verſic. ſucceſſiuè
quærit Bar. & in d. l. clam. § fi. nu. 44. cum locum præ-
ſcriptioni eſſe in ſpecie. d. §. fin. priuat, conſolidatione
ciuilis cum naturali facta. Quod vtiq; non fieret, ſi in-
iuſtam id genus poſſeſſionem dicimus. l. certum. C. de
rei vendica. inſti. de vſucapio. in prin.

68 Sed enim & iniuſtam naturalem † inueniri, quæ
coniuncta cum ciuili ſit, magis eſt dicere. Idq; videre
in ſpecie eſt. d. l. clam. §. fin. In qua iniuſtam poſſeſſio-
nem eſſe, conſolidatione etiam facta, ante diximus.
nu. 56. & fuſius inferius dicemus. Neq; mouet, contra-
dictionem videri, vt iniuſta naturalis ſit, quacū vnita
ciuilis eſt. perinde quaſi poſſeſſionē iniuſtā ius agno-
ſcat. Quo caſu iniuſtam, & ciuilem dici oportet. Re-
ſponſio enim non deeſt. approbationem hanc ad in-
iuriam cuiuſquam non ſpectare. verum ad limites ip
ſius naturalis reſtringi, vt effectum ampliorem ex ap
probatione non pariat, quam habitura ante conſoli-
dationem non erat. Damnum enim ex conſolidatio
ne hac intelligi, niſi in eo non poteſt, qui ciuilem per-
dit, quæ ad naturalem ambulat. Sed enim damnum
is facere non dicitur. Idq; à partibus ſatis enumeratis
oſtenditur. Etenim, aut ratione interdicti retinendæ,
aut recuperandæ, vel fructuum quærendorū, aut vſu-
capionis nomine damnum hoc obſeruamus.

69 Siquidem in retinendæ interdicto † damnum ſpe-
ctamus, perinde quaſi poſſeſſori id ob conſolidatio-
nem detur. damni quicquā ex hoc poſſeſſor antiquus
nō ſentit. Quoniam ſi poſſeſſorem clandeſtinum in-
terdictum ob id retinendæ non patitur, quod poſſeſſori
iniuſto contra poſſeſſorem antiquum, ciuili etiam
amiſſa, non prodeſt glo. in l. 1. §. fi. Ibiq; Bar. num. 2. &
ſeq. j. vti poſſid. Ruin. in conſ. 38. nu. 7. & in conſ. 154.
col. 4. ante med. ſcri nu. 8. circa med. libr. 4. De quo in-
ferius etiam nu. 195. ſed plura num. 331. Rei cuius illa
eſt ratio, Quoniam in eo, qui alium inquietat, vis tur-
batiua vertitur. In turbato autem vis expulſiua. hoc
70 ipſo enim † quod poſſeſſorem antiquum non admittit,
expellere eū, & ſpoliare dicitur. d. l. colonus. & l. cum
fundum. j. de vi & vi arma. Quā rationem glo. expri-
mit in d. §. fi. in gl. pen. in fi. Ruin. in d. conſ. Ita facilius
turbatio, quā expulſio cōceditur. Turbare enim ſem-
per, expellere non niſi incontinenti ex ciuili conſtāte
licet. Idq; in d. §. fin. Bar. obſeruat. Atq; inferius etiam
id exponitur. nu. 331. & nu. 434.

Sin autem interdicti recuperandæ nomine damnū
ex conſolidatione ciuilis cū naturali iniuſta, contem-
plamur, quod cōſolidatione facta, naturalem autoritate
propria recuperare phas amplius non eſt. Reſponde-
71 tur, diſpendiū in re hac non contingere. Siquidē † con
ſolidatione etiam remota, ciuiliq; conſtante, naturalē
ex ciuili recuperare, nihilo magis poſt interuallū licet,
vt habetur in l. 3 §. cum igitur. j. de vi & vi arma. De
quo ſermo locupletior in tractatu ciuilis, & in effecti-
bus eius habetur. Itaq; cùm poſt decenniū ex negligē
tia, atq; obliuione ciuilis pereat gl. & Doct. in l. ſi id quod
in prin. & in l. ſi de eo. §. ſi forte. j. eo. incōmodi quic-
quam ex vnione ciuilis cum naturali poſſeſſor prior,
circa naturalē authoritate propria ciuilis adminiculo
recuperandam, non ſentit, quia vnio. hęc poſt decen-
nium fit. atq; ideo quo tempore effectus authoritate
propria ex ciuili recuperandi, extinctus iam erat.

72 Si dixeris, & ante † decennium, ſtatimque ciuilem
amitti, quam occupatio naturalis facta à potentiore
eſt. quo caſu animo retineri deſinit. animū ipſum reti
nendi, atq; recuperandi infirmiore deſpondente. l. 3. §.
ſi quis nunciet. d. l. clam. §. fi. & l. ſeq. d. l. ſi id quod. §. fi.
Bar. in d. l. ſi de eo. § ſi forte. De quo infra etiā nu. 86.
Quin etiam ignoranti poſſeſſio tum ciuilis perit. non
quod animum recuperandi ignorans deſpondeat; aut à
repulſione timeat, ſi ad recuperāndū accedat. eū nul-
lus ſit ad ignorata animus. l. tres fratres. ff. de pactis. l.
cum aquiliana. ff. de tranſact. l. mater. ff. de inoffi. teſta.
l. 2. in fi. ff. ſolut. mat. & alia compluria. verū ideo ciui-
lem hoc caſu ignorans amittit, quod meliorem ignoran
tis quā ſcientis eſſe conditionem non oportet Alex.
73 poſt Cuma. in l. quod meo. §. fi. j. eo. Reſpondetur, † dam-
num, & hic in ciuilis interitu & conſolidatione cum
naturali facta, poſſeſſori priori in poſſeſſione recupe-
randa non contingere. Siquidem non minus autho-
ritate ſua poſſeſſionē recuperare, atq; ante iacturam,
aut amiſſionē eius, poſſeſſor permittitur, ſi præſtare
poſſit. Neq; ex continenti tantūmodo permitti tunc
recuperatio ſolet. Sed cum recuperandi oblata occa-
ſio, aut facultas erit. Sic quomodo in tractatu, & effe-
ctibus ciuilis oſtendemus.

Apparet ex his, à conſolidatione hac ciuilis cū na-
turali, neq; in poſſeſſorio retinendæ, neq; recuperādæ
damnū vllum ad poſſeſſorem antiquū non recidere.
Quod ſi in fructibus quærendis, aut vſucapione indu-
cenda damnū intuemur, æquè fraudem conſolidatio
hæc non affert. quandoquidem poſſeſſoris malæ fidei, neq;
fructus, neq; rem ob fidem malā fieri, & dictum iam
nu. 56. & vberius infra dicetur in quinta parte poſſeſ-
ſionis huius naturalis, & in tertio eius effectu.

Si dixeris, diſpendioſam conſolidationem hanc
cum naturali iniuſta in hoc fieri, quòd & ſi maximè
vſucapiendi, aut fructus ſuos faciēdi commodo poſ-
74 ſeſſor iniuſtus non fruatur, commodo † ipſo tamen
præſcribendi poſſeſſorem antiquū ciuili amiſſa, care-
re, cum locum præſcriptio ſine poſſeſſione non ha-
beat. l. Deniq;. ff. ex quibus. cau. maior. l. 3. l. vſucapio. l.
naturaliter. l. ſine poſſeſſione infra titu. 1. vberius infra
nu. 243. Reſpondetur. Damnum, & hic non eſſe, quod in

patri-

Digitized by Google

patrimonio minuendo verſatur. Damnum quippe pati non videtur, qui lucrum non facit lege ſi legati ſerui. ff. de lega. primo lege quæro. ff. de iure patro. l. fina. ff. de obſeq. l. liberto octoginta. ff. de bonis liber. l. 1. §. ſimili modo; & l. qui autem in prin. infra de his, quæ in frau. credi. Bar. in l. quominus in ſecunda. q. & in fi. commentarij infra de flumi. Ea ratione niſi in patrimonio minuendo damnum non intelligitur. l. 3. ſupra de dam. infec. l. in honorarijs infra de actio. & obli. l. fi. C. de codicil. l. 1. C. de impo. lucrati. deſcrip. lib. 10. vbi lucri, & oneris, diſtinctio adhibetur. Sed enim patrimonio, aut rei familiari decedere eius non dicitur, ſi facultate præſcribendi caret. Lucrum demum rei non facit, ius cuius præſcribendæ non eſt. Hoc amplius odioſum hoc genus lucrum habetur, cum ab æquitate naturali præſcriptio abhorreat in Auctén. vt Eccle. Roma. in prin. ibiq; glo. in ver. annorum in fi. & in ver. præſidium. glo. in l. 1. in verſi. vel iniuria. ff. de nego. ge. De quo tamen verbis pluribus actum apud nos eſt in tractat. de antiquita. temp. parte. 4. nu. 194 227. & nu. 233. ad venetam, & primam excuſionem, & quicquid in præſcriptione dici finita ſoleat, odioſa nec ne æſtimetur. Interruptionem fauorabilem eius eſſe, nemo contradicit.

Sed obiecturus adhuc quiſpiam erit, inficias iri non poſſe, quin damno ex conſolidatione hac ciuilis cum naturali iniuſta, poſſeſſor antiquus afficiatur, quatenus ciuilem perdit. quæ res ad patrimonij diminutionem pertinet. Reſpondetur. ſiquidem annorum 10. negligentia, amiſſio contingit, amittentis culpa incommoditatem hanc interuenire. Atq; ideo rationem habendam eius non eſſe reg. damnum lib. 6. ſin autem confeſtim poſſeſſio ciuilis deperit. cum à potentiore facta occupatio naturalis eſt. caſui id fortunæ, aut facto aſſignandum. namq; cum niſi ex animo retentio ciuilis non fiat, & depoſitus animus per occupationem id genus ſit. non potuit ciuilis ad naturalem non ambulare. Quam tranſlationem tamen, aut conſolidationem cum iniuria amittentis approbandam lex non cenſuit, ſic quomodo monſtratum ante habemus nu. 56. 73. & ſeq.

75 Quod ſi quantum ad tertios † damnum in conſolidatione hac cum naturali iniuſta contemplamur. Cõtra quos interdicta retinendæ, & recuperandæ poſſeſſori iniuſto accommodari Bar. hic ſcribit nu. 11. Reſpondetur; iuſtam quantum ad eos poſſeſſionem haberi, apud quos nunquam fuerit, vt Bar. innuit. & expreſſius Abb. in c. veniens num. 27. verſi. Quapropter tenendo. de præſcriptio. vbi liberè, & iuſtè poſſidere quantum ad alios dicitur. quaſi dicat, non poteſt tertius, qui turbat, aut expollit, de iure antiqui poſſeſſoris opponere, quod vi, aut clam ab eo actor poſſideat; quia ſatis eſt, liberas actoris ædes quantum ad tertium excipientem eſſe. l. loci corpus. § competit. ff. ſi ſerui. vendi. l. 1. & 2. ff. ſi ager vectig. Atq; in ſpecie controuerſa ex tex. id declaratur in l. 11. in fi. & ſeq. infra vti poſſid. Idq; ratione etiam fortiore probatur, quod ſi de iure tertij opponere in petitorio non licet, longe minus in poſſeſſorio, quod priuilegiarium magis eſt.

Sed obiecturus prædictis quiſpiam erit, tu dicis, inutilem conſolidationem hanc ciuilis cum naturali iniuſta contra poſſeſſorem priorem eſſe. vtilitatem ab eã nonniſi contra tertium circa interdicta retinendæ, & recuperandæ contingere, vt hic apud Bar. nu. 11. Abb. in d. c. veniens nu. 27. Sed enim nec contra tertium frugi vllius eſſe conſolidatio videtur; ſiquidem commodum hoc interdictorum retinendæ, & recuperandæ afferre vel naturalis ſola poteſt. In qua naturali ſola Bar. & Abb. loquuntur. Quorſum igitur conſolidationem hanc ob interdicta hęc inducere, quatenus ad fructus ſuos faciendos, remve vſu temporis acquirendam ciuilis hæc vnita non prodeſt. Remedia enim inutilia ius aſpernatur. l. non cogendum in fi. ff. de procura. l. hæc ſtipulatio. §. diuus. ff. vt lega. no. cauea. l. 1. §. dixerit aliquis ſupra de publica.

76 Reſpondetur. vtilitatem † in ciuili, & interdicti retinendæ nomine, non deeſſe. Quid enim ſi poſſeſſio amiſſa naturalis ſit, interdictum ob eam exercen retinendæ non poteſt. quod niſi poſſeſſori non datur. §. hodie inſti. de interdic. l. 1. & per totum infra vti poſſid. vnde ſi ciuilem poſſeſſor habet, interdicto retinendæ vti ob ciuilem poterit. Aeque recuperandæ interdictum competere ob ciuilem poterit. quod ſuffragari in naturali non poteſt. finge enim à poſſeſſore hoc iniuſto rem cui in emphitheoſim conceſſam. Deinde tertium in dominum directum per emphitheotam recognoſci. ex recognitione hac naturali dominus directus non priuatur, quæ apud eum non erat. vtpote in emphitheotam ab eo tranſlata. Quocirca interdicto recuperandæ ratione naturalis experiri contra emphitheotam, aut tertium non poterit. vnde niſi ciuilis nomine reddi interdictum recuperandæ non poteſt. tantumdem probandum, cum in dominum directum, tertium quempiam feudatarius recognoſcit. Cauſa eadem ſi proprietarium alium fructuarius agnoſcit ciuili enim priuari dominus videtur.

Namq; cum ſolam ciuilem habeat, quæ ob directũ dominium competit, quod à Domino recognoſci vtili ſolebat, recognitione illa ceſſante, non poteſt ciuilis non amitti, perinde quaſi fundamentum, & cau-
77 ſa eius deficiat, ad quam hærebat. Exemplo & † altero vtilitas conſolidationis huius ciuilis cum naturali iniuſta declaratur. Cum ad poſſeſſionem naturalem iniuſtam Emphitheothæ, vaſalli, aut fructuarij ciuilis ſuæ tuendæ cauſa, & citra iniuriam omnem domini vtilis, Dominus ipſe directus accedit, nec à Domino ipſo vtili admittitur. Ciuili enim ſpoliatur eo modo, aut effectu cuius vti non licet. Atq; ideo interdictum ob eam recuperandam habebit. Quod ob naturalem non haberet, cum apud eum non eſſet. Exemplum; & aliud ex tex. deſumitur in d. l. clam. §. fi. Cum ad poſſeſſionem ſuam Dominus reuertens non admittitur. Ciuili enim tantummodo ſpoliatur. Naturali clam ante iam occupata. Quo caſu interdictum quod vi, & ex capite ipſo quod vi nonniſi ob ciuilem competit. ſiquidem clam, non vi occupatio facta naturalis erat. Exempla hæc dua poſteriora, quibus ob ciuilem ſolam interdictum recuperandæ datur, in d. §. deijcitur. Ang. refert. Ad exempla hæc ſi à glo. animaduertium in d. §. deijcitur. in ver. ciuiliter fuerat; ſudatũ ab ea tantopere non vnq; eſſet. Id tamen in expoſitione ibi ſenſiſſe vltima videtur. Cæterum præparce verſata legitur.

Exemplo tertio demõſtrari vtilitas poteſt, De quo infra nu. 173. Interdictum enim vnde vi habiturus ob ciuilem etiã ſi naturali clam à tertio occupata, ad eam que recuperandam accedens non admittitur, quo caſu ſpoliari ciuili videtur. Atq; ideo interdictum vndè vi habebit, eum niſi quod clam habiturus ob naturalẽ non foret, vt infra nu. 349. & num. 433. in fi. verſi. ſed enim; & ſi maxime vbi remedia, & alia commemorantur.

78 Si dixeris, commodi quicquam in ciuili † hac recuperanda non verti. naturali apud victum remanente. Quo caſu deinde perire ciuilis poteſt. Domino vtili in recognitione alterius, vel non admiſſione prioris permanente. Reſpondetur, vtilitatem in ciuili recuperanda eſſe. Quoniam recuperatione eius facta, cum ex retentione naturalis moleſtiam, aut turbationem in ciuili animoq; ſuo poſſeſſor patiatur. interdictum vti poſſidetis, aut retinendę ob turbationem hanc in ciuili proponet. Cæterum quia non aliter in poſſeſſione defendi

ſendi ciuili poteſt, niſi ſi reſtitutio naturalis fiat, qua non facta, turbatio ſemper durat. in executionem ſententiæ ſuper interdicto ipſo retinendæ, & turbationis prohibendæ cauſa, reſtitutio naturalis fit. Qui ſenſus glo. eſt in d. l. clam. §. fi. & Ang. in d. §. deijcitur quãuis ita expreſſim, aut ſignificanter non explanent De quo inferius etiam nu. 287. & nu. 347. Ad quem ſenſũ conferunt, quæ ſcripta habemus in l. 1. in prin. ſupra de op. noui nun. ob opus nouum demoliendum, interdictum vti poſsidetis accommodari, & per indirectum, aut conſequens neceſſarium operis depoſitionem ſequi. Contra dominum vtilem porrò per recognitionem reſtitutio ciuilis fiet, ad recognoſcendum eo coacto.

79 Sed obſeruandum circa effectum † conſolidationis ciuilis cum naturali iniuſta, qui adnotatus circa interdictum retinendæ eſt. Quod competere ob naturalem clandeſtinam, & amiſſam non poteſt, cum niſi poſſeſſori non detur. Namq; & naturalem hanc clandeſtinam, & formatam animo retineri ad ſimilitudinem formatæ, & iuſtæ Bar. hic viſum nu. 26. Quocum Iaſ. hic ſentit nu. 52. in fi. & ſeq. Conſequens opinioni huic fit, ob naturalem hanc iniuſtum interdictum retinendæ dari, quamuis amiſſa ſit, ciuilis exemplo. cuius nomine interdictum hoc, naturali perdita, competit.

Sed enim in ſententiam concedere Bar. neque, vt animo naturalis hæc retineatur, quam corporalem ipſe vocat. cum lege id expreſſum non inueniatur.

80 Quid autem non expreſſum dixi. Immo † enim naturali id denegatum videtur. quatenus niſi ciuili id tributum non legitur. l. 3. §. in amittenda in fi. & d. l. clam. §. fi. infra eo. l. licet. C. eo. De quo etiam ſupra eo. nu. 12. & infra nu. 393. Proinde quod vni conceſſum, denegatum alteri intelligitur. l. cum prætor. ff. de iudi.

Neq; arg. mouet, quod à naturali formata vſufructuarij à Bar. deducitur, animo eam retineri. l. 3. §. vnde vi. iuncto. §. ſeq. infra de vi, & vi arma. Quoniam ex diuerſis argumentatio fit, id eſt à naturali iuſta ad iniuſtam. Quæ ſatis tamen reſponſio non facit. ſiquidem iuſta poſſeſſio hæc quantum ad tertium credit. d. l. 2. infra vti poſsid.

81 Secundo igitur, & appoſitè † magis ad arg. Bar. reſpondetur. Inficias eundo, naturalem fructuarij animo ſimpliciter retineri. verum quaſi poſſeſſionem ciuilem animo retineri, quæ quaſi ciuilis in iure ipſo vſusfructus, non ex re ipſa conſiſtit. ſeu iuris ipſius, nõ rei cauſa competit Bar. in d. l. naturaliter in prin. & in l. 1. §. interdictum autem infra de vi, & vi arma, & dictum ante habemus nu. 52. Atq; in ſpecie ita Ripa hic animaduertit num. 71. verſi. tenendo communem, & nu. 75. De quo infra etiam nu. 128. 224. 248. 391. Atq; animo naturalem fructuarij non retineri, inferius etiã declaratur nu. 241.

Conſequens his ſit, veriorem glo. opi. videri in d. §. retinendæ verſ. quorum. in verbo nec clam. Ibi vel dic quod ſi amittat. inſti. de interdic. cui viſum eſt, naturalem poſſeſſoris clandeſtini amitti, qui de ſeudo exijt. quod ita accipitur, ſi in conſpectu res non ſit. ob id interdictum ei vti poſsidetis non competere vt Io. ibi fabri ſcribit nu. 5. At enim interdictum hoc haberet, ſi animo poſſeſſionem retineret. ſimiliter vt ob ciuilem dari diximus nu. 76. & ſeq. quæ animo retinetur, quamuis perempta naturalis ſit.

Apparet ex his, etiam poſſeſſionem naturalem non
82 formatam iniuſtam inueniri, quamuis vnita † cum ciuili ſit. Neq; arg. mutat contradictionem videri, vt iniuſta ſit, quæ ciuilis etiam eſt, vtpotè cum ciuili coniuncta, perinde quaſi poſſeſſionem iniuſtam ius approbat Quoniam generalis approbatio non eſt, at contra tertium, qui ius in poſſeſſione non habet, approbatio hæc limitatur, vt retinendæ is atq; recuperandæ interdicto teneatur. Contra dominum planè, aut antiquum poſſeſſorem approbatio non fit. vnde, iniuſta quantum ad eum poſſeſsio clandeſtina etiam poſt conſolidationem habetur. cum effectum conſolidatio niſi contra tertium non habeat. vt aliud viſum Iaſoni ſit. Ita nulla contradictio, cum effectum poſſeſſionis ciuilis niſi contra tertium non habeat. In qua re poſſeſſionem iniuſtam agnoſcere lex non dicitur. vtpotè quæ iniuſta quantum ad tertium non eſt. d. l. 1 in fi. & l. ſeq. infra vti poſſid. Itaq; non niſi contra antiquum poſſeſſorem iniuſticia hæc obſeruatur contra quem approbatio facta à iure non eſt. De quo ſupra etiam nu. 55. 75.

83 Non obſtat, eandem eſſe † vnitorum naturam, atq; ideo iniuſtam dici naturalem informem non poſſe, quæ vnita cum ciuili ſit cum pro vno vnita æſtimentur. Quia locum id haberet, ſi approbata ciuilis ſimpliciter, & quantum ad poſſeſſorem antiquum ſeu contra eum ſit. At enim approbatio facta niſi contra tertium non eſt. Quo caſu eodem vnitorum natura intelligitur, quia iuſta, & naturalis ipſa contra tertium æſtimatur. vel aliter, & expreſſius, locus argumento de vniis ita eſt, cum ſimpliciter, aut abſolute vnio fit, non idem, cum ex aliquo Ang. in conſ. 247. Punctus Papa vniuit. Caſtren. in conſ. 85. viſis dictis ordinamẽtis lib. 1. De quo infra etiam nu. 90.

Si dixeris, & contra poſſeſſorem antiquum effectũ in conſolidatione eſſe, ſi ex interuallo poſſeſſorẽ recẽtem antiquus ſpoliat, cui interdictũ recuperandæ cõtra antiquum datur iuxta no. in d. l. 3. §. cum igitur infra de vi, & vi arma, Reſpondetur, effectũ hunc à con-
84 ſolidatione non ſequi quatenus ob naturalẽ † ſolã locum id habet, ad quam reſtitui, & prædonẽ oportet, l. 1. §. ſi prædo. & l. bona fides. ff. depoſi. l. 1. §. qui à me vi. l. colonus, & l. cũ fundũ infra de vi & vi arma. §. recuperandæ inſti. de interdic. c. in literis. de reſti. ſpolia.

Sed quæſiturus hic aliquis erit. concluſio obfirmata, iniuſtam naturalem, & informem inueniri, quamuis vnio poſtea ciuilis facta cũ naturali ſit quo caſu quæ iniuſta naturalis initio erat, iniuſta eſſe. poſt conſolidationem contra poſſeſſorem antiquum non deſinit.

85 Nunquid † iniuſticia hæc in conſolidatione ſit à lege non approbata, vt in ſpecie. §. ſi vir infra ea. l. Ibi enim poſſeſſio vtraq; tam ciuilis quam naturalis in vxorem donatariam ex voluntate donatoris transfertur. De naturali dubitandum non eſt, cum prohiberi tranſlatio nequeat, vtpotè q̃ à facto ſeu natura pendet, vt ibi habetur. Aeque ciuilis ad vxorẽ ambulat, quæ retineri niſi animo non poteſt. d. l. 3. §. in amittenda in fi. d. l. clam. §. fi. & d. l. licet. C. eo. At enim animum poſſidendi non retinet, qui vltro rem, & poſſeſſionem eius alij omnino tradit. & à ſe abijcit. Idq; ex glo. etiam probatur in l. quod vxor infra eo. de qua mox dicemus, & cumulatius infra nu. 142. vbi Alex. & Crotum opinioni huic aduerſarij vocantur. Dubitari igitur non ab re poterit. nunquid iniuſticia in naturali verſari hac poſſit. Dubitandi porrò ratio in eo conſiſtit, quod facilius iniuſticia, quæ ſemel fuit durat, quam recens inducatur. l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui vel alie. iuris.

Sed enim iniuſtam, & hanc quod ad donatorem attinet, probari ex tex. videtur in d. l. quod vxor Ibiq; glo. declarat infra eo. vbi pro poſſeſſore ex titulo id genus rem poſſideri tex. ait. ergo vti prædo habetur. l. pro hærede. §. 1. ff. de peti. hæredi. l. non ſolum. §. quod vulgo infra titu. 1.

Viciola tamen, aut iniuſta id genus poſſeſſio non ſimiliter vt clandeſtina eſt, cum voluntate donatoris trãſlatio fiat. Quocirca ad fructus poſſeſſoris faciẽdos prodeſt, ſi in iure erratum ab eo ſit, qui vtilem donationem credidit, vt in d. l. quod vxor. glo. ſcribit.

Digitized by Google

Apparet ex declaratione hac, per contractum in-
utilem tranſlationem poſſeſſionis non modo natu-
ralis, ſed & ciuilis induci.vtpotè qua remota, locum
præſcriptio, nec contra tertium haberet, ſi donato-
ris, aut contrahentis res non ſit, æquè lucri fructus fieri
ex iuris errore non poſſent. ſiquidem à poſſeſſione
ipſa ciuili effectus omnis in vſucapione, & fructibus
quærendis conſtat.

Sed quod ſcriptum apud glo.eſt in d.l. quod vxor.
contra donatorem ipſum præſcriptionem ex titulo
vitioſo,& à iure damnato non induci,certamen acre
adeo apud Doct.ſuſtinet,vt non modo inter ſe, verũ
etiam ab ipſis met non honeſtè ſatis diſſideant. Quã
rem executi cumulatè ſumus in tract. de antiq.temp.
parte quarta.nu. 160. & pluribus ſeq.

86 Hic etiam obſeruandum, non † modo in ſpecie.d.
§.ſi vir. initio ipſo cum naturali iniuſta ciuilem vniri.
Sed & in ſpecie d.l.clam.§ fin. contingere id poſſe. ſi
à potentiore puta occupatio poſſeſſionis domino
etiam ignorante fit per ea,quæ ſcripta ante habemus.
num.72.

Sed quæſtio hic occurrit. Dictum eſt,non modo
naturalem formatam, ſed & informem iuſtam, &
iniuſtam inueniri. Cur non ciuilis nomen naturali
huic informi,aut cauſali tantummodo delatum,quæ
approbata eſt,ita vt naturalis nomen deſinat. De na-
turali formata ideo non loquor, ꝙ ciuilis in ea poſ-
ſeſſio intelligi propriè non poteſt. ſic quomodo mõ-
ſtratum in ſuperioribus habemus. Ad quæſtionem
hanc Crot hic reſpondet.nu 38. in fin. originis cauſa,
naturalis nomen acceptum,aut retentum. Ab natu-
rali quippè appræhenſione originem poſſeſſio habet.
87 Ab origine † planè potiuſquam ab approbatione ha
bendam denominationem eſſe, glo. oſtendit in l.1.in
princip ff.ſi pars hæredi.pet. & in l.2.ff.de poſ. hæredi.
peti.& quamuis approbanti etiam tribui actus poſſit.
l.lege obuenire ỹ.de verb.ſignif.glo.in l.3. §. de illo.in
ver.ex teſtamento.ff.pro ſocio.& glo.inſtit.de donat.
in prin. in gl.1.propriè id tamen nõ ita eſt,ſimiliter vt
prætoria propriè petitio hæreditatis non dicitur, quæ
approbata à prætore eſt, cum origo eius à iure ciuili
exiſtat glo.in d.l.1.in princ.ff.ſi pars hæredi.pet.

Sed obſtare rationi memoratæ videtur,ꝙ ea rece-
pta,naturalis etiam nomine dici, ſeu a naturali appel-
88 lari ciuilis † debebit.vtpotè q̃ a naturali oritur.Neque
ea carere patente poteſt. Tametſi nata ſemel abſque
ea conſiſtat. Idq; filiæ exemplo, quæ cum ad ortum
produci ſine matre nequeat, nata tamen ſine ea con-
ſtat l.3.§.Neratius.ỹ.co.ſ.Ruin.hic nu.11. in fin.verſi.in
eadem.glo.ibi. Ripa col.8.in prin. verſ.& ꝙ poſſeſſio.
& nu.76.in fin.ex actu tamen naturali citra naturalis
poſſeſſionis acquiſitionem, naſci ciuilem poſſe, infe-
rius declaratur. nu. 280.

Reſpondetur,ciuilis originem à iuris ciuilis appro-
89 batione † immediatè eſſe, quamuis poſſeſſione natu-
rali mediante. A cauſa planè immediata vti potętio-
re fieri denominationem oportet.l. qui liberis. §. hæc
verba.& l.cum filio.ff de vulga.l.ſi ſolus in fi.ff.de acq.
hæredi l.filius patroni.ff.de bonis liber.& propius ſpe-
ciem, ex Areti.reſponſio hæc iuuatur in l. filius a pa-
tre.§.1.ff.de libe.& poſthu.legis, Hominis diſpoſitio-
nem non intelligi, tametſi hominis facto mediante
per legem inducatur.per tex.in l.interdum.§.1. in ver.
poteſtas iuris.ff.de hæredi.inſtit.Quem tex.ſcitu dignũ
ad ſententiam hanc Socin. vocat & inducit in conſil.
a 26.col.pen.poſt prin.verſi.confirmatur nam licet lib.
a Itaque cum a legę immediatè, & ex approbatione
eius,quamuis appręhenſione hominis mediante,poſ-
ſeſſio ciuilis detur, a iure ipſo ciuili, non ab homi-
nis facto, aut naturalis apprahenſione non iniuria no
men ductum.

Ratio ex his denominationis in poſſeſſione vtraq;
iuxta naturali,atq; ciuili apparet.Ideſt vt a cauſa pro-
xima denominatio vtriuſq; fiat.a naturali quippè ap-
prahenſione naturalis,a iuris ciuilis approbatione no
men ciuilis accipit.

90 Sed videndum in prædictis, namq; diſtinctio † na-
turalis facta in duplicem eſt, formatam & informẽ.
propriam & impropriam. vt impropria æſtimetur,
quæ vnita cum ciuili ſit,vt ſupra patet. nu.37.& num.
53.ex Bar.hic nu.25.verſi.tertia fuit opinio.Iaſ.nu.44.
verſi.adde circa tertiã vera enim diſtinctio hæc quan
tum ad ſignificationem nõ videtur, vt impropria in-
formis habeatur. Etenim cum duplicem poſſeſſionẽ
eſſe frequentius Doct.admittant, naturalem, & ciui-
lem.Cur propriè minus naturalis erit, quæ coniuncta
cum ciuili ſit. Quandoquidem vnio hæc tanta nõ eſt,
vt naturalis nomen pereat, & vnica tantummodo
poſſeſſio ſit.vti declaratum mox habemus.vnde locus
argumento nonniſi in vera,atq; ſimplici vnione eſt.
quæ ad ſubſtantiam vnã vnita reducit.l.in rem actio.
§.item quæcunq;. Ibiq́ue Bald. ff.de rei vendica.cum
alijs ſuperius relatis.nu.83. Atqui ſubſtantia vtraq; in
vnione hac durat,& naturalis & ciuilis.

Secundo arg.ipſum in Bart.& Iaſ.reijcitur. Namq;
91 ſi naturalem † obſeruamus, de qua in d.l. clam.§.fin.
poſt conſolidationem cum ciuili factam,propria ma
gis naturalis, quam ciuilis videtur. ſiquidem effectus
ſuos circa vſucapionem, & lucrum fructuum ciuilis
non habet. æque interdicta retinendæ, & recuperan-
dæ contra poſſeſſorem priorem nõ profert. vnde na-
turalis magis, quam ciuilis effectus ſunt, quos poſſeſ-
ſio illa coniuncta parit. Quod cum ita ſit, quomodo
naturalem abuſiuè eã appellabimus. Ab effectu quip-
pè rei proprietas cognoſcitur.l.cotem ferro.§.qui ma
ximos.ſupra de publica.l.vnic.§.ſed & ſi quis homini.
C.de lati.liber.tollen.§. quod in eis in authen. de nu-
pujs.cap.quod Dei timorem in primis verbis.de ſtatu
92 mona. Quinetiam † ab effectu potiuſquam a verbis
contractus proprietas dignoſcitur.l.ſi vno. in princ.ff.
loca l.ſi olei.C.eo.tit.l.inſulam.ff de præſcrip.ver. Bar.
in d §.qui maximos.& alia,de quibus in reſponſio no
ſtro pro Genero.num.109 verſi. Qua ratione.vberius
nu.205.& hoc vero eſt, quod dici ſolet, potiora ver-
bis facta eſſe.l.ſcire leges.ff.de ll.l.2. §. ignominiæ.ff.de
infam.l.ſi inſtituta.§.1.ff.de inoffi. teſta.l.fi.ff.de diuor.
& alia. De quib. in d.reſpon.nu.176.ver. inde dicimus.

Cui ſententiæ appoſitæ magis text.ſeruit. in l.vina-
ria.ỹ.de verbo.ſignif.Dolia & ſerias vaſa tamdiu vina-
ria dici, quamdiu vinum in eis eſt, quo remoto, no-
men & ipſum vinaria deſinere. Ita ſine effectu vini
vaſa dici vinaria nequeunt. Atq; ideo in denomina-
tione facienda effectum obſeruandum dilucidè tex.
ille oſtendit. ea ratione naturalis vocanda nomine
erit.vnde effectus poſſeſſionis exiſtunt.cum & rei ipſi
conſequens nomen ſit, quod ab appręhenſione, aut
inſiſtentia naturali deriuatur.

93 Secundo ab ethimologia propria † deduci, aut co-
gnoſci ſignificatio ſolet.l.pupillus. §. territorium. & l.
notionem.§.inſtrumentorum. infra de verb. ſignif.§.
fi.cum ibi no.inſti.qui da.tutor.poſ Bart.hic num.3.&
ſeq in l.liberorum.nu.9.infra de verbo. ſignif.Alex.&
alij in l.1.nu.39 ff.ſi cert.pet.Sed enim ab appręhenſio-
ne, aut facto naturali nomen ipſum naturalis poſſeſ-
ſionis tractum. ergo naturalis propriç dicenda no-
mine erit.

Tertiò ſi propter vnionem hanc impropriè natu-
ralem dicimus, quæ permixta cum ciuili eſt. ratione
eadem nec ciuilis dicenda propriè erit, quæ conglu-
tinata cum naturali ſit.perindè quaſi informis,& ipſa
habeatur, quæ formam ſuam peculiarem, & ſepara-
tam nõ habet.Idq; admittere, & Iaſ.videtur.d. nu.44.
verſi.

verſi. ſed capiendo ciuilem. Quare quid abſurdius,vt
neutra propriè poſſeſſio dicatur.

Quartò opinione hac admiſſa, vt impropriè natu-
ralis dicatur,quæ adiuncta ciuili eſt. conſequens fit,vt
naturalis poſſeſſionis appellatione in materia ſtricta,
coniuncta hæc non comprahendatur. cum propriè
94 in ſpecie ſtricta intelligi verba debeāt.l.3.§.hæc ver-
ba. ibiq; Bart.ff.de nego.geſt.l.ſi ita quis.§. is cui.ff.de
leg.2.l.ille aut ille.§.cum in verbis.l.non aliter.ff.de
leg.3.l.plautius ff.de auro & arg. lega.c.propterea.&
eſt.lb q; glo.in ver.moderationis.de verbo.ſigni. Sed
enim perſuaſum cuipiam iri hoc non credam, vt ad
naturalem hanc informem appellatio naturalis non
trahatur. quamlibet odioſa ſpecies ſit. præterquam ſi
materia aliud ſubiecta ferat.

Quintò regulæ iuris opinio hæc refragatur. Quo-
95 ties effectus non † mutatur, nominis etiam muta-
tione n ſilere.l.vnic.poſt prin. Ibi nam cum perſonæ
conditio.C.de impo.lucra.deſcriptio. lib.10. Quem
tex.in ſententiam hanc Bal.profert in conſi.52.in pri-
mis.lib.4.Idem vltra Bal.ex text. probatur ab oppoſi-
tis argumentando in l.2.§ appellata ff.ſi cert. pet.in l.
3.ff.de iure dot.d.l.vinaria. infra de verbo. ſignif.in l.ā
natalia.C.de feriis.in l.precibus.C.de proba.in c. admo-
nere.in princ.33.q.2.effectu perempto, & nomen ip-
ſum deficere.iuxta illud,ſi te priueris, nec nomen ha-
bere mereris. De quo inferius etiam.nu.152. Tantun-
dem igitur ex diuerſo, effectu ipſo conſtante nomen
quoque durare conuenit. Sed enim vim ſuā ob vnio-
nem,aut coniunctionem hāc poſſeſſio vtralibet non
perdit.ſiquidem ad vſucapionem, & fructus quæren-
do ciuilis,ad rem ipſam tenendam, atque defenden-
dam,& recuperandā,ſi amiſſa ſit, naturalis valet.Bar.
etiam & Iaſ.opinionem inferius profligamus.nu.299.

Neq; Iaſ.argumentum mutat, quod ab vſufructu
96 deducit, qui concretus † cum dominio eſt.vſumfru-
ctum propriè non intelligi,prout ſeruitus formata,&
perſonalis eſt. Quoniam ex ſeparatis omnino Iaſ.col
ligit.Ideſt ab impoſſibili ad id, quod impoſſibile non
eſt Eo enim ſeruitus admitti in vſufructu hoc nequit,
quod ſua cuiquam ſeruire res non poteſt, vti ſcriptū
ante eſt.nu.53.Quibus glo.adſuitur. inſtit. de vſufruct.
in prin.in ver.eſt ius.Iaſ.in §.æque.nu.2. & ſeq. inſti.de
actio.Ripa.in c.cum eccleſia Sutrina.num.61. de cau.
poſ.& propriè. Similiter vt ſui ipſius ſeruus quiſq; nō
eſt. Inde fit,vt perſona prima imperatiuum careat, ꝙ
ipſi ſibi nemo imperat.l.pen.ibiq; glo.2.ff.de arbit. Si-
gnorol.in conſi.112.nu.6.Diſcrimen enim interueni-
re inter Dominum,& ſeruum oportet. Similiter, vt
ipſi ſibi fideiuſſor eſſe quiſq; non poteſt.l.debitor.ff.de
ſeparatio. æque venditor, & emptor eſſe idem non
poteſt.l.1. in princip.ff.de rerum permuta. l pupillus.
§.item ipſe. ff. de authorit. tutor. Differentiam item
perſonarum præſentatio exigit,cum ſeipſum præſen-
tare nemo permittatur.c.per veſtras. de iure patro.cū
alijs apud Iaſ.collectis in l. cum filio. in quarto nota.
ff de lega.1. Ratio hæc impoſſibilitatis in poſſeſſione
naturali ſilet, quæ confuſa cum ciuili ſit. Quid enim
prohibet, tam naturaliter quam ciuiliter à domino
rem poſſideri.cum diſcrimen id perſonarum non exi
gat.Immo vni magis quam pluribus competat. d.l.3.
§.ex contrario.

97 Secundo ex præceptione Bar.opinio † hæc,ſeu Iaſ.
argumentum profternitur in l. ſi cōuenerit.§. ſi nuda.
ff.de pigno. action.ſaluam vniti naturam appellatio-
nemque aut vocem eſſe, vbicunq; principaliter, non
acceſſoriè vnitas ſit. Ea ratione ius nomenq; comita-
tus Toloſæ non intercidere,quamuis cum regno vni
tus Galliarum ſit. Id quia æque principaliter, non ac-
ceſſionis vice,facta vnio eſt. De qua re diffuſior apud
Ripam ſermo in l.3.nu.16.ff.de lega.1. Enimuero ac-
ceſſoriè conſolidatio hæc naturalis cum ciuili,non fit.
Immo enim ad poſſeſſionem ipſam naturalem acce-
dere ciuilis potius videtur, quæ parentem naturalem
habet, & qua ſeu actu quo naturali carere ciuilis nati-
uitas nequit.d.l.3.§.Neratius. De quo ſupra nu.11. 88.
& infra nu.191. Significantius nu.280.

His ita circa ſignificationē, & diſtinctionem poſ-
ſeſſionis naturalis in parte eius prima enarratis. Ideſt
duplicem eam eſſe formalem,& informem. cū quę-
ſtionibus, & explicationibus alijs, quæ circa ſpecies
ipſas naturalis verſantur. Pars eius ſecunda occurrit.
Quæ ad eam definiendam ſpectat. In qua re ſpecies
obſeruare eius oportet. Ideſt formalem iuſtā,de qua
in d.l.naturaliter.in prin.infra eod.& iniuſtam, de qua
in d.l.clam.§ fi.in d.l.colonos.& l. cum fundum. infra
de vi & vi arma.Rurſus informem, & ipſam iuſtam
ſpectare naturalem conuenit, quæ concreta cum ci-
uili eſt.Rurſus & informem. Quam niſi contra tertiū
iuſtam non eſſe oſtendimus per text. in d.l.1.in fi.& l.
ſeq. infra vti poſſid.

98 Naturalis formatę,iuſtæq; † definitio apud Bar.hic
traditur nu.9. Ripam num.33. Ideſt ius inſiſtendi iure
eſſe, quam poſſidere per legem licet. vnde effectus ci-
uiles produci iuris cuius à dominio diſiuncti,& quan-
tum ad naturales acceſſiones poſſunt. Idque videre in
fructuario eſt. qui vſusfructus ius à proprietate ſepa-
ratum,ex naturali hac,Bar.authore,præſcribit. Acceſ-
ſiones quoq; naturales,ideſt fructus ſuos facit. Natu-
ralem planè acceſſionem effectum dominij eſſe, ex
tex.Bar.oſtendit.in authen.niſi C.de bonis mater. Ad
glo.ibi Bart.animus ſpectauit. quæ dominij effectum
in dominio vtili obſeruat. Eo quippè vtile dicitur, ꝙ
vtilitatem, aut effectum ipſius rei domino vtili affert.
Quæ ex fructibus, & commodis rei vtilitas conſtat.
Ita vtilitatem hanc fructuum, & cōmodorum aliorū
naturalis fructuarij. Dominive vtilis poſſeſſio affert.

Si dixeris, ineptè dominij effectum in acceſſionibus
naturalibus poſt definitionis verba, à Bar.cōmemo-
rari. quaſi in fructibus ipſis quærēdis dominij effectus
verſetur,vt fructus ſuos faciat,qui dominus eſt.Siqui-
dem dominij hic effectus in naturali definienda non
ſpectatur, quem effectum dominium proferat. verū
poſſeſſionis ipſius naturalis formatæ, & iuſtæ effectus
diſeritur. Hoc eſt quem effectum poſſeſſio hæc,non
dominium ædat. Reſpondetur,de effectu duplici Bar.
loqui circa vſucapiendi, & fructuum quærendorum
ius. Cæterum quia niſi de iuris vſusfructus dominijvè
vtilis acquiſitione,aut præſcriptione tex.non loquun-
tur à Bar.relati, ad fructus etiam perinde quaſi domi-
nij ipſius effectum trahendos ſcribit. Secundum hoc,
ſenſus Bar.erit, ciuiles effectus in iure aliquo à domi-
nio auulſo, aut abſtracto, & reſpectu naturalium ac-
ceſſionum poſſeſſio hæc naturalis producet.

Sed quo pellucidas magis Bar.ſententia fiat, viden-
dum eſt, vtrum de effectu vno Bar.ſenſerit, vel ratio-
ne iuris,vel fructuum, an de vtroque tam iuris quam
fructuum. Subobſcurè hic Bar.loquitur. Primū enim
ciuilem effectum iuri tribuit à dominio ſeparato.De-
inde effectum illum reſtringere ad acceſſiones natu-
rales videtur, cum dictione reſpectu ſine copula vti-
tur à dominio ſeparati reſpectu naturalium acceſſio-
num. At enim de effectu duplici Bart. ſentire ex nu-
mero pluratiuo declaratur, aptum ciuiles producere
effectus.l.vbi numerus.ff.de teſtib.reg.pluralis locutio.
lib.6. Ita & de effectu iuris præſcribendi,& acceſſionū
naturalium ſentire Bar. videtur.

Si dixeris, effectum fructuum ab effectu præſcri-
99 ptionis exiſtere.Atq; ideo † non pluſquam effectum
vnum à poſſeſſione naturali gigni cum in conſequen
tiam præſcriptionis fructuum acquiſitio deſcendat.l.
illud.§.fi.ff.ad l.Aquil. Bal.in l.cum dotem.circa fin.C.

de

Digitized by Google

de iure dot.& in conſi.440. ſecundum ea,quæ propo-
nuntur nu.6.lib.5.Reſpondetur,locum argumento eſ
ſe,ſi niſi de fructibus Bar.non ſentiret,qui præſcriptio
ne ipſa impleta percipiuntur. At enim ad fructus re-
ferri verba eius oportet, quos bonæfidei ante poſſeſ-
ſor percipit, quam finita præſcriptio ſit,vt ad eos quæ
rendos naturalis fructuarij & eius,proſit, qui quaſi do-
minus vtilis poſſidet.

Conſequens reſponſioni huic ſit, Poſſeſſoris bonæ
100 fidei lucro fructus † cedere etiam ſi non quaſi do-
minus pleno iure, verũ vti fructuarius, aut Dominus
vtilis rē poſſideat. Inde ampliatio eius emanat,quod
apud glo.ſcriptum & Doct. eſt in l.& ex diuerſo. ff.de
rei vendica. Bonæfidei poſſeſſoris fructus fieri. Quod
idem Bar.admittit in l.quod nerua num.25.ff. depoſi.
Iaſ.in l.3.§.ex contrario.nu.40.verſi.Adde q̄ aliam ra
tionem infra eo. Expreſſius in l. Neſennius. §. 1. ſuper
gl.1.infra de re iudica.

Sed enim & à bonæfidei poſſeſſore, qui quaſi do-
minus pleno iure poſſidet,fructus reſtituendos, quate
nus locupletior factus ex eis eſt, in d. l. & ex diuerſo,
Bart. putat. idem Iaſ. admittit Secum diſſidens in l. ſi
me & Titium in 1.nota.Ibique Deci.nu.2.ff.ſi cer.pet.
Quæ frequentior opinio videtur Quamuis non mo-
do alij ab alijs de re hac Doct. diſſentiant, verum nec
ſecum ipſi conſtent. In quibus Bar.Bal.Alex.Iaſ.Curt.
ſen.& Ruin.leguntur. Qui modo aiunt, modo negãt.
Sed locus hic diſerendi non eſt. Inferius tñ & quidem
ſummatim opinio hęc poſterior cõprobatur.nu.311.

Satis igitur in præſentia erit, Barto. ſententiam de-
clarare, vt eam ei fuiſſe mentem dicamus, quemad-
modum ad dominium vtile; aut ius viuſfructus quæ-
rendũ poſſeſſio hæc naturalis formata valet, ita & ad
acceſſiones naturales, Dñij in quibus effectus verſat̃.

Lapſus tamen Bar.in definitione hac naturalis for-
matæ & iuſtæ apparet. Cum præſcribendi, & fructuũ
quærendorum ius naturali ipſi arrogat.Quod à quaſi
ciuili poſſeſſione produci demonſtratum ſupra habe-
mus num.52.& nu.81.

Satis hæc ad naturalem iuſtam & formatam defi-
101 niendam erunt. Naturalis † planè formatæ, atq; iniu
ſtæ definitio ex definitione colligi prioris poteſt, ab
oppoſitis argumentando, vt inſiſtendi ius quantum
ad tertium dicatur. cui ius in re non eſt ad effectus ciui
les contra dominum ineptum.

Secundo de naturali informi videndum, quæ con-
iuncta cum ciuili eſt. & quidem ſi vt iuſtam eam con
templamur definitio eius à Bart. hic exprimitur nu.6.
in fi.vt ius ſui rei inſiſtendi,quam poſſidere nemo pro-
hibetur. De qua definitione ſermo prolixior apud Do
cto. habetur, qui in primordio nominati commen-
tarij huius ſunt. Quæ definitio cum poſſeſſionem vtrã
que complectatur, iuris mentio ne facto,quod ad ci-
uilem etiam ſpectat,quadrare ad naturalem ſolã non
videtur,de qua verba hic fiunt.

Tertio igitur de naturali informi videndum, quam
diffinitionem ſola & per ſe obſeruata admittat,& qui
dem deſcribi ita poterit, vt inſiſtentia quædam in re
dicatur per tex.in hac.l.1.in prin.ita Iaſ.in d.l.3.§.ex cõ
trario nu.9.in ſecondo nota.

102 Ex naturalis huius informis † atque iuſtæ definitio-
ne.naturalis informis, atque iniuſtæ deſumi deſcriptio
poteſt. qualitate tantummodo iniuſtæ adiecta,vt inſi
ſtentia quædam & ipſa iniuſta in re dicatur. Aliter etiã
naturalis huius iniuſtæ deſcriptio ex Bar. hic decerpi-
tur num.10.in quantum corporalem deſcribit, vt ius
inſiſtendi in re dicatur,in qua prohibitio vlla poſſide-
di non vertitur. A quo iure retinendi & recuperãdi
effectus deſcendit. Definitionis cuius declaratio ex ſu-
perioribus oſtenditur. à tex. quæ potiſſimum pendet
in d.l.1,in fin,& l.ſeq.in prin.infra vti poſſi. vt niſi con
tra tertium ius in ea retinendi recuperãdique non ſpe-
ctetur. Contra antiquum vero poſſeſſorem nonniſi
recuperandi ius, atq; eo caſu contingit,quo ſpoliatio
ꝯ quam iure prohibitum, à priore facta poſſeſſore ſit.

Tertia tractatus huius poſſeſſionis naturalis pars in
103 diſcrimine eſt,quod † cum detentione habet. Quid
inter naturalem & detentationem diſtet. & quidem ſi
naturalem iuſtam ſpectamus tam formatam quam
informem. In obſcuro differentia non videtur.ſibi,nõ
alij eum poſſidere, qui naturaliter poſſidet, formata
vel informis naturalis poſſeſſio ſit. Etenim ſi ſibi do-
minus vtilis fructuariusve poſſidet,ius cui plenũ in re
poſſeſſione eius nõ eſt. Longe magis ſibi poſſidebit,
qui plenum ius poſſeſſionis, ideſt vtranque habet, ci-
uilem & naturalem. Quod aliter in detentatione iuſta
eſt, coloni puta, commodatarij & id genus aliorum
Domino quippe tam naturaliter quam ciuiliter poſſi
dent. l.1.§. deijcitur in fi. infra de vi & vi arma. & alia,
de quibus ſupra num.58.verſi. ſecundo in his. Differen
tiæ huius Deci.meminit in conſi.353.col.2.ante med.

Labor maior in poſſeſſione naturali iniuſtaq; ver-
104 titur, quid à detentatione † diſcrepet.& quidem ſi lar
gè detẽtationem accipimus, vt ad eam referatur, quæ
iniuſta eſt,& quam poſſeſſionem corporalem Barto.
nuncupat. De qua in d.l.clam §. fin.in d.l. Colonus. &
in d. l. cum fundum infra de vi & vi arma. impropriè
enim detentatio hæc habetur, cum ſibi, non alij id
genus detentator rem teneat. Differentia inter natura
lem iniuſtam & detentationem hanc non videtur. Tã
tundem quippe vnum, atque alterum pollet. Sin autẽ
ſtrictum aut propriè detẽtationem intelligimus. ideſt
quæ iuſta ſit. cum alij, non ſibi naturaliter & ciuiliter
detentator poſſidet. Euidens differentia videtur, quod
domino,non ſibi,vel domini nomine, non ſuo deten
tator poſſidet, vt hic apud Bar. nu.13. Iaſ.nu. 86. Rui-
num num.25. Crotum num.53. Ripam num.44. Ra-
tio alia eius eſt; qui naturaliter quamuis iniuſtè poſſi-
det. ſuo enim, non alieno is nomine poſſidet. Enar-
rata differentia hæc & ſupra legitur nu.58. Vnde occu
patoris nomine apposite magis poſſeſſorem vitioſum
dicemus. quo etiam vocabulo mos eũ appellari eſt

Ex differentia hac illationes infraſcriptæ cum ratio-
105 nibus earũ conſequuntur. Illatio † prima. interdi-
ctum vllum poſſeſſorium retinendæ, recuperandæve
detentatori iuſto non eſſe.d.l.1.§.deijcitur in fi. Ratio
ex differẽtia hac deſumitur. Quoniam cum dño,non
ſibi naturaliter & ciuiliter detentator iuſtus poſſideat.
fruſtra poſſeſſionẽ ratione, recuperareve laborat, quæ
apud eum non eſt. De quo ſuperius etiam nu.60.

Secunda illatio. Interdictum recuperandæ detenta-
tori iuſto cõpetere, qui iniuſtus eſſe incipit, & cauſam
poſſidendi ſibi mutat, poſſeſſionẽ interuertendo. quia
ſibi, non dño poſſidere ſe aſſerit. Huic enim à tertio
vim paſſo interdictum recuperandæ accõmodatur.d.
l. Colonus & d. l. cum fundum infra de vi & vi arma.
& alia, De quibus infra nu.126.verſi. Hoc ita.

Eadem ratione interdictum retinendæ habebit.d.l.
1.in fin.& l.ſeq.ꝯ. vti poſſid.ſed & ꝯ dñm interdictum
hoc permittitur, ſi poſt tp̄is ſpacium & ꝯ q̃ prohibitũ
iure eſt, poſſeſſorem vel iniuſtum deturbat, vt habet̃.
in d.l.3.§.cum igitur.eo.tit,de vi & vi arma.& dictum
ante eſt nu 84. prædonem etiam ſpoliandum nõ eſſe.

Et generaliter colono interuertenti interdictum vn
de vi competere, atq; ideo etiam ꝯ dominum Innoc.
ſcribit in c.bonæ.2.nu.4 de poſtul.præla.quem Archi-
diacon.ſequitur in §.q̄ autem nu.3.14.q.1.Bal.in l.ſi de
vi in fi.ff.de iudi. in 1.lect. in l.ſi de fundo nu.2.C. loca.

Si dixeris, abſurdã rem ex illationibus his conſequi
106 vt melior † prædonis, aut poſſeſſoris iniuſti, quã de-
tentatores iuſti cõditio ſit. quatenus iniuſto poſſeſſori
conceditur, quod iuſto tributum detentatori non eſt.

Quod

Digitized by Google

Quod iuri prorſus exagitat. l. ſiue hæreditaria. ff. de nego. geſt. l. & poſt ædictum. §. fi. l. creditor. §. 1. ff. de iudi. l. ſi a domino. §. ſi prædo. ff. de petitio. hæredita. l. non ſolum. ff. de noxal. l. 3. § 1. ff. de donat. inter virum & vxor. l. ſeruius infra quod vi aut clam. l. ex conſenſu. §. 1. infra de appella. cap. 1. de poſtul. c. contingit de dolo & contu. cap. cum qui de præben. lib. 6. De quo ſupra etiam numero 65. Reſpondetur. Ex iuſtitia ipſa atque ex voluntate detinentis hoc contingere. Namque cum alij, non ſibi poſſideat, atque ideo ſua non interſit, fieri non poterat, vt interdicto quo vti poſſeſſorio poſſit. Quandoquidem poſſeſſio apud eum vlla non eſt, quam ipſe retineat, aut recuperet. Vnde quo caſu intereſſe, ſua poſſit, atque æquum ei ſubueniri ſit, paratum iudicis auxilium, aut actio in factum erit. l. Aquilius. Ibique glo. fin. ſupra de dona. Barto. in l. rem quæ nobis numero 1. in fin. Ibique Socin. numero 6. Ripa numero 18. infra eod. Ruin. in conſilio 51. nu. 3. lib. 4. gl. huc accedit in l. & ideo. §. fin. in fi. ff. de condi. furti. quæ actionem in factum & conditionem incerti competere ait.

Sed & contra dominum ipſum Colono & detentatori id genus, officium iudicis, dari, ſi per iniuriam à domino expellitur. Bald. ſcribit in l. ædem numero 2. C. loca. Ripa in dicta l. rem quæ nobis numero 18. & ſequen. Idem vltra Ripam, ex Caſtren. probatur in dicta l. ſi de vi. numero 16. ff. de iudi. in ſecunda lectu. Remedium item ex canone reintegranda contra dominum Colono prodeſſe, ſi iniuſtè ab eo Colonus deijcitur, in dicta l. ædem Bald. ſcribit. numero ſecundo. Idem in dicta l. rem quæ nobis Socin. ſentit numero 6. Ripa numero 21. Ibique rationem diuerſitatis inter poſſeſſorium ex d. canone reintegranda. & interdictum vnde vi. Socin. adſcribit. Eadem opinione Ruinus vtitur in conſi. 12. in fin. lib. 4. Caſador. in regul. cancel. deciſ. 14. nu. 8. fol. 25.

Illatio tertia ex prædictis ſequitur. Conſolidatio-
107 nem ciuilis † cum detentione vera & propria nunquam fieri, prout à facto mero citra ius omne, pendet. Ideſt cum domino, non ſibi Colonus & id genus alij poſſident. Illatio hæc & ratio eius ex prædictis deſcendit. Namque cum poſſeſſionem vllam naturalem detentator non habeat, quomodo conſolidatio fieri cum eo poterit, quod non eſt. Subiecto quippe carere qualitas non poteſt. l. manumiſſiones. ff. de iuſtit. & iure. l. 2. ff. de vſufruct. l. eius qui verſicu. quas vero. ff. ſi cert. peta. l. ſi ſeruum. §. ſi modus. ff. de actio. empti. l. 4. ff. loca. & alia non pauca. Inde fit, vt in eo ſpoliatio non cadat, qui nunquam poſſedit. gl. in cap. bonæ 2. in ver. de gratia. de reſtitu. ſpolia. Idque ex text. oſtenditur in d. l. 1. §. deijcitur. infra de vi & vi arma. ob id enim interdictum vnde vi Colono non datur, quod ſpoliatio, aut vis intelligi non poteſt, apud quem poſſeſſio non fuerit. Atque in ſpecie detentationis huius, conſolidationem eum ea ciuilis non fieri. Iaſon notat in dicta l. clam. §. fin. colum. fin. nume. 71.

Illatio quarta ex prædictis deducitur. Interuerſione in detentatore interueniente, conſolidationem ciuilis cum naturali ad eundem modum fieri, atque in poſſeſſione naturali & clandeſtina ſcriptum ſuperius habemus. cum in text. exponendo verſaremur in dicta l. clam. §. fin. nu. 54. verſic. Apud occupatorem. Ibique conſolidationem limitatam in tertium oſtendimus. Domino porrò poſſeſſori innoxiam priori diximus.

Differentia ex his inter naturalem iniuſtam & detentationem apparet, quòd ſuo in illa, alieno in hac quis nomine poſſidet.

108 Differentia altera intereſt, quòd ius † inſiſtendi in re, ſuapte natura habere detentatio non poteſt. Verum cauſam quam exteriorem & ipſam iuſtam ius hoc inſiſtendi deſiderat. veluti cum iudicis iuſſu, aut ex decreto primo, cuſtodiæ cauſa, rem quiſpiam poſſidet. vti cuſtos enim, non ſibi tamdiu is poſſidet, quamdiu ex decreto ſecundo conceſſa poſſeſſio ſit. l. 3. § fin. infra eod. l. cum legati infra quibus ex cau. in poſ catur. l. ſi duo. §. creditores infra vti poſſid. Iaſ. in l. 3. §. genera in ſeptimo nota. infra eodem. Cauſa eadẽ detentationis Coloni eſt, qui poſſeſſionem non interuertit. Ius enim inſiſtendi niſi ex cauſa qua iuſta accedente non habet. veluti cum locatione finita, impenſas in re factas dominus non reſtituit. Ius enim inſiſtẽdi & retinendi ob cauſam hanc impenſarum Colonus habet dicta l. Colonus in fin. iuncta glo. infra de vi & vi arma. l. planè & l. fin. ff. de peti. hæredi. l. ſumptus. ff. de rei vendica. l. in hoc iudicium in prin. ff. commu. diuid. l. ſi in area. in fin. ff. de condi. indebi. l. in rebus. § poſſint. ff. commoda. l. domos. ff. de lega. 1. l. qui iniuriæ. §. fin. infra de furtis. l. in ſumma. C. de pignor. & ius inſiſtendi niſi ex cauſa qua iuſta per detentationem non eſſe. Tradit Iaſ. hic nume. 36. verſi. tu reſponde, quod detentatio. Horman. numero 48. verſic. Secunda ſolutio. & expreſſius nume. 51. Cauſa alia poſ-
109 ſeſſionis † naturalis quamuis iniuſtæ eſt. Ius enim inſiſtendi per ſe, ſponteque ſua habet, vt cauſa qua iuſta extrinſecus non accedat. Poſſeſſionem quippè iniuſtam couſque quis retinet, in eaque inſiſtit, vſque dum ab ea eiectus legitimè ſit. Ideſt, aut per iudicem, aut à poſſeſſore antiquo iure ſuo ex ciuili, dum incontinenti modo id fiat, vt habetur in dicta l. 3. §. cum igitur infra de vi & vi arma. Idque ex his etiam declaratur, quæ de prædone ſupra dicta ſpoliato ſunt nu. 84. Reſtituendum eum ante omnia eſſe.

110 Multiplex ex his † detentationis ſignificatus declaratur. Largior, largus & ſtrictus. Largius detinere poſſeſſor verus dicitur, apud quem poſſeſſio vtraque eſt naturalis & ciuilis. Siquidem rem is detinet, à quo naturaliter poſſidetur. Inde fit, vt ex detentione poſſeſſio præſumatur. Veluti cum vxoris res maritus detinet, poſſidere enim vti proprius cenſetur, niſi contra vxor ſuas eſſe oſtendat. l. ſecunda. Ibique glo. C. ne vxor pro mari. glo. Barto. & alij in l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoque infra de verborum obligatio. glo. in capitu. Pontifices ſeptima quæſtio. prima. Angel. in l. qui vias. §. primo ſupra de damn. infect. Alexan. in conſilio 112. colum. prima libro ſexto. Deci. in conſilio quinquageſimoſexto numero tertio. Non ſolum autem naturalem, ſed & ciuilem poſſeſſionem ex detentatione præſumi, Socin. ſcribit in conſilio decimoquinto numero ſecondo lib. quarto ex Barto. in dicto §. hæc quoque. Bald. in l. ſecunda quæſtio. nona. & ſequen. C. de ſeruitu. Bald. huc præter Socinum, accedit in l. prima numero vigeſimotertio. C. de ſeruis fugit. vbi ex naturali poſſeſſione ciuilem præſumi ait. De quo Bald. dicto Iaſ. meminit in §. ſic itaque numero trigeſimoprimo inſtit.
111 de actio. Sententiæ huic vltra Iaſ. appoſitæ † Oldra. ſeruit. in conſilio 209. numero quarto vbi quamuis aliud poſſidere ſit, atque in poſſeſſione eſſe dicta l. officium. ff. de rei vendica. l. ſi quis ante infra eod. Attamen hoc ipſo, quòd à quopiam res tenta probatur, ab eo quoque poſſeſſam intelligi. Ita ex tenuta, aut detentione ſola poſſeſſionem præſumi Oldra. putat. Quod idem glo. Barto. & alij ſentiunt in dicta l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoque. Secundum quæ, & in vera, propriaque poſſeſſione detentatio quoque inerit. Nõ enim rem tenere, aut detinere non poteſt, apud quẽ poſſeſſio eius naturalis, iuſtaque eſt. Ex ſignificatione tamen id latiore fit. generalius verbum detinere accipiendo, non in ſpecie & propriè, prout à poſſeſſione ſeparatur. & diſtinguitur.

Digitized by Google

112 Vice quoque verſa poſſidere † etiam qui detinet,
dicitur, poſſeſſionem largius & in genere accipiendo,
vt hac. l. in prin. apud Alexan. numero 18. Iaſ. nume.
36. verſicu. huic difficultati. Horman. numero 48. per
text. in dicta l. 3. §. fin. infra eod. titu. dicta l. cum legati
infra quibus ex cau. in poſ. eatur.
Idem Alexan. ſcribit infra ead. l. §. adipiſcimur nu-
mero 9. glo. huc vltra eos, accedit in cap. cauſam in
verſic. detinere. de præſcrip. quæ pro ciuili poſſeſſione
detentionem accipit. Pro qua ſententia tex. etiam nu.
proximo afferuntur.
113 Secundo largè pro poſſeſſione † naturali, & iniu-
ſta detentio accipitur. De qua in dicta l. clam. §. fin. in-
fra eod. in dicta l. Colonus. & in dicta l. cum fundum
infra de vi & vi arma. Atque ex text. id ſignificantius
declaratur in l. communi diuidundo. §. neque Colo-
nis. ff. commu. diuid. & in l. 1. C. commu. de vſucap.
vbi naturalis, corporalisve poſſeſſio dicitur, quæ apud
colonum eſt, de quo mox etiam dictum nume. pro-
ximo eſt. ſi naturalis in colono largè exprimitur, qui
ſibi omnino non poſſidet. Cur ex diuerſo, largè etiã
detinere is non dicetur, qui ſibi, quamuis iniuſtè, natu
raliter verè poſſidet, vt eadem ſit contrariorum diſci
plina. l. 1. ff. de his, qui ſunt ſui vel alie. iuris.
114 Tertio ſtrictim, propriè † & in ſpecie, in eo deten-
tatio ſpectatur, qui alij, non ſibi pacto vllo poſſidet.
Cuiuſmodi Colonus, commodatarius & cæteri hoc
genus ſunt. Qui pro alio omnino poſſident, ita vt nec
naturalem neque ciuilem, iuſtam, iniuſtamve ha-
beant. Atque ideo interdicto quo vti poſſeſſorio ne-
queunt. dicta l. 1. §. deijcitur in fin. infra de vi & vi ar-
ma. Ad ſpeciem hanc detentionis propriæ & ſtrictæ
text. pertinet in l. officium. ff. de rei vendica. in l. 3. §.
fin. cum l. ſequen. ff. ad exhiben. in l. ſi finita. §. Iulia-
nus ſupra de dam. infect. in l. tertia. §. fin. l. interdum. §.
fina. in l. ſi quis ante. in l. quod meo & l. ſi aliquam
infra eodem. l. non ſolum. §. quod vulgo verſi. Cum
ergo. infra titu. 1. dicta l. cum legati infra quibus ex
cau. in poſ. eatur. in dicta. l. ſi duo §. creditores infra vti
poſſid. in dicta l. 1. C. commu. de vſucap. de quo infra
etiam nume. 15. verſi. idque locum. Detentionis hu-
ius Barto. hic meminit in fin. prin. Ripa numero 44.
cum detentionis ipſius definitionem profert. Iaſ. in
d. l. 3 § genera in ſeptimo nota. inf. eo.
Hicque in detentione obſeruandum, quæ cuſto-
diæ cauſa accidit, & de qua in dicta l. 3. §. fina. infra
eod. in dicta l. cum legati. in dicta l. ſi duo. §. credito-
res. Qua ratione conductione finita, locum coloni
detentatio non habet, ita cuſtodiæ cauſa remota, de-
tentationem etiam deſinere, vt apud Batto. hic in fin.
princi.
115 Differre tamen † inter coloni detentionem & eam
videtur, quæ cuſtodiæ cauſa permittitur, quòd volun
tate domini illa occurrit. Domino hæc nolente de-
cernitur. l. inter ſtipulantem. §. Stichum infra de ver-
bo. obliga. Cuſtodia tamen & in voluntaria præſtan-
da, Atque in depoſito id in primis dicta l. officium. l.
licet. §. 1. ff. depoſi. Coloni planè & commodatarij de-
tentio à cuſtodia principaliter non euenit.
Inde Ripæ hic imperfectio declaratur numero 44.
116 cum detentionem † definit. Eam quippe tantum-
modo definit, quæ a cuſtodia pendet. Coloni planè
detentio non enarratur. qui cuſtodiæ cauſa non de-
tinet, cum ſuos fructus, aut omnes, ſi mercedem
pendit, aut nummis colit, vel in partem ſuos facit. ſi
partiarius eſt. Quare ita Ripæ ſuppleri definitionem
conuenit. Vt nuda facti inſiſtentia dicatur. quæ cu-
ſtodiendi, aut fructuum ſeu commodi, aut vſus al-
terius cauſa conceditur. commodum enim ad deten
tationem coloni ſpectat. Vſus ad commodata-
rium, quamdiu re vtitur. De qua detentione text.
loquitur in dicta l. officium. l. in commodato. §. ſicut
ff. commoda. Ruin. hic numero 25. verſicu. Secun-
do non obſtat.
117 Rurſus obſeruandum, à Ripa † detentionem diffi-
niri, Batto. opinione admiſſa, vt facti meri deten-
tatio dicatur. Sed enim facti meri non videtur, quæ
Colono, aut cuſtodiæ cauſa ex decreto primo com-
petit. quatenus ratione iuris, quod habent, iſti deti-
nent. & quamuis in re ipſa ius non competat, atta-
men propter ius res detinetur. De quo etiam apud
Iaſ. hic nu. 86.
In quarta parte tractatus huius de naturali, id vi-
118 dendum, apud quos † poſſeſſio naturalis formata-
que ſit. De qua re ad text. decurrendum in dicta l. na
turaliter in princi. infra eodem. qui de fructuario lo-
quitur. In quo text. etiam loquitur in l. fina. in fin. in-
fra vti poſſid. Ad glo & Docto. in dicta l. 3. §. ex con-
trario. Ibique Iaſ. nume. 47. & 75. vbi idem in emphy-
theota & vaſallo obtinere ſcribunt. Sed & idem in
eo, qui ad tempus longum conduxit, Iaſ. ibi ſcribit
numero 48. per glo. in l. ſi vt certo. § ſi duobus. ff. com-
moda. Idem vltra Iaſ. ex Fulgo. oſtenditur. in conſi.
2. in tertio dubio. & plura infra numero 402. Sed ge-
neralius in ſpecie hac Oldra. docet in conſilio 209. cir-
ca fin. apud eos poſſeſſionem hanc naturalem & for-
matam eſſe, quicunque ius aliquod non plenum in
re habent. Idque in fructuario & creditore oſtendit.
De creditore tamen vberius inf. dicetur. quia expedi-
tum non eſt, quod de eo Oldr. ait.
119 Sed dubitari hic poteſt. Quid † vbi finem ius eius
accepit, apud quem naturalis & formata eſt. vſufru-
ctu puta, aut dominio vtili extincto, nunquid conſo-
lidatio eius cum ciuili, iure ipſo, & citra factum, aut
appræhenſionem proprietarij, aut domini directi fiat.
Similiter vt cum naturali iure ipſo conſolidatio ciui-
lis fit. Apprehenſionem naturalis neceſſariam Ruin.
putat in conſilio 45. colum. 5. circa med. lib. 4. per text.
in l. cum hæredes in prin. infra eo. Idem ſentire & Imo
la videtur in conſilio 16. numero 4. verſicu. præterea
præſuppoſito. Quotiens in hæredem per ſtatutum
poſſeſſio continuatur, ad hæredem fructuarij natura-
lem ambulare, ſeu in hæredem continuari. Quod vti
que non fieret, ſi iure vſusfructus extincto, conſolida
tio iure ipſo cum ciuili naturalis fieret. ad ciuilem
quippe, non ad fructuarij hæredem abiret. Quod con
120 tra in ciuili eſt. † Quam iure ipſo, & citra vllum ho-
minis factum ad naturalem illico tranſmigrare, vt
amiſſa poſſeſſori eſt, ex text. & glo. probatur in l. ſed
& ſi nolit infra eod. Barto. in dicto §. ex contrario nu-
mero 11. Ibique Iaſ. numero 63. Idem Iaſ. hic ſcribit
numero 71. verſicu. item aduerte. A qua ſententia
Barto. etiam ſtat in l. ex aſſe in fin. ff. ad Trebellia. vbi
naturalem ipſam ciuilem fieri confeſtim exiſtimat
vt apud alium eſſe ciuilis deſijt.
Sed enim ius idem naturalis huius formatæ, atque
ciuilis eſſe. vt ad ciuilem naturalis hæc ſtatim & citra
factum vllum hominis, reuocetur Bald. putat in l.
prima quæſtio. 46. ff. de rerum diui quo cum Iaſ. ſen-
tit in dicta l. clam. § fin. in fin. Socin. iun. in conſilio 35.
circa fin. libro tertio. Quam opinionem potiorem ar
bitror. In qua confirmanda ſciendum, acquiſitio-
nem hic poſſeſſionis non verti, vt recens acquiratur,
at recuperationem, vt quæ translatu in alium erat, re-
cipiatur, & ad poſſeſſorem ciuilem redeat. facilius
121 porrò † quid recuperari, quam primum acquiri
proculdubio eſt. Dominium enim rei dotalis citra
traditionem acquiri marito non ſolet. l. dotalem. §.
1. ff. de fundo dotali. At enim marito ipſo à viuis di-
ſcedente, iure ipſo, nullaque traditione, ad vxorem
reuolat. l. in rebus. C. de iure dot. Barto. in l. ſi mora nu-
mero 4. & in l. ſi filio numero 3. in fin. ff. ſolu. matri.

Itaque

Digitized by Google

Itaque & ſi maxime ſine traditione, aut appræhen-
ſione acquiri poſſeſſio nequeat, ſine facto hoc tamen
iureque ipſo recuperari ciuilis vnius adminiculo po-
terit.

Secundò ſpeciem hanc proprius, ex glo. hic opinio
hæc adiuuatur in glo. ſecunda verſicu. ſed quid ſi non
122 eſt in conſpectu. quamuis ſine † appræhenſione, aut
conſpectus ope, cum in conſpectu res eſt, acquiri poſ
ſeſſio nequeat. vt hac. l. in princip. & §. ſi iuſſerim. & l.
quod meo. §. ſi venditorem infra eod. ſine appræhen-
ſione tamen, aut aſpectu recuperatur, dum prope
fundum tamen recuperator ſit.
123 Cauſa eadem poſſeſſionis † ciuilis eſt, quæ ſine na-
turali non acquiritur dicta l. 3. §. Neracius. quæſita ta-
men ſine ea retinetur, vt eadem. l. 3. §. in amittenda
in fin. & l. licet. C. eodem titu. Iaſon in dicta l. clam. §.
fin. numero 60. infra eod. De quo etiam ſupra nume.
12. 80. 88.

Tertiò ex tex. opinio hæc confirmatur in §. fina. in
fin. inſtitu. de vſufruct. iuncta l. 3. §. dare. ff. eodem titu.
Traditionem enim, ſeu quod traditionis loco eſt,
vſusfructus acquiſitio expoſtulat. dicta §. dare. Atqui
vbi finem accepit, iure ipſo ad proprietatem reuer-
124 titur. dicta §. fin. Reuertitur † enim verbum, de quo
ibi, ſicut temporis præſentis eſt, ita iure ipſo intelligi-
tur. glo. in l. iubemus. 2. §. ſane in verſicu. priuetur. Ibi-
que Barto. nume. 11. C. de ſacroſan. eccleſ. glo. in l. in
criminali in verſi. habeatur. C. de iuriſdi. omn. iud. in l.
ſi quis in tantam in glo. magna poſt med. verſicu. ſu-
per quarto quæro. C. vnde vi. Signorol. in conſi. 214.
numero 6. Bellamer. in conſi. 9. col. 10. Sal. in Auctēn.
hoc amplius quæſt. 3. C. de fideicom. Corn. in conſi.
312 col. 3. poſt med. lib. 1. Iaſ. in l. manifeſtæ col. fi. ff. de
iureiuran.

Reſponſio quarta ex eo deſumitur, quod ex Boe-
ri. in exitu quæſtio. huius inferius adnotatur. verſicu.
Hoc amplius.

Sententia hac ita confirmata, text. non obſtat in
dicta l. cum hæredes. quo pro opinione diuerſa Ruin.
vtitur. Quoniam in poſſeſſione acquirenda text. ille,
non recuperanda loquitur. Ita ex diuerſis Ruin. ar-
gumentatur, id eſt ab acquiſitione ad recuperationē.
cum ratione longè aliam vnius atque alterius eſſe, ex
prædictis liqueat.

Non obſtat, quod Imola ſcribit in dicto conſilio
16. numero quarto ad hæredem fructuarij continua-
tionem poſſeſſionis trahi, quæ ex ſtatuto fit. Quo-
niam id Imola non obfirmat. Immo enim contra
ſentit. Verum vbi continuationi locus ſine præiudi-
cio eſſet, tum vero licentiam proprietario eſſe, ex ci-
uili, quam habet, naturalem appræhendendi. Atque
ſtatuto locum continuanti non eſſe, in tractatu infe-
rius ciuiliſſimæ declaratur nu. 487. verſi. eadem ratio-
ne poſſeſſio naturalis.

Hoc amplius, cum vſufructu retento, donatio fit,
ex die ipſo donationis fructuario donatore mortuo,
cum ciuili naturalem conſolidatam fingi, Boeri. ſcri-
bit. quæſtio. 172. nume. 13. per l. quiſquis. C. de dona.
& §. finitur inſtitu. de vſufruct. & ex Guid. Papæ. quæ-
ſtio. 268. De quo Boerij dicto memoria inferius ha-
betur, idque roboratur numero 487. verſic. Eadem ra
tione. Qua fictione inſpecta, argum. ſilet ante obie-
ctum, impoſſibilem naturalis conſolidationem citra
appræhenſionem videri. Vidimus apud quos poſſeſ-
ſio naturalis & formata ſit.

In poſſeſſione planè naturali & in formi, quæ con-
iuncta cum ciuili eſt, ambiguitatem res non habet.
125 non niſi apud vnum eam eſſe, cum † in duobus con
tingere in ſolidum nequeat. l. ſi vt certo §. ſi duobus. ff.
commoda. dicta l. 3. §. ex contrario. l. duo infra de pre-
car. Apud eum igitur ſemper erit, qui naturaliter, &
ciuiliter poſſidet. Idque locum tum etiam habet, cum
detentio mera, iuſta tamen apud alium eſt. Colonum
puta, commodatarium, aut depoſitarium. Natura-
lem enim ſimiliter vt ciuilem nihilominus dominus
habet dicta l. officium. ff. de rei vendi. l. ſi pignus. Ibi-
que glo. 1. ff. de pigno. actio. l. ſi aliquam. l. qui vniuer-
ſas. §. quod per colonum. & §. fina. & l. quamuis. §. ſi
conductor infra eodem nota. in dicta l. ſi vt certo. §.
ſi duobus. Barto. in l. ſi quis in tantam numero trige-
ſimoſecundo. C. vnde vi Fulgo. in conſilio 194. co-
lum. 2. circa prin. Corne. in conſilio 137. in princi. lib.
3. Iaſ. in d. §. ex contrario nu. 12. Soci. iun. in conſi. 25.
in fin. lib. 2. Pro qua ſententia tex. dati & alij in parte.
3. ſunt nu. 114. verſic. tertia ſtrictim.

Inde fit, vt poſſeſſoriæ recuperandæ retinendæve
126 colonus & id genus † alij non habeant. cum recupe
rari, aut retineri poſſeſſio nequeat, quæ apud eos
non fuerit dicta l. prima §. deijcitur. glo. in cap. bonæ.
2. in ver. de gratia. de poſtula. præla. De quo ſuperius
dictum etiam eſt numero 60. & numero 105. Hoc
ita, niſi poſſeſſio interuerſa ab his ſit. dicta l. Colonus
& l. cum fundum infra de vi & vi arma. glo. in dicta.
§. deijcitur. in dicta l. ſi quis in tantam in glo. magna
circa med. verſi. nec obſtat. ff. eo. l. Colonus & dictum
ſupra eſt. d. numero 60. 105. verſicu. ſecunda illatio &
nume. ſeq.

Pars quinta tractatus huius de naturali, ad effectus
eius ſpectat, quos effectus afferat. & quidem ſi natu-
ralem formatam ſpectamus, de qua in dicta l. natu-
127 raliter in princi. effectus † eoſdem ab ea, atque a ci-
uili produci & animo retineri. glo. hic ſcribit verſicu.
& idem dico in quarto caſu Barto. nume. 9. & nume.
25. verſicu. oppo. ſi habeo. Idem Barto. in l. prima §.
interdictum infra de vi & vi arma. in l. prima. §. fina.
numero nono infra vti poſſid. Anchar. in conſilio vlti
mo numero duodecimo. in fin. verſicu. circa id autem
quod dicitur. & numero ſequen. Iaſ. in dicta l. clam.
§. fin. numero 14. verſic. limita iſtum text. Ruin. hic nu.
11. in fi. & in conſi. 49. num. 5. circa fin. verſi & licet na-
turalis lib. 4.

Pro qua ſententia text. datur in dicta l. tertia §. vn-
de vi. iuncto. §. ſequen. infra de vi & vi arma vbi vi ex
pelli fructuarius dicitur, qui ad fundum rediens ad-
miſſus non ſit. Atque ideo interdictum ei vnde vi da
tur. Expulſio hæc contingere non aliter poteſt, niſi
ſi animo naturalem formatam retentam fructuarij
admittimus. Namque ſi retentionem excludimus,
quomodo expulſum fructuarium dicemus, qui de
fundo diſceſſiſſet. Atque ideo corpore naturalem
amiſerat. Ea ratione non poterit naturalis hæc non
animo retinere, vtpotè qua retentione amora ſicut
in amiſſa intelligi expulſio nequit, ita interdictum
ob poſſeſſionem dari recuperandam non poſſet, quæ
non eſſet. l. manumiſſiones. ff. de iuſti. & iure. l. remit-
ti. ff. de iureiuran. & hoc genus.

Atque in ſpecie, expelli aut ſpoliari eum non intel
ligi nec poſſe, qui non poſſideret. glo. ſcribit in capit.
bonæ. 2. in verſi. de gratia. de poſtula. præla.

Si dixeris, habitum ciuilis in expulſione fructuarij
intelligi, vt expelli à ciuili dicatur. admitti id non po-
teſt, cum apud proprietarium ciuilis ſit. Non poteſt
igitur naturalis hæc fructuarij animo non retineri,
poſtquam interdictum vnde vi ob eam expulſo da-
tur. quandoquidem corpore eam non retinebat, cū
admiſſus rediens non eſt.
128 Sed obſeruandum, effectus † hos, qui naturali ipſi
formatæ adiudicantur, quaſi poſſeſſioni iuris vſusfru.
feudi, aut emphyteoſis, non naturali ipſi tribui per
ea, quæ in dicta l. naturaliter Barto. ſcribit in princi.
Iaſ. hic num. 62. verſic. circa ſecundam ſpeciem. Ripa
num. 34. nu. 71. verſi. tenendo communem. & nu. 75.

De quo ſuperius etiam numero 52. & numero 81. & infra nu. 241.

Effectum item interdictorum retinendæ & recu-
129 perandæ naturalis hæc formata & iuſta † non modo contra tertium, ſed & contra dominum directum aut proprietarium inducit, ſi à domino directo aut proprietario dominus vtilis, aut fructuarius inquietatur, aut expellitur Barto. in dicta l. prima §. fina. numero quinto in fin. infra vti poſſid. Ruin. hic numero 21. Neque nouum id videri cuipiam debet, quatenus & detentori iuſto iudicis officio, vel actione in factũ, aut conditione incerti, vel ex canone reintegranda, contra dominum ſuccurrendum, ſi per iniuriam turbationem facit, aut detentorem eijcit, teſtatum ſupra eſt num. 106. verſi. vnde quo caſu. Pluris porrò aliquid circa interdicta hæc tribuendum his fuit, apud quos poſſeſſio naturalis formata inuenitur.

130 Naturalis vero iniuſta formata † vel informis non niſi contra tertium interdicta hæc parit retinendæ & recuperandæ, vt hic apud Barto. nu. 11. Abb. in quarta quæſtio. Titius clericus colum. 4 poſt med. verſic. Ad idem adduco. & verſic. Nec ob. tex, in l. ſi cum mulier. De quo ſupra etiam num. 55. 75. 82. ſed & contra dominum effectus recuperandæ conſentit. qui tempore interpoſito poſſeſſorem iniuſtum deturbat ſecũdum ea, quæ habentur in l. 3. §. eum igitur infra de vi & vi arma.

Effectum alterum naturalis iniuſta etiam circa fru-
131 ctus † quærendos facit, dum fides tamen mala abſit. l. fructus. ff. de vſuris. l. de fructibus. ff. de dona. inter virum & vxor. glo. in l. quod vxor infra eo. Quibus in locis apparet, Lucro coniugis donatarij fructus cedere. Atqui iniuſtam eius poſſeſſionem eſſe, non dubitatur. l. ſi eum in prin. ff. de dona. inter virum & vxo. vbi iure ciuili poſſidere vxor non intelligitur, an donatio facta à marito eſt. Idem ex glo. oſtenditur in l. 2. C. ſi quis ignor. rem minor. Quæ fructibus quærendis obſtare non putat, quòd alienatio prohibita propter ætatem, aut ſolennitatis defectum ſit. Dum vitium modo a re abſit. Ideſt vitio affecta res non ſit. & fides aut bona interueniat, vel mala vacet. De quo plura Feiy. ſcribit in c. de quarta nu. 29. in ſecunda limitatione. de præſcriptio.

Si dixeris, ciuilem in effectu hoc vel initio ipſo cum naturali coniunctam ſic quomodo monſtratum ſupra eſt. nu. 85. Atque ideo effectum ipſum naturali tribuendum vni non eſſe. Reſpondetur, Flocci ciuilem hanc faciendam, quatenus iuſtam ob vnionem eius naturalem non fieri, declaratum ibi habemus. Quo circa perinde res eſt, ac ſi niſi naturalis vna non conſtet. Non negem tamen, cum naturali ciuilem coniunctam, & quoad fructus adminiculo potiuſquam impedimento ciuilem eſſe per ea, quæ ſcripta infra ſunt. num. 151.

Sed contradictio in effectu occurrere hoc videtur, vt ad fructus quærendos ita naturalis iniuſta proſit, ſi fides mala abſit. Namque quomodo fides abeſſe mala poterit, ſi iniuſta poſſeſſio eſt, vtpotè quæ ex contractu quæſita prohibito ſit Reſpondetur, ad eum ca-
132 ſum effectum † hunc in fructibus acquirendis pertinere, quo in iure error contingit donationis ſeu alienationis prohibitionẽ donatario, aut poſſeſſore ignorante, ita glo. docet in d. l. quod vxor infra eo. Quo caſu fides mala videri in eo non poteſt, Qui ignorans prohibitionis eſt. l. Iulianus. §. ſi tamen ignarus. ff. ad exhiben. l. argentum. ff. commoda. l. ex maleficijs. §. lõge minus infra de actio. & oblig.

Sed obiecturus aliquis erit, Reſtrictionem hanc recipiendam glo. non eſſe in d. l. quod vxor. vt fructus ſuos ex naturali iniuſta non aliter quis faciat, quam ſi erratum ab eo circa ius ſit. Cum generaliter text. loquantur in dicta l. fructus. ff. de vſur. & in dicta l. de fructibus. ff. de donatio. inter vir. & vxor. In quibus diſtinctio non adhibetur, erratum an non in iure ſit. Reſpondetur, neceſſariam glo. diſtinctionem, aut reſtrictionem eſſe. Quoniam errore iuris amoto, & ſcientia eius admiſſa, fides mala donatarij apparet. Namque ſi vitioſam, aut irritam eſſe donationem cognouit. Vtique in dominio donatoris rem manſiſſe, atque ideo ex re aliena fructus à ſe percipi intel-
133 lexit. fides planè † mala in eo oſtenditur, qui rem alienam ſciens habet, fructuſve ex ea percipit. l. item veniunt. §. petitam. ff. de petitio. hæredi. l. quæſitum ſupra titu. 1. l. ſi quis fundum infra eod. l. ſi ſeruus teſtamento infra de ſtipula. ſeru. l. bonæfidei à ſenſu contrario. infra de regul. iuris. l. penul. §. cum igitur. C. de furtis. cap. fina. in fin. de præſcrip. cap. ſi virgo 34. quæſt. 2. Barto. in l. illud ff. de petitio. hæredi. Bald. in l. poſt ſententiam numero octauo. C. de ſenten. tex. huc ſpectat in l. fina. circa fin. C. vnde vi. ſcire omnes debere, quod ſuum non eſt, ad alios id pertinere. malæfidei
134 reſtitui † vel percipiendi debeant. l. domum. l. ſi fundum & l. certum. C. de rei vendica. not. in l. & ex diuerſo. ff. eodem titu. Idque locum obtinet, vel cum tempore interpoſito fides poſtea mala accedit. l. ſed & ſi lege. §. de eo. ff. de petitio. hæredi. Rationem Iaſ. affert in d. l. 3. §. ex contrario nu. 37. in fin. verſi. ſed caue. infra eodem.

Illatio ex prædictis deducitur. à culpa lata fidem
135 malam † non induci. Quod ita declaratur. Culpæ enim latæ iuris error tribui, aut ignorantia ſolet. l. latæ infra de verborum ſignificatio. l. leges ſacratiſſimæ. C. de ll. l. conſtitutiones. C. de iuris & facti ignoran. glo. in l. liberorum. §. notatur in verſic. non iuris. ff. de infam. Barto. in l. quod neruа numero decimonono verſicu. iuxta prædicta quæro. ff. depoſi. Barto. & alij in l. iuſtè in fin. infra eod. Idem Barto. in conſilio 91. numero ſexto. Alexan. in conſilio 92. numero decimoquarto circa med. lib. 1. & in conſilio 43. numero decimoquarto. & ſequen. libro ſexto. At enim malæ fidei & doli excuſationem iuris ita error tribuit, vt fructuum lucro non obſtet. l. ſed etſi lege. §. ſcire. Ibique. Barto. ff. de petitio. hæredi. glo. in dicta l. de fructibus. ff. de donatio. inter virum & vxor. & in dicta l. quod vxor infra eod. Barto. in l. quod Nerua numero vigeſimoquarto verſicu. quinto fallit. Curti. ſenior. in conſilio 71. Princeps colum. penul. verſicu. vltimo pro condimento.

Inde ratio promptiſſima eius emanat, quod paſ-
136 ſim dictitatur, Cauſam † omnem vel iniuſtam ad doli excluſionem, atque ideo pœnæ excuſationem prodeſſe. l. igitur ſupra de libe. cau. glo. & Docto. in l. vni. § fina. in fine glo. magnæ. ff. ſi quis iuſdicen. non obtempe. in l. ſatiſque in glo. prima. ff. de in ius vocan. in l. Plagij in glo. ſecunda. C. ad l. Fauiam de plagiar. Barto. in l. prima in fin. infra de abigeis. Alexan. in conſilio nonageſimoſecundo colum. fina. lib. 1. & in conſilio 75. numero decimo verſicu. & non eſt dubium libro quinto Socin. in conſilio 108. numero 14. libro primo & alia compluria. Ratio inquam perſpicua, & fortior ex ſuperioribus ducitur, Etenim ſi ad lucrum fructuum faciendum cauſa hęc iniuſta, quę ab errore iuris exiſtit, non obeſt. Quantominus in damno ob futura depellendo erit, ne pœnam quis doli nomine ſubeat. Cum maiorem damni vitandi, quam lucri fauorem cauſa promereat. l. at ſi quis. §. ſed ſi adita. ff. de religio. l. iuris ignorantia & l. regula in prin. ff. de iuris & facti ignoran. l. profecticia. §. ſi pater repudiauerit. ff. de iure dot. l. Proculus 2. ſupra de damn. infect. l. ſi is cui. §. fina. infra de furtis. l. fina. C. de codicil. l. fin. §. licentiam. C. de iure delibet. l. ſi. C. de acq. poſ. & hoc genus.

Aduer-

Aduerſus illationem hanc Ioannes nobis Fran-
ciſcus Crauetta filius argumento hoc vſus die 6. Apri
lis 1568. Taurini & domi eſt. Verum non videri, fi-
dem malam à iuris errore atque ideo culpa lata non
exiſtere. Quoniam ſi ad eum caſum per iuris erro-
rem fructuum lucrum non impeditur, quo proba-
tio præſtita erroris eſt. veluti cum ad iuris aditum
prudentes eſt. Sic quomodo ſcripium nume. ſequen.
eſt 137. Iam iniuſta eſſe cauſa definit. Neque mutat,
iuris in quoquam ignorantiam non ferri. Quoniam
eo id pertinet, vt conſuli peritiores oporteat. Cæte-
rum conſilio prudentum non neglecto, cauſa in eo
iniuſta iuris error non videtur, à quo erratum in iure
eſt, cum iuris ſcientiam non profitetur.

Secundo in textibus prædictis d. l. fructus. ff. de vſur.
& d. l. de fructibus. ff. de dona. inter virum & vxo. ob-
ſeruandum, cum donatarij fructus fieri, ſcripnim in
137 eis ſimpliciter ſit. Innuere † non obſcurè videntur,
iuris errorem in donatario præſumi, vtpotè qua præ-
ſumptione remota, fructibus reſtituendis ob fidem
malam adſtrictus donatarius ſit. Quæ res iuris regulæ
in maſculo quidem maiore contradicit, iuris in eo er
rorem, in lucro maximè, non præſumi. l. 1. l. iuris igno
rantia. 2. & l. regula in prin ff. de iuris & facti ignor. l. 2.
C. eodem tit. Tantumdem in muliere circa lucra pro
bandum, text. docet in l ſi emancipata. C. de iuris & fa
cti ignoran. l. emancipata & l. iuris ignorantia. C. qui
admitti.

Ea propter Barto. & alij in d. l. ſed & ſi lege. §. ſcire.
ff. de peti. hæredi. text. memoratos, qui de fructibus
acquirendis generaliter loquuntur. ad eum caſum re-
ſtringunt, quo erroris huius in iure, probatio præſta-
tur. Idque & glo. ſentit in d. l. de fructibus. in d. l. quod
vxori. Alex. in conſi. 73 num. 11. lib. 2. in conſi. 121. an
te fi. lib. 4. Quæ recipienda ſententia videtur, quatenus
nec damni excludendi cauſa, iuris error præſumi in
maſculo maiore ſoleat Barto. in l. non fatetur num.
12. infra de confeſ. Alexan. in conſi 100. in fin. lib. 7. ex-
138 preſſius Socin. conſi. 59. nu. 17. lib. 3. ſed nec in † mu
liere præter caſus iure expreſſos, error præſumi iuris
ſolet, vt habetur in d. l. regula. § 1. & in l. fin. C. eo. titu.
Alexan. in conſi 42. num. 28. verſic. Quinimo etiam
quando lib. 1. in conſi. 46. in 2. dubio lib. 3. & in conſi.
165. nu. 7. lib. 6.

Sed obſeruandum, contrarium ſui ipſius Barto. vi-
deri in d. §. ſcire. Quo caſu enim fructibus quærendis
iuris errorem non obeſſe ſcribit, probationem eius
præſtandam ait. Deinde cum text. contra obijcit in l.
quemadmodum. C. de agri. & cenſi. lib. 11. & in regu.
qui contra lib. 6. Reſpondet, concluſionem limitan-
do, ne locum habeat, quotiens expreſſim lex actui
reſiſtit. Ibi enim fidem malam intelligi. Quod ſecus
eſſe ait, vbi expreſſim lex non reſiſtit, quamuis non
aſſiſtat. fidem enim tum malam non intelligi. Sic ab-
eſſe fides mala videtur, cum ius non reſiſtit. quamuis
erroris probatio iuris non fiat. Quod ſi poſt proba-
tionem eius fidem malam demum excludimus, tan-
tumdem dicendum & in iure reſiſtente videtur, mo-
do prohibitum naturaliter id non ſit, cui ius reſiſtit.
Quis enim dubitat, naturæ prohibitione remota, fidẽ
ab eo malam abeſſe, qui de iure inſcius reſiſtente eſt.
& quem inſcientem fuiſſe de eo conſtat. quia iuris pu
ta prudentes adiuit. Itaque aut contraria ipſi ſibi Bar.
loquitur. Aut ſi inter ius differre reſiſtens & non adſi-
ſtens credit, Recta eius ſententia non videtur.

Quo circa probabilis Bart. & Doct. differentia in-
ter ius reſiſtens, & non aſſiſtens non videtur, dum ra-
tioni naturali modo ius ipſum non repugnet. quod
actui reſiſtit. Rurſus Barto. diſtinctioni contradice-
139 re † tex. videtur in l. bonæfidei in prin. ſupra titu. 1.
vbi in re etiam pupilli, aut vitio reali affecta fructuum
lucrum ob fidem bonam admittitur. Quem tex. pro
ſententia hac Crot. obſeruat infra ea. l. §. ſi vir numero
13. in fin.

Secundo aduerſarium Barto. videtur, quod in d. §.
ſi vir contra Roma. Alexan. ſcribit. quotiens in fo-
renſem alienatio rei ſtabilis per ſtatutum prohibetur,
quamuis alienationi ſtatutum reſiſtat, fructus tamen
forenſis emptoris fieri, qui ignorans ſtatuti fuit. per
text. in d. l. de fructibus. iuncto text. in dicta l. ſi cum in
prin. eo. titu. & quamuis ab Alexan. in d. §. ſi vir Crot.
diſſideat nu. 10. Attamen d. nu. 13. in fin. tex. Alex. ſen-
tentiam iuuari, aut in d. l. bona fidei.

Mirum tamen facere non ſatis poſſum, quomodo
in quæſtione ſtatuti memorati altercatio facta inter
Docto. lit. cum à dubitatione omni vacua res videa-
tur. impedimento fructibus quærendis ſtatutum non
eſſe, cuius ignorans extraneus ſit. Eadem quippe ſta-
tuti atque iuris ratio communis non eſt. Ius enim
ignorare nemini licet d. l. leges ſacratiſſimæ. C. de ll. l.
conſtitutiones. C. de iuris & facti ignor. & alia, de qui-
bus ſupra nu. 135.
140 Cauſa alia ſtatuti eſt, in † quo admitti ignorantia
ſolet. l. qui cum vno in fin. l. qui commeatus in fi. infra
de re milita. vbi tironi militi ignoſcitur, qui rei milita-
ris diſciplinam ignorat. ſi in milite recens creato di-
ſciplinæ, aut iurium ignorantia militarium recipitur,
quanto magis ius idem ſeruandum in alienigena erit.
Quinetiam ex diuerſis omnino in quæſtio. controuer
ſa Doct. argumentantur, ideſt à iure ad factum. In fa-
cto quippe conſiſtit, ſtatutum quid ita eſſe. Vnde quã
uis ius commune ignorare princeps non intelligatur,
ſtatutorum tamen ignarus creditur, quia à facto non
iure pendent. cap. 1. vt nominatim tex. ait in cap. 1. de
conſtitu. lib. 6. Hoc amplius inutile ſtatutum videtur,
quo ignorantiam cauſari ſtatuti non liceat quotiens
iuſta ignorandi cauſa ſubeſt Iaſon. in l. penult. C. de
iuris & facti ignoran. in l. quamdiu. numero 11. C. qui
admitti.

Sed enim & ſi maximè ad ſpeciem controuerſam
attinere quæſtio non videatur, quæ in ſtatuto verti-
tur, Attamen ſatis eſt, argumentum Alexan. cum opi
nione hac facere, impedimento fructibus quærendis
iuris prohibitionem non eſſe, dum fides tamen mala
141 abſit. Quæ abeſſe haud † dubiè videtur, quotiens in
iure prohibitorio & reſiſteni erratum apparet. vtique
ſi ad prohibitionem hanc naturæ ipſius ratio non ac-
cedit. Quo caſu nec minori ignoſcitur, qui maior
quam annis octo eſt glo. in d. l. regula in prin. Alexan.
in conſi. 99. colum. fi. verſic. nec etiam obſtat id lib. 4.
in l. ſi quis id quod num. 7. & ſeq. ff. de iur. om. iud. vbi
minori ignoſcendum non putat, qui in ius ipſum na-
turale offendit.

Conſequens prædictis fit, ad fructus quærendos
poſſeſſionem naturalem prodeſſe, quamuis iniuſta
ſit. Dum fides modo mala abſit, cum in iure puta er-
ror verſatur. Sed obiecturus quiſpiam erit. Contraria
142 ipſi ſibi Crauetta loqueris. Concluſio † enim ſupe-
rius à te obfirmata num. 54. verſi apud occupatorem.
num. 56. 68. 73. & ſeq. & num. 85. Poſſeſſionem natu-
ralem informem ideſt cum ciuili coniunctam, atque
ipſam iniuſtam initio reperiri. Eiuſque rei exemplũ
de tex. captum in d. §. ſi vir. At enim in quæſtio. con-
trouerſa cum naturali ciuilem coniunctam in d. §. ſi
vir. non admittis. Quatenus effectum hunc fructuum
quærendorum, naturali, non ciuili tribuis. Vnde eo
ciuili effectus hic non vendicatur, quòd translatio fa-
cta eius non videtur.

Secundo concluſioni prædictæ à nobis vt ſupra
ſtabilitæ aduerſari tex. videtur in d. l. ſi cum in prin ff.
de dona. inter virum & vxor. qui ciuili iure ex donatio
ne inter coniuges rem poſſideri expreſſim negat. Quo

Digitized by Google

pacto igitur eum naturali initio ipſo coniunctam ciuilem dicemus.

Tertiò locum tranſlationi ciuilis in d. § ſi vir. non eſſe. Crot. ibi expreſſim aſſerit nu. 10. poſt. Alex. Idem Iaſ. ſentit infra ea. l. §. per procuratorem in quinto nota.

Reſpondetur, veriorem opinionem videri, quæ admiſſa à nobis ſupra eſt nu. 85. vt poſſeſſionis vtriuſque tranſlatio fiat. Idq; ratione coacta, & fortiore
143 probari. Quoniam † vbicunq; finem poſſeſſio ciuilis accipit, ad naturalem iure ipſo vel iniuſtam recurrit. d. l. clam. §. fi. cum l. ſeq. Ibiq; no. De quo vberius dictum ſupra habemus nu. 54. ver. Apud occupatorē nu. 56. 38. 73. & ſeq. nu. 120. & infra nu. 157. Sed enim finem in d. §. ſi vir. in donatore ciuilis accipit, quæ animo ſolo perit. ſtatim quam poſſidendi animum quis deponit, aut reſpondet. d. l. 3. §. in amittenda & §. ſeq. d. l. clam. § fi. cum l. ſeq. l. ſi id quod. §. fi. infra eodem. l. licet. C. eo. Idq; locum tum quoq; habet, cum alij poſſeſſio non acquiritur. vt infra eadem. l. §. per procuratorem. Ibiq; Iaſ. in quinto nota. l. quod meo. §. ſi furioſo infra eo. Bar. in l. ſi ego in fi. ff. de nego. ge. Crot. in d. §. ſi vir. nu. 6. in penul. nota. vnde cum finita poſſeſſio ciuilis in donatore ſit. Qui amplius poſſidere donando noluit, non potuit vna ſimul cum naturali ad donatarium non ambulare. ſiquidem iniuſta adeo naturalis iſta non eſt, atque in ſpecie. d. l. clam. §. fi. & l. ſeq. vtpotè cum ex voluntate donatoris donatarius poſſideat,

Secundo ſi poſt interuallū temporis quæ diſiuncta
144 à naturali ciuilis erat † & ſola retinebatur, ad naturalem ipſam recurrit. Ratio validior facit, vt ante ſeparationem ipſam cum naturali vnita ad donatarium abeat, fortior quippe naturalis ad ciuilem ſecū trahendam, vnione durante, q̄ ea diſſoluta, eſt in Auctẽn. de trien. & ſemiſ. poſt prin. c. 1. de feudo marchiæ. c. maioribus, & c. dilecto de præben. glo. in §. 1. in ver. ſufficere. in auctẽn. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. tex. huc ſpectat in l. Meuius. §. fi. ff. famil. her. fundū totū, & vnitū, non per partes æſtimandum. Id quia vt glo. ibi docet. Pluris totus, q̄ in partes diuiſus æſtimabitur. Idem ex tex. oſtenditur in l. Meuius. § in fundo. ff. de lega. 2. Bar. in l. vxorem. §. Agri plaga in fi. ff. de lega. 3.

Tertio ab opinione hac glo. ſtat in d. l. ſi eū in prin. in glo. 2. quæ ciuiliter rem poſſideri à coniuge donatā, ſine effectu tamen ait, cum reuocare donationem liceat. Idem expreſſius Ang. ait in l. 1. §. deijcitur in fi. infra de vi, & vi arma.

145 Opinione hac ita confirmata, tex. non † obſtat in d. l. ſi eum in prin. ff. de donatio. inter virū, & vxor. Quoniam ad ciuilem iuſtam tex. ille pertinet. ciuili iure poſſidere mulier non intelligitur. Ideſt ciuiliter, aut iuſte, non etiam eo tex. pertinet, vt in mulierem tranſlata ciuilis non ſit. Nihil enim prohibet, iniuſtam ciuilē inueniri. d. l. 3. §. ex contrario vbi non multū refere quod ad poſſidendi modum, aut genera attinet, iuſte quis, an iniuſte poſſideat. q. d. & ſi maximè variæ poſſidendi qualitas, aut varij poſſidendi modi interueniant, diuerſæ tamen poſſidendi ſpecies non inducuntur, ita vt ciuilis duplex poſſeſsio dicatur. ſemper enim non pluſquam vna ciuilis erit, quamuis varius ciuiliter poſsidendi modus inueniatur, iuſte videlicet, atq; iniuſte. Reſponſio hæc in d. §. ſi vir apud Iaſ. inuenitur. n. 32. in fin. verſic. ego teneo. quod illa doctrina. Barto. Ita ciuilem iniuſtam in reſponſione hac Iaſ. agnoſcit & probat.

146 In reſponſione hac † mutatus Iaſ. oſtenditur, ijs enim contradicit, quæ ſcripta ab eo hic ſunt nume. 71. verſic. item aduerte in d. §. ex contrario num. 63. verſi. ſucceſſiue quærit Bar. & in d. l. clam. §. fi. num. 44. vbi conſolidatione ciuilis cum naturali iniuſta facta, vt in ſpecie. d. l. clam. §. fi. iuſtam fieri poſſeſsionem putat, Quæ ad vſucapionem, & fructus quærendos proſit. In quam opinionem ratione impelli alia non potuit. quam quod iniuſta diſcerni ciuilis nequit. Quoniam ſi hoc genus iniuſta haberi ciuilis poſsit, cur non pro tali æſtimari in d. §. fi. & l. ſeq. debebit. Secundum hoc, ſecum Iaſonem pugnare non obſcure patet. ſiquidem impoſsibilitatis huius ratio æque in d. §. ſi vir. atque in d. §. fi. inuenitur. At enim iniuſtam in d. §. ſi vir. ciuilem arbitratur. Id quod impoſsibile in ſpecie, d. §. fi. credit.

Si dixeris, caſu diuerſo in d. §. ſi vir. textum loqui.
147 Ideſt cum inicio † ipſo conſolidatio ſit. Quod ſecus in d. §. fi. eſt Reſpondetur. Rationem eandem vtrubique contingere, Quid enim intereſt, inicio ipſo, an poſtea conſolidatio fiat. l. 1. §. ſiue autem. ff. de condi. ſine cau. l. ſi mulier. ff. ſolu. matri. l. ſed integrato. ff. rerum amo. l. vt liberis in prin. C. de collatio. Signorol. in conſi. 18 num. 2. & quod Bar. & Io. de Pla. ſcribunt in l. murileguli. C. de murilegul. lib. 11.

Secundo ſi rationem quam diuerſitatis inter conſolidationem, quæ inicio, & eam, quæ poſtea ſit, contingere Iaſon. credidit, cur iniuſta potius dicenda ciuilis erit, quæ inicio transfertur, quam quæ poſtea cōſolidatur. Immo enim è contrario potius admittendum, vt iniuſta ea eſtimetur, quæ à naturali ſemel diſiuncta, cum ea poſtea coniungitur, vtpotè debilior, per ea quæ dicta ante ſunt num. 144. potentiorem vir-
148 tutem eſſe, quæ vnita eſt. Rurſus † debiliora regulariter eſtimantur, quæ poſt interuallum fiunt. l. 4. §. ſi ab ignoto ſupra de manumis. Bal. in l. vni num. 19. in fi. C. ſi ſeruus extero Alex. in conſil. 28. nume. 6. lib. 5. Iaſ. in l. nemo poteſt num. 43. verſi. quarto principaliter. ff. de lega. 1. quamuis perpetuum Bal. Alex. & Iaſ. dictum non ſit, ne ex his ſimulatio arguatur, quæ poſt temporis ſpacium fiunt.

Tertio perplexitas quædam in reſponſione Iaſ. vertetur, vt iniuſta ciuilis dicatur, quæ ab iuris approbatione deſcendit, inde ciuilis nomen accipit, vt non aliud ciuilis, atq; iuſta polleat. Ad quā perplexitatem Iaſ. ipſe non dubiè cogitauit, eamque ſubſenſit, cum iuſtam ciuilem in ſpecie. dict. l. clam. §. fi. habuit In quam tamen oſtenſum ab eo in dicto §. ſi vir. apparet.

Contradictio, & altera in Iaſ. depræhenditur Nam que poſſeſsionem vtranque ad coniugem, cui donatum eſt, in d. §. ſi vir. ambulare ait, quamuis iuſta non ſit. Idque receptum ait. at enim ciuilem quidem donanti perire, ſed vxori non acquiri, non obſcurè Iaſ. idem ſentit in d. §. per procuratorem in quinto nota. infra ea. l.

Ea propter Iaſ. opinione poſthabita, aliter tex. ex-
149 ponendus † in dicta l. ſi eum. Quæ à ſuperioribus expoſitio pendet. Sed in ſpecie eam hic atque planius faciendam cenſui. Bifariam poſſeſsionem ciuilem obſeruando ſimpliciter, aut abſolute quantum ad omnia ſtrictius deinde, aut limitate quantum ad aliqua ſolummodo, Abſolute, & ſimpliciter, quotiens effectus omnes eius producit. Qui in præſcriptione, fructibus quærendis. Animi retentione, vt animo con ſeruetur, circa interdicta contra omnes recuperandæ, & retinendæ, in naturali autoritate propria excontinenti recuperanda conſiſtunt. De quibus effectibus loco ſuo, ideſt in tractatu ciuilis, & parte eius ſexta diſſeremus nu. 306. Ad quem modum rem meditando, ciuilis intelligi in d. l. clam. §. fi. & l. ſeq. & in d. §. ſi vir non poterit, ad inſpectionem ſeu declarationem hūc tex. pertinet in dicta l. ſi eum. ciuili iure ex donatione prohibita rem non poſsideri. ſimpliciter videlicet, aut abſolute, cum dominij acquiſitio, & effectus alij ciuiles ex ea poſſeſſione non contingant. Quæ res dubitandi

bitandi

bitandi rationem in tex.illo faciebat,ne liberatus ven
ditor ex traditione vxori donatariæ facta cenſeretur.
vtpotè quæ effectum iuris non habet. Perinde enim
150 † videtur, quod effectum iuris non habet, vt ſi fa-
ctum non ſit.l.nihil.§.1.ff.de inoffic.teſtam.l.ſi quis in
Senatore.& l.eos qui.ff.de ritu nupt.l.ſi quis ſub con-
ditione.ff.de teſta.tu.l.2.§.ſed & ſi ſint ſui.ff.de ſuis.&
legit.l.vnic.§.pen.C.de cadu.tollen.& alia non pau-
ca. Quo argumento non mouente, cõtra deciſum in
tex.eſt.Ratio planè decidendi ea eſt, ꝙ emptoris cul-
pa factũ eſt,quominus tradi res amplius poſſit. Quid
enim traditione ſemel facta,tradi amplius à venditore
re poterit. vnde ſatis illa facti traditio habetur regul.
damnum lib.6.Rurſus ſatis eſt de facto impleri,quod
vigorem habere iuris nequit.l.mulier.ff.de cõdi.inſti.
l.Meuius.ff.de condi.& demon.l.hæredibus.§.fin.ff.ad
Trebel.l.ſeruum.ſupra de manu.teſta.ſcitus text.ma-
gis in l.ſtichus ſi hæredi.ſupra de ſtatu lib.Bar.in l.quid
ergo.§ cum autem.ff.de infam.
151 Secundò modo ſtrictius † quoad aliqua tantum-
modo, ideſt effectus aliquos poſſeſſio ciuilis obſerua-
tur.& quatenus à iure agnoſcitur. contra tertium pu-
ta,cui iuris quicquam in re nõ eſt. Quo caſu iuris ap-
probatio rationem habet,vt plus iuris poſſeſſor quã-
uis iniuſtus,quam tertius habeat.Id quia iniuſta ratio-
ne tertij poſſeſſio non habetur.l.1.§.fi.cum.ll.duabus
ſeq.infra vti poſſid.Ad quem modum rem expendẽ-
do,ciuilis poſſeſſio limitata,aut reſtricta dicetur,ideſt
quatenus à iure approbatur. Ad modum hunc text.
non pertinet in d.l.ſi eum.Immo enim ciuili iure quã-
tum ad tertium poſſidere mulier intelligitur, Sed &
quoad fructus iuris errore interueniente, contra do-
natorem iure ciuili poſſidere mulier cenſetur. d.l.ſi u-
ctus.ff.de vſur.& d.l.de fructibus.ff.de dona.inter virũ
& vxor glo.in d.l.ꝙ vxor.Bar.in d.§.ſcire. Ex naturali
tamen magis quã ciuili in dictis.ll.fructus quæri ſcri-
ptum ſupra eſt nu.131.

Si dixeris,abſurdam rem videri, vt in perniciẽ alie-
nam, ideſt mariti donatoris in fructibus poſſeſſionẽ
hanc ius agnoſcat. Reſpondetur, iniqui quicquam ex
approbatione hac non conſequi quatenus à volun-
tate donatoris id fit.volenti planè iniuriam non infer-
ri palam eſt l.ſi rem alienã.§.omnis.in fi.ff.de pigno.
actio.l.1.§.ſi intelligatur.& l.quæritur.§.fin.ff.de ædil.
edic.l.nemo fraudatur.infra de regul.iur.& alia non
pauca. Quinetiam & dominij ratione donationem
inter coniuges amplecti liberum legi fuerat, ſi vi-
ſum id fuiſſet.

Conſequenter his dicendum, ciuilem limitatam
quatenus à iure agnoſcitur, in d.§.ſi vir initio ipſo.&
in d.l.clam.§.fin & l.ſeq.& ll.alijs id genus conſolida-
152 tione facta,poſſeſſionem dici. Quatenus † autẽ non
approbatur,nomine dici ciuilis non poterit.cum effe-
ctu remoto,nomen quoque ſileat.l.2.§.appellata.ff.ſi
cer.pet.l.3.ff.de iure dot. De quo vberius dictum ſu-
pra eſt nu. 95. Ibique & vulgatum illud relatum.ſi re
priueris,nec nomen habere mereris.

Sed obiecturus quiſpiam erit,abſurdum ex declara
tione hac conſequi, vt iuſta in partem poſſeſſio eadẽ,
atq; iniuſta dicatur. Similiter, vt pro abſurdo lex ha-
bet,vt liber in partem quiſpiam,& ſeruus ex parte ha-
beatur.l.ſi pariter.in fi.& l.duobus.ſupra de lib.cau.l.1.
§.1.in fi.verſi.quis enim patiatur.C.de lati.liber.tollen.
Reſpondetur, ad indiuidua abſurdum hoc ſpectare,
153 vt in libertate,& ſeruitute. Cauſa † alia poſſeſſionis
eſt.quæ diuiduitatem quantum ad perſonas diuerſas
admittit. Nihil enim impedit,quominus iuſtæ quis à
tertio,cui ius in re non eſt, & iniuſtæ ab eo poſſideat,
in cuius dominio res ſit.d.l.1.§.fi.& ll.duabus ſeq.infra
vti poſſid. Idq; & in ſpecie videre alia eſt. In qua pro
perſonis diuerſis variè res iudicatur, vt in ſubſtitutio-
ne pupillari,quod patris modo,filij mox teſtamentũ,
vt perſonarum diuerſitas fecit, lex appellat. l.Papinia-
nus.§.ſed nec impuberis.ff.de inoffi.teſtamen. eodem
tex.ſpectat in l.ſi arrogator.Ibiq; Bal.ff.de adoptio.

Secundò reſpondetur,argumentum regerendo.ſi
id non admittimus, vt ciuilis quantum ad aliqua ſo-
lummodo,poſſeſſio dicatur. Abſurda res magis in d.
l.clam.§.fi.res conſequitur, namq; aut iniuſtam con-
ſolidatione facta, aut iuſtam, aut ciuilem ſimpliciter,
& ſine effectu dicemus. Iniuſtam habere ſimpliciter
non poſſumus,quia textui id repugnat in d.l.1.§.fin.&
l.ſeq.infra vti poſsid. Rurſus rationi id aduerſatur, vt
iniuſta ciuilis dicatur.Et quod iniuſtum eſt, à iure ap-
probetur.Iuſtam item aſſerere eadem ratione non li-
cet,cum iuſta contra dominum non habeatur. d.l.1.
§.fi.& l.ſeq.Quod ſi ciuilem ſimpliciter,hoc eſt neque
iuſtam,neq; iniuſtam, ſed ciuilem tantum ab effectu
vacuam aſſerimus, ſic quomodo glo. viſum in d.l.ſi
eum eſt.& fieri,id nequit,cum effectum contra ſeruũ
habeat.æque effectum in d.§.ſi vir. contra dominum
errore iuris interueniente, fructibus habet. Proinde
quatenus effectus in ea eſt, non poteſt iuſta non dici.
Rurſus abſurda res fuerit ciuilem ſine re aliqua, a iure
admitti.l 1 §.dixerit aliquis ſupra de publica.

Tertiò reſpondetur, iure diuerſo nunquam poſ-
ſeſsionem cenſeri. quoniam, aut ciuilis ſimpliciter, &
propriè quantum ad omnia, aut ſecundum quid &
impropriè erit iuxta.l hoc legatum. Ibique Bart.ff.de
lega.3.Quæ cum ita ſint,potior opinio videtur, vt ci-
uilis in d.§.ſi vir.& in d.l.clam §.fi.ſtrictius,aut limita-
te quantum ad aliqua.intelligatur, & quidem nõ dif-
ficulter admittenda explicatio hæc videtur. quando-
quidem ad diſtinctionem res per eam reducitur, & di
ſtinguendo contradictio excluditur,vt iniuſta poſſeſ-
ſio ciuilis dicatur, quæ a iuris approbatione naſcitur.
repugnãtiam enim id habet. Quia nonniſi iuſta limi-
tate tamen, æſtimabitur, ideſt quatenus recepta iure
154 eſt.In certamine † enim opinionum recipi ea ſolet,
vnde diſtinguendo dirimi controuerſia poteſt.l.item
videndum.in fi.prin.ff.de peti.hæredi.l.ſi finita.§.illud.
ſupra de dam.infect.l.adeo.§.cum quis.ſupra tit.1.§.
cum ex aliena.inſti.de rerum diuiſio. Angel.in conſi.
376.nobiles viri.nu.2 verſi.ſed ſi ſalua ratione.Alex.
in l.1.ff.ne quis eum qui.in conſi.141.num.7.lib.2.in
conſi.121.nu.3.lib.5.& in conſi.50.nu.7.lib.7.

Iuſta tamẽ poſſeſsio hæc ſimpliciter,ciuilis dici ha-
155 bitu,aut potentia † poterit.vt in d.§.ſi vir.confirma-
tione donationis morte donatoris facta,iuxta.l.Papi-
nianus.ff.de donatio.inter virum & vxor.l.pen.C.co.
tit.cum alijs apud Roma.collectis in conſi.277.circa
prin.Eque in ſpecie.d.l.clam.§.fi.iuſta ſimpliciter cõ-
ſolidatione facta habitu, aut potentia dici ciuilis po-
terit.alienatione rei in fidei bonæ poſſeſſorem facta.
§.quod autem inſti.de vſucapio. De quo infra etiam
num.238.

Conſequenter prædictis dicendum, effectum hunc
156 † quærendorum fructuum in d.l.fructus.ff.de vſur.
& in d.l.de fructibus.ff.de dona.inter virum & vxor.
ciuili tribui poſſeſsioni non poſſe. Quoniam ſi ex ci-
uili id fieret, fructus ſuos donatarius ſimpliciter face-
ret,diſtinctione vlla non facta,erratum an non in iure
ſit.Cum ciuilis dici non alia poſsit, quam quæ agnita
a iure eſt.Sed nec naturali vni arrogari effectus hic po
terit,quandoquidem a naturali ipſa ſola non exiſtat,
verum ſi iuris cum ea permixtus error ſit. A naturali
tamen, ideſt ab ipſa fructuum perceptione lucrũ hoc
fructuum immediatè,errore tamen iuris mediãte de-
ſcendit. Ad quam inſpectionem facere id videtur, ꝙ
in d.§.ex cõtrario Bar.ſcribit nu.5.alia rationeq; poſ-
ſeſsionis ciuilis vſufructus interdum quæri.

Satis hæc quantum ad effectum ſecundum natu-
ralis

Digitized by Google

ralis iniuſtæ formatæ vel non, erunt, qui in fructuum quæſtu iuriſq; errore interueniente, conſiſtit. effectus enim primus ad retentionem eius, & ad interdicta retinendæ, & recuperandæ contra tertium pertinet, ſed & contra dominum interdictum dari recuperandæ diximus, ſi ex interuallo, aut in caſu non permiſſo poſſeſſorem iniuſtum expellit.

157 Effectum tertium naturalis † iniuſta habet, quod ciuilem in perſona domini, aut poſſeſſoris primi extinctã ad ſe trahit vt in d. l. clam. §. fina & l. ſeq. & nu. 143. & an vis eadem ciuili ſit, vt naturalem formatam iure poſſeſſoris finito, iure ipſo ad ſe trahat, tractatum ſupra habemus. nu. 119. & ſeq.

Ex effectu hoc tertio Iaſ. illatio ſic deriuatur nu. 71. verſi. item aduerte. in d §. ex contrario nu. 63. in d. l. clam. §. fi. nu. 44. vt ad vſucapionem, & fructuum lucrum ciuilis hæc valeat, quam naturalis iniuſta ad ſe trahit Sed enim confutatam nec ſemel Iaſ. illationem habemus nu. 56. & nu. 146. contraria ipſi ſibi loqui. Iaſonem oſtendimus in d. §. ſi vir nu. 22. in fi. vbi iniuſticiam ciuilis non inficiatur, quæ cum naturali coniuncta iniuſta ſit. Iaſoni etiam aduerſarius Bar. hic legitur nu 8. verſi. ſed illud non videtur benedictum, vbi conſolidatione ciuilis cum naturali, in ſpecie d. l. clã. § fi. facta. locum præſcriptionem tamen ob fidem malam non putat. Iaſoni etiam vt eum non nominet. Ripa hic contradicit nu. 40. verſi. ſed tu aduerte, quod Barto.

Illud præmittendum in effectibus poſſeſſionis natu
158 ralis non cenſui Ineptam eam † ad præſcribendum eſſe, vt infra eadem. l. §. per ſeruum qui in fuga. Ibiq; Iaſ. nu. 2. l. acquiritur in fi. ſupra titu. 1. vbi rationem geminam tex. affert. l. neq; Ibiq; Bal. C. de vſufruc. Bar. in d §. ex contrario nu. 3. & ſeq. ibiq; Iaſ. nu. 25. verſic. itẽ dum Bar. & alij. Locumq; id vſq; adeo habet, vt nec annus quadrageſimus ex naturali vna ſatis ad preſcribendum ſit vt teſtis Pariſius eſt in conſ. 104 nume. 127 lib. 1.

Ad naturalem tamen informem, aut formatam, ſed iniuſtam dictum hoc à Bar. reſtringitur. naturalem planè formatam, & iuſtam ad dominium vtile, aut ius vſufructus præſcribendum valere, quotiens vti emphitheota, vaſallus, aut fructuarius rem quiſpiam tempore legitimo poſſidet Bar. hic putat nu. 9. & in d. §. ex contrario nu. 3 & ſeq. & dictum ſupra initio quintæ huius partis naturalis eſt nu. 127.

Sed enim effectum hunc quaſi poſſeſſionis ciuilis eſſe ſuperius monſtrauimus nu. 128. De quo inferius etiam in tractatu quaſi poſſeſſionis diſſeremus.

Ad partem ſextam tractatus naturalis deſcendendum in qua acquiſitio eius vertitur. quibus acquiri mo
159 dis poſſit in qua re illud meminiſſe † ante omnia oportet animũ, & corpus ad eam quærendam coniunctim exquiri. vt infra ea. l. §. 1. l. 3. in prin. & §. Neratius. & l. quemadmodum infra eo. inde ſit vt animus nudus ſatis poſſeſſionem acquirendam non ſit vt dictis ll. & l. licet. C. eo. tit. Aequæ corpore ſolo citra animum, acquiſitio poſſeſſionis non contingat. vt dictis iuribus, & l. ſi pignus ff. de pigno. actio. c. cum noſtris de conceſ. præben. Abb. in c. bone. 2. nu. 20. de poſtula. prælа. Sed nec dominium ſeru quaſi ſine animo acquiritur. l. quæcunq; §. 1. ff. de publica.

Hoc amplius ſatis ad dominium acquirendum non eſt, animum poſſeſſionis adipiſcendæ cui fuiſſe, niſi, & in dominio ſuo faciendo animus interueniat Bal. in l. 3. nu. 8. C. ſi à non compe. iudi. Ita limites ſuos animus non tranſgreditur. Citra animum etiam mandati actio non naſcitur, quantuis mandatum intercedat. l. atqui naturæ §. ſi libero. ff. de nego. ge. Cauſa eadem
160 † delicti eſt quod animo amoto non cõmittitur. l. ſurtum infra ti. 1. l. qui iniuriæ in prin. l. verum. 2. infra de furtis. l. pen. infra de adul. l. eum qui nocentem. §. ſi iniuria infra de iniur. l. ſi non conuicij. C. eo. titu. l. diuus infra de ſiceat. & illud eſt, quod vero dicitur voluntate ac propoſito maleficia diſtingui. c. cum voluntate in prin. de ſen. excom. c. quod vero prædeceſſor 11. q. 3. & in vniuerſum in ſpecie quauis ſine animo perfici actus nequit. l. in totum cum glo. infra de reg. iuris, & illud, voluntate amota, indifferentem actum omnem fieri Bal. in l. eam quam nu. 25. C. de fideicom.

161 Ampliatur quod de animo dicitur, vt vltra † acquiri poſſeſſio nequeat, quam animus ipſe intendat. quare ſi ad ciuilem tantummodo acquirendam animus fertur, ciuilis dumtaxat acquiſitio contingit, viceque contraria glo. in l. vni. in ver. nec vi. C. vti poſſid. Bar. in l. non ſolum. §. morte num. 30. ſupra de oper. noui nuncia. Areti. in conſ. 32. col. fi. verſi. patet etiam hoc ex alio capite. Iaſ. hic nu. 39. verſi. tertio in contrariũ pondera. Quæ ampliatio iure illo notiſſimo confirmatur, vltra agentis intentionem actum non extendi l. non omnis in prin. ff ſi cer. pet. l. ſi quis ita. §. pen. ff. de teſta. tu. c. 2. de ordi. cogni. c. homines, & c. fi. 22. q. 2. c. ſi quis presbiter de conſecra. di. 4. glo. pen. in c. ſi ſacerdos. Ibiq; Abb. nu. 14. de offi. ordi. Eiuſdem generis,
162 & illud eſt, actus † noſtros voluntarios ad limites ipſius voluntatis reſtringi l. de quibus in fi. ff. de ll. l. etiam §. 1. ff. ſolu. matri. l. 1. §. Iulianus. Ibiq; Bar. infra de itin. actuq; priua. l. fulcinius. § quod ſi aduerſus, & §. deniq; infra quibus ex cau. in poſ. ea. Bar. in l. Titium, & Meuium. §. altero nu. 6. ff de admini. tutor. & alia non pauca. In eandem ſententiam, & illud eſt, voluntatem, quæ ex facto aliquo colligitur, ad limites facti ipſius coercendam. l. 1. §. Iulianus infra de itin. actuq; priua. l. fi. C. ne vxor pro mari. c. ſollicitudinem de appella. Deci. in c. cum acceſſiſſent col. 9. verſi. ſed aduertendum. de conſtitutio. in c. gratum in quarto nota. & in c. cum ſuper col. 2. circa med. de offi. delega. in conſ. 72. nu. 5. in conſ. 218. col. fi. & in conſ. 377. nu. 7. Quod idem, & ad iudicis actum pertinere, ne vltra intentionem eius trahatur, inferius notatur nu. 409.

Concluſio memorata, corpus, & animum in poſ
163 ſeſſione acquirenda exquiri, ampliationem † admittit, vt tum etiam obtineat, cum ſine traditione dominium cui quæritur, corpus enim id eſt apprehenſionem rei, quæ corpore fit, atq; animum poſſeſſionis acquiſitio nihilominus poſcit. c. 2. à ſenſu contrario. de conſuetu. glo. in l. ſi fratres. §. idem reſpondit. 2. ff. pro Socio. De quo abunde in prima dictum prælectionum habemus num. 11. verſi Hoc amplius. in quarta vtilitate, quæ ex quæſtione exiſtit, facti, an iuris poſſeſſio dicatur.

Ampliatur ſecundo vt firmitatem pactum non habeat, quo expreſſum ſit, vt citra apprehenſionem res ad alium reuertatur. Bellame. in conſ. 3. colum. 8. poſt
164 med. ſed an in dominio † prohibitio recipi hæc debeat, ne paciſci liceat, vt iure ipſo, ſine traditione dominium transferatur. Doc. certant. de quo traditum habemus in conſ. 201. nu. 3.

Limitationem ampliationes hæ patiuntur, ne locũ in acceſſorijs habeant. In quibus neceſſaria apprahenſio nõ eſt. Dum rei principalis modo quæſita poſſeſſio ſit. l. 3. in prin. infra eo. l. eum qui ædes infra titu. 1. Ex quibus. ll. ita Caſador. ſcribit deciſ. vni. inſi. ſub titu. de acq. rerum domi. fol. 104.

In parte hac ſexta quia de modis poſſeſſionis acquirendæ poſt glo. Bar. hic diſſerit nu. 17. dicta eius recenſenda, & glo. cenſui In qua re opiniones tres à glo. in ver. qui primi commemorati Barto. ait. Sed enim generaliter plus nimio ſuper dictis glo. quæſtionem proponere, & diſceptare prima ratione viſus Bar. eſt ge-

neralis

Digitized by Google

ralis quippe Bar.q̃ſtio eſt, quib.modis poſſeſſio acquirat, in qua de opinionib.tribus meminit apud gl.relatis.glo.planè quæſtionẽ ipſam generaliter non attingit. verum ad ea reſtringit, quæ in nullius bonis ſunt. Ideſt quæ in cœlo, terra, marivè capiuntur. quibus modis poſſeſſionem nanciſci eorum liceat. vtrum poſſeſſio eorum quæſita ſtatim cenſeatur, quam in conſpectu noſtro, id genus res eſt, vbi animus quærendi interuenit.

Reſponderi ad arg. poteſt. quamuis ſpecialis quæſtio glo.ſit, rationes tamen generales eius eſſe, quæ ad res etiam alias competunt. quæ in bonis noſtris ſunt. In q.hac opinio prima à glo.refertur. Per quam diſtinctio inter res animatas, & non animatas adhibetur
165 In animatis † modo aſpectu poſſeſſionem non acquiri, verum apprehenſionem exigi, neque ſimplicem ſatis apprehenſionem eſſe, at eam exquiri, vt cuſtodiã euadere apprehendentis nequeat. l.naturalem. §.illud. & l.in laqueum. ſupra tit.1. In rebus planè inanimatis verum aſpectus ſolus ſatis ad poſſeſſionem adipiſcendam ſit, diſtinctione glo. vtitur. vt interſit, ab alio ne res poſſeſſæ, an vacantes, ſeu derelictæ à poſſeſſore ſint. Siquidem apud alium non animata res eſt, ſatis aſpectũ ad poſſeſſionem eius parandam citra apprehenſionem, eſſe l.quod meo. §. ſi vẽditorem. infra eo. vbi de turre traditio rei venditæ, & ex ea poſſeſſionis vacuæ acquiſitio fit. Si autem vacans res eſt, aut pro derelicta habita, opus apprehenſione eſſe l.3.§.Neratius in fin.infra eo.vbi theſauri poſſeſſio, quia in nullius bonis ante dicitur, quam inueniatur, non aliter acquiritur, quam ſi motus de loco ſit. Emotionem igitur de loco, aut apprehenſionem theſauri poſſeſſio exigit. De quo infra etiam nu.210.
166 Diuerſitatis huius rationem, cur † facilius rei non animatę poſſeſſio contingat, quæ apud alium ſit, quã q̃ vacat, aut pro derelicta iacet, glo. adſcribit. Quoniã priore caſu conſenſus duorum interuenit, ideſt eius, qui per aſpectum tradit, & acquirentis. In poſteriore niſi acquirentis conſenſus nõ vertitur. Tradentis enim conſenſus intelligi in re vacante nequit, cum nemo ſit, a quo traditio fiat. Rationem hanc diuerſitatis ex text. glo.confirmat in l. ſi ſeruus teſtamento. infra de ſtipul. ſeru. vbi inter ſeruum putatiuum differre text. ait, qui emptori bonæfidei, & hæredibus malæfidei ſeruit. Emptori quippè ex ſtipulatione ſerui acquiritur, quod aliter in hæredibus malæfidei eſt, qui liberum eum eſſe non ignorabant. Rationem diuerſitatis huius, tex.exprimit. Quoniam priore caſu conſenſus, aut æſtimatio vtriuſque interuenit emptoris, & ſerui putatiui, quia manumiſſum, aut liberum ſe eſſe ſeruus ignorabat. æque ſeruum eum eſſe emptor credebat, Poſteriore caſu niſi manumiſſi opinio non vertitur, qui ſeruum ſe eſſe opinabatur, de manumiſſione inſcius. In hæredibus planè æſtimatio, aut opinio hæc non concurrit, quos liberum eum eſſe non fugiebat. vnde nec eum poſſidere, ob fidem malam intelliguntur. Ob id poſſeſſione remota, dici non poteſt, ex ſtipulatione manumiſſi poſſeſſori acquiri. Si dixeris, immo ab hæredibus manumiſſum poſſideri, q apud eos erat. Reſpondetur, de poſſeſſione ciuili textum ſentire, quæ ſola ad ius quærendum valet,.

Sed rctũ obſtare textui videtur, ꝙ ſeruus vere initio, & ante erat, quam effectum manumiſſio in morte teſtatoris haberet. ob id initio ſpectato, etiam ciuilem apud hæredes eſſe, vt qua ratione ciuiliter a defuncto, ita & ab hæredibus poſſideretur, ne ex perſonis hæredum poſſeſſionis cauſa mutetur. Reſpondet glo.ibi, momenta ſingula obſeruanda. Ea propter cũ libertatem directo ſeruus conſecutus ex teſtamento eſſet, tempus libertatis, non initium ſpectandum poſſeſſionis eſſe. Tempore planè libertatis, ideſt teſtatore ſublato, poſſeſſio ciuilis intelligi in hęredibus non poterat. Qui in fide mala erant. cum liberum hominem eſſe cognoſcerent, & manumiſſionem teſtamento relictam ſupprimerent. Qua ratione igitur ob geminã poſſeſſi, & poſſidentis æſtimationem facilius poſſeſſori acquiritur, quam vbi niſi poſſeſſi opinio non interuenit, Ita in ſpecie controuerſa dicendum, facilius rei inanimatę poſſeſſionem acquiri, quę apud alium, quã quæ vacans, aut derelicta ſit. Quia vbi non vacat, cõſenſus duplex concurrit. Quod non æque idem in re vacante, aut derelicta eſt. Text.huc pertinet in l.ſi ita ſcriptum.§.ſi ſub conditione. ff.de lega.2.in l.1.Ibique glo.magna verſ.& poteſt aſſignari ratio.& Doct.poſt eam.C.de pact.glo.& Doct.in l.ſi vxorẽ. C.de condit. inſer.& in §.ex conditionali.inſti. de verb.oblig.

Diſtinctionem hanc glo.in prima hac opinione, vt interſit, ab alio, nec ne res poſſideatur, Bar.agnoſcit. Cum glo.planè non cõſentit, quatenus inter res animatas, & inanimatas diſcrimen ꝯſtituit. Immo enim rationem eandem rerum omnium etiam animatarũ Bart.arbitratur. vt ad eas etiã diſtinctio quadret, vtpotè in quibus eadem omnino ratio mouet. Cur enim minus aſpectu ſolo rei animatæ quæ apud aliũ ſit, quam nõ animatæ acquiri poſſeſſio poterit. feram venditam fac, quæ in cuſtodia, aut incluſa ſit. eamq́ue per aſpectum, de ſpecula puta, tradi. An non eadem & in fera ratio vrget. vt aſpectu ſolo poſſeſſionis acquiſitio fiat. Sed enim aliam glo.mentem fuiſſe non arbitror. Immo enim idem & glo.ſenſiſſe, cum verba, tum tex.ab ea relati indicant. cum niſi apprehenſione id genus acquiri poſſeſſionẽ non putat, vt eripi cuſtodiæ nequeant. per tex.quos citat. Quod idẽ text. ait in §.illud.inſtit.de rerum diuiſio. In quibus verbis perſpicua glo.mens apparet, de prima eum acquiſitione loqui, antequam apprehenſa ab aliquo res animata ſit. Cæterum vbi ſemel apprehenſa, & poſſeſſio quæſita eius eſt. a rebus alijs inanimatis, eam quæ animata ſit, glo.non ſeparat.

Opinio ſecunda in modis poſſeſſionis acquirendę apud glo. & Bart.recitatur, vt aſpectu ſolo poſſeſſio acquiratur. Quæ ex tex. iuuari opinio videtur infra ea. l.§.ſi iuſſerim. & d.l. quod meo. §. ſi venditorem. quæ generaliter loquuntur. Si dixeris, idem in opinione hac ſecunda, atque in priore ineſſe. cum text. ijdem citentur, qui vocati in prima ſunt. Reſpondetur opinionem hanc ſecundam generaliter, & ſine diſtinctione intelligendam, aſpectu ſolo poſſeſſionem generaliter acquiri, apud alium, an non poſſeſſio ſit. dum animũ tamen poſſeſſionis acquirendæ quis habeat.

Opinioni huic ſecundæ obſtare text. videtur in d. l. 3.§.Neratius. qui theſauri amotionem expoſtulat. ergo aſpectus vnus ſatis in rebus vacantibus non erit, de quo genere theſaurum eſſe nõ dubitatur, antequã inuentus, & apprehenſus ſit. Ita ad opinionem priorem roborandam præmere tex.is videtur. Ad tex.illũ quadrupliciter glo.reſpondet. Principio inficias eundo, in conſpectu ibi theſaurum fuiſſe. Quoniam & ſi maximè in conſpectu res eſſet, theſaurus tamen extra conſpectum. erat, vtpotè in ſolo defoſſus. Quæ reſponſio ex tex.refellitur in l.clauibus.ff. de contrahen. empt. vbi traditione clauium apud horreum facta, nõ modo horrei, ſed & mercium, quæ in eo ſunt, poſſeſſio acquiritur. At enim in conſpectu merces nõ ſunt, Eapropter ſatis videtur, in conſpectu continens eſſe, vt a conſpectu contentum abſit. Conſequenter quæ ad d.§.Neratius reſponſio datur, ꝙ in conſpectu theſaurus non eſſet ſub fundo contentus per text. eliditur in d. l.clauibus. Atque ideo agnoſcenda inter vacantia, & non vacantia bona differentia videtur.

Proinde ad reſponſionem alteram glo. ſe confert. ob id fundi aſpectu theſauri ſub eo abditi poſſeſſionẽ

non

Digitized by Google

non quæri, Quoniam, & ſi maximè compertum ſoli
dominus, aut poſſeſſor haberet. Theſaurum in eo de
liteſcere, incertum tamen erat, in qua ſoli parte con-
ditus Theſaurus eſſet. quod ſecus in ſpecie controuer
ſa accidit. in qua locus certus euidenter apparet, in
quo res poſita vacans ſit, ea de re poſſeſſionem eius,
aſpectu ſolo, vt opinio ſecunda fert acquiri. ad quem
modum tex. interpretando in d. §. Neracius. contra-
rius ei tex. non erit, in d. l. clauibus. in qua ignotus lo-
cus non erat, in quo repoſitæ merces eſſent.

Conſequens reſponſioni huic fit, rei etiam vacan-
tis poſſeſſionem, aſpectu ſolo acquiri, dum incertitu-
do modo non interueniat, in quo loco, & parte eius
res ipſa ſit, & dum appræhendi modo poſſit. Quam
opi. Bar. hic in re vacante non probat. Apprehenſio-
nem enim in ea exquiri per tex. noſtrum ait in verbo
appræhenderint. De quo inferius etiam nu. 171. verſi.
ſecundo reſponſio hæc tertia.

Reſponſio, & declaratio hæc glo. in opinione hac
ſecunda, vt incertum eſſet in d. §. Neracius. in qua fun
167 di parte Theſaurus eſſet. diuinatione † non caret ob
id reijcienda. l. ſi putator. ff. ad l. Aquil. l. ſi fideiuſſor. §. ſi
cum debitor. ff. manda. l. fi. circa fi. C. de contra. emp. c.
vt noſtrum vt eccle. benefi. gl. in l. quotiens. §. ſi colo-
no. ff. de vſufruc. & miſerorum refugium reſponſio-
nem diuinatiuam glo. aſſerit in l. filium quem in glo.
3. in prin. C. famil. her.

Secundo generalitati. d. §. Neracius. reſponſio hæc
aduerſatur amotionem quippe Theſauri ad poſſeſſio
nem eius nanciſcendam, generaliter tex. exigit, cogni
tus vel non in ſpecie locus eſſet, hoc eſt in qua fundi
parte conditus Theſaurus fuerat. Quocirca reſponſio
nem admitti non conuenit, quæ verbis tex. generali-
bus contradicit. l. ſi quis ſic ſtipuletur. ff. ſolu. matri. l. in
fraudem. § fi. ff. de mili. teſta. l. fi. §. 1. ff. de auro, & arg.
lega. Hoc vtiq; cum ratio reſtringendi non ſubeſt. l.
quæſitum. ff. de teſtib. & alia, de quibus in conſ. 3. nu.
26. in conſ. 70 nu. 27. in Reſpon. pro genero nu. 468.
& in corollario dicti Reſpoſi nu. 32.

168 Tertio à veriſimili, & his, Quæ † plerunq; fiunt, re-
ſponſio hæc abhoret, qui enim Theſaurum eſſe in fun
do ſciũt, vtiq; & locum probabiliter non ignorant, in
quo conditus eſt. Qui enim cognitum minus habe-
bunt, in qua parte fundi abditus, quam in fundo eum
eſſe. Quod ſi ad credulitatem res ſpectat. Ideſt in fun-
do Theſaurum eſſe, quempiam credere. ſatis id non
erit, cum cognitio certa opus ad poſſeſſionem quæren
dam ſit. l. 3. §. incertam infra eo. Reſponſio igitur ex-
plodenda, quæ ab eo abhorret, quod fieri communi-
ter aſſolet. l. 3 & ll. duabus ſeq. ff. de legibus. l. in obſcu-
ris inſpici infra de regul. iuris; & quæ ſcripta habemus
in Reſpon. ꝑ genero nu. 323. & nu 441. Bar. huc pro
pius accedit in l. ab executore, in prin. nu. 7. in fi. & in
fi. ipſius prin. infra de appella. Contemptui interpre-
tationem habendam quæ veriſimilis non eſt. Idem
Bal. ſcribit in l. ſi quis intentione ambigua ante fi. ff. de
iudi. cum Dy. vocat in regula Cum ſint partium lib. 6,
meminit Alex. in conſ. 55. nu. 13. lib. 5.

Ea propter reſponſionem tertiam ad d. l. clauibus,
à glo. ſubijci Bar. ſcribit, Poſſeſſionis ibi Dominij hic
ideſt in quæſtione controuerſa acquiſitionem verſari,
q. d. quæſtio hæc ad dominij acquiſitionem ſpectar,
quibus modis rerum vacantium, aut non vacantium
dominia acquirantur. Quæ reſponſio ex tex. iuuatur,
in l. cum hæredes in prin. infra eo. vbi facilius dominij
quam poſſeſſionis acquiſitio procedit de quo vberius
ſupra initio ipſo commentarij noſtri nu. 11. verſi. hoc
amplius.

Sed obſeruandum, non mediocriter Bar. hic in ſen
ſu glo. circa reſponſionem hanc tertiam hallucina-
tum. Bar. enim facit, vt ad tex. in d. l. clauibus reſpon
ſio hæc pertineat. Quod fieri prorſus nequit. ſiquidem
non ſolum de poſſeſſione, ſed & de dominio, clauiũ
traditione acquirẽdo tex. ille loquitur. vnde credendũ
non eſt, in verba tam apertiſſima. d. l. gl. oſtendiſſe.

Secundo ſi ad tex. in d. l. clauibus glo. reſponſionẽ
trahimus, glo. ipſius mentem omnino oſtendimus.
Ea. n. glo. mens in reſponſione hac tertia fuit, vt faci-
lius dominium ſolo aſpectu, quam poſſeſſio acquira-
tur. Atq; ideo opinioni huic ſecundæ tex. non obſta-
re, qui de poſſeſſione loquitur quoniam difficilius
poſſeſſionis, atq; dominij acquiſitio contingit. Itaq;
credendum non eſt, id genus reſponſione glo. vſum,
quæ menti ſuæ contraria tam euidenter eſſet. Mens
porrò ea liquet, vt inter acquiſitionem dominij, &
poſſeſſionis differat. Idcirco ad tex. d. l. clauibus ap-
plicari reſponſio nequit. Qui differentiæ contrarius, &
glo. menti videtur.

In hac item reſponſione glo. obſeruandum, men-
tem eius non vſquequaque exploratam Bartolo fuiſ-
ſe Qui de modis poſſeſſionis acquirendæ loquentem
glo. facit At enim in reſponſione hac ad dominium
quæſtionem, aut diſceptationem ſuam pertinere, non
obſcure glo. oſtendit.

Tertio alius ex alio error, iuxta illud incommodo
169 vno admiſſo, † plura ſequi. l. & ex diuerſo. §. 1. ff. de
rei vendi. l. à teſtatore. ff. de condi. & demon. l. ratas.
C. de reſcin. vendi. § cogitatio in Aucten. vt iudi. ſine
quoquo ſuffra. Errore enim admiſſo, vt ad tex. in d. l.
clauibus. tertia glo. reſponſio trahatur, cum reſpon-
ſionem ipſam improbare Bar. parat, in tex. commi-
ni. d. l. clauibus. Quem nonniſi de poſſeſſione loqui
Bar. facit cum ait, nihili glo. reſponſionem ad d. l. cla-
uibus. faciendam. id ideo, quia, & ſi maximè de poſ-
ſeſſione loquatur, ex ea tamen dominij acquiſitio cõ
tingit. vnde pro eo res eſt, vt ſi de dominio expreſſim
tex. loquatur. Quorſum id genus argumento vti, quan
doquidem de dominio æque, ac de poſſeſſione nomi
natim tex. is loquatur. A fructu tamen vacua Bar. re-
ſponſio non eſt. vnde id percipitur, expreſſum id vide
ri, quod ab expreſſo ſequitur. De quo cumulatè apud
nos in reſpon. pro genero nu. 308. col. 6. dicti nu. verſi.
Non alienum, & notula apud reſponſi indicem in
verſi. expreſſum.

Quocirca alia haud dubiè glo. mens in reſponſio-
ne hac tertia fuit, vt ad d. §. Neracius reſponſio traha-
tur Contrarium eum traditioni glo. & opinioni ſecun
dæ nõ eſſe. Id quia ad dominium glo. diſceptatio per
tinet vt aſpectu ſolo cui cuiuſuis inanimatæ, vacantis
etiam dominium acquiratur. Cauſam aliam d. §. Ne-
racius eſſe, in quo poſſeſſionis acquiſitio vertitur. Quæ
difficilius non Paulo permitti, quam dominij ſolet.

Bartoli tamen argumentum obſeruandum, quo
170 glo. reſponſionem oppugnat ex poſſeſſione † domi-
nium conſequi, vt hic dicitur. Ex. l. enim hac in prin.
Bar. dictum confirmatur, quo vbi captum quid eo-
rum eſt, quæ in cœlo, terra, aut mari verſantur, & quæ
in bonis nullius ſunt, capientis id illico fieri expreſſum
iterum textu eſt. ſed & in rebus alijs, Quæ in dominio
cuius ſunt, ex poſſeſſione præſcriptionis ope domi-
nium ſequitur.

Secundo in conſequentia hac, & cum glo. diſcri-
men Bar. improbat, innuere non obſcurè videtur,
cauſam eandem poſſeſſionis quærendæ, atq; dominij
eſſe. ſed enim difficiliorem poſſeſſionis quam domi-
nij acquiſitionem eſſe ſcripta ſuperiora docent nu. 11
verſi. Hoc amplius, & infra nu. 256. Hoc vtiq; cum in
tradentis, aut nullius dominio res eſt. Cæterum ſi ad
tertium pertinet, difficilior dominij, quam poſſeſſio-
nis acquiſitio non dubiè apparet cum præſcriptio-
ne ſit opus.

Vnde aliter præter Bar. reſponſio hæc tertia glo. re-
fellitur

ſeſſitur. Quam ad text.ſpectare d.§.Neratius.oſtendimus, ꝙ & ſi maximè de dominio acquirendo tex.noſter loquatur, attamen de poſſeſſione principaliter, & tanquam de cauſa, aut origine dominij loquitur, vnde effectus dominij ſequitur. Quare ſi ſatis aſpectus ad dominium quærendum eſt, vt opinio ſecunda habet, ergo ius idem probandum, & in poſſeſſione erit. à qua dominij acquiſitio exiſtit. cum de dominio text. loquatur, quod a poſſeſſione gignitur. Aliter porrò
171 † interpretantibus, ſine cauſa cauſatum erit contra text.in l.licet.§.ea obligatio. ff. de procura. Inde dicimus cauſa ſublata, & cauſatum extingui.l. in omni.ff. de adoptio.c.1.§.hoc autem notandum. qui feudum dare poſſ. Perpetuum tamē hoc eſt, quid enim ſi perfectum iam cauſatum ſit, aut effectus cõſumatus. Sed enim aſpectu ſolo poſſeſſionem rei vacantis nõ quæri, textu oſtenditur in d.§.Neratius. ergo nec in dominio quærendo ſecunda admittenda opinio erit.

Secundo reſponſio hæc tertia negocio haud, ita magno proſternitur. In ea enim contrarius tex.in d.§. Neratius. textui l. noſtræ præſupponitur. ſiquidem id reſponſio habet, idcirco textui noſtro textum nõ refragari. in d.§. Neratius. ꝙ de poſſeſſione is loquatur. tex noſter de dominio, quod facilius acquiritur. atque ideo aſpectum in eo ſatis acquirendo videri. Conſequenter ex text. noſtro id probari in reſponſione hac glo.innuit, & præſupponit, vt aſpectu ſolo dominium quæratur. Sed enim appræhenſionem rei in bonis vacantibus expreſſim tex.expoſtulat, vt in ver. apprehenderint, & in fi.poſſeſſionem nactus eſt. neq; de apprehenſione ficta per aſpectum, verbū tex.facit. Quare nõ immeritò tex hunc contra opi.hanc ſecundam à Bar. hic obſeruatū ante diximus nu.166.in fi ver. ꝯſequens.

Tertiò abſurda res ex reſponſione hac cõſequitur, in quo diuerſam poſſeſſionis, atque dominij cauſam eſſe, glo. aſſerit. vt aſpectu ſolo fundi, in quo theſaurus eſt, dominium eius acquiratur, quāuis acquiſitio poſſeſſionis non fiat. Conſequenter, vt ante dominij, quā poſſeſſionis in theſauro acquiſitio inducatur, cum à poſſeſſione ipſa theſauri, aut dominij eius acquiſitio deſcendet. Niſi dixeris, nec dominij theſauri acquiſitionem à glo.admitti.

Quocirca ad reſponſionem quartam adire glo. vt. Quam reſponſionem pro opinione tertia Bar.habet. Cæterū ad reſponſionem, non opinionem nouā glo. verba pertinere, ex alternatiua arguitur, ibi, vel ibi de alio genere quęrendi.l. Qua alternatiua vſa gl.ſemper reſpõdendo eſt. Cum opinionem vero diuerſam re-
172 fert, verbis illis vtit, alij dicunt. vnde ex modo † ipſo procedendi, & reſpõdendi mens apparere gl. videtur. l.ſed & ſi ſuſceperit.§.1.Ibi ex genere comparationis. ff.de iudi.l.ſi fundum ſub cõditione.§.ſi libertus. Ibiq; Iaſ.in 1.nota.ff.de lega.1.Bar.in l.ſi ſocietatem.§. Arbitrorum.num.12.ff.pro ſocio. & alia, de quibus in repe. mea Rubri.ff.de lega.1.nu.17.98.111.

Secundò opinionem eandem, hoc eſt ſecundā continuare glo. videtur, & quia opinioni huic obſtare tex. videtur in d.§. Neratius. qui appræhenſionem in theſauro vacante, ſeu amotionē è loco expoſtulat. Quā ſupervacuam opinio ſecunda ducit. Per quā aſpectus ſatis, & in vacantibus eſt, ad eum text.glo. reſpondet. ad genus aliud acquiſitionis, ideſt per inuentionem, tex. illum pertinere.

Sed obſeruandum, rectè mentē glo.a Bar. animaduerſam, vt opinionem tertiā neceſſario glo. hic adijciat. neq; reſponſionis vice verba eius intelligi omnino poſſe. Idq; dilucidè oſtenditur. Qm̄ contraria non obſcurè verba hęc glo. opinioni ſecundæ ſunt. In qua aſpectu ſolo rerū inanimatarū poſſeſſio acquiritur, quæ vacantes etiā ſunt. Sed enim in parte hac vltima glo. in qua genus duplex acquirendi diſtinguitur, per occupationē, & inuentionem, appræhenſio in rebus vacantibus, & quæ occupando acquiruntur, exigitur. Neq; ſatis aſpectus eſt §.feræ.inſti.de rerū diuiſ. Ibi ſimul atq; capta ab aliquo fuerint, & ibi occupanti cõceditur, & ibi quicquid antē eorum ceperis. l. Sic capturam, & ocupationem in rebus vacantibus, & quæ occupando acquiruntur, tex.expoſtulat. Ita contraria verba hæc opinioni prorſus ſecundæ ſunt. Cui aſpectus ſatis ad acquirendum eſt. Quod cū ita ſit, dici nõ poteſt, reſponſionis loco verba hæc glo. accipienda. Quoniam ſi reſpondendo ea intelligimus, neceſſario opinionem ſecundam ſaluam manere facimus, cuius tuendæ, aut confirmandæ cauſa, ad text. reſpõdeatur in d. §. Neratius, qui opinioni ipſi obſtare ſecundæ videbatur. ſed enim opinionem ſecundam verba hæc gl. neceſſario expugnant. ob id ad reſponſionem trahi omnino nequeunt.

Primæ item opinioni verba hæc glo. refragantur. Qm̄ aſpectu ſolo ſecundum eam, non modo rei continentis, quæ apud alium eſt, ſed & contentæ, quæ extra conſpectum eſt, poſſeſſio acquiritur. d.l. clauibus. Quod aliter in opinione hac tertia eſt. In qua rei continētis aſpectu theſauri ſub ea contenti nõ aliter poſſeſſio acquiritur, niſi ſi inuentus, aut in conſpectu ſit.

Ea propter non poſſunt verba glo. ad opinionem
173 tertiam non pertinere. Quæ opinio † ex diſtinctione conſtat, vt duplex acquirendi genus ſit. per occupationem, & inuentionem. In occupatione ſatis aſpectum non eſſe, at occupationem ipſam exquiri. d.§.feræ. Cauſam aliam inuentionis eſſe, vt in theſauro. Ibi etiam occupationem, aut apprehenſionem non exigi. d. §. theſauros. qui niſi de inuentione non meminit, apprahenſionis, aut occupationis verbo non facto. Animus is glo. haud dubiè, pelluciduſq; fuit. Idem in theſauro expreſſius glo.ſcribit in §. item lapilli. in ver. innentoris. inſti.de rerum diuiſio. Sed enim Io. Franciſcus filius ad reſponſionem appoſitę magis gl. quadrare verba ait. Neq; text. mouere in d.§ feræ. Quoniā in animatis loquitur, quæ in facultate noſtra nõ ſunt. occupationem in eis exquiri, vnde prout tex. loquitur a glo. datus, ita eam accipiendam. Reſpondebā, quorſum tex. illum à glo. vocari, ſi neceſſaria occupatio in rebus inanimatis non ſit. ita vbi opin. ſecunda fert. Ita inepta tex. illius citatio videtur.

In tertia hac opinione vltra improbationem Bart. mirum glo. artificium obſeruandum, quo telis eripi intortis ſtudet. Caſus enim diuerſos inuentionis, & occupationis glo. facit, ratione diuerſitatis vlla non
174 reddita. At enim † ad rem caſuum diuerſitatē non attinere, niſi ſi ratio diuerſitatis interueniat, iure illo vulgatiſſimo oſtenditur, vbi ratio eadem, idem ibi ius agnoſcendum. l. illud. ff. ad l. Aquil. l. non ſolum. §. qui primipilum. Ibi rectè adaptans omnibus ſimilibus capitulis. ff. de excuſat. tutor. l. 3. §. 2. ibi nec ratio diuerſitatis reddi poteſt. ff. de iniuſ. teſta. l. cum pater. §. dulciſſimis ff. de lega. 2. §. pari ratione. Ibique glo. tex. conſimiles nominat. inſtitu. quibus modis ius pat. po. ſol. & alia innumera. vnde intellectus eos expertes, quo differentiam introducunt, vbi ratio vlla diuerſitatis non eſt, Bald. ait in l. Centurio. in fine. primæ. quæſtio. ff. de vulga. De quare inferius etiam. num. 266. 275.

Secundo contraria diſtinctio hæc glo. circa inuentionem, textui non obſcurè noſtro eſt, qui de lapillis, & geminis in littore inuentis maris, loquitur. At enim inuentione contentus ſola non eſt. verum appræhenſionem expoſcit. qui primus eorum poſſeſſionem nactus eſt. Quæ neceſſaria verba non erant, ſi ſolam ſatis inuentionem dicimus.

Tertio diſtinctioni huic in capite inuentionis, text. etiam refragatur. in dicto. §. Neratius. qui in the-

ſauro

ſauro expreſſim loquitur, & apprehēſionem ſeu amo
tionem eius à loco expoſtulat. Ergo inuentio ſatis vna
non erit. In qua ſola glo. acquieſcit. Neq; reſponſio-
nis quicquam ad tex. illum glo ſubijcit, cum inter in
uentionem differre, & occupationem ſcribit, eam ta-
175 men glo. fuiſſe † ſententiam arbitror, vt textui illi
derogatum per tex. dicatur in d. §. Theſauros. Quæ fe-
renda derogatio non eſt. quatenus ſecundum leges
priores itelligi poſteriores oportet, ne antiquata prior
à poſteriore cenſeatur, vbicunq; diſtinguendo, aut re
ſtringendo, citra derogationem intelligi vtraq; poteſt.
l. ſed & poſteriores. ff. de ll. Bar. in extrauag. ad repri-
mendum in ver. non obſtantibus poſt prin. verſi. ſed
ſi ſtatutum præcedens. cum alijs apud nos collectis in
conſ 70. nu. 15. & ſeq. & in conſ. 144. nu. 14. vberius in
reſpon. pro genero nu. 301. & ſequentibus. Ita ſecun-
dum tex. In d. §. Neracius. accipiendus, & tex. erit in d.
§. Theſauros.
176 Quarto textum diſtinctioni † glo. contrarium Bar.
hic affert in l. ſi Barſatoram. C. de fideiuſ. Qui latronē
inuenturū ſe ex pœna ſpopondit, pœna affici, niſi iu-
dici ſiſtat. Inuenire igitur verbum ex effectu intelligi-
tur, vt non aliter inuenta res dicatur, quam ſi appræ-
henſa ſit. Quem tex. ad ſcita populorum memorandū
Bar. ait. quibus mentio de eo fit, qui ferro inuentus
inſtructus erit. Quare, & ſi maximè de inuētione The
ſauri ſimpliciter tex. loquatur in d. §. Theſauros. cum
effectu tamen intelligi inuentionem oportet, ſi appræ
henſio facta Theſauri ſit.
177 Quinto vltra Bar. ex Oldra. glo. opinio † impugna
tur in conſ. 201. caſus talis eſt, quidam clericus. clauſu
lam collationi in forma pauperum adſcriptam, dum
modo niſi pro quattuor non ſcripſerimus, ad ſcriptu
ram ſeu reſcriptum reſtringendam, quod effectum ha
buit. Quare, & ſi pro ſeptem ante ſcriptum à pontifi-
ce eſſet, collationi id non obſtaturum, ſi tres ex ſeptē
beneficia iam adepti aliunde fuerant. Idem, & ſpeciē
hanc propius ex Io. And. Deci. probat in l. poſt aditā
col. fi. C. de impuber. vbi in clauſula loquitur, ſi pro
alio ſcriptum à nobis non ſit. ſcriptum pro alio non
aliter intelligi, atq; ſi effectum reſcriptum habuit. ita
vt beneficium alij contigerit. Eodem, & illud ſpectat,
178 quod † in priuilegio diei ſcholaſticis tributo ſolet,
ad eos non porrigi, qui in academia inueniuntur, au-
ditoriaq; ineunt. niſi ſi re ipſa in literarum ſtudia gra-
uiter, ſeduloq; incumbant Io. à Ligna. in prœmio clē.
Abb. in prœmio decretal. nu. 12. in ſecunda lectu. & in
c. 1. circa fi. de iudi. per glo. fi. in l. vni. C. de ſtudijs lib.
verbis Romæ lib. 11. & arg. l. ſi quis in fi. C. de domeſti.
& protec. lib. 12.
Conſequenter his dicendum ſecundum Bar. potio
rem primam glo. opinionem eſſe. inter vacantes, &
non vacantes diſtinctionem res adhibendam, vt opus
appræhenſio in vacantibus ſit. idq; per tex. hunc in
ver. appræhenderint. & in ver. nactus ſit. In non va-
179 cantibus † diſtinctio etiam facienda, quæ omiſſa à
glo. eſt, animus nec ne tradentis interueniat, vt ſiqui-
dem tradentis animus abeſt, appræhenſione, non etiā
aſpectu poſſeſſionem quæri. l. quod meo. §. ſi, infra eo.
vbi cum poſſeſſionem fundi non vacantis clam quiſ-
piam ingreditur. quamdiu in fundo poſſeſſor eſt, in-
gredienti poſſeſſio non acquiritur, neq; domino, aut
poſſeſſori ipſi perit. dum eiectum modo ſe iri non
metuat. verum animum eum obtinet, vt ingreſſum
ipſum depellat. Idq; locum tum etiam habet, cum à
potentiore ex parte vi fundus occupatur, domino
in poſſeſſione, aut parte altera remanente, non vltra
enim poſſeſſio occupanti quæritur, quam facta occu-
patio eſt. Atqui in conſpectu vtique in caſu vtroq; poſ
ſeſſio erat, occupatore fundum ingreſſo. Cauſa por-
rò, quamobrem clam ingreſſo poſſeſſio non acquiri-
tur, non alia, eſt, quam quod poſſeſſoris animum in
greſſus non habet. Atq; ideo quamdiu apud poſſeſſo-
rem res eſt, conſequenter non vacat, & animum poſ
ſidendi dñs, aut poſſeſſor retinet, Alij acquiri poſſeſ-
ſio nequit, cum in ſolidum duo non poſſideant. Rur-
ſus etiam ſi poſſidendi animus clandeſtino non deſit,
effectu tamen alio poſſidente, & poſſeſſionem reti-
nente, deficit.
180 Cauſa planè, aut ratio † diuerſitatis inter cladeſtinū
& violentum occupatorem, cur clandeſtino poſſeſ-
ſio omnino, aut in partem, non quæratur. Quod ali-
ter in violento, & potentiore dicitur, ex parte occupa
ta poſſeſſio quæritur, quamuis in fundo dominus, aut
poſſeſſor antiquus ſit, ea eſt. Quoniam retentio poſ-
ſeſſionis intelligi contra potentiorem nō poteſt. Imo
enim retinendi animus, quatenus facta occupatio eſt,
abijcitur, planèq; deſpondetur. cum ab expulſione
timeat, ſi ad recuperandum ſe accingat. ob id ſimiliter
res eſt, vt omnino non poſſideat. Idcirco autem vltra
quam facta occupatio eſt, potentiori, & violento ac-
quiſitio non fit, domino in poſſeſſione remanente,
quamuis in conſpectu, & pars ſit quæ non occupatur
quod animus à parte non occupata potentiori abeſt.
Idcirco citra poſſidendi animum per aſpectum ſolū
poſſeſſionis contingere commodum nequit. ſenſias
alius tamen. d. l. quod meo. §. ſi. in violento inferius ſu
bijcitur nu. 218. Ius item aliud, cum de fundo poſſeſ-
ſor vel vltro diſcedit, vt infra nume. 361. verſi. Am-
pliationem.
Caſus hic, cum poſſeſſoris animus in re non vacan
te abeſt, prætermiſſus à glo. eſt. Animi quippe defe-
ctum niſi in re vacante glo. non obſeruat. ob id rei va
cantis aſpectu ſolo poſſeſſionē nō quæri, quod animū
poſſeſſoris habere acquiſitio nō poteſt, cum à nomi-
ne res poſſideatur. Atq; vbi acquirendi interuenire
animus poſſit, quomodo citra appræhenſionem con
ſtare is poterit. In re planè non vacante de acquiren-
di animo verbum à glo. factum in traditione ſua nō
eſt. Ea propter quod omiſſum à glo. apparet, ſupplen-
dum Bar. curauit, vt, & occupatoris opus animus ſit.
Si autem tradentis animus in re non vacante inter
181 uenit, non † modo aſpectu, ſed & modis alijs fictis
poſſeſſio tunc acquiritur. De quibus modis fictis apud
glo. in d. l. 3. in prin. in ver. animo. infra eodem. quæ
modos ſex fictos enarrat. per aſpectum, aut rei præ-
ſentiam, cuſtodem rei præficiendo. Per traditionem
clauium, ex conſtituto. ex retentione vſusfructus. Mo
dum ſeptimum Guido Papæ ſubiungit in conſi. 71. nu.
7. hoc eſt per traditionem vectis, aut peſuli, & in poſ-
ſeſſione ædium ſacrarum loquitur, quarum fores
non patent, vt ſatis ſit, per traditionem, aut tactum pe-
ſuli poſſeſſionem adipiſci, ſimiliter vt in clauibus dici-
tur, cum eadem vtrubique ratio interueniat, quod ad
executores literarum Pontificis, vel collatoris alterius
obſeruandum, qui per traditionem peſuli in poſſeſſio-
182 nem inducunt. ſi dixeris, animum † tunc poſſeſſoris
non interuenire Qui in re ipſa manet. d. l. quod meo.
§. ſi Reſpondetur, factum ſuperioris, aut iudicis pro
facto partis haberi, & perinde rē æſtimari, vt ſi factū
à parte ſit. l. profecticia. §. 1. ff. de iure dot. l. 1. C. ſi in
cau. iudi. l. ſi ob cauſam. Ibiq; Bal. C. de euictio. c. quod
ad conſulationem de re iudi. De quo infra etiam nu.
182. & 198. & nu. 356. A cōtrouerſia tamen vacua opi.
hæc ex his non videtur, quæ in limitatione concluſio-
nis huius infra eius diſſeruntur. vbi veritas explicatur
nume. 198.
183 Modum octauum traditionis † fictæ per inueſtitu-
ram, poſt Alex. Ripa hic adſcribit num. 62. Horman.
nu. 68. circa fi. De qua re Cuma. etiam tradit in conſ.
138. conſultus col. 1. in fi. Ruin. in conſ. 19. nu. 11. verſ.
tertio prædicta concluſio comprobatur. Quibus in
locis

Digitized by Google

locis per inueſtituram in re præſenti ſeu prope rem, factam poſſeſſionem rei acquirr Doct.aiunt. Idem Bal. ſcribit in conſi.337.in primis nu.7.lib.1. De quo infra etiam nu.205.

184 De modo ipſo poſſeſſionis † per aſpectum quærendæ. Iaſ.hic tradit nu.96. verſi.item quærit Bar. de vtili & quotidiana quæſtione.Hotman.nu.1.in fi.& nu.60. & nu.73.verſi.ſecundo contra concluſionem.

Et quod dictum ante de clauibus eſt, traditione ea-
185 rum poſſeſſionem acquiri, † perpetuum non eſſe. Verũ locũ ita habere, ſi in re præſenti traditio fit Bart. hic tradit nu.18.in fi.per tex.in d.l.clauib. & inf.ea.l.§. pen iuncta gl.in vet.traditæ. Quæ clauibus cellæ vinariæ traditis,ita tradita vina putat,ſi apud cellam ipſam vinariã clauiũ traditio fit.Cum Bar. Doct. ſentire Iaſ. hic ſcribit nu.91.Hormã.nu.65.Ripa nu.57.idẽ Abb. probat in c.2.nu.12.de conſue.Deci.in conſi.56.num. 2.circa fin.

Ex præceptione gl. & Bar.in ſpecie hac poſſeſſionis
186 acquirendæ, cõcluſio † deſumitur, poſſeſſionem rei non vacantis ſola verborũ traditione in conſpectu rei facta acquiri.Idq; ob 3hentis vtriuſque animũ,aut cõſenſum.Snĩa hæc Doct.oĩum calculis cõprobatᷣ.In eã etiam Iaſ.venit in d.§ ex contrario nu.40.in fi.

Textibus concluſio hæc iuuatur in d. §. ſi iuſſerim
187 inf ea.l.& in d.l.ꝙ meo.§.ſi venditorem.tex.huc † accedit in l.prædia.ibique Bart. & al.j inf.eo. vbi ex ſolo verbo tradidit,rei immobilis traditio probatur,& pro appræhenſa habetur,ſi ob oculos res ſit.Ita tex.illum pro ſnĩa hac Alex.expendit in conſ.28 nu.3 lib.2. Ibique & alia in ſnĩam hanc affert. Sed enim ad rem tex. ille non modo non attinere, verũ concluſioni potius obſtare prima ratione vr̃.Siquidem niſi facultatẽ poſſeſſionis iure ſuo appræhendendæ,ex traditione id genus non dari. tex. ille docet. In eamque citari ſnĩam ſolet. Cæterum rei propoſitæ ſeruire a ſenſu cõtrario poteſt. Idcirco enim poſſeſſionis translatio ex traditione vocali non fit, ꝙ extra conſpectum rei traditio hæc interuenerat. Aliud igitur in traditione innuit, quę in re præſente fit. Quam inductionem Abb. ſentit in d.c.2.nu 10. in fi.de conſuetu. Ad concluſionẽ hãc iuuandam tex pertinet in l.pecuniam inf.de ſolutio.cũ alijs apud Soc.relatis in d.§ ſi iuſſerim nu.7.in vltimo nota.& in d.l.3.in prin.in quarto not.inf.eo.

188 Ampliatur cõcluſio hæc, vt † tum quoq; obtineat, cum omnis apud tradentem poſſeſſio non eſt.naturalis formata puta ſolummodo, de qua in l. naturaliter in prin.inf.eo.& eam enim aſpectu transferri,in d.§.ſi iuſſerim.Soci.putat nu.9.Ruin.hic nu.27. Contra dicẽdum videbatur, ꝙ ad res tantummodo cõcluſio pertinet,in quibus poſſeſſio vacua quantũ ad alios ſit d. l. quod meo.§. ſi venditorem. Atqui vacua poſſeſſio in fructuario,aut dño vtili non vr̃,qui verbo poſſeſſionẽ in conſpectu tradit. quatenus apud proprietariũ, aut dñm directum ciuilis eſt. Quo argumento Peruſi. adductos,ab ampliatione hac diſcedere Soci.refert.

Sed enim ad argm̃ hoc Soci. reſpondet,ſatis eſſe, ſi vacua poſſeſſio ipſa naturalis eſt,quæ verbo & in conſpectu tradiẽ. Quam ſolam ſpectari in ſpecie hac conuenit. Cum ab alio occupata propter ciuilem non videatur,per tex.in d.l.pecuniam inf.de ſolutio vbi aſpectu poſſeſſionẽ acqri tex. ait, quæ corporaliter ab alio non poſſidetur. Ita niſi corporalis alterius occupatio acquiſitionem poſſeſſionis per aſpectũ non impedit, Idq; vltra Soci.confirmatur. Ratio enim, cur traditio vocalis ſatis non hr̃, quotiens vacua apud tradentem poſſeſſio nõ eſt,illa conſtat, ne ius tertij lædatur, apud quem poſſeſſio eſt.l.2.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur. l.non debet alteri inf.de reg.iur.Quæ ratio ſilet,vbicunque poſſeſſio tertij non tangitur. at ea demũ transfer-
189 tur,quæ apud tradentem ſit.Ratione † igitur prohibitionis tacẽte, effectum ceſſare prohibitionis oportet. l.vbi lex.§.1.inf tit.1.l.vni.ibiq; Bal.num.8. C.ſi rector prouin.§ Aliquando inſti.de vſucapio.c.& ſi Chriſtus de iureiur.Oldra.in conſi.108.Titius veniens ad mortem nu.2.verſi.ſecundo propter.

Secundo vltra Soci. ampliatio hæc cõtra Peruſi.ad
190 iuuatur, ꝙ reſtringi verba † generalia conuenit, vt quo prolata reſpectu ſunt,intelligantur. l.ſi à me. ff.ad l.Falci.l.ſi patroni.§. qui fideicommiſſariam verſi. nec eſt contrarium.l.debitor.§.fin. & l.reſtituta. ff.ad Trebellia.l.3.§. 2. ibi ſed & ſiquidem tutor ſit,non tñ quaſi tutor negocia adminiſtret inf.iudi.ſolui.vnde cũ translationem poſſeſsionis per aſpectum lex prohibet,quæ vacua apud tradentem non eſt,ſed apud alium reperitur,ad eum reſtringi caſum debet,quo translatio poſſeſsionis fit, quæ apud alium exiat, & reſpectu cuius prohibitio intercedit. Aliter atque ſi tertij poſſeſsio non tangitur.

191 Declarationi prædictæ conſequens fieri † Soci. ait, vt aſpectu ſolo translatio ciuilis nõ fiat, quotiẽs apud alium res ipſa,aut corporalis poſſeſsio eſt. Id quia vacua dici poſſeſsio nequit,quę corporaliter apud alium ſit. Rurſus in conſpectu dici ciuilis non poteſt, quæ intellectualis eſt. Intellectualia planè aſpectum non recipiunt. Ad hæc ſine corporali,aut citra actum corporalem acquiri ciuilis nequit. d.l.3.§ Neracius.& ſup. nu. 11.88 97.& inf.expreſsius,& ſignificãtius nu.280. Corporalis planè, quæ apud alium eſt, quomodo aſpectu transferri ſolo poterit.d.l.pecuniam inf.de ſolutio.

Sed & ius idem in ciuili probandum, vt aſpectu rei trãsferatur.Ruin.hic putat nu.28.per tex. in d.l.ꝙ meo in prin. qui per conſtitutum atq; ideo actũ fictũ poſſeſsionem transferri generaliter ſcribit. Ergo vtranq; ſiue coniunctim vtraq; ſiue diſiunctim alterius ſolummodo tranſlatio,ciuilis puta fiat.

Conſequens his fit, ciuilem ſolam rectè conſtituto transferri. Si per conſtitutum id fit,qui minus tantundem aſpectus vnus præſtabit. An nõ rationem eandẽ aſpectus,atq; conſtitutũ habet.l.illud.ff.ad l.Aquil. Ad tex.in d.l pecuniam.quo Soci. nititur, Ruinus reſpondet verba illa,ſi à nemine corporaliter poſſidetur. Ad poſſeſsionem vtranque diſiunctim pertinere,iuxta ciuilem ac naturalem. Hoc eſt, ſicut ſatis eſt, à nemine corporaliter rem poſſideri, cum de corporali, aut naturali ſola transferenda agitur. Ita ſatis ſit, ciuiliter à quoquam rem non poſſideri, cum niſi ciuilis translatio non vetritur. Ratio quippe eadem in caſu vtroque contingit. Hanc Ruini fuiſſe mentem credò,quãuis explicatim adeo non loquatur. Reſponſionẽ hãc veram quidem per ſe arbitror, quam & ſuperiora cõfirmant. ſatis eſſe, vacationem poſſeſsionis illius interuenire, qua de transferenda agitur. Cæterum ad tex. d l.pecuniam. reſponſio hæc non cadit. facit enim, vt niſi corporalis apud ſoluentem poſſeſsio pecuniæ nõ eſſet. At enim & ciuilem. ab ea incluſam ratione gemina monſtrabimus num.194. Prior, quod omiſſa ciuilis intelligeretur, ſi apud alium fuerat, vtpotè ab arbitrio cuius recuperator eius non pendet, cuſtodiam cuius effugerat d.l.3.§. Nerua. infra eod. Altera,quod apud ſoluentem pecuniæ dominium erat. Atq; ideo ciuilis vera apud eum hærebat. Secundum quæ. argu. Soci. proſternitur, quod in text. locatum illo eſt, & per quod à corporali ciuilem abſtractam,& niſi de vacatione corporalis text. illum accipiendum non putat.

Obſeruandum in ſpecie ampliationis huius, non modo Ruino in ciuili,ſed & Socino in naturali per aſpectũ transferenda receptam gl.& Doct.ſnĩam obſtare videri.vacuam enim † poſſeſsionẽ eã æſtumãt.Quæ & animo, & corpore apud tradentem eſt. Quare ſi corpore, aut animo ab alio res poſſidetur, vacua poſ-

N ſeſſio

Digitized by Google

ſeſſio non creditur glo.magna in l. fi.C.vnde vi.Doc.
in l.in conuẽtionalib.§.1.infra de verb. obli. Oldra. in
conſ.311.allegationes nu. 4.Itaq; ſi poſſeſſionẽ vacuã
traditio exigit,quę in aſpectu rei fit.d.§.ſi venditorem,
& vacua non dicitur, quæ ciuiliter à propietario, aut
domino directo poſſidetur, quomodo aſpectu ſolo
transferri naturalis poterit. ſic quomodo viſum Soci-
no fuit. Quod ſi aſpectu ſolo transferri naturalem nõ
dicimus, longe minus tranſlationi locus ciuilis erit,na
turali apud alium exiſtente. quomodo enim vacua
dici ciuilis poteſt. vbi corporaliter ab alio res poſſidetũ
ita Ruini minus opinio ferenda.

Secundo ſi ad Soci. ſenſum textum intelligimus in
d.l.pecuniam. vt ſatis ſit, vacuam naturalem apud
tradentem, & ad tranſlationem eius aſpectu faciendã
eſſe. Euerti ex eo ſententia vulgata videtur, non aliter
vacuam poſſeſſionem æſtimari, quam ſi & corpore,
& animo vacat. Immo enim ſatis erit, naturalẽ vaca
re, ſeu à nemine præter tradentem ipſum poſſideri.

Ad argumenta hæc reſpondetur, & ad primum
quidem vacuam poſſeſſionem intelligi, quæ & cor-
pore, & animo quantum ad tertium vacat. Locum id
habere, cum poſſeſſionem vacuam tradere abſolute,
& ſimpliciter quis debet. Aliter atque ſi nisi naturalẽ
tradi vacuam non oportet. vt in fructuario, aut domi
no vtili, qui ſolum quam habet, ex natura rei, & ma-
teria ſubiecta tradere poſſeſſionem adſtringitur. Ibi
enim ſatis eſt, vacuam naturalem eſſe. Cum pro na-
193 tura rei † reſtringi verba oporteat. l. fundum. ff. de
contra.emptio. Innoc. in c. ex literis de iure patro.Bal.
in l.à procuratore. C. manda. in rubri. C. de contra.
emp. q. 9.in l. fi. C. ſine cenſu vel reliq. cum alijs apud
nos relatis in conſ. 25.nu.2. & in conſ.258.nu.5. in re-
ſpon. pro genero nu.318.& nu.331.Eque ad materiã
ſubiectam verba reſtringi generalia debent. l.ſi vno in
prin.ff.loca. l.ſi olei.C.eod.tit.l.ſi ſtipulatus.ff.de vſur. l.
inſulam.ff.de præſcrip.ver.c.exhibita.Ibiq; Abb. in ſe-
cundo.no.de iudi.c.rego.11.q.3.glo. in l. non videntur
data infra de reg.iuris glo.in c.ſi Papa.in glo. fi. de pri-
uil.lib.6.Anchar. in conſ.163.viſis, & diligenter inſpe-
ctis col.3.in fi.verſi.ex prædictis clare infertur.De quo
infra etiam nu. 247. ver. Pro materia.ſed & verba vni
uerſalia reſtrictionem à materia ſubiecta pati Alex.
ſcribit in conſ.35.nu.9.in fi. lib.4.Calca. in conſ. 1.nu.
31.Deci. in l.1.nu.14.in fi.& ſeq.C.qui admitti.

Ad ſecundum arg reſponſio ex reſponſione proxi
ma colligitur. Hoc eſt contrarium textum in d. l.pecu
niam. probatæ ſententiæ non eſſe, vacuam poſſeſſio-
nem ita haberi, ſi & corpore, & animo vacat. Quo-
niam in d.l.pecuniam. Ideo niſi de corporali mentio
poſſeſſione non fit, & eo nomine vacua poſſeſſio in
194 tradente intelligitur. quod de pecunia atq; ideo re
mobili quæſtio vertitur. In qua apud alium poſſeſſio
ciuilis intelligi non facile poteſt, vtpotè quæ conſe-
ſtim amittitur, vt ſub cuſtodia noſtra eſſe res deſijt. ita
vt recuperari pro arbitrio nequeat.d.l.3.§.Nerua infra
eo.Quare hoc ipſo quod apud tradentem pecunia eſt,
apud eum quoq; poſſeſſio eſſe ciuilis.

Secundo poſſeſſionem ciuilem etiam apud traden-
tem in d. l.pecuniam eſſe, hoc ipſo oſtenditur, quod
apud tradentem dominium pecuniæ erat. Aliter quip
pe accipientis fieri ſtatim non poterat.l.nam, & ſi fur.
ff ſi cer.pet.Dominio igitur tradentis admiſſo,non po
terat vna cũ poſſeſſione corporali cõiuncta ciuilis nõ
eſſe.vera quippe, & legitima eius poſſeſſio æſtimanda
in dominio cuius res ipſa ſit.De qua vtraq; reſpõſione
mentio facta ante eſt. nu.191.verſi.Cæterum ad textũ.
d. l. pecuniam.

Conſequẽs prædictis fit,& naturalẽ ſolã per effectũ
ſolũ transferri. Atq; ideo verã,& iuri conſentaneã am
pliationẽ videri. Quam tamen limitandã cẽſeo vt niſi
195 in naturali † locum iuſta nõ habeat de qua in d.l.na-
turaliter in prin. Cauſa alia naturalis iniuſtæ videt̃, de
qua in l. clam.§. fi.ꝟ.eo. Eam.n.traditione verbali nec
in re præſenti,aut in conſpectu eius credo. Id quia va-
cua naturalis hæc dici iniuſta non poteſt,quatenus mo
leſtiã pati ob ciuilẽ domini,aut poſſeſſoris antiqui po-
teſt.l.1.§.fi.& l.ſeq.Ibiq; glo.& Bar.ꝟ.vti poſſid.Rurſus
vacua dici poſſeſſio naturalis nõ poteſt,cuius auferẽdę
poteſtatẽ alius habet.Ruin.in conſ.141.circa prin.lib.1.
Sed enim ab iniuſto poſſeſſore auferri naturalis vel au
toritate propria ex ciuili. in continenti, vel per iudi-
cem poſt ſpacium temporis poteſt.
196 Conſequens itẽ prædictis fit, vt quibus † rationibus
locũ ampliatio in naturali habet, ꝑ aſpectũ ſolũ eam
transferri,q̃uis apud aliũ ciuilis ſit.Ita ꝓbandũ, & in ci
uili ſit.Ruini opinione ꝯ Socinũ admiſſa.vacua.n.quã
tũ ad dñm directũ, aut ꝓprietariũ ciuilis eius intelligit̃
quandoquidem controuerſiã in ea à dño vtili,aut fru-
ctuario nõ ſuſtinet. vnde cũ niſi ciuilis translatio non
vertat̃,& vacua ea apud dñm directũ,ꝓprietariũvè ap
paret,nihil prohibet, quominus aſpectu ſolo rei tranſ
ferri,& ciuilis poſsit. Quare hallucinatus Soci.videtur,
cui aliud in ciuili viſum, atq; naturali ſit.
197 Neq; mouet, ciuilem ſolam † ſine naturali, aut ci-
tra actũ naturalem,non acquiri.d.§.Neracius,& ſupra
nu.11.88.97.verſi. Enimuero.& nu.191.latius nu.280.
Quoniam cum naturali fictè acquiritur. hoc eſt per
aſpectum rei. Quæ res ob naturalem cuiquam adimẽ-
dam non fit, verum ob ciuilem tantummodo quærẽ
dam citra naturalis læſionem. l.locum.§.pen ff.de vſu
fruc.glo.in d.l.clam.§.fi. in ver. poſſeſsionem. Ibi quæ
ratio non valet.Ibiq; Iaſ.nu.37.ver. In tertia parte glo.
Ibi alias ſequeretur. l. & nu. 60. infra eo de quo latius
infra in tracta. ciuilis, & in 4. eius parte infra eodem.
Ang. huc accedit in l.1.§.deijcitur infra de vi, & vi ar-
ma.phas domino directo eſse ob ciuilem cõſeruandã,
ad naturalem ingredi. Ratio eadem vertitur, cum ci-
uilem ſine iniuria cuiuſquam transferendam, aut con
ſeruandam,ad naturalem accedere directus Dominus
parat. De quo inferius etiam nu.233.

Limitationem concluſio hæc patitur ex glo.& Bar.
decerpta, traditione verborum tenus in conſpectu ſa
cta poſſeſsionem rei non vacantis acquiri. Idque ob
contrahentis, aut partis vtriuſq; voluntatem, ne ad
voluntatem fictam trahatur. Potens enim voluntas
hæc ficta ad poſſeſsionem transferendam non ſimili-
198 ter, vt vera eſt. verbi gratia † in poſſeſsionem, aut
detentionem ex primo decreto, iudiciſq; mandato
executor, aut nuncius mittit, vnde prætorium conſti-
tui pignus ſolet. l non eſt mirum. ff.de pigno. actio. l.
pen.C.de prætor. pign. Iaſ. hic nu.35.circa fi. verſi. cõ
tra vtranq; diffinitionem. Horman. nu.47. Aſpectu
enim ſolo detentio non acquiritur. Id quia domini,
aut poſſeſſoris voluntas vera non interuenit, at ficta,
quia parti ipſi iudicis tribui factum ſolet, vt id velle cõ
tumax fingatur, quod à iudice ipſo in contumaciam
eius fit. d. l.ſi ob cauſam.C.de euictio. cum alijs com-
memoratis nu.182.verè enim contumax diſſentit, ſi-
quidem aduerſus inuitum iudicium datur. l. inter ſti-
pulantem.§.1.infra de verb. obli. Limitationem hanc
Bar. hæc obſeruat nu.23. Iaſ.nu.96. Horman. nu.67.
Ruin. in conſ.50.nu.1.& ſeq. lib.4.

Limitationi huic Abb. contradicit in aliquibus de
re iudi.per iudicem executoremvè nõ minus aſpectu,
atq; à parte ipſa poſseſsionẽ transferri.per tex.in d.§.ſi
inſſerim.& in d.§.ſi venditorẽ,in quibus diſtinctio per
ſonarũ non adhibet̃, ideſt à quibus traditio per aſpe-
ctum fiat,à parte,an à iudice,dum in conſpectu modo
169 res ſit. Ergo nec in arbitrio noſtro † diſtinguẽdi ius
fuerit l.3.§ fi.ff de offi. præſid. l.imperator.ff.de poſtulã
cum alijs apud Iaſ. aſcriptis in l. quamuis in primo
nota.

notat.ff.de in ius vocan.tex.huc pertinet in l. qua actio ne.§.1.ff.ad l.Aquil.l.1.§. occiſorum. ff.ad Syllania.l.ſi ſeruum.§.non dixit prætor.ff.de acq.hæred.

Ad tex.hos per Abb.relatos Alex.hic reſpondet.& ſi maximè perſonarum in eis diſtinctio facta nominatim non ſit, te tamen hoc ipſo factum intelligi, quia
200 tradentis in eis † voluntas exquiritur. Quo caſu ad veram non fictam trahi tex. oportet.l.ſed ſi hac. §.ſi. ff.de in ius vocan.l.3.§.hæc verba.Ibique Bar. ff de nego.geſt.l.ſi quis in legatione.Ibique Bal.ff.de iudi.Quẽ tex.Crot. inducit in l. omnes populi num.213.verſic. Quarta concluſio.ff.de iuſti.& iure. quod idem & tex. oſtenditur,in l.fideicommiſſum.ff.de cõdi. & demon. l.j.§.hoc interdictũ de ciſterna.Ibiq; Bar.inf.de fonte. l.ab ea parte.§. inſulã ſ.de verb.obli. l.ſtatius.§.Cornelio inf.de iure fiſci.l.ſi.C.de his qui veniam æta. impet.

Reſponſionem hanc Alex.Ripa hic ſugillat nu.61. Quoniam non id Abb. fugit, neceſſariam tradentis voluntatem eſſe. verum fictam ſatis ad poſſeſſionem quærendam videri. Vnde à fundamento Bart.veritatẽ quæſtionis huius pendere Ripa ait. Ideſt locus neçne fictioni ſit, cui locum non eſſe Bar.ſcribit.

Sed obſeruandum, ſenſum hũc Abbati non fuiſſe, quem Ripa ait,vt ficta ſatis voluntas ſit, quotiens voluntatem lex exigit. Namque ſi ſenſus is Abbati fuit, multifariam refellitur. Principio enim regula iuris cũ Abb. pugnat, ad caſum fictum legem non trahi. vti dictum mox habemus.

201 Secundo quoniam admitti fictio † non ſolet, vbicunque rei ſuccurri ex veritate poteſt.l.filia quem pater.ff.de lib.& poſth.l.non dubito in prin.inf.de capti. l.in rebus Ibique Bal.in ſi C.de iure dot. Rurſus ad fictionem non aliter aditur, niſi ſi commode proſpici aliter nequit.l.quia ratio.ff.de condi.inſti.Barto.in l.& per iuſiurandum. §. tutor infra de acceptila. Ruin. in conſi.55.nu. 12.lib.2.vnde ſi per actum verum in poſſeſſionem inducere iudex aut executor poteſt, quorſum modum fictum agnoſcere. Itaque quãuis fictionem hanc voluntate vera tradentis interueniente, lex admittat, conſequens non ſit, tantundem probandũ, & in ficta voluntate fore.

Tertiò ſi eum animum fuiſſe Abbati dicimus, vt ſatis ficta voluntas ſit,abſurda res ſequitur, vt fictionibus locus pluribus fiat. Prior, vt ficta ſatis voluntas
202 habeatur. Altera,vt aſpectu ſolo acquiſitio † poſſeſſionis fiat. Quem acquirendi modũ fictum eſſe non dubitatur,vt hic apud Bar.num.23.& ſeq. Iaſ.nu. 101. verſi.vltimo quærit Bar.Ripa nu.60.Iaſ.in d.§.ex contrario.nu.50. verſi.in quinta parte huius ſecundæ partis. Atqui fictionum admitti pluralitas non ſolet. l.cũ poſt.§.genere.ff.de iure dot.l.1.cum ibi no.C.de dotis. prom.Crot.hic nu.62.circa ſi.Ripa nu.58.in fin. & nu. 60.Soci.in l.1.§.in filij in tertio nota.ff.ad Trebel.Idq; & in verba efferri alia ſolet,ſpecialia plura non recipi. l.quod vero contra.ff.de ll.l.mulieri & Titio.ff.de condi.& demon.l.ſi quando in prin. C.de inoffi.teſta.

Quocirca credibile non videtur, eam mentem Abbati fuiſſe, vt fictioni locum in voluntate hac putauerit. Verum id Abb.ſenſiſſe veriſimilius, vt ſaus voluntas eius ſit, cui poſſeſſionis transferendæ poteſtas eſt. De quo genere iudex videtur, aut cui negocium id datum à iudice ſit. Ad quem modum rem expẽdendo, nulla circa voluntatem fictio. Siquidem vera iudicis aut executoris voluntas ad poſſeſſionem per aſpectũ concedendam interuenit.

Aliter tamen argumentum Abb. proteritur. & ſi maximè poſſeſſionis in alium conferendæ facultatem iudex habeat,veraque eius voluntas intercedat, Atta-
203 men † poſſeſſore inuito,id fit, quia aduerſus nolentẽ iudicium redditur.l.ſolemus.ff.de iudi.d.l. inter ſtipulãtem.§.1.infra de verbo.obliga. Proinde poſſeſſori ipſi ante perire poſſeſſio non poteſt,quam occupata,aut appræhenſa ab alio ſit d.l.quod meo §. ſi.infra eo.vnde ratio par voluntatis poſſeſſoris, atque iudicis non videtur. Quia vbi poſſeſſoris voluntas interuenit, animo ſtatim poſſeſſio amittitur, vt traditio eius facta in aſpectu eſt. Quod aliter in voluntate iudicis euenit. Quoniam etſi maximè tradendi ius habeat,& voluntas eius vera accedat, Attamen quia poſſeſſore inuito id fit, ante poſſeſſio acquiri aduerſario nequit, quam appræhenſio eius facta ab alio ſit, quia animum poſſidendi ante non deponit, quam ingreſſum alium intel-
204 ligat. Ratione igitur diuerſa † inter volũtatem poſſeſſoris & iudicis intercedente, Ius quoque conſtitui diuerſum oportet.l.ſi.ff.de calumnia.l.Papinianus exuli.ff.de minor.l.3.§.1.Ibi neç ratio diuerſitatis reddi poteſt.ff.de iniuſto teſta.l.Scio.§.ſi.ff.de annuis lega.l.interpoſitas.C.de tranſactio.c.celebritatem in ſi.de conſecra.diſt.3. Ea propter cum aſpectu & traditione vocali ſola, excluſio poſſeſſoris non ſequatur, verum in poſſeſſione tamdiu remaneat, quandiu ad eam ingreſſus alius non ſit.amiſſa dici per aſpectũ nequit. Amiſſione planè tacente, acquiſitio eius fieri alij non poterit. Quæ ratio ſilet, quotiens à parte,aut poſſeſſore ipſo traditio hęc ficta impletur.

Ex declaratione hac duo conſequuntur, Primum, ad limitationem Bar.euertendam Abb.argumentum non valere. aſpectu ſolo per iudicem etiam,aut executorem poſſeſſionem transferri. perinde quaſi vera & iudicis voluntas interueniat.

Alterum ratione à Bar. ipſo expreſſa dictum aut limitationem eius non iuuari. Ideſt quod ficta poſſeſſoris voluntas dicatur. Quoniam ad rationem Barr. infirmandam ſatis videtur, veram iudicis voluntatem ſubeſſe, cui integrum de poſsione ipſa transferenda eſt. Quod cum ita ſit, ratione alia proximè à nobis enarrata Bar. adiuuari limitatio videtur. Sed enim imbellis ratio non videtur, quæ cum Abb.facit. Namq; ſi integrum iudici de poſſeſſione eſt, ad rem attinere poſſeſſio alterius non videtur.vtpotè vitioſa.

205 Secundo Bar. opinionem † & limitationem ex Io. And. Abb. oppugnat in cap. tranſmiſſam de electio. vbi ſola Epiſcopi inueſtitura in re præſenti, aut conſpectu eius facta poſſeſſionem transferri ſcribit. De quo dictum ante habemus nu.183. Ratio eadem in iudice,aut executore vertitur, vt aſpectu ſolo poſſeſſionem conferat. Siquidem fictus vtrubique modus contingit. Similis quippe iudici Epiſcopus videtur ad arg. hoc Alex.reſpondet,præſuppoſitum Abbatis inficiando, vt eadem vtrubiq; ratio interueniat. Immo enim rationem diuerſam inter Epm, à quo collatio beneficij fit,& iudicem, aut executorẽ eſſe. Alex.docet. Eps enim idcirco inueſtitura ſola poſſeſſionem transfert, quia apud eũ poſſeſſio eſt. Quare ſi apud eũ non ſit,locũ dicto Io. And.non eſſe. Quod aliter in iudice, aut executore mandati eius ſit. Apud quos poſſeſſio rei non eſt. Ob id fictè ab eis transferri non poſſe, quod apud eos non ſit.

Rñſionem hanc Alex.Ripa hic damnat nu.62. Qm ea admiſſa,per executorem diplomatis,aut bullarum Pontificis aſpectu ſolo, aut per inueſtituram trãslatio poſſeſſionis non fieret. Quam tñ induci pro expedito Ripa habet. Sed enim difficilis profligatu Ripæ impugnatio nõ eſt.ſatis quippe vr̃, apud Pontificem ipſum poſſeſſionẽ beneficiorũ eſſe,vt tranſlatio eius aſpectu
206 per executorẽ fiat. Namq; † cũ ex poteſtate à Pontifice tributa poſſeſſio transferat̃,eodẽ modo ab executore tranſlatio fieri,atq; à Pontifice poterit.l. cũ qui.§. ſi ego.ff.de publicia.l.profectitia in prin.ff. de iure dot. l.ſi nuptura.§.1.ff.de fundo dot.l.reſtituta.§.ſed etſi voluntate.l. quamuis in ſi.& ll.duabus ſequen. ff. ad Trebellia.l.ſi pater ex prouincia ſupra de manu. vindic.l.

Digitized by Google

quod meo in prin.inf.eo.l.ſolutam inſ.de ſolutio. c.in
cauſis ibique Abb.& alij in ſcito q.de electio.c.mulie
res de ſen.excom.reg.qui per alium lib.6. & illud, me
rito omnia noſtra facimus, quibus autoritatē impar-
timur.l.1.circa med.C.de veteri iure enucle. & alia nō
pauca. Sed enim præter Ripam,ratione alia Alex. re-
ſponſio euertitur. Qm̄ apud Ep̄m, à quo inueſtitura
fit, poſſeſſionem eſſe beneficij aſſerit. Quod ex his im-
probatur, quæ initio ſcripta tractatus huius & in ſexta
207 vtilitate habemus iuris an facti poſſeſſio dicať.† niſi
detentionem & adminiſtrandi ius apud præfectus ec-
cleſiarum non eſſe. Poſſeſſionem ipſam penes eccle-
ſiā vniuerſalem, aut ſingularem eſſe,ex Innoc. in c. cū
ſuper nu.3.& ſeq.de cau.poſ. & propri. Alex.in l. q̄uis.
§.1.inf.eo.& alia ibi relata nu.21.& inf.num.207.211.
vbi declaratur.

Secundum quæ, Ripæ arg.ſoluitur, quo parem Epi
ſcopi atque Pontificis eſſe cauſam ſentit.

Quocirca reſponſionem ſecundam ad argu. Abb.
Alex. aſſuit. Quamuis poſſeſſionem beneficij ordina-
rius non habeat, à quo collatio & traditio eius per in-
ueſtituram fit, cuſtodiam ſaltem apud eū eſſe gl. in c.
cum vos de offi.ordi, in qua cuſtodia detentionem in
telligi expreſſius declaratum in ſuperioribus eſt num.
214. in fi. Ob id ſatis cuſtodiā aut detentionē hanc ad
poſſeſſionem per aſpectū transferendā eſſe. Reſpōſio-
nem hanc alterā Alex. textu Ripa percutit in d.l. q̄uis.
§.1.inf.eo. vbi per actū fictū poſſeſſionem in aliū Co-
lonus non transfert, ab alio puta conducendo, atque
ideo locatoris nomine poſſidendo, & ſi locatori ipſi
mercedem pendat, dum domino tñ etiam ſoluat. At
qui cuſtodiā bonorū apud colonū eſſe, nemo dubitat.

Sed enim cum Alex. potius tex. is facit, Ripæque à
ſenſu contrario argumentando, obſtat. Eo enim per
actū fictū poſſeſſionem Colonus non confert, q̄ dño
etiam pentionē intulit. vnde in mixtura illa penſionū
208 facilius poſſeſſionis † conſeruatio, q̄ acquiſitio fit.l.
patre furioſo,ff.de his,qui ſunt ſui vel alie.iuris. l.is cui.
ff.de teſtamu.l.vt pomum & l.pro parte.ff.de ſeruitu.l.ſi
ſeruum.§.fi.ff de acq.heredi.l.ſi ff. vnde lib.c. cōſangui
nei ibique Bal.de re iudi. & id genus apud nos in rūſo
pro genero nu.30. 345. vberius apud Reſponſi indicē
in ver. Cauſam in ſpecie col.fi.de textu tñ.d.l.q̄uis.§.1.
& ſenſu eius. Alex.ibi Alijque videndi.

Reſponſio tertia ad arg. Abb. per Ripam hic ſubiū
gitur, idcirco ex inueſtitura Epiſcopi, aut ordinarij
poſſeſſionem transferri, q̄ adminiſtrandi ius in bene-
ficio vacanti vltra cuſtodiam, habet. Cui reſponſioni
209 † recepta Bar.& Doct. ſententia aduerſatur ab admi
niſtratoribus legitimis, tutoribus puta, aut curatoribus
per actum fictum poſſeſſionem non transferri. Atq;
in prelato, qui pro alio poſſidere ſe conſtituit. Bellam.
tradit in conſ.3.col.7.ante med.verſi.caue tamen. Ale.
in d l.quamuis.§.1. & in conſi.81. nu.11. verſi.alio re-
ſpectu lib.3. Ruin.in conſi.156.nu.11.lib.1. de quo cu-
mulatius infra dicetur, quia in prælato contra viſum
pleriſque eſt, vt hic apud Ripam nu.68.

Reſponſionem quartam Ripa ſubijcit. Cauſam di-
uerſam inueſtituræ, atque aſpectus eſſe. factum quip-
pe inueſtitura habet, Quod aliter in aſpectu eſt. Quæ ſa
tis mihi reſponſio non facit. Qm̄ etſi factū inueſtientis
inueſtitura habeat, traditio tñ ficta eſt, quę à facto illo
deducitur. Rurſus quod in ſpecie hac poſſeſſionis ac-
quirendæ factum intelligitur, aut ſpectatur, ad rem ip-
ſam pertinet, Ideſt cum verè poſſeſſio appræhēditur.
At enim extra rem factum inueſtituræ contingit, Ob
id nihili faciendum, cum à fictione pendeat. Secundū
quæ ratio vlla diuerſitatis inter inueſtiturā & aſpectū,
ſeu inter fictionem vnā atq; alterā à Ripa non reddiť.
Cur non æque per iudicē, aut executorē aſpectu ſolo,
ſimiſt vt per actū fictū inueſtituræ, poſſeſſio tráſferať.

Quinta Ripę ratio, idcirco per inueſtiturā poſſeſſio
nē beneficij acquiri, q̄uis inueſtientis res, aut poſſeſſio
210 non ſit, q̄ de beneficio vacanti † inueſtitura fiat. Cū
ſi non vacet, fruſtra id nec impunè conferatur. c. 1. 2.
3. & c. ex tenore de conceſ. præben. ob id facimus per
inueſtituram, de re vacante, q̄ per aſpectū de re non
vacante poſſeſſionem acquiri, deterrima omniū vť. ſi
quidem difficilius rei vacantis, q̄ non vacantis poſſeſ-
ſionem acquiri, ex gl. Bar. & alijs hic apertiſſimè con-
ſtat. Idq; & Ripæ ipſi hic placet nu. 51. vnde præterq̄
q̄ probatiſſimæ glo. & Doct. ſnīæ in reſponſione hac
Ripa aduerſatur, ſecum etiam non obſcurè diſſentit.

Ea propter ratione alia ſm̄ hoc Abb. arg. confutan
dū, q̄ Io. And. teſtimonio nititur in d. c. tranſmiſſam
de electio. ideſt Abb. præſuppoſitum inficiando, fictā
Epi, aut ordinarij voluntatem ſub inueſtitura verſari.
Immo enim à vera inueſtientis voluntate traditio
procedit. Id q̄ prior Alex. rñſio innuit. Rei cuius expli
211 candæ cā ſciendū; beneficij † vacantis poſſeſſionem
apud eccleſiam ipſam hærere, vt Guido Papæ not. q.
355. per tex. in l. raptores verſic. Si autem. C.de epi.&
cler. Id quod planiſſimum ex his fit, quę initio ſcripta
tractatus huius, hēmus nu.21.& nu.207. vt beneficij ēt
non vacantis poſſeſſio apud eccleſiam ipſam conſtet,
detentionem nudam. iuſque adminiſtrandi prælato
obtinente. Eccleſiarum planè poſſeſſio iuraq; omnia
penes Pontificem vt Chriſti vicariū cū poteſtate ple-
niſſima ſunt, vt Abb. alijque no. in c. conſtitutus de re-
ſcrip. Pau.de Caſt. in conſi.287. prim ſi dubium col.2.
in princi. & in conſi.414. in facto præſenti col.2. ante
med. lib.1. & de pleniſſima Pontificis in beneficijs, ac
bonis eccleſiarum poteſtate, in text. habetur in c.2.de
præben. lib.6.& in clem. vni. vt lite pendē. Alex.in cōſi.
2.num.63.lib.1.cum alijs apud nos cumulatius adſcri-
ptis in tracta. de antiq.temp. parte.1.nu.37.verſi.ſed cō
trarium.& nu.ſeq.& parte quarta nu.207.in fi. Qua po
teſtate præſuppoſita, dubitandum non eſt, quin ius Pō
tifici ſit poſſeſſionem ex actu ficto per aſpectum, aut
inueſtituram transferendi, cum & poteſtas & volūtas
eius vera interueniant. Qua ratione igitur, pontifici id
licet, ita & collatoribus ordinarijs, qui ex poteſtate à
Pontifice ſeu iure Pontificio permiſſa beneficia confe
runt. Atque ideo falſum Abb. præſuppoſitū apparet,
fictam inueſtientis voluntatem verſari.

Secundo dictū initio tractatus huius & in ſexta vtili
tate habemus.d.nu.21.& ſupra etiam nu.207.211. poſ
ſeſſionem beneficij, aut rei eccleſiæ apud eccleſiam ip
ſam vel vniuerſalem vel ſingularem eſſe. Itaq; ſi apud
eccleſiam ſingularem extat, adminiſtrationi cuius,
dum vacat, Epiſcopus præeſt. Cum ab Epiſcopo inue
ſtitura fit, nulla circa voluntatem fictio. cum ab eo
fiat, à quo fieri debet. neque arg. hic monet, quod in
iudice contingit, traditionem eius à parte factam in-
telligi. Atque ideo fictam partis traditionem appare-
re. Epiſcopus enim partis vllius perſonā non ſuſtinet.
verum principalis ipſe habetur, à quo ceu principali
traditio per inueſtituram fit.

Apparet ex his, ex diuerſis Abb. argumentari, cum
teſtimoniū Io. And. in d.c. tranſmiſſam aduerſus Bar.
& alios producit. Ab Ep̄o enim inueſtiente ſeu fictè
tradente ad iudicem argumentať, qui fictè tradit. In-
ter quos non Paululū differt. Qm̄ apud iudicem poſ-
ſeſſio non eſt, q̄uis poſſeſſionis transferendæ poteſta-
tē habeat, vnde difficilius ex actu ficto poſſeſſionē cō-
fert, quæ penes aliū ſit. & quo inuito poſſeſſio tráſferť.
Cauſa alia Epi eſt, qui poſſeſſionē transfert, quę apud
eccleſiā eſt, q̄ ipſe adminiſtrat, vnde apud eū ceu admi
niſtratorem eſſe creditur. Neque eccleſia ipſa inui-
ta, in alium ab Epiſcopo transferri poſſeſſio dicitur.
cum id agat, quod ipſa officij natura expoſtulat. Quæ
cum ita ſint, ex diuerſis & ſeparatis penitus Abb. argu
mentati

mentari liquet, Ratio in quibus manifeſta diuerſita-
tis e nicat.
Si dixeris, rationem candem & in Epiſcopo inue-
ſtiente ſubeſſe, quotiens in perniciem alterius inueſti-
turam exercet, à quo ante beneficium poſſideretur.
Reſpondetur. apud clericos ipſos poſſeſſionem non
eſſe, at apud Eccleſiam, vnde ſatis eſt, eccleſiæ incom
modo quicquam non fieri.
Ex declaratione hae veritas eius percipitur. quod
ſcriptum apud Guido. Papæ eſt in d.conſi.71.nu.7. ta-
ctu peſuli poſſeſſionem eccleſiæ quæri. Namq; ſi per
inueſtituram acquiſitio hæc contingit. quæ in con-
ſpectu rei fit, ergo & per tactum peſuli, cum eadem
vtrubique ratio ſit. Conſequens item prædictis fit, ad
iudicem, aut executorem eius dictum Guido. Papæ
non pertinere. ſi tactu peſuli aut vectis poſſeſſionem
iudex aut executor cui traderet. Siquidem diuerſam
iudicis, atque Epiſcopi rationem eſſe, ex ſuperioribus
liquet. Hoc vtique, cum verè poſſeſſio tradi à iudice,
aut executore eius poteſt per ea, quæ in ſublimitatio-
ne infra ſecunda dicemus.
212 Sublimitationem ſeu declarationẽ † limitatio hæc
admittit. vt quamuis per actum fictum & ex volunta
te ficta translatio poſſeſſionis non fiat. facultas tamẽ
autoritate propria poſſeſſionem appræhendendi ex
traditione id genus à iudice, aut executore facta com-
petat. d.l.prædia. Ibique Barto.& alij.j.eo.ita Ripa hic
obſeruat nu.59.in fi. Ruin.in conſi. 50.nu.4.lib.4. Eo-
dem Iaſ. ſpectat in l.ſi ex ſtipulatione nu.3.in prima li-
mitatione.infra eod.
Sublimitatur ſecundo ne locum limitatio habeat,
213 vbi cunque impedimento pars eſt, quominus † verè
iudice, aut nuncio tradi poſſeſſio queat. ficta tum eſt
traditio per viſum ſatis, aut aſpectum, vel aliter erit. l.
ſi finita.§.illud quæritur. Iuncta glo.in ver. poſſeſſionẽ
ſupra de dam.infect.l.cum vnus.§.fin.cum l.ſeq. infra
de bonis autori.iudi.poſſid.c.contingit de dolo & con
tu. Bar.hic nu.25. Iaſ.nu 96.vſque ad nu.101. Horman.
nu.68 Ripa nu.65. cum alijs apud nos accumulatis in
conſi.376.num.21.& ſeq. Quod in publico adhuc non
apparet.& quod comiti redditum cameræ eſt. Ex quo
dicto iudicium opimum de principatu auraicæ apud
Curiam parlamenti Gratianopolis euicit. Illius iactu-
ram oĩno facturus; ſi adiumẽto dictũ hoc non fuerat.
Locum ſublimitatio hęc niſi contra contumacem
aut eum non habet, per quem poſſeſſionem appræ-
hendere quiſpiam prohibetur. Ad incommodum
planè alterius trahi acquiſitionem hanc fictam non
conuenit. verbi gratia ſi contumacis, aut impedientis
res non ſit, verum ab eo occupatur, neque præſcriben
di ius ob fidem malam forte contumaci erat. Poſſeſ-
ſio hæc ficta, quæ per iudicem, aut executorem acqui
ritur, ad perniciem contumacis prohibentisve reſtrin
gitur, vt pro appræhenſa in diſpẽdium eius habeatur,
Cæterum oneroſa domino rei non erit, vt contra eũ
præſcriptio incipiat, quæ incoata apud contumacem
nõ erat, quamuis fidem bonam & titulum is habeat,
cui in contumaciam alterius adiudicatur. Iniquum
quippe fuerit, contumaciam vnius oneroſam alij fie-
ri. Ita declaratum apud Roma. legitur ſingu. 410. lex
quamuis per gl.in reg. ſine poſſeſſione.in glo. fi.verſic.
item opponitur.lib.6. Idque pectori condendum, vt-
porè leguleios fugiens Roma.monet.
Idcirco porrò de præſcriptione non incoanda Ro-
ma. loquitur. Quoniam ſi cœpta iam apud contuma-
214 cem eſt. perfici ab alio poterit. facilius † quippè quid
perficitur, q̃ recens inducatur. l.nam & ſeruius.§. ſi vi-
uo.ff.de nego.ge.l. qui fundum. ff.quem.ſerui.amit.l.ſi
quis.§.1.ff.de ritu nup.l. ſi fundũ. ff. de fundo dotali. &
inf.nu.455. Atq; in pręſcriptione, facilius eam cõpleri,
q̃ nonam incipere, ex tex.oſtenditur in l.cœptam j.tit,
1. Rurſus ſi initium præſcriptioni datum apud contu-
macem eſt, vtiq; acceſſione & iure eius vti ſucceſſor
poterit. l.Pomponius.§.quæſitum inf.eo.
Ad rem tñ diſceptatio hæc non confert, vbicunque
215 niſi ex primo decreto † in contumacis odiũ poſſeſ-
ſio cui adiudicatur. Namq; etſi maximè ex actu vero
traditio poſſeſſionis fiat, fruſtra de præſcriptione inco
anda, perficiendave tractatur. qñ niſi detinendi & cu-
ſtodiendi ius ex ea poſſeſſione non competit. l.cũ lega
ti j. quibus ex cau.in poſ. ea. De quo vberius dictũ in
ſuperioribus eſt nu. 4. Quare ad decretũ ſm pertinere
veſtigatio hæc poterit. Ad primum etiam quantũ ad
contumacis non detentoris commodum ius hoc præ
ſcribendi trahetur.
Quæ dicta in ſexta hac parte de poſſeſſione natura
li acquirenda ſunt. Quibus modis acquiſitio eius con
tingat, ad poſſeſſionem etiam ciuilem pertineat. vtpo
tè cuius naturali carere acquiſitio nequit d.l.3.§. Nera
cius j.eo. De quo in tractatu ciuilis commodius diſſe-
remus. & dictum etiam ante eſt num. 11.88.97. verſi.
Enimuero. nu.191.& nu.196.
Vnũ prętereundũ in parte hac ſexta nõ duxi. In qua
ſñia obſtinata, corpore & animo ſimul poſſeſſionẽ
acquĩri, neq; alterũ ſatis ad acquiſitionẽ eſſe. Namque
216 in † ſñiam hanc obſtrepere Crot. vr̃ in rub. s̃.eo.nu.
7.cum ait, animo ab eo poſſeſsionem acquiri, qui con
tinuandi animo rem tenet. poſſeſsio cuius apud eum
ante non fuerit. Ita animũ ſolum Crot. obſeruat, per
ea, quæ habenẽ in l.3.in prin. Ibiq; Bar. nu.2.& ſeq. Iaſ.
nu.21.verſi.in ea gl.ad fi.vſq; ad nu. 29.j.eo. & idẽ Iaſ.
in l.is qui putat in 2. nota. & in l.ſi quis mihi bona.§.
ſed quid ſi mandaui in 6.not.ff.de acq.hæredi. Ancha.
in conſi.229. multa dubia col.1. poſt med.verſi. itẽ in
actibus regularis. Anto.de Bu. in conſi.64. à duas filias
col.3.verſi.itẽ in actib.quod idẽ atq; conſi. Anchar.vr̃
229. Bar. huc accedit in l.ꝙ vulgo in fi.j.pro emptore.
vt aliud viſum Bar ſit in conſi.206. inter procuratorẽ.
Sed enim molle, atq; ficulnũ plus ſatis Croti argm̃
eſt. Qũ animo ſolo acquiſitio non cõtingit. quẽ ſolũ
Crot. obſeruat. Qñ vltra animũ, actus ipſe poſsidendi
interuenit. q̃uis continuandi, non acquirendi aĩo res
poſsidereẽ. ſed & in Crotũ inſpectio eius regeritur.
Qm̃ actus ipſe naturaliter poſsidẽdi, magis q̃ animus
in ſpecie hac obſeruaẽ. Nã ꝙ ad animũ attinet, ad cõti
nuationẽ, non ad acquiſitionẽ ferẽ. Cæterũ quia natu-
raliter res poſsideẽ, acquiſitio recens inducit. Si dixeris,
ergo citra animũ, acquiſitio fiet. Rñdeẽ, q̃uis ad conti-
nuationẽ animus trahaẽ, Attamen qa poſſeſsionẽ ha
bere oĩno propoſuerat, ad acquiſitionẽ non produci
Si dixeris, Corporis miniſteriũ pro expedito Crotum
habere. Rñdeẽ, aĩo tũ ſolo acquiſitionẽ nõ cõtingere.
217 Pars ſeptima tractatus huius † in poſſeſsioe natura
li, ad amiſsionem eius pertinet. Quibus modis poſſeſ-
ſio amitti naturalis ſoleat. De qua re apud Bar. hic nu.
25. Ruinũ nu.12.& nu.22.circa fi. Horman.nu.71. Ri-
pam nu.70. Iaſ.in §.per procuratorẽ in quinto nota.j.
ea.l. Crot.inf.ea.l.§.ſi vir in pen.nota.
De poſſeſsione item amittenda tex.tractat in l. 1.§.
in operis.& in l.de pupillo.§ meminiſſe s̃. de oper.no.
nuncia.in l.3.§.habeo.in l.qui vniuerſas.§. item ſi id ꝙ
poſsidebamus.in l.ſi id ꝙ § fi in l.ſi de eo.§.1.l.peregre.
§.quibus inf.eo.in l.riparũ in fi.cũ l.ſeq.ff.de rerũ diui.
l ꝙ in littore.§.1.ſupra tit. 1.l.fi. inf. tit.1.d.l. cum vnus.
§.fi.cum l.ſeq.infra de bonis autori.iud.poſ.
De poſſeſsione item amittenda Caſtr.diſerit in cõſ.
30.vt plenè attingamus num.2.lib.2. Deciſio Neapoli.
392. Deci.in conſi.302. nu.23. Ruin.in conſ.45. col.3.
circa fi verſi.ſecundo pro hoc adduco & col.ſeq.lib.4.
vbi tex.exponit in d.l.fi.inf.titu.1.
In quibus locis de poſſeſsione vtraq; ſimulq; coniũ
cta tex. Doct.q; loquunẽ Operoſior planè, atq; cõmo

dior in ciuili amittenda tractatus vertit. Iactura enius, eo grauior, quo naturali vtilior ciuilis eſt, quo magis admirer, à Bar. & alijs hic interitum ciuilis omiſſum, qui niſi de naturalis perditione non docent. De re hac in tractatu ciuilis atque in ſeptima eius parte traditum eſt.

218 Illiud hic miſſum faciendum non duxi, † quod in poſſeſſione amittenda ſcriptum Calder. reliquit in conſ.4.de renuncia. Quod dicitur, animo ſolo poſſeſſionem amitti.d.l.3.§.in amittenda, & l.ſi quis vi.§.differentia infra eo. Locum ita habere, ſi extra rem is eſt, qui animum poſſidendi abijcit, aliter atq; ſi rei inſiſtit. Ibi enim poſſeſſionem corpore retineri, quamuis poſſidendi animus abſit. veluti cum poſſeſſioni ceſſit, aut eam repudiauit vel renunciauit. Quam ſententiam Deci. amplectitur in conſ. 103. in fi. Pro qua ſententia textus videtur in d.l.quod meo in fi. infra eodem. Ibi enim quod ad animum attinet, exercitu in poſſeſſionem ingreſſo, amiſſa videtur, cum poſſidendi animus deſpondeatur, & repelli ſe timeat, qui in prædio eſt. At enim ad eam partem amiſſio non trahitur, quam poſſeſſor adhuc retinet. De quo inferius in tractatu ciuilis, in ſeptima eius parte, & in caſu quinto dicemus. de quo tex. etiam ſupra nu.180.

219 Ex dicto hoc Calderi. declaratio † tex. percipitur in l.quemadmodum infra eo cauſam eandem poſſeſſionis amittendæ, atq; acquirendæ eſſe iuxta. l. nihil tam naturale infra de reg. iur. vt quemadmodum niſi corpore, & animo poſſeſſio non quæritur, ita niſi vtroque interueniente, non pereat. vt locum id ita habeat, ſi in ſtatu eodem res ſit, cum de amiſſione tractatur, atq; tum erat, cum acquiſita poſſeſſio eſt. Ideſt ſi poſſeſſionem naturalem quis habet, hæc enim ſicut acquiri ſine corpore verè, aut ficte nequit, Ita citra corpus intercidere verè, aut ficte non poterit. Idque, & glo. ſentit in d.§.in amittenda in verſi. animo circa fi. ibi vel dic ſecundum Ioan. De qua re plenius in dicto quinto caſu partis ſeptimæ de ciuili tractabimus. nu. 275.vbi Calder. dictum vberius diſeritur.

Hic etiam obſeruandum, periculum à poſſeſſione
220 amittenda tamdin non eſſe, quamdiu † pro alio quiſpiam expreſſim, aut tacite iuris interpretatione, aut præſumptione poſſidet. verbi gratia domum communem totam Socio vno abſente ſocius alter colit. Non plus in dubio quam ex rata eius portione domum tenere Atque ideo Socij abſentis nomine ex parte eius poſſidere creditur Veronenſ.in 4.col.3. inter criminalia. Quocirca per ſocium abſens poſſeſſionem retinet. Ad quam ſententiam conſerunt, quæ ſcripta in ſuperioribus ſunt nu.16 41.in fi. & nu. 121.& nu. 208. facilius quid conſeruari, aut retineri, quam recens acquiri.

In quarta hac tractatus huius parte, in qua genera, aut ſpecies poſſeſſionum diſeruntur, quotuplex poſſeſſio ſit. dictum ſatis de naturali habemus Supereſt, vt de corporali videamus, quam vti ſepararam Bar. diſtinguit, non quod cum Bar. ſentiam, vt inter corporalem, & naturalem differat. verum quo perſpecta Bar. mens fiat, & in quo damnari à Doc. ſoleat, intelligamus.

221 A Bar. poſſeſſio corporalis † hic definitur nu.10. vt ius ſit rei inſiſtendi, vnde retinendi, & recuperandi effectus producitur. Locumq; in eo habet, qui abſentis rem occupat. d. l.clam.§.fi. Effectum hunc retinendi, & recuperandi contra extraneum reſtringendum Bar, hic ſcribit nu.11.

Si dixeris, nihil Inter corporalem, & naturalem intereſſe, quatenus inſiſtendi ius, & naturalis habet. Reſpondetur, verum id eſſe, ſi de naturali iniuſta loquimur. Idem enim corporalis, atq; naturalis valet. Cæterum naturalem verè, & proprie non pluſquam vnã Bar. agnoſcit, ideſt quæ formata, & iuſta ſit, de qua in d. l. naturaliter in prin. infra eo. & apud Bar. hic nu. 25.verſi. tertia fuit opinio. Naturalem planè iniuſtam corporalis vocabulo dicendam Bar. arbitratur. cauſã
222 a planè, quamobrem † ita viſum Bar. ſit, à cognitione faciliore, & ambiguitate omni excludenda procedit. Ideſt quo facilior, & certior poſſeſſionis naturalis cognitio habeatur. Namque ſi duplicem in naturali ſignificatum admittimus, vt iuſta atque iniuſta intelligatur, in ambiguo res erit, ad vtram naturalis appellatio trahatur, iuſtam an iniuſtam, ſiquidem ambiguum id habetur, quod intelligi varie poteſt. l. veteribus. Ibiq; glo.ff.de pactis. vbi enim pluralitas, ibi ambiguitas l. qui ex pluribus infra de verb. obli. l. ita fidei infra de iure fiſci. Bal. in l. ſcire leges nu.3.ff.de il. & in l. precibus nu.23.C.de impub.& alia non pauca Ambiguitas omnis eluitur, ſi non pluſquam ſignificatum vnum poſſeſſioni naturali largimur, vt ad naturalem formatam, & ipſam iuſtam referatur. l.2.ff.de lib. & po.l.fundus qui locatus.ff.de fundo inſtr. Eque incertitudo omnis ſilet, ſi ad poſſeſſionem Iniuſtam corporalis vocabulum accommodamus. Ita vt quotiens de corporali ſermo habetur, iniuſtam, poſſeſſionem accipiamus. De quo etiam ſupra nu.62.

Itaq; & ſi voce tenus eadem vtriuſq; ſignificantia videatur corporalis, & naturalis, & poſſeſſioni iniuſtæ non minus naturalis quam corporalis vocabulũ quadret. Locutionis tamen euidentioris, & Incertitudinis arcendæ cauſa, factum, eſt, vt diſtinctionem hanc Bar. introduxerit. De poſſeſſione hac corporali tex. meminit in l. quod ſeruus. Ibiq; glo. in ver. corporalem. in l.ſi id quod §. fi. infra eo. in l. & habet. §. cum qui infra de precar. cum alijs apud Iaſ. hic collectis nu.68. Ripam nu.35. verſi. non obſtant iura Berengar. in d. l. naturaliter § nihil commune nu.69. tex. his accedit in d. l. pecuniam infra de ſolutio.

Apparet ex his, de naturali iuſta informi, ideſt cum ciuili vnita, in ſpeciebus poſſeſſionum diſtinguendis rationem habitam à Bar. non eſſe. Idq; ex Bar. ipſo expreſſim hic liquet nu. 7. verſi. dicendum eſt ergo. ob id autem naturalis huius informis, & iuſtæ cura Bartolo non fuit, ꝙ impropriè eã poſſeſſionẽ exiſtimat. ſic quomodo vberius demonſtratum in ſuperioribus habemus num.90.

In vno atq; altero Bar. incuſari circa poſſeſſionem corporalem ſolet Principio. cum differentiæ cauſa, vt diuerſas eas eſſe conſtet, ſeparationem in eis introducit. Quomodo enim admittenda ſeparatio videtur, cum idem vtriuſq; vox ſonet. ſi dixeris, effectus diuerſos naturalis formatæ, de qua in d. l. naturaliter. atq; corporalis, aut naturalis iniuſtæ eſſe per ea, quæ de narali formata affatim dicta in ſuperioribus ſunt. reſpondet Ripa hic nu 35. ob effectuũ pluralitatẽ locũ diuerſitati, aut ſeparationi non eſſe, iuxta illud, ſpecie inter ea non differre, Ex quibus aliud alio plus minusve habet. l. fi.ff.de fundo inſtruc.

Sed enim Ripæ argumento non ægre eripi Bar. poteſt. ſiquidẽ diſcrimen aliquod inter corporalem, & naturalem quantũ ad ſpeciẽ non admittit, vt ſpecies diuerſæ ob effectus diuerſos æſtimentur. verũ diuerſitatem hãc ad locutionẽ, & cognitionẽ faciliorẽ reſtringit, vt obſcuritas omnis pellatur. Idq; expreſſim etiã Bar. declarat in d. l.clam §.fi.col.2. poſt prin. ver. item eius opinio eſt falſa. vbi quod doctrinæ cauſa naturalem iniuſtam, corporalem nuncupat.

223 Aliter tamen, & validius diſtinctio hæc † oppugnari Bar. poteſt. Namq; naturalis nomen ad corporalem accommodari poſſe ait. vt quæ corporalis vocatur, naturalis dici eodem poſsit. Quod cum ita ſit, cur nõ æque ex diuerſo corporalis nomen ad naturalẽ applicabiť, vt quæ naturalis formata diciť, corporalis etiã

appelle-

Digitized by Google

appellet. Ad quē modū in tex.accipit in l.fi. Ibiq; Bar.
expreſsim obſeruat ſiu diſsimilis C.de fundis patrimo.
lib.11. Quam Bar.contradictionem Iaſ. hic obſeruat.
nu.68.verſi.item contra Bart. & nu.70.
224 Secundo Bar.notatur,inquantum † effectus plures
naturali iuſtæ,& formatæ tribuit.veluti in præſcriptio
ne,& fructuum commodo. Cum à quaſi poſſeſſione
ciuili effectus iſti oriantur. vt Iaſ. hic obſeruat nu.62.
verſi.circa ſecundam ſpeciem Ripa num.34.& nu.70.
circa fi.verſi. tu vero conſidera. De quo ſupra etiam
nu.52.81. & 128.

Supereſt in parte hac quarta , vt de poſſeſſione ci-
uili videamus. In qua exponenda negocium non le-
ue contingit. Tractatum hūc ciuilis in partes octo di-
ſtinguendum cenſui. In prima quarum definitio eius
225 ponēda. De qua † apud Bar. hic nu.8. Ripam nu.29.
vt ius ſit inſiſtēdi rei. quam poſſidere phas eſt. Quod
ius effectibus ciuilibus aptum producendis habetur.

Definitio altera à Berengario adſcribitur in d.§.ni-
hil commune. nu.72. rei detentionem dici , quæ ani-
mo demum conſiſtit ,iuris adminiculo concurrente.
per tex.in d.l.clam.§.fi. cum l. ſeq. Quam declaratio-
nem,aut deſcriptionem Baldo tribuit in rubri.de can.
poſ.& propriè.nu.4 Idem ex Iaſ.confirmat in d.§.fin.
nu.21.in tertio nota.In eandem ſententiam tex. cum
glo.non ſpernenda affert in l.licet. C.eo.tit.
226 Ex definitione , aut deſcriptione † hac rationē per-
cipi Berengar.ait,quam ob rem niſi ciuiliter dominus
directus non poſſideat . Ideſt quia niſi animum,atque
voluntatem in re feudali , aut emphyteotica non ha-
bet. Corpore quippè à domino vtili poſſidetur . Inde
etiam rationem colligi ſcribit, cur ciuiliter, & animo
tenus,proprietarius tantummodo poſſideat . De qua
ratione ſupra plenius.nu.39. & 48.Ciuilem hanc poſ-
ſeſſionem in enigmate conſiſtere, exempli loco decla
rando.hoc eſt, vt per enigma poſſidere cenſeatur,qui
ciuiliter poſſidet.glo.ait in d.l.3.§.ex contrario.verſic.
vel verius exemplificat.quæ verba in enigmate ad in-
tellectum Bar. ibi refert.nu.7.

Tertiò conſequens declarationi huic fieri Beren-
garius ſcribit , vt in rebus incorporalibus ciuilis pro-
priè poſſeſſio contingat,quatenus corporalis verti in
eis nequit.§.1.inſtit.de rebus corporal. & incorporal.

Obſeruandum in definitione hac Berengar. cum
Bal.nominat in d.rubri.nu 4. nihil aliud enim niſi du-
227 plicem † poſſidendi ſpeciem Bald.diſtinguit natura-
lem,& ciuilem Deinde naturalem eā aſſerit,quæ cor-
pore,ciuilem,quæ animo habetur,ſeu naturaliter cor
pore,ciuiliter animo poſſideri.d.l.licet.vnde rei deten
tioni contradicere Bald.videtur , quæ ad corpus , aut
actum naturalem competit . non enim rem animo
detineri,ſed poſſideri ait. Rurſus de adminiculo quo
iuris Bald. non meminit . Ita niſi modum ciuiliter
poſſidendi Bald.non exprimit , vt per animum ciuili-
ter res poſſideatur .
228 Secundo obſeruādum,definitionis † id eſſe,vt ſub-
ſtantiam,aut eſſentiam definiti demonſtret , ita vt rei
alij ſubſtantia illa non congruat glo. in l. omnis diffi-
nitio.infra de reg.iuris. Bart.in l.1.ff.de teſtam. Bald.in
rubri.C.qui admitti.nu.2.in fi.Eodem Bal.ſpectat in l.
cum quis.num.4.in fin.C.de iuris,& facti ignor.vbi ex
Philoſopho , & Boetio ſcribit , definitione eſſentiam,
deſcriptione demonſtrationes contineri. Tradit Bul-
gari.in rubric.ff.ſolut.matrim.nu.22. Horman.hic nu.
48.At enim ab animo ſubſtantia ciuilis non eſt , verū
ex iuris ciuilis eam approbatione pendere , ſcriptum
in ſuperioribus, & in tertia parte tractatus huius prin-
cipali habemus nu.34.ex Bar.hic nu.14.Ripa nu.29 &
ſeq.Horman.nu.57.circa prin.Animus planè nonniſi
ad retentionem , aut conſeruationem ciuilis ſpectat.
Ita ad effectum ciuilis , non ad ſubſtantiam eius ,ani-
mus reſpicit . De quo infra num. 306. Sed enim ad-
229 mitti definitio † non ſolet, in qua per effectum cau-
ſa declaratur,cum inter effectū , ſeu cauſatum,& cau-
ſam differat. Bart.in l.1.in princ. infra de appella. Qui
definitionem appellationis improbat , quā vſus Azo
eſt,nihil aliud appellationem eſſe,quā ſententiæ prio-
ris reſciſionē . reſciſio enim effectus appellationis eſt,
qui ab appellatione deſcendit. A quo effectu deſumi
definitionem non conuenit. Hanc etiam definitionē
ab effectu Berengar.ipſe damnat in d.§.nihil cōmune.
nu 70.Gomeſ.in §.1.inſti.de actio. Soci.huc accedit in
l.quibus diebus.§.fi.nu.6. in fi. ff de condi. & demon.
à forma, potiusquā ab effectu rem definiendam . De
quo tñ apud Decium in rubr.de proba. nu.7.ver.vlte-
rius & poſtremo.Io.Hannib.in rubr.ff.ſol.mat n.384.
Albā in rubr.ꝟ.de verb.obli.nu.131 Quod ſi ab effectu
tolerari definitio poteſt, effectus, & alios ipſosq; ma-
iores cōmemorari oportebat , circa vſucapionem, &
fructus.In naturali authoritate propria ex continenti
recuperanda.Circa inquietationem iniuſtæ naturalis.
230 Tertio cauſam efficientem † in re definienda ſpe-
ctari potiſſimum cōuenit cum ex cauſis quatuor de-
finitionis perfectio ſecundum Philoſophos conſtet,
efficiente,formali,materiali,& finali,vt Criſpus docet
in rubr.ff.de lega.1.nu.104. verſi.quandoq; ab omni-
bus quatuor . At enim verbum de cauſa efficiente in
ciuili Bal.non facit . Quæ cauſa efficiens in approba-
tione iuris verſatur. Cauſati ſeu effectus tantummodo
Bald.meminit. vnde dici non poteſt, ad poſſeſſionem
ciuilem definiendam in d.rubr.Bald.cogitaſſe,qui niſi
effectum retinendi ex animo non ponit . Secundum
quæ ex Bal.iuuari definitio hæc non videtur.

Eque definitioni Berengar.opitulari Iaſ. nō videtur
in d.l.clam.§ fi.in tertio nota.Qui diſcrimen tantum-
modo inter naturalem etiam & ciuilem enarrat , vt
naturalis dicatur.in qua homo eſt , cum in poſſeſſio-
ne rei homo eſt.Ciuilis ex diuerſo,quæ in homine ip-
ſo,aut animo eius eſt,ex Bal. in c.cæterum.nu.8 in fin.
de iudi. Ita niſi effectum ciuilis vnum exprimere Iaſ.
non videtur .

Quarto parca , & Imperfecta Berengarij definitio
videtur.vtpotè quæ naturalem iuſtā non complecti-
tur.Quam ciuilem dici poſſe Bar.hic putat nu.14.cū
alijs in ſuperioribus, & in tertia parte principali tracta
tus huius enarratis nu.235.34.86.verſi. ſed quæſtio.&
duobus ſeq.& nu.235. Atqui animo naturalem quā-
uis iuſtam non retineri proculdubio eſt.Definitio pla
231 nè † ita recta,aut iuri conſentanea,ſi perfecta, atque
generalis eſt,& caſus omnes complectitur, quibus de-
finita res competit . Cæterum quæ niſi ad caſus certos
non pertinet , eam vero agnoſci definitionem non
oportere Dec.ſcribit in rubri.de offi deleg.nu.6. verſi.
iſta diffinitio.& verſi.ſecundo ꝙ hoſti.dicit.Eque ſper
ni ratio ſolet,quæ generalis non ſit Bar.in l.tranſigere
nu 4.C.de tranſact. Bald.& Cagnol.in l.1.ff.de orig. iu-
ris.Abb.in conſi.79.circa fin.lib.2.Iaſ.in l. ſi is qui pro
emptore.nu.91.infra tit.1.

Lapſus item Berengar. in tertia haud dubiè illatio-
232 ne eſt. poſſeſſionem ciuilem in rebus † incorporali-
bus propriè competere. Namq; cum ſine poſſeſſione
naturali acquiri ciuilis nequeat.dict.l.3.§. Neratius. &
poſſeſſio naturalis in rebus admitti incorporalibus
non poteſt . quomodo ciuilis ex ea naſci propriè po-
terit . Pluris quippè aliquid in cauſato eſſe , atque in
cauſa nequit.l.digna vox. C.de ll.cap.1.§ hoc autem
notandū qui feud.dare poſſ.Bald. in l.1. ff. de ſenator.
Iaſ.in l.Gallus.§.nūc de lege.n.12.ver.tertio adde.ff.de
lib.& poſth. Quo circa rectius ſcriptū à Beren.fuerat,
ſicut quaſi poſſeſſio naturalis in reb.incorporalib.cō
petit,quę ex facto hominis,ſcientiaq; & patientia ad-
uerſarij orit.l.3.§.dare.ff.de vſufr.l.pen.ff.de ſeru.l.1ō.

§.ſi

§ ſi iter.ff.de actio. empti. l. nemo ambigit. C.de acq. poſ.Iaſ.hic nu.62.in d.l. 3 §. ex contrario nu.30.verſi. ſed aduerte, & in d. l. naturaliter in fi. prin. infra eo. Scite Bellame. in conſ 10.col.13.verſi. Circa tertium dubium. De quo ſupra etiam nu.48. Ita quaſi poſſeſſio nem ciuilē in rebus verſari incorporalibus probādū.

Quocirca melior Bar. definitio videtur. Quæ ſubſtantiam ipſam definiti ſeu poſſeſſionis ciuilis ſpectat. Ideſt ipſam iuris ciuilis approbationem, per quam rei inſiſtendi ius his datur, quæ poſſidere per legem licet. Ex qua iuris ciuilis approbatione, & ciuilis nomen poſſeſſionis acceptum. & effectum ciuilium productio exiſtit. Eque generalior Bar. quam Berengar. definitio videtur, vtpotè quæ pertinere, & ad naturalem iuſtam poteſt. Quæ & ipſa ius inſiſtendi habet, & in qua propriè magis quis inſiſtit. Ad Berengarij planè definitionem, in qua pro ſubſtantia ciuilis animus ſpectatur, naturalis trahi ipſa nequit. quæ ex animo non conſtat, & Bar. definitionem Ripa agnoſcit in d. rubri. de cau. poſ. & propriè nu.19.

Si dixeris, nec Bartoli definitioni naturalem cedere Siquidem effectus ab ea naſci ciuiles nequeunt. Reſpondetur. In naturali informi quæſtionem verſari. quoniam in formata etiam iuſta cadere ciuilis propriè nequit. quæ apud eum non eſt, qui naturaliter poſſidet, verum apud Dominum directum, aut proprietarium, ſic quomodo ſcriptum in ſuperioribus eſt nu. 38.& ſeq. nu.48.& nu. 226. Ciuilem denium impropriam, quæ quaſi ciuilis dicitur, Dominus vtilis, aut fructuarius habet vti expreſſum ſuperius eſt nu.52.81. 118.& nu.124. Itaq; niſi ad naturalem coniunctam, & ipſam iuſtam definitio non congruant, ſicut coniuncta cum ciuili eſt, ita non ab vtraq; produci effectus

233 nequeunt. Cum pro vno † connexa æſtimentur, ſimiliter vt contignatio vna ædificia diuerſa ita coniungi pro vno habeantur. l quod cōclaue ſupra de dam. infec. Neq; de vno quicquam fieri in connexis poteſt, quin ad alterum porrigatur c. ſi quis obiecerit, & ſi quis præbendas.1.q.3.

Sed iterum obiecturus quiſpiam erit, ſi à poſſeſſione vtraque ſimul compoſita effectus eius proficiſcuntur, cur niſi tribui ciuili non ſolent. Reſponſio ad argu. hoc ex ſuperioribus deſumitur nu. 89. poſſeſſioni ciuili perinde ac cauſæ immediatæ effectus tribui. Rur

234 ſus † ciuili vti potentiori effectus vendicantur. l. quæritur.ff.de ſtatu homi. l.3.in prin. ff. de tutel. l. antepenul.ff.de hæredi. inſti. l. legatis § ſi vnus.ff de lega. 3.& apud nos in rub.ff.de leg. 1.nu.119.& ſeq. De quo inf. etiam nu.242.ver.ſi dixeris. & nu.ſeq. ratio altera.

Sed mouere adhuc videtur, eo ad naturalem iuſtā Bar. definitionem non quadrare, quod effectus omnes ciuilis naturali iuſtæ etiam vti coniunctæ, & coniunctionis ipſius ratione nō congruunt. qualis effectus eſt, vt animo retineatur. Reſpondetur, neceſſarium non videri, vt effectus omnes ad vtranq; ſimul copulatum competunt. Neq; abſurdam rem videri, Diſcriminis aliquid inter ea inueniri. ad quæ definitio applicatur. ſeu quæ ſub definitione includuntur, quæ videre in teſtamento, eſt, definitio cuius omnia complectitur, quæcunq; expreſſa in teſtamento ſunt. licet ad hæredis inſtitutionē precipue referatur, qua detracta, locum definitio non habet. vt apud Bar in l.1.ff.de teſta. Atqui diſſimilitudo inter inſtitutionem, legata, & fideicommiſſa haud dubiè vertitur.

Secundo ad arg. reſpondetur. ſatis eſſe, generalem magis Bar. quam Berengar. definitionem eſſe. Perfecta planè, & peculiaris naturalis iuſtæ, & informis definitio, aut deſcriptio tradita ſuperius eſt nu.101.

Sed enim controuerſia hærere in Bar. definitione videtur. cum ius rei inſiſtendi in ciuili obſeruat. ad quē modum niſi ciuilem definire non videtur, quæ vnita cum naturali eſt. Ciuilis planè, quæ diſcreta à naturali inita eſt, veluti quæ apud dominum directum, aut proprietarium ſit, ius rei inſiſtendi non habet. Cauſa eadem ciuilis videtur, quæ à naturali diſiuncta iniuſta eſt. Ius enim inſiſtendi poſt interuallum non habet quamuis inquietandi, aut turbandi facultas detur Bar. in l.1.§.fi. nu 3.poſt glo. ibi infra vti poſſide. & alia, de quibus ſupra nu.69.& nu.195.

235 Reſponderi poteſt inſiſtendi ius † quantum ad naturalem iuſtam ratione ciuilis conſeruandæ competere, vt Ang. docet in l. 1.§ deijcitur infra de vi, & vi arma. Rurſus inſiſtendi ius in naturali iuſta citra detrimentum eius, poſſeſſori ciuili competere ſupra oſtendimus nu.197. cum ciuilem ſolam ex aſpectu transferri contra Soci. diximus ex glo. in d. l. clam.§.fi.in ver. poſſeſſionem. Ibi quæ ratio non valet. Ibiq; etiam Iaſ. nu.37.verſi. in tertia parte glo. Ibi alias ſequeretur. I. Quod autem ad naturalem iniuſtam attinet, in ea in

236 ſiſtendi ius ciuili † poſſeſſori aptitudine ſaltem competit, hoc eſt per iudicem, naturalem poſt interuallum recuperando. Cuius aptitudinis, aut potentiæ haberi ratio ſolet, quotiens propinqua actui eſt.l.3.in prin.ff. quod quiſq; iuris. l. quæſitum.§. illud.ff.de lega. 3.l. Labeo ſupra de ſtatulib.l.1.§.2.infra de aqua quoti. & eſt.c.fi.de reſti. ſpolia. Deci. in c.paſtoralis.§.quoniā in ſecundo nota. de reſcrip. Inſiſtendi item ius intelligi ratione permiſſionis turbandi poteſt. De qua permiſſione ſupra d. nu.69 195.

Cæterum quo planior ciuilis poſſeſſionis declara-

237 tio fiat, dupliciter eam obſeruandam † cenſeo. Primum, per ſe, non reſpectu differentiæ alicuius, ideſt non prout à naturali differt. verum cum ad naturalē ipſam adhæret. ad quem modum rem expendendo, poſſeſſio ciuilis dici ea demum poterit, quæ à iure ciuili ſimpliciter, & quantum ad omnia approbatur, & hoc modo naturali etiam iuſtæ omnino, & neceſſario competet. vtpotè quæ approbata in omnibus ſit, non enim ciuile dici non poteſt, quod iuſtum eſt, aut quod à iure approbatum ciuili ſit. vt Bar. hic tradit num.14. Ripa nu. 29. & ſeq. & dictum mox ante habemus nu. 231. Cum quo tex. facit in l. lege obuenire infra de verb. ſigni. glo. in l.3.§ de illo in ver. ex teſtamento.ff. pro Socio. Inde poſſeſſio etiam naturalis formata, & iuſta nomen accipere ciuilis poterit. Idq; non ſimpliciter, aut propriè verum ſub dictione quaſi vt quaſi ciuiliter rem poſſidere dominus vtilis, aut fructuarius dicatur. Id quia ſimpliciter, & quantum ad omnia approbatio facta poſſeſſionis huius non eſt, verum ad ius illud vtile reſtricta. In quo iure poſſeſſio vera cadere, aut propria nequit. ſic quomodo explicatum in ſuperioribus habemus nu.52.81.128.& nu.24.& inferius in tractatu de quaſi poſſeſſione diſceremus.

Secundo modo non per ſe ſimpliciter, verum differentiæ cauſa poſſeſſio ciuilis intelligitur. ideſt cum ratione naturalis, & prout ab ea diſcrepat, ciuilis nuncupatur. Modus iſte ſecundus ad naturalem iniuſtam neceſſario pertinet, vt differentiæ cauſa, quæ ciuili cū naturali iniuſta intercedit, ſeu propter diſcrimen, quod inter naturalem iniuſtam, & ciuilem ipſam vertitur, mentio ciuilis fiat. Rurſus ex priore intelligendi modo modus hic ſecundus deſcendit. In priore enim modo dictum eſt, ex approbatione ſimplici ciuilis nomen deduci, idq; naturali etiam iuſtæ conuenire. vnde ſicut ex approbatione vocabulum ciuilis deriuatur. Ita ex improbatione nomen naturalis, aut corporalis retinetur Rei cuius exemplum capere ex tex. licet in d.l. clam.§.fi. vnde iniuſtam naturalem plerunq; eſſe in d. §.ex contrario Ang. ſcribit num. 2. Imola col.1.circa med. Rationem Ang. adſcribit, quod iniuſtè magis naturalis vt fieri aſſolet, quam ciuilis occupatur. Idq;

238 in expedito † ante conſolidationem ciuilis cum naturali

turali

turali factam, eſt.

Se, & conſolidatione facta, adhuc ciuilis nomen differentiæ cauſa ſpectatur, quo planum fiat, à natura li iniuſta eam ſeparari, & diſcerni. Quoniam, & ſi maximè in perſona eadem poſſeſſio vtraq; interueniat, ciuilis propriè, & ſimpliciter non eſt, at ex aliquibus tantummodo vt non tam cum naturali coniuncta, quam disiuncta videatur, vti dictum ſupra eſt nu. 145. 149. & ſeq. Atq; nu. in primis. 155. Præterquam ſi habitum, aut potentiam. obſeruamus, qua potentia ſpectata, quæ ciuilis quãtum ad aliqua eſt, ciuilis fieri proprie poteſt, vt in ſpecie. d. l. clam. §. ſi. cum à clandeſtino in alium, qui fide bona accipit poſſeſſio, transfertur. Ciuilem enim quantum ad omnia ſucceſſor habebit. §. quod autem inſti. de vſucapio. ſimili modo in ſpecie. l. ſi eum qui in prin. ff. de dona. inter virum, & vx. & infra ea. l. §. ſi vir. donatione morte coniugis donantis confirmata, ciuilis ſimpliciter, & quantum ad omnia apud donatarium erit. ita quæ reſtricta ad aliqua ciuilis eſt, generaliter effectum in omnibus habere aptitudine poteſt. De quo ſcriptum vberius ſupra eſt num. 155. vbi Roma. citatur in conſi. 277. circa prin. Apparet ex his, ad hunc ſecundum intelligendi modum tex. pertinere in d. l. clam. §. ſi. in d. §. ſi vir. & in d. l. ſi eum qui. ad differentiam naturalis tanquam iniuſtæ ciuilem denominari, ſiue à naturali diſcreta, ſiue concreta cum ea ſit.

Sed obiecturus aliquis erit, dictum eſt, poſſeſſionē ciuilem in ſecundo intelligendi modo prout differentiæ cauſa exprimitur, ad naturalem iniuſtam ſolummodo, neceſſarioq; referri. vtpotè à qua ſola diſcrepet. Ad naturalem planè iuſtam non trahi, cum ab ea non differt. atq; ideo ciuilem etiam naturalem nuncupari. Sed enim traditioni huic obſtat, quod etiam ad differentiam naturalis iuſtæ nomen enunciari ciuilis poteſt, veluti cum de poſſeſſione ciuili domini directi, aut proprietarij memoria habetur. differentiæ enim cauſæ pronunciatio ciuilis fit, vt appareat, aliam eam, atq; naturalem formatam eſſe, quæ apud dominum vtilem, aut fructuarium eſt. Atqui iuſtam naturalem hanc eſſe, nemo ambigit. Reſpondetur Differentiam
239 hanc eo fieri, quod † nomen ciuilis propriè, aut ſimpliciter cadere in naturali formata non poteſt, vtpotè approbatio cuius facta niſi in iure illo vtili non eſt in quo vera propriaq; intelligi poſſeſſio nequit. l. ſeruus. §. 1. ſupra titu. 1. l. 3. in prin. infra eo. l. ſequitur. §. ſi viã infra titu. 1. Cæterum cum id dicimus ad differentiam naturalis iuſtæ ciuilem non appellari, de naturali intelligimus. In qua poſſeſſio, ciuilis contingere, vera poſſit. habilia præſupponendo. l. qui teſtamento in prin. ff. de teſta. l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad legem Falci. l. vt gradatim in fi. prin. infra de muner. & honor. l. furioſum in fi. C. q de teſta. fa. poſ. c. qa diligentia de electio. c. 1. Ibi ſi aliud non obſtat. de æta. & quali. c. cum ceſſante. Ibiq; Deci. in ſeptimo nota. de appella. & huiuſmodi compluria.

Poſſeſſio hæc ciuilis vtrocunq; modo intelligatur, per ſe, & ſimpliciter, vel differentiæ cauſa, ad alteram
240 ſeu naturalem referendo, intellectualis † æſtimatur. Namq; ſicut à iure pendet, introductaq; ab eo eſt, non poteſt intellectualis non eſſe. cum corporale ius atq; intellectuale ſit, intellectuq; & animo conſiſtat. ſic intellectualem poſſeſſionem hanc ciuilem Iaſ. hic vocat nu. 70. verſi. tu concluſiuè teneas. Idem Bar. ſcribit in d. §. ex contrario nu. 7. cum verba glo. ibi exponit, in enigmate, ideſt intellectu.

Refert tamen, ad priorem, an poſteriorem modũ accipiatur, quod vbi ſecundo modo intelligitur, aut effertur. Ideſt prout a naturali differt. & ab ea ſeparatur, nihil aliud, quam repræſentationem quandam naturalis tenuteæ eſſe Iaſ. putat in d. §. ex contrario nu. 9. in fi. Quorum declaratio Verborum facta à Iaſ. non eſt, eo planè ſpectauit, vt quamuis naturalis verè poſſeſsio hæc ciuilis non ſit, cum de iure ſolo pendeat, animoq; hæreat, qui à corpore abeſt, repræſentatio tamen naturalis in ciuili ipſa fit, ita vt per ciuilem naturalis repræſentetur, quoniam quod ad effectum attinet, pro eo res eſt, vt ſi naturaliter etiam is poſsideat, apud quem niſi ciuilis non eſt. Aliter etiam atq; ſignificantius verba hæc accipi Iaſ. poſſunt, vt dicamus naturalem ipſam in animo, meditationeque ciuiliter poſsidentis ad eum modum obuolui atq; repræſentari, vt naturaliter quodammodo poſsidere ſibi videatur, naturaliterq; poſsidere ſe faciat.

Vnum atq; alterum ex prædictis conſequuntur Ratio primum, cur niſi ciuilis ſola animo non retineatur. Ideſt quia in iure, intellectuq; conſiſtit. Animo quippè ius hæret, in animoque & intellectu verſatur.
241 Animo tamen, & † formatam naturalem, iuſtamq; retineri. Bar. ſcribit in l. 1. §. fi. nu. 9. infra vti poſsid. ſed & naturalem iniuſtam formatamq; animo retineri Bar. ipſi hic viſum nu. 36. Sed enim in neutro nihil cũ Bar. dicto cõuenit. Namq; quod ad naturalem iuſtam formatam ſpectat attinet, non eam, ſed quaſi ciuilem animo retineri ſupra oſtendimus in quinta parte naturalis; & in primo eius effectu. nu. 127. & ſeq.

Equè naturalem formatam, & iniuſtam animo nõ conſeruari demonſtratum ſupra habemus in prima parte poſſeſsionis naturalis, cum circa effectum interdicti retinendæ in ea verſaremur nu. 79. & duobus ſeq.

Alterum, quod ex prædictis ſequitur, in ratione alia conſiſtit, vnde factum ſit, vt ciuilis ſola effectus poſſeſſionis pariat, qui in fructibus quærendis, in vſucapione, & alijs conſiſtunt, de quibus inferius dicemus. Ex prędictis enim ratio deriuatur. Namq; cum niſi ex cauſa iuſta procedere acquiſitio non debeat, fide mala acquiſitioni dominij, & fructuum obſtante, cauſa iuſta nonniſi in poſſeſſione iuſta verſatur. vnde abſurda
242 † res fuerit, ex naturali iniuſta lucrum poſſeſſori contingere. l. ne ex dolo. ff. de dolo. l. ſiue hæreditaria. ff. de nego. ge. l. ſed & ſi hæreditas. §. pen. ff. ad exiben. l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir. ff. ſolu. ma. l. cum ita in prin. ff. de lega. 2. & ſexcenta huiuſmodi.

Si dixeris, naturalem iuſtam reperiri, quæ à iure approbatur. tam formatam, quam informem ob id effectus poſſeſsionis naturali etiam accepto ferendos. Reſpondetur, ciuilem tunc vel quaſi per approbationem iuris naturalem intelligi. vnde cum immediata acquiſitionis cauſa in approbatione ſit, approbationi ipſi perinde vt cauſæ proximæ tribui effectus decet. l. pen. ff. de condi. ob turpem cau. l. Socium qui in eo. §. 1. ff. pro Socio. l. cum de hoc infra de exceptio. rei iudi. l. in lege cenſoria infra de verb. ſigni. c. de cætero de homicid. Oldra. in conſ. 73. nu. 5. Quæ ratio commemorata, & ante eſt nu. 234.

Reſponſio altera, & ipſa ſignificatior efficaciorvè ad arg. applicatã, quæ ab impoſsibili deducitur. Idcirco
243 enim vſucapiendi ius naturali † tributum non eſt, ꝙ poſſeſſionem continuam citra interruptionem vllã, vſucapio poſcit. l. deniq; ff. ex quibus cau. maior. l. ſeruitutes la grand. ff. de ſeruitu. l. 3. l. ſine poſſeſsione l. naturaliter, & l. ſi is qui pro emptore. §. bona fide infra titu. 1. l. in bello. §. factæ infra de captiu. l. vni. C. de vſuca. transfor. l. 2. de præſcrip. longi temp. reg. ſine poſſeſſione lib. 6. glo. in c. cauſã in ver. detinere. de præſcrip. Inde legitima poſſeſsio non dicitur, quæ interrupta ſit vt infra nu. 511. Hoc amplius, cum poſſeſsionē interruptam quiſpiam recuperat noua tamen opus præſcriptio ſit, vetus ad quam poſſeſsio non confert. l. Pomponius. § quæſiti ff. eo. l. pen. §. 1. ff. de diuer. & tem. præſcriptio. Horman. in rubri. ſupra codē nu. 5. Crot. nu. 3. Idem Crot. hic nu. 1. & nu. 33. Sed n. impoſsibilis cõtinuatio

nuatio ĩ naturali videt̃,vel ſi admitti cõtinuatio poſſit
nõ,difficilis tñ interruptio fieret. Quocirca poſſeſſorũ
intereſt,vſucapionis effectũ ciuili arrogari. In qua faci-
lis cõtinuatio per animũ contingit. De re hac,ſine poſ
ſeſſione an non vſucapio procedat, infra nu. 261. in
fin.& ſequentib.
Eque impoſſibilis effectus naturalis incontinenti
recuperandæ ex naturali iuſta eſt. Quorſum enim
244 † recuperare, quod apud recuperantem ſit iuxta il-
lud,fruſtra quem petere, quod intus habet.l.ſi quis ex
argentarijs.§. prohibet.ff. de edendo.l.1.§. interdictũ.
autem infra vti poſſid.l. quotiens. infra de ſolutio.l.1.
C.de aliena.iudi.mutan.cau.fac.l.1. Ibiq; Bart.in ſum-
mario. C.de re iudi.§.æque.verſi.quod genus. inſti.de
interdic.§.fi.inſti.de perpe.& temp.actio.c.examinata.
de iudi.& infra nu 429. Ratio eadem in naturali iniu-
ſta turbanda ex ciuili vertitur,de quo apud glo.& Bar.
in d.l.1.§.fin.nu.3. infra vti poſſid. Quomodo enim
naturalem quiſpiam interpellabit, quæ apud eum ſit.
fructus item acquiri quomodo ex naturali poterunt,
ſi perpetua non eſt.
245 Apparet ex his, potentiorem † naturali poſſeſſio-
nem ciuilem eſſe, a qua effectus demum poſſeſſionis
exiſtunt. Inde Soci. ſcribit in conſi. 322.num.19.&
ſeq.lib.4. appellationi poſſeſſionis niſi ciuilem nõ ce-
dere,ex Imola,& recentioribus in d.l.3.§. ex cõtrario.
Sed enim ſcriptum ita apud Imolam non eſt. col.1.
in fin.verum vtranque contineri poſſeſſionem putat.
Quin etiam dubitationem maiorem in ciuili verſari
Imola ſentit, vtrum poſſeſſionis appellatio ad eam
pertineat, dictionem etiam obſeruando, cum ait, ad
eum etiam,qui ciuiliter poſſidet, ſtatutum trahi, quo
mentio de eo ſit, qui rem tenet,aut poſſidet, quæ di-
246 ctio etiã † implicatiua eſt.l.magiſteriæ. C. de iuriſdi,
om.iud.l.etiam.C.ſi tutor. vel cura.inter.l.1. C.qui ad-
mitti. Implicatiuæ planè eſt, caſum minus dubium
quam expreſſum includere, ant implicare.l.centurio.
Ibiq; Lanfran.nu.2. ff.de vulga. l. ſi contendat.ff.de fi-
deiuſſ. Iaſ.in l.Barbarius.nu.20.ff.de offi. prætor. in l.ex
facto.nu.23.ff.de vulga in hac.l.1.§.fin.nu.4. in l.qui ſe
patris.nu.36.poſt Fulgo.& Roma.ibi. C.vnde lib. Rei
cuius illa eſt rõ,ꝙ niſi dubitationis maioris caſum ex-
preſſum facimus, cum ſub implicato tunc continea-
tur, otioſa expreſſio ſit. Ita Salic. docet in l.cum anti-
quioribus ante ſi.prin. C.de iure delib. Quod cum ita
ſit, incogitate plus ſatis ex Imola ſcriptum Socin.reli-
quit, poſſeſſionis appellationem ad ciuilem in dubio
reſtringendam.
247 Ruſus cum duplicem† poſſeſſionem propriè eſſe,
Doct.putent naturalem,& ciuilem, & propria vtraq;
ſit,cur minus ad naturalem, quam ciuilem trahendũ
ſtatutum erit.l.cum de lege. Ibiq; Areti.ff. de teſtam.l.
Gallus.§.1. Ibi q ex verbis concipi poteſt.ff. de libe.&
poſth.l.proſpexit.ſupra qui & a quibus.l.alienatum.§.
1.infra de verb.ſigni.c.ſi quam de ſen.excom. Bart.in
l.omnes populi.nu 55.verſi.ſecundo caſu. ff.de iuſti.&
iure.& alia non pauca. Pro materia tamen ſubiecta
ad poſſeſſionem ciuilem verba reſtringenda ſtatuti
arbitror. Quid enim ſi in ſpecie loquatur,in qua effe-
ctum habere niſi poſſeſſio ciuilis non poteſt. Ad eam
enim non trahi ſtatutum non poterit.l.item veniunt.
§.apranda.ff.de peti.heredi.l.proculus. ff. de vſufruct.
l.fin.ff.de vſufruct. earum rerum, quæ vſu conſ.l.qui
duo. ff.de ſeruitu: ruſti. prædior.l. damni infecti. qui-
dam.§. Sabini ſupra de dam. infect.& alia de quibus
ſupra num. 193.
Secunda pars tractatus huius de poſſeſſione ciuili,
ad perſonas ſpectat, ideſt apud quos eſſe poſſeſſio ci-
uilis dicatur. Qui tractatus ad ciuilem pertinet,qua cũ
adiuncta naturalis non eſt, & quæ ciuilis ſimpliciter,
aut per ſe, non differentiæ cuius nomine profertur,

Namque ſi coniuncta cum naturali eſt,apud eundem
vtraque poſſeſſio hæret.
In ciuili planè à naturali diſiuncta, & quæ ratione
differentiæ intelligitur, prout à naturali diſtat, bifariã
248 ſeparatio hæc contingit. Iuſtę † videlicet, & iniuſtæ.
Iuſtę ex voluntate partium, aut iuris miniſterio. De
quo genere ciuilis conſtat,quæ apud dominum dire-
ctum proprietariumve eſt. quotiens volens quiſpiam
feudi, aut emphyteoſis iure rem cuipiam tradit,vel cũ
fide bona ab eo,qui dominus nõ eſt, iure emphyteo-
ſis,feudi aut vſusfructus res traditur. naturalem enim
accipiens,& ciuilem venditor, aut tradens habet, fide
vtrinque bona interueniente, vt in d.§. ex contrario.
in fin. Ang. docet.Ibiq; Imola.col.2.poſt med. verſic.
Ang.vero hic.Ita iuris permiſſione, citra domini vo-
luntatem ciuilem tradens conſequitur, aut retinet.
Apud bonæfidei poſſeſſorem ciuilem inueniri infra
etiam dicitur. nu.251.
Hoc amplius, quia approbatio etiam naturalis in-
249 teruenit, quaſi † poſſeſſionem etiam ciuilem poſ-
ſeſſor naturalis habet, quæ effectus eoſdem in iure il-
lo,pro quo competit, atq; in rebus ipſis corporalibus
ciuilis propria,tam in iure ipſo præſcribendo, quam
in fructibus producit, vt hic apud Iaſ.nu.62. verſi.cir-
ca ſecundam ſpeciem. & Ripam nu.34. Idem Imola
notat in d.§.ex contrario.col.2.circa prin.verſi. poſſet
etiam dici. Ibiq; idem Bart.ſentit nu.5.verſi. procedo
vltra.Secũdum quæ,inter ciuilem propriam, & quaſi
ciuilem impropriam quantum ad ſuum vtriuſq; ius
reque ipſa non differt. De poſſeſſore bonæfidei, ciui-
lem,necne habeat,infra etiam num.251. Cumulatius
num. 271.
250 Iniuſtæ ſecundo diſcretio † ciuilis,& naturalis con-
tingit,vt in ſpecie.d.l.clam.§.ſi quo caſu apud clande-
ſtinum naturalis formata,& ipſa iniuſta, apud domi-
num, aut poſſeſſorem, priorem ciuilis tamdiu hæret,
quamdiu amiſſa ſit. Amiſſione planè facta, cum na-
turali conſolidatur,vt glo.not. in l. ſed & ſi nolit. quæ
textum illum mox ſequitur. Apparet ex declaratione
hac,etiam apud poſſeſſorem malæfidei ciuilem inue-
niri,vt Ripa hic obſeruat.nu.40. verſi. ſed tu aduerte,
ꝙ Bar. Idem Iaſoni viſum in §.ſi vir.nu.22.infra ead.l.
Sed enim ratio non patitur, vt qui fide mala eſt,
poſſeſſionem ciuilem habeat, quæ à iuſtitia pendet.
251 Idq; ex Bal.inuatur † in c 1 §.Marchio.nu.3. qui feu
dum dare poſſ.apud illum poſſeſſionem ciuilem nõ
eſſe,cui dominium verum,vel quaſi non reſpondeat.
vel niſi ſi à nemine res poſſidetur. Quo dicto Deciſio
Neapoli.vtitur 403.circa ſi. Ita titulum, fidemq; bonã
in ciuili Bal.expoſtulat. Idem Iaſ.ſentit ſecum non cõ
ſtans in d.§.ex contrario.nu.35.verſi.ſecundo aduerte.
& nu.42.verſi.ſimile in bonæfidei poſſeſſore vbi apud
bonæfidei poſſeſſorẽ eſſe ciuilẽ ſcribit. Iq quib. verbis
ius aliud poſſeſſoris malæfidei eſſe, nõ obſcurè ſentit.
Si dixeris conſolidationem ad hunc modum ciuilis
repudiari, contra glo.receptam in d. l. ſed & ſi nolit.
Reſpondetur, conſolidationem illam ſimpliciter nõ
admitti. Immo enim reſtrictum contra tertium eſſe.
Atque ideo ciuilem propriè non dici, ſic quomodo
declaratum in ſuperioribus habemus. num. 68. 156.
verſi.ſatis hæc. & nu. ſeq.
252 Sed quod dictum in ſuperioribus † eſt, dominium
niſi vtile, & poſſeſſionem niſi naturalem apud feuda-
tarium non eſſe. Locum nonniſi vniuerſitatis nomine
habet, vt in iure ipſo vniuerſo dominiũ vtile, & poſ-
ſeſſionem naturalem tantummodo feudatarius ha-
beat. Cauſa alia rerum ſingularũ videtur. In eis enim
dominium plenum, ideſt æque directum atq; vtile,&
poſſeſſio plena iuxta ciuilis, atque naturalis vaſallo,
competit Bal.in procemio feudorum nu. 11. & in l.1.C.
vnde legit. Quocum Gozadi.ſentit in conſ.50. num.

9. Ratio eadem emphyteoſis eſſet, quæ ex vniuerſitate conſiſteret.

Dictum hoc controuerſia apud me in bonis ſingularibus non vacat, Quæ iuris, & ipſæ feudalis, aut emphitheothici ſint. Quo pacto enim dominium directũ poſſeſſionemvè ciuilem feudatarius in eis, aut emphiteota habebit. Idq; pro indubitabili Deci. habet in d. l. 1. in fi. C. vnde legitimi.

Diſtinctione, & declaratione poſſeſſionis ciuilis ita
253 enarrata, difficilis † cognitio non erit, apud quos poſſeſſio ciuilis intelligatur. In ciuili enim, quæ ſimpliciter, & per ſe, non differentiæ, cuius nomine, intelligitur, in expedito res eſt, apud eundem ſemper vtranq; eſſe. Eque in ciuili, quæ differentiæ cauſa id nomen accepit, controuerſiam res non habet, vbicunq; iniuſte ſeparatio ciuilis à naturali contingit, hoc eſt apud dominum, aut poſſeſſorem priorem, & iuſtum, ciuilem eſſe. corporalem, aut naturalem apud iniuſtum. d. l. clam. §. fin. & conſolidatione facta, ciuilem impropriam atq; limitatam apud poſſeſſorem ipſum iniuſtum inueniri. Si autem iuſte ſeparatio, aut diſiunctio hæc inducitur, æque ambiguitatem omnem tacere. apud eos naturalem eſſe, à quibus res ipſa poſſidetur. in eis ciuilem hærere, qui rem non habent, vt in ſpecie. d. l. naturaliter quaſi ciuilem tamen cum naturali coniungi, dictum nec ſemel habemus.

Sed quæſtio hic incurrit. Traditum ſupra pro regula eſt, apud eos naturalem eſſe, quibus iuris aliquid in re competit, ciuilem apud eum manere, ad quem iure pleno res ante pertinebat, vt in ſpecie. d. l. naturaliter. De quo plenius ſupra nu. 37. 39. 48. 226. vtrum perpetuum ius hoc ſit, vt qui iuſte rem ex conſenſu partis, iure tamen non pleno habet, naturaliter demum poſſideat, ciuili apud eum remanente, cuius pleno res ante iure erat, verbi gratia creditori res in pignus traditur. niſi pignoris ius in ea creditor non habeat, dominio apud debitorem conſtante, Nunquid ſimilis cauſa pignoris, atq; dominij vtilis, aut vſusfructus erit, vt naturalem formatam creditor, ciuilem debitor ha-
254 beat. Cauſam † eandem creditoris atq; domini vtilis, fructuarijvè, vt niſi naturalem non habeat Oldra. putat in d. conſ. 209. circa fi.

Contra Bar. hic viſum nu. 8. verſi. oppono vlterius, & in d. l. 3. §. ex contrario nu. 6. poſſeſſionem vtranq; ad creditorem ambulare ciuilem, & naturalem per tex. infra ea. l. §. per ſeruum corporaliter. Qui indignus tex. inductione non videtur. Cuius elucidandi cauſa, ſciendum, non modo proprietatem, ſed & poſſeſſionem per ſeruum domino vel ignoranti acquiri § item vobis iuncto verſi. non ſolum. inſti. per quas perſo. nobis acq. Cauſam aliam Domini nolentis eſſe, ne poſſeſſio ei inuito quæratur Iaſ. putat. in §. hæc quæ de ſeruis nu. 3. infra ea. l. ſed de ignorante dubitatio non eſt, quin domino ignoranti acquiſitio poſſeſſionis procedat. vt in d. §. hæc, quæ de ſeruis. Ang. ſcribit poſt prin. Hoc ita prænarrato, quæſtionis eſt, in ſeruo. ne pignori tradito id obtineat, vt Domino poſſeſſionem acquirat, cum apud creditorem, pignoris iure eſt, ſciens acquiſitionis vel non Dominus ſit. In q. hac dicendum ratione prima videbatur, ius idem ſerui eſſe pignori traditi, vt domino poſſeſſionem vel ignoranti acquirat ſiquidem à dominij, & poteſtatis dominicæ iure acquirendi cauſa exiſtit inſti. per quas perſo. nobis ac
255 quir. in prin. Pignoris † planè dominium à debitore non recedit, qui id conſtituit. l. 1. §. cum prædium. Ibi quoniam quæſtio pignoris. ff. de pignor. l. neq; pignus infra de regulis iuris, & huiuſmodi mille. Cauſa igit̃ acquirendi, & poſt pignus conſtante effectum quoque permanere eius conuenit. l. ſi cui. §. 1. ff. ex quibus cau. maior. l. 2. §. omnes. ff. de iudic. l. Qui nominibus. ff de admini. tutor. Idq; ex reg. declaratur, cauſa remota, effectũ deſinere. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro c. cum ceſſante de appella. Ergo idem ex diuerſo vt cã manente effectus duret, ob oppoſitis argumentando. l. 1. ff. de his, qui ſunt ſui vel alie. iuris. l. & ſi contra. ff. de vulga. & alia compluria. argumento. hoc nõ mouente, Ius aliud ſeruandum, tex. illo denſum, per ſeruum pignori ſubiectum Domino poſſeſſionem nõ quæri. Decidendi planè rationem. tex. ſubdit, quod præter cauſam vſucapionis, à debitore ſeruus non poſſidetur, qui traditus pignori eſt. Quæ verba ad vſucapionem perficiendam ſpectant. De quo etiam apud Iaſ. in §. item acquirimus in ſexto, & nono nota. infra eadem. l. Quod autem dictum eſt, ad vſucapionem perficiẽdam textum pertinere in d. §. per ſeruum corporaliter. Ratio id coacta docet. Namq; ſi poſſeſſio per ſeruum. hunc noua non acquiritur, Quomodo ſine poſſeſſione vſucapionem incoabit. l. deniq; ff. ex quibus cau. maiores, & alia, de quibus ante num. 243.

Conſequens item declarationi huic fit, vt ad vſucapionem ipſius ſerui. pignori traditi neceſſario tex. referatur in d. §. per ſeruum corporaliter. Quem fide bona debitor poſſidebat, & vſucapiebat. Ita inicium vſucapioni datum ante erat, quam in pignus abiret. Idque Iaſ. etiam ibi obſeruat in prin. & nu. 3. in fi. verſi. item intellige. & quamuis Iaſ. non explicet, eo ad ſeruum ipſum vſucapi cœptum referri tex. oportet. ad rem accommodari aliam nequit. Namq; aut rem aliam ante pignus ſeruus acceperat, vſucapioni cuius datũ in cium erat, & eam apud Dominum ſerui compleri non dubitatur, cum apud eum manſerit. Quatenus, & ſerui ipſius vſucapio perficitur, qui apud Dominum non eſt, aut ad ſeruum poſtea res peruenit, quam traditus pignori eſt. & recens incoari præſcriptio nequit.

Neq; arg. mouet è regione obiectum, dominium ſerui oppignerati à domino, & poteſtate eius non diſcedere. a dominioq; aut poteſtate acquiſitionis ius
256 pendere. Quoniam ad † dominium id quærendum ſpectat. Ratio alia poſſeſſionis per ſeruum quærendæ, Quæ ſerui ipſius poſſeſſionem expoſtulat, vt non aliter per eum. acquiſitio domino poſſeſſionis procedat niſi ſi apud dominum ſerui ipſius poſſeſſio ſit d. §. item acquirimus. Ibiq; Iaſ. in dictis nota. ſexto, & nono, & in d. §. per ſeruum corporaliter in fine primi nota. Idem ibi glo. ſentit in ver. poſsideat. expreſsius Ang. in §. hæc quæ de ſeruis in fin. infra ea. l. vbi rationem differentiæ inter filium, & ſeruum exprimit. Cur per filium, aut monachum fugitiuos patri monaſteriovè poſſeſsio acquiratur, quod contra in ſeruo eſt. Inde facilior dominij quam poſſeſsionis acquiſitio De quo ſupra etiam nu. 170.

Inde ratio colligitur, quamobrem in ſeruo tex. loquatur, qui pignori datus corporaliter eſt quoniam ſi pacto, aut conuentione nuda tenus, deſtinatus pignori ſit iuxta. l. 1. ff. de pign. actio. cum apud debitorem, & dominium, & poſſeſsio ſerui inueniantur. Rectè tum domino acquiſitio poſſeſsionis fiet. Id quia ratio tunc ſilet vnde impedimentum acquiſitionis deſcendit, id eſt quia à debitore non poſsidetur. Immo enim poſsidetur traditione eius corporaliter non facta Idq; glo. obſeruat in d. §. per ſeruum corporaliter in glo. 1. De quo infra etiam nu. 268. locum tamen ſententiæ glo. non puto, ſi vltra conuentionem, conſtitutum interueniat. l. quod meo infra eodem.

Conſequens declarationi prædictæ fit poſſeſsionẽ vllam rei pignori traditæ apud debitorem non eſſe. de corporali, aut naturali dubitandum non eſt, cum à creditore, cui tradita eſt, poſsideatur. Eque ciuilem debitor non retinet. Quoniam ſi ciuilem habeat vtiq; acquiſitio impedienda poſſeſsionis non vſ, vtpotè cum niſi ciuili tribui effectus acquiſitionis non ſoleant, &
257 ciuilem † apud debitorem non remanere ex tex.

etiam

Digitized by Google

etiam non obſcure demonſtratur in lege qui pigno
ris in fi. infra eodem dictionem omnino expenden-
do, ꝙ omnino debitor non poſſidet, quæ dictio vni-
uerſalis eſt, idem ac verba illa pollens, nullo modo. vt
in d.§ per ſeruum corporaliter, & in primo nota. Iaſ.
ſcribit. Si nullo modo debitor poſſidet. ergo nec ciui-
258 liter. cum omnia verba vniuerſalia † excludant, vel
quę minima ſunt. ſiquidē excluſio vlla de eo non fiat,
quod totum exprimitur. l. Iulianus. ff. de lega. 3. c. ſoli-
tæ. de maiori. & obed. falſum quippè eſſet, à debitore
rem omnino non poſſideri, ſi aliqua apud eum poſ-
ſeſſio ſit. l. ſi is qui. cc. §. vtrum. ff. de rebus dub. & ver-
bo vniuerſali negatiuo omnia excludi, textu demon-
ſtratur in l. nemo. ff. de lega. 1. Atque ex textibus om-
nibus, quibus inicium eſt Nemo. Quod genus inicium
ll. vndecim titu. habet infra de reg. iur. præter titu. alios
complures. Affines his tex. ſunt, qui à dictione nulla,
nullus, aut nullo incipiunt. Tradit Signorol. in conſi.
95. nu. 11. circa fin. Geminia. in conſi. 35. colum. 1. &
alia omittenda.

Conſequens prædictis fit, cum modo aliquo, nec
ciuiliter, nec naturaliter à debitore pignus poſſidea-
tur, in creditorem ipſum poſſeſſionem omnem trāſ-
ferri ciuilem, & naturalem. Cur autem creditori ipſi
acquiſitio poſſeſſionis per ſeruum pignori datum nō
fiat, Imola ibi, & Iaſ. rationem exprimunt. Quoniam
opera, & facto hominis acquiſitio poſſeſſionis fit. ex
operis planè ſerui, creditori non acquiritur. Immo
259 † enim quod ex operis ſerui creditor accipit, ſortē
extenuat. l. reſcriptum. §. 1. verſi. nā & ſi maiores. Ibiq;
Bart. ff. de diſtrac. pignor. l. 1. §. fin. ff. de ventre. in poſ.
mitten. l. Titia. infra de ſolutio. l. 1. 2. & l. fi. C. de pigno.
actio. l. ex prædijs. C. de vſur. l. & ſi dominium. C. de pi-
gnor. c. ad noſtram. 1. de iureiur. c. cum contra de pi-
gnor. c. 1. 2. & c. ſalubriter. de vſuris. Ratio hæc Imolæ
& Iaſ. inferius refellitur nu. 263. verſi. ſed videndum.

Apparet ex his, in tex. nō paucos Oldra. offendiſſe
in d. conſi. 209. in fin. cum domino vtili, & fructuario
ſimilem in poſſidendo creditorem facit. Atq; poſſeſ-
260 ſionem omnem † pignoris apud creditorem eſſe,
Crot. etiam hic admittit nu. 50. Idem glo. probat in l.
cum notiſſimi § 1. C. de præſcrip. 30. vel 40. ann. Pau.
de Caſt. in conſi. 156. viſis actis, & actitatis coram do-
mino Locumtenente. col. 2 circa med lib. 2. Corn. in
cōſ. 228. li. 2. firman, in ver. poſſeſſio apud quos nu. 19.

261 Concluſio memorata, poſſeſſionem † ciuilem ne-
dum naturalem apud creditorem eſſe, declarationes
aliquas admittit. Prima, vt ad vtilitatem ipſius debi-
toris poſſeſſio hæc obtineat Iaſ. in d. §. per ſeruum cor
poraliter in 1. nota. verſi. ſed aduerte & in fi. cōmenta-
rij. per tex. in l. ſi pignori. ſupra tit. 1. & in l. per ſeruum
qui pignori. infra tit. 1. Domini enim animo pignus
creditor non poſſidet, l. quæcunque. §. 1. ff. de publicia.
l. ſi ſeruus depoſitus. §. 1. ff. de noxal.

Secunda declaratio, aut limitatio, ne ad vſucapio
nem trahatur. Cuius rei nomine debitor poſſidere, nō
creditor intelligitur. Quæ declaratio ex ratione prio-
ris deſcendit Namque ſi domini cogitatione creditor
non poſſidet, cum alienam rem eſſe nō ignoret, atq;
vti alienam poſſideat, vtiq; neq; vſu rem capere, neq;
lucri fructus facere poteſt. quominus ſorti cedant, fide
ei mala obſtante. Atq; in vſucapione, ex tex. id proba
tur in d. §. per ſeruum corporaliter. Pro qua ſententia
Ripa hic nu. 30. in fi. verſi. tertio aduerte. glo. etiam no
minat in d. l. cum notiſſimi. §. 1. C. de præſcrip. 30. vel
40. ann. quæ Ripæ ipſi contradicit, nec vſucapiendi
cauſa, apud debitorem poſſeſſionem eſſe. verum ſine
262 poſſeſſione eam tū procedere. Ex † qua glo. limita-
tio percipi regulæ poteſt, ſine poſſeſſione præſcriptio
nem vſucapionemvè non procedere ne in vſucapio-
ne locum perficienda habeat, Cum qua limitatione
facere tex. videtur in l. nunquam. 2. §. penul. & in l. cœ-
ptam. infra tit. 1. vbi quæ à defuncto cœpta vſucapio
eſt, ab hæreditate iacente completur. Atque poſſide-
re hæreditas non intelligitur, cui neq; corpus, neque
animus ſit. ſine quibus poſſeſſio non acquiritur. Sed
nec animo carere retentionem poſſeſſionis poſſe, di-
ctum ſuperius habemus. nu. 12. 80. 88. 123.

Sed enim gloſæ contrarius text. videtur. in d. §. per
ſeruum corporaliter. qui apud debitorem quantum
ad vſucapionem, eſſe poſſeſſionem aſſerit. Neq; text.
363 mouent † à glo. citati in l. rerum. §. Labeo. & in d. l.
nunquam. 2. §. pen. infra tit. 1. Quoniā quod ad text.
attinet in d. § Labeo. poſſeſſio non abeſt. Namq; & ſi
maximè regulas, columnasvè in ædificium coniectas
per ſe atq; ſeparatim, aut ſingulariter quis non poſſi-
deat, cum vniuerſitate tamen ædificij poſſidet. Atque
ideo per tempus præſcriptio finitur, quod rebus præ-
ſtitutum mobilibus eſt, quamuis ius aliud ædificij ſit,
quod ſicut immobile eſt, ita poſſeſſionem lōgiorem
expoſtulat. Quare pluris id vſucapionem perficiendę,
quam incoandę tributum, vt locum perfectio habeat,
vbi inicium denegatur. Incoari enim præſcriptio re-
rum mobilium quaſi mobilium nequit, quæ poſitæ
in ædificio ſunt. ne iure diuerſo res eadem, aut ædifi-
cium idem cenſeatur, tanquam immobile, & mobi-
le. Cæterum vbi ante cœpta vſucapio eſſet, quam in
ædificio locatæ res mobiles fuerant, & dies pauci ad
vſucapionis exitum ſupererant, quaſi mobilium iure
vſucapio ipſa perficitur.

Eque ex text. glo. ſententia non iuuatur in d. l. nun-
quam. § penult. Quoniam poſſeſſio ibi ficta hæredi-
tatis interuenit, quæ poſſidere fingitur. quamuis verè
non poſſideat, vt Crot. docet in d. rubri. ſupra eod. nu.
5. Ita facilius ad actum perficiendum quam recēs in-
ducendum fictio admittitur.

Sed videndum in prædictis, quatenus dictum eſt,
ad vtililatem debitoris poſſeſſionem creditoris cede-
re Iure hoc admiſſo, quid ita ad vſucapiendum poſ-
ſeſſio hæc non trahitur, vt debitori ipſi commodum
poſſeſſionis accedat. Indę dubitationē Imolæ, & Iaſ.
ratio patitur, quamobrem nec creditori ipſi poſſeſſio
quæritur. Id eſt ꝙ ex ſerui pignori traditi opera acqui-
ſitio contingeret. Atque ideo ad ſortem ipſam peri-
mendam, aut extenuandam accederet. Namq; con-
tra Imolam, & Iaſ. ratio hæc reflectitur. ſiquidem ad
vtilitatem debitoris imputatio hæc pertineret. vt ſor-
tis ex ea extinctio, aut diminutio fiat.

Vnde rationem aliam potiorem cōſtare arbitror,
ꝙ ſi creditori ad commodum debitoris acquiri poſ-
ſeſſionem dicimus, per liberam alij perſonam acqui-
ſitio fiet, quod lex non fert. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. in-
fra de verborum obligat. §. ſi quis, alij inſti. de inutil.
ſtipula.

264 Tertia declaratio, aut † limitatio, ne in pignore lo-
cum prætorio habeat, quod ex decreto primo indu-
citur. iuxta. l. non eſt mirum. ff. de pigno. actio. In eo
enim niſi detentionem cuſtodiamvè creditori non
competere, dictum in ſuperioribus habemus per tex.
in l. 3. §. fin. infra eod. in l. cum legati. infra quibus ex
cau. in poſ. eatur, & ita in ſpecie Iaſ. obſeruat in d. §.
per ſeruum corporaliter. nu. 6. & ante eum gl. & Doc.
in d. l. cum nobiliſſimi. §. j. in verſ. conſtituta.

365 Quarta declaratio, vt ad pignus † rei mobilis text.
reſtringatur in d. §. per ſeruum corporaliter. Idq; per
tex. ipſum qui de ſeruo loquitur pignori dato. Pignus
vero niſi in re mobili propriè non vertitur. in qua tra-
ditio quaſi pugno fit, atque ideo poſſeſſio eius credi-
torem ſequitur. l. plebs. §. 1. infra de verbo. ſigni. Ratio
alia rei ſtabilis eſt, poſſeſſio cuius ad creditorem non
perinde ambulat. l. ſi rem. § proprie. ff. de pign. actione
Ita Soci. iun. limitat in conſi. 47. nu. 2. lib. 1.

Sed enim lapſum Socin. iun. in ſpecie hac credo
mens quippe iuriſconſulto non fuit in d.§. propriè. vt
ad creditorem hypothecę poſſeſſionem omnino non
tranſire intelligeret, æqualitate à facto interueniente,
Ideſt, quòd æque rei ſoli, ſeu quæ ſolo continetur,
atque mobilis traditio fiat. Etenim ſi rei immobilis
traditio facta creditori ſit, cur minus poſſeſſionē eius
vtranque, quam rei mobilis accipiet. An non eadem
vtrubique ratio inuenitur. Quocirca caſus demum
266 † diuerſos facere ratione vlla diuerſitatis non adſcri
pta, haud dubiè Soci.iun. videtur. Quod genus dam-
nari argumentum ſolet. Communis quippe lex caſi-
bus omnibus eſt, ratio in quibus eadem inuenitur. c.
intelligentia de verbo.ſignifica.c.conſuetudo.1.diſtin.
Calderi. in conſi. 1. de regular. & alia, de quibus ſu-
pra nume. 174. & infra nume. 275. Proinde niſi ratio
diuerſitatis proferatur, communis tex.in d.§.per ſeruū
corporaliter. inter rē vtranq; erit, iuxta ſoli, ac mobilē.

Secundo quamuis in ſeruo exempli loco tex. loqua
tur in d.§. per ſeruum corporaliter. Ad mobilia eum
vel ſe mouentia reſtringi nihilo magis conuenit, vt
immobilia excludantur, quæ rationem eandem ha-
267 bent. Ab exemplo † quippe declarari, non etiam re
ſtringi regula ſolet. l.regula.§. fi.ff. de iuris & facti igno
ran.l.ſcire oportet.§ pen. Ibi quas exempli gratia ſub-
ieci, adaptantur autem omnibus. ff. de excuſa. tutor.
l.fin.§.cui dulcia.ff.de triti.vino oleoque lega.l. damni
infecti ſtipulatio competit ſupra de dam. infect. l. 1.§.
quod dicitur infra de vi & vi arma.§.hactenus inſtitu.
de gradib.§.1.inſtit.de actio.cap.1. ne cleri. vel mona.
cap. ſi Papa de priuil. lib. 6. glo. magna in l. quod di-
ctum. ff. de pactis. & alia apud Doct. plurima. Atque
in ſpecie, Ad bona ſtabilia text. pertinere in d.§. per
ſeruum corporaliter.glo.ibi.2. & Doct.ſcribunt. cum
in ſatiſdandi neceſſitate locum textui non eſſe ei ſcri-
bunt. vt ſatiſdandi oneri ex poſſeſſione pignoris credi
tor eximatur. Debitor enim eo nomine poſſidere,
non creditor videtur. At enim niſi ad ſtabilia leua-
men illud ſatiſdandi non pertinet.l. ſciendum in prin.
ff.qui ſatiſda. cogan. Idem glo. & Doct. tradunt in d.
l. cum notiſſimi. §.1. Ad rem etiam immobilem tex.
competere in d. §. per ſeruum corporaliter. Caſtren.
ſentit in d.conſi.156. nu.2.lib.2. Corn. in d.conſi.228.
eodem lib.2.

268 Neque tex.mutat † in d.l. ſi rem.§.propriè. ff.de pi-
gno. actio. Propriè pignus dici, quod ad creditorem
tranſit.

Hypothecam autem, cum ad creditorem poſſeſſio
non ambulat. Quoniam ad factum traditionis, non
ad rem, quæ traditur, differentia pertinet, vt ex tradi-
tione pignus, ex conuentione hypotheca conſtet. Ita
niſi inter pignus, quod re contrahitur, & hypothe-
cam conuentionalem diſcrimen non inducitur, vt in-
terſit traditio facta necne ſit. & quia in pignore ſeu re
mobili factum hoc fere traditionis interuenit, differen
tia inter pignus & hypotheca enarratur. Quæ differen
tia ex eo euidenter oſtēditur, quòd ſi traditio facta rei
mobilis non ſit, nec pignus in ea propriè intelligetur
per tex.in d.§.propriè, qui traditionem, non rem, quæ
traditur, tantummodo obſeruat. Eodem tex.pertinet
in d.l.plebs.§.1. Quorſum enim pignum obſeruare, ſi
pigno traditio non fit. Idem ex tex. etiam declaratur
in d.§.per ſeruum corporaliter. qui in ſeruo loquitur,
pignori corporaliter tradito. Vnde contra nō obſcu
rè ſentit, ſi non corporaliter, ſed conuentione tenus,
contractum pignus ſit. vt glo.ibi prima docet.& vbe-
rius dictum ſupra eſt nume.256.verſic. Inde ratio. Ad
conſuetudinem etiam ſpectare differentia videtur in-
ter mobilia & ſtabilia, quòd non ſimiliter corporali-
ter ſtabilia pignori tradi, vt mobilia aſſolent. Cæterū
ſi traditio immobilium interueniat, cauſa eadem eo-

rum erit, vt poſſeſſionem vtranque creditor naneiſca-
tur, ciuilem & naturalem. Qua ratione cum in vſis
notarij habeant, conſtitutum in rebus ſtabilibus hypo
thecæ ſubijciendis adſcribere, vtique poſſeſſionem
omnem rei ſtabilis creditor habebit.

269 Ratio hic diuerſitatis inquirenda, quamobrem † iu
ris plus in poſſeſſione hac ciuili creditori tributum,
quam domino vtili fructuariove ſit. cum minus cre-
ditoris ius, in pignore, quam domini vtilis & fructua-
rij appareat naturalem enim apud dominum vtilem,
fructuariumque ſolummodo eſſe palam eſt. Atqui &
ciuilem creditor conſequitur. Secundo cum niſi ius
pignoris in re creditori non competat, in iure planè
poſſeſſio non vertitur.l.ſeruus. §.1.ſupra titu. 1.l.3. in
prin.infra eo.l.ſequitur.§.ſi viam infra titu.1. Quomo
do ciuilis propria intelligi in iure pignoris poterit.
Quaſi dicenda ciuilis videbatur.

Quæſtionem hanc apud Doct.quempiam excitatā
legere non memini. Rationem diuerſitatis eſſe puto,
quod niſi cautionis nomine conſtitui pignus non ſo-
let, quo cautum creditori ſit, iuxta illud, melius eſſe pi
gnori incumbere, quæ in perſonam agere.§. furti au-
tem inſtit.de obli.quæ ex delic.naſ. Cautio planè æque
ciuilem atque naturalem exigit. Cautum enim non
eſſet, ſi ciuilem debitor retineat, vnde interdicto poſſeſ
ſorio vti contra tertium ante poſſet, quam recupera-
tio, aut exactio debiti facta à creditore ſit. Rurſus fru
ctuum nomine creditoris intereſt, apud debitorem
ciuilem non eſſe, ex qua fructus perciperet. & quam-
uis capiti, aut ſorti ipſi accepto creditor fructus refe-
rat, Attamen credibile eſt, curæ maiori æris alieni diſ-
ſolutionem debitori futuram, cum fructuum perci-
piendorum commodo fraudari ſe perſpicit. Rurſus ſi
quid propter moram creditoris interſit, ex fructibus
id auferat. Ratio altera intelligi diuerſitatis poteſt, ꝙ
debitoris non intereſt, poſſeſſionem vtranque ad cre-
ditorem ambulare, qui debitori, non ſibi poſſidet. Ge
neralis tamen ratio hæc non eſt. Ad ſeruum pignori
traditum non ſpectat. Per quem acquiſitio domino
poſſeſſionis fieret, ſi ad creditorem non tranſiret.

Ad ſecundum, ideſt poſſeſſionem ciuilem propriè
270 in pignoris iure non cadere, Reſpondetur † ob rem
ipſam pignori datam, nō pignoris iure poſſeſſionem
hanc admitti, ciuiliterque & naturaliter à creditore ip
ſo, ſimiliter vt à debitore rem poſſideri. Idque ex eo
patet, quòd debitori, non ſibi creditor poſſidet. Vnde
ſuos fructus non facit. Quod vtique non fieret, ſi ad
ius ipſum relatio poſſeſſionis fieret. ſibi tum enim, nō
alij poſſideret. Vnde ad rem, non ad ius poſſeſſio hæc
ſpectat, quamuis ratione introducta iuris ſit.

271 Apud maritum etiam poſſeſſionem † ciuilem fun-
di dotalis nedum naturalem eſſe, tex. probat in l.Pom
ponius.§.in dotem infra eo.Barto in d.§. ex contrario
nu.6.ibique Iaſ.nu.43. Aeque poſſeſſori bonæ fidei poſ
ſeſſio ciuilis vltra naturalem, acquiritur.l. qui ſcit.§.in
alieno. ff. de vſur. vbi fructus ſuos poſſeſſor is facit, &
ſimilis domino habetur. Atqui ſine poſſeſſione ciuili
fructus quiſpiam ſuos non facit. l.ſi fur. ff.de vſufruct.
Bar.in d.§.ex contrario num 4. Ibique Iaſ.nu.34.verſi.
tertio quærit Bart. Rubeus Alexandri in d.§. nihil cō-
mune nu. 248. De quo ſupra nu. 100. & largius infra
in ſexta parte tractatus huius de ciuili in ſecundo eius
effectu nu.309.& ſeq.

Conſequens iuri huic ſit, penes duos poſſeſſionem
ciuilem eſſe, ideſt apud dominum, quamdiu animo
ab eo retinetur decennio videlicet. & apud ipſum bo
272 næ fidei poſſeſſorem. Sed enim † concluſioni & con-
ſequentiæ huic Bar.& alij obſtant in d. §.ex contrario
nu.5.circa fi.verſi.procedo modo.& nu.tribus ſequen.
cauſam eandem poſſeſſionis ciuilis atque naturalis in
eo eſſe, ne apud duos inſolidū ſit. Reſpondetur, candē

poſſeſſionem ciuilem hic non admitti, ac duas numero differentes. vnam apud dominum ratione dominij. Alteram apud poſſeſſorem bonæfidei ratione quaſi dominij, quod ex titulo & fidei bonæ poſſeſſione ſequitur. l. enim qui. §. Prætor aduſque. l. finem. ff. de publicia. Quæ vtraque poſſeſſio effectus diuerſos parit. Quæ enim apud Dominum eſt, vſucapiendi ius in fidei bonæ poſſeſſore impedit. Quod in eum non admittitur, apud quem ciuilis eſt. l. acquiritur. §. fina. ſupra titu. 1, infra eadem. l. §. per ſeruum. 1. l. malè agitur. C. de præſcrip. 30. vel 40. ann. De quo ſermo inf. vberior nu. 318.

Ius idem & fructuum eſt, Dominium quorum bonæfidei acquiri poſſeſſori non ſolet, dum apud alium ciuilis eſt, vt infra eodem numero 276 ſed locupletius numero 310. vbi in extantibus id declaratur. Conſumptos planè pro ſuis hactenus haberi, vt non plus quã factus locupletior eſt, reſtituere eos debeat.

273 Rurſus † ob ciuilem hanc interdictum recuperandæ dari, ſi ad naturalem rediens non admittitur. cum ſpoliari tunc ciuili videatur, dictum in ſuperioribus habemus. numero 76. & ſequen. per tex. in l. 1. §. deijcitur infra de vi & vi arma. Poſſeſſiones vero ciuiles duas numero, effectibuſque diuerſis apud plures concurrere Barto. alijque admittunt in dicto §. ex contratio numero decimo. & tribus ſequen. Ripa hic numero vigeſimooctauo, circa med. verſi. ſed reſpondetur, quod diuerſis reſpectibus.

Sed quæſtio hic incurrit, an ius idem poſſeſſoris bo
274 næfidei in ciuili † hac retinenda, & iure vſucapionis
impediendo, atque domini ſit. verbi gratia in ſpecie
d. l. clam. §. fin. infra eo, dominium rei apud abſentem
non erat, ſed quaſi dominium, quia fide bona, atque
ex titulo rem poſſidebat. Deinde translatio rei à clandeſtino
occupatore in alium facta eſt, qui fide bona
accepit occupationis ignarus nunquid ciuilem abſens
retineat, ita vt ex ciuili ſua ſibi præſcriptio, non etiam
bonæfidei poſſeſſori ex ciuili in eum translata procedat.
Quæſtionem hanc in dicto. §. ex contratio Iaſ.
attigit numero trigeſimoquinto, in qua vt animo pendeat,
in eam tamen rupi ſententiam videtur, vt ius
aliud poſſeſſoris bonæfidei, atque domini ſit. Atque
ideo apud poſſeſſorem bonæfidei, qui ante poſſidebat,
ciuilem non remanere. Verum ad poſſeſſorem eam
poſteriorem abire.

Sed enim opinio hæc perſuaderi mihi non poteſt.
275 Principio enim † caſus diuerſos ſolummodo Iaſ. cõ
ſtituit, ratione diuerſitatis vlla nõ aſcripta contra tex.
in l. 3. §. 1. Ibi nec ratio diuerſitatis reddi poteſt. ff. de
iniuſto teſtam. l. ſi is qui duos in fin. ff. de liber. lega. l. Stichus
ſeruus meus. §. 1. ſupra de manu. teſta. De quo ſupra
etiam nu. 174. 266.

Secundo tex. Iaſ. opinio reclamat in d. l. qui ſcit. §. alieno. ff. de vſur. vbi pari atque dominus iure bonæfidei poſſeſſor in fructibus æſtimatur. Tradit Bal. in l. fin. numero 3. poſt prin. C. de vſucapio. pro donato. ſi contra dominum bonæfidei poſſeſſori fauor accommodatur. multo magis fauor ei denegandus in vſucapione impedienda contra alium bonæfidei poſſeſſorem non erit.

Tertiò in ius illud tritiſſimum Iaſ. offendit, potius
276 eius ius eſſe, qui † tempore anteuertit. l. qui prior. ff.
de iudi. l. potior & l. creditor. ff. qui potior. in pign. ha. l.
a. l. 4. l. licet & l. ſeq. C. eo. tit. l. ſi. quod ibi Bar. C. de loc.
præd. ciuil. vel fiſcal. lib. 11. §. ſingulorum inſtit. de rerũ
diniſio. c. antiqua de priuil. cap. renouantes 22. di. reg.
qui prior. lib. 6. plura Roma. in conſi. 47.

Quarto rationis non videtur, in arbitrio clandeſtini poſſeſſoris eſſe, poſſeſſionem ciuilem, quæ apud fidei bonæ poſſeſſorem abſentem eſt, ab eo auferre, & in eum eã transferre, rẽ cui tradit, cum ius ab alio lædi cuiuſquã non deceat. l. 2. §. 1. ff. de his, qui ſunt ſui vel alie. iuris, §. ſed & maior inſtitu. eo. titu. l. fin. ff. de pactis. l. non debet alieri infra de regul. iuris. & huiuſmodi mille.

Quinto ex his Iaſ. opinio debellatur, quæ ſcripta infra in parte ſexta tracta. huius de ciuili, & in ſecundo eius effectu ſunt, lucro poſſeſſoris bonæfidei fructus non cedere, quamdiu poſſeſſio apud alium ciuilis eſt. Id quia iniuſta poſſeſſio hæc ciuilis poſterior præ antiquiore videtur. d. l. clam in prin. c. licet cauſam de probatio.

Si dixeris, quem effectum igitur ciuilis hæc bonæfidei allatura poſſeſſori erit, quamdiu apud Dominum vel priorem bonafidei poſſeſſorem ciuilis altera eſt. ſi neque ad vſucapiendum, neque ad fructus quærendos poſterior prodeſt. Reſpondetur, contra tertios effectum inueniri, turbationem à quibus, aut ſpolium patitur per ea, quæ ſcripta in ſuperioribus ſunt. nu. 76.

Conſequenter his dicẽdum, meliorem æquioremve ſententiam eſſe Iaſoni contrariam, Atque ideo idem poſſeſſoris bonæfidei, atque Domini ius eſſe.

Sed dubitari ſic non immerito poteſt, quomodo in ſpecie dictę l. clam. §. fina. poſſeſſio ciuilis à clandeſtino, apud quem non eſt, transferri in accipientem poſſit. l. traditio ſupra titu. 1. Reſpondetur, per legem tranſlationem hanc fieri, quæ in poſſeſſore bonæfidei poſſeſſionem ipſam agnoſcit, aut approbat.

Pars tertia tractatus huius ciuilis ſequitur. In qua
de rebus videndum, in quibus poſſeſſio cadere ciuilis
poteſt. In qua re illud dumtaxat diſpiciendum, in
quibus rebus admitti poſſeſſio ciuilis non poſſit. Perfacilis
tum enim cognitio erit, ad quas res pertineat.
277 l. 1. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iuris. & quidem † ciuili
locus in ſeruitutibus realibus non eſt. vtpotè quæ ad
miſſa, locum præſcriptio in eis temporis longi haberet,
quamuis cauſam diſcontinuam habeant. Id
quia animo ciuilis retinetur, qui continue poſſidet.
ſimiliter vt in vſufructu dicitur, ius cuius tempore
longo ideo præſcribitur. quòd perſonæ debetur, in
qua poſſeſſio quaſi ciuilis contingit. l. tertia. §. vnde vi
infra de vi & vi arma. vbi interdictum illud recuperandæ
vnde vi, fructuario datur. cum rediens non
admittitur. Quia ſpoliari non dicitur. Si ſpoliatur,
ergo poſſeſſionem ſuam animo retinebat. Alias ſpoliatio
in eo non caderet, quod non eſt, vt ex glo. ibi
percipitur in ver. non admiſit. De quo dictum ſuperius
habemus. numero 80. verſi. Neque argu. mouet.
vberius nu. 127. & nu. 241.

Ratio altera, quamobrem in ſeruitutibus realibus ciuilis ſeu quaſi non competit. Quoniam ſi competeret, quamuis ab vſu earum quis abſtineat, interruptio tamen eius non fieret. animo poſſeſſionem retinente.

Sed enim interruptionem, vſu ſeruitutis intermiſſo, ſequi, textu oſtenditur in l. ſeruitutes la grand. ff. de ſeruitu. Ad quem modum Crot. hic argumentatur numero quinquageſimoprimo. Mirandum eſt, Bartoli Crotum in re hac non meminiſſe in l. hæc autem iura circa fin. ff. de ſeruitu. vrbano. prædio, & in l. iuſto. §. non mutat infra titu. primo. Apud quem idem ſcriptum inuenitur. Barto. Iaſon hic nominat numero ſeptuageſimoquinto verſic. Item adde, quod alibi. De qua re plura inferius in quaſi ciuilis poſſeſſionis traditione.

Ratio hæc Croti mirum, ni idem ac dictum habeat, incommodoque incommodum accumulet. Siquidem & rationis, aut dicti huius rationem indagari oportet. Vt vſu ſeruitutis quieſcente, interruptio eius ſeu quaſi poſſeſſionis fiat. Quocirca ratio melior & probabilior videtur, eo quaſi poſſeſſio-

nem

nem ciuilem in ſeruitutibus realibus non competere, quod à re rei debentur. A re planè animum abeſſe proculdubio eſt. Animum planè ad poſſeſſionem tam inducendam, quam retinendam exquiri, non ambigitur. d. l. 3. §. in amittenda & l. quemadmodum infra eo. l. licet. C. eodem titu. De quo ſupra etiã num 159. 179. 228. Itaque animi adminiculo in ſeruitutibus realibus amoto, Non poteſt vſus ipſe qui per actis corporales exercetur, ad retentionem quaſi naturalis non exquiri. Atque ideo quaſi ciuilis non ſilere, quæ ad animum & intellectum refertur.

Conſequenter his dicendum, præter ſeruitutes reales, ad bona alia, iuraque ciuilem ſeu quaſi poſſeſſionem accommodari.

278 In rebus item mobilibus poſſeſſionem † ciuilem admitti Crot. hic ſcribit num. 51. & ſeq. à ciuili tamen, quæ in ſoli rebus cadit, circa retentionem, aut amiſſionem ciuilis hæc mobiliũ diſtat. Tamdiu enim in mobilibus ciuilis hæc, atque in ſtabilibus non retinetur. Verum facilior eius interitus eſt. ſtatim enim poſſeſſionem mobilium ciuilem, nedum naturalem quis perdit, quam aut à cuſtodia poſſeſſoris euaſerint. aut eo loci exiſtant, vt apprehendi nequeant. d. l. 3 §. Nerua. l. Pomponius in prin. l. rem quæ nobis. & l. ſi rẽ mobilem infra eodem. Iaſ. in §. per ſeruum, qui in fuga num. 3. infra eadem. l. Ripa hic num. 28. circa med. verſic. tertio allegatur. Ius aliud bonorum ſoli eſt; in quibus poſſeſſio interire ciuilis non ſolet, vt cuſtodia amiſſa eorum ſit. d. l. clam. §. fi. & tradit Ruin. hic num. 24. vbi diuerſitatis huius rationem à contemptu mobilium deducit.

Quarta pars tractatus huius ciuilis, ad acquiſitionẽ eius pertinet. quibus modis acquiſitio eius procedat. In qua re traditio compendiaria præſcribitur. duplicem eius acquirendæ modum contingere verum &

279 fictum. verus in actibus † conſiſtit, ex quibus naturalis quæri iuſte poteſt. Ex eiſdem enim & ciuilem naſci proculdubio eſt. Siquidem ex naturali à iure agnita originem ciuilis habet. Ex qua iuris approbatione nomen ciuilis adepta vti ſcriptum ſuperius eſt. num. 34. 228 verſic. At enim. Idque ex tex. demonſtratur in d. l. 3. §. Neratius. & docet Ruin. hic num. 11. in fin. verſi. in eadem glo. ibi. Ripa num. 28. circa med. verſi. ſed reſpondetur, quòd diuerſis reſpectibus. & nume. 76. in fin.

Sed quæſtio in priore hoc modo occurrit, vtrum

280 ſine naturali acquiri † ciuilis poſſit. verbi gratia cum ciuilem transferre is parat, qui niſi ciuilem non habet, proprietarius puta, aut dominus directus. Reſpondetur, ciuilem quidem ſine naturali transferri & acquiri, non citra actum naturalem verum, aut fictum. Neceſſe quippe eſt, in prædium ipſum emptorem, aut ſucceſſorem induci ciuilis ipſius acquirendæ cauſa, ita vt traditio ciuilis per actum naturalem fiat, quamuis ciuili ipſi naturalis acquiſitio non accedat. Ita citra detrimentum vllum poſſeſſionis naturalis, acquiſitio ciuilis fit, vt ex glo. percipitur in d. l. clam. §. fi. in ver. poſſeſſionem, ibi quæ ratio non valet. Ibi enim non obſcurè id glo. ſentit, cum Rogler. in ſpecie d. text. & in verbis illis exponendis damnat, neminem reliquit. Idcirco enim verba hæc in text. adiecta Rogle. putat, ꝙ ſi relictus quiſpiam in re à poſſeſſore ſit, qui profectus ad nundinas eſt, poſſeſſionem vllam clandeſtinus nõ acquireret. non naturalem, quæ per relictum conſeruatur, dum eiectus modo non ſit. quo caſu violentus, non clandeſtinus ingrediens fieret. Ciuilem item ingrediens, aut clandeſtinus non acquireret. vtpotè quæ acquiri ſine naturali, corporeque & animo nequit. Vnde ſi naturalis acquiſitioni cuſtos relictus obſtat. Quomodo ſine naturali ciuilis procedere acquiſitio poterit. Expoſitionem ſeu rationem hanc Rogle. glo. ibi damnat. cum nihil prohibeat, ſine naturali ciuilem acquiri. Ideſt per ingreſſum fundi. Quo caſu & corpore & animo acquiſitio ciuilis abſque naturali contingit. Ita actu quidem naturali ciuilis carere acquiſitio non poteſt. Cæterum citra naturalis acquiſitionem, rectè ciuilis acquiſitio procedit. Quocirca rationem aliam dictorum verborum, neminem reliquit, glo. affert. quòd ſi relictus quiſquam ſit, poſſeſſionem vllam clandeſtinus non adipiſceretur, non naturalem, quæ per relictum retinetur. non ciuilem, quam animo abſens per ſe aut relictum cuſtodit. ſi expulſus non ſit. Proinde non eo verba pertinent, neminem reliquit, vt aliquo relicto, ſicut naturalis eo non eiecto, remanet, ita ſine naturali acquiri ciuilis nequeat. Verum quia per relictum ipſum, ne quidem naturalem clandeſtinus acquireret.

Cum expoſitione & ſenſu glo. contra Roglerium, atque ideo ſine naturali ciuilem quæri, in d. l. clam. §. fi. Caſtren. facit col. 2. ante med. Iaſ. nu. 37. & nu. 60. Idque probari ex tex. videtur in l. pen. in prin. infra eod. quem tex. in ſententiam hanc Bal. vocat in l. licet nu. 1. C. eodem. De quo infra etiam nu. 529.

281 Inde Ripæ hic argui † error videtur nu. 28. verſi. nono ſic, non niſi ex actibus naturalibus, inſiſtentia puta, aut fructuum perceptione & id genus alijs poſſeſſionem ciuilem non probari. In qua re non modo ſine naturali ciuilem non acquiri, ſed nec acquiſita citra naturalem conſiſtere probariue, ſignificare videtur. De quo ſermo prolixior tamen in parte proxima habebitur. nu. 198.

Secundo per actum fictum poſſeſſionis ciuilis ac-

282 quiſitio fit. per vſusfructus † reſeruationem puta. Cum iure vſusfructus retento, bona cui quis donat. Namq; cum niſi vſumfructũ nõ habeat, naturalis ſola apud eũ remanet, ciuili apud donatariũ, eundemq; proprietarium conſtituta. l. naturaliter in prin. inf. eod. De qua poſſeſſione per reſeruationem vſusfructus acquirenda tex. loquitur in l. quiſquis & in l. ſi quis argentum. §. ſed ſiquidem. C. de dona. Bald. in l. 1. in primis verbis. C. comm. de leg. Iaſ. in d. l. naturaliter in prin. numero 12. verſicu. ſed ad iſtud fundamentum. Crot. hic num. 43.

Atque per conſtitutum acquiri poſſeſſio ciuilis, & per ſe poterit, qui actus fictus & ipſe eſt. l. quod meo. in prin. ibique Bar. nu. 3. inf. eo. Ruin. hic nu. 28.

Sed dicturus aliquis erit, fieri non poſſe, vt ex actu ficto reſeruationis vſusfructus, aut conſtituti poſſeſſio ciuilis acquiratur, cum actum naturalem deſiderat, quãuis acquiſitio eius procedere ſine naturali poſſit. Reſpondetur, actum naturalem initio atque in perſona conſtituentis, aut reſeruantis interueniſſe. Qui ſatis actus eſt, cum pro alio poſtea poſſidere ſe conſtituit, aut vſusfructus ius retinet, vt in d. l. quod meo Bar. docet nu. 3. quare ſi naturalem nunquam nactus, conſtituens, aut donator ſit, tum vero translatio naturalis, ciuilisve ex actu quo ſequi ficto non poterit. Ita ſatis erit, initio ipſo actum naturalem interueniſſe, vnde ad ortum deduci ciuilis potuerit.

Suppletionem pars hæc quarta à parte ſecunda accipit. In qua perſonę continentur, apud quas poſſeſſio eſſe ciuilis ſolet. Quomodo enim citra acquiſitionem eſſe apud aliquẽ poterit. Itaq; ſi perſonas intelligimus, apud quas poſſeſſio ciuilis eſt, non modos etiam ſcire non poſſumus, quibus ad eas poſſeſſio venit.

In parte quinta tractatus huius de probatione poſſeſſionis ciuilis videndum. In qua vnum, atq; alterum

283 vertitur. Primum, vtrũ neceſſaria probatio † ciuilis ſit. Alterũ, quibus modis impleri probatio poſſit. Circa primũ, dubitandũ non vr̃, ab eo fidẽ poſſeſſionis ciuilis faciendã, qui ea nitit̃. Idque ex regula vulgatiſſima, probationem eius præſtandam, quod allegatur. l. ei

Digitized by Google

qui.ff.de proba.l.actor.C.eodem tit.Idque tum etiam
obtinet, cum excipiendo, quid proponitur. l. in exce-
ptionibus.l.cum de indebito.§.ſed hoc ita ſi totam.ibi
ſecundam generalem regulam. ff. de proba. l. 1. ff. de
exceptio.& quod ſcriptum inf.eſt nu.304.

Atque in ſpecie, ab eo poſſeſſionem ciuilem pro-
bandam, à quo proponitur, in volumine ſuo exce-
ptorio Ferman. aſſerit in ver. poſſeſſio ciuilis nume.
x. & in verſi. poſſeſſor conuenitur nume. 71. per text.
in l.officium. ff.de rei vendica. quem non inducit. ve-
rum fidem. Baldi ſecutus de text. illo eſt in l. 3. nume.
5. C. ſi à non compe.iud.qui tex. illum nominat. ne-
que aliter explicat. Sed enim ex fide Baldum Firman.
non refert. Siquidem de neceſſitate poſſeſſionis ciui-
lis probandæ, apud Bald. non quæritur, probatio eius
præſtari necne debeat. Verum de eo Bal.tractat, ab eo
ne probari dominium oporteat, qui ciuiliter poſſi-
det. Idque probandum eſſe ex text.ait in d.l.officium.

Duo hic videnda, primum, vtrum dominij proban
di oneri ob poſſeſſionem ciuilem quempiam non exi
mi, ex tex. doceatur in d.l.officium. Atque ideo Bal.
284 ſententiæ tex. is ſeruiat. Alterum vtrum † ad ſenten
tiam Firmani tex. ille conducat, ab eo poſſeſſionis ci-
uilis probationem præſtandam, proponitur.

Circa primum, cum Bal.facere tex.non videtur in
d.l.officium, ſi glo fin.ibi, Bar.que & Doct.ſenſum ad-
mittimus, quod commodata, aut depoſita res à ter-
tio, non ab actore eſſet. Inde quærunt, in iudicio no-
minari an tertius ipſe commodator, aut deponens cō
tra petitorem poſſit. Qui verior ſenſus & amicior tex
285 tui videtur. Quoniam ſi † ab actore ipſo commo-
data res aut depoſita ſit, credibile non videtur, rei cum
vendicatione vti. vnde dominio probando adſtringi-
tur. cum facilior agendi modus ex commodato, aut
depoſito ſit. Quo caſu quæſtionem dominij referre
reus non permittitur.l.ſi quis conductionis. C.loca.l.
neque creditores.C.de pign.actio.l. ſi quis emptionis.
§.ſed hoc ſuper illis.C.de præſcrip.30 vel 40 an.quod
locum non modo contra conductorem, ſed omnes
etiam obtinet, quicunque cauſam ab agente ducunt,
vt Ang.ibi poſt glo.no.Deci.in conſi.28.colum.3.cir-
ca med.& in conſi.56.col.2.poſt med. Iaſ.in l.rogaſti.
§.ſi à furioſo col.fi.ff.ſi cer.pet.vbi nec contra mutuan
tem dominij referri controuerſiam putat. Eque qui
286 † rem pignori alienam dedit, quæſtionem dominij
creditori non facit, neque vicium pignoris obijcit, per
inde quaſi de re aliena conſtitutum.l.ſi tutor.§ ſi debi-
tor.ff.de pign.Bal.in l. mater colum.1. in 2.oppoſi. C.
de rei vendica.Inde Soci.lapſus apparet in conſi. 106.
num.3. lib.3. contra conductorem & ſucceſſores eius
vniuerſales text. reſtringendum in d. l. ſi quis condu-
ctionis. Senſu igitur glo.Barto. & aliorum in d l.offi-
cium recepto, vt cauſam à petitore reus non habeat,
vt à tertio, conſequens non fit, niſi detentionem reus
non habet, apud quem ex commodato, aut depoſito
res eſt, ergo ciuilem petitor habet. Quoniam etſi ma-
ximè dñm eſſe petitorem facimus, ab eo tñ ciuilis ab-
eſſe, tempore puta, aut aliter amiſſa poteſt Ita conclu
dens Bal.inductio non eſt, dominium petitor probat,
ergo ciuiliter poſſidet, cum perdi ciuilis, dñio incolu-
mi poſſit. Non ſolum autem cōcludens Bal. inductio,
287 ſed nec veriſimilis videtur. Quoniam ſi ciuilē † apud
petitorem in d.l.officium admittimus, veriſimile non
eſt, petitorium ab eo inſtitutum. Immo enim interdi
cto potius retinendæ vteretur, in quo effectum recu-
perandæ eſſe glo.Doct.que no.in d. l.clam.§.fi. Bar.in
l.3.in prin.nu.1.inf.vti poſſid. Ang.in l.1.§.deijcitur in
fra de vi & vi arm.& dictum ſuperius habemus num,
78.& infra nu.347.

Duo ex declaratione hac inferuntur. Primū, idcirco
dominij probationem ab actore præſtandam, ꝙ cau-
ſam ab eo reus non habebat, qui ex commodato, aut
depoſito rem tenebat. Alterum, Baldi ſententiam ne-
ceſſario ex tex.illo non iuuari, ab eo etiam dominium
probandum, qui ciuiliter poſſidet. cum penes tertium
eſſe ciuilis potuerit, qui commodari, aut depoſiti no-
mine rem tradidit. Sed enim Bal. opinionem ex tex-
tu illo confirmari magis eſt dicere. Quoniam domi-
nij probationem generaliter expoſtulat. Diſtinctione
non adhibita, ciuiliter an non petitor poſſideat. Ergo
intelligi generaliter debebit vulg.l.de pretio. ff. de pu-
blicia.l.1.§.1.ff.de lega.præſtan.
288 Circa ſecundum, ꝙ in firmani verbis † ſpectandū
diximus, ideſt, vtrum ad opi.eius iuuandam tex.valeat
in d. l. officium vt qui a probatione ciuili adminiculū
petit, probare eam neceſſe habeat. valere & prodeſſe
arbitror ad modum hunc inducendo. Etenim ſi do-
minij præſtari probationem oportet. Quomodo ci-
tra poſſeſſionis ciuilis id fieri demonſtrationē poterit.
Siquidem iniuſta naturalis ſatis ad dominium quærē
289 dum non eſt. cum à ciuili ſola † vſucapiendi ius exi-
ſtat, vt infra ea.l.§. per ſeruum qui in fuga.l. qui fundū
in prin.inf.pro emptore.l.improba. C. eo.tit. Bart.hic
nu.8 Ripa nu.29.Idem Bar.in d. §. ex contrario nu.3.
& ſeq.Ibique Iaſ.nu.22.Rubeus in d. §. nihil cōmune
nu.248.Idq; ex tex.omnibus probatur, quibus expreſ-
ſum eſt, cum fide mala vſucapionem non procedere.
Atqui fides mala haud dubie intelligitur, vbicunque
ciuilis poſſeſſio non eſt. vtpotè à iure improbata. De
quo inferius etiam nu. 307. In antecedens igitur ne-
ceſſarium probationem poſſeſſionis ciuilis in domi-
nio probando exquiri.tex.ille oſtendit in d. l.officiū.
290 Sed obſeruandum, † niſi in dominio probando ne
ceſſariam poſſeſſionis ciuilis probationem non eſſe,
ex tex.illo doceri. Cæterum ad eum caſum text. non
conferre, quo poſſeſſorio ſolummodo quiſpiam ex-
peritur. Cui commune quicquam cum petitorio non
eſt.d l.naturaliter.§.nihil commune. Reſpondetur. Ra
tionem eandem & poſſeſſorij eſſe.vt fides in eo poſſeſ
ſionis præſtari ciuilis debeat. Idque ex iure illo genera
li, probationem eius præſtandam, in quo fundamen-
tum intentionis, aut exceptionis cuius vertitur, vti
ſcriptum ante habemus.

Secundo. Quoniam ſi ciuilis poſſeſſio nō ſit, at iniu
ſta, aut vitioſa. Ob eam remedium poſſeſſorium pro-
ditum retinendæ non eſt. poſſeſſionem iniuſtam prę
tore non tuente.l.communi diuidundo. § inter præ-
dones.ff.communi diuid.l.cum ſponſus. §. ſi res. ff. de
publicia.l.1.§.fi.& ll. duabus ſeq. inf.vti poſſid. Oldra.
in conſi.226.quidam Epiſcopus circa fi.Freder.à ſenis
in conſi.147. quidam de ciuitate tuderti colum.2.poſt
med.Signorol.in conſi.262.nu.3. verſi.aut non vacen-
tem. Bal.in conſi.337.ſtatutum in prin. lib.5. Iſer. in c.
1.in ver.& extraordinaria nu 62 circa fi. Guido Papæ
in cōſi.118. in octauo dubio. Quibus in locis habetur,
in poſſeſſione iniuſta tuendum quemquam non fore.
291 Si dixeris, aduerſus † tertium, poſſeſſorem iniuſtum
defendi, l.fi.inf.eo.l.1.in fi.& l.ſeq.infra vti poſſid. Bar.
hic num.11.Abb.in 4.q. Titius clericus colum.4. poſt
med.verſi.ad idem adduco.& verſi.nec obſtat tex.in l.
ſi cū mulier.Corn.in cōſi.280.col.3.lib.4. Ruin.in cōſi.
28.nu.14.verſi.nec pmiſſis obſtat lib.4 Rñdetur, iniu-
ſtā quantū ad tertium poſſeſſionem non eſſe, cui iuris
quicꝗ in poſſeſſione nō eſt. Atq; Ideo de iure veri poſ
ſeſſoris non obijcit.d.l.fi.inf.eo.& d.l.1.in fi. & ſeq. inf.
vti poſſid.

Apparet ex his, neceſſariam probationem poſſeſ-
ſionis ciuilis generaliter videri, petitorio vel poſſeſſo-
rio retinendę agatur. Idq; & in poſſeſſorio Soci.ſcribit
in conſi.15.nu.5.lib.4 in poſſeſſorio planè recuperan-
dæ ius aliud conſtitutum in odium ſpoliatorū eſt, qui
autoritate ſibi ius ſua dicunt.

Obijciet

292 Obijciet hic aliquis, ſuperuacuam † poſſeſſionis ci
uilis probationem videri. Ciuilis enim ideo, dicitur, ꝙ
iuſta eſt, & à iure ciuili approbata. Sed enim ciuilis, &
approbata in dubio præſumi poſſeſſio debet.l.merito.
ff.pro ſocio.& in ſpecie poſſeſſionis Bart. tradit in d. l.
communi diuidundo.§. inter prædones. Ibique Alex.
in nouilis.Bal.in l.ſi quis diuturno in prin.ff.ſi ſerui. vē
di.Alex.in conſi. 33.lib.4.ſi ciuilis & iuſta præſumitur,
Ergo qui inciuilem, aut iniuſtam aſſerit, probare ne-
ceſſe habet. Peculiare quippe præſumptionis iuris eſt,
vt probandi onus in eum reijciat, quocum præſum-
ptio ipſa pugnat.l.fin.in prin.ff. quod metus cau.l.mi-
nor vigintiquinque annis ex aſpectu. ff.de minor.l. ab
ea parte.l.verius.l.ſi chirographum.& l. cum de inde-
bito in prin. ff.de proba.l. nuptura in fi.ff. de iure dot.
l.quintus.ff.de dona.inter virum & vxor.l. generaliter.
§.ſi petitum. ff. de fideicom.liber.l. omnimodo.C. de
inoffi.teſta.l.ſiue poſſidetis.Ibique Bal.& alij.C.de pro
ba.c.ſuper hoc de renuncia. c. ex inſinuatione de pro-
293 cura.c.vni.vt eccle. benefi. Immo † enim probatio-
nis liquidiſſimæ vice præſumptio habetur. l. licet Im-
perator.Ibique poſteriores.ff.de lega.1. & alia nō pau
ca. Atque in ſpecie, de iuſtitia docendum poſſeſſionis
non eſſe, cum iuſta præſumatur firman.ipſe in Breuia
rio ſuo ſcribit in ver.agere num.6. ita diſſimilis ſui fir-
man. videtur.

Reſpondetur. neceſſariā ciuilis probatione in quan
294 tum ad factum acquirendi, quod † præſumi non ſo
let.l.conſilio.ff.de cura.furio.l.1.C.de manda. prin.l.aſ
ſeueratio.C.de non numera.pecu.c.Raynutius & cap.
Raynaldus de teſta. & alia, de quibus in condimento
reſpon.pro Genero nu. 2. In qua acquiſitione ciuilis,
vel naturalis poſſeſſio docenda.d.l.3.§.Neratius.vel fa
ctum aliquod naturale oſtendendum, vnde ſine poſ-
ſeſſione naturali acquiri ciuilem poſſe, ex gl.ante oſten
dimus in d.l. clam.§. fi. in ver. poſſeſſionem cum Ro-
gler.opinionem improbat. Itaque quod ad acquiſitio
nem ciuilis attinet, non eo probatio eius prætianda,
quod ciuilis, aut iuſta non præſumatur. Verum quia
ex facto acquiſitio eius conſiſtit. neque facto carere ip
ſo poteſt. In quo præſumptionem non verſari palam
eſt. Non ſolum autem quantum ad acquiſitionem,
ſed & propter retentionem probatio neceſſaria ciui-
lis eſt, quo planum fiat, animo eam retentā eſſe. Quæ
ob factum etiam probatio exigitur, cum à facto ani-
295 mus † pendeat.l. bonæfidei.§.1. ſupra nu.1.inf.ea.l.
§. 1. Ibique Iaſ. & Horman. in quarto vterque nota.
Bar.in l.ſi is qui pro emptore num.12.inf.tit.1. Iaſ.hic
nu.32.verſi.ſecundo principaliter Horman.nu.43.ver.
ſeptimo per tex.& verſi.ad tex. in l.bonæfidei.De quo
ſuperius etiam nu.14.& ſeq.

Rurſus iuſta poſſeſſio & ciuilis præſumitur, cum de
facto ipſo poſſeſſionis apparet. Quare ſi de poſſeſſio-
ne non conſtat, qualitas in eo intelligi iuſtitiæ nequit.
cum ſubiecto qualitas non careat.l.2. ff.de vſufru.l.4.
ff.loca.l.ſi ſeruum.§.ſi modus.ff.de actio.empti.c.quan
to de transla.epi.c.1.vt eccle.benefi. & ſicut poſſeſſio-
nis, quæ non eſt, qualitas ciuilis intelligi, aut iuſtæ ne-
quit. Ita nec vbi de poſſeſſione non conſtat. Cum ni-
296 hil intereſt, † verè quid non ſit, an de eo non liqueat.
l.argentarius.§.cum autem.ff. de æden.l. Pomponius
ſcribit ſi frumentum in fi.ff. de rei.vendica.l.in lege.ff.
de contra.empt.l.duo ſunt Titij.ff.de teſta.tu. & id ge-
nus alia, de quibus in reſpon. noſtro pro genero. nu.
123.143.& nu.151.& inf.nu.299.& quod in voluntate
dici ſub mente retenta ſolet, de qua non apparet, nihili
eam fieri.l.ſi repetendi.C.de cōdi.ob can. Proinde pro
batio ciuilis circa retentionem, ideo neceſſaria eſt, ꝙ
factum ipſum non apparet, ſuper quo iuris præſum-
ptio vertitur. Ideſt cum naturaliter is non poſſideat,
qui animo ſe aut ciuiliter tantummodo poſſidere aſ-
ſerit. Vnde quod in argumento obijcitur, ciuilem, iu-
ſtamve poſſeſſionem præſumi, locum tum denique
obtinet, ſi de poſſeſſione ipſa naturali conſtat, quam
iuſtam poſſeſſor ait. Cæterum vbi apud alium natu-
ralis eſt, & ciuiliter ſe poſſidere quis dicit. cum aduer-
ſario naturaliter poſſidenti iuris præſumptio faueat,
vt iuſta eius poſſeſſio credatur. Qui iniuſtam eam &
penes ſe ciuilem eſſe contendit, docere id neceſſe ha-
beat. vtpotè iuris ei præſumptione obſtante. Secun-
dum quæ, quod ex diuerſo argumentum deſumptum
à iuris præſumptione eſt, vt probandi onus in eum
regerat, qui iniuſtam, aut non ciuilem alterius poſ-
ſeſſionem aſſerit, in eum retorquetur, qui animo ſe
aut ciuiliter poſſidere dicit. Is enim iniuſtam alterius
naturalem aſſeuerat,

Conſequenter his dicendum, probationem ciuilis
tam circa acquiſitionem, quam retentionem ab eo
præſtandam, à quo allegatur.

His ita prænarratis, illud ſupereſt, vt de modis poſ-
ſeſſionis ciuilis probandæ videamus. In qua re præce
ptionis facilioris tradendæ cauſa, caſus tres diſtinguen
dos cenſui. Primus caſus in poſſeſſione acquirenda
conſiſtit. Quomodo acquiſitio eius probatur. Qui de-
claratus ſatis caſus in parte quarta de ciuili eſt. num.
279. & ſequentibus. In qua acquiſitio eius ſeu modi
acquirendi explicantur, Quibus enim acquiri modis
ſolet, eiſdem & probationem præſtari acquiſitionis
oportet. Coniuncta cum naturali ciuilis vel non ſit.

Secundus caſus in poſſeſſione ciuili acquiſita, & cū
naturali coniuncta verſatur. cum in dubium acquiſi-
tio ipſa non vocatur, Verum de eo quæritur, iuſta aut
ciuilis necne poſſeſſio ſit. ita vt effectus ex ea ſequi ci-
uiles poſſent. Qui vacuus caſus à controuerſia vide-
tur. Namque vbi naturaliter quis poſſidet, ciuilis
297 † iuſtaque poſſeſſio eius exiſtimatur, niſi ſi contra
oſtenditur, inciuilem aut iniuſtam eam eſſe, vt ex Bar.
Bald. & Alexan. ante monſtrauimus.num.292.Idem
Oldra. admittit in conſi. 209.num.4. Bald. in l.1.num.
23. C. de ſeruis fugi. vbi ex naturali præſumi ciuilem
ſcribit. Idem Alex. ſenſit in conſilio 112.colum.1.lib.
6. Deci.in conſilio 56.num.3. Iaſ.in §. ſic itaque num.
31.inſtit. de action. Sed appoſitæ magis Bal. huc qua-
drat in l.ſolam. quæſtio.4.C. de teſtibus. & in l.vni.nu.
40. C. de confeſ. Poſſeſſionem ciuilem ſicut inuiſibi-
lis eſt, ita per actus viſibiles probari, qui poſſeſſioni
298 congruunt. Ad quam Bald. ſententiam Ripæ hic di
ctum applicatur. numero 28. niſi inſiſtentia rei, fru-
ctuumque perceptione, & actibus id genus alijs poſ-
ſeſſionem ciuilem non probari. Sed enim perperam
per taxatiuam locutus Ripa eſt. nonniſi actibus natu-
ralibus ciuilem doceri. Immo enim impoſſibilis pro-
batio id genus in ciuili habetur à naturali diſiuncta,
cum ab eo tum fructus percipiantur & actus alius na-
turales exerceat, qui naturaliter ſolummodo poſſi-
det. Rurſus nihil aliud in dicto hoc, quam ciuilis à
naturali diſcretionem Ripa inficiatur. Etenim ſi niſi
rei inſiſtentia, & fructuum perceptione, actibuſque
naturalibus probari ciuilis nequit. Ergo ciuilis vlla
admitti non poterit, quæ diſiuncta à naturali ſit, vtpo
tè in qua inſiſtentia actusve interuenire naturales non
299 poſſunt. vnde ſi † probatio ciuilis impleri ſeparatæ
non poteſt, perinde res eſt, vt ſi ciuilem ſeparatam
Ripa non admittat. l. quidam tabularum infra de fur
tis.cap.in præſentia & c. licet cauſam de probatio. ſed
enim à iure id abeſſe, veramque & propriam ciuilem
inueniri, quæ ſeparata à naturali ſit, ex Barto. hic
patet num. vigeſimoquinto verſi.tertia fuit opinio. Ibi
& vſ vbi non modo diuulſionem hanc agnoſcit, ſed
& veram propriamq; naturalem eam demum putat,
quę abſciſſa à ciuili ſit. Eadem igitur ratione vera, pro-
priaq; ciuilis erit, quę abrupta à naturali reperitur. Cur

Digitized by Google

Bar.Iaſ.hic ſentit.num.44. Quam tamen opinionem
improbatam ſuperius habemus. nu.90. Inquantum
naturalem propriam Bart. cum Iaſ. non admittunt,
quæ vnita cum ciuili eſt.
Meditabar, ſi argumenti huius defendi Ripa poſſit,
ad modum hunc rem expendendo. cum neceſſarij
300 actus naturales ad poſſeſſionem † ciuilem acquiren
dam ſint, probationem eius citra demonſtrationem
actuum id genus naturalium non perfici. Atque ideo
actuum eiuſmodi probationem non in præſens in-
teruenire, ſed olim interueniſſe docendum, quòd na-
turaliter quis ante poſſederit, quamuis hodie apud
alium poſſeſſio ipſa naturalis ſit. Qua declaratione fa-
cta, poſſeſſionis ciuilis probationem in præſentia etiã
conſequi. Atq; ideo ex probatione hac iniuſtam eius
poſſeſſionem præſumi, à quo appræhenſio eius facta
poſtea ſit, niſi iuſtam eam ipſe edoceat. Conſequen-
ter, quod dicitur, iuſtam in dubio poſſeſſionem æſti-
mari, receptum non eſſe, cum de poſſeſſione ſua prio
re quis docet, vt Bar.ſcribit in l.3.in prin. num.4.circa
med.infra vti poſſid.in l.1.§.1.nu.8.circa med. C.eod.
tit.Bal.in l.arboribus.§.ſi agrum.ff.de vſufruct. in l.ſu-
per longi.nu.16.verſi.ſi vero dubitatur. C.de præſcrip.
longi temp.in 1.lectu.per tex.in d.l.clam.in princip.&
in c.licet cauſam.de proba. Idem Curt.ſen. probat in
conſi.24.in prin.Boeri.quæſt.42.nu.35.circa fin. Qui-
bus traditum in locis eſt, clandeſtinam vicioſamvè
poſſeſſionem poſteriorem præ anteriore, aut prioris
reſpectu videri. De quo infra etiam nu.310. ante fin.
verſi.Quid enim. Eo ipſo igitur ꝙ de poſſeſſione na-
turali anteriore per actus naturales quis docet, proba-
tio poſſeſſionis impleta ciuilis dicitur. Quoniam iuſta
atque ideo ciuilis anterior, Contra iniuſta poſterior
æſtimatur vtiq; cum iniuſtitia hæc poſterioris allegatꝰ.
Notæ tamen vnius defendi initio etiam acquiſitio-
nis ſpectato, Ripa nequit, cum ſine naturali probatio-
nem ciuilis præſtari poſſe non credit. Id enim nõ ob-
ſcurè ſignificat, cum inſiſtentiam in re, & fructuum
perceptionem expoſtulat. At enim ſine naturali ciui-
lem acquiri, Atque ideo probari, dum actus modo
naturalis interuenerit, declaratum ante eſt.
Si dixeris, ab animo ciuilis retentionem pendere.
ob id conſequens non fieri, naturaliter, & ciuiliter
quis ante poſſedit. Ergo ciuilem retentam, & retineri,
occupatione naturalis ab alio facta, cum facti ani-
mus dicatur, ſicut non cernitur, ita impoſſibilem pro-
301 bationem eius videri. Reſpondetur † declaratione
eius animum probari, qui talem ſibi fuiſſe animum
aſſerit, vt poſſeſſionem retinuerit. l. non omnis.§. à
Barbaris.infra de re milit.cap præſentia. Ibique glo.de
teſtibus.c.paſtoralis.de exceptio.c.ſi vero.2. de ſenten.
excom.glo.in § ſed iſtæ in glo.magna ante med. Ibiq;
cumulate Iaſ.nu.88.inſtitu.de actio. Cardina.in conſi.
37.num.2. Atque in ſpecie poſſeſſionis ciuilis, aſſer-
tioni eius credendum, qui animo ſe retinuiſſe ciuilem
aſſerit, Archid. & Geminian.ſcribunt in c. Pontifices.
7.quæſt.1.Felyn.in c.vigilanti.num.10.& in c.cauſam
quæ.nu.12.de pſcriptio. Corn.in conſi.91.col.6. verſ.
tum etiam quia dato, ꝙ miſerit lib.4. Balbus in l.Cel-
ſus.nu.82. infra tit.1.
Sed obſeruandum, perpetuum Archid.& Gemin.
dictum non videri, toties enim declarationi cuius
in his ſtatur, quę ab animo pendent. quoties niſi ani-
mi cauſa non vertitur. Ita vt ex animo mero res
conſiſtat. Aliter atque, ſi factum quod extrinſecus in-
302 tercedit. Atqui poſſeſſio † hæc ciuilis animo ſolo
ſemper non conſiſtit, neque animo ſemper retinetur.
vt occupatio naturalis facta ab alio eſt. Quid enim
ſi quempiam abfuturus reliquit, qui pro ſe poſſideret,
colonum puta, aut alium. In quo poſſeſſio vtraque
conſeruabatur æque ciuilis, ac naturalis. Iſque eiectus
domino abſente ſit. poſſeſſionem enim vtranq; do-
minus tunc amittit.d.l.3.§. quod ſi ſeruus. d. l. clam.§.
fin.l.peregrè.§.quibus.infra eod.l.fin. Ibique Barto.C.
eod.titu. Idem Barto.in l.1.§. deijcitur. in fin. infra de
vi & vi arma. Abb.in conſi.100.in princip.libr.1.Paul.
de Caſt.in conſi.213.in princip.lib.2. & in conſi. meo.
5.num.11.& quæ ſcripta ſupra ſunt.num.58.verſi.ſe-
cundo de his detinendi.num.103.verſi.ſecundo quod
aliter.nu.125.verſi. Idque locum. Eo igitur caſu quo-
modo retenta animo dici ciuilis poterit. Quocirca
probatio præſtanda ciuilis videtur. hoc eſt neminem
per abſentem relictum, qui deijci potuerit. Atq; ideo
eiectione non interueniente, abſentis animo ciuilem
conſeruatã, quæ in eo ſolo quieſcebat. Ita probandi
modum Socin.monſtrat in d.conſi.15.nu.5.lib.4. Cui
re aliter non excuſſa, ſimpliciter ſubſcriptum à nobis
eſt in conſi.5. nu.11.
Sed enim ambigua Soci.opinio viſa eſt. Quoniam
ſatis domino, aut poſſeſſori anteriori videtur, ſi de
poſſeſſione ſua priore ex actibus naturalibus fidem
facit. Quo caſu vicioſam iniuſtamve, atque ideo in-
ciuilem alterius præſumi poſſeſſionem diximus. nu.
300. Si inciuilis poſſeſſoris poſterioris poſſeſſio præ-
ſumptim demonſtratur, ergo apud priorem ciuilem
manſiſſe iuris præſumptione apparet.
Neque mouet, fieri poſſe, vt ciuilem etiam poſſeſ-
ſor prior (abſenſque amiſent) aliquo puta relicto,
303 qui expulſus ſit. Quoniam † ad factum hæc perti-
nent. Ideſt aliquem relictum, qui pro abſente poſſi-
deret. Eumque de poſſeſſione exturbatum. Vnde qui
factum hoc proponit, probare iubetur.l. denique. ff.
ex quibus cauſ.maior. l. in bello.§.factæ. ff.de captiui.
& alia non rara, de quibus in condimen. reſpon.pro
Genero nu.2. Rurſus & ſi maximè cuſtodia, & poſſeſ-
ſio bonorum commiſſa alij ſit, conſequentia tamen
non admittitur, ergo per eiectionem eius facta occu-
patio eſt, ita vt amiſsio ciuilis neceſſario conſequa-
tur, ſiquidem clam fieri occupatio potuit. Quo ca-
ſu poſſeſſionem nõ perimi proculdubio eſt.d.l. quod
304 meo.§.fi.& d.l.clam.§.fin.& cũ † regula iuris abſenti
faueat, qui de poſſeſſione ſua priore docet, vt iniuſta
poſterioris poſſeſſio arguatur. Animoque abſentis re
tenta ciuilis ſit, a quo declaratio eius habetur. Neque
amiſsio eius ſequi niſi per expulſionem relicti cuius
potuerit. Qui exceptionem hanc obijcit, de ea docere
neceſſe habet.l.ab ea parte. ff.de proba.l. ſuus quoque
verſi.puto.ff.de hæredi.inſti.cap. venerabilibus.verſic.
poteſt quoq;. de ſentent. excom.lib.6 glo.in l omnis.
diffinitio.infra de reg.iuris. Bart.in l.quotiens ff. ſi quis
cautio. cum alijs apud nos relatis in conſi.25. nu.8.in
conſi 76 nu.4 & in conſi.168. nu.8.
Hoc amplius ſatis non eſſet, colonum expulſum,
niſi ſi & familiæ eius cunctæ eiectio doceatur.l. 1. §. ſi
quis me vi.infra de vi & vi arma. Alex.in l.peregre.§.
quibus in prin.infra eod. Gozadin. in conſi.86. num.
11. De quo infra etiã nu.405.verſi. limitatur ſecundo.
Conſequens prædictis fit, iuris præſumptione in
ſpecie.d.l.officium. eo ipſo poſſeſſionẽ ciuilem pro-
bari, quod poſſeſſionis fides per tempus tantum fit,
quantum præſcriptio poſcit. Non eo id dicimus, ꝙ
tempus præſcriptioni neceſſarium probatio ciuilis
exigat. Immo enim ciuilem ſemper naturalem præ-
ſumi teſtatum ante eſt.nu.292.vberius nu.297. verum
vt iuſtam multo magis eam admittamus, quæ ex
tempore longo, aut longiſsimo in præſcriptione
contingit.
Hactenus de caſu ſecundo, in quo probatio ciuilis
vertitur cum naturali coniunctæ, & q̃q̃ inſerta aliqua
videntur, quæ ad caſum tertium, & proximum, hoc
eſt ad ciuilem pertinent à naturali diuulſam, ob Ripę
id factum dictum eſt. A quo ciuilis ipſius formatæ, &
diſiun-

diſiunctæ repelli probatio videbatur. obiter enim præ
tereundum id non fuit. Rurſus propter probationem
ciuilis ad actum, quæ animo retinetur, quomodo pro
batio hæc præſtari tum quoq; poſſit, cum adiuncta na
turali eſt.

Caſus tertius circa modum ciuilis probandæ, in ci-
305 uili a naturali ſoluta vertitur. In quo † negocium ma
ius contingit. In caſu hoc diſtinctio ſpectanda, aut de
ciuili probanda circa acquiſitionem, aut circa reten-
tionem tractatur. In acquiſitione diſtinctio etiam ad-
hibenda. Aut de acquiſitione ciuilis per modum lici-
tum, aut illicitum inquiſitio fit. Per modum licitum,
vt in ſpecie d.l. naturaliter in prin. inf. eo. Qui caſus co
gnitu difficilis non videtur. Namq; cum naturaliter,
& ciuiliter ante translationem dominij vtilis, aut vſus
fructus, concedens poſſideret, in dubitationem proba
tio vtriuſq; coniunctim nõ venit. Ciuilis planè à na-
turali detractæ probatio ex conceſſione ipſa declara-
tur. Namq; cum translatio naturalis in dominum vti-
lem, & fructuarium facta tantummodo ſit ijq; domi-
num directum, proprietariumvè recognoſcant. Ciui-
lem vtiq; apud eum reſediſſe palam fit. Ita quæſtionis
expeditæ probatio ciuilis a naturali diſcluſæ circa ac-
quiſitionem eius licitam. haud dubie apparet.

Per modum vero illicitum quomodo probatio ac
quiſitionis ciuilis à naturali diſtractæ fiat, ex his appa-
ret, quæ in ſecundo ante ſcripta caſu habemus, num.
281. & nu 298. Cum in Ripæ dicto hic nu. 28. excutien
do verſaremur, hoc eſt eo ipſo ciuilẽ prioris dñi, aut
poſſeſſoris probari, quod prius à ſe poſſeſſa bona oſtẽ
dit vtiq; enim prius ſibi quæſitam ciuilem monſtrat
cum iuſta in dubio poſſeſſio eſtimetur. vnde cum na-
turaliter, & ciuiliter dominus, aut poſſeſſor antiquior
poſſideret. Ciuilis ſegregatæ in manifeſto probatio
inter : per occupationem, vnius ab altera diuulſione
facta.

Sinautem probationem ciuilis à naturali dimotæ
circa retentionem obſeruamus, diſtinctio etiam adhi
benda. Iure, an iniuria dimotio hæc interueniat. Siqui
dem iure, vt in ſpecie d.l. naturaliter in prin. infra. eo.
in expedito res videtur, eo ipſo retentam ciuilem in-
telligi, quod recognitio eius à naturali facta poſſeſſo-
re eſt. Quod ſi iure iniquo diſcretio poſſeſſionum con
tingat, vt in d. l. clam §. fi. Ex his etiam caſus huius ex-
plicatio percipitur. quæ in ſecundo ante caſu ſcripta
principali ſunt nu. 300. Hoc eſt per eum retentam ci-
uilem intelligi, qui de poſſeſſione priore ſua docet.
Quam iuſtam, contra iniuſtam poſterioris ius præſu-
mit. Quo caſu Soci. opinio repudiata ante eſt in d. cõſ.
25. nu. 5. lib. 4. cui viſum ſit, neceſſariam negatiuæ pro-
bationem ad ciuilem demonſtrandam eſſe, hoc eſt,
neminem per abſentem relictum. Quoniam aduerſa-
rij eſſe diximus, exceptionis ſuæ fidem facere, relictum
quempiam eſſe, qui eiectus fuerit. Immo enim ſatis
non eſſe oſtendimus, relictum quem eſſe, niſi eiectio
etiam eius, & familiæ ſuæ vniuerſæ doceatur. Quate-
nus cum abſente regula iuris facit, iuſtam antiquiorẽ
eius poſſeſſionem intelligi. Regulæ planè autoritatem
eam eſſe; vt probandi onere eum leuet, ad quem re-
gula ipſa ſpectat ſcriptum etiam eſt nu. 304. Ita per-
mixtim de ciuili informi, & formata dictum in caſu
ſecundo liquet, quod factum propter Ripæ dictum
oſtendimus, vtpotè quo admiſſo, impoſſibilis ciuilis
formatæ probatio videbatur.

Sexta pars tractatus huius ciuilis ſuccedit. In qua ef
fectus eius conſiſtunt, qui à ciuili ipſa deſcendunt, &
306 quos † non paucos gignit. Primus effectuum, quod
animo ſolo citra adminiculum aliud corporale, ciuilis
conſeruatur, quod aliter in naturali eſt d.l.3.§. in amit
tenda in fi. d.l. clam. §. fi. l. licet. C. eo. tit. & quo mõ con
ſeruationis huius fides fiat, dictum ſatis in proxima, &
quinta parte, atq; in ſecundo, & tertio caſu habemus.

Effectus ſecundus in vſucapione, & effectu præſcri-
307 bendi vertitur, quem † à ciuili ſola exiſtere, teſtatũ
ſatis in parte proxima eſt, per tex. infra. ea. l. §. per ſeruũ
qui in Fuga. l. qui fundum in prin. infra pro emptore.
l. de acquiſitionibus infra de diuer. & tempor. præ-
ſcriptio. l. ſerui, & filij. §. fi. infra de furtis. l. improba.
C. eo. titu. Bar. hic nu. 8. Ripa nu. 29. Bar. in d. §. ex con
trario nu. 3. & ſeq. Ibiq; Iaſ. nu. 22. Rubeo in d. §. nihil
commune num. 248. Guido huc Papę accedit. q. 356.
Pariſ. in conſ. 104. nu. 127. lib. 1. Idq; ex textibus confir-
mari omnibus diximus, quibus fidem malam pręſcrip
tioni obſtare expreſſum eſt. Ex eo itẽ id iuuatur, quod
ad dominium quærendum naturalis ſola non valet.
l. acquiritur in fi. ſupra titu. 1. l. neque. Ibique. Bal. C.
de vſufruc.

Cauſa eadem, & fructuum acquirendorum eſt, vt
308 ſuos bonæfidei eos poſſeſſor faciat. A ciuili † enim
ius hoc etiam emanare tex. probat in l. ſi fur. ff. de vſu-
fructu. Ibi enim fructuum pendentium, vel ab alio
quam à fructuario perceptorum dominium proprie-
tarij, non fructuarij iure mero æſtimatur. Atq; ideo
niſi proprietario condicio furtiua non redditur. fru-
ctuarij porrò non aliter fiunt, niſi ſi percepti ab eo ſunt
Ratio vero quamobrem fructuarij dominio ante per
ceptionem fructus non cedunt, alia non eſt, quam q
ciuilem fructuarius non habet. Ita ciuilem ſolam ad
fructus quærendos prodeſſe, non illepide tex. ille ſi-
gnificat.

Dixerit aliquis, ergo pluris aliquid bonęfidei habitu
rus poſſeſſor erit, qui cauſam à domino non habet,
quam fructuarius, qui titulum à domino, aut proprie
309 tario ducit fructus † quippe ſuos non ideo minus fi-
dei bonæ poſſeſſor facit, quod percepti ab alio ſunt. l.
qui ſcit. § in alieno. ff. de vſur. Bart. in d. § ex contrario
nu. 5. Iaſ. nu. 34. At enim abſurda res videtur, exilius
fructuarij ius fieri, qui voluntate domini, & titulo ab
eo habito rem habet. Reſpondetur, eo diuerſitatem
hanc contingere, quod poſſeſſionem ciuilem bonæ
fidei poſſeſſor habet, ſic quomodo teſtatum ante in
tractatu hoc ciuilis, atq; in parte eius ſecunda habe-
mus num. 248. 251. vberius nu. 271. Quæ ciuilis ſola ad
fructus quærendos valet. Ius aliud fructuarij eſt, qui
naturaliter, non ciuiliter poſſidet. d. l. naturaliter. Quæ
diuerſitatis ratio percipi ex tex. videtur in d. §. qui in
alieno. Qui maius bonæfidei poſſeſſoris ius in fructi-
bus eſſe, quam fructuarij ait.

310 Declarationi, & rationi † huic diuerſitatis inter poſ-
ſeſſores bonæfidei, & fructuarium conſequens fit, ge-
neraliter tex. intelligendum non eſſe in d. l. qui ſcit. §.
qui in alieno. vt fructus ſuos omnino fidei bonæ poſ-
ſeſſor faciat. verum ad eum caſum reſtringendum,
quo apud eum ciuilis eſt. Ideſt cum ciuiliter dominus
poſſidere deſijt. quatenus ciuili carere fructuum acqui
ſitio nequit. d. l. ſi fur. Ibiq; Bar. & Bal. & d. §. qui in
alieno. Bar. in d. §. ex contrario nu. 4. Ibi; Iaſ. nu. 34. &
nu. 52. Rubeus in d. §. nihil commune nu. 248. De quo
etiam ſupra nu. 271. in fi. & nu 276.

Dixerit hic aliquis, reſtrictioni huic contrariũ tex.
videri in d. §. qui in alieno. In quo expreſſum generali
ter eſt, bonæfidei poſſeſſoris fructus fieri, diſtinctione
non facta, ciuilem an non poſſeſſionem habeat. Idem
tex. probat in §. ſi quis à non domino inſti. de rerum
diuiſ.

Difficultatis huius ſoluendæ cauſa, vnum in ſpecie
hac atque alterum ſpectandum. Prius ad dominium
fructuum acquirendum attinet. vtrum fructus ſuos,
& dominij ſui ob id ſolum fidei bonæ poſſeſſor faciat,
quod in fide bona eſt, tam, & ſi ciuilem non habeat
Alterum in fructibus ipſis reſtituendis vertitur. hoc eſt
à bonæfidei ne reſtitui poſſeſſore debeant, dominus
eorum

eorum factus vel non ſit. Circa primum, fieri non poteſt, vt citra poſſeſſionis ciuilis adminiculum, fructuũ dominium quiſpiam aſſequatur. quatenus niſi à ciuili dominij acquiſitionem non procedere neq; ad eam poſſeſſionem ſolam naturalem prodeſſe, inicio declaratum effectus huius ſecundi habemus, nu. 307.

Conſequenter his dicẽdum, propter fructus ab alio perceptos vendicationem fidei bonæ poſſeſſori non eſſe, ſi ciuilem non habet, cum niſi domino vendicatio non detur. l. in rem actio in prin. ff. de rei vendica. Cauſa eadem condicionis furtiuæ eſt. l. 1. ff. de condi. furti. Proinde niſi domino rei, aut alij accommodanda actio id genus non erit, penes quem ciuilis ſit. d. l. ſi fur. & d. §. in alieno,

Si dixeris, perplexitatem hic incurrere, vt fidem bonam ſine poſſeſſione ciuili poſſeſſor habeat. Namq; ſi bona fides eſt, ergo non iuſta dici poſſeſſio nequit ſi iuſta, ergo ciuilis. Reſpondetur, probabilem conſequentiam non eſſe, fides cui bona eſt, ergo ciuiliter poſſidet. Quid enim ſi apud dominum poſſeſſorem vè alium anteriorem ciuilis eſt. Ab eo ne auferenda, poſſeſſoris cauſa iunioris, erit. cum domino poſſeſſorivè antiquiori fauorem maiorem præſtari demonſtratũ ante ſit per tex. in d. l. clam in prin. & in c. licet cauſam de proba. Ex Bar. Bal. & alijs, de quibus ante nu. 300. vnde iuſta poſſeſſio poſterior quantum ad effectum, & reſpectu prioris, aut antiquioris poſſeſſionis non videtur, cum approbatio poſterioris facta in perniciem antiquioris non ſit.

Apparet ex his, vt quotiens de fructibus poſſeſſori bonæfidei quærendis lex meminit, ciuilem apud poſſeſſorem ipſum eſſe in antecedens neceſſarium intelligamus. vtpotè qua dempta, dominij contingerę acquiſitio nequit. Hoc ita, ſi fructus extant, conſumpti planè pro ſuis habentur. l. non omnis. §. fi. ff. ſi cer. pet. Soci. in conſ. 251. nu. 25. lib. 2 An reſtitui porrò debeãt infra num. ſeq.

311 Circa ſecundum, fructibus † ne reſtituendis bonæfidei poſſeſſor teneatur. Indaginem prolixiorem ob ingentem Doc. altercationem, de qua ſupra nu. 100. res exigeret. In ſumma tamen quid ſentiam profetã, & primum quidem vacua res à dubitatione omni in fructibus extantibus eſt, quos ab omni reſtitui poſſeſſore oportet, ciuilis vel non apud eũ poſſeſſio ſit. l. certũ. C. de rei vendica. Neq; ad fructus extantes diſtinctio competit, locupletior an non ex fructibus his factus poſſeſſor ſit. Inepta enim id genus diſtinctio in fructibus extantibus apparet.

Apparet ex tex. hoc, rectam conſequentiam non eſſe, dominus fructuum fidei bonæ poſſeſſor efficitur, cum ciuiliter poſſidet, ergo reſtitui ab eo non debent. Namq; generaliter fructus extantes reſtituendos tex. præcipit in d. l. certum. Ergo eos etiam, qui dominij ſui facti ob poſſeſſionem ciuilem ſunt. Sed ex tex. expreſſius conſequentia hæc diſſoluitur in d. l. ſi fur. ff. de vſufruc. Ibi enim proprietarij fructus fieri, qui percepti à fructuario non ſunt, tex. ait. Apud proprietarium planè ciuilem poſſeſſionem eſſe, non dubitatur. At qui conſequens non ſit. ergo fructibus ipſis reſtituendis proprietarius non obligatur. Immo enim, aut eos fructuario reſtituere, vel condicionem ei pręſtare furtiuã deber, vt autor ibi Iaco. ab Aretio eſt per tex. in l. cum in plures. §. veſtimenta. ff. loca. & in l. pen. infra de ſtipula. ſeruor.

Si autem fructus conſumpti bonæfidei poſſeſſore ſunt. omnibus ne reſtituendis, an quo locupletior factus demum eſt teneatur, variatum à Bar. Bal. Alex. Iaſ. Curtio ſeniore. & Ruino eſſe ſuperius memorauimus nu. 100 Crebrior tamen ſententia videtur, quatenus ex fructibus conſumptis locupletior factus poſſeſſor eſt, eatenus præſtandos, vt apud nos in conſ. 550. nu. 15. Qui in publico adhuc nõ apparet. De quo apud Decium, & Iaſ. in l. ſi me, & Titium. ff. ſi cer. pet. Iaſ. in d. §. ex contrario nu. 40. verſi. adde quod aliam rationem. in l. Neſennius. §. 1. ſuper glo. 1. infra de re iudi. Ruinum in conſ. 14. co. fi. in conſ. 204. nu. 15. in conſ. 221. in fi. lib. 1. in conſ. 29. nu. 12. lib. 2. & in conſ. 91. nu. 4. lib. 5. Crot. in conſ. 11. nu. 46. & ſeq. Soci. iun. in conſ. 81. nu. 6. ver. Addidi tamen, & in conſ. vltimo nu. 21. lib. 1. Nattam in conſ. 15. nu. 7. in fi.

Dixerit hic aliquis, contradictionem in ſpecie hac fructuum reſtituendorum verſari. cum fructus vllos bonæfidei poſſeſſor, nec ex quibus factus locupletior eſt, vt pleriſq; placet, aut niſi quatenus factus locupletior eſt ex frequentiore. Doc. numero, reſtituit. Idq; perpetuum apud Doc. legitur, diſtinctione vlla non adhibita, ciuilem an non fidei bonæ poſſeſſor habeat. Conſequens enim opinioni huic fit, bonæfidei poſſeſſoris dominio fructus cedere, in quibus factus ditior non eſt, quamuis poſſeſſio ab eo ciuilis abſit ſcriptum ante eſt, fieri id non poſſe, vt citra ciuilis adminiculũ
312 dominij cui acquiſitio contingat. Solutio nulla † hic diſſenſio interuenit, quod enim fructus ſuos bonæfidei poſſeſſor indiſtinctè faciat neq; reſtituat, quatenus locupletior factus ex eis non eſt, quamuis ciuilem non habeat, Ex conſumptione id fructuum euenit. d. l. non omnis. §. fi. Argumentum planè in fructibus extantibus mouet, vt ſine ciuili dominium in eis non quæratur. d. l. ſi fur.;

Sed perplexitas altera circa fructus hærere reſtituendos videtur, quos reſtituendos diximus, quatenus maior ex eis res facta poſſeſſoris eſt, idq; diſcrimine vllo non adhibito, ciuilem an non poſſeſſor habeat. Atq; ideo non ideo minus reſtitutioni fructuum obnoxiũ poſſeſſorem fieri, quod ciuiliter. poſſideat. Enimuero
313 ſi fructuũ † dominus propter ciuilem efficitur. quomodo ad eorum compellendus reſtitutionem erit. an non inuicem certant, in dominio cuius fructus effici, neceſſitatem domino reſtituendi iniungi. vt qui dominium nactus fructuũ eſt, neceſſe eos reſtituere habeat. Sublatũ arg. hoc perplexitatis ex ſuperioribus liquet, Conſequentiam non obtinere, in dominio cuius iure ſummo res eſt, ergo reſtituendam eam non fore. Ex textu enim euerti conſequentiam diximus in d. l. ſi fur. vbi à domino fructus reſtitui fructuario oportet, idẽ in ciuili poſſeſſione oſtẽditur, q̃ & ſi maximè ad poſſeſſorem iniuſtum ambulet, & cum naturali iniuſta conſolidetur vt ſupra nu. 54. verſi. apud occupatorem. 56. 68. 73. 143. 157. Domino, aut poſſeſſori antiquiori reſtitui nihilominus debet. ſic quomodo inferius videbimus, & quidem in acceſſorijs potiſſimum aſpernanda conſequentia videtur, quæ ad naturam principalis rediguntur. vt qua ratione fundũ reſtitui ipſum oportet. ita, & fructus ex eo perceptos, quatenus poſſeſſoris ex eis res creuit, vt facti eius dicantur.

Sed obiecturus quiſpiam erit. ſi fructuum reſtituen
314 dorum neceſſitas bonæfidei † poſſeſſori, quatenus factus opulentior eſt, omnino iniungitur, ciuiliter an non poſſideat, Quorſum de ciuili & dominio ex ea in fructibus acquirendo diſceptare. Siquidem dominio etiam admiſſo, reſtituendi nihilomagis neceſſitas ſilet. Reſpondetur, propter reſtitutionem ipſam fructuũ, aut domini cauſa. diſceptationem hanc non exercem. vt ideo de ciuili verba fiant, quod ea interueniente, reſtitui fructus non oporteat. verum propter tertios inquiſitio hæc adhibetur, vt ciuili, & dominio ex ea fructuum admiſſo aduerſus tertios a quibus ſubtracti fructus ſunt, condicionem furtiuã, aut rei vendicationẽ bonæfidei poſſeſſori competere non ignoretur. Quæ inſpectio ex tex. percipitur in d. l. ſi fur. & in d. l. qui ſcit. §. in alieno. vbi de eo demũ tractatur, actionẽ ne bonę fidei poſſeſſor, aut fructuarius cum tertio exerceat, à

quo

Digitized by Google

quo percepti fructus ſunt. Domini item cauſa quantũ
ad vſucapiendi ius, veſtigatio hæc de poſſeſſione ciuili
in fidei bonæ poſſeſſore ſit, quo planũ fiat, vſucapien-
di ius nec ne aduerſus dominũ bonæfidei poſſeſſor ha
beat. ſcrupulus reliquus vnus eſt. Duricies in quo ma-
ior hæret. Diſcrimen enim quantum ad poſſeſſionem
ciuilem inter bonæfidei poſſeſſorem, & fructuarium
enarratum. vt ciuilem poſſeſſor bonæfidei, atq; ideo
vti fructuum dominũ, etiam qui percepti ab alio ſunt.
actionem contra eum habeat. Cauſam aliam fructua-
rij eſſe, qui ideo cum tertio fructuũ nomine ab eo per-
ceptorũ non agit, quod ciuilem fructuarius non ha-
bet. Contrarium enim rationi huic id videtur, de quo
315 mentio habita non raro eſt. Quamuis † ciuilem fru-
ctuarius non habeat, quaſi ciuilem tamen non deeſſe,
vnde vſucapiendi, & fructus quærendi ius exiſtit, vt
apud Bar. & alios in d. l. naturaliter in prin. infra. eo.
Idem Bar. ſentit in d. §. ex contrario nu. 5. ver. procedo
vltra. Ibiq; Imola col. 2. circa prin. verſi. poſſet etiam
dici. Iaſ. hic nu. 62. ver. circa ſecundam ſpeciem. Ripa
nu. 34. & ſupra nu. 52. 81. 128. 224. 248. Quod cum ita
ſit falſum vtrum liber erit, aut quod in d. l. ſi fur. expri-
mitur ratione Doc. adiuncta, conditionẽ furtiuam
ob id fructuario non dari, quod ciuilem non habet,
ſine qua dominij procedere acquiſitio nequit, cum ci
uilem quaſi effectus eiuſdem habeat, aut falſa ſententia
ipſa vulgatiſſima erit, quaſi ciuilem fructuario eſſe,
quæ pari atq; ciuilis poteſtate cenſetur.

Solutio quaſi hæc ciuilis poſſeſſio in iure vſusfru-
ctus, aut alio à ſcientia, & patientia proprietarij naſci
tur. l. 3. §. dare. ff. de vſufruc. l. pen. ff. de ſeruitu. Bar. in
d. l. naturaliter in prin. ob id contra proprietarium
ipſum, vnde naſcitur, quaſi hæc reſtringi poſſeſſio de
bet arg. l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pactis. & in ſpecie
patientiæ tradit Alex. in conſ. 1. nu. 44. lib. 5. quaſi igi-
tur ciuiliter poſſidere contra proprietarium, non con-
tra tertium fructuarius dicetur. Cauſa alia ciuilis in fi-
dei bonæ poſſeſſore eſt, ea enim à domino ipſo, aut
patientia eius non deſcendit. verum in re ipſa cõſiſtit,
quæ poſſidetur. ob id generaliter contra omnes effe-
ctum poſſeſſio ipſa ciuilis habet. Nulla quippe aduer-
ſus perſonam domini reſtringendi, ratio vertitur. cum
à perſona eius origo non ducatur.

Secundo, & ſignificantius ad arg. reſpondetur quaſi
poſſeſſionem ciuilem iuris ipſius vſusfructus, non ſun
di ratione competere, in quo vſusfructus ius eſt. In
fundo quippe iuris quicquam fructuarius non habet.
316 & qua † ratione fundi ipſius dominio caret, ita, &
fructuum pendentium, qui fundum ſequuntur. l.
fructus pendentes. ff. de rei vendica. l. fi. §. pen. infra
quæ in frau. credi. & apud nos in rubri. ff. de lega. 1. nu.
13 Proinde cum fructus pendentes tertius ſubtrahit, id
circo contra tertium conditio furtiua fructuario nõ
datur. Quoniam fructuum pendentum dominus non
magis quam fundi erat. Namq; quaſi poſſeſſio, quæ
in iure ipſo conſiſtit, ad fundum ipſum trahi fructuſ-
vè poteſt, qui ex fundo pendent. Eam ob rem pro-
prietario condicio furtiua datur, quæ niſi domino nõ
317 competit. l. 1. ff. de condi. furti. furti planè † actio fru
ctuario non denegatur, quæ communis omnium ha
betur, quorum intereſt, ſubtractam rem non eſſe, vt
in dominio eorum non ſit. d. l. ſi fur. & §. furti autem
inſti. de obliga. quæ ex delic. naſcun.

Conſequens his ſit, ante fructuum dominium ex
quaſi poſſeſſione fructuario non acquiri, quam ius
in fructibus habeat. Ideſt antequam percepti ab eo
ſint. In pendentibus planè dominium ſibi non ven-
dicat, cum fundum, partis iure ſequantur. Atque ideo
ad fructus ipſos pendentes non magis quaſi ciuilis tra-
hi, quam ad fundum ipſum poteſt.

Conſequens item prædictis ſit, Rationem aliam
domini vtilis emphitheotæ, aut feudatarij eſſe. Domi-
nium cui vtile in fundo eſt, vt actionem realem con-
dicionem vè furtiuam ob fructus pendentes ſubtra-
ctos habeat. vtpote dominium in quibus vtile ſimili-
ter vt in fundo habet.

Effectus tertius poſſeſſionis ciuilis in præſcriptione
318 contra eum † impedienda vertitur, cui ciuiliter poſſi
det. vt quamdiu apud dominum ciuilis eſt, à præſcri-
ptione nõ timeat. verum ſecurus eius fiat. l. acquiri-
tur. §. fi. ſupra tit. 1. l. 1. §. per ſeruum. 1. infra eadem. l. &
l. male agitur. C. de præſcrip. 30. vel 40. an. glo. & Doc.
in d. §. ex contrario Ibiq; Iaſ. nume. 54. verſi. item ad-
uerte quod quando plures. glo. & Doc. in l. 1. In glo.
magna in fi. Ibiq; Bal. num. 2a. Iaſ. num. 44. C. de ſer-
uis fugi. Bar. in l. Celſus nume. 12. ff. de vſucapio Scite
Bal. in conſ. 325. dubitabatur ante fi. verſi. tunc arguo.
ſic lib. 1. Signorol. in conſ. 70. num. 20. verſi. præterea
ex vſu. Iaſ. hic num. 49. verſi. vltimo inquantum iſta
glo. & in conſ. 37. lib. 1. & apud nos in tracta. de antiq.
temp. parte. 4. num. 139. ad Venetam impreſſionem.
Idq; ratione coacta oſtenditur namq; ſi ad præſciben
dum naturalis non valet. quomodo contra eum præ-
ſcriptio cedet, qui ciuiliter poſſidet.
319 Contra poſſidentem † præſcriptionem non currere
ſimpliciter Bal. ſcribit, delectu ciuilis, & naturalis nõ
facto, in conſi. 13. ſuper eo quæritur. q. 4. lib. 1. in conſ.
202. ad euidentiam præmittendum eſt, quod dictum
pactum num. 1. in fi. lib. 2. in conſ. 50. viſo teſtamento
col. 1. lib. 5. per tex. in l. ſi is cuius. ff. ex quibus cau. ma-
ior. in d. l. male agitur. & in l. cum notiſſimi. C. de præ
ſcipi. 30. vel 40. an. De quibus conſilio apud nos in
conſil. 71. num. 3.

Sed & detentationem ſatis ad præſcriptionem im-
pediendam Signorol. putat in conſ. 139. vbi cum iure
conductionis rem venditam venditor ipſe tenet, quã
eidem reuendere emptor promiſit. Perpetuum redi-
mendi ius, nullo præſcriptionis periculo, eſſe putat. at
qui niſi detinendi ius conductor non habet. l. officiũ.
ff. de rei vendica. & ſupra nume. 58. 104. 110. ſequitur
Deci. in conſ. 164 col. fi.

Sed obſeruandum, quod ad Bal. dictum attinet in
d. conſilijs. in quibus contra eum præſcriptionem nõ
currere ſimpliciter ait, à quo res poſſidetur. Ad ciui-
lem, & iuſtam neceſſario pertinere, formata vel non
ſit. Id quia niſi à Domino impediri præſcriptio ne-
quit contra quem ſolummodo currit. Ab alio planè,
qui Dominus non ſit, quomodo impediri præſcriptio
poterit, quam ipſe non patitur.

Conſequenter his dicendum, cum apud alium non
Dominum naturalis iniuſta eſt, & apud fidei bonæ
poſſeſſorem ciuilis, naturalem ipſam iniuſtam præ-
ſcriptioni non obſtare, vt in ſpecie. dictam l. clam. §.
fina.
320 Inde declaratio eius percipitur † quod ſcriptum
apud Iaſ. eſt in l. traditionibus in fi. C. de pactis vacuã
poſſeſſionem eſſe oportere, vt locum præſcriptio ha-
beat. vacuam planè non aliter dici, quam ſi & corpo-
re, & animo vacat glo. magna in l. fi. C. vnde vi. Doc.
in l. in conuentionalibus. §. 1. infra de verb. obli. Oldra.
in conſ. 311. allegationes num. 4. & ſupra nu. 192. Ad
dominum enim id pertinet. vt quamdiu ciuiliter poſ-
ſidet, locum contra eum præſcriptio non habeat. Ra-
tio alia videtur, ſi apud tertium poſſeſſio corporalis,
iniuſtavè ſit. Ita vacua non ideo minus dici poſſeſſio
poterit, quod apud tertiũ, cui ius in re non eſt, naturalis ſit.
321 Et quod dicitur, ex ciuili ſola † præſcriptionem im-
pediri, ad cũ quoq; caſum ſpectat. quo per actũ fictũ
ex conſtituto puta ciuiliter quis poſſidet Bal. in conſi.
369. venditor lib. 5. & apud nos in d. conſ. 71. nu. 3. Ex
actibus enim etiam fictis ciuilem acquiri, teſtatum
ſuperius eſt nu. 282.

Et

Digitized by Google

Et quod Signorol.ſcribit in d.conſi.139.Ad ius of-
ferendi pertinet, quod cũ iure coniunctum excipien-
di eſt,eique inhæret, namq; ſi rem à venditore aufer-
re emptor paret, vtique conductionis iure excipien-
322 do venditor vteretur, exceptio † planè ſicut perpe-
tua eſt.l.purè §.ſi infra de except. doli.l.licet. C. de ex-
ceptio.Bar.in l.2.nu.3.ff. de exceptio. Bal.in l.ſicut.nu.
22.poſt gloſſ.ibi. C.de præſcrip.30. vel 40.ann. Ita &
offerendi perpetuum ius erit, quod ad exceptionem
ipſam adhęret, quia de eo pactum interpoſitum in
conductione ipſa eſt.vt expreſſim Signorol.meminit.
Quo circa ad detentationem,vel iniuſtam tertij poſ-
ſeſſionem dictum trahi Signoroli non poteſt.

Effectus quartus poſſeſſionis ciuilis ꝙ per eam vi
323 expelli poſſeſſor clandeſtinus † poteſt. quotiens ad
poſſeſſionem ſuam cum non admittit, qui ciuiliter
poſſidet.Quoniam vim ei inferre non admittendo,&
vi eum expellere dicitur,vt Bar.no.in l.1.nu.6. C.vnde
vi.Imola in conſi.124.col.1 in fi.& in fi.conſi. Alex.in
conſi.99.num.6.lib.5. Corn. in conſi.193. & in conſi.
280.lib.3.Iaſ.in d.§.ex contrario.nu.32. verſic.& ſi di-
cas prout voluit dicere Bar. & in d.l. clam.§.fin.num.
22. in quarto nota.

Sed enim generaliter plus nimio Bar. locutus cum
cæteris videtur. Poſſeſſoris iniuſtè deturbandi ius ex
ciuili competere,perinde quaſi,& poſt interuallum id
facere temporis liceat. Cum niſi excontinenti permit
ti,id non ſoleat.l.3.§. cum igitur infra de vi, & vi ar-
ma.de quo locupletius infra videbimus. Reſponde-
tur. Generaliter quantum ad tempus Docto. hic non
loqui. Immo enim excontinenti recuperationem fa-
ciendam non obſcurè ſignificant. Rei cuius exponen
dæ cauſa ſciendum,ad eum caſum effectum hunc na
turalis ex ciuili recuperandæ ſpectare, cum vim poſ-
ſeſſor ciuilis patitur, vt vi eam propulſare liceat. d.§.
cum igitur vbi cum armis venientem armis repellere
licet.Contra eum vero,à quo vi quid non fit, exerce-
ri vim non conuenit. Ita ex tempore, quo vim quiſ-
piam in poſſeſſione ſua patitur, tempus hoc confe-
ſtim recuperandi cedit. At enim vbi clam occupatio
facta poſſeſſionis eſt,vim ex occupatione hac pati ab-
ſens non dicitur cum deiectio qua violenta non ſuc-
ceſſerit.vim porrò ſuſtinere exinde incipit, ex quo ad
poſſeſſionem reuerſus non admittitur.Atque ideo ſi
clandeſtinum tunc deturbat, cõfeſtim recuperati poſ-
ſeſſio dicitur. Hoc ideo,quia ex tempore occupatio-
nis occultæ facultas hæc authoritate ſua, & vi confe-
ſtim recuperandi non currit. verum vbi primum vis
fieri cœpta eſt. Quocirca poſt vim demũ admiſſam,
Ideſt cum receptus veniens ad poſſeſſionem non eſt,
tractatus cõperit,incontinenti an nõ recuperatio fiat.

Dixerit hic aliquis, niſi in caſu vno, atq; altero fa-
cultatem hanc armis circa poſſeſſionem vtendi non
dari.Prior in poſſeſſione ipſa defendenda. Quam ar-
mis eripere quis certat.In quo temporis inquiſitio nõ
fit.Quo tempore id fiat.Perpetua quippè defenſio eſt.
Atq; incontinenti fieri ſemper dicitur, cum moleſtiã
quiſpiam,aut vim ſuffert.Alter caſus, cum de poſſeſ-
ſione vi eiectus quis eſt. Quo caſu non aliter vi con-
traria recuperandi ius datur, niſi ſi incontinenti id fiat.
Caſus hos duos text. obſeruat in d.l. 3. §. enim igitur.
At enim ad caſus hos duos is non pertinet, de quo
apud Bar.in d.l.1.nu.6.C.vnde vi. & Doct. alios in lo-
cis ante relatis. Reſpondetur, ad caſum poſteriorem
Bart.& aliorum dictum ſpectare, cum armis, aut vi
324 † quis de poſſeſſione exturbatur. Quid enim inter-
eſt,expulſionem qui poſſidet,patiatur, an ad eam ve-
niens non admittatur. An nõ & ſpoliatio deiectiovè
hic contingit.d.l.clam.§.fin.l. fin. Ibique Bart.infra de
precar. Anchar. in conſi.127. ad dubia elicita in fine.
Alex.in l.ſi quis tem.infra eo. Corn. in conſi.207.col.
ſi.lib.2.Deci.in conſi.400.nu.8.poſt princ.verſi.nec eo
prætextu,ꝙ haberet poſſeſſionem, & apud nos in cõſ.
107.nu.3.text.huc præter Doct.accedit in c.ſi.de iudi.
vbi hoc ipſo quaſi poſſeſſione eligendi ſpoliari Mo-
nachi dicuntur, ꝙ rector ab eis eiectus per vniuerſi-
tatem ſæcularem non admittitur. Inde Abb. ibi ſcri-
bit in quarto nota. quaſi poſſeſſione ſubiectionis do-
minum, aut Principem ſpoliari, quotiens vel domi-
nus ipſe,vel qui vicem eius ſuſtinet,à ſubditis non re-
325 cipitur. Cauſa eadem † coloni eſt, qui ſpoliare do-
minum dicitur,ſi conductione finita, poſſeſſionem ei
non reſtituit.l.colonus.& l.cum feudum.infra de vi &
vi arma. Bart.in l.ſi quis conductionis.nu.2.C.locati.
Alex.in conſi.90.num.2.libr.5. quod repetitum eſt in
conſi.33.lib.6.

Conſequens declarationi huic fit, confeſtim vt ad-
miſſus rediens non eſt, poſſeſſoris naturalis amotio-
nem faciendam.Diſſimiliter atq; , ſi interuallo facto,
excluſio ſequitur. Inde non rectè ſcriptum apud Bar.
videtur in l.2.§.interdictum.nu.3. infra vti poſſid. vbi
cum poſſeſſor ciuilis non admittitur, quia turbatio-
nem,ſemper,& per eam, iniuriam patitur, iniuriam
hanc propulſare ſemper concedi.Incontinentique id
fieri totiens ait, quotiens turbatio perſeuerat. Con-
trarius enim traditioni huic Bar.tex.videtur in d.l.3.§.
cum igitur. incontinenti quam vim paſſus quiſpiam
eſt,expulſionem faciendam. Quocirca turbationem
quidem ciuili poſſeſſori permittendam tamdiu puto,
quamdiu ciuilis ipſa retinetur, vt impunè, & citra in-
terdicti retinendę metum poſſeſſorem inquietare in-
iuſtum liceat, ſic quomodo declaratum ſuperius eſt.
nu.69 & nu.195. & infra nu.331. Deiectionem plane
niſi excontinenti non permitti.
326 Ampliationem effectus † hic quartus admittit, vt
locum habeat, etiam cum prætore authore, vicioſe
tamen, naturaliter quis poſſidet, & huncenim ciuilis
adminiculo foras excutere licet. verbi gratia credito-
rem in poſſeſſionem bonorum debitoris condem-
nati ex iudicato induci iudex mandat. In prædiũ alie-
num, non debitoris victor creditori per executorem
mittitur.Ciuili ſua dominus non caret. Atq; ideo per
ciuilem hãc impune de fundo abire creditorem adi-
get.vt Imola cum Alexan.ſcribunt in l.à diuo pio.§. ſi
poſt addictum.contra Ang.ibi.infra de re iudi. A qua
ſententia Ruin.etiam ſtat in conſi.12.nu.6. in fi.lib.4.
Scite Anchar.in conſi.292. videretur prima facie. in
prin.De quo ſermo infra,plixior habet parte ſeptima.
327 Sed & tantumdem in debitore † ipſo probandum,
in rem cuius rite minus facta miſsio eſt. Ciuilẽ quip-
pe,& ipſe retinet. In qua iure depelli.creditor miſſus
poteſt, vt author Bald eſt in conſi.149 proponitur,ꝙ
quædam tutela in fi.lib.3.per no.in l.ſciendum.§. fun-
dum.ff.qui ſatiſd.cog. Quam ſententiam Io. Baptiſta
Ferretus agnoſcit in conſi.181.nu.2.Idem præter eum
Bald.admittit in conſi.135.in cauſa egregij.nu.2.lib.2.
De quo inferius etiam verba fient parte ſeptima. in ſe
cunda limitatione ſecundi caſus.nu.357.& nu.407.
328 Locum effectus iſte quartus † ita habet, vt dixi, ſi
protinus, aut excontinenti recuperatio naturalis, &
depulſio iniuſti ſeu violenti fit.d.l 3.§. cum igitur. & l.
cum fundum cum glo.in ver.poſtea eod.titu. Bal.in l.
data.nu.67.C.qui accuſ.non poſ. Salic.in l.1.nu.26. C.
vti poſsid Alex.in d.§.cum igitur.& in d.l.1.apud Bar.
& in conſi.153 nu.9. circa fi. lib.6.
329 Sed quæſtionis eſt,quando † incontinenti pelli in-
iuſtus poſſeſſor dicatur. Bal.in l.fin.C.de his,qui à non
domi.vbicunq; pellendi, & poſſeſsionem naturalem
recipiendi facultas, vel decennio excurſo, datur. ex
Hugo. in c.ius naturale.1.di Cui ſententiæ Imola &
Roma.adſcribunt in l.1.§.qui præſens. Ibique Socin.
in vltimo nota.infra de verb.oblig. & idem Socin.in
conſi.

Digitized by Google

conſi.182.nu.12.lib.4.Deci.in conſi.460.nu.18.& ſeq. Iaſ.in l. ecta.nu.19.col.14.verſi. Adde circa primum caſum.ff.ſi cert.pet.in d.l.clam.§.fi. nu.25.verſi. limita iſtum tex.Ripa in l.de pupillo.§.meminiſſe.num.38. ſupra de oper.noui nuncia. Expreſſius Ruin.in conſi. 38.nu.3.in conſi.42.nu.6.& ſeq.& in conſi. ſeq. nu.4. in fin.& nu.15.circa med.lib.4. Capit.deciſ.69. nu.31. Potentiam item ſeu facultatem recuperandi ſimpliciter Alex.obſeruat in conſi.35.nu.9.lib.6. Eque recuperandi oportunitatem. Pariſ.demum ſpectat in cõſ. 41.num.30.lib.1. De quo inferius etiam.nu.434. verſi. Non ſolum.

Sententiæ huic adeſſe Bart.& Ang. videntur in d.l. 3.§.cum igitur.ſi rem propius,& argutius contemplamur.cum arbitrio rem iudicis relinquendam aiunt, quando ex continenti fieri recuperatio dicatur. Arbitrium porrò varie.pro deijciente, deijciendi modo,& pro re occupata conſtituendum.Quod idem & Abb. agnoſcit in c.olim.nu.10.& num.13.de reſtitu.ſpolia. Alex.in d.conſi.35.nu.9.lib.6. Namque id genus eſſe res poteſt tam munita,talis occupator,earumque virium, vt poſt longum temporis ſpacium, cum recuperandi delata occaſio erit, illico & incunctanter facta recuperatio cenſeatur.

Concluſio memorata, poſt decennium recuperandi ius eſſe,ſi ante recuperandi occaſio non fuit. Locũ ita habet,ſi præparatio qua adhibita ad recuperandũ eſt,vt poſt Areti. Soci.docet in d.l.1.§. qui præſens in vltimo nota Ruin.in d.conſi 38.nu.3.lib.4. Sed enim
330 † quo præparationem exquiri, quæ profutura non ſit, & quomodo negligentiæ circa præparationem, accuſari quis poterit, vbicunq; inutilis futura præparatio erat.l.2.in fin.ff. ſi quis in ius voca. non ierit. l. ſi ea res. in prin.ff.de actio.empti.l.Idemq;. §.pen.ff.mãda. l.& in totum.verſi.ita ſi ob id ff.rerum amo.l.fi.§.pen. ff.quis ordo.in bono.poſſeſ.ſerue.l.2.§. pen. verſi.ergo etiam ſi mater ff.ad Tertuli.l.ſi alius.in ver.æque perituris ædibus.infra quod vi,aut clam. Bart. & alij in l.ſi ab hoſtibus.§.fin.ff.ſolut.matr.Idem Bar.in l.ſi quis.in graui.in prin.ff.ad Sillania.& quod Rota ſcribit deciſ 844.Canonici. in antiq. forma neglecta irritum actũ non fieri, vbicunque vſui cui futura obſeruatio eius non fuerat.In quo Rotæ dicto non acquieſcam,quotiens ad voluntatem meram,aut rigorem iuris ſeruãdum, non etiam ad effectum vllum forma reſpicit. Itaque cum ad eum caſum ſpecies controuerſa pertineat, quo ante poſſeſſionis ablatæ recipiendæ copia non fuit,quorſum præparandi neceſſitatem expulſo, aut ſpoliato imponere, quæ ad rẽ futura inutilis erat. Atq; in ſpecie præparandi neceſſitatem remitti Ruin. ſcribit ſecum de more non conſtans, & methra eriſicthonis mutabilior in conſi.42. & ſeq.lib.4. Ad quã ſententiam non ineptè Alex. accommodatur.In l.2. §.quod diximus.nu.6.ff. ſi quis cautio. fruſtra à quoquam diligentiam exigi, quæ vtilitatis afferre quicquam non poteſt.

Effectum igitur hunc quartum,& limitationem ad eum applicatam recolligẽdo,verum erit, ex ciuili recuperationem naturalis permitti,Dum poſt interuallum tamen recuperatio non ſequatur. Quod pacto vero interuallum, & incontinenti intelligi hic oporteat,explicatum mox habemus. Limitatio memorata,vt præſentaneam eſſe recuperationẽ oporteat ſublimitationem admittit, ne locum in turbatione ha-
331 beat.Namq; & ſi maximè poſt temporis † intercapedinem de poſſeſſione naturali violentum mouere ſuo cuiquam iure non liceat, inquietare eum tamen, aut turbare conceditur. Ita facilius turbatiua, quã exturbatiua,aut expulſiua vis permittitur.Id quia non ſimiliter de grauis turbatiua,atq; turbatiua vis eſt.Ex pęnæ quippè magnitudine delicti grauitas æſtimatur. vt quo grauior pœna eſt, eo maius delictum habeatur. l.reſcriptum.ff.de his quibus, vt indig.l. qui cum maior.§.1.ff.de bonis liber.l.quod ad ſtatum.infra de pœnis.l.2.infra de publi.iudi.c.non afferamus.24.q.1. Frederic.de Senis in conſ.18. in prin.in conſi.22. in princ. Bar.in l.Leuia.in prin.infra de accuſa. & in l. non ſolum.§.ſi mandato.infra de iniur. Dec.in c.at ſi clerici. in princip.in ſeptimo nota.de iudi. & in conſi.65.poſt prin. & nu.5. Sed enim grauius exturbatiuam, quam turbatiuam vim coerceri proculdubio eſt.l meminerint.& l.ſi quis.in tantam. C. vnde vi.quarum.ll. pœnæ ad vim turbatiuam non ſpectant. Proinde cum grauius expellentis, quam turbantis delictum appareat, rationis non videtur, interdictum retinendæ ob vim turbatiuam violento,& ſpoliatori contra turbatorem,qui leuius delinquit, accommodari. Similiter
332 † vt culpæ nomine actio ei non datur, qui in dolo eſt, cum grauior non Paulo dolus, quam culpa ſit.l. ſi putator.l.item ſi obſtetrix.in fin.ff.ad l. Aquil.no.in l.viro atque vxore.ff.ſolut.matrimo. Pau.de Caſt.in l. quæro.ff.de actio. empti. Alex. in conſi. 14. in fin. lib. 5. Atque in ſpecie, expellenti, aut violento interdictũ retinendæ ratione præſcripta non reddi,ex glo. oſtenditur in d.l.1.§.fin.in glo.pen. Ibique Bar. num.2. infra vti poſſid. & in l. 1. in verſic. nec precario. Ibique Bart.num.3.verſi.ſed ad vnum aduerte. Bald.num.3. & num.5.in fin.C.vti poſſid. Anto.de Butr.in cap.veniens.colum.3.circa medium. Ibique Abb. num. 26. poſt med.verſi.ſecundum remedium. de præſcriptio. Iaſ.in d.§.nihil commune.num.49 in fine. verſic.facit bene text.Ruin.in conſi.28.num.7.in conſi.38.eodem num.7.lib.4 Quibus in locis diuerſa Innocen. opinio improbatur in d.cap.veniens. Quocum Caſtren.facit in l.ſi de vi.colum.2. circa medium.verſic. Nam cum per tuam confeſſionem.ff.de iudi. in priore lectu. & in poſteriore.num.14.in fin.verſic. Plus dicit Innoc. obſeruandum tamen, ex fide bona à Caſtren. Innocen. non referri. Qui non ita generaliter loquitur, atque Caſtren. ait. Immo enim interdicto locum retinendæ non putat, ſiquidem ſpoliationis exceptionem ante litem conteſtatam reus obijcit. hoc eſt ſpoliatum reſtituendum prius omnibus eſſe. Caſtren. porrò generaliter ſententem Innocen. facit, locum interdicto ſemper retinendæ eſſe,oppoſita, vel non exceptio ſit.Quod aliter viſum Docto.eſt, qui ab Inno. diſſentiunt, hoc eſt locum citra diſtinctionem eius interdicto non eſſe. Inficias tamen non eo,vt Innoc. loquitur, ita dictum accipiendum Caſtren. eſſe, qui de eo meminit. iuxta Barto. traditionem in l.non ſolum.§. ſi liberationis. numero 7. circa medium. ff. de libera. lega.

Effectui huic circa turbationem,vt impunè ea poſſeſſor prior vtatur, Ioannes nobis Franciſcus Crauetta filius contradixit. Repugnantiam enim videri, vt poſſeſſioni ciuili effectus hic impunè turbandi præbeatur.Quam eo ipſo amitti ſupra oſtendimus.num. 70.77.324.& num.360. quòd ad fundum rediens non admittitur. Sed enim ſi turbat, redit, & ſi turbationi reſiſtitur,non poteſt non expelli,& ſpoliari. Quo pacto igitur ex ciuili iam perdita turbationem inferet. Sed reſponderi poteſt, ad eum caſum amiſſionem ciuilis pertinere, quo naturalis recuperandæ animo ad fundum quis ex ciuili reuertitur. Cauſam aliam turbationis ſimplicis videri.

Reſponderi,& ſecũdo poteſt,effectũ hunc impune turbandi, & ciuili extincta manere.Qñquidem facto, & dolo aduerſarij interitus is contingit.Quocirca fruſtra ciuilis interitum cauſatur, dolo, & facto cuius is euenit.l.cum mandato.ff.de nego. geſt.l. cum mulier. in fin. ff. ſolut. matrimo.l. 1. §. ſi omnes.in fin. ff. de ventre inſpi.l.1.§.quod autem.ff.quorum lega. gl.in l.

alias.

alias. in glo. magna circa med. verſi. ſed poſtea idem
Azo.ff de iureiuran. Signorol. in conſ. 141. nu.5. Bal.
in conſ 190 allegationes in prin. lib.4.& in conſ. meo,
83.nu 2. tex. huc ſpectat in l. ſi mulier in prin. Ibi quia
huic ſibi metum ipſa infert.ff.quod metus cauſa cum
alijs non paucis, de quibus in reſpon. meo pro genero
nu.44.& inferius nu. 439.
333 Locum ſublimitatio prædicta † non habet, ſeu ſub-
limitationem ſublimitatio accipit, vbicunq; à turba-
tione ſcandali timor eſt. Quo caſu moleſtia inhiben-
da, turbatorq; iubendus, vt per iudicem ius ſuum pro
ſequatur. Ruin. in d. conſ. 28.nu.7.in fi. verſi.& quam
uis de iure lib. 4. Conſequens dicto huic fit, Interdicti
retinendæ poſſeſſorem obſoluendum iuſtum non fo-
re, ſi poſtea poſſeſſorem iniuſtum vexat, quam à iudi
ce facta inhibitio eſt.
334 Fidem tamen ſcandali huius † ſummatim ſaltem
iudici faciendam arbitror. Id quia iudici credi de ſcan
dali metu non conuenit. Ang. in conſ.107. Iacobellus
circa fi. Soci. in conſ.96.nu.7.lib.1.Corn. in conſ.192.
col.3 poſt prin. verſi. nec poteſt appellatio prædicta,
& col.4.circa med. ver.cum itaq; non eſſet lib. 3.Deci.
in l. ſi num 6. in fi.C. de ædicto diui adria. tollen.& in
conſ. 365. nu.13. Sed enim fidem iudici habendam,
Ang. opinione repudiata, Decio. ipſi ſecum pugnan-
ti vitium in l. ſi pacto quo pœnam col. 3. circa prin.
verſi. & in iſto dicto.C.de pactis, vbi eo caſu iudici cre
dendum primum ait, cum periculum à mora eſt. De-
inde iudicis aſſertioni ſtandum moræ verbo non fa-
cto, ſimpliciter ſcribit opinionem hanc Decij poſterio
rem contra Ang. ſaniorem quantum ad præſumptio
nem exiſtimo, quæ approbationis aduerſæ onus in
partem reijciat. dum more periculum etiam iudex re
ferat. Quo caſu partis erit, probationem contrariam
præſtare, ſcandali metum non eſſe.

Quæ enarrata in ſublimitetione ſunt phas eſſe poſ-
ſeſſorem iniuſtum poſt interuallum ex ciuili inquieta-
335 re, ad ciuilem etiam † impropriam, aut limitatam
pertineat, quatenus ciuilis, aut iuſta eſt, vt in ſpecie d.
l. clam.§.ſi contra tertium, conſolidatione ciuilis cũ
naturali facta, iuxta glo in l. ſeq. ſed ſi nolit. Effectum
enim ciuilis contra tertium habet. l. fi. infra eodem l.
1. in fi. & l. ſeq infra vti poſſid. Contra poſſeſſorem
planè antiquum, aut dominum permittenda turbatio
non erit. Id quia vi, clam ab eo turbatus poſſidet. Rur
ſus ſi turbationem poſſidens ipſe impunè pateretur,
longe minus turbandi ius habebit, cum non poſſidet,
ne melior non poſſidentis, quam poſſidentis condi-
cio fiat. vtiq; ſi citra vicium poſſeſſionem dominus
recepit. ſi autem ex vicio, interdicto agendum recu-
336 perandæ erit iuxta illud, ante † omnia ſpoliatum
reſtituendum etiam ſi prædo ſit. l.1.§ ſi prædo. & l. bo
nafides.ff depoſi. l. 1.§ qui à me vi, & l. colonus infra
de vi, & vi arma.§.recuperandæ inſti. de interdic. c.in
literis de reſti. ſpol. & alia, de quibus ſupra nu. 84.tur-
bationem planè poſt ſpacium temporis permittendã
non puto. Quoniam propter ciuilem, aut iuſtam ſim
pliciter, & abſolute, priuilegium tributum id eſt. Ob
id ad ciuilem impropriam reſtrictamvè extendi id nõ
conuenit, & cum ratio alia ciuilis propriè, & limitatæ
ſit, cui tantum præſtari fauorem non oportet.
337 Quod in ciuili ſtatutum propria † eſt, ad ciuilem
protendi impropriam non debebit, & quæ ciuilis quã
tum ad dominum, aut poſſeſſorem antiquum non
habentur. l.fi.ff.de calum. l. Papinianus exuli. ff. de mi-
nor. l. illud. à ſenſu contrario. ff.ad l. aquil. l. qui fun-
dum.§ ſi fundus. Ibi propriam, & ſaparatam condicio
nem habent. infra pro emptore. l. inter ſtipulantem,
§. ſacram. Ibi ſed hæc diſſimilia ſunt. infra de verb.
obli. l.3.§.ſi tutor. Ibiq; Bal. infra iudi. ſolu. c. dilectus
de offi. ordi. c. cum veniſſet de teſtib. & alia non pau-
ca. Ita ratio diuerſitatis inter interdictum recuperan-
dæ, & turbationem poſt interuallum temporis, ex
parte ipſius turbati apparet. Ex parte etiam turbantis
euidentior diuerſitatis huius ratio oſtenditur. quam
ob rem interdictum recuperandæ ſi poſſeſſorem iniu-
ſtum deponit, non etiam retinendæ, ſi infeſtat, patia-
tur. Quoniam grauiorem exturbatiuam ſeu expulſiuã,
quam turbatiuam vim eſſe diximus. Quocirca quod
in deturbatiua conſtitutum vi eſt, vt ob eam poſſeſſor
antiquus, aut dominus conueniatur, ad turbatiuam
porrigi longe leuiorem non decet. Quid enim abſur-
dius, quam ex delicto grauiori ad minus argumetari.

Conſequens prædictis fit, facilius recuperandæ, quã
retinendæ interdictum reddi. Prædoni enim vel alias
poſſeſſori iniuſto recuperandæ interdictum dari, ante
dictum eſt. Quod contra in retinendæ interdicto fit.
Contra dominum id enim, aut priorem poſſeſſorem
à quo vicioſe quis poſſidet. ob vim inquietatiuam nõ
concedi, ſublimitatio ipſa docet. idq; tex probat in d.
338 l. 1. §.fi.& ll. duabus ſeq inf. vti poſſid. Atque † vltra
Doc. in ſublimitatione relatos, interdictum retinendæ
poſſeſſori iniuſto non ſuffragari, ex freder. de ſen. con
firmatur in conſ. 147. quidam de ciuitate tuderti col.
2. poſt med. Oldr. in conſ. 226. quidam epiſcopus circa
fi. Signorol. in conſ. 262. nu 3. verſi aut non vacantem
Bal. in conſ. 337. ſtatutum lib. 5. Iſer. in c. 1. in verſi. &
extraordinaria nu.62. circa fi. Guido papæ in cõſi. 118.
in octauo dubio. Idq; ratione fortiore iuuatur. etenim
ſi ab iniuſto poſſeſſionem auelli poſſeſſore oportet,
longe magis impediendus is erit, quominus in poſſeſ-
ſione iniuſta defendatur. l. patre furioſo. ff. de his, qui
ſunt ſui vel alie. iuris. l.1.§.quamuis autem. ff. de poſtu
lan. l. ſi ſponſus. §. ſi maritus. ff. de dona. inter virum,
& vx. l. tutori. 1. ff. de ſponſal. l. non ſolum.§.fi. cum. l.
ſeq ff. de excuſa. tutor. l. 15. cui. ff. de teſta. & alia com-
pluria.
339 Hoc amplius Oldrado. viſum † in conſ. 209. in cau
ſa hoſpitalis nu. 8. verſi. ex quibus relinquitur. nec ad
poſſeſſionem vicioſam quempiam reſtituendum. &
idem ſcriptum, & apud guido. papæ legitur in conſi.
144 vbi eo caſu loquitur, quo ex titulo inutili quis poſ
ſidebat, reintegrandum eum non fore. Quæ opinio
textibus repugnare non paucis videtur, quibus expreſ
ſum ante diximus, prædoni etiam ſpoliato poſſeſſio-
nem reſtituendam. vt ſupra nu.84.& nu. 336. Quid er-
go tex. tam vulgatiſſimos Oldrado incognitos, & gui
doni papæ dicemus. vnde ad eum caſum Oldra. &
Papæ reſtringi dictum oport. & Quo plan ſiex actis fit
prædonem, aut alias poſſeſſorem iniuſtum quempiã
eſſe. Ibi enim cum notiſſima ex actis fides eius mala
atque improbitas ſit, reſtitui eum non conuenit, vt
Abb. alijq; no. in d.c. in literis nu.9. de reſti. ſpolia. in
c. cum eccleſia ſutrina nu.26. verſi. ſecundo quod præ
do. de cau. poſ. & propriæ. Pau. de Ca. in l. ſi de vi nu.
15 in fi. verſi. decimus caſus. ff. de iudi. in ſecunda lectu.
cum alijs apud nos relatis in conſi. 299. col. 2. circa fi.
verſi. tertio reſpondeo. in conſ. 302. nu.5. & ſeq. & in
conſ. 322. nu.3. verſi. his ita præſuppoſitis. Quibus fely.
accedit in c. licet cauſam in 11. nota. de proba. in c. ſi
conſtiterit nu. 6 de accuſa. Ruin. in conſ. 154. num.8.
poſt prin. lib.4 Deciſio Neapoli. 77 nu.4. & deciſ. 121.
nu.7. in nouis Capitij. De quo ſermo apud nos locu-
pletior in d. §. nihil commune circa dicta Bar. in prio-
re lectura. Satis in his dictum de limitatione prima
effectus quarti habemus, quem poſſeſſio ciuilis parit,
vt iure poſſeſſorem is iniuſtum eijciat, penes quem ci-
uilis eſt, dum ex continenti modo eiectio ſequatur.
340 Limitatio ſecunda applicatur, ne † locum effectus
is quartus habeat, ſeu ne permiſſa expulſio hac autori-
tate propria intelligatur, vbicunq; naturalis recuperan
dæ cauſa, ad iudicem aditum ab eo eſt, qui ciuiliter
poſſidet.

poſſidet, ibi enim licentiæ huc, iure ſuo poſſeſſorem
iniuſtum profligandi,renunciatum creditur, meritoq;
poſſeſſor ciuilis id audiet,via quam elegiſti,hæc tibi pa
teat.l.ſi mulier in fin. ff.quod metus cau.Limitatio hęc
ex Bald. probatur in l.2.q.10.C.de ſeruit.& in l. ædem
nu.13.verſ.tertio quæro.C.loca.Imola, & Aret. in l. ſi
de eo.§.ſi forte infra eod. Dec.in c.nouit nu 17. de iu-
ri & Bar. vr̃ in d.l.3. §.in amittenda. vbi referre putat,
vtrũ de perſona tñ, an de perſona & poſſeſſione, vel
de poſſeſsione ſolũmodo quis timeat. Sic niſi in per-
ſona ſpoliati diſtinctionẽ Bart.nõ recipit. In eo vero,
à quo timor eſt, generaliter loquitur, Quocirca refer
re non vr̃, ab extraneo, an ab expulſore ſibi, perſonæ-
que ſuæ ſpoliatus metuat. Atq; in ſpecie, de offenſio-
ne expulſoris tex.in d. l. licet exaudiendum, Alba pu-
tat in d.conſi.78.nu.10.

Cũ ſublimitatione tñ facere maior Doct.pars vr̃, vt
ad offenſionẽ extranei, & ob cauſam aliã, q̃ ſpoliatio
nis reſtringi textũ oporteat.in d.l.licet.vt ex Iaſ. perci-
pitr̃ in d.§.in amittenda in quarto not. A qua ſententia
Caſtr.ẽt ſtat in d.l.3.§.ſi quis nunciet j.eo. Ex qua ſub
limitatione iudicium euici in cã Caſtri Alpheriorum
ↄ̃ dictum reſponſum Albæ 78. Ad cuius opinionem
interpretes & alij Academici Papiæ adhærebant.

Limitat̃ ſecundo concluſio memorata in caſu hoc
375 quinto expreſſa. hoc eſt † poſſeſsionem ciuilem per
expulſionẽ conſumi, quæ facta ab æquali ſit, ne locũ
habeat, quotiẽs pro expulſo in poſſeſsione quis rema-
net. Incolumis tum enim ciuilis manet, Tametſi à re-
pulſione eiectus timeat Caſtr.in conſi.253. ad confir-
mationẽ lib.1.per tex.in l.1.§.non alij aũt inf.q vi aut
clam. De quo cumulatius infra videbimus.

Aeque metus nociturus repulſionis non erit, quã-
diu in re ipſa trepidans eſt Caſtr.in d. conſi 253.col 1.
per tex.in d.l.ſi id quod.§.fi. Idem Aretino viſum in d.
§.in amittenda col.2. verſic. pro iſta concluſione. per
tex.in d l.quod meo.§ fi.& in l.1.§.pen.j. de vi & vi ar
ma. Ex Calder.dictũ hoc iuuatur in conſi.4.de renunc.
ſolo animo poſſeſsionem non amitti, quamdiu in re
quiſpiam manet. Quo dicto Deci.vtitur in conſi.103.
in fi. De quo memoria ſuperius habita in exitu tracta-
tus de naturali eſt. nu.218. & ſeq. Cum Calderino tñ
Caſtr.certat in d.§. in amittenda. poſſeſsionem ab eo
diſcedere, qui in re ſit, quotiens ex facto quo ſuo vo-
luntario poſsidendi animum habere deſinit de quo
apud Iaſ.ibi nu.12. Ita referre vr̃, vtrum facto nullo an
tecedenti, animũ quiſpiam poſsidendi abijciat, quo ca
ſu dicto locum Calderini putem. An vero facto quo
præeunte, poſsidere quis aĩo deſinat. Diuerſitatis huius
illa intelligi ratio poteſt. q vbi in gratiã alterius factũ
anteuertit, noĩe eius quodammodo, aut familiarita-
tis poſsidere iure creditur. Qui in poſſeſsione reſidet.
Quæ ratio ſilet, cum factum vllum non anteuertit.

Limitationẽ hanc Iaſ.damnat in d.l.clam.§.fin.nu.
32.in ſeptimo not.vbi niſi Aretini mentionẽ non fa-
cit, Cald.& Caſtr.verbo non facto perinde quaſi limi
tationis huius autor niſi Aret.& nemo præterea ſit. Me
tuq; repulſionis poſſeſsionẽ finiri oĩno Iaſ.ſentit, hoc
eſt diſtinctione vlla non facta, in re pauidus, an nõ ſit.
376 Pro qua † ſnĩa tex.ↄ̃ Aret. & limitationẽ hanc extẽ
dit in l.j.§.in operis & in d.l.de pupillo.§.meminiſſe.j.
de op.no.nun.vbi qui verbo, non lapilli iactu præ me
tu nunciat, poſſeſsionẽ perdit, q̃uis in re ipſa ſit, eamq;
teneat, in qua opus cæptum nouum eſt.

Admittendam limitationem hanc arbitror, quæ textibus confirmatur ſuperius pro ea à Caſtren. & Areti.relatis. Pro qua tex.etiam Iaſ.vocauit, licet poſtea reſpondeat, in d.l.clam.§.fin, cum l.ſeq. qui non ab re de eo loquitur, qui extra fundum eſt, ad eumq; regredi dubitat, quaſi aliud ſentiat, ſi in fundo ipſo ſit.

Sed vltra Caſtren.& Areti.ex tex.iuuari opinio hęc videtur in d.§.in amittēda, iuncta.l. quemadmodum, & l.peregrè.§.fi.infra eod. In d.§.in amittenda.animo ſolo poſſeſſionem perire expreſſum eſt. quamuis in fundo is ſit, qui poſſidendi animum abijcit. Quod ius ad ciuilem, & eo caſu reſtringendum neceſſario videtur, quo ſponte quis, & ex facto quo ſuo voluntario poſſidendi animum abijcit. Quoniam ſi coactè, abſurda res videtur, ab voluntatem coactam ei poſſeſſionem intercidere, qui rem tenet, aut in ea eſt, & iura, quæ animo amitti poſſeſſionem dicunt, eo caſu loquuntur, quo repulſum ſe iri is ſuſpicatur, qui extra rē eſt. ſi ad naturalem recuperandam acceſſerit. Quare non rectè ab animo eius coacto, qui extra rem eſt, ad eum argumentantur, qui ab omni coactione vacuus, ac metu eſt. Ita ex animo ſolo metus omnis ſecuro poſſeſſio interire quantum ad effectum videtur, quamuis in fundo quis ſit. facto quo eius, vt ſupra, in-
377 tercedente. Naturalis planè † prout ad factum pertinet, extinctionem non aliter patitur, quam ſi corporis actus interueniat, à fundo diſcedendo. d.l. peregre. §.fin. Ad quam naturalem ſpectare tex. videtur in d.l. quemadmodum perinde quaſi impoſſibilis naturalis amiſſio ſine actu naturali videatur. ea ratione generaliter plus nimio ſcriptum à Iaſ.videtur, ſolo animo metuentis etiam aut trepidantis poſſeſſionem deperire. fundum quiſpiam, vel nō teneat. Contrarij enim Iasoni tex. videntur in d.l.quemadmodum, in d.l.peregre.§.fi.& in d.l.fere. 2.infra de reg. iuris.

Si dixeris, & naturalem ſolo animo diſſolui, ex tex. oſtendi in d.§.in amittenda, qui eo caſu loquitur, quo in fundo is eſt, qui poſſidendi animum abiecit. Atqui
378 generaliter † loquitur, poſſeſſionē amitti, diſtinctione ciuilis, & naturalis non facta. Quocirca intelligi eū generaliter oportet, iuxta in naturali atque ciuili cum. hominis non ſit, diſtinctionem adhibere, vbi facta à lege non eſt. l.3.in fi ff.de offi.præſid.l. Imperator.ff.de poſtulan.l.qua actione.§.1.ff.ad l.Aquil.l. ſi ſeruum.§. non dixit prætor.ff.de acquir.hæredi.l.1.§ occiſorum. ff ad Sillania. Pro qua ſententia tex.& alios Iaſ.nominat.in l.quamuis.In 1 nota.ff.de in ius vocan. Reſpondetur, ad ciuilem neceſſario text.reſtringendum. in d. § in amittenda. vt quemadmodum animo retinetur, ita animo ſolo diſſoluatur. quo eadem ſit contrariorum diſciplina l.1.ff.de his, qui ſunt ſui, vel alie.iuris.l. & ſi contra.ff.de vulga.& alia infinita. Naturalis plane amiſſio impoſſibilis videtur, quamdiu in fundo quis eſt.d.l quemadmodum.& d.l.peregre.§.fi. Hoc ita, niſi ſi factum quod voluntarium antecedat, vnde alieno nomine, aut familiaritatis iure is poſſideat, qui poſſidendi animum depoſuit, & in fundo ipſo eſt. Quod ſi voluntarium vllum factum non anteuertit, quamuis metu terreatur, & pulſum ſe in ſuſpicetur, extincta tamen dici poſſeſſio non poterit, dum in fundo metuēs, aut pauidus eſt. Id quia ſicut naturalis retinetur, & impoſſibilis amiſſio eius apparet. Ita non incolumis manere ciuilis non poterit, Cum iuſta naturalis. ipſa, atq; ideo ciuilis ſit. aut iuſta vel ciuilis præſumatur, ſic quo modo confirmatum in ſuperioribus eſt.nu.292. Vberius num.297.

Si dixeris, fieri nō poſſe, vt ciuiliter is poſſideat, qui poſſidendi animum non habet, & ab exturbatione timet. Reſpondetur, metus huius rationem non haberi, donec in poſſeſſione fundi trepidās eſt. Id quia potentius factum ipſum poſſidendi trepidatione æſtimatur. Poſtquam liberè, aut ſpontè poſſidendi animum non deponit. Immo enim ſi poſſit, poſſeſſionē ſuam cōtinuare in animo habet, & quemadmodum,
379 verbis † potentius factum ducitur. l. ſcire leges.ff.de Il.l.2.§.ignominiæ. ff de infam.l. ſi inſtituta. §.1. ff. de inoffic.teſtam.l. ſi tamen.§.ei qui. ff de edil.ædic.l.2.in fi.C. comm.de lega.c.dilecti 2. Ibique Dec.in 2.nota. de appella. De quo ſuperius etiam nu.92. Ita dicendū, & in pauore videtur, vt potentius eo factum ipſum in re inſiſtendi æſtimetur. Idq; exemplo etiam oſtenditur. expauеſcere eum fac, qui cum alio colluctatur, aut dimicat, ratio ne ante habenda tremoris eius erit, quam victus ab aduerſario ſit. Quocirca per abſurda res videtur, ante formidoloſo poſſeſsionem intercidere, quam motus ab ea ſit.

Conſequenter his dicendum, repulſionis metu non aliter poſſeſsionem perimi, niſi ſi extra rem metuens ipſe ſit. Conſequens ſecundo declarationi huic fit, veram Areti. differentiā videri in d. §.in amittenda.col. 2.verſi. vnde forte poteſt dari. vt inter animum liberū. & coactum diſtet. Ad animum liberum tex. pertinere in d.§.in amittenda. hoc eſt ex renunciatione poſſeſſionis interitum eius omnino quoad effectum ſequi. eum ciuilis intercidat, & niſi detentionem renunciator non habeat. Textum planè in d.l.quemadmodum, in d l.peregre.§ fi l.fere.2.infra de regu.iuris. Ad compulſum ſpectare,

Neque argu. illud mouet, generaliter text. in eo loqui depulſum ſe iri metuit, poſſeſsionem ex metu interim, diſtinctione non adhibita, extra rem metuens, an in ea ſit. Quoniam inficias id imus, vt generaliter tex, loquantur. Immo enim in eo loquuntur, qui extra rem eſt, occupatione puta, aut expulſione ab alio facta. Neque ad rem text. attinet in d.§.in amittenda, qui in eo loquitur, qui in fundo eſt. quoniam ad animum liberū, aut vltroneum neceſſario pertinet. Quæ reſtrictio, aut diſtinctio per ll.alias comprobantur in d. l quemadmodum. d.l.peregrè.§.fi.& d.l.fere. Nouum
380 quippe non eſt † per ll. alias aliam declarari, diſtingui, aut reſtringi, etiam ſi præciſè lex alia loquatur. veluti ſine diſtinctione glo. in d.l. Imperator. ff de poſtulan. in l.non alias.§.1 in ver. ſine diſtinctione.ff. de iudi.& in §.ſed ſi inſtituto.inſti. de vulga. Soci. iun. in l.4.§ cato nu.116.circa med.ff.de verb.obl. vice quoq; mutua tex. in dict.l.quemadmodum.in d.l.peregre.§. fi.in dict. l. fere. per tex. diſtingui conuenit in d. §. in amittenda.

381 Secundò ad arg. reſpondetur, facultatem † diſtinguendi dari, vbicunque contradictio alias in legibus incurrit.l. item videndum in fi. prin. ff. de petitio. hæredi. Ang. in conſi. 376. nobiles viri. num. 2. verſi ſed ſi ſalua ratione. Alex. in l. 1.ff.ne quis eum qui. in cōſ. 141.num.7.lib. 2.& in conſi. 121.nu.3. lib.5. ſed enim pluſquam manifeſtaria, ll. repugnantia emicat, niſi ſi diſtinguendo eam excludimus.

Tertiò ad argumentum Iaſ. reſpondetur, locum, & Sannus, quibus Aretinum tractat in d §.in amittenda in fi. in Iaſonem ipſum competere. Namque ius pat, rationemque eandem ad poſſeſsionem amitten-
382 dam † voluntatis coactæ, atque liberæ eſſe putat, cū rem quis tenet. Sed enim rationem multo aliā vnius, atque alterius eſſe, ex prædictis liquet. Quoniam vbi coacta voluntas intercedit, & rem quiſpiam tenet. fortius inſiſtendi factum ad poſſeſſionem retinendā, quàm metum ad perdendam, eſſe diximus nu. 379. Rurſus animus poſſidendi quantum ad potentiam non deeſt, ſiquidem poſſidendi facultas detur. Quæ ratio tacet, vbicunque vltro quis poſſeſſionem ab animo ſuo abdicat, aut aufert. Ibi enim, nec cum poſſit, animum poſſidendi habet. Rurſus dici tunc non poteſt, potentius animo factum

inſiſtendi, aut poſſidendi. l. æſtimari, quandoquidem potentiam hanc is non admittit, qui poſſidere non vult. Quo enim potentiam in gratiam eius ſpectare, qui eam repudiat, neq; vti ea conſtituit. l. inuito infra de reg.iur.de qua re infra etiam nu.397.

Apparet ex his, a diuerſis penitus Iaſ. argumentari, ideſt à voluntate libera ad coactam.l.fi.ff. de calumn. l.papinianus exuli.ff.de minor.l.naturaliter.§. nihil cõmune infra eo.l.inter ſtipulantem.§. ſacram verſic.ſed hæc diſſimilia ſunt infra de verb.oblig.& id genus innumera.

383 Neq; tex. contrarij † opinioni, aut limitationi huic
ſunt, quos ex diuerſo Iaſ.opponit in d.l.1.§. in operis, & in d.l.de pupillo.§.meminiſſe. Iaſ. enim præſuppoſitum non admittimus, vt ob nunciationem ſolam, aut verbo factam nunciantis metu poſſeſſio pereat, idque ex eo non obſcurè oſtenditur, quod ſi nunciatione id genus neglecta, quæ verborum tenus fit, operis proſecutio fit, reſtitui id oportet, iuſta vel non nunciatio ſit. d.l.1.in princ.ſupra de operis noui nunciat. At enim nulla reſti uendi, aut demoliendi neceſſitas imponeretur, ſi nunciando amiſſam poſſeſſionem facimus. Si quidem in re tunc à nunciato poſſeſſa opus ipſum ædificatum apparet. Quo caſu cum in manifeſto nunciati ius eluceat, impune ſperni nunciatio poteſt, vt Barto. alijq; docent in d.l.1.in princ. in ſexta oppoſit. & q.7.

Si dixeris, vnde igitur poſſeſſionis amiſſio exiſtet. quam intercidere tex. aiunt in d.§. in operis, & in d §. meminiſſe. Reſpondetur, a nunciatione quidem, at non ſola, neq; immediatè, verum poſt ſatiſdationem de opere deijciendo, ſi ita pronunciatum erit, poſſeſſionis obitũ induci, vt expreſſim text.docet in l ſi alius. §.ait Iulianus infra quod vi, aut clam. per ſatiſdationẽ enim neceſſario lite pendente poſſeſſio iugulatur, qua tenus in ſolo alieno, & ab alio poſſeſſo opus nouum
384 fieri domino nolente nequit, vnde cum † opus quiſ
piam nouum nunciat, pro natura id agere nunciationis creditur, hoc eſt prout à iure conſtitutum circa nũciationem eſt Oldrad.in conſi.243.factum tale eſt, rectores num.2. & apud nos in conſi.186. num.6. Inde dicimus, pro expreſſò id haberi, quod actus natura fert aut naturaliter ineſt.l.3.ff.ſi cert.petat.l. triticum. ibiq; gloſſ.in ver. cogitauerit infra de verb.obli. Inde etiam ſignificatio, aut expoſitio naturalium contractus deriuatur, vt naturalia ea contractus dicantur, quæ vt omiſſa ſint, ſubaudiri tamen in contractu aſſolent, vt habetur in l. pacta conuenta. ff. de contrahen. emption.
385 Natura † planè nunciationis habet, vt ſatiſdatione
præſtita, iure ipſo remiſſa nunciatio æſtimetur, atque ideo operis noui proſequendi licentia ſit.d.l. de pupillo.§.ſi is cui, & l.prætor.§.deinde, & §. ſeq. ſupra de op. noui nunciat. Quod cum ita ſit, hoc ipſo quod nunciatio adhibetur, copiam nunciato operis poſt ſatiſdationem exequendi, facere nunciator intelligitur, ita vti nunciationis ingenium poſtulat, facultas planè operis poſt ſatiſdationem proſequendi, tribui citra remiſſionem poſſeſſionis, dum in pendenti lis eſt, non poteſt. Quomodo enim nomine ſuo citra poſſeſſionem opus quis quod facere, aut ædificare poterit, & quomodo ciuilem animo nunciator retinebit, qui ad opus ipſum perficiendum, dum lis pendet, cõſenſum accommodauit. Conſequens prædictis fit, metu aliquo nunciatori poſſeſſionem non cadere, verum ex renunciatione ipſa poſſeſſionis, quæ poſt ſatiſdationẽ inducitur, vt alter viſum gloſſ.ſit in d.§ in operis. & in d.§.meminiſſe. Rationem hanc renunciationis, ab ea poſſeſſionis amiſſionem ſequi, Caſtre. ſentit in d. §. in operis, quæ ratio omnino tum ſilet, cum domino depulſo, pro eo alius in poſſeſſione remanet. Nulla tũ quippè renuntiandi neceſſitas. Secundum quæ, ex diuerſis penitus Iaſ. argumentatur, cum tex. vocat in d. §. in operis, & in d. §. meminiſſe, ideſt ab actu, qui renunciationem poſſeſſionis neceſſario habet, ad eum in quo nulla renunciandi neceſſitas.

Sed reſponſionem, aut declarationem hanc oppugnaturus hic aliquis erit, quod ea admiſſa, ius idem ſer
386 uandum † in nunciatione erit, quæ lapilli iactu, aut
per iudicem fit, vt in ea etiam poſſeſſio finiatur, quandoquidem ſatiſdatione præſtita, ius & ibi ædificandi, aut operis cœpti perficiendi videtur. Reſpondetur, verum præſuppoſitum non eſſe, vt locum tum nunciationis remiſſio per ſatiſdationem habeat, cum lapilli iactu, aut prætoris ope nunciatio interponitur, vt in d.§.in operis Cuman.ſentit de quo Iaſ.ibi meminit, quæ opinio textu non obſcure iuuatur in d.l.de pupillo.§.ſi is cui, vbi permiſſio, & ius hoc ſatiſdandi, ad eũ caſum reſtringitur, quo nunciatum cui eſt operis noui nunciatione, quæ verba operis noui nunciatione adiecta non ab re ſunt, vt pote ex quibus innuitur, locum ſatiſdationi, aut remiſſioni per eam, paſſim non eſſe, at eo demum caſu, quo operis noui nunciatione, interpoſita nunciatio eſt. Alter porrò inertia, ineptaque prorſus verba hæc fierent. Etenim ſi de omni nunciandi genere in verbis illis textum ſentire dicimus, quo verborum adiectio, operis noui nunciatione. Annon ſatis illa verba erant, ſi cui nunciatum ſit. Quo circa vtrumlibet admittendum, aut nunciationẽ verbis illis excludi, quæ lapilli immiſſione, per iudicem vè fit, vt momenti aliquid verba illa habeant. Aut
387 ab effectu † omni vacua verba illa fieri, quod per-
quam abſurdum eſt. l.1.in princ.ff. quod metus cau. l. 3.in princ.verſi.nec fruſtra.ff.de iureiura.l.hanc legem. ff. de contrahen. empt.l.ſi ſtipulatus in princ.& ver.ſed tamen ff.de vſuris. l.ſi quando in princ.ff.de leg.1.l.qui concubinam.§.qui hortos cum gloſſ.fin.ff.de legat 3.§. quibus in 1.conſtit.C.ſed nec in ſillaba admitti ocium conuenit.gloſſ.& Bald. in d.l.1.in princ. ff.quod metus cau. Curt.ſen.in conſi.29.num.4.verſi. & ſic illa verba. Dec.in conſ.48.col 2.poſt med. ver.quod quidem deducitur, & in conſi.69.num.3. in fin. Iaſ.in l.fin.nu.9.in fin. ff. de conſtitutio. princ. de qua re prolixior apud nos ſermo habetur in conſ.297.nu.4.

Secundo per text. opinio hæc confirmatur in d. l. prætor.§.deinde, qui niſi de nunciatione etiam non loquitur, lapilli, iudicis verbo non facto nunciationis planè vocabulum ad verba propius, quam ad factum ſpectare, incertum non eſt, verbis quippè appoſite magis res enunciantur.

Tertio adminiculum Cuman. opinio à tex.accipit in d.§.meminiſſe, vbi diuerſitas effectus in prohibitione obſeruatur, quæ lapillo, prætore vè autore, atque in ea, quæ verbis interponitur, diuerſa quoq; generibus
388 his nunciandi nomina deferuntur, à qua † nominũ
diuerſitate effectuum etiam diuerſitas percipitur. l.ſi idem.C.de codicil.& quod Roma. ſcribit in conſ.179. circa fin.ex diuerſitate nominum, perſonarum diuerſitatem intelligi. per text. in l. ad recognoſcendos, C. de ingen. manu. Quod ſi effectus idem nunciationi omni eſt, quo de nunciatione noui operis verba facere. Rurſus quid illud dicere attinet in d.§. meminiſſe melius futurum, per prætorem, aut lapilli iactum, quã per nunciationem prohibere. Ita in Iaſ. tex. reijcitur in d.§. meminiſſe, quo ad opinionem Cuman.profligandam in d.§ in operis vtitur.col.3.poſt med. verſi. mihi videtur, cum ſcribit ſub vna verborum conceptione de prohibitione triplici tex.loqui in d.§ meminiſſe, quæ verbis, lapillo, & per prætorem fit. Namq; vt id fateamur, conſequens tamen non fit, pari iure omnes, aut effectu cenſeri. Quatenus ex vocabulorum diuerſitate, & effectuum diſcrimen ſequi, declaratum eſt.

Neq;

Digitized by Google

389 Neq; textu conſutari Cuman. opinio † videtur in l.
ſi opus cod.tit.de op.noui nunciat. quem contra Cu-
man.in d.§. in operis Iaſ.opponit vbi nunciatio appel-
latur,quæ iuſſu prætoris fit, in verba hæc enim text.lo-
quitur,ſi opus nouum prætor iuſſerit nunciari. Quo-
niam conſequens non fit, ergo quæ prætore autore
nunciatio fit, propriè æquè, atq; in ſpecie nunciatio
erit. Inficias quippè Cumau.non it, nunciationem,
& hanc dici,at non in ſpecie, & æquè propriè, ſed in
genere, atq; ex textu Iaſ. conſequentia proſternitur in
d.l.de pupillo.§.ſi is cui, vbi poſt verba nunciatum ſit,
adiectum eſt, nunciatione noui operis,q.d.in nuncia-
tione omni locum remiſſioni per ſatisdationem non
eſſe verum in ea tantummodo, quæ nunciatio in ſpe-
cie, & impropriè magis habetur.
390 Vacua porrò à dubitatione † omni limitatio hæc
ſecunda æſtimatur, quotiens per alium, aut corpore
alieno quis poſſidet. Poſſeſſionis enim amiſſionem
ex deiectione domini, aut poſſeſſoris non induci, niſi
& is amoueatur,per quem dominus poſſidet,non du-
bitatur.l.peregre. §. quibus, ibiq; gloſſ. & Docto. infra
eodem. Caſtren.in d.l.3.§. ſaltus infra eod.Iaſ.in d.§.in
amittenda nu.12 de quo ſupra num.38.verſi. ſecundo
in his detinendi.103.ver. quod aliter. Plenius nu.125.
verſi.idq; locum omnino num.302.infra 398.locuple-
tius num.400.
Diſſolutio ex prædictis nodorum ſequitur, qui non
molles in textibus memoratis incurrunt, ideſt in d.§.
ſi amittenda.in d.l.quemadmodum. in d.l. peregre.§.
fin.& in d.l.fere.2.infra de reg. iur. Cæterum quo pel-
lucida magis res fiat,diſtinctionem hanc adhibendam
in poſſeſſione amittenda cenſeo. Aut de naturali for-
mata,ideſt à ciuili ſemota,aut de naturali informi, cū
ciuili vnita, aut de ciuili tantummodo quæritur, verū
animo ſolo amiſſio eius inducatur.
Si quidem de naturali formata dubitatur,aut de iu-
ſta, aut iniuſta intelligimus. Siquidem de iuſta, qua-
391 lis † fructuarij,aut domini vtilis eſt, ius idem ſeruan-
dum,atq; in naturali cum ciuili putem, id quia vnita
hæc cum quaſi ciuili poſſeſſione eſt, quæ effectus eoſ-
dem,quos ciuilis parit,vt Bart.alijq; not.in d.l. natura-
liter in princ. infra eo.& Fuſius ſupra num.52. 81.128.
224.& num.248.
Si autem in naturali iniuſta verſamur,qualis ea eſt,
de qua in d.l.clam.§ fin.in expedito res videtur,namq;
cum nulla ciuilis interueniat, quæ animo retineatur,
392 animo ſolo amitti id nequit,quod nō eſt cum† nul-
la ſit non entis priuatio.l.manumiſſiones.ff. de iuſti.&
iure. l.quoniam.ff.de infam.l.nec vtilem, ibi nec enim
ff.ex quibus cau.maior.l.remittit.ff. de iureiur. l. ſi con-
cubina in prin.ibiq; gloſſ.in ver.diuortij.ff.rerum amo.
l.nam,& ſi ſub conditione.§ poſt defectum. ff.de iniu-
ſto teſta. Naturalem planè iniuſtam, quamdiu in fun-
do eſt, & quatenus ad factum ſpectat,perire non poſ-
ſe,nemo dubitat.
393 Sed videndum hic eſſet, quoniam † iuſta poſſeſſio
hæc quantum ad tertium eſt.l.fin.infra eod.l.1.§.fin.&
ſeq.infra vti poſſid. vtrum animo contra tertium, & l.
quatenus iuſta eſt, amittatur,ne multis, improbatam
Bartol.opinionem in tractatu naturalis habemus nu.
79.& ſeq. animo hanc non retineri,quo admiſſo, nec
animo ſolo eam perire, quamdiu in fundo is eſt, qui
naturalem quamuis iniuſtam habet,& quamuis ciuilis
quantum ad tertium videatur,rationem tamen ciuilis
haberi huius non conuenit, poſtquam à vitioſa, infe-
ctaq; radice naſcitur.arg.l.fi.C.de natu.lib.c. ſicut de re
iudi c.vulnerato.2.q.1.
In poſſeſſione vero naturali informi, ſeu cum na-
394 turali coniuncta,ſolo † eam animo intercidere. in d.
§.in amittenda ratione duplici.Soci.putat nu.7. prior
ratio,quoniam ſicut difficilius,quam ciuilis retinetur,
ergo etiam amitti facilius debet arg.eius, quod in pe-
cunia dicitur,ſicut diſſici ius conſeruatur,quia in rebus
connumeratur,quæ ſeruari ſeruando nequeunt,ita fa-
cilius amittitur,vt not. in l.1.§.fuit quæſitum.ff.ad tre-
bel. quæ ratio in Socinum regeritur, ſi rationem ſpe-
ctamus, quam ob rem difficilius naturalis retinetur,
ideſt quia rem ipſam ſemper tenere difficile eſt, cum
actus naturales poſſeſſio hæc naturalis expoſtulet. Ra-
tio hæc ad amiſſionem etiam pertinet, vt difficilius
etiam intercidat, dum actus ipſi naturales conſtant,
ideſt quamdiu rem quis tenet, imò enim impoſſibi-
lem tunc amiſſionem intelligi, demonſtratum ante
habemus.num.377.
Altera Socin. ratio ex tex. conſiſtit in l. qui patri. ff.
de aeq. hæred. ratione vnionis permitti, quod imper-
miſſum alias eſt, qui ad rem text.non attinet, quoniā
in his regula obtinet,quæ à voluntate hominis pendēt.
Cuiuſmodi tranſmiſſio eſt,vt habetur in l.cum filio.ff.
de leg.2.in l.hæredes mei.§ cum ita.ff.ad trebel.de quo
genere poſſeſſio naturalis non eſt,quatenus ad factum
non etiam ad iuris effectum pertinet, vnde ſicut eius
impediri acquiſitio nequit, vt potè ex actibus natura-
libus conſtat infra ea.l.§. ſi vir, ita eius induci amiſſio
non poteſt,quamdiu actus ipſi naturales durant, ideſt
dum fundum quis retinet.
395 Secundo ad rationem hanc reſpondetur, ad † con-
ſeruationem eam pertinere,vt propter vnionem ſub-
ſtitutionis cum iure accreſcendi, tranſmiſſio ſubſtitu-
tionis fiat, per quam tranſmiſſionem ſaluum ſubſtitu-
tionis ius in hæredibus fit. Cauſa alia amiſſionis vi-
detur, quæ ſauorabilis non ſimiliter, atq; conſeruatio
eſt. Cum facilius conſeruatio, quam amiſſio admit-
tatur.l.patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui,vel alien. iur.
Quo circa non rectè à conſeruatione ad amiſſionem
Soc. argumentatur, quarum diuerſam rationem eſſe
in obſcuro non eſt.
Tertio ſi Socin. rationem admittimus, conſequens
fiet,vt naturali perdita,vna ſimul cum ea ciuilis, quo-
que decedat, vt potè cum naturali vnita, id quidem
396 † in primis, quod digniorem naturalem glo.dijudi-
cat in l.1.§.non alij autem in verſi.retineo.infra de vi,
& vi arma.
Quarto naturalem animo ſolo non extingui Soci.
ſcribit, cum naturalem ſolam, abſq; ciuili perdere in
animo quis habet,ſed enim ratio eadem videtur,cum
vna ſimul cum ciuili amittere quiſpiam cogitat, ſi
quidem quod impedimentum in naturali abſtracta
ſupereſt,idem & in coniuncta reperitur, vnde cum ſe-
parationem admittant,& ſuo quæq; cenſeri iure poſ-
ſit,ius idem naturalis abſtractæ, atq; vnitæ videtur. l.
tutor.§.1.ff.de minor.l.miles ad ſororem.§.fi.ff.de leg.
2.Crot.hic nu.34. in fi.
Conſequenter his dicendum, ad naturalem etiam
vnitam text.pertinere in d.l. quemadmodum. in d. l.
peregre.§.fi.& in d. l. fere. 2.
397 Quod ad ciuilem vero † attinet,vtrum animo ſolo
cadat,cum in poſſeſſione quis eſt, Aretini mihi diſcri-
men placere dixi,vt inter animum liberum diſtet,atq;
coactum, in animo libero locum textui eſſe in d. §. in
amittenda. Cauſam aliam coacti eſſe, vt d. l. quem-
admodum.d.l.peregre.§ fin.& d.l.fere.2. infra de reg.
iuris.
398 Satis hæc quantum ad limitationem † ſecundam
erunt,ob metum repulſionis,ciuilem non intercidere,
vbicunq; in poſſeſſione alius pro formidoloſo, vel me-
ticuloſus ipſe eſt,in qua limitatione ſenſus obiter tex-
tuum incurrit in d.§.in amittenda, & in d. l. quemad-
modum,neq; præparandi neceſſitas expulſum,aut me
ticuloſum in caſu limitationis huius ſecundæ manet.
399 Limitatio tertia ſuccedit, ne ex † repulſionis pauo-
re, aut præparationis omiſſione ciuilis diſpereat, vbi-
cunq;

Digitized by Google

cunque reſtitutio poſſeſſionis ſine armis expulſo promittitur, vel quamdiu de poſſeſſione reſtituenda tractatur. Animi enim ad poſſeſſionem recipiendam deſponſio tunc, aut depulſionis timor non vertitur, ita ſcriptum apud Ruinum legitur in conſ.42.nu.9. verſ. ac etiam tanto minus lib.4.

Quæ ſcripta caſibus his quinq; de poſſeſſione per-
400 denda ſunt, locum tum † obtinent, cum per ſe, aut ſuo quis corpore poſſidet, ibi enim diſtinctio adhibetur, ignorans quis an ſciens occupationis ſit, vtrum à potentiore, an debiliore, aut pari occupatio, expulſiovè fiat. Ius aliud ſeruandum, cum per alium quiſpiam, colonum puta poſſidet. Eo quippè deinde deiecto, poſſeſſione omni ſubinde dominus fraudatur. d.l.3.§.q ſi ſeruus. d.l. peregre.§.fin.& l.fin.C.eod.titu.c. ex parte de reſcrip. glo.& Doct. in l.ſi colonus infra eod. in cap. olim.1.de reſti.ſpolia. Abb. in conſi.100. in primo dubio lib.1.& apud nos in conſ.235, in princ. de quo ſupra etiam num.302.390. rationem gloſ. affert in l.1.§. non alij autem in ver. retineo infra de vi & vi arma, q mixta ciuilis cum naturali eſt, quam per colonum dominus retinet, ob id domino ipſo depulſo, neutra perit. Colono planè amoto, vtrãq; cadere, de qua gl. Iaſ. meminit in d.§. in amittenda, de qua etiam ratione in ſequenti mox ampliatione mentio fit,

401 Ampliationem concluſio hæc admittit, vt † non referat, ſciens expulſionis coloni, an non dominus ſit. Poſſeſſionem enim eius vtranq; nihilominus perimi. d.l. peregre.§.fin. Signorol. in conſ.75.num.10. Panl. de Caſtr. in d.l.3.§. quod ſi ſeruus, & in l. interdum.§.fi. infra eod. Diuerſitatis huius rationem per ſeipſum, an alium quis poſſideat, in locis memoratis Caſtr. adſcribit, quod vbi per alium, colonum puta, quis poſſidet, in naturali ciuilis acquieſcit, in eaq; hæret. vnde naturali per eiectionem coloni perempta, non poteſt ciuilis non deficere, quæ coniuncta cum naturali eſt, quæ ratio tacet, quotiens per ſe ipſum dominus poſſidet, in naturali enim ciuilis non reſidet, verum à domini animo, à naturali abſtracta pendet. Quo fit, vt vna deperdita, ſalua altera conſtet. l.ſi domus.ff.de ſeruit. vrb.pd. & alia de quibus ſuperius, nu.344.

Diuerſitatis huius rationem aliter Bald. enarrat in conſi.325. dubitabatur in fin. lib.1. Eandem coloni, atque domini perſonam eſtimari, atq; ideo coloni pedibus dominum ſubniti, vnde coloni pedibus ruentibus, aut lapſis, non poſſe vna ſimul cum eo dominum non concidere, de qua Bal. ratione Socin. iun. meminit in conſi.35. poſt princ. lib.3. ſed enim per rationem hanc cōcluſio ſubuertitur, qua enim ratione cum dominus pellitur, ciuilem ſemper non perdit, veluti cum ab æquali vim patitur, ita nec vbi colonus deturbatur, ita diſcrimen vllum Baldo, & Socino iuniori non erit, dominus an colonus eijciatur.

Ex ratione diuerſitatis huius, & ab ea tacente limi-
402 tatio concluſionis decerpitur, ne in colono † locum aut conductore ad tempus longum habeat, quo deiecto, ciuilem dominus non perdit, id quia in naturali coloni, aut conductoris ciuilis non reſidet, verum ab ea disiungitur, namq; cum ius in re colonus, aut conductor in tempus longum, habeat, naturalem quoq; & ipſam formatam ad exemplum fructuarij, dominivè vtilis obtinet, ciuili apud dominum remanente, ſeparatione igitur ciuilis, & naturalis admiſſa, conſequens fit, vt colono, aut conductore in tempus longum, eiecto, detrimenti quicquam ciuilis non ſentiat, quæ dominum penes eſt, ne ex ſeparatis illatio fiat, vt in fructuario, & ſimilibus glo. docet in l.1.§. fin. ff. vſufructuarius quem caueat Caſtre. & Alex. in d.l. interdum. §.fin. Calcan. in conſi.29.col.5. poſt med. verſ. in ſecundo vero caſu. Iaſ. in d.l. naturaliter in prin. num.2.& nu. 13. in fi. infra eod. qua ratione igitur fructuario depulſo, ciuili ſua dominus non caret, ita ius idem, & in cōductore probandum ad tempus longum videtur, in quo ratio contingere eadem videtur, ita Ruin. argumentatur in conſi.58.nu.4. in fi. verſ præterea ratio lib.4. Comparationem hanc conductoris in tempus longum, ad fructuarium, agnoſcere, & Iaſ. videtur in d.l. naturaliter in prin. nu.15.

Cum opinione, & limitatione hac Caſtre. etiam ſentit in d.l. interdum.§.fin. vbi in colono, aut conductore loquitur, qui detinet, hoc eſt domino, non ſibi poſſidet, vt eo depulſo, poſſeſſio omnis domino pereat. Aliud igitur ne quidem obſcurè, in conductore ſentit, qui non detinet, verum naturalem formatam habet, ipſiq; ſibi, non domino naturaliter poſſidet. Qualem conductorem ad longum tempus eſſe glo. ſcribit in l. ſi vt certo.§.ſi duobus ff. commoda. & in l. ſi quis ante in glo.3. infra eo. Iaſ. in d.l.3.§. ex contrario num.48. in d.l. naturaliter in princ. nu.15. idem Oldrad. ſentit in conſi.209. circa fin. Fulgoſ. in conſi.2. in tertio dubio, de quo ſuperius dictum etiam habemus in tractatu de naturali, & in quarta eius parte nu.119. Itaq; cum ſuo, non locatoris nomine naturaliter conductor in tempus longum, poſſideat, dici non poteſt, in naturali illa ciuilem domini requieſcere, cum ſeparatio inter eas contingat, & ad vtilitatem conductoris vna, ad locatoris altera compendium ſpectet.

403 Sententiæ huic fauere † & Corn. videtur in conſil. 27.col.7. lib.4. Cum inter fructuarium differre, & eum putat, qui precario poſſidet. Concedentis nomine rogantem poſſidere, precarij qualitate adiecta, neque in iure aliquo rogantis, verum in mera concedentis liberalitate, voluntateq; poſſeſſionem ipſam precariam fundari. Conſequenter coniunctam cum naturali ciuilem eſſe, & in detentione, quæ apud rogantem eſt, ciuilem domini quieſcere. Ea ratione per traditionem rei à rogante factam, veram aut fictam poſſeſſionem omnem concedentis amitti. Ius aliud traditionis eſſe à fructuario factæ, per quam ius poſſeſſionis lædi ciuilis non ſolet, id quia coniuncta ciuilis cum naturali fructuarij non eſt, neq; in ea quieſcit. Equè à voluntate proprietarij poſſeſſio fructuarij naturalis non pendet. Vnde ſicut ſeparatio inter poſſeſſionem vnius, atq; alterius vertitur, ita ex amiſſione vnius, alterius ſequi iacturam non conuenit, cum diuerſum ius intelligi ſeparatorum oporteat, idem Ruino placet in conſ. 156.num.5.lib.1. Ratio hæc in conductore ad tempus longum competit, ne cum naturali eius, ciuilis domini poſſeſſio moriatur, quatenus ſeparatio, & in eis inuenitur.

404 Opinionem, ſeu limitationem † hanc expreſſim & Bald. admittit in conſi.325. dubitabatur primo in fi. lib.1. Sed & fortius conductoris ius in tempus longum, quam fructuarij eſſe, Iaſ. probat in d.l. naturaliter in prin. num.15. Quare ſi fructuarij facto actiuo, vel paſſiuo detrimentum aliquid in ciuili dominus non ſentit. Longè minus damni quicquam accepturus ex facto quo conductoris id genus poterit.

Opinionem diuerſam, vt naturalis interitum, quæ apud conductorem longi temporis, emphitheotamvè eſt, ciuilis etiam ſequatur, neq; ſine altera interire vna nequeat, Ruin. agnoſcit ſui de more diſſimilis in d. conſi.156.num.5 & ſeq. lib.1. ex Ang. & Alexan. in l. quamuis.§ 1 infra eod. vbi inter fructuarium, & emphitheotam, conductoremvè temporis diſtare longi putat, ex facto conductoris, emphitheotavè ciuilem domini intercidere. Quod in facto ſecus fructuarij eſt, Diuerſitatis huius rationem eam eſſe, quod dominum conductor emphitheotavè recognoſcit, penſionem ei quot annis inferendo, ob id in naturali eorum ciuilem domini hærere, aut quieſcere. fructuarius planè dominum non recognoſcit, cum nihil quicquam ei præſtet.

idem

Digitized by Google

idem ac Ruin.mentione eius, & Decij non facta, qui contrarij Ruino ſunt, non conſulto ſatis Soc.iun putat in conſi.35. lib.3.

Sed enim diſcedendum à limitatione non puto, quæ ratione inuicta confirmatur, quod ſeinnctæ conductoris in tempus longum, emphitheotævè, atq; domini poſſeſſiones apparent, neq; in naturali ſeparata, ciuilis permanet naturaliter, ſibique conductore emphitheotavè poſſidente, ciuilem domino obtinente. Atq; ideo extinctioni vnius alteram non cedere. neq; Alex.teſtimonium mutat in d.l.quamuis §.1. num. 5. in fin. Quoniam autoritate gloſſ. mouetur in d.l.ſi vt certo.§.ſi duobus, & in d. l. ſi quis ante infra eod.; quæ Alex.ipſi obſtat, nedum opitulatur], ſi quidem ſeparationem poſſeſſionum admittit, vt naturalem conductor, emphirheotavè ciuilem dominus habeat, quod cum ita ſit, non rectè ex ſeparatis illatio deriuatur, vt
405 vnius fatum ad alteram trahatur Angelo item † & Alex. Bartolus obſtat in d.l.interdum.§.fin.in prin.vbi differre inter naturalem præcario rogantis, & alterius putat in alio enimq; rogante ciuilem perimi ob factũ poſſeſſoris naturalis non putat.

Limitatur ſecundo concluſio memorata, ne locũ habeat, vbicunq; familia cuncta depulſa eius non eſt, qui pro domino poſſidet. Quamdiu enim per aliquẽ res tenetur, aut in re quiſquam ex familia coloni, aut cuſtodis eſt. Salua domino ciuilis remanet Alex.in d. l.peregre.§.fin.in prin.per text.in l.1.§ ſi quis me vi infra de vi & vi arma, citari text. debuit in §. non alij autem, qnam limitationem Gozad.]amplectitur in conſ. 86.nu.11. de qua memoria etiam habita ſupra eſt nu. 304.verſi.hoc amplius.

Limitatur tertio, cum expulſus colonus omnino non eſt, verum in conſpectu rei ita adeſt, vt difficilis ad eam regreſſus non ſit Gozad.in d.conſ.86.num.10.ex Aret.in d.l.quod meo.§ fin.

405 Longè minus extinctionem † poſſeſſio domini ſenriet, cnm eiectio vlla coloni non interuenit, verum eo non deturbato, ab alio poſſeſſio occupatur, vti ſcriptũ apud Aret.eſt in conſi.32.col. fi. verſ. his modo ſic declaratis, quo cum Dec.ſentit in conſ.103.col. 2.

Ampliationem ſententia hæc Aret.& Decij admittit, vt domino etiam, aut locatore mortuo, obtineat poſſeſſione quippè per occupationem tertij, colono in ea remanente, hæres non fraudatur, vt Deciſio autor Neapol.eſt 325.nu.3.ſed enim verum Are.dictum ita putem, ſi nomine domini colonus poſſidet.

407 Limitatur quarto ne ad expulſionem † coloni trahatur, quæ per iudicem, & in coloni ipſius, non etiam domini perniciem fit. Noxia enim depulſio hæc domino non erit, id quia iuri eius, aut tertij derogare iudex non conſtituit, quo circa præter expellentis animum, effectum producere expulſio non debet, vt ſciſſime omnium Anchar. tradit in conſi 292. videretur prima facie dicendum, quod dicta miſſio, & in cõſ. 233.ſatis inaduertenter. Rom.in conſi.158.nu. 6.verſi. vltimo hoc idem Imola in conſi.55.num.5.verſ.circa ſecundum. Alex.in l.ſæpè num.114. infra de re iudi. in d.l.clam.§.fin.in d.l.peregre.§.fin.col.fin.in conſi.5.col. 2.in conſ.51. in fine ſecundi dubij lib.7. Socin. in cap. quoniam frequenter. §. quod ſuper col. penult. vt lite non conte.in conſi.18.nu.29.lib.1. Curt. ſen. in conſil. 72.magnifice num.2.Iaſ.in l. iuſte num.12.verſi. item nec ſi vellet infra eod.& in conſi.186.col.2.lib.2.Ruin. in conſi.12.num.6.circa fin.expreſſius in conſi.58. nu. 4.lib.4.Gomez. in reg.de annali q.4.col.2.pag.589. de quo ſupra etiam nu.327.& infra latius nu.407.vbi Soc. & Ruini incuſatio, & repugnantia].

Sed nec poſſeſſionem domini ex miſſione perimi, quæ contra dominnm rite facta minus ſit, demonſtratum ante in limitatione caſus ſecũdi habemus. n.357.

A limitatione hac quarta Soc. diſcedit animo non conſtans in conſi.158.num.16.ver.ſed tamen præmiſſis non obſtantibus, aduſq; nu.22.lib.2. vbi audacia nõ vulgari miſſionem id genus, neque inutilem, neq; iniquam quantum ad creditorem putat, [quæ in re alia, q̃ debitoris fit, ſi quidem iuſtè ad executionem contra debitorem ipſum aſpirat, in re ipſa demum iniuſtitiã contingere, quod in re aliena hoc eſt non condemnati, neq; citati executio committitur], quæ [in bonis facienda condemnati erat. Ex eo opinionem hanc Socin.probat, quod vbi contra decretum hoc ſecundum ante interpoſitionem eius tertius opponit, ſummatim auditur, vt de intereſſe ſuo edoceat, quod ſi interpoſitum iam decretum ſit, viam ordinariam iudicij ingredi tertium oportet, vt Bart. docet in d.l. iuſtè col.1.infra eod.Inde diuerſam Anchar.& aſſeclarum eius opinionem Socin. damnat, erroriſq. veluti manifeſtarij incuſat.Socino in opinione hac poſteriore Ruin. adſcribit momentariæ, & ipſe voluntatis, in conſi.49.nu. 10.lib.4.

Limitationem hanc quartam deſerendam ob Soc. & Ruini leuitatem non cenſeo, eam enim receptam, & ratione minime imbecilli inſtructam, ex prædictis liquet, neq; Bar.traditione in d.l.iuſte opinio hæc confutatur, quoniam cum Bart.Doc.pugnare, ab eoq; diſſentire Iaſ.ibi ſcribit num.12.verſic. tertio adde ex hac
408 gloſſ.vnde Bar.opinione † eliſa, non poteſt Soc.opinio non cadere, quæ Bart.fundamento nititur. l. 1. ff. de orig. iuris.l.lex vectigali.l.ſe ſuperatus.ff.de pign. l.ſi fundum ſub conditione.§.qui fundum. ff. de legat. 1.l. hactenus in fin.& l.ſeq.ſupra de aqua plu.arc.l.nam origo infra quod vi, aut clam. c.inter dilectos ante fin. de fide inſtrum.& quæ ſcripta ante ſunt nu. 359. iam Socino contrarius Bar.eſt in conſi. 91. de quo in d.l. ſæpè Alex.meminit num. 114. vnde fruſtra in genere Bartoli teſtimonio Socin. vtitur, quatenus Socino ipſi in ſpecie Bar.repugnat.

Secundo ad Bart. præceptionem reſpondetur, qua ſola Soc.fidit, fundamentum locari in ea non poſſe, quoniam effectus hic poſſeſſionis ciuilis vertitur, per executionem, nè ant eiectionem coloni pereat, quæ iuſſu facta prætoris eſt, quam ſi amiſſam non dicimus, effectus incolumes eius erunt, qui in naturali recuperanda, & iuribus alijs conſiſtunt, de quibus in parte ꝓxima ſuperiore dictum ſatis habemus. Cęterum quod ad ciuilem retinendam, amittendam vè ſpectat, [in d.l. iuſtè Bart.non diſerit, verum ſcripturam ſe ait in d. l. peregre.§.fi. vbi verbum de hoc, promiſſionis immemor non facit. Quomodo igitur ad amiſſionem poſſeſſionis. ex Barto. argumentari Socin. potuit, ſed & amiſſam ciuilem non eſſe in d.conſil.158. ipſi ſibi contradicendo, Socin.ſentire quarto infra argumento demonſtratur.

Tertio ſaluam ciuilem in executione id genus manere, ratione coacta oſtenditur; quoniam ſine animo
409 † iudicis, abſens ignoransvè ea non ſpoliatur, cum vltra animum eius effectum actus non producat.l.qualem in princ.ff.de arbitr.l. ſi ex teſtamento in fin. & l. ſi cum argentum in fin.prin.ibi neq; iudex infra de re iudi.& apud nos in conſi.188.nu.7.text.huc pertinet in l. non omnis in princ.ff.ſi cert.petat. in l. obligationum ſubſtantia infra de acti. & oblig. de qua re ſermo prolixior ſuperius habitus in parte ſexta de naturali eſt nu.
410 159. & ſequentibus, iudex planè † ius tertij lædere non creditur.l.2.§ merito. & §.ſiquis à principe. ff. ne quid in loco pub.Bart.in l.2.num.17.ibiq; Bald. nu.14. C.vbi in rem actio.Iaſ.in d.l.iuſtè num.12.Curt.Sen.in d.conſi.72.nu.2.Soc.ipſe in conſi 18. nu.29.lib.1.

Quarto ex Soc.ipſo in d. conſ.158. opinio eius refellitur, ibi enim nu.19. in fin.& in ſecundo caſu ab eo diſtincto cum Anchar.& recepta Doc.ſententia facit,

vbi-

Digitized by Google

vbicunq; contra aduerſarium incertum iudicium in-
tenditur,vt in ſpecie.l.fi.C.de ædic.diui Adria.tollen. &
in c.ſi.de electio.lib.6. quo caſu culpæ reum, actorem
411 † putat, qui de poſſeſſore non veſtigauit, à quo res
poſſideretur,in quam miſſus ſit,atq; ideo inquiſitione
non facta,irritam executionem fieri,an non ratio hęc
culpæ,& in ſpecie controuerſa vertitur, vt adhiberi in
quiſitionem oporteat,debitoris,an alterius res ſit,quæ
in executionem occupatur, vnde niſi caſus diuerſos
in præceptione, & diſtinctione ſua Soc. non facit, di-
uerſitatis ratione vlla non interueniente, cum idem
caſus ęſtimetur,cui ratio eadem eſt.l.illud. ff. ad legem
aquil.l.à Titio,ibiq; poſteriores,infra ď verbo.obl l.his
ſolis, circa fin. ibi ſatis etiam tacitè cautum putamus.
C.de reuoc don.inde dicimus, & alia de quibus ſupra
num.174.266.275. qua ratione dictitant omiſſum ca-
ſum non videri,ratio cui eadem ſit Bal in l.illud.num.
4.C.de ſacroſant.eccleſ. in l. ſi quis non dicam rapere
poſt princ.verſi.dicunt etiam vltramontani.C. de epi.
& cler.in l.curatoris num.4.C.de neg.geſt. in l. per di-
uerſas num.3.C.mand.Alex.in l.gallus.§. & quid ſi tñ
num.11.ff.de lib. & poſth. Curt.ſen.in conſ.51.nu.28.
poſt med.& alia non pauca.

Quinto ſecum Soc.conſtare in d.conſ.158. non vi-
detur. Primum enim vtilem id genus executionem
contra tertium ait. Deinde num.23.in fin. & ſeq. præ-
iuditium tertio ex ea fieri, poſſeſſionemq; eius amitti
ciuilem negat, præterquam ſi temporis longi negli-
gentia interueniat, ſi ſalua ciuilis manet, ergo & effe-
ctus integri eius erunt,atque ideo facultatem naturalis
incontinenti ex ciuili hac recuperandæ poſſeſſor ha-
bebit, ſi iure ſuo poſſeſſor ciuilis naturalem exconti-
nenti recuperat, quanto fortius per iudicem eam. &
tempore recipere interpoſito licebit,at enim hoc ipſo
id Socin.cum Ruino non admittunt,quòd vtilem, aut
validam executionem hanc inquiunt, iure enim cer-
412 tiſſimo † vtimur,ſpoliatum à iudice quamuis per in-
iuriam,non reſtitui,dum vitioſus modo,ſeu irritus iu-
dicis actus non ſit gl.in c.præſentiam 7.q.1.Dec.in l nō
videntur data.§.qui iuſſu infra de regul.iur. Cumulatè
Iaſ.in conſ.158. col.2.lib.2. Curt.minor in conſil. 175.
col.fin.

Neq; argumentum Soc.mouet in d.conſ.158.num.
22.circa fin.ex decreto & executione id genus pręſcri-
bendi ius creditori competere, quod vtiq; non fieret,
tituli vicio admiſſo,ſi quidem ad præſcribendum va-
lere titulus non ſoleat,qui vitioſus,aut improbatus ſit.
Reſpondetur, ad præſcribendum titulum improbatū
non prodeſſe, vbicunque rem alienam eſſe quis non
ignorat,& rite minus quis eam conſequitur. veluti cū
rem minoris, aut quam alienare alias non licet, con-
tra iuris ordinem quiſpiam mercatur.c. qui contra iu-
ra de reg.iur.lib.6.in ſpecie planè controuerſa, neq; ab
ordine iuris, neq; à ſcientia rei alienæ vitium interue-
nit, quod enim ad ordinem iuris attinet, habilia præ-
ſupponuntur,ideſt ſolennibus iuris adhibitis, decretū
ſecundum interpoſitum,& ad executionem perductū.
Rurſus ignorantia in creditore præſupponitur, quod
alienam rem eſſe non cognoſceret, ita vtilis quantum
ad eum,non etiam à iure damnatus titulus interuenit,
vitium planè aut nullitas actus à facti errore proficiſci-
tur,quia tertij res capta pro re debitoris eſt, ea ratione
ab executione illa iudicis animus abeſt, qui alienum
ius lædere,aut iniuriam inferre cuipiam non creditur,
413 Quocirca intacta † tertij poſſeſſio ciuilis manet,quæ
dum conſtat,& quamdiu durat,locum præſcriptionē
non habere, declaratum ante in effectibus ciuilis ha-
bemus. per tex.in l.male agitur.C.de præſcript.30.vel
40.ann.& alia de quibus in tertio effectu in parte pro-
xima ſuperiore,quæ cum ita ſint,ad rem Soc.arg.non
attinet,quod in præſcriptione conſiſtit, quoniam ad
poſſeſſionem tantum modo limitatio hęc quarta pertinet,vtrum per miſſionem in poſſeſſionem contra co-
lonum factam,eoque deiecto, detrimenti quicquam
domini poſſeſſio accipiat.& ius illud obfirmatum,in-
columem ciuilem domini poſſeſſionem manere, atq;
ideo præſcriptioni locum ea conſtante non eſſe.

Si dixeris,diſpendio dominum affici, ciuili amiſſa,
quo caſu præſcriptionem patitur. Reſpondetur, dā-
ni huius rationem non haberi, vt potè quod domini
ipſius culpa contingit, qui neglectui tempore longo
poſſeſſionem habuit reg.damnum lib.6.
414 In eo tamen † cum Anchar. mihi non conuenit, q
ſimpliciter ſcriptū ab eo eſt in d.conſi.133.in pœnam,
l meminerint.C.vnde vi eum committere,qui in poſ-
ſeſſionem rei tertij iudice autore inductus tertio ipſo
non citato eſt, verum enim id non arbitror, niſi ſi
inquiſitione omni poſthabita, attentatum id ita ſit, vt
doli ſuſpicio non abſit.
415 Limitatur quinto,ne locum concluſio in † mercen-
nario, aut operario ſimplici habeat, qui in re tantiſper
manet,dum præſtita opera,aut opus factum ruſticum
ſit,ob id in perſona eius ciuilis requieſcere domini nō
dicitur,atque ideo operarij eiectio ad ciuilem domini
perdendam non proderit,vt Corn. ſcribit in conſ. 91.
col.6.ante med.verſi.tam etiam quia dato, quod mi-
ſerit.lib.4.

Admittendam limitationem hanc quantū ad amiſ-
ſionem exiſtimo,ne operario depulſo,ciuilis domino
cadat, quæ in operario ſimplici non reſidet, cauſa alia
ciuilis retinendæ videtur, vt per operarium ſimplicem
conſeruetur,quamdiu pro domino opus ruſticum fa
cit per tex.in d.l.1.§.nō alij autem infra de vi,& vi ar-
ma,de quo ante in tertia limitatione,neq; ad rem atti-
net,ciuilem domini in operario non requieſcere.Quo
niam ſatis eſt, actus ab eo poſſeſſorios domini nomi-
416 ne fieri, cum † facilior conſeruandi ratio quā amit-
tendi ſit.l.patre furioſo. ff. de his,qui ſunt ſui, vel alien.
iuris,atque ideo per extraneum conſeruatio iuris ad-
mittitur,tam & ſi nomine ſuo,non aliero quid faciat.
l.arboribus. §.quid tamen, ibiq; Bald. ff. de vſufruc. l.
forma.§.ſi cum ego infra de cenſib.Bal. in l. ſolemnib.
num.4.in fin.C de rei vendic.Roman.in conſil.103. in
primo dubio,& in conſ 491.in fin.Alex.in conſi.71.in
fin.lib.1.Dec.in conſi.58 col.2.in fin. Sed & per malæ-
fidei poſſeſſorem ius alienum conſeruari, text. probat
in l.qui fundum.ff.quem ſeruitu.amittan. de qua re in
ſuperioribus etiam num.16.41. in fin.121.208. 220.&
num.395.

Hactenus de ciuilis extinctione,quę à coloni depul-
ſione præter caſus,quinq; de quibus in limitationibus,
417 deſcendit,quid tamen,ſi vltro poſſeſſionem † alij co-
lonus tradit,ius ne idem ſeruandum, atq; eo eiecto e-
rit,ius idem facti voluntarij,aut traditionis eſſe, ex tex.
arguitur in l.3 §.quod ſi ſeruus,& in d.l.peregre. §. fin.
infra eod. vbi cum alius poſſeſſionem ingreditur,& eā
tenet,poſſeſſionem domino perire ſimpliciter text. ait
generaliter igitur accipi eum conuenit, volens nolens-
vè colonus abeat.l.de pretio, ff. de publicia. Si dixeris,
de coloni diſceſſu verbum in text.non fieri, reſponde-
tur,neceſſario eum præſupponi, ſiquidem colono in
poſſeſſione reſidēte,nec ſi à potentiore occupatio fit,
amiſſionem eius dominus patitur.l.quod meo.§.fi.in-
fra eo.& latius ſupra nu.58.ver.ſecundo in his detinen-
di.nu.105.ver.quod aliter, vberius nu.125.verſ.idq; lo-
cum.nu.302.390.398.400.& ſeqq.

Secundo ratio expendenda, quamobrem colono
expulſo,ciuilis iacturam Dominus ſentiat, ideſt quod
in naturali coloni,ciuilis domini requieſcit de qua ſu-
pra nu.400.& ſeq. ratio hæc non minus in traditione,
atq; in eiectione,ſeu æquè in facto coloni voluntario,
atq; neceſſario per exturbationem,inuenitur, ergo ius
idem

Digitized by Google

idem vtrubiq; probandum vulg.l.illud.ff.ad l.aquil. & alia,de quibus ſupra num 174.266.275.& nu. 411.

Tertio ſententiam hanc gl.Bart.Bald.& alij frequẽtius admittunt in l.fin.C.de acquir. poſſeſſ. Imola Caſtren.& Alex.in l.interdum.§.fin.infra eo.Alex. in cõſ. 253.num 9.lib.6.Firmanus in pena ſua Bertachiniana in verſi. poſſeſſio perditur num.16. Balbus in l.celſus nu. 26.infra tit.1.in quinto volum.repeti.opinionem hanc glo.facto ipſo receptam, atque ideo ab ea diſcedendi animum ſibi non eſſe, Bald. ſcribit in conſi 436. quidã creditor num.5.lib.3. ibiq; naturalis pediſequam ciuilem hanc ait.

Opinionem diuerſam agnoſcere Bald.videtur,eamq; à poſterioribus receptam aſſerit in d conſ 325.dubitabatur ante fin.lib.1.expreſſius opin.hinc priori,& proximæ inimicam Bald. ipſe amplectitur in conſil. 330. ſtatuto cauetur,quod conductor num.7.lib.1. per tex. in d.l.fin.C.de acquiren.poſſeſſ. quem ad traditionem etiam pertinere putat, & per eum iuri veteri derogari, textum tamen iuris veteris vllum Bal.non affert,duos ante ipſe retulimus in d.l.3.§. quod ſi ſeruus, & in d.l. peregre.§ fin.

Sed enim niſi in deſertione, & proditione coloni. text.non loquitur in d.l.fin.per eas ius domini in ciuili non minui, eam ob cauſam ad caſum trahendus tra-
418 ditionis non videtur, cum iuris veteris † abrogationem habeat,quam produci vlterius non conuenit,quã facta inueniatur.l.1.C.de inoffic.doti.l.ſancimus.C. de teſtam.l.fi.C.de nouatio.l.præcipimus in fin. C. de appell. Expreſſius in § fin.ibiq; glo.fin. in auctẽ. de adminiſtran.offic.in ſacris appella. tribus in auctẽ. quibus modis natu. effi. ſui. §. fin. ibi vt omnibus modis concordantiæ legum ſeruentur,in auctẽ de exhiben. reis.c.cum expediat de electione lib.6.gl magna,& ordinaria,ibiq; Doct.in auctẽ. Quas actiones, C. de ſacroſan. eccleſ.

Si dixeris,rationem eandem traditionis,atq; poſſeſſionis deſertæ,& proditionis eſſe, cum prodendi animo poſſeſſionem colonus derelinquit. Reſpondetur ad extenſionem in ſpecie correctoria rationem eandem non proficere,cum niſi caſum expreſſum corrigens ſcriptura non appræhendat.gloſſ.in cap. licet canon in verſi carere verſi.de diſpenſatione de elect.lib.6. in clem.2.in ver.eiſdem de æta.& qualit. Imola in l. ſi vero.§.de viro nu.13.ff.ſol.matr. Alex.in conſ.115 nu. 3.lib.1.& alia,de quibus apud Curtium ſen.in conſ.78. Domina Franceſchina col.5.poſt med.& apud nos in rubr.ff.de leg.1.nu.46.

Secundo reſpondetur, rationem eandem traditionis, ac deſertionis, ſeu proditionis non videri,quoniã animus certus, & manifeſtus in tradente apparet, vt poſſeſſionis in alium trãſlatio fiat,quod non æquè idẽ in deſerente, aut prodente eſt, velatus enim in eo animus contingit, neq; ita deſerendo,aut poſſideri omittendo,atq; tradendo poſſeſſionis abdicatio conſtat.

419 Ampliatur concluſio hæc, vt domino † etiam locũ traditionem ignorante habeat, ſimiliter vti dictum in expulſione habemus. Alex.in d l.ſæpè num. 114. circa med.verſi.facit ergo, infra de re iudi. per d.l.3. §. quod ſi ſeruus.d.l.peregre.§.fin.& d.l.fin.C.eo. tit.

Roget hic aliquis,quomodo ciuili ſua per traditionem coloni dominus fraudabitur, quatenus apud colonum poſſeſſio non eſt,quam in alium transferat, eã tantum detineat.l.officium. ff. de rei vend. nemo porrò in alium transfert,quod ipſe non habet.l.traditio ſupra.tit.1.quo argumentandi genere in ſpecie hac Bald. vtitur in d.conſ.325.ante fin.lib.1.Reſpondetur,ex occupatione eius, cui traditio fit, poſſeſſionem acquiri. dominus vero per traditionem coloni poſſeſſione ſua ſpoliatur,quia pro eo amplius colonus non poſſidet, in perſona cuius ciuilis domini continebatur.

420 Ex ratione, & declaratione hac † limitatio concluſionis percipitur, ne ad traditionem fictam pertineat, cum ab alio puta rem colonus conducit, aut alterius ſe nomine poſſidere conſtituit. l. quamuis. § 1.ibique Doct. infra eod. Namq; cum ex actu naturali poſſeſſionem ſibi tertius non quærat, ex ficta eam conſequi traditione non poteſt, ſi quidem apud colonum naturalis non eſt, quam in alium transferat, cum ſolum detineat,dominoq; non ſibi poſſidet. Rationem hãc Bald.obſeruat in d.conſ.325. dubitabatur ante fin. lib. 1. Eandem rationem Ruin.etiam ſentit in conſ. 156. nu.5.lib.1.cum ait,ex ficta traditione emphitheotę,aut conductoris ad longum tempus, ciuili dominum priuari;quia naturaliter conductor is, aut emphitheota poſſidet,q.d. quod transferat, habet. Improbata tamen ante Ruini opinio eſt,non quia naturaliter conductor in tempus longum, aut emphitheota non poſſideat, verum quia ſeparatio tunc inter naturalem, & ciuilem cadit,vt infra nu.425.verſic.Ciuilis tamen iacturam,ratio prædicta, eo ex conſtituto coloni poſſeſſionem non transferri,quod non poſſidet ex Bart. etiã & alijs confirmatur in d.l.interdum.§ fin. in princ. Iaſ. hic num.103.& duobus ſeq.& in d.§. in amittenda. in 6.nota. Qui per rationem hanc ius idem in conſtituto tutoris,curatoris, & procuratoris generalis ſcribũt, poſſeſſionem ex eo ob id nõ transferri,quod apud eos poſſeſſio non eſt,quam transferant.

Sublimitationem limitatio hæc recipit, ne in tradi-
421 tione locum ficta † habeat,quæ per aſpectum inducitur. Per eam enim à colono factam, poſſeſſionem domini ciuilem intercidere Alex.putat in d. l. peregre. § fin. Sed enim cum ſublimitatione ſentire hac non poſſum. Ratio quippè eadem aſpectus, atq; traditionis alterius fictæ eſt, per conſtitutum puta. aut precarium,quod fictio,& in aſpectu vertitur,ſecũdo ex Bar. & alijs hic Alex.opinio ratione validiore proſternitur. Bart.enim num. 23. & ſeq. nec per iudicem tutorem, aut curatorem ex aſpectu transferri poſſeſſionẽ ſcribit,quo cum Doc. facere, in tractatu naturalis oſtendimus num. 198. At enim iuris plus ad poſſeſſionem transferendam iudici, quam colono eſſe non dubitatur, cum partis vicem iudex ſuſtineat, & factum eius parti tribuatur.l.ſi ob cauſam,ibiq; Bald.C. de euictio. Rurſus ius maius tutoribus, curatoribusve in bonis pupillaribus minorumvè, quam colonis in bonis dominorum competere palam eſt.

422 Sublimitatur ſecundo limitatio † prædicta, ne locũ habeat, vbicunq; vltra traditionem fictam,factum aliquod interuenit, quod veræ vice traditionis ſit, verbi gratia in ſpecie.d.l.quamuis. §. 1. ſi locatori ſecundo, ſeu ei,à quo ſecundo loco quis conduxit,merces illata à conductore eſt. Ex ficta tum enim traditione, quæ per conductionem fit; poſſeſſione ſua locator prior decidit. Id quia traditionis veræ locum mercedis præſtatio obtinet, vt Autor Innoc. eſt, quamuis non ita explicatim enarret in c. cum veniſſent num. 1. in fi. de in integ.reſtitutio.

Sed enim veram ſublimitationem hanc ita ſimpliciter adſcriptam in d.l.quis.§.1.Alex. non credit, imò enim inter res incorporales diſtinguendum, atq; corporales putat,in rebus incorporalibus, aut iuribus veram Innoc.opinionem,ita Alexan.putat, ſi ſolutionis ſciens locator prior eſt,in rebus planè corporalibus nõ aliter ex ſolutione id genus poſſeſſionis iactura dominum ſcientem affici, niſi ſi à ſecundo pulſum ſe iri locatore metuit, vel metu remoto, poſſeſſionem ipſam recuperare negligit, per tex.in d.l.ſi id quod.§. fin. & in d.l.ſi de eo.§.1.infra eodem.

Quam Alex.diſtinctionem Deciſio Neapol. amplectitur 325.nũ.4.eamq; bene per ſacrum conciliũ Neapolitanum examinatam,& concluſam ait.

Ap-

Digitized by Google

423 Apparet ex diſtinctione hac,in † iuribus cui compe
tentibus,atque ideo in quaſi poſſeſſione, quæ in iuri-
bus cadit,deiectionis aut expulſionis metum non ca-
dere. quem niſi in rebus corporalibus Alex.non obſer
uat. Quomodo enim à iure deijci quis poterit, quod
ipſum tenere non licet.

Dixerit hic obliquis, cum quaſi in iuribus poſſeſſio
interueniat, Cur facilius ea ſine diſtinctione metus,
ex ſola ſcientia perſolutionis alij factæ, quam poſſeſ-
ſio vera reſoluitur. Reſpondetur. quaſi poſſeſſionem
424 niſi ex ſolutione penſionis, aut mercedis, aut † præ-
ſtatione emolumentorum non conſtare. Idque in
quaſi poſſeſſione videre iuriſditionis eſt, quæ ex pœ-
nis,mulctis,& emolumentis eius cõſtat.Vnde ſi emo-
lumenta hæc locatore ſciente, & patiente,alij condu-
ctor præſtat.Dici non poteſt,ciuilem apud dominum
retineri,vtpotè fundamento deficienti, quo adniti ci-
uilis poſſit, quod ad emolumenta illa attinet. Cauſa
alia rei corporalis videtur, in qua poſſeſſio vera inter-
uenit, quæ non modo ex fructibus,ſed & ex alijs con
ſtat. Quare & ſi de fructibus alij conductor reſpon-
deat, Attamen quia ad rem accedere, eamque retine-
re dominus poteſt.

Amiſſionem eius ob præſtationem fructuum, aut
penſionis alij factam induci non conuenit, niſi ſi pro-
pulſatum ſciri dominus reformidet. Rurſus ad verã
poſſeſſionis traditionẽ fructuũ præſtatio non ſpectat.

Conſequens rationi huic diuerſitais & declarationi
fit,ius idem & quaſi poſſeſſionis eſſe,quotiens aut qua
tenus ex actibus conſtat, in quibus metus cadere, aut
ſuſpicio depulſionis poteſt. verbi gratia cum iuriſdi-
tionem quiſpiam à domino conduxit, ſi nomine alte
rius eam exercet. Namque ſi metu eiectionis locator
non prohibet, quominus alieno nomine iuriſditione
conductor vtatur, Atque ideo alieno eam exerceri
nomine patitur. Cur non peritura ei quaſi iuriſditio-
nis poſſeſſio erit. Ita duo in iuriſditionis poſſeſſione
ſeu quaſi obſeruanda. Primum, cum pro ea quot an-
nis quid præſtatur. quo caſu ſi alijs præſtatio domino
ſciente & patiente fit, quaſi ipſam poſſeſſionẽ euane-
ſcere. Alterum, quod ad vſum, aut exercitium ipſius
iuriſditionis ſpectat. & ad exemplum rerum corpora
lium caſus hic redigitur, vt niſi metu repulſionis, aut
deſidia, interitus quaſi poſſeſſionis non ſequatur.

Sed quæſtio hic incidit. Dictum eſt, ex poſſeſſione
ficta coloni, aut conductoris, domini poſſeſſionem
425 non intercidere. Quid ſi ab † emphyteota, vaſallo,
fructuario, aut conductore in tempus longum, fictè
res traditur. vtrum ius idem eorum,atque coloni, aut
conductoris ſimplicis ſeu ad tempus breue erit. Re-
ſpondetur, ius aliud traditionis fictæ in q. propoſita
eſſe. Idque ex ratione diuerſa colligi. Ratio quippe
in q. propoſita ſilet, quæ in colono ſimplici vertitur.
Qui ideo poſſeſſionem ex cõſtituto, aut actu quo alio
ficto non transfert, quòd nullam habet, quam tranſ-
ferat. cum tantum detineat. Ratio hæc in domino
vtili,aut ius in re obtinente tacet. Apud quem poſſeſ-
ſio naturalis formataque eſt, quam transferre licet, vt
in ſpecie Bar.tradit in d.§ in amittenda. Ibique Iaſ. in
fine ſexti nota. Ciuilis tamen iacturam ex traditione
hac ficta directus dominus non ſentit, Cum forma-
lis & ipſa ſit, neq; in naturali domini vtilis requieſcit
per ea, quæ dicta ante ſunt. Idque & Caſtren.docet in
d.l.interdum.§ fi. quamuis aliud in ratione ſua ſentire
Bar.videatur.vt in d.§.fi. Caſtr.obſeruat. De quo tñ in
proxima.q.vidẽdum.an ſcilicet id Bar.ſentiat.

Limitationem ſeu declarationem ſententia hęc ac
426 cipit, ne effectũ translatio † hæc poſſeſſionis natura
lis formatæ ante habeat,ꝗ directi ad eam dñi ſubſecu-
tus conſenſus ſit. Quo circa dominij vtilis acquiſitio
non ante ex poſſeſſione id genus procedet,ꝗ à dño cõ
probata directo erit. Propter quod ſi duobus alienatio
à domino vtili fit, potior is æſtimatur, qui domini cõ
ſenſum prior directi obtinuerit, quãuis poſterior eius
acquiſitio ſit Guido Papæ. q.46.col.fi.& q. 81. circa fi.
Quam opinionem Petrutia amplectitur in l.1.nu.14.
ff.de iureiuran.in 2.volu.repetitio.

427 Quæſtio altera per ꝗ neceſſaria in precario † ſeu in
eo, qui precario poſſidet, incurrit. Qui & ipſe natura-
liter poſſidet,vt no.in l.& habet.§.cum qui inf.de præ
car.vtrum colono ſimplici comparetur,ne ex ficta tra
ditione domino,aut concedenti noceat. An vero do-
mino vtili, aut alij poſſeſſionẽ naturalẽ formatamq;
habenti ſimilior dicatur,ne ex traditione eius ficta ciui
lem dominus perdat. Videbatur dicendum, ius idem
in precario atque poſſeſſore naturali ſeruandũ.quan-
doquidem formata & hic domini ciuilis contingit.
Quare ad alteram trahenda amiſſio vnius non videt.

Sed enim ciuilem hic ex traditione ficta intercidere
gl.cum Bar.putant in d.l.interdum.§.fi.idem apertius
Bartolo viſum in l.Celſus.nu.15.inf.tit.1. Mouentur,
ꝙ ratio alia precario poſſidẽtis,quam coloni videtur.
Colonus enim idcirco ciuilem domini non lædit, ꝙ
nulla apud eum poſſeſſio eſt, quam ex poſſeſſione fi-
cta transferat. Quod aliter in precario contingit, qui
naturaliter poſſidet. Quam rationem in d §.fi. Caſtr.
improbat. Quoniam niſi ad naturalem transferendã
non valet, quæ apud poſſeſſorem ex precario eſt. Ad
ciuilem planè formatam,& à naturali diſiunctam nõ
pertinet. Ea de cauſa quod ad rationem hanc Bar.at-
tinet, ius idem præcarij, atque domini vtilis, fructua-
rij, aut alterius ius in re obtinentis videtur, ne ciuilem
& in precario dominus amittat.

Proinde gl.quidem & Bart.ſententiam, ratione ta-
men alia Caſtr.agnoſcit. Ideſt quod & ſi maximè poſ
ſeſſionem naturalẽ is habeat, qui precario poſſidet,
Diſſimilis tamen poſſeſſio hæc,atq; illa videtur,quam
emphyteota, feudatarius, fructuarius & id genus alij
habent. Quoniam ius his in re competit, neque domi
ni nomine naturaliter poſſident. Atque ideo in natu
rali eorum ciuilis domini nõ requieſcit. Cauſam aliã
precarij eſſe, vnde ius in re non datur. cum ex mero
id concedentis arbitrio pendeat. Quæ res facit,vt con
cedentis, non ſuo rogans nomine poſſideat. Eamq;
ob cauſam in naturali rogantis quieſcere ciuilis dici-
tur. Itaque naturali ipſa quoquo modo,per actum ve
rum aut fictum interempta, non poteſt ciuilis quoq;
non interire, quæ cum naturali ipſa cohæret. Simili-
ter vt in expulſione, aut vera coloni traditione dici-
mus. Eadem ratione Caſtren. ipſe vtitur in d. l. pere-
grè.§.fin.nu.5. Ratio hæc ex actu ficto ciuilis in preca
rium concedente amittendæ,ad actum verum, expul
ſionem puta rogantis, facilius pertinet,vt rogante de-
iecto,ciuili dominus, aut concedens careat, vt in d. l.
peregre.§.fi.in fi. Caſtren.docet. Secundum quæ, colo
no in eiectione ſimilis, qui precario rogauit,haud du-
bie eſt, in actu ficto diſſimilis. per quem ciuili Domi-
nus fraudatur. Longè facilius ius idem in traditione
probandum vera erit, vti demonſtratum ante eſt nu.
403.& nu.405.

Sed obſeruandum,non rectè Bar.rationem à Caſt.
repudiari. neq; Bar. mentem animaduerſam apud Ca
ſtren.fuiſſe. Immo enim eandem, atque Caſtr.ipſe ra-
tionem neceſſario Bart. ſenſit. Quoniam naturalem
precario rogantis poſſeſſionem à naturali alterius ex-
preſſim Bar.diſtinguit. Iuſq; diuerſum inter eas conſti
tuit.vt ex ficta eius traditione,q precario rogauit, poſ-
ſeſſionem omnem dñs amittat. Quod aliter in eo aſ-
ſerit,qui naturaliter,non precario tñ,poſſidet. Ex actu
enim tum ficto nonniſi naturalem perire ait. Vnde ꝫ
verba & mentẽ Bar.ex ratione eius Caſt.argumenta-
tur. Conſequens Bartoli rationi fieri, vt ex traditione

Digitized by Google

ſicta emphytheotæ, aut alterius id genus,ciuilis iactu-
ram dominus faciat. Itaque cum diſcrimen Bar.inter
naturalem ex precario, & ex dominio, aut iure vtili
conſtituat, Non potuit Caſtren. rationem in l. diuer-
ſitate, aut diſcrimine hoc non ſentire. Hoc eſt idcirco
ex traditione ficta rogantis, poſſeſſionem ciuilem do
mino emori,quòd ſub naturali rogantis manet.Quod
428 nõ ſimiliter dici in naturali alterius pōt.Inde † Ang.
& Alex. error arguitur in d.l.quamuis.§.1. infra eod.
quibus cum lapſus & Ruin.eſt in conſi.156.num.5.lib.
1.parem in traditione hac ficta conductoris ad tem-
pus longum, emphytheotæve, ac rogantis cauſam
eſſe. vt ciuilis ſemper domino cadat.

Cum ſententia hac glo. & Barto. in d. l. interdum
§.fi. vt ficta rogantis traditio pernicialis domino fiat,
maiorem Doct.partem facere Alex. ibi teſtatur.& in
l.3.C.de pigno.apud Bart. num.25. in notula, cui ini-
tium eſt deijcitur. Eandem opinionem vulgo ad Do
cto. recipi Aquenſis teſtatur in d. l. Celſus nume. 20.
Ibique Balbus num. 85. In ſententia hac & per ratio-
nem à Caſtren.enarratam,vt cum non referat,Corn.
quoque eſt in conſi.27.colum.7. verſic. præterea licet
Barto. lib. 4. vbi differre inter naturalem rogantis, &
Fructuarij putat. Ex traditione rogantis domini, aut
concedentis poſſeſſionem lædi, quod in naturali ro-
gantis ciuilis cubat. Quod in naturali ſecus fructuarij
eſt. Siquidem a voluntate proprietarij non ſimiliter
naturalis fructuarij, vt a voluntate concedentis poſ-
ſeſſio precaria pendet. Ex Ang. opinionẽ hanc Cor.
confirmat in l.prętor.§ hac actione in fi.infra vi bon.
rap. Qui recuperandæ remedium concedenti dari tũ
ſcribit de quo in d.l.fi.C.de acq.poſ.cum alij à rogan
te tradita poſſeſſio eſt. Hoc ipſo igitur, quod recupe-
randam poſſeſſionem ait, non poteſt interitum eius
non admittere.cum fruſtra id recuperetur,quod amiſ
429 ſum non eſt. l. iuxta † illud, fruſtra peti, quod intus
quis habet.l.ſi qs ex argentarijs.§. prohibet.ff.de eden.
l.quotiens infra de ſolutio.l.1. Ibique Bart. in ſumma-
rio.C.de re iudi § fi.inſti.de perpe.& temp.actio. & ſu
pra num.244. Atque in ſpecie poſſeſſionis,ab eo non
recuperari, apud quem eſt, tex.oſtenditur in l.1.§.in-
terdictum autem infra vti poſſid. §. æque verſi. quod
genus inſti.de interdict.c.examinata de iudi.& quam-
uis in traditione vera Corn. poſt Ang.loquatur, Ra-
tio tamen eius ad fictam etiam traditionem pertinet.
Quoniam cum naturalem rogans habeat,in qua ciui-
lis commoratur,& naturalem ex traditione ficta trãſ-
ferri non dubitetur, non poteſt vna ſimul cum ea ciui
lis non ambulare.glo. item & Bar. opinionem in d. l.
interdum.§.fin. Ruin. agnoſcit in conſi. 156. nume.5.
lib. 1. vbi ius idem & in conductore ad longum tem-
pus & emphyteota putat, vt ficta eorum traditio no
xia domino ad ciuilem eius necandam fiat.Quæ con-
futata opinio in ſuperioribus eſt num.420.verſi.Ean-
dem rationem.num.425.verſi.Ciuilis tamen.& num.
428. Cum ratio longè alia inter eos contingat.Siqui-
dem in naturali conductoris ad longum tempus, &
emphyteotæ, ciuilis non inhabitet, vt vna ſublata, al-
tera quoque concidat.

Conſequens prædictis fit, Iure diuerſo rogantem,
atque colonum ſimplicem in traditione ficta cenſe-
ri: ficta quippe coloni traditio fraudi domino nõ eſt,
cum poſſeſſionem vllam non habeat,quam fictè tra-
dendo conferat. Quod non idem dici in rogante po-
teſt,apud quem naturalis eſt,quę ciuilem ſecum ad in
teritum trahit, vtpotè quæ cum naturali ipſa hæret.

Conſequens item prædictis fit,inter naturalem em
phyteotæ & naturalem rogantis poſſeſſionem circa
traditionem veram aut fictam diſtare. Emphyteotæ
enim traditio fatalis domino non eſt. cum niſi natu-
ralem non apprehendat. Quod contra in traditione
rogantis contingere ſuperiora docent.

Opinioni huic, ciuilem concedentis cum naturali
rogantis extingui, Barto. contradicit ſui ipſius diſſimi
lis in l.3.num.25.in fin.C.de pignor. vbi ciuilem con-
cedentis nec ex vera rogantis perimi traditione ait.
Id quia in naturali rogantis ciuilem reſidere non cre-
dit. Quæ Barto.ratio opinionem eius & glo.in d.l.in-
terdum.§.fi.validius confutat. Etenim ſi ad poſſeſſio-
nem ciuilem concedentis lædendam, vera rogãtis tra
ditio non prodeſt, quanto minus ciuilem conſum-
430 ptura † ficta traditio erit l.adoptio.1.ff. de adoptio.l.
electio. §. ſi is. ff. de noxal l. ſi à furioſo.l.ſi filius.3.ff. ſi
cer.pet.l.qui ad certum ff.loca.l. Gaijus. §.ille caſus. ff.
de lib.& poſth. Cum opinione hac poſteriore Barto.
Matheſila. conſentit nota.154.nota mirabile.

In quæſtione hac animi Alex. pendet, ambiguam
eam aſſerens in d.l.interdum.§. fin frequentiorem ta-
men gl. & Bar.ibi ſententiam teſtatur.& quidem cum
gl.& Bar.Doct.fere conſentire ante oſtendimus.

Meminiſſe porrò in prædictis debemus,quibus ca-
431 ſibus poſſeſſionem interire † ciuilem dicimus, per
occupationem potentioris pura,poſſeſſoris, aut colo
ni deiectionem, traditionem eius veram, aut fictam
rogantis,iuris tamen remedia ad eam recuperandam
non deeſſe. Interdictum enim vnde vi ob ciuilem re-
cipiendam ſuffragari, ex tex. oſtenditur. in l.1.§. deij-
citur infra de vi & vi arma.

Si dixeris,interdictum hoc vnde vi.non ſemper per
mittendum, cum ciuilis amittitur. Quid enim ſi me-
tu, depulſum ſe iri,amiſſio cõtingit,quomodo inter-
dictum competiturum id erit, vi poſſeſſore non eie-
cto, occupatione tantummodo à potentiore facta.
432 Reſpondetur, vi † amiſſam poſſeſſionem intelligi,
cui perdendæ occaſionem potentior præbuit. Rurſus
& ſi maximè facta vis non ſit, animũ tñ faciendi ha-
buiſſe occupator potentior p̃ſumiť.hoc eſt vt ad poſ-
ſeſſionem redeuntem vi prohiberet, quominus eam
reciperet. Ita Sali. docet in l. ſi quis in tantã nu.8. C.
vnde vi Ad quẽ Iaſ.nos deducit in d.l.clam.§.fi.nu.51.

Sed iterum obiecturus quiſpiam erit, quorſum ob
ciuilem ſolam interdictum recuperandæ dari aut in-
tendi. An non in rem magis actori eſſet, ob poſſeſſio-
nem vtranq; iuxta naturalem atque ciuilem interdi-
cto vti. Reſpondetur, ob naturalem id non indulgeri.
cum poſſeſſore abſente, facta occupatio eſt. Ad ciui-
lem tantummodo vis ſpectat,cum rediens nõ admit-
titur.De quo ſupra nu.77.in fi. & expreſſius nu.349.

Si dixeris,occaſionem & hic naturali perdendæ ab
occupatore dari, & eum ei animum fuiſſe præſumi,vt
vi etiam naturalem occuparet. Reſpondetur, Immo
ècontrario præſumptionem colligi, vi occupaturum
non fuiſſe, poſtquam niſi domino, aut poſſeſſore ab-
ſente facta occupatio non eſt. Inde & argumentum
diluitur, occaſionem naturali perimendæ ab aduerſa
rio præſtitam. Namque id non diffitemur. Sed occa-
ſio hæc ab occupatione, nõ à violentia deſcendit. cũ
violentiæ præſumptio in poſſeſſione quærenda ſileat.
433 Ciuili igitur per interdictum vnde vi † aut recupe-
randæ recepta, quia naturalem adhuc occupator
habet, Eoque nomine ideſt naturalem retinendo,poſ
ſeſſorem ipſum ciuilem inquietat, Interdicto vti poſſi
detis ob turbationem ipſam victor vtet. vt à turba-
tione aduerſarius deſiſtat. Id quod fieri niſi per reſtitu
tionẽ naturalis non pōt, Quatinus nunq̃ animo à tur-
batione vacuo eſſe actor poteſt quamdiu apud aduer
ſarium eſſe rem videt. vt gl.& Doc.ſcribunt in d.l.clã.
§.fi.in gl.fi.cum alijs, de quibus dictum ante habemus
nu.78.187 347.

Sed enim & ſi maximè auxilio ob naturalem recu-
perandam interdictum vnde vi non ſit, Remedia ta-
men præſto alia ſunt ex canone puta reintegranda 3.

q.1.De

q. 1. De quo aſtatim Soci. diſerit in l. rem quæ nobis infra eo. Conditio item proderit ex. l. fin. C. vnde vi. vbi expreſſim id Bar. & Sali. no. Rui. in conſi. 5. nu. 8. lib. 4. Interdictum quoq; quod vi aut clam. ex capite quod clam. opitulabitur, vt d. num. 78. in fi. 287. 347.

434 Sed & ante ciuilem † receptam, liberum amittenti erit, poſſeſſorem iniuſtum citra metum interdicti retinendæ inquietare. Sic quomodo monſtratum in ſuperioribus eſt nu. 69. 195. Prolixius nu. 331. & duobus ſeq. vbi limitatur. nu. 338. Idq; ampliatum nu. 335.

Non ſolum autem turbatio, ſed & recuperationē, naturalis & ciuilis ſine iudice permitti, quotiens recuperandi oblata occaſio erit, occupatione à potentiore facta, in dicto effectu teſtatum quarto eſt, ex Bald. in l. fi. C. de his qui à non domi. cum alijs in ſuperioribus adſcriptis nu. 329.

Conſequenter his dicendum, occupatione, aut expulſione à potentiore facta, facultatem iure ſuo & citra iudicis operam recuperandi, non eo minus eſſe, quòd ciuilis abſit. vtpotè formidine amiſſa. Idque ratione illa naturali vi vim repellere ex continenti licere. Incontinenti planè etiam poſt decennium, pro perſonis, rebus & temporibus intelligi, declaratum ſuperius eſt dicto nu. 329. verſi. ſententiæ huic adeſſe.

Die 3. Iunij 1564. finis impoſitus his prælectionibus in ciuitate Montis Regalis. Taurini planè num. 360. tenus proſecutio facta.

Dictum in quarta parte principali de poſſeſſione naturali, corporali, atque ciuili non parce habemus. Conſequens eſt, vt de quaſi poſſeſſione videamus. In
435 qua ſpecie primū illud ſciendū, Idcirco quaſi † poſſeſſionem appellari, quòd res incorporales accommodatur, & earum nomine quaſi poſſeſſionis vocabulum effertur, quæ poſſideri propriè non poſſunt, vtpotè quæ non videntur, neque pedum, aut manuum in eis poſitio cadit, l. acquiritur in fi. & l. ſeruus. § 1. ſupra tit. 1. l. 3. in prin. infra eo. l. ſequitur. §. ſi viam inf. titu. 1. & ſupra num. 40. ob id cum propria in eis poſſeſſio non cadat, cum adiectione quaſi, poſſeſſio appellatur q. d. poſſeſſio quædam impropria, aut abuſiua, large enim aut impropriè poſſideri res incorporales dicuntur. l. ſi ædes. § fi. ff. de ſerui. vrba. præd. l. quotiens. 2 ff. de ſeruitu. l. 2. in prin. C. de ſeruitu. glo. in d. l. 3. in prin. infra eo. & in l. regulariter. in glo. 2. ff. de peti. hæredi. Iaſ. hic nu. 29. circa fi. verſi. non obſtat ſecundo Crot. num. 15. Hormanno. nu. 45 in fi. Ripa nu. 38.

436 Secundo monendi ſumus, in rebus † corporalibus quaſi hanc poſſeſſionem non verſari, namque cum poſſideri, aut detineri propriè poſſint, iure vel iniuria id fiat, nihil eſt, quod ad ſignificationem impropriā adeamus. l. non aliter. ff. de lega. 3. quaſi tamen poſſeſſio naturalis in iuribus etiam vertitur vt Iaſ. hic ſcribit nu. 62. verſi. vnde aduerte. & vberius infra nu. 445.

Tertio meminiſſe debemus, a ſcientia & patientia aduerſarij quaſi hanc poſſeſſionem naſci. Namque cū in rebus corporalibus non competat, ex actibus corporalibus gigni, aut naturalibus non poteſt. Vnde niſi a ſcientia patientiaque aduerſarij non inducitur. verbi gratia ob id ipſum, quod ſeruitute me vti in rebus ſuis quiſpiam ſcit & patitur, ius ipſum quaſi poſſidere ſeruitutis, non rem, in qua debetur, intelligor. d. l. quotiens. 2. quæ penul. eſt. ff. de ſeruitu. l. 3. §. dare. ff. de vſufruc. l. 3. §. 2. ff. de actio. empti. d. l. 2. Ibique glo. & doct. C. de ſeruitu. l. nemo ambigit. C. eo. tit. de acquir. poſ. ſecundum vnum ſenſum, qui recipi tamen non ſolet. c. cum eccleſia de cau. poſ. & proprie. Iaſ. hic nu. 62. verſi. circa ſecundam ſpeciem. in d. l. 3. §. ex contrario num. 30. verſi. ſed aduerte. & in d. l. naturaliter in fi. prin. Scite Bellame. in conſi. 10. col. 13. verſi. circa tertium dubium. Abb. in conſi. 23. col. 1. lib. 2. Deci. in conſilio 126. in fi. Inde Caſtren. ait in l. ſi prius colum. 2. in prin. ſupra de oper. noui. nuncia. nihil aliud quaſi poſſeſſionem in iuribus incorporalibus eſſe, niſi aduerſarij patientiam. Id quod à Bar. ſcriptum ante Caſtren. eſt in l. 1. §. 1. nu. 10. inf. de itin. actuque priua.

437 In qua patientia obſeruandum, eius † patientiam exquiri, qui in poſſeſſione rei eſt, neque domini aut proprietarij ſatis patientia eſſet, apud quem poſſeſſio non ſit Bellame. in d. conſi. 10. col. 14. verſi. ſed quæres quis probare habet. Alex. in conſi. 94. colum. 4. in prin. verſi. & ex hoc etiam infertur lib. 5.

Similiter patientia eius eſt opus, cuius principaliter, non ſecundario intereſt Bellamer. in d. conſi. 10. colu. 19. verſi. ſecunda ratio principalis. Eque ad rem patientia eius non attinet, qui ius ſibi in re aſſerit, aut prætendit, ſed patientia eius neceſſaria, in quo conſtitutum. ius eſt Bellame. in conſi. 3. colum. fin. De qua re ſcite magis Floria. docet. in l. per fundum. ff. de ſeruitu. ruſtico. prædio. & in l. ſi communem. ff quemad. ſerui. amit. Patientiam eius in quaſi poſſeſſione quærenda exigi, a quo conſtitui, aut cōcedi ius ipſum pōt. Refert firma. in verbo præſcriptio quomodo verſi 9.

In qua re offenſum à Ripa hic videtur num. 34. in
438 fin. cum ſcribit, patientiam eius † deſiderari, à quo ius conſtitutum ipſum eſt. Quorſum enim patientiā conſtituentis exigere, contra quem ſuperuacua quaſi poſſeſſio præſcriptiovè eſt, cum ſine præſcriptione alia ius quæſitum ſatis ex conſtitutione ſola ſit. Iam ſi conſtitutum ius expreſſim eſt, conſtituente inuito iure ipſo vti conceſſo licet. Quo circa falſum erit dicere neceſſariam conſtituentis patientiam eſſe. ex Caſtren. que dictum hoc confutatur in l. ſeruitutes la grand. nu. 9. circa fin. & in l. pen. nu. 3. in fi. ff. de ſeruitu. de quo inferius dicemus verſi. quod dicitur. nu. 440.

Liberam item eſſe patientiam oportet, vt quæri ex ea quaſi poſſeſſio poſſit. Aliter atque ſi metu quis, aut vi patitur. Barto. in l. ſequitur. §. ſi viam. infra tit. 1. cum alijs apud Soci. relatis in conſi. 187. nu. 21 verſi. quinto & vltimo lib. 2. Ibique ſubijcit, patientiam eius expoſci, qui impediendi ius contradicendo habet.

Sed contrarius Socino Bar. videtur in l. 1. §. in operis num. 2. in fi. Ibique Alex. num. 4. in fi. Iaſ. num. 3. ſupra de oper. noui nuncia. & idem Bart. in l. ſi prius nu. 5. in octaua oppoſi. Ibique Iaſ. num. 24. eo. titu. vbi ex patientia violenta quaſi poſſeſſionem induci ſcribūt. Idem fi. ma. probat in verbo quaſi verſic. 2. ex Anto. in c. fi nu. 44. de cau. poſ. & proprie. ſolutio in d. §. in operis metus ille ex facto nunciantis fit, qui verbo tantum nunciat, cum iactu lapilli, aut per iudicem poſſet. per ea, quæ ſcripta ante ſunt. nu. 383. & ſequentibus. Ita metum ipſe ſibi nunciator infert, Atque ideo ratio
439 nem haberi eius † non conuenit. l. ſi mulier in prin. Ibi quia hunc ſibi metum ipſa infert. ff. quod metus cau. & alia, de quibus in reſpon. meo pro genero nu. 44. & ſupra num. 332. in fi. verſi. Reſponderi & 2. poteſt. Nihilomagis tex. refragatur in d. l. ſi prius. Siquidem de vi meminit, quæ per iudicē illata & rectè eſt. Atque ideo pro eo habetur, vt ſi ipſi ſibi illata ab eam patiente ſit. Parti enim ipſi factum tribui iudicis ſolet, ſic quomodo ſcriptum in ſuperioribus eſt num. 182. 298. & nu. 356.

Quod dicitur, neceſſariam ſcientiam & patientiam
440 ad quaſi poſſeſſionem † inducendā eſſe, locū titulo interueniente, non habet. Namq; ſi titulū quiſpiā à tertio bonafide accipit, cui ius concedendi eſſe credidit, quaſi poſſeſſionē ſtatim adipiſcit, ſcientia patientiave dñi non interueniente, ideſt quis ius ſuū dns ignoret, vel quamuis iure aliquo alium vti neſciat, vt Caſtrenſis docet in l. ſeruitutes la grand. nume. 9. circa fi. verſi. quarto requiritur. & in d. l. pen. nume. 3. in fin. ff. de ſeruitu. vbi ſingulare hoc memoriaq; perpetuo tenendū. & à paucis animaduerſum ſcribit. Sequit Iaſ. hic nu.

389 Neq; textu confutari Cuman. opinio † videtur in l. ſi opus eod.tit.de op.noui nunciat. quem contra Cuman.in d.§. in operis Iaſ.opponit vbi nunciatio appellatur,quæ iuſſu prætoris fit, in verba hæc enim text.loquitur,ſi opus nouum p ætos iuſſerit nunciari. Quoniam conſequens non fit, ergo quæ prætore autore nunciatio fit, propriè æquè, atq; in ſpecie nunciatio erit. Inficias quippè Cuman.non it, nunciationem, & hanc dici,at non in ſpecie, & æquè propriè, ſed in genere, atq; ex textu Iaſ. conſequentia proſternitur in d.l.de pupillo.§.ſi is cui, vbi poſt verba nunciatum ſit, adiectum eſt, nunciatione noui operis,q.d.in nunciatione omni locum remiſſioni per ſatisdationem non eſſe verum in ea tantummodo, quæ nunciatio in ſpecie, & impropriè magis habetur.

390 Vacua porrò à dubitatione † omni limitatio hæc ſecunda æſtimatur, quotiens per alium, aut corpore alieno quis poſſidet. Poſſeſſionis enim amiſſionem ex deiectione domini, aut poſſeſſoris non induci, niſi & is amoueatur,per quem dominus poſſidet,non dubitatur.l.peregre. §. quibus, ibiq; gloſſ. & Docto. infra eodem. Caſtren.in d.l.3.§. ſalius infra eod.Iaſ.in d.§.in amittenda nu.12 de quo ſupra num.38.verſi. ſecundo in his detinendi.103.ver. quod aliter. Plenius nu.125. verſi.idq; locum omnino num.302.infra 398.locupletius num. 400.

Diſſolutio ex prædictis nodorum ſequitur, qui non molles in textibus memoratis incurrunt, ideſt in d.§. in amittenda.in d.l.quemadmodum. in d.l. peregre.§. fin.& in d.l.fere.2.infra de reg. iur. Cæterum quo pellucida magis res fiat,diſtinctionem hanc adhibendam in poſſeſſione amittenda cenſeo. Aut de naturali formata,ideſt à ciuili ſemota,aut de naturali informi, cũ ciuili vnita, aut de ciuili tantummodo quæritur, vtrũ animo ſolo amiſſio eius inducatur.

Si quidem de naturali formata dubitatur,aut de iuſta, aut iniuſta intelligimus. Siquidem de iuſta, qua-
391 lis † fructuarij,aut domini vtilis eſt, ius idem ſeruandum,atq; in naturali cum ciuili putem, id quia vnita hæc cum quaſi ciuili poſſeſſione eſt, quæ effectus eoſdem,quos ciuilis parit,vt Bart.alijq; not.in d.l. naturaliter in princ. infra eo.& Fuſius ſupra num.52. 81.128. 324.& num.248.

Sin autem in naturali iniuſta verſamur,qualis ea eſt, de qua in d.l.clam.§ fin.in expedito res videtur,namq; cum nulla ciuilis interueniat, quæ animo retineatur,
392 animo ſolo amitti id nequ t,quod nõ eſt cum† nulla ſit non entis priuatio.l.manumiſſiones.ff. de iuſti.& iure. l.quoniam.ff.de infam.l.nec vtilem, ibi nec enim ff.ex quibus cau.maior.l.remittit.ff. de iureiur. l. ſi concubina in prin.ibiq; gloſſ.in ver.diuortij ff.rerum amo. l.nam,& ſi ſub conditione.§ poſt defectum. ff.de iniuſto teſta. Naturalem planè iniuſtam, quamdiu in fundo eſt, & quatenus ad factum ſpectat,perire non poſſe,nemo dubitat.

393 Sed videndum hic eſſet, quoniam † iuſta poſſeſſio hæc quantum ad tertium eſt.l.fin.infra eod.l.1.§.fin.& ſeq.infra vti poſſid. vtrum animo contra tertium, & l. quatenus iuſta eſt, amittatur,ne multis, improbatam Bartol.opinionem in tractatu naturalis habemus nu. 79.& ſeq. animo hanc non retineri,quo admiſſo, nec animo ſolo eam perire, quamdiu in fundo is eſt, qui naturalem quamuis iniuſtam habet,& quamuis ciuilis quantum ad tertium videatur,rationem tamen ciuilis haberi huius non conuenit, poſtquam à vitioſa, infectaq; radice naſcitur.arg.l.fi.C.de natu.lib.c. ſicut de re iudi c.vulnetato.1.q.1.

In poſſeſſione vero naturali informi, ſeu cum na-
394 turali coniuncta,ſolo † eam animo intercidere. in d. §.in amittenda ratione duplici.Soci.putat nu.7. prior ratio,quoniam ſicut d fficilius,quam ciuilis retinetur, ergo etiam amitti facilius debet arg.eius, quod in pecunia dicitur,ſicut difficilius conſeruatur,quia in rebus connumeratur,quæ ſeruari ſeruando nequeunt,ita facilius amittitur,vt not. in l.1.§.fuit quæſitum.ff.ad trebel. quæ ratio in Socinum regeritur, ſi rationem ſpectamus, quam ob rem difficilius naturalis retinetur, ideſt quia rem ipſam ſemper tenere difficile eſt, cum actus naturales poſſeſſio hæc naturalis expoſtulet. Ratio hæc ad amiſſionem etiam pertinet, vt difficilius etiam intercidat, dum actus ipſi naturales conſtant, ideſt quamdiu rem quis tenet, imò enim impoſſibilem tunc amiſſionem intelligi, demonſtratum ante habemus.num.377.

Altera Socin. ratio ex tex. conſiſtit in l. qui patri. ff. de aeq. hæred. ratione vnionis permitti, quod impermiſſum alias eſt, qui ad rem text.non attinet, quoniã in his regula obtinet,quæ à voluntate hominis pendẽt. Cuiuſmodi tranſmiſſio eſt,vt habetur in l.cum filio.ff. de leg.1.in l.hæredes mei.§ cum ita.ff.ad trebel.de quo genere poſſeſſio naturalis non eſt,quatenus ad factum non etiam ad iuris effectum pertinet, vnde ſicut eius impediri acquiſitio nequit, vt potè ex actibus naturalibus conſtat infra ea.l.§. ſi vir, ita eius induci amiſſio non poteſt,quamdiu actus ipſi naturales durant, ideſt dum fundum quis retinet.

395 Secundo ad rationem hanc reſpondetur, ad † conſeruationem eam pertinere,vt propter vnionem ſubſtitutionis cum iure accreſcendi, tranſmiſſio ſubſtitutionis fiat, per quam tranſmiſſionem ſaluum ſubſtitutionis ius in hæredibus fit. Cauſa alia amiſſionis videtur, quæ fauorabilis non ſimiliter, atq; conſeruatio eſt. Cum facilius conſeruatio, quam amiſſio admittatur.l.patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui,vel alien. iur. Quo circa non rectè à conſeruatione ad amiſſionem Soc. argumentatur, quarum diuerſam rationem eſſe in obſcuro non eſt.

Tertio ſi Socin. rationem admittimus, conſequens fiet,vt naturali perdita,vna ſimul cum ea ciuilis, quoque decedat, vt potè cum naturali vnita, id quidem
396 † in primis, quod digniorem naturalem glo.dijudicat in l.1.§.non alij autem in verſi.retineo.infra de vi, & vi arma.

Quarto naturalem animo ſolo non extingui Soci. ſcribit, cum naturalem ſolam, abſq; ciuili perdere in animo quis habet,ſed enim ratio eadem videtur,cum vna ſimul cum ciuili amittere quiſpiam cogitat, ſi quidem quod impedimentum in naturali abſtracta ſupereſt,idem & in coniuncta reperitur, vnde cum ſeparationem admittant,& ſuo quæq; cenſeri iure poſſit,ius idem naturalis abſtractæ, atq; vnitæ videtur. l. tutor.§.1.ff.de minor.l.miles ad ſororem.§.fi.ff.de leg. 2.Crot.hic nu.34. in fi.

Conſequenter his dicendum, ad naturalem etiam vnitam text.pertinere in d.l. quemadmodum. in d. l. peregre.§.fi.& in d.l. fere. 2.

397 Quod ad ciuilem vero † attinet,vtrum animo ſolo cadat,cum in poſſeſſione quis eſt, Aretini mihi diſcrimen placere dixi,vt inter animum liberum diſtet,atq; coactum, in animo libero locum textui eſſe in d. §. in amittenda. Cauſam aliam coacti eſſe, vt d. l. quemadmodum.d.l.peregre.§ fin.& d.l.fere.2. infra de reg. iuris.

398 Satis hæc quantum ad limitationem † ſecundam erunt,ob metum repulſionis, ciuilem non intercidere, vbicũq; in poſſeſſione alius pro formidoloſo, vel meticuloſus ipſe eſt,in qua limitatione ſenſus obiter textuum incurrit in d.§.in amittenda, & in d. l. quemadmodum,neq; præparandi neceſſitas expulſum, aut meticuloſum in caſu limitationis huius ſecundæ manet.

399 Limitatio tertia ſuccedit, ne ex † repulſionis pauore, aut præparationis omiſſione ciuilis diſpereat, vbicunq;

Digitized by Google

cunque reſtitutio poſſeſſionis ſine armis expulſo promittitur, vel quamdiu de poſſeſſione reſtituenda tractatur. Animi enim ad poſſeſſionem recipiendam deſponſio tunc, aut depulſionis timor non vertitur, ita ſcriptum apud Ruinum legitur in conſ.42. nu.9. verſi. ac etiam tanto minus lib.4.

Quæ ſcripta caſibus his quinq; de poſſeſſione per-
400 denda ſunt, locum tum † obtinent, cum per ſe, aut ſuo quis corpore poſſidet, ibi enim diſtinctio adhibetur, ignorans quis an ſciens occupationis ſit, vtrum à potentiore, an debiliore, aut pari occupatio, expulſiovè fiat. Ius aliud ſeruandum, cum per alium quiſpiam, colonum puta poſſidet. Eo quippè deinde deiecto, poſſeſſione omni ſubinde dominus fraudatur. d.l. 3. §. q̃ ſi ſeruus. d.l.peregre.§.fin.& l.fin.C.eod.titu.c. ex parte de reſcrip.glo.& Doct.in l.ſi colonus infra eod. in cap. olim.1.de reſti.ſpolia.Abb.in conſi.100.in primo dubbio lib.1.& apud nos in conſ.235. in princ. de quo ſupra etiam num.302.390. rationem gloſ.affert in l.1. §. non alij autem in ver.retineo infra de vi & vi arma, q̃ mixta ciuilis cum naturali eſt, quam per colonum dominus retinet, ob id domino ipſo depulſo, neutra perit. Colono planè amoto, vtrãq; cadere, de qua gl. Iaſ. meminit in d.§.in amittenda, de qua etiam ratione in ſequenti mox ampliatione mentio fit.

401 Ampliationem concluſio hæc admittit, vt † non referat, ſciens expulſionis coloni, an non dominus ſit. Poſſeſſionem enim eius vtranq; nihilominus perimi. d.l.peregre.§.fin.Signorol.in conſ.75.num.10. Paul.de Caſtr.in d.l.3.§.quod ſi ſeruus, & in l.interdum. §. fi.infra eod. Diuerſitatis huius rationem per ſeipſum, an alium quis poſſideat, in locis memoratis Caſtr.adſcribit, quod vbi per alium, colonum puta, quis poſſidet, in naturali ciuilis acquieſcit, in eaq; hæret. vnde naturali per eiectionem coloni perempta, non poteſt ciuilis non deficere, quæ coniuncta cum naturali eſt, quæ ratio tacet, quotiens per ſe ipſum dominus poſſidet, in naturali enim ciuilis non reſidet, verum à domini animo, à naturali abſtracta pendet. Quo fit, vt vna deperdita, ſalua altera conſtet. l.ſi domus.ff.de ſeruit. vrb.p̃d. & alia de quibus ſuperius.nu.344.

Diuerſitatis huius rationem aliter Bald. enarrat in conſi 325.dubitabatur in fin.lib.1. Eandem coloni, atque domini perſonam eſtimari, atq; ideo coloni pedibus dominum ſubniti, vnde coloni pedibus ruentibus, aut lapſis, non poſſe vna ſimul cum eo dominum non concidere, de qua Bal. ratione Socin.iun.meminit in conſi.35.poſt princ.lib.3.ſed enim per rationem hanc cõcluſio ſubuertitur, qua enim ratione cum dominus pellitur, ciuilem ſemper non perdit, veluti cum ab æquali vim patitur, ita nec vbi colonus deturbatur, ita diſcrimen vllum Baldo, & Socino iuniori non erit, dominus an colonus eijciatur.

Ex ratione diuerſitatis huius, & ab ea tacente limi-
402 tatio concluſionis decerpitur, ne in colono † locum aut conductore ad tempus longum habeat, quo deiecto, ciuilem dominus non perdit, id quia in naturali coloni, aut conductoris ciuilis non reſidet, verum ab ea diſiungitur, namq; cum ius in re colonus, aut conductor in tempus longum, habeat, naturalem quoq; & ipſam formatam ad exemplum fructuarij, dominivè vtilis obtinet, ciuili apud dominum remanente, ſeparatione igitur ciuilis, & naturalis admiſſa, conſequens ſit, vt colono, aut conductore in tempus longum, eiecto, detrimenti quicquam ciuilis non ſentiat, quæ dominum penes eſt, ne ex ſeparatis illatio fiat, vt in fructuario, & ſimilibus glo. docet in l.1. §. fin. ff. vſufructuarius quem caueat Caſtre.& Alex.in d.l.interdum. §.fin.Calcan.in conſi.29.col.5.poſt med.verſ.in ſecundo vero caſu.Iaſ.in d.l.naturaliter in prin.num.2.& nu. 13.in fi.infra eod. qua ratione igitur fructuario depulſo, ciuili ſua dominus non caret, ita ius idem, & in cõductore probandum ad tempus longum videtur, in quo ratio contingere eadem videtur, ita Ruin. argumentatur in conſi.58.nu.4.in fi.verſ præterea ratio lib. 4. Comparationem hanc conductoris in tempus longum, ad fructuarium, agnoſcere, & Iaſ. videtur in d.l. naturaliter in prin.nu.15.

Cum opinione, & limitatione hac Caſtre.etiam ſentit in d.l.interdum.§.fin.vbi in colono, aut conductore loquitur, qui detinet, hoc eſt domino, non ſibi poſſidet, vt eo depulſo, poſſeſſio omnis domino pereat. Aliud igitur ne quidem obſcurè, in conductore ſentit, qui non detinet, verum naturalem formatam habet, ipſiq; ſibi, non domino naturaliter poſſidet. Qualem conductorem ad longum tempus eſſe glo. ſcribit in l. ſi vt certo.§.ſi duobus.ff.commoda.& in l. ſi quis ante in glo.3.infra eo.Iaſ.in d l.3.§.ex contrario num.48. in d.l.naturaliter in princ.nu.15.idem Oldrad. ſentit in conſi.109.circa fin.Fulgoſ.in conſi.2. in tertio dubio, de quo ſuperius dictum etiam habemus in tractatu de naturali, & in quarta eius parte nu.11°. Itaq; cum ſuo, non locatoris nomine naturaliter conductor in tempus longum, poſſideat, dici non poteſt, in naturali illa ciuilem domini requieſcere, cum ſeparatio inter eas contingat, & ad vtilitatem conductoris vna, ad locatoris altera compendium ſpectet.

403 Sententiæ huic fauere † & Corn. videtur in conſil. 27.col.7.lib.4.Cum inter fructuarium differre, & eum putat, qui precario poſſidet. Concedentis nomine rogantem poſſidere, precarij qualitate adiecta, neque in iure aliquo rogantis, verum in mera concedentis liberalitate, voluntateq; poſſeſſionem ipſam precariam fundari. Conſequenter coniunctam cum naturali ciuilem eſſe, & in detentione, quæ apud rogantem eſt, ciuilem domini quieſcere. Ea ratione per traditionem rei à rogante factam, veram aut fictam poſſeſſionem omnem concedentis amitti. Ius aliud traditionis eſſe à fructuario factæ, per quam ius poſſeſſionis lædi ciuilis non ſolet, id quia coniuncta ciuilis cum naturali fructuarij non eſt, neq; in ea quieſcit. Equè à voluntate proprietarij poſſeſſio fructuarij naturalis non pendet. Vnde ſicut ſeparatio inter poſſeſſionem vnius, atq; alterius vertitur, ita ex amiſſione vnius, alterius ſequi iacturam non conuenit, cum diuerſum ius intelligi ſeparatorum oporteat, idem Ruino placet in conſ. 156.num.5.lib.1. Ratio hæc in conductore ad tempus longum competit, ne cum naturali eius, ciuilis domini poſſeſſio moriatur, quatenus ſeparatio, & in eis inuenitur.

404 Opinionem, ſeu limitationem † hanc expreſſim & Bald.admittit in conſi.325.dubitabatur primo in fi.lib. 1. Sed & fortius conductoris ius in tempus longum, quam fructuarij eſſe, Iaſ. probat in d.l. naturaliter in prin.num.15. Quare ſi fructuarij facto actiuo, vel paſſiuo detrimentum aliquid in ciuili dominus non ſentit. Longè minus damni quicquam accepturus ex facto quo conductoris id genus poterit.

Opinionem diuerſam, vt naturalis interitum, quæ apud conductorem longi temporis, emphitheotamvè eſt, ciuilis etiam ſequatur, neq; ſine altera interire vna nequeat, Ruin. agnoſcit ſui de more diſſimilis in d.conſi.156.num.5 & ſeq.lib.1.ex Ang.& Alexan. in l. quamuis.§ 1 infra eod.vbi inter fructuarium, & emphitheotam, conductoremvè temporis diſtare longi putat, ex facto conductoris, emphitheotævè ciuilem domini intercidere. Quod in facto ſecus fructuarij eſt, Diuerſitatis huius rationem eam eſſe, quod dominum conductor emphitheotavè recognoſcit, penſionem ei quot annis inferendo, ob id in naturali eorum ciuilem domini hærere, aut quieſcere. fructuarius planè dominum non recognoſcit, cum nihil quicquam ei præſtet.

idem ac Ruin.mentione eius, & Decij non facta, qui contrarij Ruino ſunt,non conſulto ſatis Soc.iun.putat in conſi.35. lib.3.

Sed enim diſcedendum à limitatione non puto, quæ ratione inuicta confirmatur, quod ſeiunctæ con ductoris in tempus longum,emphitheotævè,atq; domini poſſeſſiones apparent,neq; in naturali ſeparata, ciuilis permanet naturaliter, ſibique conductore emphitheotavè poſſidente, ciuilem domino obtinente. Atq; ideo extinctioni vnius alteram non cedere. neq; Alex.teſtimonium mutat in d.l.quamuis §.1. num. 5. in fin. Quoniam autoritate gloſſ. mouetur in d.l.ſi vt certo.§.ſi duobus, & in d. l. ſi quis ante infra eod.;quæ Alex.ipſi obſtat,nedum opitulatur], ſi quidem ſeparationem poſſeſſionum admittit, vt naturalem conductor, emphitheotavè ciuilem dominus habeat, quod cum ita ſit, non rectè ex ſeparatis illatio deriuatur, vt
405 vnius fatum ad alteram trahatur Angelo item † & Alex. Bartolus obſtat in d.l.interdum.§.fin.in prin.vbi differre inter naturalem præcario rogantis, & alterius putat in alio enimq; rogante ciuilem perimi ob factũ poſſeſſoris naturalis non putat.

Limitatur ſecundo concluſio memorata, ne locũ habeat, vbicunq; familia cuncta depulſa eius non eſt, qui pro domino poſſidet. Quamdiu enim per aliquẽ res tenetur, aut in re quiſquam ex ſamilia coloni, aut cuſtodis eſt. Salua domino ciuilis remanet Alex.in d. l.peregre.§.fin.in prin.per text.in l.1.§ ſi quis me vi infra de vi & vi arma, citari text. debuit in §. non alij autem,quam limitationem Gozad.;amplectitur in conſ. 86.nu.11. de qua memoria etiam habita ſupra eſt nu. 304.verſi.hoc amplius.

Limitatur tertio, cum expulſus colonus omnino non eſt, verum in conſpectu rei ita adeſt,vt difficilis;ad eam regreſſus non ſit Gozad.in d.conſ.86.num.10.ex Aret.in d.l.quod meo.§ fin.

4o6 Longè minus extinctionem † poſſeſſio domini ſentiet,cum eiectio vlla coloni non interuenit,verum eo non deturbato,ab alio poſſeſſio occupatur,vti ſcriptũ apud Aret.eſt in conſi.31.col.fi. verſ. his modo ſic declaratis,quo cum Dec.ſentit in conſ.103.col. 2.

Ampliationem ſententia hæc Aret.& Decij admittit,vt domino etiam, aut locatore mortuo, obtineat poſſeſſione quippè per occupationem tertij, colono in ea remanente,hæres non fraudatur, vt Deciſio autor Neapol.eſt 325.nu.3.ſed enim verum Are.dictum ita putem,ſi nomine domini colonus poſſidet.

407 Limitatur quarto ne ad expulſionem † coloni trahatur, quæ per iudicem, & in coloni ipſius, non etiam domini perniciem fit. Noxia enim depulſio hæc domino non erit, id quia iuri eius,aut tertij derogare Iudex non conſtituit, quo circa præter expellentis animum,effectum producere expulſio non debet, vt ſcitiſſime omnium Anchar. tradit in conſi 292. videretur prima facie dicendum,quod dicta miſſio,& in cõſ. 233.ſatis inaduertenter. Rom.in conſi.158.nu. 6.verſi. vltimo hoc idem Imola in conſi.55.num.5.verſ.circa ſecundum. Alex.in l.ſæpè num.114. infra de re iudi. In d.l.clam.§.fin.in d l.peregre.§.fin.col.fin.in conſi.5.col. 2.in conſ.52. in fine ſecundi dubij lib.7. Socin. in cap. quoniam frequenter. §. quod ſuper col. penult. vt lite non conte.in conſi.18.nu.29.lib.1. Curt. ſen. in conſil. 72.magnifice num.2.Iaſ.in l. iuſte num.12.verſi. item nec ſi vellet infra eod.& in conſi.186.col.2.lib.2.Ruin. in conſi.12.num.6.circa fin.expreſſius in conſi.58. nu. 4.lib.4.Gomez. in reg.de annali q.4.col.2. pag.589. de quo ſupra etiam nu.327.& infra latius nu.407.vbi Soc. & Ruini incuſatio,& repugnantia].

Sed nec poſſeſſionem domini ex miſſione perimi, quæ contra dominum rite facta minus ſit,demonſtratum ante in limitatione caſus ſecũdi habemus. n.357.

A limitatione hac quarta Soc. diſcedit animo non conſtans in conſi.158.num.16.ver.ſed tamen præmiſſis non obſtantibus,aduſq; nu.22.lib.2. vbi audacia nõ vulgari miſſionem id genus,neque inutilem, neq; iniquam quantum ad creditorem putat,;quæ in re alia, § debitoris ſit, ſi quidem iuſtè ad executionem contra debitorem ipſum aſpirat, in re ipſa demum iniuſtitiã contingere,quod in re aliena hoc eſt non condemnati,neq; citati executio committitur], quæ ;in bonis facienda condemnati erat. Ex eo opinionem hanc Socin.probat,quod vbi contra decretum hoc ſecundum ante interpoſitionem eius tertius opponit,ſummatim auditur,vt de intereſſe ſuo edoceat, quod ſi interpoſitum iam decretum ſit,viam ordinariam iudicij ingredi tertium oportet, vt Bart. docet in d.l. iuſtè col.1.infra eod.Inde diuerſam Anchar.& aſſeclatum eius opinionem Socin. damnat, errorisq. veluti manifeſtarij incuſat.Socino in opinione hac poſteriore Ruin. adſcribit momentariæ,& ipſe voluntatis,in conſi.49.nu. 10.lib.4.

Limitationem hanc quartam deſerendam ob Soc. & Ruini leuitatem non cenſeo, eam enim receptam, & ratione minime imbecilli inſtructam, ex prædictis liquet,neq; Bar.traditione in d.l.iuſte opinio hæc confutatur,quoniam cum Bart.Doc.pugnate,ab eoq; diſſentire Iaſ.ibi ſcribit num.12.verſic. tertio adde ex hac
408 gloſſ.vnde Bar.opinione † eliſa,non poteſt Soc.opinio non cadere,quæ Bart.fundamento nititur. l. 1. ff. de orig. iuris.l.lex vectigali.l.ſe ſuperatus.ff.de pign. l.ſi fundum ſub conditione.§.qui fundum. ff. de legat. 1.l. hactenus in fin.& l.ſeq.ſupra de aqua plu.arc.l.nam origo infra quod vi, aut clam. c.inter dilectos ante fin. de fide inſtrum.& quæ ſcripta ante ſunt nu. 359. iam Socino contrarius Bar.eſt in conſi. 91. de quo in d.l. ſæpè Alex.meminit num. 114. vnde fruſtra in genere Bartoli teſtimonio Socin. vtitur, quatenus Socino ipſi in ſpecie Bar. repugnat.

Secundo ad Bart. præceptionem reſpondetur, qua ſola Soc.fidit, fundamentum locari in ea non poſſe, quoniam effectus hic poſſeſſionis ciuilis vertitur, per executionem, nè aut eiectionem coloni pereat, quæ iuſſu facta prætoris eſt,quam ſi amiſſam non dicimus, effectus incolumes eius erunt, qui in naturali recuperanda,& iuribus alijs conſiſtunt, de quibus in parte proxima ſuperiore dictum ſatis habemus.Cęterum quod ad ciuilem retinendam,amittendamvè ſpectat,;in d.l. iuſtè Bart.non diſerit, verum ſcripturam ſe ait in d. l. peregre.§.fi. vbi verbum de hoc, promiſſionis immemor non facit. Quomodo igitur ad amiſſionem poſſeſſionis. ex Barto. argumentari Socin. potuit, ſed & amiſſam ciuilem non eſſe in d.conſil.158. ipſi ſibi contradicendo,Socin.ſentire quarto infra argumento demonſtratur.

Tertio ſaluam ciuilem in executione id genus manere,ratione coacta oſtenditur; quoniam ſine animo
409 † iudicis, abſens ignoransvè ea non ſpoliatur, cum vltra animum eius effectum actus non producat.l.qualem in princ.ff.de arbitr.l. ſi ex teſtamento in fin. & l. ſi cum argentum in fin.prin.ibi neq; iudex infra de re iudi.& apud nos in conſi.188.nu.7.text.huc pertinet in l. non omnis in princ.ff.ſi cert.petat. in l. obligationum ſubſtantia infra de acti. & oblig. de qua re ſermo prolixior ſuperius habitus in parte ſexta de naturali eſt nu.
410 159. & ſequentibus, iudex planè † ius tertij lædere non creditur.l.2.§ merito, & §.ſi quis à principe. ff. ne quid in loco pub. Bart.in l.2.num.17.ibiq; Bald. nu.14. C.vbi in rem actio.Iaſ.in d.l.iuſtè num.12.Curt.Sen.in d.conſi.72.nu.2.Soc. ipſe in conſi 18. nu.29. lib.1.

Quarto ex Soc.ipſo in d. conſ. 158. opinio eius refellitur,ibi enim nu. 19. in fin.& in ſecundo caſu ab eo diſtincto cum Anchar.& recepta Doc. ſententia facit,

vbi-

Digitized by Google

vbicunq; contra aduerſarium incertum iudicium in-
tenditur,vt in ſpecie.l.fi.C.de ædic.diui Adria.tollen. &
in c.fi.de electio.lib.6. quo caſu culpæ reum, actorem
411 † putat, qui de poſſeſſore non veſtigauit, à quo res
poſſideretur,in quam miſſus ſit,atq; ideo inquiſitione
non facta,irritam executionem fieri,an non ratio hęc
culpæ,& in ſpecie controuerſa vertitur, vt adhiberi in
qui nonem oporteat,debitoris,an alterius res ſit,quæ
in executionem occupatur, vnde niſi caſus diuerſos
in præceptione, & diſtinctione ſua Soc. non facit, di-
uerſitatis ratione vlla non interueniente, cum idem
caſus ęſtimetur,cui ratio eadem eſt.l.illud. ff. ad legem
aquil.l.à Titio,ibiq; poſteriores,infra ď verbo.obl l.his
ſolis, circa fin. ibi ſatis etiam tacitè cautum putamus.
C.de reuoc don.inde dicimus, & alia de quibus ſupra
num.174.266.275. qua ratione dictitant omiſſum ca-
ſum non videri,ratio cui eadem ſit Bal in l.illud.num.
4.C.de ſacroſant.eccleſ. in l. ſi quis non dicam rapere
poſt princ.verſi.dicunt etiam vltramontani.C. de epi.
& cler.in l.curatoris num.4.C.de neg.geſt. in l. per di-
uerſas num.3.C.mand.Alex.in l.gallus.§. & quid ſi tñ
oportet, non ſolum violentiæ clandeſtinitatisve cau-
ſa, ne violẽta, clandeſtina, aut precaria ſit, ſed & ad ani
451 mum iuſtitia hæc † trahitur, ideſt vt eo animo iure
quis reali vtaẽ, quaſi verè id ſibi cõpetere exiſtimet. d. l.
fi. ff. quem. ſerui. amit. d. l. 1. § hæc interdicta verſi ſed &
ſi iure & §. Ariſto inf. de aqua quoti. & eſti. de quo la-
tius dictũ ſuperius eſt nu.441. Conſequenter quaſi poſ
ſeſſionis ciuilis ius ex animo quidem pendet, cũ ſine
animo iuſtitia vel iniuſtitia conſiderari poſſeſſionis
non poſſit. Cæterũ animo quaſi hæc poſſeſſio ciuilis
nõ retinetur, cũ perſonæ ſeruitus non debeaẽ, at rei, in
qua animus non eſt. Si dixeris, ergo ſine quaſi poſſeſ-
ſione ciuili præſcriptio fiet. Rñdet Bar. q̃uis aĩo quaſi
poſſeſſio ciuilis non retineaẽ, quaſi poſſeſſionẽ tñ na
turalem à fundo dominante retineri & conſeruari, ex

qua naturalis retentione, conſeruationeq; ſi iuſta eſt, præſcriptio à fundo ipſo impletur, fundo enim ipſi præſcriptio tribuitur, fundusque præſcribere ipſe dicitur ob cauſam ſeruitutis continuam, ſimiliter vt fundo ipſi in iure reali ſententia datur.l.qui aliena. in fin. ff.de nego.geſt.

Inde fit, vt cauſa alia ſeruitutum realium ſit, quæ
453 cauſam continuam non † habent, in quibus quia ratio prædicta quaſi poſſeſſionis naturalis retinendæ, conſeruandæve ceſſat, locum præſcriptio non habet. l. foramen. ff.de ſeruit. vrban.prædio. vbi duo principaliter tex. ille præſtat,

Primum, differentiam oſtendit circa præſcribendi ius inter ſeruitutem, quæ cauſam continuam & quæ non continuam habet ſecundo declarat, quæ ſeruitus cauſam continuam habere & non continuā dicatur.

Si dixeris, differentiam hanc inter ſeruitutem cauſę continuæ & non continuæ veram nō videri, quoniā & ſi continuari quaſi poſſeſſio naturalis in cauſa diſcontinua non poteſt, Attamen cum ciuilis opus poſſeſſio ſit, ſeu ciuilem eſſe quaſi poſſeſſionem oporteat, animo eam continuari & retineri. l.licet. C. eo. titu. Reſpondet Barto. & ſi maximè ciuilem ideſt iuſtam eſſe quaſi hanc poſſeſſionem oporteat, eam tamen animo non retineri neque continuari, id quia à re rei, non perſonæ ſeruitus debetur, à re planè animus abeſt, a quo fieri continuatio, aut retentio quaſi poſſeſſionis poſſit. Eam ob cauſam non niſi tempore antiquiſſimo id genus ſeruitus quæritur, cuius inicij memoria non ſit. Hæc ſunt Barto. dicta in loco hoc ſaneque lubrico.

In dictis his duo principaliter Bar. ſentit, Primum. ſine ciuili quaſi poſſeſſione præſcriptionem iuris realis non procedere, quamuis cauſam continuam habeat. Secundum. Ciuilem hanc quaſi poſſeſſionem animo non retineri, Conſequenter ex ciuili hac præſcriptionem non perfici, verum ex naturali quaſi poſſeſſione, quam fundus retinet & conſeruat. Namque cum à fundo præſcriptio fiat, præſcribere fundus niſi ex naturali non poteſt, quandoquidem ciuilis cadere in eo nequit, Ciuilem tamen eſſe naturalem hāc oportet, à qua violentiæ, clandeſtinitatiſque vitium abſit, & quæ precaria non ſit.

Cum Bar. Iaſ.hic pugnat num.73. Bar. quæ opin. à partibus ſatis enumeratis pulſat. Ea enim ſententia Bart. eſt, vt à fundo ipſo præſcriptio iuris realis impleatur, quod cauſam continuam habet idque ex naturali, quæ à fundo retinetur, dum ciuilis tamen quaſi poſſeſſio, ideſt iuſta interueniat. Conſequenter dum iuſta modo illa quaſi naturalis ſit, quam fundus conſeruat, Sed enim aut apud fundum ipſum eſſe ciuilem hanc dicimus, Aut apud dominum fundi præſcribentis, ſi apud fundum, fieri iſtud non poteſt, vtpotè qui animum non habet, Sin autem apud dominum fundi quaſi poſſeſſionem eſſe ciuilem aſſerimus, vtique à domino ipſo, non à fundo præſcriptio fiet, quæ à ciuili ipſa deſcēdit, & quæ poſſeſſione ſeu quaſi carere ciuili nō poteſt, quod ſi à domino ex ciuili ſit, ius idem ſeruandum & in cauſa diſcōtinua erit, ſiquidem continua ciuilis ob animum ſit,

Argumenti huius fortitudine Bartoli mentem eam fuiſſe Iaſ. explicat, vt fundus quidem præſcribat, animo tamen ſcientiaque domini fundi præſcribentis, initio interueniente, & tali quidem animo vltra Iaſ. vt tanquam iure ſuo initio ipſo quis vtatur d.l. fin. ff. quem ſerui. amittan. & alia, de quibus ſupra nu. 451. Cæterum initio hoc admiſſo, ideſt poſtquam rectè ita incoata præſcriptio eſt, à fundo eam ex naturali ſola compleri, videlicet cum cauſam continuam ſeruitus habet, ita vt ex actu naturali continuo præſcriptionē implere fundus poſſit, vt in tigno immiſſo, in aqueductu, quotiens aquæ continuus fluxus eſt. vel ſi habitu aut aptitudine eſſe continua cauſa poteſt, vt in Stillicidijs & Aqueductu ex riuo perenni iuxta tex. in d.l. foramen. Cauſam aliam ſeruitutis diſcontinuæ eſſe, in qua poſſeſſio naturalis continuari à fundo non pōt. Ibi enim quaſi poſſeſſione vtraq;, continuaq; ceſſante, ideſt ciuili & naturali, non poteſt præſcriptio non ceſſare. Proinde ius id reale quæri niſi tpe pervetuſto non poteſt, initij cuius memoria vlla non ſit.

Senſus iſte Iaſ. ſatis mihi non facit. Bart. enim id velle putat, vt ſatis ciuilis quaſi poſſeſſio initio ipſo ſit. ita vt à fundo ipſo ex naturali ſola abſque ciuili præſcriptio finiatur. At enim ſi ea Bartolo ſententia fuit, ex naturali ſola vſucapionem perfici, expreſſum id iure non legitur. Eam ob rem † nihil opinio habenda, quæ iure non iuuatur. l. 1. in fi. ff. de ſenator. l. 3. in fi. ff. de præuaricator. l. diſſentientem C. de diuor. l. illam. C. de collatio. l. certa forma. C. de iure fiſci. lib. 10. & exempli eiuſdem alia.

Secundo & ſi rei non perſonæ ſeruitus debeatur, neque animus conſiderari in re poſſit, Attamen cum neceſſaria ciuilis initio ſaltem, ſecundum ſenſum hunc ſit, in perſona vero, non in re ciuilis cadat, Cur non à domino fundi præſcriptio impleri, potiuſquam à fundo ipſo dicitur. cum potētior naturali ciuilis ſit. & potentiſſima rei cuiuſque pars initium debeatur. l. 1. ff. de origi. iur. Tex. huc pertinet in l. quærit. ff. de ſta. ho.

Tertiò ſi ciuilem neceſſariam initio ipſo Bar. ait, &
454 ex naturali præſcriptio † impletur, à ciuili ipſa impleta, non ex naturali implente fieri denominatio debet l. ſi ita fuere ſtipulatus. §. 1. & l. ſeq. infra de noua. vbi cū mutua pecunia datur, & ſtipulatio incontinenti adijcitur, ex ſtipulatione, non ex numeratione agitur, id quia ad ſtipulationem implendam numeratio fit. Idē ex tex. probatur in l. ex placito. C. de rerum permu. vbi ex pacto de permutando, non ex traditione inde ſecuta actio naſcitur, cū pacti implendi cā traditio fiat, tex. huc quadrat in l. 1. circa fi. C. de impo. lucra. deſcri. lib. 10. à primordio tituli poſteriorem euentum formari,

Quarto ſi potens ciuilis ad præſcriptionem incoandam iuris realis eſt, neq; ciuili ipſa carere præſcriptio poteſt, an non potentior eſſe ad eam perficiendam de
455 bet, cū facilius † quid perficiatur, q̃ nouum incoet. l. nam & ſeruius. §. ſi viuo. ff. de nego. ge. l. ſi quis. §. 1. ff. de ritu nup. l. cœptam inf. tit. c. l. fin. inf. de oper. publi. De quo ſupra etiam nu. 314.

Quinto Bartolo obſtare Bartoli ipſius argumentū videtur, quod diſſolutum ab eo non eſt. Tantū enim opi. ſuam profert, contrarijs non profligatis. Ciuilem enim quaſi poſſeſſionem in ſeruitutibus realibus admitti, quod ſi verum ſit, locus præſcriptioni in ſeruitutibus etiam erit, in quibus continua cauſa non eſt, Siquidem ad naturalem quaſi poſſeſſionem cauſa illa diſcontinua, non ad ciuilem ſpectat, continua quippe ciuilis ob animum haud dubie continuum eſt.

Si dixeris, ad rem ciuilem in cauſa diſcontinua non attinere, ꝙ à fundo præſcriptio, non à domino fiat, in fundo planè ciuilem non cadere. Cum animum non habeat. Reſpondetur, ratione hac admiſſa, nec initio ipſo ad rem ciuilem pertinere, ꝙ a fundo, nō à domino præſcriptio fiat. Quorſum enim ciuilem in præſcriptione exigere, quæ à re inanimata, non ab homine fit, Quod ſi ciuilem ob id initio ipſo deſideramus, ꝙ perſonæ cauſa fundus præſcribit, Ratio hæc facit, vt ex ciuili æque perfici, atque incoari præſcriptionem oporteat. Quo circa arguta pernimia ſubniti Barto. hæc cogitatio videtur.

Vnde ſecundo modo Bart. mentem obſcurè adeo Iaſ. interpretatur, nu. 75. & ſeq. vt quid mentis Iaſoni ipſi fuerit, nec ipſe teneret, Sed & ſecū pugnare in hoc

ſecun-

ſecundo intelligendi modo Iaſ. videtur. Principio enim differentiam inter cauſas memorat continuã, & diſcontinuam. Deinde ex differentia ipſa ad mentẽ Bar. exponendam in modo ſecũdo infert. Differentiã porrò inter ſeruitutes reales, cauſa quibus continua, & diſcontinua eſt, eam aſſerit, quod in his, quæ cauſã continuam habent, actu ipſo continuo in quo factum hominis non exigitur, quaſi poſſeſſio inducitur. de quo genere ſeruitus aquæductus, ſtillicidij recipiendi tignivè immiſſi, aut iniuncti eſt, ſic à perſona quaſi poſſeſſio non naſcitur, cum debitã perſonæ ſeruitus non ſit. Eque à re ipſa quaſi poſſeſſio non exiſtit, vtpotè quæ acquiri ſine animo nequit. quem res inanimata non habet. Ex actu igitur continuo quaſi hæc poſſeſſio deſcendit, neq; de animo ibi quærendum, cum neceſſarium hominis factum in actu continuo non ſit. Ratio alia cauſæ diſcontinuæ eſt ſecundum Iaſonem, in qua ex actu continuo produci quaſi poſſeſſio nequit. vnde cum neq; à perſona, cui debita ſeruitus non eſt, neq; à fundo qui animum non habet, neq; ab actu continuo produci quaſi iſta poſſeſſio queat, conſequens ſit, vt quaſi poſſeſſione ceſſante, pręſcriptioni eſſe locus non poſſit. Quam ſine poſſeſſione nõ procedere ſcriptum ſuperius eſt nu. 233. & ſignificantius nu. 262. Ea propter ius hoc reale acquiri niſi tempore vetuſtiſſimo non poterit, memoriam cujus vetuſtas excedit. ſi dixeris, præſcriptioni & tunc locum eſſe, quamuis tempus maius expoſcat. Reſpondet. Iaſ.
456 præſcriptionem ipſam † inficiando, ideſt præſcriptione tum aliqua ius quæri, verum ex titulo ſeu conſtituto præſumpto, quoniam tituli vice tempus tam antiquiſſimum eſt, perindeq; res iudicatur, vt ſi expreſſim ius ſeruitutis conſtitutum à domino fundi ſeruientis ſit. d. l. ſeruitutes la grand, quæ ad rem non attinet. l. hoc iure. §. ductus aquæ ſupra de aqua quotti. & eſt. c. ſuper quibuſdam. § præterea de verb. ſigni. c. 1. in fi. de peſcrip. lib. 6.

Ex differentia hac ita declarata ad ſenſum alium Bartoli Iaſ. infert. Hoc eſt ſicut à fundo ipſo præſcriptio fit, ita niſi cauſam continuam ſeruitus habeat, locum præſcriptioni non eſſe, cum poſſeſſio continua non interueniat, neq; animo retineatur. Atq; ideo niſi tempore illo vetuſtiſſimo ius reale per fundum ipſum non acquiri. Id quia quaſi poſſeſſio ciuilis opus in tanto tempore non ſit, quaſi ex titulo tunc conſtituto, non ex præſcriptione acquiſitio iuris fiat. Cæterum vbi neceſſaria præſcriptio eſt, hoc eſt vbi tempus hoc vetuſtiſſimum ceſſat, ſine quaſi poſſeſſione ciuili procedere præſcriptionem non poſſe. quæ ex ſcientia pręſcribentis inducitur, ideſt vt ſciat, aut credat, ius ſibi competere, & tanquam ex eo iure actus quaſi poſſeſſorios exerceat, ſic quomodo ſcriptum ante eſt numero. 451.

Modus iſte ſecundus Bar. mentis explicandæ à primo differt. quoniam in primo neceſſaria ciuilis ad præſcriptionem perficiendam non eſt, dum inicio tamen ipſo interueniat. Per hunc ſecundum modum tempore omni neceſſariam ciuilem innuitur, ideſt vbicunq; præſcriptionis cauſa vertitur. Neceſſitatem ciuilis non alias remitti, niſi cum neceſſaria præſcriptio non eſt, quod in tempore tam vetuſtiſſimo contingit. Conſequenter his dicendum, ſine ciuili ſeruitutem realem non præſcribi, quamuis cauſam continuam habeat.

In ſecundo hoc intelligendi modo implicatius ſe Iaſ. inuoluit, quam vt pedem efferre inde poſſit. vicijs quæ permultis ſenſus iſte ſcatet. Principio enim Bar. verbis mentiq; euidenter contradicit, qui ex naturali abſq; vllius animo à fundo ipſo impleri præſcriptionem ait, cauſa continua interueniente. Iaſ. planè ciuilem ſemper, & in cauſa continua expoſtulat, vbicunque ex præſcriptione ius quærere quiſpiã propoſuit. Secundo ipſi ſibi Iaſ. contradicit. qui in illatione ipſa neceſſariam ciuilem ſemper in præſcriptione exiſtimat. Cæterum in dictis ſuis, vnde illationem hanc deducit, ex actu continuo in quo factum hominis non verſatũr. non à perſona, neq; à fundo poſſeſſionem induci putat, ex qua præſcriptio fit. Atqui ciuilis hæc eſſe non poteſt. quæ conſtare niſi ex animo non poteſt. Animum planè actus iſti continui ſine facto hominis, non habent.

Tertio ſobrius mihi in re hac ſatis Iaſ. videtur, qui differre inter actum cõtinuum, & fundum putet. quaſi poſſidere magis actus continuus quam fundus poſſit, cum res vtrunq; inanimata ſit.

Quarto ſenſum hunc Iaſ. Ripa hic damnat nu. 40. quaſi conſequentia hac Iaſ. vtatur, ſeruitutem diſcontinuam idcirco ciuiliter quaſi non poſſideri, quia non præſcribitur. ſed ex titulo eam præſumpto acquiri. in ſtãtiam enim malæfidei poſſeſſore Ripa obijcit, apud quem ciuilis eſſe poſſeſſio poteſt tamen, & effectu pręſcriptionis vacua. Sed enim conſequentia hac Iaſ. nõ vtitur, immo contraria, Idcirco locum præſcriptioni cauſa diſcontinua non eſſe, quod quaſi in ea poſſeſſio non cadit. cum animum fundus non habeat, qui poſſidere continuè poſſit.

Apparet ex his, argumentum Iaſ. contra Bar. à partium enumeratione ſupra factum per neutrum Iaſ. ſenſum confutari. ideſt cum neceſſariam ciuilem in ſeruitute continua Bar. dicat, ſimiliter vt in rebus corporalibus, aut apud fundum eã eſſe, aut apud dominum fundi præſcribentis dicimus. Apud fundum non eſſe, in expedito eſt, cum animum non habeat, quo carere ciuilis non poteſt. ſi apud dominum, ergo à domino ipſo, non à fundo vt Bar. putat, præſcriptio fiet, Conſequenter locus præſcriptioni huic, & in cauſa diſcontinua erit, quandoquidem continua poſſeſſio propter animum ſit.

Argumentum hoc Ripa hic admittit, ideſt vt ciuilis iſta, quæ neceſſaria ad præſcriptionem eſt, apud dominum non apud fundum ſit. & ea ratione æque in ſeruitutibus realibus diſcontinuis, atq; continuis verſari, aut cadere ciuilem poſſe, continuamq; ciuilem hanc ob animum dici, qui continue quaſi poſſidet neq; id à Bar. negari Ripa ſentit.

Si dixeris, hoc admiſſo, vtiq; locum præſcriptioni, & in cauſa diſcontinua eſſe, ſiquidem ad rem non attinet, diſcontinuam cauſam eſſe, dum continua tamen quaſi poſſeſſio ſit, ſimiliter vti monſtratum ſupra in ſeruitute perſonali habemus. Reſpondet Ripa. Bar. mentem aliter, atq; factum à Iaſ. ſit, explicando idcirco præſcriptioni locum in ſeruitute diſcontinua nõ eſſe quoniam non animus ſolummodo, ſed & vſus continuus neceſſarius in præſcriptione ſeruitutis realis eſt. Continuus planè vſus in ſeruitute eſſe diſcontinua non poteſt. Expreſſius ſenſum hunc Ripa explicaſſet, ſi ſcriptum ab eo fuerat, non ciuilem quaſi poſſeſſionem tantummodo, ſed & naturalem neceſſariã in iuribus præſcribendi realibus eſſe. Quid aliud enim eſt, vſum continuum in reſcriptione deſiderare, atq; naturalem ipſam quaſi poſſeſſionem, quam fundus ipſe in ſeruitute continua exercet.

Senſus iſte Ripæ ſenſu deterior. Iaſ. videtur. Principio enim, & verbis, & ſententiæ Bar. reſiſtit, cum Ro
457 fre. opi. impugnauit, Idcirco enim † impugnauit, quoniam niſi ex ciuili vſucapionem impleri Roſre. credidit, cum ex ciuili ſola in iuribus etiam realibus vſucapio procedat. d. l. 1. in fi. de aqua plu. ar. & d. l. 1. C. de ſeruitu. Sed enim opi. hanc nihil eſſe Bar. ait, vtpotè qua admiſſa, locus præſcriptioni, & in iuribus diſcontinuis erit. ſic ciuilem hanc in iuribus realibus quãtum ad præſcriptionem perficiendam Bar. negat, quã Ripa admittit.

Secundo

Digitized by Google

Secundo caſus diuerſos in ſenſu hoc tantummodo
Ripa facit, diuerſitatis ratione vlla non expreſſa, Cur
neceſſaria magis poſſeſſio vtraq; in iuribus realibus,
quam perſonalibus ſit contra glo. in l. ſed & ſi lege. §.
item ſi rem diſtraxerit in ver. habeant.ff.de peti. hære-
di. Bar. in l.4 §.Cato in nona oppoſi.infra de verb.obl.
& alia, de quibus ſupra nu.174.266.275.& nu.411.ver.
vnde niſi. caſus diuerſos, ſed & contra dicendum po-
tius foret, neceſſariam magis poſſeſſionem vtranq; in
458 iure perſonali, quam reali eſſe, cum † facilius reale,
quã perſonale quæratur.l.ſi aqueductus.ff.de contrah.
emp. l.forma.§.quamquam infra de cenſ.iuncta.l.fi.§.
fi.ff.de contrah. emp.

Tertio rationi æquitatiq; naturali contrarius ſen-
ſus iſte Ripæ eſt. Etenim ſi ſatis ciuilis ſola ad domi-
nium plenum præſcribendum in rebus corporalibus
eſt, in quibus præiudicium maius verſatur, quanto
magis ius idem ſeruandum in iuribus iſtis realibus præ
459 iudicij leuioris, erit. Quam † rationem maioris mi-
norisvè ꝑiudicij in ſpecie hac vſucapionis obſeruari.
tex.oſtendit inſti. de vſuca.in prio.vbi tempus breuius
vſucapioni mobilium conſtitutum quam immobiliũ
eſt. Quod ratione factum alia non eſſe, Doc. ibi ſcri-
bunt, quam ꝙ diſpendium leuius in mobilibus verti-
tur. Ea propter ſi ciuilem hanc in iuribus realibus ad-
mittimus, ſic quomodo viſum Ripæ eſt, cum ciuilis
ſola ad præſcribendum ſufficiat, Præſcriptioni, & in
iuribus realibus diſcontinuis nõ locus eſſe nõ poterit.

Apparet ex his, argumento ante obiecto eripi Bar.
non poſſe. Ideſt vt qua ratione nihil eſſe, Rofredi opi-
nionem dixit, ex quaſi ciuili præſcriptionem iuris rea-
lis induci, ita refelli, & Bar. ſententia poſſit. Idcirco
enim Rofre. opinionem Bar. deridet, nihiliq; eam
facit, quod ea admiſſa, ideſt ciuili poſita locum præ-
ſcriptio, & in iure reali diſcontinuo habebit, idq; ſer-
uituris perſonalis exemplo, in qua diſcontinua haud
dubie cauſa verſatur. Ad rem enim cauſa diſcontinua
non attinet, poſſeſſione ciuili interueniente, quæ con-
tinua propter animum eſt. Qua igitur ratione ob de-
fectum ciuilis in ſeruitute diſcontinua locum præſcri-
ptio non habet, ita nec in continua habere locum de-
bebit. Quod ſi in continua ciuilem admittimus, tan-
tundem probaodum, & in non continua erit. Cum
rationẽ eandem caſus vterq; habeat, ſiquidem à re rei
ſemper ſeruitus debet. cur minus igitur. in non conti
nua quam in cõtinua ſeruiture ciuilem agnouerimus.

Vnde ſenſum alium Bartolo fuiſſe, atq; expreſſum
à Iaſone, Ripavè ſit, haud dubie arbitror. Duo enim
Bar. ſentit, ſi mentem eius penitiorem intuemur. Pri-
mum, effectum vſucapionis in iuribus iſtis realibus
poſſeſſioni ciuili tribui, quandoquidem ciuilis ſola
effectum vſucapionis parit. Secundo, quia continuã
poſſeſſionem eſſe in re præſcribenda oportet. d. l. ſer-
uitutes la grand. & continua ciuilis hæc eſſe ſeu retine-
ri per animum nequeat, cum à re rei, non perſonæ de-
beatur, continuatioo em ſeu retentionem eius ex natu
turali ſola per fundum fieri, cum effectum retinendi
naturalis habeat. Conſequenter quamuis inicio ciuilis
acquiri ſine animo non poſſit, acquiſita tamen animo
interueniente, per naturalem ſolam retinebitur.

Ad quem modum intelligendo, ſequentia inferun
tur. Primum, verum eſſe, quod Bar. ait, à fundo ſolo
præſcriptionem fieri ideſt, ex naturali illa fundi, per
quam ciuilis conſeruatur.

Secundo ratio infertur, quam ob rem locus præſcri
ptioni in iure reali non ſit. cauſam quod diſcontinuã
habet quoniam locus retentioni, aut continuationi
eſſe ciuilis non poteſt, non per animum, cum perſonæ
non debeatur. Non per naturalem fundi, cauſa conti
nua non interueniente.

Tertio ratio infertur cur, opinio defendi Rofredi
non poſſit, & quamobrem nihili eſſe Bar. putet. Quo-
niam de ciuili Rofre. ſenſit, quæ animo retinetur, &
cõtinuatur. At enim animo hic retineri non poteſt,
cum rei, non perſonæ debeatur. Rurſus ſi animo eã
retineri dicimus, conſequens fit, vt præſcriptioni lo-
cus, & in iure reali diſcontinuo ſit.

Dixerit hic aliquis, ſecundum ſenſum hunc poſ-
ſeſſionem vtranque neceſſariam, ideſt ciuilem quæ
effectum vſucapionis parit, & naturalem, per quam
retentio, aut continuatio ciuilis fit. Conſequenter ſen
ſum hunc eundem, atq; Ripæ videri. Reſpondetur,
de ciuili Ripam intelligere, quæ ex animo conſtat, &
quæ animo retinetur, quam ſolam ſatis ad ius reale
continuumq; præſcribendum non putat, verum, &
vſum quoq; cõtinuũ exigi. Quod iuri repugnare ante
mõſtrauimus. nu.457.& ſeq. Ad ciuilem ſenſus noſter
ꝑtinet, quæ per animũ ſemel quæſita à naturali fundi,
non per animum ipſum conſeruatur. Mentem hanc
Bartolo fuiſſe omnino arbitror. Quod ſi per naturalẽ
fundi conſeruari ciuilem non admittimus, quomodo
locum præſcriptio ſine ciuili locum habere, aut ciuili
ipſi effectus tribui præſcriptionis poterit.

Sed dicturus aliquis erit, etiam ſenſu hoc Bar. ad-
miſſo, contrarium ſui ipſius cum videri. qui ciuili ipſi
effectum præſcriptionis primum tribuit, mox à fundo
impleri eam ait. Qui poſſidere ciuiliter Reſpondetur,
contradictioni Bartolum eripi. Cum à fundo præſcri-
bi dicit, ad exercitium ſeu ad vſum, prout in facto eſt
id pertinet, quoniam fundus ipſe naturaliter ex acti-
bus continuis poſſidet, ex qua naturali ciuilis conſer-
uatur. Cum de effectu loquitur de præſcriptione per-
fecta ſentit, effectum eius ciuili tribui, quæ per natura
lem fundi conſeruatur.

Obſeruandum in ſenſu hoc, & ſi propior conſenta
neusq; magis Bar. verbis videtur. opugnationibus ta-
men eum ſubiici, quibus prior improbatus Bar. ſen-
ſus eſt. Namq; ſi neceſſarius animus atq; adeo ciuilis
ad præſcriptionem incoandam eſt, quamuis rei non
perſonæ ſeruitus debeatur, cur non, & animo conſer
460 uari ciuilis iſta poterit, cum facilius † res conſeruetur
quam noua iudicatur l. patre furioſo.ff.de his qui ſunt
ſui vel alie. iuris. l. vt pomum. §. 1.& l. pro parte.ff.de
ſerui. & alia, de quibus ſupra nu.16.41. in fi. ra 1.208.
220.& nu.416. Neq; mutat, eo animo retineri ciuilem
non poſſe, quia debita ſeruitus perſonæ non eſt, quo-
niam ratione hac admiſſa, conſequens fit, neq; inicio
ipſo ad ciuilem hanc inducendam neceſſarium animũ
eſſe ſemper enim dici poſſet debitam perſonæ ſeruitu
tem non eſſe.

Secundo ſi rationem hanc Bar. admittimus, conſe
quens fieret, cum ſine patientia domini fundi ſeruien-
tis induci quaſi poſſeſſio nequeat, vt ſatis ſit, inicio ip-
ſo patientiã interueniſſe, neq; ad rem attinere, ſi po-
ſtea contradicat, cum poſſeſſio ſemel ex patientia ac-
461 quiſita per fundum dominantem retineatur. Sed † n.
ex contradictione præſcriptionem ſeruitutis interrum
pi incertum non eſt. l. ſequitur. §. ſi viam infra titu. 1.
l.2. Ibiq; Bal. in quarto nota. C. de ſeruitu. Bar. in l. na
turaliter nu.27.infra titu. 1. Ang. in l. cum notiſſimi. §.
Immo. C. de præſcrip.30.an. Alex. in conſ. 108.col.2.
circa med. verſi. vnde videmus.& nu.10.verſi. vltimo
reſpondeo lib.2. Ratio inferius ſubiungitur nu.513.

Ea propter aliter difficultas hic explicãda. Rei cuius
462 gratia ſciendum eſt, ciuilem † hanc poſſeſſionem,
quæ animo retinetur, modo quodam ciuili à lege in-
troductam. Immo enim fictè rem animo poſſideri, ſi
ad actum ipſum poſſidendi ſpectamus, ex his quæ
Soci. hæc ſcribit nu.41.verſi. & poteſt hoc etiam ratio
ne comprobari, & Hormanocti. nu. 74. in fi. contra
Imolam. Alex. & recentiores, quãuis propoſitum nõ
ſit, dictum hoc in præſentia excutere. lex planè natu-
ram,

Digitized by Google

ram, quod poteſt, imitatur, neq; fieri quicquam à lege poteſt, quod natura non patitur. l. adoptio. ff. de adoptio. §. minorem inſti. eo. titu. d. l. 3. §. ex contrario Ibiq; Iaſ. in quarto nota. infra. eo.

463 Secundo monendi † ſumus continuam poſſeſſionem in præſcriptione exquiri. d. l. ſeruitutes la grand. l. 3. l. naturaliter. l. nunquam. §. 1. & l. ſi is qui pro emptore. §. ſi quis bonafide infra titu. 1. & alia ſuperius ad ſcripta nu. 243 ſignificantius nu. 262. & infra num. 511. vbi illegitima poſſeſſio declaratur, quæ interrupta ſit. His ita prænarratis conſequens fit, vt ſicut naturaliter continue quaſi poſſideri iura non poſſunt, quæ cauſã continuam non habent, ita ciuilis in eis quaſi poſſeſſio non cadat. Ciuilem enim in cauſa diſcontinua introducere lex noluit, in qua locus eſſe naturali continuæ non poteſt. vnde niſi in iuribus realibus ciuilis admiſſa per legem non eſt, in quibus continua verſari naturalis poteſt, id eſt quæ cauſam continuam habent, vt ad naturam ipſam legis diſpoſitio accedat.

Si dixeris, cauſa huius continuæ rationem non habendam, vt ciuilis inducatur, poſtquam ab homine ipſo actus iſti continui non fiunt. Reſpondetur, ſatis legi fuiſſe ad ciuilem inducendam, potentiam continue poſſidendi natura ipſa interuenire ſiue ab homine, ſiue à re ipſa actus iſti poſſeſſorij fiant.

Dixerit hic aliquis, impoſſibilitatem hanc continue poſſidendi in iure etiam perſonali verſari quod continuam cauſam non habet. Atqui ciuilem in eo à lege admitti. Reſpondetur, impoſſibilitatem, hanc inficiando. Namq; cum perſonæ debeatur, ſtatim vt ciuilis nota ex actu vno naturali eſt, animo ea ſemper retinetur, qui continuus eſt, & continue poſſidet. Ratio alia iuris realis, & diſcontinui eſt, quod rei debetur, in quo continua verſari poſſeſſio ciuilis nequit. non ratione rei, quæ animum non habet, à quo retineri ciuilis poſſit non ratione cauſæ, aut iuris, quod continuũ non eſt, non deniq; perſonæ ratione, cui debitum ius reale non eſt. Vnde ſicut impoſſibilis quaſi poſſeſſio naturalis in iure reali diſcontinuo eſt, ita in eo admitti ciuilis non poteſt.

Secundo reſpondetur, impoſſibilitatem hanc continue poſſidendi in iure perſonali non ſolum ratione animi non verſari, ſed & rei ipſius ratione continuam quaſi poſſidendi cauſam admitti, quoniam coniuncta quaſi poſſeſſio ciuilis ſaltem inicio ipſo cum naturali atq; formali eſt, vnde originem ducit naturalis planè fructuarij continua eſſe poteſt, cum rem ipſam naturaliter poſſideat, vnde fructus capiuntur, & vnde quaſi iſta poſſeſſio ciuilis deſcendit. ſic impoſſibilitas vlla in naturali ipſa non cadit. Quocirca mirum non fit, ſi quaſi ciuilis admitti in ea ſolet, quæ animo continue retineatur, quandoquidem cum naturali conſiſtere ciuilis iſta poteſt, in qua naturali impoſſibilitas vlla non vertitur. Ratio alia iurium realium, & diſcontinuorum eſt, in quibus etiam ſi originem eorum intuemur, id eſt naturalem, vnde ciuilis gignitur, continua eſſe poſſeſſio non poteſt, cum rem ipſam is non poſſideat, qui ius hoc reale vendicat. Impoſſibilitate igitur continue quaſi poſſidendi in iuribus realibus interueniente, quaſi poſſeſſio in eis introduci ciuilis non potuit, quæ animo retineatur, cum fieri id per naturam non poſſit.

Conſequens prædictis fit, in iuribus his realibus diſcontinuis ciuilem quaſi poſſeſſionem nec inicio ipſo competere quoniam, & ſi inicio ipſo verſari naturalis poſſit continuationem tamen naturalis hæc non recipit. vnde abſurda res viſa eſt ciuilem ibi continuam amitti, vbi continuatio cadere non poteſt. non ciuiliter de eo lex conſtituat, quod naturæ repugnat. Inde
464 videmus † ſuper impoſſibili fictionem à lege non introduci. l. qui ad certum. ff. loca. l. certe in princ. infra de precar. glo. & Doc. in l. Gallus. §. ſi eius in glo. vlti. verſi. nec obſtat quod vere. ff. de lib. & po. Bar. in l. ſi is qui pro emptore num. 21. & ſeq. infra titu. 1. Ibiq; Crotus intra alia citat nu. 77.

Sed ſcrupuli hærere nonnihil adhuc videtur. Ratio quidem demonſtrata, quamobrem in iure reali continuo quaſi poſſeſſio ciuilis cadit, id eſt quia naturalis in ea continua verſatur. neq; impoſſibilitatis quicq̃ interuenit. Enimuero ciuili hac admiſſa, quæ ex animo conſtat, continuatio eius fieri per animum ipſum deberet. Atqui à naturali ipſa fundi continuationem hanc fieri tex. oſtendit in d. l. qui fundum. ff. quemadm. ſeruit. amit. & d. l. 1. §. quæſitum eſt infra de aqua quot. & æſti. ex quibus iuribus ita hic Bar. notat.

Reſpondetur, inficias eundo, continuationem hãc ciuilis per naturalem fieri, cum nihil prohibeat, per animum eam fieri, poſtquam per animum ipſum inicio acquiritur. Quod ſi per animum acquiſitio fit, longe magis conſeruari, aut continuari per animum cũ
465 facilius † quid continuetur, quam nouum inducatur. l. ſi ſub vna. §. 1. & l. pen. §. 1. infra de verb. obli. c. literis de reſcrip. Bal. in conſ. 137. dominus Iordanus, col. 2. poſt med. verſi. pro iſta conſequentia facit lib. 2. Calderi. in conſ. pen. col. 2. de feudis.

Neq; ll. mouent ex diuerſo citatæ in d. l. qui fundũ, & in d. §. quæſitum eſt. tex. enim in d. l. qui fundum in iure iam quæſito loquitur, quod conſeruari non ſolum per bonæfidei, ſed & malæfidei poſſeſſorem atq; fundum ipſum ſi cauſam continuam ius habet, per fluxum aquæ tex. ait. quæſtio noſtra in iure, quando verſatur, vtrum ius acquiri per fundum ipſum poſſit, id eſt ex naturali illa fundi, ciuilis quæri & retineri. Sed enim longè differt inter ius acquirendum, & quæſitũ
466 conſeruandum, cum facilius † conſeruatio, quam acquiſitio fiat. l. ſed & ſi quid. 1. §. pen. l. arboribus. §. quid tamen. ff. de vſufruc. Idq; per tex. probatur in d. l. qui fundum iuncto. §. ſi quis alij inſti. de inutil. actio. Qua ratione factum eſt, vt facilius exceptio, quam actio detur. l. iuriſgentium. § igitur nuda. ff. de pacti. ad conſeruationem enim exceptio, actio vero ad acquirendum pertinet. Ea propter locus conſequentiæ non videtur qua Bar. vtitur, per fundum ipſum ius quæſitum conſeruatur, ergo, & acquiri poteſt. ex diuerſis enim arg. deducitur, in quibus ratio diuerſa vertitur. l. fi. ff. de calum. l. Papinianus exuli. ff. de minor. Quinetiam ex tex. ipſo d. l. qui fundum, conſequentia hæc Bar. euertitur. Ibi enim per malæfidei poſſeſſorem, qui vi alium deiecit, ius ipſum reale conſeruari tex. ait. Atqui acquiri per eum non poſſe dubitatio nõ eſt. Sed neq; per deiectum, ſi dominus non erat, acquiri ius poſſet, poſſeſſione ciuili per expulſionem violentam amiſſa.

467 Eque ad rem tex. non † attinet in d. l. 1. §. quæſitum eſt, neq; ex eo iuuari Bar. conſequentia videtur. Datur interdictũ illud, quamuis eo anno aqua vſus quis non ſit, ſed ante annum, dum tamen aqua ſibi influxerit, quaſi continuata poſſeſſio à fundo ipſo ex fluxu illo naturali, ſit, ergo animo ciuilis non conſeruatur. Immo enim in Bar. retorqueri tex. ille poteſt quaſi rationem dubitandi illud faceret, animum poſſidendi non interueniſſe, cum per rem ipſam, non per factũ vllum hominis ſecuta poſſeſſio eſſet. Qua dubitandi ratione non mouente, ius aliud conſtitutum in tex. eſt interdictum illud dari neq; arg. obſtat, ex facto hominis ſecutum non videri, at ex naturali aquæ fluxu. quoniam negatur, factum hominis non interueniſſe. Immo enim inicio ipſo interuenit in opere, aut riuo conſtruendo, vnde fluere aqua poſſet. Satis autem videtur, inicio ipſo factum hoc animumq; hominis interueniſſe, ſiquidem continuatus animus intelligitur.
468 Primordioq; † ipſi fluxus ipſe aquę tribuitur. l. 1. circa

fi. C. de

fi. C. de impo. lucra. diſcrip. lib. 10. & cauſam ipſam
intueri primam oportet. l. ſed an vtro. §.fi. ff.de nego.
ge. l. ſi procuratorem in prin. ff. manda. l. 1. §. idem
Pomponius. ff. depoſi. l. antepenul. in prin. ſupra de
dona. Rurſus mandanti actum tribui, non exequenti
oportet. l. item eorum. §.ſi decuriones.ff.quod cuiuſq;
vniuer. nomi. l. ſi hæres.ff.de actio. empti. l. vnum ex
familia. §. 1. ff.de lega. 2.c. literis de reſcrip. c. nouit de
appella. ibiq; Deci. in fi. no. idem Deci. in c. conſtitu-
tus.2.in tertio nota. eo.titu. Quocirca perſonæ locum
diſponenti,& conficienti,vnde aqua flueret,non aquę
ipſi fluenti tribui poſſeſſionem conuenit. Iam fluxus
iſte aquæ effectus operis ab homine conſtructi eſt,
469 vnde fluere aqua poſſet. Effectum planè † cauſæ ſuæ
tribuendum proculdubio eſt. l. ſinautem plures §. fi.
ſupra de aqua plu. ar. quem tex. ad hoc Signorol.citat
in conſ. 48.col.2. in prin verſi. tertio hoc tenent. Idq;
ex Bar. ipſo hic oſtenditur, qui effectum vſucapionis
ciuili ipſi quaſi cauſæ eius arrogat. Quæ cum ita ſint,
homini ipſi non rei tribui poſſeſſionem hanc oportet,
quamuis poſt initium ab homine datum à re ipſa ſine
alio perſonæ facto vſus poſſeſſionis præbeatur, & qua
ratione effectum vſucapionis ciuili ipſi vti cauſæ eius
Bar. tribuit, ita ciuilem conſeruationemq; eius homi-
ni tribuemus, cum prima conſeruandi cauſa ab ho-
mine ipſo exiſtat.

Secundo principaliter ad arg. reſpondetur. Per fun
dum ipſum ſeu poſſeſſionem fundi naturalem ciuilis
eſto retineatur, per id non fit, quominus ciuilis dica-
tur, ideſt ex animo ipſo pendens. Si dixeris, hoc ad-
470 miſſo, animo † eam, non à naturali fundi retineri,
Reſpondetur, perpetuum hoc non eſſe, vt animo poſ
ſeſſoris ciuilis retineatur. Locum enim tum deniq; hã
bet, ſi per ſe ciuilis conſtat, neq; connexa cum natura
li ſit, vt eavè requieſcat. l. peregrè. §. fi. infra eo. de quo
plenius dictum in ſuperioribus eſt nu. 58. verſi. ſecun-
do in his detinendi. nu. 103. verſi. quod alter. vberius
nu. 125. verſi. Idq; locum nu. 302. 390. 398. vberius nu.
400. & ſequentibus, & num 417. Sed enim coniuncta
cum naturali, in eaq; hęrere vbicunq; per alium actus
poſſeſſorij fiunt, Colonum puta, vt iit locis memora
tis habetur. Per alium planè actus iſti poſſeſſorij exer-
centur, ideſt per rem ipſam citra vllum hominis factũ
quod ad continuationem attinet. Ea propter mirum
non ſit, ſi per alium ciuilis ipſa retinetur, in quo re-
quieſcit. ideſt per actum ipſum continuum.

Sed difficultas alia hęc incurrit circa quaſi poſſeſſio
471 nem ciuilem namq; in iuribus † eam verſari Doc.
aiunt, in quibus competere poſſeſſio proprie non po-
teſt. Atqui poſſeſſionem ciuilem in proprietario, &
domino directo admittimus, ratione iuris directi, &
proprietatis. Nonne quaſi poſſeſſio dici, & hæc de-
bet, cum non ipſam proprietarius, dominuſq; dire-
ctus non poſſideat, verum apud fructuarium, vaſallũ,
emphitheotamvè res ſit. vnde cum niſi iuris proprie-
tatis, dominijvè directi ratione poſſeſſio iſta ciuilis
non competat, quaſi poſſeſſio magis, quam dicenda
poſſeſſio videtur.

Reſpondetur, ex ſcientia patiẽtiaq; aduerſarij quaſi
poſſeſſionem nateri vti monſtratũ ſuperius eſt nu. 48.
quæ patientia neceſſaria hic non eſt, non enim ex pa-
tientia fructuarij, vaſalli, atq; emphitheotæ quaſi hæc
poſſeſſio conſtat, verum ex naturali ipſa gignitur, cũ
qua coniuncta initio, anteq; fuit, quam conſtitutio
facta vſusfructus, feudi, aut emphitheoſis ſit. Iam quo
modo ex patientia fructuarij, aut Emphitheotæ ciuilis
proprietario acquiri dominovè directo in iure pro-
prietatis dominijve directi poterit, cum ius vllum in
proprietate dominiovè directo fructuario atq; emphi
theotæ non ſit. Patientiam enim quiſquam præſtare
ad id acquirendum non poteſt, in quo ius illum pror-
ſus non habet. l. traditio ſupra titu. 1. Rationem hanc
in adnotationibus Bal. inueni in c. 1. §. Marchio nu. 2.
qui feu. dare. poſ. Sed ea videnda quæ ſcripta ſuperius
ſunt nume. 48.

Tractatum ſatis de poſſeſſione ciuili habemus, in
partes ſeptem cognitionis facilioris cauſa ſpeciem
ipſam diſtinguendo. Deinde quaſi poſſeſſionis ciuilis
diſceptatio ſubiecta. ſupeſt, vt de poſſeſſione ciuiliſſi-
472 ma nonnihil videamus. ciuiliſſima † planè dicitur,
quæ nullo actu corporali vero, fictovè acquiritur, ve
luti cum in hæredem ex conſtitutione conſuetudine,
aut ſtatuto defuncti poſſeſſio continuatur vt hic apud
Iaſ. nu. 72. verſi. adde etiam, quod eſt dare. Crot. nu.
43. & ſeq. Ripam nu. 36. & ſeq & generaliter poſſeſſio
ciuiliſſima dicitur, quæ citra traditionem quæritur vt
Caſſodor. ſcribit decil. 7. nu. 18. de cauſa poſ. & proprie
Poſſeſſionem hanc datiuam artificioſamq; Bal. nun-
cupat in rubri. de cauſa poſ. & proprie nu. 13. quem
Ripa hic refert nu. 36. Rubeus Alexandri. in l. naturali
ter. §. nihil commune nu. 106. infra eo.

Hicq; obſeruandum, ad effectum nomen hoc ſu-
perlatiuum ciuiliſſima, non referri, quod plus iuris in
ea quam in ciuili ſit, vel quod iuſtior ciuili æſtimetur,
Immo enim minus aliquid ciuiliſſima, quam ciuilis
473 habet, cum † interdictum recuperandæ ob ciuiliſſi-
mam non detur, vt Ripa hic tradit nu. 37. Enimuero
ad modum acquirendi nomen hoc ciuiliſſima perti-
net, ideſt quia modo ciuiliſſimo citra vllum corporis
actum verum vel fictum quæritur. Ita ex modo acqui
rendi nomen hoc proditum Riminal. ſcribit in conſ.
340. nu. 12. lib. 2. Idem ex Iaſ. hic probatur nu. 72. cum
ait, nouam poſſeſſionis ſpeciẽ in ciuiliſſima non eſſe,
quæ à ciuili differat, cum niſi in acquirendi modo dif-
ferentia inter ciuilem, & ciuiliſſimam non verſetur.
Conſequenter à modo ipſo acquirendi nomen hoc
datum. ſiquidem à naturali, quæ traditione, aut ap-
præhenſione acquiritur, originem ciuilis ducit. d. l. 3. §.
Neracius infra eo. & dictum plenius in ſuperioribus
eſt nu. 197. 215. verſi. Quæ dicta nu. 233. vberius num.
279 Ciuiliſſima vero per legem, aut ſtatutum mox
quæritur citra omnem corporis actum verum, aut
fictum.

Sed obſerundum, inquantum differre inter ciuilem,
& ciuiliſſimam ideo Iaſ. non putat, quod in modo ac
quirendi ſolummodo differentia verſetur. Namq; nõ
in modo dũtaxat, verum etiam ab effectu interuenire
474 differentia videtur, ſiquidem † recuperandæ interdi
ctum ob ciuilem dari, reſtatum ſupra ſit. in octauo ef-
fectu poſſeſſionis ciuilis nu. 347 & ſeq. & num. 431. per
tex. in l. 1. §. deijcitur infra de vi, & vi arma. Iaſ. in d. l.
clam. §. fi. nu. 51. infra eodem. Ratio alia poſſeſſionis
ciuiliſſimæ eſt, cuius nomine interdictum recuperan-
dæ non competit, ſi ab alio naturalis detinetur vt Bal.
no. in Auten. defuncto. q. 3. C. ad Tertul. & in l. 1. in
fi. C. de appella. 30. Fabri. in §. ſui inſti. de hęre. quali. &
differ. Alex. in l. ſuis nu. 9. ff. de lib. & poſthu. in conſi.
37. nu. 6. lib. 1. quod repetitum eſt in conſ. 87. lib. 3. no.
idem Alex. in conſ. 83. nu. 11. lib. 2. Iaſ. in l. ſi ſorori. C.
de iure deliber. Ruin. in conſ. 25. nu. 5. lib. 4. & in conſ.
27. col. 4. circa prin. lib. 5. Caſtellion. in allegatio. poſt
ſingul. Cremenſ. col. 14. verſi. & ſi quiſpiam diceret,
vberius col. 2. verſi. Immo dico.

Quam ſententiam Ruin. ampliat in d. conſ 27. col.
4. lib. 5. locum habeat, etiam ſi quoad effectum om-
nem continuatio poſſeſſionis per ſtatutũ fit. ſed enim
cum Ruino mihi de ampliatione hac inferius prorſus
non conuenit.

Permagni autem refert, vtrum recuperãdæ an adi-
piſcendę interdictum detur, quoniam recuperandę in
terdicto exceptio dominij non obijcitur, etiam ſi in-
continenti probatio eius offertur, quod ſecus in poſ-
ſeſſorio

Digitized by Google

ſeſſorio adipiſcendæ eſt vt no. in l. 2. C.de edicto diui. Adria tollen.Ita Ruin. in d. conſil. 27. colum. 4. poſt med. lib.5.

Opinioni huic Socinum Deciumq; contradicere Ripa hic refert nu.37.Sed obſeruandum, non ita Decium loqui in conſ.84.vt Ripa hic ſcribit non enim interdictum recuperandæ competere Deci. ait. tantum ſcribit, eundem effectum in interdicto adipiſcendæ, atq; recuperandę eſſe ex Bal. in d. rubri.de cau. poſ. & proprie ſic effectu ipſo perſpecto, ſatis recuperandæ interdictum competit. Soci.planè interdictum ipſum accommodandum putat.ſed enim fundamento falſo mouetur, quod vera poſſeſſio dicatur quamuis fictus modus acquirendi ſit, ad ſimilitudinem conſtituti. l. quod meo infra. eo. Recta quippe ſimilitudo non eſt, quoniam in conſtituto per alium quis poſſidet, quod ſecus in poſſeſſione hac ciuiliſſima eſt. vnde rationem alteram Soci. ſubijcit, quod fauorabile poſſeſſiorium videtur ex canone reintegrandâ. animæ fauore introductum. ob id ad caſum trahi fictum debet, ſed obſtat rationi huic, quod generalis non eſt. Ad eum enim caſum non pertinet, quo fide bona apud alium poſſeſſio eſt, & quo ad eum res pertinet.

Opinioni huic vltra Ripam, Crotus etiam hic contradicit nu.44.Sed enim argumento Soci. vtitur, licet eum non referat, quod vera poſſeſſio dicatur, tam, & ſi fictus modus quærendi ſit.

Secundo falſo ēt argumento nitit̃, quod à maiori deducit, quoniam ſi ob ciuilem competit, magis pro ciuiliſſima. Hallucinatur enim ĩ ſuperlatiuo hoc, quaſi ad effectum referatur, quod reſtringi ad modum diximus. Rurſus in ciuili poſſeſſio vera cadit, in ciuiliſſima ficta. Quomodo igitur à fortiori argumentari de caſu vero ad fictum licebit, competit recuperandę interdictum ob poſſeſſionem veram, ergo multo magis ob
475 fictam, quaſi plus † fictioni quam veritati tribuatur contra. l. ſi à furioſo. l. ſi filius. l. reſpon.ff.ſi cer. pet. l. qui ad certum.ff.loca. Immo enim è contrario minus fictio quam veritas poteſt. l. illud in prin.ff.de peti. hæredi. & quod de confeſſione ficta Bal. alijq; no.in l. 2. C. de eden. in alio iudicio, interq; perſonas alias eam non nocere, quod ſecus in vera eſt.

Tertio ad rem tex. non attinet, quo Crotus mouetur, in c. contingit de dolo, & contu. Ibi enim verus poſſeſſor à iure ſolo quis non efficitur, verum ex actu ipſius, qui conatus appræhendere poſſeſſionem eſt, ſed per aduerſarium non licuit. Vnde pro apprehenſa in perniciem impedientis habetur. De qua re cumulatius ſupra nu.213. At enim actus vllus in ſpecie ſtatuti ad poſſeſſionem capiendam non interuenit.

Eque Ripe diſtinctio nō placet, vtrum traditionem vel apprehenſionem interueniſſe ſtatutum fingat, an non, vt priore caſu poſſeſſorium recuperandę competat, ius aliud in poſteriore ſeruandum ſiquidem ſatis apprehenſa poſſeſſio hoc ipſo fingitur, quod in hæredem continuatur, inde ficta poſſeſſio dicitur.

Secundo reſpondetur, etiam ſi poſſeſſionem appræhenſam ſtatutum fingat, attamen ſi iure capta ab alio ſit, ad perniciem alienam fictionem non trahi, cum
476 † in tertij perniciem lex. non fingat. l. deniq;. ff. ex quibus cau. maior. ſi iure nullo occupata res ſit, tantumdem interdictum adipiſcendæ, quantum recuperandæ præſtat.

Minus etiam Rubei diſtinctio placet in d.§.nihil cōmune nu.209.vt ſiquidem hęreditate nondum adita, occupatio à tertio ſit, interdictum recuperandæ non competat quoniam retrotrahi in præiudicium tertij aditio non debet, quæ poſtea ſit. Cauſam aliam eſſe, ſi hæreditate adita, poſſeſſio occupatur. Namq; niſi ad eū caſum pertinere quæſtio non pōt, quo hæreditate adita occupatio ſit, Quoniam vbi ante hæreditatem aditam poſſeſſio non occupatur locus ſtatuto non eſt. Cuma.in l.Pomponius.§.quęſitum per.illum tex.ff.de acq. poſ. cum alijs apud Iaſ. relatis in d. l. ſi ſoror, & in conſ.147.col.6.in fi.& col.8.lib.2. Alex.in conſ.153. nu.7.lib.6.Soci.in conſ.49.in fi.lib.3. Dec.in l.fi.col.10. verſi. ſecunda cōcluſio. C.de edicto diui Adria.tollen. Calca, in conſ.77.col.3.poſt med. Ruin. in d. conſ.25, col.3.circa med.lib.4. Curti.iun.in conſ.108.col.3.in fi. & in conſ.127.col.fi Caſtellion.in dicta allegatio.poſt ſingul.Cremenſ. col.9.poſt med. Rubeus ipſe in conſ. 121.col.3. Quorſum igitur de interdicto recuperandæ ex ſtatuto diſputare, cum locus ſtatuto non eſt.

477 Vera tamen limitatio † hæc ita habetur, ſi iuſte ab alio poſſeſſio occupatur Iaſ. in conſ.85.col.2.lib.3. Ibique etiā ſublimitat, niſi immediate à morte defuncti continuatio fiat.

Rurſus vltra Doc. cum de poſſeſſione in hęredem continuanda ſtatutum loquitur, neceſſario ad tempus refertur, quo adita hæreditas eſt, ſiquidem hæres dici non poteſt. l.3.§.ſi quis ita, ibiq; Bal.& Imola.ff.de hęredi. inſti. l. ſi in diem in prin.ff.de condi. & demon. l. 3.§.ſi quis hęredi. ſupra de ſtatulib. Alex. in conſ.1.nu. 9.verſi.pro hęc facit lib.1.Iaſ. in l.cum filio nu.85.ff.de lega.1. Itaq; continuari ante poſſeſſio non poteſt, quā hęres quis ſit. Cęterum ſi aditionis tempore iam occupata poſſeſſio ab alio eſt, quomodo continuari in hæ-
478 redem poterit. Continuationi enim † medium illud occupationis inhabile obſtat. l. ſeruitutes la grand. in fi.ff.de ſeruitu. l. qui ſella.§.fi.& l. tria prędia.ff.de ſeruitu. inſti. pręd. l. in tradendis.§.1.ff.com. pręd. Alex. in d. l. Pomponius.§.quæſitum. infra. eo. & apud nos in rubri.ff.de lega.1.nu.3.

Quæ cum ita ſint, diſtinctio iſta caſuum à Rubeo meditata nihil aliud, niſi opinionis receptę euerſio eſt, Quid tenendum, opinioni aſſentiri crebriori non poſſum, ne interdicto locus recuperandæ ſit. Namq; aut voluntatis id fieri, aut poteſtatis Defectu Doct. putant. Quoad voluntatem ſtatuentium attinet, id ſen-
479 tire in dubio creduntur, vt effectum † diſpoſitio eorum habeat quam pleniſſimum poſſit. l. ſi te ſolum.§. 2.ff.de hęredi.inſti.l.non ſolum.§.fi. infra de vſucapio. & apud nos in d. rubri.ff. de lega.1.nu.114. Plenior planè effectus erit, ſi interdictum recuperandę ob poſſeſſionem continuatam competat, quam ſi non competat. Inde Ruini ampliatio deijcitur in d. conſ.27.col.4. lib. 5. qui contrarius etiam ſui ipſius videtur in conſi. 18.col fi. lib.1.vbi quoad effectum omnem fieri continuationem putat, atque ideo retinendę etiam interdictum competere.

480 Secundo ex cauſa facti diſponentis † voluntas declaratur l. fin.ff.de hęredi. inſti. l.cum pater. §. dulciſſimis.ff.de lega.2.l. adigere.§.quamuis.ff.de iure patro. l. verum.ff.de furtis. l. conuenticulam. C.de epi.& cleri. glo. in l.ſi in venditione in fi. in glo. nota. cauſam. verborum. ff. com. præd. Alex. conſ.46.num. 6.lib.1. quod repetitum eſt in conſ.48.lib. 6. optima enim diſpoſitionum interpres cauſa finalis, atq; vtilitatis eſt, Bal. autore, in conſ.343.examinanda ſunt col.1.lib.1. Cauſa planè ita ſtatuendi, poſſeſſionemq; continuandi non alia fuit, niſi vt eundem effectum continuatio hęc in hęrede haberet, quem apud ipſum defunctum obtinebat, & qua ratione interdictum hoc competere defuncto poterat, ſi ablata ei poſſeſſio fuiſſet, ita, & hęredi detur.

Tertio ſi niſi adipiſcendę locum eſſe interdicto nō dicimus, momenti vllius ſtatutum non videtur, quoniam eo remoto, defuturū id hæredi non erat. Enim-
481 uero admittenda prorſus † interpretatio non eſt, vnde inutile ſtatutum ſit. lege ſi quando in prin. ff. de lega.1.l. qui concubinam. §. qui hortos cum glo. fi. ff. de lega.3.l. baliſta. ff.ad Trebel. Quinetiam iuris communis

munus potius correctio toleratur, quam vt inutile ſta-
tutum maneat Auth. ex teſtamento, ibique fulgo.
Roma. & poſteriores. C. de colla. & apud nos in con-
ſil. 92. nu. 5. & in conſ. 201. num. 13. verborum item ad-
mitti offenſio ſolet, potius quam ocioſum ſtatutum
fiat, vti ſcriptum habemus in conſ. 20. num. 9. in conſ.
105. nu. 7. in conſ. 118. nu. 19. in conſ. 135. nu. 24. vbe-
rius in conſ. 297. nu. 4.

Quarto inutile ſtatutum non eſſe, remedio hoc re-
cuperandæ non introducto, illud certe inficiari non
482 licet, quin omiſſa prouiſio in caſu † magis neceſſa-
rio ſit. neceſſitas quippe maior in poſſeſſorio recupe-
rande, quam adipiſcende vertitur, ſiquidem, vti dictū
eſt, ſtatuto etiam remoto, interdictum deeſſe adipi-
ſcende non poterat. Enimuero interpretationem ha-
beri ita ſtatuti conuenit, vt in caſu prouiſum neceſſa-
rio magis dicatur. l. 1. §. quid ergo. ff. de ventre inſpi. l.
quod labeo. ff. de carbo. ædic. l. cum in corpus, ff. de
acq. rerum domi. l. in his. § ſed ſi forte, ff. de ſolutio.
Bal. in conſi. 35. pater filio col. 2. lib. 2. & in conſi. 113.
colum. 1. poſt med. lib. 5. Signorol. in conſilio. 21. co-
lum. 2. poſt med. verſi. tertio probat, & in conſi. 103.
colum. penul. in prin. & apud nos in rubri. ff. de lega. 1.
num. 112.

483 Quinto cum qualitatibus ſuis omnibus † facta cōti-
nuatio intelligitur arg. l. ſed ſi manente. infra de pre-
car. ergo vt interdicta omnia ob eam dentur, quæ in
troducta in cauſa poſſeſſoria ſunt, & quibus vti defun
ctus poterat.

Sin autem poteſtatis defectu interdictum hoc dene-
gari recuperande dicimus, Ridiculum id videtur. Nā-
que ſicut poteſtas ita ſtatuendi, poſſeſſionemque con
tinuandi eſt, ita remedij introducendi, vnde poſſeſſio-
nem recuperare continuatam liceat, facultas non de-
erit. l. 2. ff. de iuriſdi. om. iud. l. ad rem mobilem. l. ad
legatum. ff. de procura. l. quidam conſulebant. ff. de re
iu. di. l. imperialis. §. ſi miles. C. de nuptijs.

Si dixeris, poteſtatis defectum ex repugnantia oriri
quaſi conſiſtere ſimul nequeant interdicta adipiſcen-
de, & recuperande. vnde ſi adipiſcende competit, quo
modo accommodari recuperande poterit. Qua ratio
ne contrarietatis Ruin. vtitur, in d. conſ. 27. colum. 4.
poſt med. lib. 5. Reſpondetur, contrarietatem verta-
ri, ſi cumulatio interdictorum fiat adipiſcende, & re-
cuperande. Cæterum ſi altero demum interdicto hæ-
res vtitur, contradictionis quicquam non ſubeſt.

Secundo reſpondetur, reſpectibus diuerſis remedio
locum vtriq; eſſe, ideſt adipiſcende veritate inſpecta,
vere enim poſſeſſionem hæres nonam adipiſcitur,
quam nunquam habuit. Recuperande porro fictione
ſpectata dabitur, quod ficte poſſediſſe per ſtatutum
484 intelligitur. Diuerſis plane † reſpectibus remedijs
contrarijs vti, eaq; cumulare licet retinende pura ra-
tione ciuilis, & recuperande ratione naturalis. Caſtren.
in conſi. 78. videtur dicendum dictum actorem lib. 2.
Ruin. in conſi. 5. num. 8. & in conſi. 115. colum. 3. in fin.
lib. 4.

Apud Gallos controuerſiam res non habet, mori-
bus quorum receptum eſt, vt conſuetudo hæc de poſ
ſeſſione continuanda introducta, & per quam viuum
mortuus ſaiſinat, ad interdicta ipſa recuperandæ reti-
nendæ vè trahatur vt Io. Fabri docet in §. 1. & §. reti-
nendæ col. 4. verſi. ad hoc poteſt dici inſti. de interdic.
485 Boeri. q. 238. in fi. Rurſus aditio † hæreditatis galliæ
conſuetudine inducitur, ſi expreſſim non repudiatur,
diſpoſitione quauis teſtatoris non obſtante Io. Fabri
in §. ſui inſti. de hære. quali. & differ. & in § alteri col.
4. inſti. de inutil. ſtipul. guido. Papæ. q. 552. Chaſſan. in
conſ. 19. in xij dubio.

A frequentiore tamen abeundum ſentententia nō
puto, Neq; argumentum illud potiſſimum mutat, in-
utile ſtatutum videri de poſſeſſione continuanda ædi-
tum, ſi ad interdictum hoc recuperandæ non pertinet.
Quoniam fructui eſſe quantum ad impunitatem tur-
bationis poterit, De qua ſcriptum in ſuperioribus eſt
num. 70. vberius num. 331. Rurſus faciliorem hæredis
in adipiſcendæ interdicto victoriam propter ſtatutum
hoc arbitror. arg. eius, quod de præſumptione quali
quali glo. & Doc. ſcribunt in l. ſi duo patroni in prin.
ff. de iureiuran.

Limitatio ex prædictis ad ſtatutum memoratum
vna colligitur, ne locum continuatio poſſeſſionis ha-
beat occupatione eius à tertio ante facta, quam adita
hæreditas ſit limitatio ſecunda accommodatur, ne
locum in poſſeſſione habeat, quæ tranſitoria ad hære-
486 des natura ſua non eſt, quale conſtitutum, aut † pre
carium habetur, quod ad hæredes eius non ambulat,
ad cuius vtilitatem interponitur. l. cum precario. §. 1.
infra de precario. vnde eo defuncto, pro quo pre-
cario quiſpiam poſſidebat, ad hæredes eius poſſeſſio
non continuabitur, ſi mentio de hæredibus facta in
conſtituto, aut precario non ſit. Ita Alex. in conſil.
153. aduſq; num. 8 lib. 6. Idq; ratione fortiore iuuatur.
Namq; ſi hæredis poſſeſſio non ſequitur, quæ ex actu
vero conſtat. l. cum hærede in prin. infra eo. longe
minus quæ ex actu ficto procedit, quale conſtitutum,
precariumvè eſt, licet vera poſſeſſio ſit.

Sed ambiguitate dictum hoc Alex. apud me non
vacat, quoniam vera poſſeſſio hæc eſt, quæ conſtitu-
to habetur. d. l. quod meo. quid enim refert, per ſe,
an alium quis poſſideat, vnde qua ratione poſſeſſio-
nis continuatio fit, quam ex ſua. quis perſona habet,
Ita, & quam ex perſona alterius, neq; monet, ad hæ-
redes conſtitutum non tranſire, id enim non eo fit,
quod ad hæredes res non ambulet, ſuper qua interpo-
ſitum conſtitutum eſt, verum quia ad hæredes tranſi-
re poſſeſſio non ſolet. l. cum hæredes infra eo. Quare
ſi per ſtatutum poſſeſſio continuatur, ratio hæc impe
dimenti ceſſat. Quod ſi Alex. rationem admittimus,
conſequens fieret, locum nunquam ſtatuto eſſe. Dici
enim ſemper poterit ad haredes poſſeſſio non ambu-
lat. Ita arg. eliditur, quod à ratione ante ductum for-
tiore eſt.

Proinde melior tertia limitatio erit, locum in his
487 ſtatuto non † eſſe, in quibus nec res ipſa, aut domi-
nium ipſum hæredes ſequitur. Etenim ſi dominium
ipſum, quod ad hæredes iure ipſo regulariter tranſit.
d. l. cum hæredes, ad eos tamen in re aliqua non am-
bulat, longe minus ambulare poſſeſſio debebit. De
quo genere feudum eſt, ad quod venire hæres extra-
neus non ſolet. Ob id ad feudi poſſeſſionem hæredis
extranei gratia ſtatutum non pertinet. ius idem in poſ
ſeſsione ſeu quaſi iurium perſonalium ſeruandum,
quæ ad hæredes non tranſeunt, vt Cuma. Docet in
conſ. 173. Galuanus circa fi. Iaſ. in conſ. 147. nu. 3. lib.
2. Curti. iun. in conſ. 108. nu. 23. in fi.

Eadem ratione poſſeſsio naturalis fructuarij ad hæ
redes eius non continuatur, quatinus vſusfructus ipſe
hæredes non ſequitur, & ſi res ipſa principalis ſeu ius
ipſum vſusfructus ad hæredes non ſpectat, At non ab
ſurda res fuerit, ad eos poſſeſsionem continuari Imo
la in conſ. 16. Iaſ. in d. conſ. 147. nu. 3. verſi. idem in ter
minis tenet lib. 2. & in conſi. 152. lib. 4. Caſtellion. in
allegatio. poſt ſingul. Cremenſ. col. 10. De qua re ſupe
rius etiam nu. 119. & quinq; ſeq.

Inde fit, vt ad bona à defuncto donata vſufructu
reſeruato, ſtatutum non pertineat, quoniam cum fru
ctuarius donator ſolummodo eſſet, & niſi naturalem
non haberet, ad hæredes eius poſſeſsio continuari bo
norum non poteſt, quæ donata ſunt Boeri. q. 172. nu.
13. & ſeq. Cum qua ſententia Bal. quoq; facit in conſ.
357. dicta tenuta lib. 4.

Sed

488 Sed quæſtionis in feudo eſt, vtrum in † agnatum ad
quem feudum ipſum pertinet continuatio fieri poſſeſ
ſionis debeat, Cuman. in d conſ. 173. circa fin. locum
continuationi eſſe non putat, cum iuri perſonali feu-
datarij, poſſeſsio naturalis cohæreat, & qua ratione ad
hæredes ius perſonale non ambulat, ita ad feudi ſuc-
ceſſorem tranſire poſſeſsio naturalis nõ debet, cui ſen-
tentiæ Iaſ. ſubſcribit in d. conſ. 147. num. 3. lib. 2. & in d.
conſ. 152. lib. 4 Rubeus Alexandri. in conſ. 121. num.
2. expreſsius Pariſ. in conſ. 1. num. 159. verſi. & quia de-
cretum lib. 1. vbi niſi hæreditarium feudum ſit, ad ſuc-
ceſſorem continuari poſſeſsio eius non debet, etiam
ſi ad eum feudum pertineat, in qua re à fortiori dedu-
ci Cuman. ratio poteſt.

Namq; ſi hæredes iura perſonalia non ſequuntur,
atque ideo poſſeſsio naturalis hæredes non ſequitur,
vbicunq; iuri perſonali adhæret, longè minus in ſuc-
ceſſorem feudi continuatio poſſeſsionis fiet, in quo
quaſi hæres quiſquam non ſuccedit.

489 Ratio tamen altera † Cuman. & Iaſ. non placet, id-
circo poſſeſsionis continuationem in feudo non fieri,
quod niſi naturalem feudatarius non habet, fructuarij
exemplo, diuerſa enim fructuarij, atq; feudatarij ra-
tio videtur, ſi quidem in morte fructuarij ius illud vſuſ
fructus omnino intercidit, & cum proprietate conſo-
lidatur, conſequenter poſſeſsio naturalis ciuili reſti-
tuitur. Cauſa alia feudatarij eſt, quo ſublato, ad do-
minum directum feudum non reuertitur, neque cum
ciuili eius naturalis feudatarij conſolidatur, cum ad a-
gnatum feudum pertineat, vnde facilius ad feudi ſuc-
ceſſorem continuatio naturalis fieri, quam in fructua-
rij hæredem debet. Quare ratio melior præcedens vi-
detur, quod iuri perſonali poſſeſsio naturalis feudata-
rij innititur, vnde qua ratione hæredes ius ipſum per-
ſonale non ſequitur, ita nec ſequi poſſeſsio naturalis
debebit, quæ iure ipſo perſonali ſubnixa tantummo-
modo eſt.

Sed enim mirari ſatis nequeo, tantopere laboratũ
in q. hac à Cuma. Iaſ. & alijs eſſe, vtrum continuationi
locus in feudo ſit, cum extra controuerſiam res poni
490 ex verbis ſtatuti videatur, namq; cum † in hæredem
continuatio poſſeſsionis fiat, ad ea reſtringi ſtatutum
oportet, in quibus hæres quis eſt, & in quibus tanquã
hæres ſuccedit. l. debitor §. fin. l. mulier § fin. l. ſi res alie-
na in prin. ff. ad trebellia. l. 3 § 2. ibi ſed & ſi quidem tu-
tor ſit, non tamen quaſi tutor negocia adminiſtret in-
fra. iudi. ſolui. Huc & illud pertinet, diſpoſitionem ge
neralem ad cauſam ſuam reſtringendam, ob id ſtatu-
tum, quo pro filio mercatore pater obligatur, ad eum
caſum reſtringitur, quo mercaturæ cauſa filius contra-
hit Bald. in l ſi ita. §. ex hoc ædicto. ff. nau. caupo. ſtab.
idem Bal. & Sali in l. fin. C. ad macedo. cum alijs apud
nos relatis in conſ. 171. nu. 13 & in conſ. 196. nu. 3. eã
ob rem ſtatutum hoc de poſſeſsione ad hæredem con
tinuanda, ad ſuam reſtringi cauſam debet, ideſt vbi-
cunq; de re aut cauſa hæreditaria diſceptatio vertitur,
qua ratione ad feudum trahi non debebit, quod hæ-
reditarium non ſit, & in quo hæreditaria cauſa non
vertitur.

491 Locum id tamen in filio non † habet, ad quem feu-
di poſſeſsio patre extincto, ſine inueſtitura alia, ſtatu-
toq; memorato ceſſante, continuatur, id quia inueſti-
tus, poſsidereq; patre adhuc ſuperſtite intelligitur, vnde
non tam patris, quam filij ipſius in eum cõtinuari poſ-
ſeſsio videtur. Bald. in l. cum antiquioribus col. 7. circa
med. verſi. decimo ſic, licet poſſeſsio. C. de iure delibe.
in c 1. §. 1. nu 5. de feudi cognitio. in c. 1. num. 5. an mu
tus, vel imperfec. quod dictum ſcitu memoriaq; dignũ
Iaſ. prædicat in l. in ſuis nu. 12. in fin. ff. de lib & poſth. in
l. quotiens. col. 7. in fin. verſ. nota etiam perpetuo. C. de
rei vendic. & in conſ. 87. col. 2. poſt med. lib. 1. Seruſus
in conſ. 12. col. fin. poſt conſilia Cardi.

A dicto tamen hoc Bald. Iaſ. recedit in d. l. ſi ſorori
ante fin. in tertia limitatione C. de iure delib. ibique in
ſententiam diuerſam Bal ipſum citat in d. c. 1. an mu-
tus, vel imperfec. cum Bal. etiam Pariſ. pugnat in d. cõſ.
1. nu. 161. lib. 1.

Limitatur quarto concluſio memorata, ne locum
492 in poſſeſſione † habeat, quæ apud defunctum ipſum
nomine alieno erat Cuma. in d conſ. 173. col. fin. poſt
med. ver. nec obſtat, ꝙ poſſeſſio, vbi eo caſu loquitur,
quo pro alio poſſidere defunctus ſe conſtituit, namq;
cum poſſeſſio omnis in alium translata ex conſtituto
eſſet, continuari in hæredem non potuit, quo caſu Iaſ.
etiam loquitur in d. conſ. 147. col. 6. poſt med. lib. 2. Ti-
raq. in tract. le mort ſaiſit le vif in prima, & quinta de-
claratione quartæ partis, idem in conſtituto Curt. iun.
ſcribit, licet Cuma. mentionem non facit in conſ. 108.
nu. 27. & ſeq. vbi ratione alia mouetur, quod ad eam
poſſeſſionem referri ſtatutum conuenit, quæ nomine
proprio apud defunctum erat, non quæ alieno, qualis
apud conſtituentem eſt, ex Aret. in rubr. huius tit. col.
4. idem Curt. ipſe ſcribit in conſ. 110. num. 19. Caſtel-
lion. in dictis allegatio. poſt ſingul. Cremen. colu. 22.
verſi. qua propter concluditur.

493 Multo magis locus † ſtatuto non erit, vbicunq; mo-
do aliquo apud defunctum, cum moreretur poſſeſſio
non erat. quomodo enim continuari poſſeſſio defun-
cti poterit, quæ apud eum non eſſet, vt Curt. iun. tra-
dit in conſ. 168. col. fi Caſtellion, in dictis allegationib.
poſt ſingul. Cremen. col. 10. cir. fin. verſ. ſed quid opus
eſt iſtis col. 14. cir. med. & col. 22. cir. med. idem ex Imo
la probatur in d. conſ. 16. num. 4. verſ. præterea præſup-
poſito, vbi locum ſtatuto in hærede fructuarij non pu
tat, atq; vbi locus eſſet, continuari non niſi naturalis
non etiam ciuilis poſſet, quæ apud fructuarium non
erat, at apud proprietarium.

494 Limitatur quinto, vt † ad perſonam ipſius hæredis
poſſeſſio hæc ita continuata reſtringatur. Quo circa
in alium transferri ab eo non poterit, namq; cum fi-
cta poſſeſſio ſit, perſonam egredi hæredis non debet,
antequam appꝛęhenſa ab eo ſit Chaſſen. in d. conſ. 19.
nu. 58 ex Barb. in conſ. 8. col. 22. lib. 2. Conſequens li-
mitationi huic erit, frugi vllius in poſſeſſione hac ficta
conſtitutum hæredis non eſſe.

Limitatur ſexto, vt ad hæredem propriè ſtatutum
reſtringatur, cum iuri contrarium communi ſit, quo-
495 circa locũ in fideicommiſſario non † habebit, qui hę
res propriè non eſt, ob id ex ſtatuto id genus remedio.
l. fi. C. de edic. diui. adr. toll. fideicommiſſarius non vti-
tur cui fideicommiſſum reſtitui ab hærede grauati de-
bet. Idque ratione etiam impoſſibilitatis, namque ſi
in hæredem grauati poſſeſſio continuatur, quomo-
do continuari in fideicommiſſarium etiam poterit,
cum inſolidum poſſidere duo nequeant, ita Fulgoſ.
in conſil. 230. in quæſtione circa med. Decius in dicto
conſ. 84 colum. 3. Chaſſen in d. conſ. 19. num. 49. in 12.
dubio.

Studioſi complures maximopere à nobis petie-
496 runt, vt controuerſiam illam † attingerem, iuris ne,
an facti poſſeſsio dicatur. Quorum expectationi tam
honeſtiſsimè non obſequi non potui. In qua re opi-
niones ſex comperi. Primam Bar. hic num. 6. qui di-
ſtinctione vtitur, vt ſi quidem poſſeſſionis ipſius initiũ
ſpectamus, ideſt cum ad ortum deducitur, facti dica-
tur, cum à facto acquiſitio eius pendeat, quod ſi vt q̃-
ſitam poſſeſsionem intelligimus, iuris tum eam eſſe,
qua diſtinctione maior Doc. pars vtitur, vt videre hic
apud Iaſ. Crotum, & Hormannoc eſt. A qua opin.
Soc. hic cum Ripa non diſcrepant. Tantum retentio-
nem poſſeſſionis facto ipſi Soc. cum Rip. adiũgunt, eã-
dẽ diſtinctionẽ, & in quaſi poſſeſsione à Rip. agnoſci,

ante monſtrauimus num. 446.

Secunda opinio contraria Roma.& Beſu.hic,vt facti omnino ſine diſtinctione vlla poſſeſsio dicatur, in qua opinione Ruin.hic eſt nu.3.& pluribus ſeq & nu. 21. Pro qua text expendit in l.quæſtio eſt infra de ver. ſigni. Eiuſdem ſententiæ,& Alc.eſt in l. quinq; pedũ. nu.3.C.finium regun.

Tertia opinio Aret.hic, vt mixturam poſſeſsio habeat iuris,& facti,de qua opi.apud Soc.hic nu.28.verſ. Dominus Aret. hic Crot.num.25.Ruin.nu.5.Horma. num. 44.

Quarta opinio Soc.hic dicto num.28.vt differat inter acquiſitionem,retentionemvè poſſeſsionis, & poſſeſsionem ipſam retentam,prout ſubſtantia,aut quid ditaſ eſt ab actu ipſo acquiſitionis, & retentionis ſeparata. Acquiſitionem quidem, & retentionem facti eſſe,idq; ſenſu ipſo communi demonſtrari,ex tex. item quod de retentione ait oſtenditur in d. l. quæſtio eſt, vbi vſum poſſeſsionem nuncupat,vſus planè circa retentionem ipſam verſatur. Poſſeſsionem autẽ prout quæſita, & retenta eſt, atq; à facto ipſo acquiſitionis,& retentionis ſeparatur,in iure verſari, cum Bart. Soc. ſentit,quam Soc.opi.Ripa amplectitur in rub. de cauſa poſ.& propriè.n.6 & ſeq. In qua opi. nihil aliud Soc. præſtat, niſi quod factum retinendi facto acquirendi adiungit, quaſi imperfectus in hoc Barto. fuerit ſed enim imperfectionis coargui,& Socin. poteſt, qui factum amiſsionis naturalis miſſum fecit,cum corpore poſsidere quis deſinit ex facto enim amiſsionem hanc conſtare text. probat in l. poſſeſsionem pupillus infra eo.idq; à ſenſu ipſo communi non minus, atque in acquiſitione,& retentione liquet.

Quinta Berengarij opinio accedit in d.§. nihil com mune num.60.& pluribusſeq. infra eo. vt intranſitiuè
497 † quidem iuspoſſeſsio non dicatur, ita vt ius immediatè,& per ſe citra tranſitum ad alia,non dicatur, cũ ſubſtantia eius ex iure non conſtet. Quocirca factum dicetur quod ad ſubſtantiam attinet. Tranſitiuè vero ius dici poterit, verbi gratia iuris poſſeſsio eſſe rectè dicetur,quaſi ſub poteſtate aut dominio iuris,ad quod ipſa tranſit,ſimiliter vt ſi dicamus liber Petri, qui in dominio,aut poſſeſsione Petri eſt, ſic ad Petrum tranſitus libri fit,non etiam intranſitiuè genitiuus Petri accipitur,ita vt Petrus liber ipſe ſit, ſecundum quem ſenſum iuris poſſeſsio dicetur,ideſt in poteſtate,& diſpoſitione iuris quantum ad effectus eius,de verbis iſtis intranſitiuè, & tranſitiuè Barto etiam meminit in l. 1. nu.a.ff.de reg.cato.vbi verba illa regulam catonianam ius dici. Tranſitiuè accipi,& intranſitiuè ſcribit. Tranſitiuè ideſt regulam de eo,quod ius eſt, ad id enim, ꝙ ius eſt, tranſitus fit, intranſitiuè,ideſt regulam, quæ ipſa ius eſt,quo caſu in regula ipſa ſermo perficitur, non etiam ad aliud tranſitus fit, de verbis his Bald. etiam tradit in l.eam quam nu.14.C.de fideicom. Ang. in l. plures ſupra de dãmno infec. Iacob. Puteus inter conſ. Calca in conſ.4.nu.5.Dec. in l.1. in ſecundo nota. infra de reg. iur. atq; in ſpecie poſſeſſionis verba hec intranſitiuè, & tranſitiuè,Bald.obſeruat in l.1.nu.3. verſi. alij exponunt.C.per quas perſo.nobis acquiri.vbi cauſam poſſeſſionis pro poſſeſſione ipſa immediate, & intranſitiuè exponit. Tranſitiuè porro, quotiens ad cauſam cauſatam, ſeu ad effectum ipſius poſſeſſionis tranſitus fit, Ideſt ad dominium,aut vſucapiendi conditionem,quæ à poſſeſſione deſcendit.

Sexta opinio Croto hic fuit nu.26 quam ſuam nouamq; eſſe aſſerit, & per quam cum iuribus iura conſentiunt.quæ aliter inter ſe diſſidere vidẽtur, vt quibus expreſſum iuribus eſt,facti poſſeſſionem eſſe, ad naturalem referatur,quatenus iuris eſſe dicitur,locum id in ciuili habeat. per tex.in d.l.poſſeſſionem infra eod. vbi corpore poſſidere non animo,ſine tutore pupillus deſinit,ſic poſſeſſionem corporalem,ſeu naturalem ſine tutore pupillus amittit,quod ſecus in ciuili eſt,quæ animo conſtat,& quæ ciuilis appellatur. Diuerſitatis rationem tex adijcit, quoniam ad factum poſſeſſio pertinet, quæ corpore retinetur in quo facto pluris aliqd habere,quam ius tutor non poteſt, factum planè à iure non impeditur,vt infra codẽ. §.ſi vir. & latius ſupra num.8.

Sic facti poſſeſſionẽ naturalem eſſe, expreſſim tex. ait,idem ex tex.Crot.iuuat in l.nemo ambigit.C.eo.ti. vbi duplicem cauſam poſſeſſionis eſſe nemo dubitat, vnam quæ corpore,alteram, quæ iure conſiſtit, ergo quæ corpore nititur, à iure non pendet, cum diuerſas poſſeſſiones corporis,atq; iuris tex.conſtituit, ſi à iure corporalis non pendet,facti neceſſario dicetur.

Summa controuerſiæ huius ad opiniones reſtringi duas videtur. Bar.videlicet receptam,& Rom.Beſu.q; & recentiorum quorundam,qui cum Bart. pugnant, namq; quod ad Aret.ſententiam attinet, à Soc.hic refellitur dicto nu.28.Ruino nu.5.Croto nu.25. Horma. num.44.

Quarta planè Soc.opinio,quam Ripa admittit, eadem,atq; Bar.re ipſa perſpecta,haud dubie eſt,tantum enim retentionem conſiderare vltra Barto.videtur,vt æquè facti retentio, atq; acquiſitio ſit, id quod vacuũ prorſus à dubitatione omni videtur, cum eadem retinendi ratio,atq; acquirendi ſit, vt ex facto vtraq; pendeat,vnde non niſi poſſeſſionis retentę rationem Bar. habuit.cum de ea vti quæſita loquitur, non prout retinetur, factum hic etiam amiſſionis corporalis adiectũ à nobis eſt per d.l.poſſeſſionem.

Simili modo diue ſi quicquam quinta Berengarij opinio,atq; ſecunda Roma Beſu. & aliorum non habet,qui iuris poſſeſſionem eſſe tranſitiuè non negant, ideſt quoad effectus,ſi tranſitum ad eos facimus, iuris demum eſſe intranſitiuè negant.i immediatè, vt iuris eſſe mox,atq; per ſe dicatur, ſimiliter vt iuris mox eſſe dominium apparet, ſubſtantia cuius à iure immediatè pendet,ex iureq; conſtat, quod ſecus in poſſeſſione eſt,quæ a facto immediatè pendet,ex eoq; conſtat,vnde ius dici poſſeſſio non poteſt, vt ius per ſe ſit, iuris planè dici tranſitiuè poterit.

Sexta item defendi Croti opinio non poteſt, vt iuris dici poſſeſsio naturalis nequeat,id enim cum rationi,tum vulgatiſsimæ Doc.ſententiæ repugnat. Rationi quidem,quod abſurda res fieret, iuris poſſeſsionem
498 † naturalem non dici,quæ à iure approbatur, contra text. in l.legitima. ff.de pactis. l. lege obuenire infra de verb. ſign.gloſæ item,atq; Doc. ſententiæ opinio hæc Croti aduerſatur,quibus viſum eſt, poſſeſsionem naturalem rectè ciuilem dici,vt hic apud Bar.num.14 in quam ſententiam gl.etiam expenſa à nobis eſt in l 1.§. deijcitur in tertia expoſitione infra de vi, & vi arm cũ verbum ciuiliter ad naturalem etiam gl.trahit, de quo ſuperius nu. 34

499 Textui quoq; refragari † opinio hæc videtur in l.bonæfidei.§.1.ſupra tit.1. vbi facti eſſe animus dicitur, ꝙ idem ex tex.oſtenditur.infra.ead.l.§. 1.ibiq; Iaſ.& Horman.in quarto nota.idem ex Iaſ. hic probatur. nu. 32. verſ ſecundo principaliter,de quo ſupra etiam nu. 14. ſeq.& nu.495. inde Socin. ſcribit in l.vtrum. §.1.col.2. poſt med. ff. de rebus dubiis declarationem voluntatis, facti eſſe per text. in l.pro hærede in princ.ff.de acquir. hæredit. Sed enim de facto corporali in materia hac, non animi,iura loquuntur, vt in d.l. poſſeſsionem apparet, atq; ideo ad poſſeſſionem competere naturalẽ non poteſt,in qua vltra factum corporis, ius etiã poſſidendi contingit.

Neq; mouere tex. videtur in d.l.poſſeſsionem, vbi facti poſſeſsio dicitur,quæ corpore retinetur, eamque ob cauſam à pupillo ſolo ſine tutore amittitur, quoniam

Digitized by Google

niam mens illius tex. non eſt, vt oſtendat, niſi facti eſſe naturalem poſſeſsionem non poſſe, ſi quidem ad hunc modum poſſeſsio nulla naturalis iuris fomento niteretur, illud demum tex. ille agit, vt differre circa perſonam pupilli oſtendat, vtrum facti ſolius, an animi et cauſa ſpectetur, quatenus factum ſolum vertitur, in pupillo id cadere, conſequenter poſſeſsionem naturalem ab eo ſolo abſque tutoris opera, amitti, quatenus facti eſt, ideſt quatenus corpore tenetur, rationem aliā animi eſſe, ideſt quatenus animo retinetur, quando-
500 quidem in pupillo † conſiderari animus nequeat. l. cum prætor. §. penul. ibi quia iudicio carent. ff. de iud. l. pupillus, ibi neq; enim ſcire, neq; diſcernere talis ætas poteſt, non magis quam furioſus. ff. de acquir. hæred. l. nam, & ſi in fin. ff. de aliena. iudi. mu. cau. fac. vbi conſilium fraudis a pupillo, & furioſo non iniri expreſſum eſt. l. qui iuraſſe in princip. ff. de iureiuran. vbi in pupillo periurium non cadit, quod ſciens fallere non videtur. ideſt fallendi animum non habet, & nullum animi iudicium in pupillo eſſe tex. ait in § præterea inſt. quibus non eſt perm. facere teſta. Inde velle, & nolle in pupillo non competit. l. pupillus infra de reg. iuris, & quicquid videt, ignorat. l. 1. circa fin. C. de falſa mo. tex. huc ſpectat in c. ſi. qui matri. accu. poſ.

Qua ratione poſſeſsionem ſibi pupillus tutoris iniuſſu non quæritur, quod acquirendi ab eo affectio, & ſenſus abſit. infra ead. l. §. 1. & l. quamuis. §. infans infra eo. Et quamuis animi aliquid pupillo ſit, eum intelligere incipit, ſatis is tamen ad poſſeſsionem amittendā ciuilem non eſt, quæ animo retinetur. tex. huc confert in c. 1. in verſ. plenum de regular. lib. 6 qui intellectum plenum ad actus robur exigit, qui in pupillo non eſt.

Conſequenter his dicendum, de poſſeſsione naturali neceſſario tex. accipiendum in d. l. poſſeſsionē, prout facti eſt, ſeu prout in retentione, quam facti eſſe ex Soc. ante monſtrauimus. Cæterum ſi ad poſſeſsionem ipſam naturalem, prout retenta eſt, & in abſtracto, & ſeparatim à facti retentionis conſideratur, iuris eam non dici, tex. is non negat. Apparet ex his inſpectionem hanc Croti, quam nouam, ſuamq; aſſerit, ad Bar. & Soc opinionem accedere, ſi accurate ſeduloq; Croti mentem excutimus. Poſſeſsionem enim Barto. & Soc obſeruant, quæ quæſita, & retenta ſit, iuris eam dici. Contra facti, quæ corpore retinetur, atq; aliter ſentire non poterant, niſi ſi quæ apertiſsima ſunt, ea eos diffiteri facimus.

501 Reſponſio eadem † ad text. accommodatur in d. l. nemo ambigit. C. eodem tit. quoniam cum de poſſeſſione loquitur, quæ corpore conſtat, & diuerſam eam ab ea conſtituit, quæ in iure verſatur, de acquiſitione retentioneuè poſſeſſionis loquitur, quæ corpore fit, hæc enim ab ea differt, quæ a iure pendet, cum actum corporis iſta non exigat, vnde cum de poſſeſſione tex. loquitur, quæ corpore tenetur, factum ſolum retentionis corporalis tunc obſeruat, ſimiliter vt in d. l. poſſeſſionem factum planè in poſſeſſione acquirenda, & corpore retinenda ſolummodo verſari, inficias quiſquam non it. Conſequenter cum de poſſeſſione iuris tex. loquitur, de ea neceſſario ſentit, quę quæſita iam atque retenta eſt, atque ideo non aliud conſideratio iſta Croti, quam Barto. & crebrior Doctor. ſententia habet. Sin autem mens alia Croto fuit, ideſt vt non niſi facti dici poſſeſſio naturalis poſſit, in abſtracto etiā conſiderata, non rectè ſenſiſſe videtur.

Apparet ex his, veram Croti opinionem videri, ſi de naturali ſenſit, prout à iure omni ſeparatur, hæc enim conſiderati niſi prout in facto eſt, ideſt niſi prout acquiritur, retinetur, & amittitur, non poteſt, idq; & infra eo. explicatur nu. 526.

Contra ciuilis à naturali ipſa omnino diuulſa, ideſt ciuilis formalis, non iuris dici non poteſt, cum ex iure tota conſtet, vt infra num. 527. Quod ſi poſſeſſionem vtranque ſimul coniunctam obſeruamus, ita vti obſeruare Barto. videtur, tum vero Croti defendi opinio non poteſt. Siquidem iuris dici, & naturalis poteſt, quæ iuſta ſit, ſi in abſtracto eā ideſt à facto omni ſeparatam intuemur. Et quibus legibus facti eſſe dicitur, in abſtracto non accipitur, at in concreto, ideſt vel prout acquiritur, vel retinetur, aut amittitur, quos actus ad factum pertinere palam eſt, neq; diuinationē ſenſus ille habet, vt in concreto intelligi debeat, imo enim neceſſarius ſenſus eſt, quandoquidem de corpore mentio fit, cuius ſuperuacua mentio, in abſtracto eſt.

502 Secundo principaliter † monendi in controuerſia hac Doct. ſumus, in quantum id diſceptatur, vtrum iuris eſſe poſſeſſio dicatur, multiformiter iuris huius mentionem fieri. Interdum enim dicitur poſſeſſionis ius. l. ſi ea res. §. fin. ibi qui prior ius eius appræhenderit. ff. de actio. empti. l. peregrè in princ. infra eod. ibi ius poſſeſſionis peremptum non videri. l. non ideo minus in fin. C. de lib. cau. ibi inconcuſſum poſſeſſionis ius obtinebis. l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad legem Iul. de vi ibi iura poſſeſſionis, ſecundum hunc exprimendi modū, qui à Barto. diſſentiunt, iura hæc Barto. ſuffragari omnino negant, quoniam cauſam efficientem genitiuus
503 poſſeſſionis denotat, ius † poſſeſſionis, ideſt quod poſſeſſio efficit, & producit iuxta doctrina Barto. in rubr. ſupra de oper. noui nunciat. Ibiq; dictum habemus, Sed enim ob id non fit, vt iuris poſſeſſio dicatur, cum nihil prohibeat, à facto ipſo effectus iuris deſcendere, ſimiliter vt a contractu obligatio naſcitur. §. fin. inſtit. de obliga. obligationem planè iuris eſſe palam eſt inſtit. eodem tit. in princ. ſimile eſt, quod dicimus, ex facto ius oriri. l. ſi ex plagis §. in cliuo. ff. ad leg. aquil.

Conſequenter tranſitiuè in dictis legibus verbum hoc ius capitur, quia non dicitur, ius poſſeſſionem eſſe, verum ius poſſeſſionis, quod ab ea deſcendit.

Quandoq; e contrario mentio de iure per genitiuū fit, de poſſeſſione in nominatiuo, vt in l. poſſeſſio. §. 1. infra eo. ibi quia poſſeſſio non ſolū corporis, ſed et iuris eſt, ſed nec iſto ſecundo modo cum Bar tex. ille facit, quoniam tranſitiuè neceſſario tex. ille loquitur hoc modo, vt ſicut corpore opus ad poſſeſſionē quærendam eſt, ita neceſſarium ius, ideſt iuris adminiculū videri. vnde robur, effectūve poſſeſſio accipiat, quæ nuda poſſeſſio iuris auxilio deſtituta fieret, pacto nudo nō diſſimilis, & quod tranſitiuè intelligi ad modū memoratum verba illa iuris eſt, oporteat, oſtenditur, quoniam ſi intranſitiuè accipimus, iuris eſt, ideſt ius, conſequens fit, vt intranſitiuè intelligi, & genitiuus corporis debeat, ita vt corpus poſſeſſio dicatur. arg. l. iam hoc iure. ff. de vulga. quo quid abſurdius? ita Berengar. reſpondet in d. §. nihil commune num. 64 circa ſi,

Ex tex. iſto hæc Bereng. iuuatur in l. qui pignoris. §. 1. eo. ibi plus iuris habet, qui precario rogauit, quam qui omnino non poſſidet, ideſt maius iuris robur, ſeu effectus iuris maior in poſſeſſione præcaria, quam in alia. cui ius prorſus verū nō ſuffragatur, ex quo tex. declaratio verborū percipitur,
Non tm̄ ſiccario, ſed et iuris eſt q. d. non modo in facto verſatur, quod per corpus ipſum oſtenditur, cū corpore acquiritur, aut retinetur, verū et effectū iuris obtinet, apparet ex his, non paululū referre, vtrū dicamus ius poſſeſsionē, an iuris eſſe, atq; ideo intranſitiuè, an tranſitiuè mētio de iure fiat. Aliqū, & tertio mentio de iure per relationem, aut ſubauditionem quandā fit, vt in l. cū hæredes infra eo. vbi cū dictū eſt, iura oīa ad hæredes tranſire, poſſeſsio excipitur, per quam exceptione implicitè, aut ſubaudite ius et poſſeſsionem eſſe innuitur, cum de regula
504 † ſumi exceptionem oporteat. l. nam quod liquide. §. fin. ff. de penu. lega. Barto in l. in his ff. de ll. & in l. 1. ibique Dec. num. 26. infra de reg. iur. Alex in l. fin. col. fin. circa med. verſic. ſed ipſe met lapus. ff. quod quiſque iuris.

Per relationem item ius poſſeſſionem eſſe text. innuit
in l.ſtipulatio iſta.§.ſi quis forte infra de verb. obl. Ibi
ſi quis forte non de proprietate, ſed de poſſeſſione, vel
vſufructu, vel de vſu, vel de aliquo alio iure contro-
uerſiam fecerit, committitur ſtipulatio. dictio alio im
plicatiua eſt, qualitatem eandem præcedentium refe-
rens, aut implicans gl. in l. ſi fugitiui in gl. fi. C. de ſeruis
fug. eod tex pertinet in l. pen. ibiq; Iaſ. nu. 2. C. qui ad-
mitti. in c fi. in prin. de pactis lib. 6. & in cle. 1. de reſcrip.
gl. & Doc. in l. non ſolum. §. quæritur in ver. cæteros. ff.
de proc Alex. in conſ. 204. nu. 3. lib 2. & in conſ. 76. nu.
6. lib. 4. Scitè Aret. in conſ. 116 viſo puncto col. 1. poſt
med. Ius igitur, & poſſeſſionem eſſe, non obſcurè ver-
ba illa innuunt, vel alio iure.

Ad tex. in d. l cum hæredes Berengar. reſpondet in
d. § nihil commune nu. 65. verſ. ad ſeptimum in Barto.
cum, & receptam ſententiam retorquendo, ſi quidem
per aduerſatiuam autem mentio ibi de poſſeſſione fit,
non per exceptionem, vt falſo quidam affirmant, ad-
505 uerſatiua † planè inter diuerſa ponitur gl. in tub. ff. de
iuris, & facti ignor. & in c. quærelam de Simonia quæ
gl. ineptè citatæ in aduerſatiua ſunt, cum in copula lo-
quantur pro copula tamen aduerſatiuam autem ex-
preſſim in cauteq; Berengar. accepit. Appoſitè magis
tex. citaſſet in l. hoc amplius. §. de his autem, ibiq; Bart.
ſupra de dam. infec. aduerſatiuæ naturam eam eſſe, vt
in facto, & iure præcedentib. aduerſetur, quotiēs abſq;
copula exprimitur, id quod ex gl. ēt probatur in l. a. in
gl. pen. ibiq; Bart. & al j. ff. ne quis eum qui in l. ſed & ſi
lege in prin ff. de pet. hæred. in l. patris, & filij in glo. fi. ff.
de vulg. & in l qui vſumfructū in verſ. ſed infra de ver.
obl. no Card in conſi. 105. col. 6. circa med. nu. 14.

Sed enim retorcutionem hanc Bereg ipſe patitur, in
ipſumq; retorcutio ipſa reijcitur, namq; & ſi maximè
præcedentibus à iure, & facto aduerſatiua contradicat
506 abſq; copula adſcripta, his tamen † aduerſatur, quæ
generis qualitatisvè eiuſdem ſunt, non diuerſi, veluti
cum dicimus, ſcholaſtici legunt, Petrus autem currit,
ſcholaſt cum enim, & Petrum eſſe aduerſatiua innuit,
aliter inepta aduerſatio fieret gl. & Bart. in l. marin § fi.
infra de adul. Bal. in l omnes populi num. 21. ver. tertio
modo. ff. de iuſt. & iure. Alex in l. ſi filius à patre. nu. 6. ff.
de lib. & poſth. Iaſ. in l. 1. in prin. col. fin. ff ne quis eum
qui in l. iuriſgentium. §. quinimo nu 10. ff. de pactis in l.
3. §. ex contrario nu. 5. infra eodem, fateor igitur præce
dentibus dictionem autem aduerſari in facto, & iure,
quia in facto iurium petitorij præcedentia intelligun-
tur, quæ ad hæredes ambulant, poſterius autem de poſ
ſeſſione loquitur, quæ poſſeſſio ad hæredes non tran-
ſit. Cæterum repetita iurium qualitas neceſſario intel-
ligitur, vt potè qua repetitione ceſſante, inepta aduer-
ſatio fieret.

Sed dicturus aliquis erit, Berengarij partes ſuſcipiē-
do, ſic aduerſatiuam illam intelligimus, vt qualitatem
eandem repetat, iusq; poſſeſſionem eſſe innuat, ergo
ad hæredem tranſire ius hoc poſſeſſionis debebit, con-
tra quam expreſſum textu illo ſit. Reſpondetur, & in
hoc aduerſandi vim conſiſtere, quamuis enim ius poſ
ſeſſio dicatur, attamen quia ius dici ante non poteſt,
quam quæſita, & retenta ſit, conſequenter factum ac-
quiſitionis deſiderat, prout ad factum hoc acquiſitio-
nis ſpectat, ad hæredes poſſeſſio non tranſit. Cæterum
vbi primū quæſita ab hærede poſſeſſio ſemel eſt, quod
ad ius attinet, quod ex ea quæſitum defuncto erat, hæ-
redes id ſequitur. Quare ciuilem defuncti cum ſua cō-
iungere ad vſucapionem celerius perficiendam hæres
poterit. l. pomponius. §. quæſitum infra eo. Ad quem
modum rem expendendo, validiſſimè ad opi. Bart. &
receptam iuuandam. tex. facit in d. l. cum hæredes.

Sed enim reſponderi poteſt, & ſi maximè ius poſſeſ
ſionem eſſe text. ille non obſcurè innuat, modum ta-
men incertum eſſe, per quem dici ius poſſit, ideſt vtrū
tranſitiuè, an intranſitiuè, an quaſi cauſatum, ſeu effe-
ctus poſſeſſionis ius ibi conſideretur, vt dicamus ius
poſſeſſionis intelligi, quod à poſſeſſione producitur.
Quod cum ita ſit, in probatione dubia poni funda-
mentum non poteſt. l. duo ſunt titij. ff. de teſta. tu. cap.
in præſentia de proba. Quæ reſponſio ex reſponſione
etiam adiuuatur, quæ ad tex. in d. §. ſi quis forte à nobis
mox accommodabitur.

Ad tex. in d. § ſi quis forte, reſpondet Berengar. ver-
ba illa, vel alio iure, ad vſumfructum, & vſum, non ad
poſſeſſionem referri, ſed enim ſatis mihi reſpōſio hęc
507 non facit, cum ad † omnia relatio fiat, vbicunq; ra-
tio diuerſitatis non conſtat, cur ad vnum relatio fieri,
potiuſquam ad aliud debeat. l. ſed & ſi per prætorem. §.
deinde. ff. ex quibus cau. maior. l. 3 §. filius autem. ff. de
lib. & poſth. l. cohæredi. §. qui patrem. ff. de vulga. l. talis
ſcriptura. §. fin. ff. de legat. 1. l fin. ibiq; Barto. ff. de rebus
dub. l. doli clauſula à ſenſu contrario. infra de verbor.
obl. l. quiſquis, ibiq; Bald. in 1. nota. C. ſi cert. petat. l. 1.
in fin. C. de lib. præter. c. antepen. de appella. Idque lo-
cum haud dubie habet, quotiens ſub oratione eadem
plura comprehenduntur. Quę vni tum enim adiecta
qualitas eſt, ad omnia trahitur, vt in d. l. fin. circa fi. Soc.
ſcribit, & declarat.

Contrarij tamen ſententiæ huic text. videntur, qui-
bus expreſſum eſt, ad cauſam immediatam, aut proxi-
mam perinde quaſi potētiorem in dubio relationem
habendam. l. ſocium qui in eo. §. 1. ff. pro ſocio. l. qui li-
beris. §. hæc verba, & l. cum filio. ff. de vulg. ſed reſpon-
detur, cauſam potiorem in qualitate non verſari, cur
potentior in vno, quam in alio ſit, atq; ideo ad omnia
relationem eius fieri, ratio in quibus diuerſitatis nō in-
uenitur, ad proxima item relatio fit, quotiens impro-
priè alias verba accipiuntur, vt in dictis. ll. ita Alexa. in
conſ. 36. col 4. in fi. verſ. ſupereſt igitur lib. 3.

Quare aliter reſponderi ad tex. illum poteſt, verba
illa, vel alio iure, generaliter adſcripta, neque in ſpecie
apparere, quomodo ius illud intelligatur, vtrū tranſi-
tiuè, vel intranſitiuè, an tamquam cauſatum, vt de iu-
re poſſeſſionis intelligatur, ob id probationē legitimā,
aut concludentem ſumi ex verbis generalibus nō poſ-
508 ſe, quoniam ſicut intelligi † multiformiter poſſunt, ita
incertitudinem pariant. l. veteribus, ibiq; glo & Bald. in
vtraq; lect. ff. de pact. l. qui ex plurib ff. de verb. obl. Bal.
in l. ſcitè leges. ff. de ll. in l. precibus nu. 23. C. de impub.
ſpecialemq; probationem exigi, ex text. oſtenditur in
c. in præſentia de prob. Bal. in l. interpoſitas nu. 2. C. de
tranſacti. & alia apud nos deprompta in conſ. 362. nu.
3. ita reſponſione, eadem text. iſte, ac ſuperior declinatē
in d. l. cum hæredes in prin. Quarta iuris in poſſeſſione
animaduerſio.

Quarto de iure mētio à remotis magis fit, veluti cū
dicitur, plurimū à iure poſſeſſionem mutuari, vt in l.
poſſeſſio quoq; infra eo. quo caſu minor dubitatio vi-
detur, iuris poſſeſſione intranſitiuè non eſſe, quorſum
enim à iure accipere, ſi iuris, aut ius ipſa ſit, ſi quidem
ab alio nemo non petit, aut accipit, quod intus habet.
l. ſi quis ex argentarijs. §. prohibet. ff. de eden. §. æquè
verſ. quod genus inſtit. de actio. c. examinata de iudi. &
alia, de quibus ſupra nu. 244. 429.
509 Secundo ad tex. illū videtur, ad vires † aut effectus
iuris pertinere, quos à iure accipi, nemo negat, ſi quidē
inanis facti poſſeſſio eſſet, quā iuris autoritas nō iuuat.
Bald. in tract. Sciſma nu. 9. verſ porrò poſtrit. C. ſi quis
aliq. te. prohi. ſic tranſitiuè tex. ille intelligitur.

Quinto verbis ad ſubſtantiā ſpectantibus, atq; adeo
intranſitiuè, ius hoc tributū poſſeſſioni vr̄, cum dr̄, poſ-
ſeſſionis duplicē rōnem eſſe, vnam quæ iure conſiſtit,
alterā, q̄ corpore, ſic vna ex corpore, q̄ facti dr̄, ex iure
altera cōſiſtit, q̄ verba ad ſubſtātiā haud dubie referūt.

Ad quem tex.reſpondent, qui opi.diuerſam probant,
verba illa,quæ iure conſiſtit, ad poſſeſſionem iurium,
rerumvè incorporalium ſpectare, ſenſumq; text.eſſe,
poſſeſſionem non in rebus modo corporalibus,ſed &
incorporalibus verſari, idq; ex eo iuuatur, quod de ſi-
lentio,& taciturnitate aduerſarij mentio fit,vnde poſ-
ſeſſio iſta iurium naſcitur l.3.§.dare.ff.de vſufru.l. pen.
ff.de ſerui.& alia,de quibus ſupra nu.48.232.Cumula-
tius nu 436.ver.tertio meminiſſe debemus,qua reſpon
ſione Ruin.hic vtitur.nu.3.cir.fi.

Quæ reſponſio arridere mihi non poteſt,ſi quidem
poſſeſſio propriè in iurib.non cadit. l.ſeruus.§.1. ſupra
tit.1.l.3.in prin.ſ.eo.l.ſequitur.§.ſi viã infra tit.1.& alia,
de quib.verba planè tex.accipi.ſ.nu.40.232.455.Im-
propriè planè verba accipi tex.non conuenit.l.1.§.ſi is
qui nauem.ff.de exercitor.l.non aliter.ff.de leg.3. & cũ
in materia quauis locum id habeat,in ll. tamen præci-
puè id obſeruandum,ne abuſiuè locum legis autorem
dicamus,qui ipſe præcipit, ſignificationem propriam
510 ſpectandam. Dici enim † poteſt,turpè eſt doctori,cũ
culpa redarguit ipſum.l.antepen.in fi.ff. ad legem falc.
l.qui bona.§.ſi quis quia ſupra de dam.infect.l.2.§.idem
ait infra ne quid in loco pub.c.pro illorum de præb.c.
cum eccleſiaſticæ de exceptio. Atq; in ſpecie propriè
verba in legibus accipienda,Bald.ſcribit in c.1.nu.6. de
ſucceſ.feudi vbi non vt idiotæ craſſa minerua, at pro-
priè verba accipienda iuriſtarum ait, cui dicto veluti
memorabili.Abb.ſubſcribit in conſ.79.nu.2.lib.1.Bar.
huc accedit in l.decem nu.6.infra de verbo.obl.ibique
Imola nu.8.iuriſconſult.eſſe propriè loqui,idem in iu-
riſconſulto,& Cæſare Imo.ſcribit in l.titia.§.pen.eo.ti.

Secundo ſi mentem hanc.d.l.nemo ambigit, fuiſſe
dicimus,vt cum de corpore loquitur,de poſſeſſione ſo
lum rei corporalis intelligat,cum de iure; de iurium,
rerumq; incorporaliũ poſſeſſione ſentiat, falſum erit,
quod ſcriptum eſt,ex corpore ſolummodo rei corpo-
ralis poſſeſſionem conſtare, cum ex animo conſtare,
& corpore poſſit, imo enim carere animo nequit, vt
hac.l.§.1.& d.l.3.§.in amittenda, & d.l.quemadmodũ
infra eo. Rurſus cum ſine animo poſſeſſio non acqui-
ratur,credibile non eſt,de corpore ſolummodo men-
tionem factam, ob id cum de iure loquitur de ea ſen-
tit,quæ animo retinetur, & quæ introducta à iure eſt,
& quæ ſola iuris,aut ciuiles effectus producit.

Tertiò errore manifeſtario lapſi apparẽt, qui in poſ-
ſeſſione iurium tex.illam intelligunt, quatenus de iure
loquitur. tex.enim poſſeſſionem legitimã eſſe vtranq;
vult,tam quæ iure,quam quæ corpore conſiſtit.

Si dixeris,quomodo legitima exigitur,quæ iure con
ſiſtit,quaſi illegitima eſſe poſſit.

An non contraria videntur,vt iure conſiſtat,& non
511 legitima ſit.Reſpondetur† legitimam exquiri;quoad
continuationem,ideſt ne interrupta ſit, legitima enim
quantum ad effectus ciuiles poſſeſſio non habetur, q̃
interrupta ſit.d.l.ſeruitutes la grand.ff.de ſeruit.l. natu-
raliter infra tit.1.l.2.C.de præſcrip.longi temp. 10. vel
20. an.& quæ ſcripta ante ſunt nu. 245. Sic de poſſeſ-
ſione illegitima per interruptionem tex.ille loquitur.
Interruptio planè duplex eſt,vna naturalis, altera ciui
lis,naturalis,cum vi quis de poſſeſſione deijcitur, quo
caſu non ſolum naturalem,ſed & ciuilem amitti, de-
monſtratum ſupra in parte ſeptima de ciuili amitten-
da habemus.nu.355.

Ciuilis interruptio per litis conteſtationem fit, ſeu
per controuerſiam in iudicio poſſeſſori,& præſcriben
ti factam,ad quem modum ciuilis demum poſſeſſio,
non etiam naturalis interrumpitur cum naturalem re
tineat. Si dixeris, per controuerſiam iudicialem poſ-
ſeſſionem ciuilem non amitti, cum neq; repulſio natu
ralis interueniat,neq; timor vllus,repulſum ſe iri. Rñ-
detur,& ſi interitus oĩno ciuilis poſſeſſionis non inter-
ueniat,interruptionẽ eius tñ ad p̃ſcriptionem impedi-
512 endã fieri,qm̃ fidem † bonam . atq; ipſam firmam p̃-
ſcriptio deſiderat. Bar.in d.l.naturaliter in prin.nu.9.

Atqui firma,ſolidaq; eſſe bonafid.infra ti.1. Alex.in
conſ.228.nu.6.lib.6. At enim id genus bonafides non
eſt,controuerſia in iudicio facta,cum dubitare,atq; va
cillare de iure ſuo poſſeſſor præſumatur,quamuis ꝙ ip
ſe aſſerat, ideſt dubitationis quicquã apud ſe non eſſe
iuris ei præſumptione refragante.gl.& doc.in §.ſed iſte
inſt.de actio. Apparet ex his, non niſi per controuerſiã
iudicialem interruptionẽ præſcriptionis, & poſſeſſio-
nis in d.l.fieri,quo admiſſo, error euidentiſſimus eorũ
detegitur,quibus viſum eſt,in poſſeſſione iuriũ,aut re-
rum incorporalium tex.illum intelligi,quatenus de iu-
re loquitur,qm̃ controuerſia iudicialis opus ad poſſeſ-
ſionem,ſeu quaſi,interrumpendã iurium non eſt, imò
513 enim contradictio † ſatis habetur, quæ verbis fit. vt
ſicut ex patientia ſola aduerſarij quaſi poſſeſſio hec iu-
rium inducitur,ita ex impatientia, aut contradictione
ſola interrumpatur.l.quemadmodum infra eo.atq; in
ſpecie,ex ꝯdictione ſola quaſi poſſeſſionẽ iuriũ inter-
rumpi,ex tex.oſtenditur in l.2.ibiq; Bal. in quarto not.
C.de ſeruitu.& alia ſupra adſcripta nu.461.

514 Reſponſionem alteram † ad.d.l.nemo ambigit, Be-
reng.affert in d.§.nihil commune nu.65.in princ.verſ.
nec putent ipſi, & verſ.ad ſextum de l. nemo. verbum
ius ad modum accipi,de quo in l.1.in prin.ff.de iuſti &
iure, ideſt pro rectitudine ipſa, quæ in bono, & æquo
verſatur. In ſpecie planè controuerſa,vtrum iuris,an
facti poſſeſſio dicatur, ad eum modum accipitur, de
quo inſtit.de rebus corpor. & incorp.ideſt prout incor
poralis res habetur, ſimiliter,vt actio. hæreditas, vſuſ-
fructus, & vius, quę reſponſio ſatis vna eſſet ad leges
omnes refellendas, quæcunque adduci in opinionem
Bart.confirmandam ſolent, ſed enim reſponſioni aſ-
515 ſentiri huic non poſſum, namq; & ſi maximè † de
iure hoc rectitudinis,ſeu boni,& æqui intelligi tex.de-
beat in d.l.nemo, & conſequenter, vt de poſſeſſione
ſentiat,quæ iuſta,& approbata à iure,ſit attamen poſ-
ſionem hanc ciuilem dici nemo dubitat, quam ex ap-
probatione iuris naſci in ſuperioribus, ideſt in tertia
parte tractatus huius oſtendimus. Ciui nu 34.228. ver.
At enim nu 276.ver.ſed dubitari.nu.279 450.498. Ci-
uilem planè animo retineri palam eſt. Quo circa in-
corporalem poſſeſſionem hanc ciuilem eſſe noncon
fiteri non poſſumus, cum videri animus nequeat, vt
mirari ſatis nequeam,id genus reſponſionem accom-
modatam à Berengario eſſe.

Conſequens his fit, Bart. & receptam Doc. ſenten-
tiam ex text.non mediocriter iuuari in d. l. nemo am-
516 bigit. Ad text. modo † tranſeundum, qui produci
contra Bart.ſolent. Inter quos tex.eſt infra ea.l.§.ſi vir.
Ad quem reſpondetur,de poſſeſſione cum loqui,pro-
ut acquiritur,ſeu in eſſe deducitur, ſed impugnationẽ
reſponſio hæc patitur, ꝙ diſceptatio intelligi de poſſeſ
ſione debeat prout quæſita eſt, non prout acquiritur,
cum acquirendi modus poſſeſſio non ſit, vt Iaſ. docet
in d.§.nihil commune nu.29. Inde fit, vt definitio eius
fiat prout acquiſita eſt,non prout acquiritur. Barto.hic
nu.6.Iaſ.nu.34.

Sed.n.recedendum à rñſione hac non puto, vt facti
poſſeſſio quoad ꝗrendi modum dicatur, & ꝙ ea rõne
facti eã eſſe tex.dicat,ſi mentem eius ſedulo intuemur
mens.n.tex.eſt,vt rõnem oſtendat,quãobrẽ poſſeſſio-
ni acquirendę transferendęve in ꝯtu re phato lex nõ
reſiſtat,& rñdet tex.idcirco rẽ à muliere poſſideri,neq;
poſſeſſionẽ impediri,ꝙ infirmari res facti non poteſt.
Quæ verba ad acquiſitionem neceſſario referuntur, vt
poſtquam impediri factum hoc poſſeſſionis transfe-
rendæ non poteſt,infirmari poſſeſſio nequeat, de quo
plura inmo tractatus huius nu. 8.

Secundo reſpondetur, in poſſeſſione quæſita intelli-
gere tex. volumus, ad retentionem eius verba illa, poſ-
ſidere eam referenda, quæ retentio dubitatio non eſt,
quia in facto mero conſiſtat, namq; cum ll. non pau-
517 cis † expreſſum ſit, iuris poſſeſſionem eſſe, cum facti
eam eſſe tex. ille dicat, ad illud referri factum hoc de-
bet. ad quod adaptari debet. l. gallus. §. ille caſus. ff. de
lib. & poſth. l. epiſtolam. §. fin. ff. ad trebel.

Tertio vltra Bart. & alios ad tex. illum. & conſimiles
alios reſpondeo, ſuo Bartoli aduerſarios gladio iugu-
lando, cum ad tex. reſpondent, quibus cōprehenſum
518 eſt, iuris † poſſeſſionem eſſe, vt tranſitiuè verba illa
accipiantur, ita vt ad ius poſſeſſio tranſeat, in cuiusque
dominio, & diſpoſitione fiat, non e contrario ius ad
poſſeſſionem veniat, ita vt ius poſſeſſio ipſa ſit. Re-
ſponſio hæc in aduerſarios Barto. circa factum, retor-
quetur, vt quibus legibus expreſſum ſit, facti poſſeſſio-
nem eſſe, intranſitiuè id non accipiatur, ita vt factū ip-
ſa ſit, verum ad factum tranſeat, quaſi à facti diſpoſi-
tione acquiſitio retentiovè eius pendeat, ꝙ ſi intranſi-
tiuè verbum facti intelligimus, cur intranſitiuè minus
verbum iuris interpretabimur.

Apparet ex his, reſponſionem Bart. & aliorum non
modo probabilem, ſed & neceſſariam eſſe, vt facti ver
bum ad acquiſitionem, retentionem vè referatur. Ali-
ter contradictio euidens in legibus admittitur, ex qui-
bus iuris aliquæ, facti aliæ poſſeſſionem eſſe dicunt.

Equè tex. non obſtat in l. deniq; ff. ex quib. cau. ma-
ior. quo maxime omnium aduerſarij nituntur, ad poſ
ſeſſionem hanc poſtliminij fictio non trahitur, atqui
519 traheretur, ſi ius poſſeſſio eſſet, ad quem tex. † oſten-
ditur, ad ea iura fictionem poſtliminij trahi, quæ effe-
ctum ſuum conſumatum habent, & quę factum aliud
hominis ſucceſſiuum, ſeu continuum non expoſtulāt
eorum enim reſtitutio poſtliminio fit, poſſeſſio planè,
& ſi iuris ſit, ex iureq; conſtet, prout quęſita conſidera-
tur, effectus tamen ſuos illico, & per ſe non parit, vt
quæſita eſt, at enim tractum ſucceſſiuum continuatio-
nemq; in id temporis exigit, quo perfectionem acci-
pere effectus eius poſſint, & quæ continuatio, ſeu re-
tentio continuo ſine facto hominis non fit, corporali,
aut intellectuali, ideſt animo hominis, & iſtud eſt, quod
dicitur, facti poſſeſſionem eſſe quod ad acquirendum
520 retinēdumvè attinet. Retineri planè † poſſeſſio in
captiuitate non potuit, quomodo enim rem ſibi poſ-
ſidere poterit, qui ab alio ipſe poſſidetur. l. homo liber
ſupra tit. 1. l. ſic eueniet infra de adulter. Ruin. hic nu. 9.
& nu. 23. neq; fictionem ſuper facto hoc in perniciem
alienam introducendam lex cenſuit, cum niſi ex æqui-
tate lex non fingat. d. l. deniq; & l. nec vtilem eo. ti. l. qui
in vtero. ff. de ſtatu hom. l. poſt limitatum in prin. infra
de captiuis. Barto. in l. ſi is qui pro emptore in ſexta. q.
prin. nu. 67. ibiq; Iaſ. nu. 383. infra tit. 1.

Secundo explicitè magis, atq; ſignificantius ad arg.
reſpondetur, iuris poſſeſſionem quæſitam eſſe, quate-
nus quæſita eſt, ſed enim ad futurum extendi acquiſi-
tio hæc non poteſt, vt quæſita poſſeſſio in futurum, &
quoad effectus futuros ex ea venientes dicatur, cū tra-
ctum ſucceſſiuum, continuationemq; deſideret, vnde
ſi ante poſſeſſio amittitur, ſeu interrumpitur, ꝙ produ-
ctus, aut conſumatus effectus ſit, quęſita dici quantum
ad effectum illum futurum non poteſt, ꝙ cum ita ſit,
mirum facere non debemus, ſi ad ius quærendum ex
poſſeſſione futura quærendum poſtliminij fictio non
trahitur, ſi quidem æquitatis quicquam in iure hoc ex
iactura aliena quærenda non verſatur, ex gl. reſponſio
521 † hæc iuuatur in l. talis ſcriptura in gl. fi. ff. de leg. 1. ad
futura contra ius fictionem non extendi, ꝙ dictum pro
eleganti Bal. ſequitur in c. inuoluit nu. 6. de elect. Curt.
ſen. in conſ. 35. nu. 21. ſi contra ius ad futura fictio non
extenditur. Longè minus contra æquitatem ad iniu-
riam alienam.

Proinde verior mihi Bartol. & vulgata Docto. ſen-
tentia videtur, quæ à partibus ſatis enumeratis iuua-
tur. Aut enim ius in poſſeſſione conſideramus, pro-
ut effectus ciuiles habet circa vſucapionem, acquiſi-
tionem fructuum, & alios de quibus ſupra num. 7. vbe-
rius num. 149. 158. 286. 307. & num. 466. in fi.

Et dubitandum non eſt, quin iuris tum dicatur, cū
à iure ipſo effectus iſti exiſtant, neque inficias id aduer-
ſarij eunt.

Aut ius conſideramus, prout à iure quid introduci-
tur, veluti cum dicimus iuris ciuilis ſtipulationem eſ-
ſe, quia inuenta à iure eſt. Et iuris ciuilis poſſeſſio-
nem ciuilem eſſe proculdubio eſt, cum à iure ipſo ci-
uili introducta per approbationem eius ſit, vt ſupra
num. 34. 228. verſic. At enim num. 276. verſic. ſed du-
bitari. nume. 279. 450. 498. 509. Inde ciuilis nomen
adepta, eaque ratione ſolam ciuilem iuris eſſe Cro-
to viſum. De quo ante num. 497. verſiculo ſexta
opinio.

Aut ius conſideramus, prout à facto corporali ſe-
paratur, & prout effectus ſuos ſeparatos à facto ipſo
corporali habet. Quo caſu poſſeſſio ciuilis formalis,
ideſt à naturali ſeparata, ius eſſe, ex iureque conſi-
ſtere dicitur. d. l. nemo ambigit, quæ ciuilem hanc à
corporali diſtinguit, ex iureque conſiſtere ciuilem ait.
Et ſicut in iure conſiſtit, non in facto, neque in actibus
corporalibus, ita per actus iuris, & ciuiles interruptio
eius fit. Quod ſecus in corporali eſt, prout in facto
conſiſtit. Actus enim facti, ideſt deiectionis, inter-
ruptio eius expoſtulat. d. l. naturaliter infra tit. 1.

Idcirco ad ciuilem hanc dictum illud text. qua-
drat in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis in ſti-
pulationibus ius contineri, in pactis factum verſari.
In ciuili ius contineri, in naturali factum magis verſa-
522 ri, & quamuis animo † ciuilis retineatur, qui facti eſſe
dicitur, factum tamen hoc corporale non eſt, verum
intellectu conſtat, ſimiliter, vt ius. Quo circa facti poſ-
ſeſſio quæſita non dicitur, verum ex iure intellectuvè
tota conſiſtit.

523 Et ad hunc tertium modum conſiderando, † etiam
quantum ad ſubſtantiam, atque intranſitiuè, ius dici
poſſeſſio poteſt, ita vt ius poſſeſſio ſit, ſubſtantia enim
dicitur, ſine qua ſubſiſtere actus nequit. l. vbi ita dona-
tur ſupra de donatio. cau. mort. l. cum præcario infra
de præcar. text. huc pertinet in l. 2. ff. de vſufruc. earum
rerum, quæ vſu conſu. ibi nec enim ratio naturalis au-
toritate Senatuſconſulti potuit commutari. Inde
ſubſtantialia iudicij ea dicimus, quibus carere iudiciū
non poteſt Barto. in l. prolatam. num. 5. C. de ſentent.
Sed enim iure hoc carere poſſeſſio ciuilis non poteſt,
à quo ſolo pendet, adminiculo, aut facto corporali
524 nullo prorſus interueniente. Et quamuis † animus
interueniat, qui facti habetur, corporale tamen fa-
ctum non eſt, vt ſupra num. 522. Rurſus non ex
facti eiuſmodi natura, ſed legis id beneficio, operaque
contingit.

Aut, & quarto modo pro facultate ius accipitur, vt
verba illa ius inſiſtendi, ad facultatem. i. poteſtatem
inſiſtendi referantur. Similiter vt in definitione do-
minij dicitur, ius eſſe de re corporali perfectæ diſpo-
nendi Bartol. in l. ſi quis vi. §. differentia. num. 4. infra
eod. facultas hæc æquè in poſſeſſione, atque dominio
vertitur, cum pro arbitrio poſſeſſioni ſuæ inſiſtere, de
eaque diſponere liceat. Alij enim ius hoc inſiſtendi
cedi, tranſmittiq; in hæredem poteſt.

Si dixeris, inſiſtentiam ipſam non cedi, neque tran-
ſmitti. Reſpondetur, neq; diſpoſitionem ipſam, pro-
ut factum deſiderat, cedi aut tranſmitti in dominio
poſſe, at facultatem ſolummodo diſponendi cedi, aut
tranſmitti.

Po-

Digitized by Google

Poſtremò argu. vnum cum Barto. facere non mediocriter videtur, quod enim facti non iuris poſſeſſiõ dicatur, niſi ad acquiſitionem, retentionem, amiſſionemvè pertinere eius non poteſt, ideſt prout rem quis appræhendit, eidemque inſiſtit, vel ab ea deſiſtit, vt infra eadem. l. §. 1. vbi ideo à pupillo intellectus non experte ſine tutore poſſeſſio acquiritur, quoniam facti res eſt. Sic de acquiſitionis facto text. loquitur, eadẽ ratione à pupillo ſolo, abſque tutore poſſeſſio amittitur, cum extra rem eſt, ideſt quia ad factum corpo-
525 ris receſſus ſpectat. Animo planè † ſolo à pupillo non amittitur, quoniam ad factum corporale animus non ſpectat. l. poſſeſſionem infra eod. Ex quo tex. apparet, cum de facto in poſſeſſione lex loquitur, de facto eam corporali intelligere. Si quidem factum ipſum animi, expreſſim tex. excludit, ex facto animi eam non amitti.

Quod cum ita ſit, facti poſſeſſio ciuilis dici propter animum non poteſt, quamuis facti dicatur, id quia intellectu, non corpore factum id conſtat, vnde cum niſi in poſſeſſione quærenda, quæſitavè retinenda, & amittenda factum corporale non interueniat impoſſibile videtur, vt facti dicatur, quæ deſiuncta à naturali eſt, & quæ niſi ex poteſtate ciuili non conſtat.

Summa quæſtionis huius in caſuum trium diſtin-
526 ctione verſatur. Primus caſus eſt, quotiens † naturalem ſolam, & per ſe conſideramus a iure omni abſtractam, quo caſu niſi facti poſſeſſio dici, ex eoque pendere non poteſt. Namque, & ſi maximè prout quæſita eſt, poſſeſſionem hanc contemplamur, attamen ciuili, omnino remota, ideſt iure omiſſo, vnde ciuilis deſcendit, quid aliud conſiderare, quam actus ipſos naturales, & facti licebit, ex quibus poſſeſſio ipſa conſiſtit, iuſta vel non, naturalis ſit. Ad quem caſum pertinere text. videtur in dicta l. poſſeſſionem infra eodem, & in d. l. nemo ambigit. C. eodem titu. & hoc modo conſiderando, locus opinioni eſſe Croti hic poteſt, de qua memoria habita ante eſt. num. 501. verſ. Apparet ex his, vt facti corporalis dicatur.

Secundus caſus in ciuili ſola etiam, & à naturali omnino diſiuncta vertitur, & iſto caſu niſi iuris eſſe poſſeſſio iſta non poteſt, vtpotè à iure ipſo ciuili, ſeu agnitione introducta, quæ iuris ipſius adminiculo citra omne corporis factum retinetur, & quæ ſola effectus iuris producit.

Quam ciuilem qui facti eſſe dicunt, eo demum argumento ducuntur, quod facti, & animus eſt, vnde retinetur. d. l. bonæfidei. §. 1. ſupra titu. 1. & infra ea. l. §. 1. Ibiq; Iaſ. & Horman. in quarto vterq; nota. Conſequenter, & acquiſitio, & retentio ciuilis, ex facto conſiſtunt. Sed enim præter reſponſionem Barto. & aliorum, quod vti acquiſitam, & retentam conſiderari poſſeſſionem conuenit, non prout acquiritur, &
527 retinetur, reſponſio † & alia ex prædictis effluit, de factò in ſpecie hac, corporali non intellectuali intelligi, neque propter animi factum, iuris minus poſſeſſionem æſtimari. d. l. poſſeſſionem, & d. l. nemo ambigit, & ad hunc ſecundum caſum, ciuilem intelligendo, vera Croti opinio erit, iuris ciuilem eſſe.

Ad extremum ex text. probari opinio hæc videtur in l. 1. § quædam. ff. de rerum diuiſ. & inſti. de rebus corporal. & incorporal. vbi quæ incorporalia ſunt, iura appellantur, veluti hæreditas vſusfructus vſus obligatio, ſed enim incorporalis poſſeſſio ciuilis eſt, quam neque videre, neque tangere licet. Ita in ſpecie hac Io. Fabri. in d. titu. argumentatur inſtit. de rebus corporal. & incorporal. vbi ius eam eſſe quantum ad ſubſtantiam, & creationem ſcribit, quo cum ſimpliciter. Ang. ibi Aret. conſentit.
528 Tertius caſus, vbicunque † coniunctim poſſeſſionem intelligimus, tàm naturalem, quàm ciuilem, ideſt vtranq; ſimul coniunctam. Ita vti conſiderare Bart. aliiq́ue frequentius videntur, quo caſu cum potentior ciuilis ſit, vt ſupra num. 245. ab ea fieri denominationem oportet. l. quæritur. ff. de ſtatu homin. Conſequẽter iuris tota dici in abſtracto cõſiderata debebit.

Cæterum quia parum videtur, artem rei tenere, ſi modum ea vtendi non habemus, quo planior res vſu ipſo fiat, quæſtionem propono. Iura ſua teſtator cui leget, vtrum ad poſſeſſionem legatum hoc pertineat, ita vt non ſolum actiones, ſed & bona omnia tam immobilia, quam mobilia legatum complectatur. In rebus incorporalibus, ſeu actionibus dubitatio non videtur, quin legato cedant. Sed in poſſeſſione ambiguitas vertitur, vtrum ad eam legatum trahatur. Si dicimus, iuris eſſe quantum ad ſubſtantiam, contineri legato dicetur.

Quæſtionem hanc non in terminis poſſeſſionis, ſed in genere excitatam apud Calder. reperi, in conſ. 4. de verb. ſign. vbi niſi incorporalia venire iurium appellatione non putat. Cui opinioni conſequens fieret, ad poſſeſſionem ciuilem legatum extendi, quæ incorporalis haud dubie eſt cum videre eam tangerevè non liceat.
529 Sed enim quomodo † ad poſſeſſionẽ ciuilem trahi legatum poterit, ita vt ad legatarium tranſeat, cum acquiri ſine actu naturali nequeat. d. l. 3. §. neracius infra eo. Caſtr in d. l. clam. §. fin. col. 2. ante med. infra eod. & alia, de quibus ſupra nu. 197. & 15. verſ. quæ dicta n. 233. latius nu. 279. & ſeq. Reſponderi tamen poteſt, quamuis iure ipſo ad legatarium non tranſeat, ab hærede tamen tradendam, qui per actum naturalem traditionẽ ipſam ciuilis perficiet, cum tradi ciuilis ſola ſine naturali poſſit, quamuis actum naturalem expoſcat, vt in d. §. fi. gl. doct. q; not. & gl. in d. l. nemo ambigit in gl. fi. & alia, de quibus d. nu. 197. & alijs mox relatis.

Sed obſeruandum, poſſeſſionem hanc ciuilem compræhendi ſub legato non poſſe à partibus ſatis enumeratis, namque aut apud defunctum res erat cum mortuus eſt, conſequenter naturaliter eam, ciuiliterq; poſſidebat, aut poſſeſſio ciuilis ſola apud defunctum erat, re apud alium exiſtente. Si apud defunctũ ipſum poſſeſſio, vtraq; erat, ius legatum poſſeſſionis non videtur, quoniã ad rem ipſam corporalẽ legatũ traheretur, cum niſi ad incorporalia dictio hæc iura non referatũ.

Si dixeris, quamuis corporalis res ſit, incorporale tamen ius ipſum poſſeſſionis eſſe. Reſpondetur, de iuribus formaliter legatum intelligendum, ideſt quando niſi ius ipſum incorporale teſtatori non erat. Aliter porro cõſequens fieret, vt bona omnia hæreditaria legato cedant, & quidem planè iure, cum in iure dominium verſari dubitatio non ſit. Atqui de iuribus incorporalibus à rebus ipſis ſeparatis teſtator ſenſit, quales actiones ſunt ob rem aliquam competentes, in rebus planè à teſtatore poſſeſſio iura conſiderari actionum non poſſunt, neq; in petitorio, neq; in poſſeſſorio, cũ
530 actio † poſſidenti non detur. l. 1. §. interdictum autem infra vti poſſi. §. æque. verſ. quod genus inſtit. de actio. c. examinata de iudi. & alia ſuperius adſcripta nu. 344. & nu. 508. ver. quarto de iure.

Si autem ciuilis ſola apud defunctum erat, legari illa non poteſt, ita vt ad legatarium tranſeat, ſi quidem tradi ab hærede non poteſt, cum apud hæredem non tranſeat. l. cum hæredes infra eod. neq; ſi ab eo appræhenditur, in eum continuari poſſeſſio defuncti poteſt, quæ apud defunctum non erat. l. pomponius. §. quæſitum, ibiq; Docto. infra eo. Conſequenter ad ciuilem hanc formalem trahi legatum non poterit.

Dixerit aliquis, ſi poſſeſſio legari ciuilis nequit, ita vt ciuilem ipſam defuncti legatarius conſequatur, ergo falſum erit, iuris appellatione poſſeſſionem contineri, ſeu iuris dici eam poſſe, cum ad hæredes iura ambulẽt.

d. l.

Digitized by Google

d.l.cum hæredes. Reſpondetur, ius poſſeſſionem niſi in abſtracto non dici poſtquam acquiſita, & retenta eſt, ſiquidem ad factum acquiſitio retentiovè pertinent. Vnde cum acquiri,& retineri ſine facto nequeat, factum acquiſitionis ante ire, & retentionis oportet. quo admiſſo, etiam poſſeſſionis ius, quod apud defunctũ erat,hæredem ſequitur,qui poſſeſſione defuncti vtitur.d.l. Poponius. §. quæſitũ infra eo.nõ vſurus, ſi ex facto mero poſſeſſio conſtaret, quod tranſire ad hæredem non poteſt. Ad quem modum conſiderando, arg. retorquetur, cum obiicitur, idcirco facti,nõ iuris poſſeſſionem videri, quod hæredem non ſequatur. Immo enim poſſeſſionis ius,quod defuncti erat, & ex quo defunctus vſucapiebat, ad hæredem ipſum tranſit, eoque hæres vtitur, dum factum tamen interueniat, ſine quo acquiri poſſeſſio non poteſt.

Apparet ex his, non niſi in eo ius hoc poſſeſſionis à iuribus alijs circa tranſmiſſionem, & ceſſionem differre,quòd ſine facto vllo corporali iura alia ad hæredes ambulant. Poſſeſſio planè factum corporale ad acquiſitionem eius expoſtulat. Sic in modo demum acquirendi, non circa ſubſtantiam differentia hæc iu-
531 rium verſatur. Quæ † modi differentia ad rem non attinet,quominus ius vnum dici non ſimiliter,vt aliud debeat. Cum circa ſubſtantiam eſſe differentiam oporteat, vt ſpecie differre aliqua dicantur. glo. in l fin. §. quotiens in ver. anno ſupra de publica. & in §. fin. in verſi.nulla inſtit.de iure perſo. Barto.hic num. 7. circa fin.verſi.dicendum eſt ergo.Iaſ.num.67.verſic.item in quantum ſubdit Bart.Crot nu. 39. verſi. quarto adducitur. Pro qua ſententia tex. videtur in l. Marcellus. in prin. Ibique Socy.& Iaſ.in primo not.ff. ad Trebel.

Sed dicturus argutior quiſpiam erit, etiam in ſubſtantia differentiam videri. Quandoquidem re ipſa apud alium exiſtente, quam ciuiliter defunctus poſſidebat, tranſire ad hæredem, legatariumvè ciuilis. defuncti nõ poſſit,Ita vt iure illo defuncti, vti hęres legatariusvè poſſit. Reſpondetur, differentiam in ſubſtantia non verſari, ſiquidem in dominio defuncti res erat. quoniam & ſi ciuilem defuncti hæres legatariusvè non recuperat, rem tamen ipſam recuperat, petitorium, aut poſſeſſorium intendendo. Cum ad hære-
532 dem † actiones tranſeant, quæ defuncto competebant, ſiue ad proprietatem, ſiue ad poſſeſſionem recuperandam actiones ſpectant.l.1.§. interdictum hoc in fin.infra de vi & vi arma.Soc.in l.rem quæ nobis in vltima.quæſt.ſecundæ. quæſt.princ. infra eo. Ruin. in conſi.45.num 10.in fi.lib.1. Re planè recepta,aut recuperata, poſſeſſionem omnem hæres nanciſcitur, neque ſua refert, ciuilem ad eum defuncti ambulare, cum dominium habeat.

Si autem in dominio defuncti res non erat, ſed ciuilem tantum tanquam poſſeſſor bonæ fidei habebat, ex qua præſcriptio rei fiebat. Quo caſu hæredis intereſt, ciuilem defuncti ad eum tranſire, vt coniunctione poſſeſſionum facta, celerius res tranſeat. Idcirco tranſitum hunc ciuilis admittendum lex non cenſuit; quoniam modo quodam artificiali,& veluti ficto poſ-
533 ſeſſio ciuilis conſtat. ob id continuationem† eius ad iniuriam alienam, ideſt eius, contra quem præſcribitur, eo caſu admittere lex noluit, quo continuationi, ſeu coniunctioni locus naturalis non eſt, re apud alium exiſtente.d.l.denique.ff ex quibus cau.maior.l.in bello.§. factæ infra de captiuis. vbi æquitate ceſſante, locus fictioni non eſt.

Conſequenter his dicendum, ex iure quidem ciuilem conſtare. Cæterum quia ficto veluti modo ius introductum hoc apparet, non ſimpliciter ad hæredem naturali etiam ab eo apprehenſa, tranſire, ita vt cõiunctio poſſeſſionum in perſona ipſius hæredis fiat. At eo demum caſu,quo cõiunctio fieri naturalis poſſet, ideſt apud alium re ipſa non extante, ſic medio vllo inhabili non dato, vnde coniunctio impediri extremorum poſſet.

Ex dictis in quæſtione hac cum iura ſua teſtator legat, vtrum ad poſſeſſionem legatum trahatur, caſus ſequentes inferuntur. Primus caſus eſt, cum poſſeſſio vtraque apud teſtatorem eſt.quo caſu poſſeſſionẽ non venire, ne ad corporalia legatum trahatur,quod factum de iuribus, atque ideo de rebus incorporalibus eſt,per dictũ Calder.in d.conſi.4.de verb. ſig. Secundus caſus eſt, quotiens ciuilis ſola apud defunctum erat, naturali ab alio occupata, quo caſu legato non cedere ciuilem diximus, neque naturali à legatario recuperata. coniunctionem ciuilis defuncti cum poſſeſſione legatarij ad vſucapionem celerius perficiẽdam fieri, per rationem mox ante explicatam. Cæterum
534 & ſi maximè ius hoc ciuilis† non tranſit, remedium tamen, quod ob naturalem recuperandam defuncto competebat, ad legatarium vtile tranſire, directo apud hæredem remanente. l. ex legato nominis. C. de lega.

Si dixeris, actionem non venire, quæ ad rem corporalem conſequendam ſpectat. Cum ad corporalia iurium appellatio non cadat. Reſpondetur, corporalia iurium legato non contineri, ſi apud teſtatorem ipſum corporalia exiſtunt, qui iura legauit. Cæterum cum actio ſola apud eum eſt,res apud alium, actionẽ comprehendi. & conſequenter effectum eius. Sic in conſequens neceſſarium res ipſa corporalis venit.

Taurini Domique vacationibus iam receptis, recognitio eorum facta, quæ docere non licuit, & quæ enarrata Papiæ ſunt. Et finis recognitioni datus die. 8.Iulij 1568.

I N-

Digitized by Google

INDEX TRACTATVS poſſeſsionis.

Acquirendi genus duplex in his contingere, quæ in nullius bonis ſunt num. 173.

Acquiſitio vtru difficilior dominij an poſſeſſionis. numero 170. 256.

Acquiſitio poſſeſſionis traditione ne verbali fiat. numero 187.

Acquiſitio poſſeſſionis vtrum ex actu continuationis inducatur. num. 216 & in ver. continuatio.

Acquiſitionem poſſeſſionis modis octo in rebus contingere, quæ vacantes non ſunt nu. 181. de quo etiam nu. 185.

Actum mandanti non exequenti arrogari num. 468. verſ. Rurſus mandanti. Et in verbo exequenti. mandanti.

Actus humanos agentium intentionem non egredi. nu. 161. verſicu. qua ampliatio. nu. 409.

Actus voluntarios voluntatis fines non excedere. nu. 162. 409. & in verſ. voluntarios.

Adaptari. Ad eum caſum relationem faciendam ad quem adaptari poteſt. nu 517. & in verſ. poſſibile.

Aditionem hæreditatis iure ipſo apud Gallos induci præſumique ſi repudiatio non docetur. nu. 485.

Aduerſatiuam inter diuerſa locari. num. 505.

Aduerſatiuam ſine copula, in iure, & facto præcedentibus refragari num. 505.

Aduerſatiuam bis aduerſarique generis eiuſdem ſaut. numero 506.

Alij per alium damnum non inferri. num. 276. verſic. quarto in ius & in verſ. ius alienum

Alio dictionem implicatiuam eſſe qualitatem eandem præcedentium referrens. nu 504 verſi dictio alio.

Amiſſio odioſa conſeruatio fauorabilis nume. 315. 416. & in verſ. conſeruatio.

Amiſſionem poſſeſſionis eiſdem atque acquiſitionem contingere nu. 219. & in verſ. intellectus l quemadmodum.

Amiſſionem poſſeſſionis ciuilis faciliorem in mobilibus, quam ſtabilibus bonis eſſe. nu. 278. & in verſ. mobilis rei. in verſic. poſſeſſionem ciuilem rei mobilis.

Amiſſionis periculum vacare quamdiu pro alio quis poſſidet. num. 220 390.

Amitti facilius, quod difficilius conſeruatur. num. 394. vbi declaratur & in verſ facilius.

Animo poſſeſſionis, & dominij acquiſitionem non carere. nu. 159 & nu. 179 & in verſ. naturali poſſeſſioni.

Animo amoto mandati actionem non eſſe. num. 159. verſicu. citra animum etiam.

Animo ſolo poſſeſſionem amitti perpetuum non eſſe. nume. 218. & ſequen. & nume. 373. & ſequen. & in verſicu. Calder. conſi. 4.

Animum facti eſſe. num. 14. & in verſic. facti declaratur num. 15. verſicu. Reſpondetur de quo etiam. num. 295. 499. 522. 524 & duobus ſeq.

Animum deo vni apertum. num. 15. & in verſi. cordis.

Animum, qui in poſſeſſione quærenda fuit ad dominium acquirendum non trahi. num. 159. verſ. hoc amplius, & in verſi. limitatum ad poſſeſſionem.

Animum, & in maleficijs exquiri. num. 160.

Animum in poſſeſſione vna adipiſcenda limitatum ad alteram non trahi. num. 161. & num. 179. & in verſi. limitatum in poſſeſſione.

Animum ab eo abeſſe, quod memoria excidit. nu. 352.

Animum ad ignorantem non cadere. num. 353. Limitatur num. 355. & limitatio altera. numero ſequen. & in verſicu. ignorantis.

Animum ad ignorantem limitatio duplex. nu. 355. & ſeq.

Animum ex non facto, aut omiſſione declarari. nu. 364. verſicu. & quamuis effectus, & in verſ. factum ex non facto, & in verſ omiſſione.

Animum à pupillo abeſſe. num. 500. & in verſ. pupilli.

Animus ſolus ad poſſeſſionem ſatis quærendam non eſt. nu. 188 & in verſ ciuilem poſſeſſionem animo.

Animus ſolus cur ad poſſeſſionem retinendam non etiã quærendam valeat. nu. 12.

Animus in ciuili poſſeſſione, quid præſtet. num. 228. verſic. at enim, & in verſ ciuilis poſſeſſio quod.

Animus, quæ ab animo pendent declaratione eius probari, qui eum ſibi fuiſſe animum aſſerit. nu. 301.

Antecedentis permiſſionem ad conſequens neceſſarium trahi. nu. 483. verſ ſi autem poteſtatis defectu.

Antiquius vti dignius anteponendum. num. 36. & in verſ. dignius inicium.

Apprahenſionem poſſeſſionis ad eam quærendam exiquiri nu. 159. & num. quinque ſeq. in quibus ampliationes continentur.

Apprahenſionem in acceſſorium neceſſariam poſſeſſione non eſſe. nu. 164. verſ. limitationem.

Approbanti denominationem tribui. nume. 34. omnino. nume. 37. 233. verſ ſed iterum.

Aptitudinem ſpectari, quæ procul ab actu non abeſt. num. 234. & in verſ potentiam.

Ars ſine vſu inepta. num. 528. verſ. cæterum, quin & in verſicu. practica

Aſpectu poſſeſſio ne acquiratur. num. 165. & ſequentium frequentia, & num. 184. remiſſiuè 186 & ſequentibus, & quid in poſſeſſione ciuili. nu 191. omnino. num. 196. & num. 421. vbi quid in colana, qui per aſpectum tradit.

Aſpectus Per aſpectum poſſeſſionem acquiri fictionis eſſe. num. 202.

Aſſertioni iudicis de ſcandolo fidem ne haberi deceat. nume. 334 & in verſicu. iudicis aſſertioni. & in verſ. ſcandali periculum.

Autem vox aduerſatiua non copulatiua contro Berengar. num. 505 & in verſ Berengarij.

Authoritate propria poſſeſſione capi, quæ per actum tradita fictum eſt quamuis ex traditione ſola, & ficta tranſlatio non fiat. num 212. & in verſ. traditio ficta.

Authoritate propria rectè eum deijci, qui poſſeſſorem ad poſſeſſionem ſuam redeuntem non admittit. num. 323. & omnino nume. 325. verſ. conſequens declarationi huic, vbi Barto. cenſura. & nu. 340. vbi limitatur.

Authoritate propria naturalem fructuarij iure eius finito, ex ciuili proprietarij apprahendi. num 345. & in verſicu. ciuilis poſſeſſionis robur.

Authoritate propria impedimenta omnia ex poſſeſſione ciuili tolli, vnde moleſtiam, quis in ea patitur. num 346. & in verſ. ciuilem poſſeſſionem ad impedimenta omnia.

Banwium niſi iuris ciuilis commodis non carere. nu. 26. verſicu. effectus.

Bartolus in loco eodem contradictio. num. 138. verſic. ſed obſeruandum.

Barto. contradictio. num. 223. 429. in fin. & in verſicu. contrarietas.

Barto. obſcuritatis damnatur. num. 449. & in verſicu. obſcuritatis.

Berengarij error in grammatica nume. 505. & in verſ. autem.

Bologniui, & Fabij error quibus viſum eſt ob ciuilem ſolam retinendę interdictum non eſſe num. 348.

Bonamfidem vicio reali in fructibus, quærendis potiorem. nume. 139. & in verſ fructuum lucrum vicium reale.

Bonamfidem atque ipſam indubitatam ſine vacillatione, quauis in præſcriptione exquiri. nu. 512.

Bonafidei poſſeſſoris lucro fructus ne cedant. num. 100. & num. 271 latius nu. 311. & in verſ fructus ſuos.

Bonafidei poſſeſſor vtrum ciuiliter poſſideat. num. 248. 251. vberius. nu 271. num 309 & omnino. nu. 314. vbi effectus rei huius docetur, & in ver. ciuilem poſſeſſionem, & apud.

Bonafidei poſſeſſor an iure eodem atque dominus in ciuili fruatur. nu. 27a. & in ver. ciuilis poſſeſſio, quæ apud poſſeſſorem.

Bonafidei poſſeſſorem pari, ac dominum iure in fructibus, quærendis cenſeri. numero 275. verſiculo ſecundo text. Ibique

ampliatur

Digitized by Google

ampliatur, vt contra dominum ipſum fauor ei accommodetur.

Bonafidei poſſeſſoris non ideo minus fructus fieri, quod percepti ab alio ſuat. nu. 309.

Bonafidei poſſeſſor fructus ne reſtituat. num. 311. & in ver. fructibus.

Bonafidei poſſeſſoris fructus conſumptos iudicari, vt pro ſuis habeantur. num. 310. in fin. num. 312. & in verſic fructus conſumptos.

Calderi. conſ. 4. de renunc. nu. 218. & ſeq. & latius num. 375. diſcutitur, & nu ſeq. & in ver. animo ſolo.

Caſum omiſſum non exiſtimari, eandem qui rationem babet nu. 411. verſ. qua ratione dictuant.

Cauſa efficiens in primis ad deſiuitionem ſpectanda num. 230. & in ver. diffinitio.

Cauſa eadem manente effectum non deſinere. nu. 255.

Cauſa facti diſponentis voluntatem declarari. nu. 480. & in ver. voluntatem ex facti cauſa.

Cauſam iatactam ad dolum purgandum valere. num. 136. & in ver. doli præſumptionem.

Cauſam primam inueniendam. num 468. & in verſi. originem primordio.

Cauſam diſpoſitioni generali adſcriptam ad eam reſtringendam valere nu 490. & in ver. generalem ſcripturam.

Cauſato plaris aliquid, quam cauſe non tribui. nu. 232.

Cauſatum cauſa non carere. nu. 171.

Cauſatum cum cauſa interire nu. 171.

Cauſa ſae effectum dandum nu. 469. & in ver. denominationem à cauſa.

Ciuilem poſſeſſionem decennio per negligentiam, & obliuionem perire. nu. 71. verſ. itaq; cum poſt, & nu 331. & ſeq.

Ciuilem poſſeſſionem, & ante decennium illico intercidere vbi naturalis occupatio facta à potentiore eſt à quo repelli ſe poſſe debitor ſuſpicatur. num. 72. Ibique & ad ignorantem id pertinere ampliatur, & nu. 86 355. 368 Limitatur num. 366. 390. 398 & ſeq.

Ciuilem poſſeſſionem facto, aut fuga ſerui domino non interire. num. 18.

Ciuilem quaſi poſſeſſionem apud dominum vtilem eſſe, quæ ciuilis propriè effectam obtinet. num. 52. 81. 128. 224 249. 291. Ampliatur. num. 248. vt in bonafidei etiam locum poſſeſſore habeat, & omnino num. 315. vbi ſcita declaratur. & in verſi. quaſi poſſeſſionem.

Ciuilem poſſeſſionem propriam cui dominus vtilis non babeat. nu 39. & nu 237.

Ciuilem poſſeſſionem cum naturali formata occupatoris vniri nu. 54. verſ. apud occupatorem, & omnino nu 56. vbi an effectum præſcribendi, & fructuum quærendorum babeat. nu 68. 73. & ſeq & nu 143. & ſequentibus, ibiq; num. 146 Iaſ contradictio & in ver. conſolidatio.

Ciuilem poſſeſſionem ex contractu etiam inutili, & à iure damnato illico transferri. nu. 85. vberius nu. 142.

Ciuilem cum naturali iniuſta clandeſtina puta, aut violenta initio ipſo conſolidari, aut cum naturali iniuſta tranſire vbicunq; à potentiore occupatio, aut expulſio fit nu. 72. & 86.

Ciuilem poſſeſſionem animo ſolo acquiri, atq; ideo actum naturalem exquiri. nu. 88 facit. nu. 11. & nu. 97. verſi. enimuero. nu. 191. omnino. nu 196. nu. 215. ver. quæ dicta omnino. Omnino nu. 280. de quo etiam in ver. animus ſolus, & in ver. ciuilem poſſeſſionem ſine naturali.

Ciuilem poſſeſſionem animo ſolo intercidere. num. 143. verſ. ſed enim. ibiq; ampliatur, tam & ſi ad alium acquiſitio eius non tranſeat.

Ciuilem poſſeſſionem iniuſtam, ſeu vacuam effectu inueniri. num. 145. & omnino nu. 139 & ſeq & nu in primis 155. nu. 238. quo num. ciuilem impliciter fieri banc poſſe declaratur, & nu. 248. 250.

Ciuilem ad naturalem ſtatim abire, quam finem accepit nu 54. verſ. apud occupatorē nu 143. & nu 157. in ver. conſolidatio.

Ciuilem poſſeſſionem cum naturali iniuſta coniunctam ciuilem hoc eſt iuſtam quatenus ad omnia, aut effectus eius omnes habita, aut potentia inueniri. nu. 155.

Ciuilem poſſeſſionem, ſine naturali, aut actu naturali non quæri. nu. 197. 215. ver. quæ dicta, nu. 233. latius. 279. & in ver. Ciuilem poſſeſſionem anima.

Ciuilem poſſeſſionem ad incorporalia non magis, atq; naturalem competere. num. 232. latius in verſicu. poſſeſſionem ad incorporalia.

Ciuilem poſſeſſionem prout à naturali differt repræſentationem quandam tenuiter eſſe. nu. 240. verſ. refert tamen.

Ciuilem poſſeſſionem naturali potentiorem. nu 245. 528.

Ciuilem poſſeſſionem, & apud bonafidei poſſeſſorem eſſe num. 248. 251. plenius. num. 271 & in verba Bonafidei poſſeſſor.

Ciuilem poſſeſſionem quomodo propriè creditor babet cui niſi in re ius non competit, cum ad iura ciuilis propria non accommodetur. nu. 270. & in ver. creditor qua ratione.

Ciuilem fundi dotalis poſſeſſionem apud maritum eſſe. nu. 271. & in ver. mariti.

Ciuilem poſſeſſionem, ſeu quaſi ad ſeruitutes reales non cadere, & cur, ita ſtatutum ſit. nu. 277. plura in verſi. quaſi poſſeſſio ciuilis.

Ciuilem poſſeſſionem ex actibus etiam fictis induci, aut acquiri. nu. 282. & nu. 321. & in ver. fictis actibus.

Ciuilem, & iuſtam non iniuſtam in dubio poſſeſſionem præſumi. nu. 292 latius nu 297, 378. infi.

Ciuilem poſſeſſionem ab eo probandam à quo allegatur. nu. 283. 288. 290 vbi ampliatur.

Ciuilem poſſeſſionem a naturali abſtractam inueniri, quæ formalis nuncupatur. nu. 299.

Ciuilem poſſeſſionem animo retineri nu. 306.

Ciuilem poſſeſſionem tertio non perire in rem cuius tanquam alterius victi ex iudicato quis inducitur. nu. 326. omnino num. 358. 407. & ſequen & num. 414 & in verſi. tertij poſſeſſionem.

Ciuilem poſſeſſionem ex miſſione per iudicem in rem victi vitioſa facta non intercidere nu 327. 357.

Ciuilem poſſeſſionem ad impedimenta omnia leuanda valere, vnde moleſtiam quis in ea ſuffert. nu. 346. & in verſ. autoritate propria impedimenta.

Ciuilem poſſeſſionem ante annum decimum non intercidere naturalis occupatione non facta. nu. 351 & ſeq.

Ciuilem poſſeſſionem perimi non ſolum cum pulſum ſe iri quiſpiam ſuſpicatur, verum etiam cum ſuſpicari debet. nu 355. & in ver debeo.

Ciuilem poſſeſſionem non extingui eum ei per iudicem poſſeſſio datur actio cui nulla eſt. nu. 359. vberius. nu. 407. & in verſi. nullitatem ex fundamento.

Ciuilem poſſeſſionem inde finiri, quod ad poſſeſſionem rediens non admittitur nu. 360. Limitatur. nu. 369. latius in verſ. expelli, ſpoliari.

Ciuilem poſſeſſionem cadere cum ideo ad poſſeſſionem naturalem quis non reuertitur, quod expulſum ſe iri ſuſpicatur. num. 361. Declaratur. nu. 371.

Ciuilem poſſeſſionem ante decennium non deſeri occupatione naturalis ab inferiore facta nu. 365.

Ciuilem poſſeſſionem permanere quamuis occupatio naturalis viſu facta ſuperioris ſit. nu. 366.

Ciuilem poſſeſſionem ad iudicem adeunda conſeruari. num. 370. ver. ad præparationem enim, idq; limitatur, dum ab expulſione modo timor abſit.

Ciuilem poſſeſſionem ob metum repulſionis deficere, aut extingui nu. 355. 368. limitatur. nu. 375. 423.

Ciuilem poſſeſſionem domino, vel ignoranti deperire colono bisvè deiectis per quos poſſidebat. num. 400. & ſequent. Ibique ratio ſubditur à Caſtrenſi perſcripta, ratione altera Bald. & Socin. iunioris vellicata, & in verſic. ignoranti poſſeſſionem perire.

Ciuilem poſſeſſionem incolumen domino manere conductore in tempus longum deiecto num. 402. 404. & in verſi. conductore ad tempus longum.

Ciuilem domini directi, aut proprietarij non lædi domino vtili, aut fructuario exturbato. numero 402. & numeri duobus ſeq.

Ciui-

Ciuilem poſſeſſionem apud dominum eſſe, qui in tempus longum locauit nu. 118. Copioſius. num 402. Et in verſ. conductore ad tempus longum.

Ciuilem precarium concedentis in perſona rogantis quieſcere, atq; ideo ex facto, aut traditione rogantis finiri. num. 403. & in ver. Precarium.

Ciuilem proprietarij ex facto, aut traditione fructuarij non lædi. nu. 103.

Ciuilem eius qui per colonum poſſidet non deſinere occupatione ab alio citra deturbationem coloni facta. nu 406. ibiq; ampliatur domino etiam, aut locatore mortuo.

Ciuilem poſſeſſionem operario eiecto à domino non diſcedere. nu. 415 & in ver. operarij.

Ciuilem poſſeſſionem ad hæredem non ambulare. num. 530. verſi. ſinautem. & ſequentibus.

Ciuili poſſeſſioni cur effectus tribuantur, qui à poſſeſſione exiſtunt nu 234. & nu. 242. & ſeq.

Ciuili quaſi poſſeſſioni eff ctus eoſdem, ac ciuili competere. num. 249. & in verſi. quaſi poſſeſſioni.

Ciuilis poſſeſſionis effectum in fructibus quærendis, & vſucapione inducenda verſari. nu. 7 plenius de effectibus eius nu. 149. 158 289. 307. & nu 466. in fi.

Ciuilis poſſeſſionis vox ab approbatione iuris ducta num. 34. numero 228. verſicu. At enim nu. 276. verſicu ſed dubitari num. 279 450. 498 & num. 509. 515. & in verſiul. approbanti.

Ciuilis poſſeſſio cur domino directo tributa potius quam vtili eſt. nu 39 & omnino nu. 48 216. 252 in quo nu. 252. limitatio, vt etiam apud dominum vtilem poſſeſſio ciuilis, & dominum directum hereant, de re hac etiam nu. 471.

Ciuilis poſſeſſio quare dicatur. nu 42.

Ciuilis poſſeſſio an inueniatur, quæ coniuncta nunquam cum naturali fuerit. nu 43.

Ciuilis poſſeſſio ad naturalem recuperandam poſt interuallam inutilis. nu. 71. limitatur nu. 73. 328.

Ciuilis cum naturali iniuſta conſolidationem nulla alterius iniuria fieri. nu. 74 in fi.

Ciuilis cum naturali iniuſta conſolidatio quem effectum pariat. nu 75 verſ ſed obiecturus. & nu ſeq.

Ciuilis poſſeſſionis nomine quomodo interdictum accommodari recuperandæ poſſit. Seu quomodo ſpoliatio, aut expulſio competere in ciuili poſſi. numero 76. & ſequenti numero 287

Ciuilis poſſeſſionis recuperationem per reſtitutionem naturalis fieri. num. 78 & nu 287. 347. & nu. 433. & in verſ. interdictum retinendæ ob ciuilem.

Ciuilis quæ ex contractu vitioſo, & probibito transfertur effectum ciuilis aduerſus contrahentem, alterum ſeu dominum verum non habet, præterquam in fructibus quærendis ſi erratum in iure ſit nu 85.

Ciuilis poſſeſſionis origo nu 89. & in ver. origo.

Ciuilis poſſeſſionis definitio nu. 225.

Ciuilis poſſeſſionis ſubſtantia vnde numero 228. verſiculo. At enim

Ciuilis poſſeſſio quid ab animo capiat. num. 228. verſi. At enim nu. 306. in ver. animus in ciuili.

Ciuilis poſſeſſio intellectualis habetur enigmatcq; conſtat. num. 240.

Ciuilis poſſeſſio vocabulo, ne poſſeſſionis cedat. nu. 245. & in ver. Poſſeſſionis vox.

Ciuilis poſſeſſio apud quos ſit numero, & recolligendo docetur. 253.

Ciuilis poſſeſſio apud creditorem ne ſit. nu. 254. & num. 257. & num 260. & ſeq. vbi declaratur, & omnino num. 265. & in ver. creditor.

Ciuilis poſſeſſionis effectus ſingularis, nè contra eum apud quem eſt præſcriptio iudicatur. numero 272 in fine vberius. numero 318. 413. Et in verſic. præſcriptionem contra eum.

Ciuilis poſſeſſio cur apud creditorem magis quam dominum vtilem ſit nu. 269. & in ver. creditori.

Ciuilis poſſeſſio, quæ apud poſſeſſorem bonafidei eſt effectum, ne eundem atq; ea pariat, quæ apud dominum eſt. nu. 274. & in ver. bonafidei poſſeſſor an iure eodem.

Ciuilis poſſeſſio, ſeu quaſi in rebus quibus competat numero 277.

Ciuilis poſſeſſionis probatio quibus modis fiat. numero 281. vbi R pe nota. & num. ſequen. latius. num. 296. poſt med. verſic. His ita præuarratis, adusq; partem ſextam tractatus de ciuili.

Ciuilis poſſeſſio ad probationem dominij remittendam an valeat nu. 284. & ſeqq.

Ciuilis poſſeſſionis robur ad naturalem fructuarij iure eius extincto autoritate propria apprehendam prodeſſe. nu. 345. & in autoritate propria naturalem fructuarij.

Ciuilis poſſeſſionis nomine interdicta reddi iuxta retinendæ, ac recuperandæ. nu. 347. & ſeq. & in verſ. interdicta retinendæ, & recuperandæ.

Ciuilis poſſeſſionis interitum ſequi occupatione naturalis à potentiore facta quamuis, vi aut metu quo non illato vltro de poſſeſſione quis abeat. nu. 361. verſ. ampliationem, & nu. ſeq. altera ampliatio.

Ciuilis poſſeſſionis amiſſio ex ſpoliatione ne ſequatur à pari facta. nu. 368 & in ver. par.

Ciuilis poſſeſſio an pereat eum ad recuperationem naturalis eo quis non accingitur, quod à tertio non ab expulſore quis metuit. num. 371. & tribus ſequent. & in verſic. Intellectus licet.

Ciuilis poſſeſſionis iactura ex facto coloni voluntario dominus, ne afficiatur. num. 417. & ſequentibus, & in verſi. coloni facto.

Ciuiliſſima poſſeſſio, quæ & cauta dicatur. num. 472. quam eandem diuinam, & artificioſam à Bald. nuncupari relatum eſt, & nu ſeq.

Ciuiliſſimæ poſſeſſionis nomine recuperandæ interdictum non dari. numero 473. vberius numero ſequenti vbi Rui ni ampliatio repudiatur cum ob effectum omnem continuatio poſſeſſionis ſit latius Ruini ampliatio proteritur. nu. 479. Limitatur. nu 477.

Ciuiliſſimæ poſſeſſioni locum ante non eſſe q; adita hæreditas ſit. nu. 4 6. verſ ſi minus etiam rubei, & in verſi. continuationem poſſeſſionis.

Ciuiliſſimæ poſſeſſionis materia in continuatio poſſeſſionis diſſeritur.

Clandeſtini. & violenti poſſeſſoris in poſſeſſione acquirenda diſcrimen. nu. 180. & in ver. violenti.

Clauium traditione virum poſſeſſio acquiratur. num. 185.

Coacte, & liberè voluntatis in poſſeſſione perdenda diuerſitas. num 382. vbi cenſuram ſuam in Aretinum Iaſ. patitur, & num. 397.

Coloni facto voluntario à domino, nè poſſeſſio ciuilis diſcedat. nu. 417. & in ver. ciuilis poſſeſſionis iactura.

Coloni conſtituto domini poſſeſſionem non corrumpi cum pro alio ſe poſſidere colonus conſtituit. num 420. & in verſ. conſtituto coloni.

Colonus an per aſpectum poſſeſſionem ciuilem transferat. nume. 421 & in ver. aſpecta.

Communiter. Interpretationem ſperni, quæ aliena ab his eſt quæ fieri aſſolent. num. 168. & in verſic. interpretationem veriſimilem.

Conditionem poſſeſſionis iniuſti meliorem quam iuſti eſſe abſurdum. num. 65. 106.

Conductor ad longum tempus. Apud conductorem longi temporis naturalem poſſeſſionem formatam eſſe. num. 118. vberius. num. 402.

Conductore ad tempus longum de poſſeſſionis exturbato ciuilem domino non decidere. nu. 402. 404. & in ver. Ciuilem poſſeſſionem incolumem.

Conductoris in tempus longum ius potentius quam fructuarij eſſe. nu 404.

Confeſſione de recepto traditionem fictam induci, & quomodo fictio hac cedat. n. 4 & in ver. recognitione traditionē fictā.

Con-

Connexa pro vno haberi nu.233. Et in ver. vnum.

Conſeruationem omiſſione fauorabiliorem.nu.395.416. 460

Conſeruatur quid facilius quam nouum acquiratur.num. 16. & num 41.in fin.num.121.208.220.416.460.466.& in verſ. facilius.

Conſolidatio poſſeſſionis ciuilis cum naturali iniuſta fit.num.54. verſ.apud occupatorem.& omnino nu.56.68.73. 143. 157. & in ver.ciuilem poſſeſſionem cum naturali formata.

Conſolidatio poſſeſſionis naturalis formata iure, ne ipſo cum ciuili fiat. numero 119.& ſeq.& in verſicu.naturalis poſſeſſio formata.

Conſolidationem ciuilis cum detentatione propria non fieri.num. 107.

Conſolidationem ciuilis cum naturali ſtatim fieri vbi finem ciuilis accepit.nu 110.& nu.145.

Conſtituto adminiſtratoris, aut prælati poſſeſſionem non transferri.nu.209.

Conſtituto ciuilem poſſeſſionem quæri.num. 282. verſi. æquè per conſtitutum.

Conſtituto coloni poſſeſſione ſua dominum non ſpoliari cum pro alio ſe poſſidere colonus conſtituit.num.220.& in ver.coloni conſtituto.

Conſtituto domini vtilis ciuili ſua dominum directum non priuari.nu.420.verſ eandem rationem,& num.425.verſ.ciuilis tamen iacturam.& nu 428.& ſeq.verſ gl.item.

Conſtitutum precariumvè ad hæredes eius pro quo adſcribitur nō ambulare.nu.486. ibiq; limitatur cum ad hæredes conſuetudine, aut ſtatuto poſſeſſio tranſit contra Alex.

Conſtitutum eius inutile apud quem nonniſi ficto poſſeſſio eſt. nu.494 & in verſ fictam poſſeſſionem.

Continuatio ad acquirendum ne proſit.nu.216.& in ver. acquiſitio poſſeſſionis.

Continuatio poſſeſſionis, conſuetudinem, aut ſtatutum de poſſeſſione continuanda ad ea non pertinere in quibus ius ipſum rei, aut proprietas ad hæredes non ambulat.nu. 487.

Continuatio poſſeſſionis ex ſtatuto ad ſucceſſorem ne feudi fiat. nu.488.

Continuatio poſſeſſionis ad filium, ne in feudo fiat. nu.491.

Continuationem poſſeſſionis per ſtatutum inductam ante non fieri quam adita hæreditas ſit nu.476. verſ minus etiam Rubei,& in ver.ciuiliſſimè.

Continuationem ex qualitatibus ſuis factam omnibus intelligi. nu.483.& in ver Qualitas.

Continuationi poſſeſſionis locum nō eſſe, quæ alieno nomine apud defunctum erat.num.492 & nu.ſeq. idem multo magis cum nulla apud defunctum poſſeſſio erat.

Continuationi poſſeſſionis in gratiam hæredis non eſſe ſi apud defunctum poſſeſſio non erat.num.530. ver. ſinautem.

Continuatur quid facilius quam nouum fiat.nu.465. & in verſi. facilius.

Contradictionis pellendæ cauſa diſtinctionem recipi. nu. 381.& in ver diſtinctionem recipiendam.

Contraria remedia reſpectibus diuerſis cumulari.nu. 484. & in ver.cumulationem.

Contrarietas Bar.nu 223.& in ver Bar.

Cordis ſpectatorem deum eſſe.nu. 15.

Corporalis poſſeſſionis ſpeciem non admitti.nu.35 plenius. num. 222.

Corporalis poſſeſſionis definitio.nu. 59.& nu.102.& 221.

Corporalis poſſeſſio cur dicta à Bart.ſit nu 62. & nu. 222.

Corporalis à naturali, nec ne diſtet numero 221. verſiculo ſi dixeris.

Corporalis poſſeſſionis diſtinguendæ cauſa, quæ Bartolo fuerit num.222.

Corporalis poſſeſſio formata hoc eſt naturalis firmata iniuſta animo ne retineatur. num. 79. & in verbo naturalem iniuſtam.

Correctionem iuris tolerabiliorem, quam vt inertia verba fiant. nu.481.& in ver.operari.

Correctionem iuris ad caſum reſtituendam, in quo facta eſt.num. 418 ibiq; ampliatur ratione etiam eadem intercedente, & in verſ.extenſionem in correctorijs, & in ver. rationem eandem ad ius.

Creditor ciuiliter, ne pignus poſſideat.nu.254.& nu.257.& nu. 260.& ſeq.vbi declaratur,& omnino nu.265.& in verſi.ciuilis poſſeſſio apud creditorem.

Creditor qua ratione ciuiliter proprie poſſideat cum niſi pignoris ius non habeat, in quo iure poſſeſſionem proprie non verſari palam eſt.nu.270.& in ver.ciuilem poſſeſſionem quomodo.

Creditori cur per ſeruum pignori traditum poſſeſſio non acquiratur.nu 257.& omnino nu.163.verſi.ſed videndum in prædictis.

Creditori cur ciuilis magis poſſeſſio tributa, quam domino vtili ſit.nu.269.& in ver.ciuilis poſſeſſio cur.

Culpa lata fidem malam non induci.nu.135.& in ver.latam culpam in ver.malam fidem ex culpa.

Culpa metum non curari, qui culpa eum obijcientis contingit .nu. 439 & in ver metum obijcere.

Culpam non adſcribi à quo omiſſum, id eſt, quod profuturum factum non erat. num. 330. & in verſic.inutilis rei omiſſionem.

Culpæ latæ iuris errorem adſcribi.nu.135. & in verſic. errorem iuris.

Culpæ reum videri qui de poſſeſſore rei non inquirit in cuius ſe mitti poſſeſſionem quærit nu 411.omnino.nu. 414.

Cumulationem remediorum contrariorum reſpectibus diuerſis admitti.nu.484 & in ver.contraria remedia.

Damni,& lucri diuerſum ius eſſe.nu.136.verſi.ſi ad lucrum,& in verſ.lucri.

Damnum niſi in patrimonio deferendo non verſari.nu.74. verſi. reſpondetur,& in verſ lucri.

Debeo, nihil intereſt ſuſpicetur, quis repulſum ſe de poſſeſſione iri an ſuſpicari debeat.nu.355.& in verſ.paria.

Debeo, nihil refert factum quid ſit an fieri debuerit nu 355.

Debeo quod fieri debet non quod factum ſit ſpectandū.nu.355. verſ.eodem,& illud ſpectat.

Decretum iudicis iniuſtum ad præſcribendum valere nu.412.& in verſ.titulus improbatus.

Decretum primum ad præſcribendum inutile cum niſi detinendi, aut cuſtodiendi ius ex eo non competat. nu. 215.

Delicti grauitatem, & pœnæ modo dignoſci nu. 331. & in verſi. pœnæ magnitudine.

Denominatio ab origine ducenda.nu.87.& in ver.origo.

Denominatio à cauſa immediata facienda.nu.89.& in ver. immediata cauſa.

Denominationem contractus ab effectu faciendam.nu. 92.& in ver. effectus.

Denominationem à potentiori faciendam. nu.234. Et in verſicu. potentius.

Denominationem ab eo quod impletur non ab implente fieri. nu. 454. Et in ver.impletum.

Denominationem à cauſa effectus faciendam.nu.469.Et in verſ. cauſa ſuæ, effectum.

Denominationem à cauſa prima petendam.nu. 468. & in verſi. cauſam primam.

Denominationem à mandante non exequente fieri. nume. 468. verſ.Rurſus mandanti,& in ver.mandanti.

Derogatum diſpoſitioni priori per alteram non videri, vbicunq; diſtinguendo conciliari res poteſt nu.175.

Deſcriptionem à definitione differre.nu.228.

Detentatio nihil aliud quam rei cuſtodia.nu.4. 215.

Detentatio, ex detentatione poſſeſſionē vtranq; præſumi naturalem,& ciuilem.num.110.Et in verſi. poſſeſſionis probationem..

Detentatio propriè & in ſpecie ad eum competit, qui alij non ſibi poſſidet nu.114.

Detentatio ex facto ne mero conſtet.nu. 117.

Detentationem bonorum Eccleſiæ apud beneficiarios, aut miniſtros eius eſſe. Poſſeſſio porro apud eccleſiam eſt Vniuerſalem, aut ſingularem.num.21.207.& 211.& in verſi poſſeſſio beneficij.

Detentationem duplicem inueniri.nu.58. verſi.ſecundo, & plenius

Digitized by Google

nius reſpondetur, & nu. 104. ſed & tripliciter eam intelligi. num. 110.

Detentationem tripliciter intelligi largius large, & ſtrictim. nu. 110.

Detentationem propriè, & ſtrictim duplicem videri voluntariã vnam alteram conſentioſam. num 115 quæ ex num. proximo 114. diſtinctio perficitur.

Detentationis vocabulum an ad poſſeſſionem naturalem iniuſtã pertineat. nu 58 vberius nu. 104. 113.

Detentationis, & poſſeſſionis naturalis diſcrimen. nu 103.

Detentationis definitio. nu 116.

Detentator, per colonum commodatarium, & depoſitarium qui detentores prohibentur naturaliter, & ciuiliter dominus poſſidet. nu. 58. verſi ſecundo in his & nu. 103. verſ. quod ſuſius. nu. 125. ver. idq. locum, & in ver. naturalem ciuilemq;

Detentatorem etiam poſſidere poſſeſſionem ipſam largius accipiendo nu. 112.

Detentatori interdictum recuperandæ non dari. nu. 60 & in ver. interdictum recuperandæ.

Detentatori interdictum recuperandæ contra tertios non denegari poſſeſſione ab eo interuerſa nu 60. & nu. 105. ver ſecunda illatio, ibiq; & contra poſſeſſorem antiquum eo caſu ampliatur quo poſſeſſionis iure ſuo recuperanda facultas non eſt.

Detentatori officium iudicis, & poſſeſſorium ex cap. reintegranda non modo contra tertium, ſed & contra dominum accommodari, vbicunq; æquitas id fert. nu. 106 verſ. vnde quo caſu

Detentatori ius in re conſiſtendi niſi ex cauſa quæ iuſta poſtea accedente non eſſe nu. 108.

Differentiam perſonarum inter dominum, & ſeruum fid. inſtitorem, & Principalem, venditorem & emptorem, præſentantem, & præſentatum, et hoc genus exquiri. nu 96. ver. inde ſit, Et in ver. diſtinctionem perſonarum

Differentiam inter ea non videri, quæ niſi à modo, aut ſpecie diſcrepant de ſubſtantia vero conueniãt. nu. 531. et in ver. modus, ſpecies ſubſtantia.

Diffinitio, cauſam efficientem in definitione præcipuè ſpectandã. nu 230. et in ver. cauſa efficiens.

Diffinitionem ex cauſis quattuor conſtare, et perfici efficienti formali, materiali, et finali. nu 230.

Diffinitionem improbari quæ generalis non eſt. nu. 231.

Diffinitionis proprium quid ſit. nu 228.

Digniorem ciuili poſſeſſionem naturalem videri. num. 396. et in ver. naturalem poſſeſſionem ciuili digniorem.

Dignius id haberi quod vetuſtius eſt. nu. 36 et in ver antiquius.

Directi domini conſenſus neceſſarius, vt translatio poſſeſſionis, aut dominij vtilis fiat. num. 426. et in verſi. præferre vtilis dominij.

Directum dominium vtili potentius, et cur. nu 41.

Diſcontinuam cauſam ſeruitutí præſcribendæ obſtare nu. 452.

Diſtinctio, inter diſcordantes Doc. ſententias potiorem eam putari, quæ diſcordiam ipſam diſtinguendo quieſcit. nu. 154 et in ver. opinionem.

Diſtinctio ſine diſtinctione, ideſt præciſè. nu. 380 et in uerſi præciſa uerba.

Diſtinctionem l. generalis per ll. alias faciendam. num 380. & in ver generalem l. in ver reſtrictionem. l. generalis.

Diſtinctionem recipiendam, vt contradictio excludatur. numero 381.

Diſtinguendi facultatem legis non hominis eſſe. nu. 63.

Diſtinguendi ius legis non hominis eſſe. nu. 199.

Diuerſa, ex diuerſis argumentum non duci. num. 337. & in verſ. ſeparata.

Diuerſitate rationis interueniente ius quoq; diuerſum ſtatuendum nu 204. & in ver. ratio diuerſa.

Diuerſitate nominum, & effectuum diuerſitatem ſequi. nu. 388. & in ver. nominum diuerſitatem.

Diuerſitatem recipiendam caſuum non eſſe niſi ſi diuerſitatis ratio afferatur. num. 174. num. 266. 275. & num 411. verſi. vnde niſi caſus diuerſos vbi plura, & nu. 457. in fin. & in ver. ratio eadem.

Diuerſo iure, vt perſonarum diuerſitas eſt, rem eandem æſtimari. nu. 153. & in verſi. rem eandem.

Diuinatiuam reſponſionem derideri. nu. 167.

Diuiſio tractatus poſſeſſionis in partes quattuor præcipuas num. 1.

Doli præſumptionem à cauſa iniuſta pelli. num. 136: & in verſi. cauſam iniuſtam.

Dolum ſuum commodo cuiquam eſſe abſurdum. num. 242. & in ver. lucrum.

Dolus culpa maior nu. 332. & in ver. culpam ei non præſtari.

Dominij definitio. nu 9. remiſſiuè.

Dominij acquiſitionem faciliorem, quam poſſeſſionis eſſe. n. 256.

Dominium iure conſtare nu. 9.

Dominium iure ipſo ex aditione ſola, aut reſtet verbali acquiri. nu. 8. verſi. e contrario.

Dominium ſine traditione vtrum ex pacto transferatur remittendo nu. 164.

Dominium ex poſſeſſione ſequi. nu. 170.

Dominum reſtitutioni, quandoq; rei teneri. nu. 313. & in verſi. reſtitutionem.

Donationem quæ morte conualeſcit relicti vice eſſe, & quid hoc referat. nu 47.

Dubium id videri quod intelligi varie poteſt. nu. 222. ver. ſiquidem ambiguum.

Dubium ex verbis rem generalibus fieri, quæ intelligi multifariam poſſunt. nu 508 & in ver incertum id dici.

Effectum in clauſula collationis in forma pauperum ſpectandum dummodo niſi pro quattuor non ſcripſerimus. nume. 177.

Effectum cauſa ſua differri. num. 469. & in ver. cauſa ſua denominationem

Effectus ab effectu rei proprietatem cognoſci. nu. 92. ver. ab effectu quippè

Effectus, ab effectu potius quam verbis contractus naturam intelligi nu 92 & in ver denominationem contractus.

Effectus, nihil referre factum quid non ſit an effectum non habeat. nu. 150. & in ver. parta.

Effectus inuentum quid ita dici ſi effectum inuentio habet. l. apprehenſam res ſit nu. 176 & in ver. inuentum.

Effectus id velle diſponentem videri, vt effectum quam pleniſſimum diſpoſitio eius habeat. nu. 479. & in verſi. voluntatem diſponentis

Electione vnius remedij contrarijs renunciatum alijs videri. nu 34. & in ver renunciationem aliorum.

Electione facta id eligenti obijci via quam elegiſti hæc tibi pateat num. 340 & in verſi. renunciare via, quam elegiſti hæc tibi pateat. num. 340. 345. & in verſic. electione facta renunciare.

Ens, eius quod non eſt qualitatem vllam non eſſe. nu. 295. verſi. rurſus iuſta, & in ver qualitatem.

Ens. nulla non entis priuatio. numero 392. & in verſi. priuationem.

Errore iuris fidem malam dilui. num. 132. & in verſicu. malam fidem

Errorem iuris fructuum quæſtui non obſtare nu. 135. verſi. atqui malæfidei.

Errorem iuris à culpa lata non abeſſe nu. 135. & in verſic. culpa latæ.

Errorem iuris in maſculo maiore non præſumi. nu. 137. ibiq; & in damno id cauendo ampliatur.

Errorem iuris in muliere ad lucrum non præſumi. num 137. ſed & in damno excludendo præter caſus in iure expreſſos hoc idem admittendum. num ſeq.

Errorem iuris naturalis auxiliarem, nec minori eſſe, qui maior, quam annis octo eſt. nu 145. & in ver. naturalis iuris.

Ethimologia, propriam vocis ſignificantiam ab ethimologia eius eſſe nu 93. & in ver. propriam vocabuli.

Etiam vox implicatiua. nu 246.

Exceptio cur facilius, quam actio detur. nu. 466.

Exceptionem de regula deſumendam nu. 504.

Exceptionis probandæ onus excipientem ſequi. num. 283. eodem ſpectat quod ſcriptum eſt in ver. regula.

Excipiendi ius perpetuum, neq; præſcriptione quæ excludi. nu. 322.
Exemplis regulas iuris declarari non reſtringi.nu. 267.
Exequenti actum non tribui, vt mandanti. nu.468. & in verſi. actum mandanti.
Expelli eum dici qui ad poſſeſſionem reuerſus non admittitur nu. 70.77. vberius, numero 324. 360. 369. & in verſicu.ſpoliari.
Expreſſum id intelligi, quod ab expreſſo ſequitur.nu.169.verſic. à fructu tamen vacua.
Extenſionem in correctorijs, nec ob rationem eandem fieri. num. 418.verſi. ſi dixeris, & in verſi, correctionem iuris in verſic. rationem eandem ad ius.
Extremorum coniunctionem medio inhabili impediri. nu.478.& in ver, medium inhabile.
Facilius quid conſeruari, quam acquiri.nu.16.& num.41.in fin. & num.121.208.220.416.& in ver.coaſeruatur.
Facilius quid recuperari, quod nouum acquiri.nu. 121.
Facilius qui perfici, quam recens naſcatur.num.214. 455. & in ver.perficere.
Facilius quid impediri ne fiat, quam factum tollatur.num.338. verſi idq; ratione fortiore.
Facilius amitti quod difficilius conſeruatur.num.394. vbi declatur, & in ver. amitti.
Facilius quid continuari quam nouum induci.nu.465.
Facti quæ ſunt non perinde, vt ea extendi quæ à iure pendent. num.9.
Facti animum eſſe. num. 14. & in verſicu. animum declaratur. num,15.verſi. Reſpondetur, & 522.& num.524. & duobus ſeq.
Facti cauſa ad ſeruum adeo cadit, vt deteriorem in eo domini conditionem efficiat. numero 18. Et in verſicu. ſeruus deteriorem
Facti ſtatutum eſſe. nu.140.verſi.quinetiam, & in ver ſtatutum ſacti.
Facto vbi opus eſt flocci verba fieri. numero 13. & in verſiculo verba.
Facto ſatis quid fieri quotiens iure id ſit facultas faciendi non eſt nu.150.verſi Rurſus ſatis eſt.
Factum iure potentius, vtpotè quod à iure non tollitur num. 8. ibique declaratur, vt ad factum merum pertineat. Effectus planè iuris qui à facto deſcendit per l.impeditur de maiore facti, quam iuris potentia.nu etiam.17.
Factum verbis potentius.nu 92.379.
Factum, pro facto à lege non haberi quod factum vere non ſit. nu.8.verſi. E contrario ſi capta.
Factum, pro facto haberi quod per impedimentum fieri partis nequit.nu.213.ibiq; declaratur, & in verſi. poſſeſſionem apprehenſam.
Factum, voluntatem quæ ex facto quo percipitur facti limitibus coerceri.nu.162.ver.in eandem ſententiam.
Factum, ex non facto ſimiliter, vt ex facta animum declari nu. 164.verſi.& quamuis effectus, & in ver. animum ex non facto, & in ver. omiſſione.
Factum iudicis pro facto partis haberi.nu.182.omnino nu.198. 356.& in verſ.iudicis.
Factum non præſumi.nu 294.303.
Factum, ex facto ius naſci, numero 503, & in verſicu. ius ex facto.
Fictam poſſeſſionem conſtituentis ex conſtituto eius non transferri.nu.494.& in ver.conſtitutum eius inutile.
Fictam uoluntatem uera infirmiorem eſſe. nu. 198.
Fictio, ad voluntatem fictam ſcripturam non trahi mentio in qua facta uoluntatis. ſit nu.200.
Fictio ueritate debilior, atque ideo quod fieri uere nequit longè minus ficte.nu.430.
Fictionem non permitti niſi cum ad ueritatem adiri commode nequit.nu.201.
Fictionem ad impoſsibilia non induci.nu.464.& in uer. impoſſibile.
Fictionem tertij incommode non induci.nu.476.& nu.520.533. et in uerſi. tertij diſpendio.
Fictionem ad futura contra ius non trahi. num.521. & in verſ. futura.
Fictiones plures quemadmodum repudiantur, ita & in præſumptionibus pluribus ius idem ſeruandum, vel cum præſumptionis, & fictionis concurſus interuenires. num. 46. & num. 202.
Fictioni locum non eſſe quotiens adiumento eſſe veritas. poteſt nu. 201.
Fictioni minus quam veritate dandum.nu.475.
Fictionis inducendæ cauſam ab æquitate vna eſſe. nume. 520. 533.
Fictionum pluralitatem non recipi.nu.202.
Fictis actibus poſſeſſionem ciuilem quæri. num. 282. 321. & in ver.ciuilem poſſeſſionem ex actibus.
Fideicommiſſariam hæredis vocabulo in ſpecie iuri contraria nō accedere.nu.495.
Formæ omiſſio ad rem ne attineat, vbicunq; bono ſutura cui non erat.nu 330 verſi & quod rota ſcribit.
Fortius quid vnitum intelligi.nu.144.& in ver. diuiſſione, & in ver. vnita fortiora.
Fortius eſſe, quod duorum, quam quod vnius conſenſu hæret. nu. 166. & in ver. potentius.
Fructibus pignoris ſortem extenuari.num.257.& in ver.pignus.
Fructibus reſtituendis an fidei bonæ poſſeſſor teneatur. nu. 311. & in ver.bonæfidei poſſeſſor fructus.
Fructuarij, & feudatary rationem diuerſam in naturali poſſeſſione videri nu.489.& in ver.naturalem fructuary.
Fructus ſuos an fidei bonæ poſſeſſor ſaciat.num.100.vbi ampliatio, & nu.271.& in ver bonæfidei poſſeſſoris.
Fructus recipiendos à fidei male poſſeſſore reſtitui.nu.134. & in ver.malæfidei poſſeſſor.
Fructus emptoris fieri, qui contra quam ſtatutum prohibet rem emit cum imprudens id egit.nu.139.& in verſi.ignorantiam ſtatuti.
Fructus conſumptos pro ſuis in poſſeſſore bonæfidei haberi.num. 310.in fin & nu.312.
Fructus extantes à bonæfidei poſſeſſore diſtinctione nulla reſtitui.num.311.
Fructus pendentes fundum ſequi. num. 316. & in verſicu. pendentes.
75 *Culpa adſcribi cuiquam nõ poteſt, ſi id actum ab eo non eſt, quod fieri non potuit.*

76 *Ignorantibus etiam ex cauſa peculiari per ſeruum, aut filium acquiritur.*

Ignorans renunciare non creditur.

77 *Proprietatis cauſa definita totum definitum intelligitur, & fruſtra de poſſeſſione diſceptatur.*

78 *Sententia in rei vẽdicatione lata rem ipſam reſtituere poſſeſſor cogitur.*

Sententia pro vno in petitorio, altera pro altero in poſſeſſorio lata ad executionem ſententia ſola perducitur, quæ lata in petitorio eſt

79 *L. 2. §. quædam de interdictis declaratur. l. 1. in fin. de aqua quotidiana, & æſtiua explicatur.*

80 *Reus non ſit dominus, vel de dominio eius non liqueat, nihil intereſt.*

81 *Non entis nulla ſunt qualitates.*

Reus non præſumitur dominus ex eo, quòd actore non probante abſolutus ſit.

82 *Domino iure permiſſum non eſt poſſeſſori vim facere, nec illum de facto inquietare.*

83 *In interdicto retinendæ poſſeſſionis potior eius cauſa, eſt qui de dominio docet paritate in probationibus interueniente.*

84 *Glo. in l. ſi de vi de iudi. declaratur.*

85 *In poſſeſſorio adipiſcendæ poſſeſſionis exceptio dominij admittitur, de quo liquere ſtatim poteſt.*

Dolo facit, qui id petit, quod reſtiturus eſt.

86 *Facilius, quid retinetur, quam recens acquiratur.*

87 *Exceptio rei iudicatæ in petitorio, an in iudicijs poſſeſſorijs opponi poſſit.*

Inter-

88 Interdicta mixtam proprietatis naturam habentia, quæ ſint, cur mixta dicantur, & quare aliqua magis, quam alia mixta ſint.

89 Interdictum de itinere, actuque priuato, quando mixtum ſit.

90 Caſtelli ſignificatio.

91 Arborem alienam in ædes pendentem authoritate propria ſuccidere non licet niſi domino, vel vſufructuario ædium.

In interdicto de arboribus cedendis neceſſaria eſt probatio dominij ædium, in quas arbor pendet.

92 In interdicto de liberis exhibendis patria poteſtas probari debet.

93 Hominem liberum ceſſante patria poteſtate poſſidere non licet, neque in eo cadit poſſeſſio etiam ſi in vinculis detineatur.

Homo liber in alterius dominio eſſe non poteſt.

94 Vxoris poſſeſſione ſpoliatus ad eam reſtitui non aliter debet, niſi matrimonio, & copula probatis.

95 Poſſeſſio non cadit, nec dominium competit in locis ſacris, & religioſis.

Clericus beneficij poſſeſſione ſpoliatus reſtitui non debet, niſi de titulo fidem faciat.

In poſſeſſorio iudicio recuperandæ poſſeſſionis beneficij eccleſiaſtici plena tituli probatio non requiritur, ſed coloratus ſufficit.

96 Sententia in iudicijs mixtis in petitorio lata exceptionem rei iudicatæ in poſſeſſorio poſtea reſtituto parit.

97 Sententia in petitorio lata, an exceptionem rei iudicatæ pariat in mero poſſeſſorio, id eſt, in quo permixtio proprietatis non interuenit.

98 Sententia in poſſeſſorio lata an obſtet in petitorio.

99 Defectus iuris, quando poſſeſſorio obſtet.

Cap. ſignificaſti de diuortijs explicatur.

100 Adulterij conſors vir cenſetur, qui vxorem adulteram ante peractam pœnitentiam admittit.

101 L. officium. ff. de rei vendicatione explicatur. l. inuaſor. C. vnde vi explicatur.

102 Prædo, quando ſit in poſſeſſione reſtituendus.

103 Sententiam in petitorio latam poſſeſſorio recuperandæ rectè opponi recepta eſt opinio, declaratur. nu. 104. ſublimitatur. nu. 106.

105 Exceptio rei iudicatæ in petitorio interdicto recuperandæ obſtat, & pariter exceptio nocet ſi conſtare aliunde poſſit notorium iuris defectum in ſpoliato eſſe.

107 Petitorium, aut rei vendicatio contra eum non datur, qui rem non poſſidet limitatur tripliciter.

108 Caſtren ſublimitatio, quod ſententia in petitorio lata nunquam obſtet in poſſeſſorio recuperandæ, vbicunque poſſeſſio poſt ſententiam ipſam occupata eſt declaratur.

109 Antonij de Butr. doctrina in c. 2. de can. poſſe. & proprie. reijcitur.

110 Dominium non habere, vel illud habere reuocabile paria ſunt.

Dominium impropriè dicitur, quod reuocari poteſt.

111 Exceptio dominij, quibus caſibus poſſeſſorio adipiſcendæ obſtat, id locum non habet, ſi vitioſa rei conuenti poſſeſſio eſt.

112 Fideicommiſſarius, qui vitioſam poſſeſſionem habet, audiri non debet aduerſus hæredem interdicto quorum bonorum agentem, etiam ſi probationes fideicommiſſi incontinenti offerat.

113 Æqualitas in iudicijs ſeruari debet.

114 c. 3. de diuortio declaratur.

Exceptio affinitatis notoriæ impedimento vxori nõ eſt poſſeſſoria recuperandæ agenti.

115 Priuationis replicatio iudicium poſſeſſorium differens admitti debet, quando reus petitorij exceptionem oppoſuit.

116 Alex. notatur ſibi contrarius.

117 Sententia in petitorio lata obſtat agenti poſſeſſorio ſi pro excipiente lata ſit. ſecus verò ſi pro tertio.

118 In interdicto retinendæ dominij, reique iudicatæ exceptio non obſtat.

119 Interdictum recuperandæ poſſeſſionis magis eſt priuilegiatum, quam retinendæ.

Prædoni etiam interdictum recuperandæ datur non autem retinendæ, quod ei non competit, qui vi, clam, vel præcario ab aduerſario poſſidet.

120 Interdictũ retinendæ in eum non datur, à quo iniuſtè actor poſſidet, & quæ iniuſta poſſeſſio dicatur.

In fide mala dicitur, qui rem tenet, quam ad alium pertinere ſcit.

121 Concluſio, quòd ſententia in petitorio lata poſſeſſorio recuperandæ noceat, reſtringitur, & reſtrictio declaratur num. 122.

122 Turbatio facilius conceditur, quam ablatio, aut expulſio.

123 Poſſeſſionem reſtituere aduerſarius iubetur eo ipſo, quòd dominus quis declaretur, ſicut ex diuerſo ſi rem reſtitui in actione reali iudex præcipit, dominum actorem declarare in neceſſarium antecedens creditur.

Poſſeſſio an iniuſta initio ipſo ſit, vel iniuſta poſtea fiat, nihil intereſt.

124 Sententia, in qua ius dominij expreſſim, vel tacitè declaratum non eſt poſſeſſorio agenti non obſtat.

125 Exceptio dominij incontinenti probata aliunde, quam ex ſententia deſcendens an in remedijs recuperandæ, vel retinendæ poſſeſſionis obſtet.

126 Tex. inſtit. de vſucapio. in prin. explicatur.

127 Exceptio dominij interdicto retinendæ poſſeſſionis non obſtat duobus concurrentibus.

Interdictum retinendæ poſſeſſionis, quando effectum recuperandæ habeat.

128 Ius conſtitutum in caſu ſimplici ad caſum mixtum non trahitur.

129 Duo vbicunque propter vnum interueniunt, vnum ibi æſtimatur, perindeque, vt de vno res iudicatur.

130 In mixta actu illud ſpectandum, quod potius ineſt.

131 Cauſam facti ſpectari potius, quam factum ipſum conuenit.

132 Exceptio rei in petitorio iudicatæ remedio poſſeſſorio adipiſcendæ non obſtat. limita. num. 134.

Argumentũ à contrarijs locus non eſt ratione diuerſa interueniente.

133 Sententia abſolutoria, quia in probatione dominij actor defecit, ius dominij reo non tribuit.

134 Exceptio, quòd teſtator fuit publicus vſurarius in poſſeſſorio quorum bonorum non admittitur.

135 Exceptionem furoris, aut dementiæ teſtatoris in poſſeſſorio adipiſcendæ hæredi non obſtat, niſi ſi incontinenti furoris, aut dementiæ probatio præſtari poſſit.

136 Simulationis exceptio, quod ex contractu ſimulato bona defunctus poſſideret, non obſtat hæredi in poſſeſſorio adipiſcendæ.

137 Caſtilionei opinio, quòd exceptio proprietatis poſſeſſorio adipiſcendæ obſtet nulla adhibita diſtinctione reprobatur.

138 In continenti, quando fieri probatio dicatur arbitrio iudicis relinquitur.

139 In arbitrio conſtituendo circa probationem, quæ fieri incontinenti offertur, quid ſeruandum.

140 Poſſeſſor vitioſus non auditur in exceptione dominij aduerſus agentem poſſeſſorio adipiſcendæ etiam ſi probationes incontinenti offerat.

141 Negans ſe poſſidere dominij exceptionem opponens in poſſeſſorio adipiſcendæ non debet audiri, etiam ſi ſit paratus incontinenti de dominio docere.

142 Sententia in poſſeſſorio lata exceptionem rei iudicatæ in petitorio non parit.

Probationes in poſſeſſorio præſtitæ in petitorio non obſtant.

Acta,

Acta, & ſententia pari iure certant, vt quibus ſententia non obeſt.nec acta, viceque contraria.

143 *Sententia in poſſeſſorio mixto lata exceptionem rei iudicatæ in petitorio affert, quia totum definitum in petitorio dicitur declaratur. nu.148.*

144 *In confeſſoria actione victus actor an rei vendicationem adire poſſit Calder. & Anto. de Butr. doctrina expenditur.*

145 *Acta in iudicio ſummario, in quo cognitum plenè eſt, fidem, præiudiciumque in plenario faciunt.*

146 *Probatio dominij plena in interdicto de itinere, actuque priuato an requiratur.*

Barto doctrina in l.1 §.hoc interdicto num.9.de itine. actuque priua.declaratur.

147 *Dominium rei quare in ſeruitute probari debet.*

148 *Sententia in poſſeſſorio mixto lata exceptionem rei iudicatæ in petitorio producit ad ius illud tantùm, quod deductum, & petitum in iudicio ipſo mixto eſt.*

149 *Lectura prima in hoc tex.reijcitur.*

150 *Verbum vindicauit rem perfectam ſignificat, & interpretatio multiplex fit.*

151 *Verbum intelligi debet, vt ſimilis interrogationi, vel obiectioni reſponſio fiat.*

152 *L.ordinarij.C de rei vendicat.& l.incerti. C.de interd. cum hoc.§.conciliantur.*

153 *Auth qui ſemel C.quomo.& quan.iud.declaratur. hic & nu 155.156.& 157.*

154 *Deſiſtentia à lite,& renunciatio differunt.*

155 *Deſiſtere a lite, quando actor poſſit regula cum tribus limitationibus.*

158 *Dominium reo an acquiratur ex renunciatione petitorij ab actore facta.*

159 *L.ſi pro fundo.C de tranſactio declaratur.*

Dominium acquiritur per traditionem non autem, per dimiſſionem, vel retentionem.

160 *L.exceptio ff de excep.rei iudicatæ explicatur.*

Dominium in reum non tranſit per ſententiam abſolutoriam.

Priuatio, ſeu excluſio præſupponit habitum.

161 *Dominium actori non acquiritur, quando reus in iudicio victus rem actori tradit, quamuis reus dominus ſit.*

162 *Glo.in l.poſtquam liti.C.de pactis declaratur.*

163 *L.non ſolum. §. liberationis. ff. de libera. legata explicatur.*

164 *Præſentiam partis an pactum tacitum expoſtulet.*

165 *Renunciatio litis, aut petitorij ad dominium transferẽdum non valet.limita.nu.171. 172.173.& 174.*

166 *Dominium transfert, qui rem ex cauſa tranſactionis tradit.*

167 *Ripæ diſcrimen inter remiſſionem,& renunciationem reijcitur.*

168 *Verborum dare dominij tranſlationem neceſſario ſignificat.*

169 *L.qua ratione.§.interdum ſupra de acquir.rerum do.& §. interdum inſti.de rerum diui.explicantur.*

170 *Dominium ſine animo renunciantis transferri non poteſt.*

171 *Dominium an transferatur, quando renuncians liti iura ſua cedit.*

Ex ceſſione rei vendicationis dominium citra traditionem non transfertur.

Per ceſſionem realis actionis, vtilis tantùm actio tranſit in ceſſionarium, non autem directa.

172 *Baldi opinio. quòd per renunciationem liti in petitorio cum ceſſione dominium transferatur defenditur ab impugnationibus. Iaſ. Alex & Aret.*

173 *Renunciatio, ſeu tranſactio facta in conſpectu rei, de qua tranſigitur dominium transfert.*

Idem quando renuncians æſtimationem rei percipit.numero 174.

175 *Expenſas litis ſoluere actor tenetur, qui petitorio deſerto expreſſim, aut tacitè ad poſſeſſorium deſcendit, limitatur dupliciter.nu.181.& 182.*

176 *Temerè litem inſtituiſſe præſumitur, qui ab ea diſcedit.*

Succumbere is non dicitur, qui liti renunciat.

177 *Confeſſio tacita ex litis renunciatione deſcendit, quod malum ius renunciantis ſit, reprobatur Roman.Dec. & Iaſ. contraria opinio.nu.179 limitatur.nu.178.*

Falſum inſtrumentum eſſe confiteri intelligitur, qui vſui eius renunciat.

Appellationem iniuſtam eſſe is confitetur, qui ab ea recedit.

In confeſſum nulla ſunt iudicis partes, præterquam in exequendo.

178 *Tacitum ex tacito non oritur.*

180 *Doli ſuſpectus habetur, qui litem non proſequitur, & multo magis, qui liti renunciat.*

181 *In expenſis actor liti renuncians condemnari non debet, ſi iuſta cauſa renunciandi poſt litem captam ſuperuenerit.*

In expenſis reus condemnari debet, qui per malitiam inſtrumenti productionem diſtulit, vt inanibus diſpendijs actorem vexaret.

Expenſarum iacturam actori reus ſarcire debet, qui clericatus fidem in executionem diſtulit.

182 *Damnum volenti non infertur.*

183 *Expenſarum refectio non debetur propter cumulationem actionum in caſibus, in quibus cumulatio eſt permiſſa.*

184 *Diuinatiuus ſenſus æſtimatur, vbicunque factum adijcitur, de quo verbum in lege non fit.*

186 *Abſolui reus debet ab obſeruatione iudicij, quando actor poſſidet rem, quam petit.*

Fruſtra quis petit, quod intus habet.

187 *Negans poſſeſſionem actoris commodo renunciationis præſumptæ carere debet, vide l.eum de indebito. ff. de probatio.explicatur.*

188 *Poſſeſſorij cognitio petitorium præcedere debet, & quare.*

189 *Petitorio renunciatum videtur, quoties à petitorio inſtituto ad poſſeſſorium retinendæ actor deſcendit, ſi eius poſſeſſionem reus admiſit.*

190 *Poſterior actus priori derogat, vbicunque ſe inuicem pati non poſſunt.*

191 *Renunciatio tacita ſine conſenſu præſumpto induci non poteſt.*

192 *Reus abſolui ab inſtantia debet, vbicunque petitorio per poſſeſſorium renunciatum intelligitur, & ratio huius concluſionis affertur.*

193 *In interdicto retinendæ duo extrema ſunt neceſſaria, vnum ex parte actoris, ideſt poſſeſſio, aliud ex parte rei ideſt turbatio.*

194 *Sententia in interdicto retinendæ poſſeſſionis, quomodo ſit ferenda reo vtrunque extremum confitente vide etiam num. 196.*

Sententia condemnatoria in interdicto retinendæ poſſeſſionis locus non erit, ſi reus alterum extremum confiteatur, alterum neget, niſi extremum negatum actor probet.

195 *Iaſonis contrarietas notatur, & illius doctrina reijcitur.*

198 *Regula. eo, quem vti non poſſe, quod negatum, vel impugnatum eſt, declaratur.*

199 *Negantis damnoſa negatio non eſt, niſi in ſpecie, aut limitatè fiat.*

200 *Negatio generalis,& ſpecialis differunt, & ratio diuerſitatis affertur.*

Genus incertitudinem parit.

201 *Poſſeſſionem negans effectum omnem, qui ex poſſeſſione ipſa conſequi ſolet, negare intelligitur.*

Argumentum ab antecedenti deſtructo admittitur.

Pro

202 *Pro expreſſo id habetur, quod in neceſſarium antecedens, aut conſequens expreſsè deſcendit.*
203 *Cauſa dicendi ſpectanda potius, quam verba.*
204 *Cauſa ipſa eſt ſpectanda, & non cauſatum.*
205 *Qui à cauſa excluditur, à cauſato quoq; excluſus intelligitur.*
Capax cauſati non eſt, qui incapax cauſa eſt.
206 *Petitorium intentans vtrum poſſeſſionem remittere intelligatur, author primò diſtinguit, poſtea limitat num. 207. & 208. repetitur diſtinctio, & primus caſus in quatuor ſubdiuiditur num. 209.*
Nunciator formidoloſus videtur, qui verbis tantum, non per lapili iactum, aut iudicem nunciat.
207 *L. peregrè. §. fi. de acquir. poſſeſſ. declaratur.*
210 *Renunciatio poſſeſſionis ex rei vendicatione tribus interuenientibus inducitur.*
Renunciatio ex actibus inducitur, qui citra ius, & nomen renunciantis fieri nequeunt.
211 *Renunciatio non inducitur renunciãdi neceſſitate ceſſante.*
Renunciatio intelligi nunquam debet, vbicunq; alia coniectura, quam renunciationis admitti poteſt.
Falcidiam ab hærede remiſſam non intelligi, qui legata ſoluere promittit, niſi ea integra ſe ſoluturum caueat.
Familiaritatis iure toleratum quid intelligi, potiuſquam renunciatio iuris inducatur.
212 *Renunciatio poſſeſſionis an inducatur intentata rei vendicatione, vbicunq; apud reum, non apud actorem detentatio eſt, & an actoris declaratio requiratur ex qua poſſeſſione rei vendicatio ab eo propoſita ſit, vtrum ex poſſeſſione, quam ipſe habet, an ob detentationem rei ſolummodo Bar. & Caſtren. opinio reprobatur.*
213 *Error in facto proprio potius præſumitur, quam iuri ſuo renunciare quiſquam intelligatur.*
213 *Fatuitas præſumitur potiuſquam donatio.*
214 *Bart. concluſio, renunciationem poſſeſſionis tribus concurrentibus induci reformatur.*
215 *Renunciatio ſine animo renunciandi induci non poteſt.*
216 *Renunciatio poſſeſſionis in eo non præſumitur, qui petitorium, & poſſeſſorium retinendæ cumulauit, ampliatur numero 217.*
218 *Fabij doctrina hic nu. 80. 81. & 82. 2. probatur.*
219 *Renũciatio poſſeſſionis tacita inducitur in controuerſa, ſeu turbata poſſeſſione, ſicut in tranquilla.*
220 *Actionem realem poſsidenti non dari declaratur dupliciter nu. 221. & 222.*
223 *In interdicto adipiſcendæ, qua ratione dominij exceptio altiorem requirens indaginem obijci non poteſt, eadem ratione reconuentioni locus non eſt.*
224 *Petitorio ſi contra emphyteotam, aut fructuarium agatur ratione naturalis illatum petitorium intelligitur. Si poſſeſſorio ratione ciuilis poſſeſſionis, quæ apud actorem eſt quæ concluſio declaratur.*
225 *Declarationi actoris ſtandum, de qua poſſeſſione ſenſerit in cumulatione ab eo facta petitorij, & poſſeſſorij retinendæ.*
L. duobus. §. igitur ſi quis verſi. contra ſi cum ex ſtipulatu ff. de iureiur. declaratur.
226 *Iuramentum ſuper vno præſtitum ad aliud non trahitur, neq; ab alio liberat.*
227 *Iuramento præſtito ſe dare non oportere, vel ſe non teneri, quomodo intelligi verba illa debeant.*
Iaſonis ſolutiones reijciuntur.
228 *Harmanoc. ſolutio reprobatur nu. 229.*
230 *Ripa, & Fabij reſponſio authori non placet.*
231 *Iuramentum, & libellus circa declarationem dubiorum verborum differunt, & diuerſitatis rationes afferũtur hic, & nu. 233.*
232 *Dubia probatio effectum non habet.*
Dubietas ex duplici intellectu naſcitur.
234 *Exceptio recipienda non videtur, vnde manifeſta excipientis turpitudo ſit.*

L. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. vel amitten. poſſ.

Diuiditur vt hic per Bar. & alios. ſpe-
1 cies facti † ex text. ipſo percipitur.
Rei vendicatione propoſita, interdicitur retinendæ ſeu vti poſſideris cumulare petitor cupiebat, ſed eñ contradictum ei a reo eſt, quęſitũ apud iuriſconſultum fuit, permiſſa
2 nec ne cumulatio eſſet. Ratio dubitandi † afferri multiformis poterat. Prima, quæ ex tex. deſumitur. Interdictum enim retinẽdæ poſſeſſionẽ actoris neceſſario innuit, cũ niſi poſſidenti nõ detur l. 1. §. eſt igitur l. ſi duo §. ſed ſi ſupra, & §. creditores infra vti poſſi. §. hodie inſti. de interdict. Rei planè vendicatio poſſeſſori nõ datur l. 1. §. interdictum autẽ infra vti poſſi. l. 1. C. de alie. iudi. mutan. cauſa fac. c. examinata ibiq; Innoc. ante med. de iud. Bar. hic nu. 6. in fi. Iaſ. nu. 1. Pau de Ca. in l. ſi de vi nu. 2. circa fi. verſi. ſed hoc quomodo ſtare poteſt & in ſecũda lectu. nu. 8 .ff. de iudi. eam ob cauſam renunciatũ poſſeſſorio ex petitorio videbatur. ſicut enim contraria hæc ſunt poſſidere, & rem ab alio quaſi poſſeſſore petere, ita per electionem vnius ex cõtrarijs renunciatum alteri intelligitur l. ſi filius ff. de minor. l. ꝙ in hęredem §. eligere ff. de tributor. l. fi. §. illud ff. de diuor. l. ſicut patronus ff. de oper. liber. l. ſi quis ante & l. qui bonafide in prin. infra eo. l. 1. C. de furtis l. fi. C. de codicil. l. 2. & l. ſi veritas C. de fideicom. c. vt qui duas de electio. lib. 6. clem. gratiæ de reſcrip. Atq; in ſpecie, poſſeſſionis renunciationem ex petitorio induci, vtiq; ſi ignarus poſſeſſionis petitor non ſit, ex Bar. hic probatur nu. 8. ibiq; alii. no. Caſtren. in d. l. ſi de vi nu. 2. in fi. verſi. poteſt etiam poni. Renunciatione planè poſſeſſinis admiſſa, nihil eſt, ꝙ de interdicto retinẽdæ diſceptetur, cumulari ne aut proponi poſſit, cum renunciatũ repeti ius nequeat l. ſi iudex ff. de minor. l. herennius in prin. ff. de euictio. l. ſi conſenſit in prin. & l. titius ff. quibus modis pig. vel hypo. ſol. l. quæritur § ſi venditor ff. de edil. edic. l. nihil. § omnibus ff. de lega. 1. l. non videtur ff. ſi quid in frau. patro. l. 1. §. qui ſemel ff. de ſucceſ. edic. l. poſtquã liti. C. de pactis l. cum a matre C. de rei vendi. l. cum te & l. fi. C. de remiſſio pign. c. ex trãſmiſſa de renuncia. c. ex ore de priuil. c. quã periculoſum 7. q. 1. ſera enim poſt ius amiſſum pœnitentia eſt Bal. in c. 1. quid iur. ſi poſt alie. feu. Vaſal. id recupera. quẽ Curti. Sen. refert in conſi. 26. in fi. ſed in codice meo Bal. id non loquitur, ꝙ ſi renunciatum poſſeſſioni non eſſe dicimus, in expedito res videtur, locũ cumulationi non eſſe, quatenus contra remedia hæc ſunt d. l. 1. C. de furtis l. fi. C. de codicil.

3 Secunda dubitandi ratio. † quoniam cumulatio regulariter prohibita petitorij & poſſeſſorij eſt d. l. ſi de vi. l. ordinarij C. de rei vendica. l. incerti C. de interdic. Admittenda igitur poſſeſſorij cumulatio poſt petitorium inſtitutum non videbatur.

4 Tertia dubitandi ratio † ex tex. habetur in auctẽ. qui ſemel C. quomo. & quam iud. qui ſemel iuditium aliquod dictauit, neceſſe perſeuerare in eo habet. de qua ratione dubitandi Iaſ. hic meminit in prin. Berenga. in ſecundo capite repeti. nu. 30.

5 Quarta dubitandi ratio † in duplicitate conſiſtit, ꝙ ob eandem rem duplici actione agi, eamvè conſequi bis non licet de qua duplicitate mentionem Bar. hic facit nu. 10. in fi. Bal. in d. l. ſi de vi col. 1. verſi. quarta eſt opinio in 1. lectu. Iaſ. hic in prin. Sed enim rei eiuſdem nomine iuditium vtrunq; agitur petitorium, & poſſeſſorium. Rurſus rem eandẽ, bis per iuditium vtrunq; actor conſequeretur.

6 Quinta dubitandi ratio. † inficias ire non licet, quin

per cauſam poſſeſſoriam præiuditium petitorio ſi non ex toto, in partem certè fiat. quoniam ſi in gratiā actoris ſuper poſſeſſorio pronunciatur, petitoris partes aduerſarium ſuſtinere, dominiumq; probare oportet l. is qui ff. de rei vendica. §. commodum inſti. de interdic. Rurſus iuris incerti non eſt; maiorem petitorij, quam poſſeſſorij cauſam eſſe, ſiquidem a petitorio poſſeſſorium abſorbetur c. cum dilectus de cau. poſ. & propric. Atqui abſurda res videtur cumulationem poſſeſſorij admitti, vnde præiuditium petitorio, atq; adeo cauſæ fieri maiori poſſit. l. per minorem ff. de iudi. l. fundum, & l. fundi infra de excep. Locumq; id tum etiā habet, cum plenum præiudiuium non eſt, l. ſi quis libertatem ff. de petitio. hæredi. l. rem maioris pretij infra de exceptio. Rationes, & alias dubitandi Berengar. hic aſſuit nu. 29. in ſecunda capite repe. fol. 314. quas commemorandas non cenſui.

7 Rationibus † his non mouentibus, ius aliud conſtitutum eſt, locum cumulationi eſſe, ſeu facultatem poſſeſſorij retinendæ proponendi poſt petitorium inſtitutum competere. Rationem decidendi tex. ipſe expreſſit. quoniam communionis quicquā inter proprietatem, & poſſeſſionem non verſatur. Diuerſitate igitur inter eas interueniente, nihil eſt, ꝙ prohibitam cumulationem aſſeramus l. nemo ex his §. 1. a ſenſu contrario infra de reg. iuris l. hæredes §. de pluribus ff. de pett. hæredi. l. non eſt nouum ff. de actio. empti. Cy. in d. l. ordinarij Bal. in d. l. ſi de vi col. 1. in fi. & col. 3. ante med. verſi ſi autem agatur ad diſtinctas in 2. lectu.

Neq; dubitandi rationes monente diuerſo oppoſitæ. & quod ad primā attinet
8 † renunciatum poſſeſſioni ob petitorium intelligi contrarietatis ratione. negatur contradictionem hic interuenire, quandoquidē ob diuerſa intendi petitorium cum poſſeſſorio. potuerunt. ideſt petitorium detentationis nudæ nomine l. officium ff. de rei vendica. poſſeſſorium vero retinendæ ob poſſeſſionem ciuilem, cuius gratia interdictum retinendæ dari palam, eſt quod recuperandæ effectum ob inet glo. & Doc. in l. Clam. §. fi. ibiq; Caſtren. nu. 7. Iaſ. nu. 61. ſupra eodem. Iaſ. hic nu. 90. Caſtren. in conſ. 234. in cauſa appellationis col. 2. circa med. lib. 2. de quo dictum habemus in l. 1. in prin. in tracta. ciuilis poſſeſſionis in ſexta eius parte in ſeptimo effectu. Ita ſecundum diuerſitatem memoratam tex. hunc intelligendū glo. hic Doc. q; putant in quinta lectu. de qua re plenius ſuo loco videbimus. Contrarietate igitur a petitorio poſſeſſorioq; remota, omnia ſilēt, quæcūq; adducta in prima dubitandi ratione ſunt. Locū enim renunciatio tacita non habet, quæ ab electione vnius ex contrarijs inducitur. atque arg. fiet, ꝙ renunciatione etiam ceſſante, remedia cumulare contraria non licet, quoniam nulla hic contrarietas.

9 Secunda etiam dubitandi ratio † non obſtat, prohibitam petitorij regulariter atq; poſſeſſorij cumulationē eſſe. quoniam retorquetur. permiſſam regulariter cumulationem eſſe, niſi ſi prohibita inuenitur glo. magna in l. edita ibiq; Bar. nu. 14. Deci. nu. 59. C. de eden. vnde qui locum eſſe cumulationi negat, negatiuam docere neceſſe habet, cum ruboris ſit, abſq; lege loqui l. illam C. de collatio. ita Sal. in d. l. edita nu. 18. quē Fely. ſequitur in c. ſignificantibus nu. 23. verſi. & de materia. de libelli obla. no. Dy. in reg. nullus pluribus lib. 6. Bal. in d. l. ſi de vi ante fi. in 1. lectu. Qua ratione viſum Cyno fuit in d. l. ordinarij, cum poſſeſſorio omni petitorium concurrere. iam, & ſi recipi Cyn. opi. nō ſoleat.

10 Secundo reſpondetur, † locum ſine dubio argumētō non eſſe, vbicunq; ob diuerſa petitorij cumulatio atq; poſſeſſorij fit, veluti cum propter detentionem petitorium, poſſeſſionis ciuilis cauſa poſſeſſoriū dictatur permiſſa iū enim cumulatio eſt, vt Bar. hic docet nu. 21. Bal. in d. l. de vi col. 1. verſi. tertia opinio & col. 2. in prin. verſi. ſi autem reſpectu in 1. lectu. & in ſecunda lectu. col. 1. in fi. & col. 3. ante med. Caſtren. col. 3. poſt med. verſi. in poſſeſſorio vero, & in ſecunda lectu. nu. 5. verſi. tu dic ſecundum Doc. ſed enim ad eū caſum tex. iſte pertinet, quo ad diuerſa petitorium, poſſeſſoriumq; ſpectant.

11 Tertia itē dubitādi ratio † nō mutat, quę a tex. pēdet in d. aucten. qui ſemel. quoniā ad ſpeciē cumulationis non pertinet, namq; ſi ratio tex. illius in materia cumulationis habetur, cumulationi locus nunquam erit. ſemper enim auditurus auctor erit, perſeuerādum tibi in actione prius inſtituta eſt, nouā cumulare non licet, vnde ad eum caſum text. pertinet. d. aucten. quo actionem inſtitutam ſine cauſa qua iuſta intermittere, altera ſubiecta, actor certat. Aliter atq; ſi ex cauſa iuſta, & in caſu a iure permiſſo actionem aliam petitor accumulat, vt Iaſ. hic explicat num. 117. verſi. ſed iſtis prætermiſſis. Quæ reſponſio ad eum caſum conuenit, quo petitorium ſuſpenditur. Sin autem vtrumque ſimul proſequi actor conſtituit, quo caſu textum iſtum intelligere Docto. fere videntur, ad rem tertia iſta dubitandi ratio attinet, ſiquidem in deſiſtente tex. loquitur in d. aucten. qui ſemel. Atqui a petitorio inſtituto actor hic non deſiſtit, at illud vna ſimul cum poſſeſſorio proſequitur. Quæ reſponſio ex Bal. colligitur in d. aucten. qui ſemel in primo notab. Iaſon. in §. ſi minus num. 13. inſtit. de actio. cum abrogatam l. ædita. C. de eden. per tex. negant in d. aucten. qui ſemel. ſiquidem dilatio, aut intermiſſio iudicij per emendationem, aut mutationem libelli non fit, verum in melius reformatur, quę ratio ad cumulationem etiam ſpectat. De qua ſolutione Berengar. etiā hic meminit num. 30. in ſecundo capite repe. fol. 314.

12 Quarta quoq; dubitandi ratio † non refragatur, quę duplicitate nititur. Eam enim Fabius hic deridet nu. 6. vtpotè quæ ad rem non attineat. textu enim à Iaſ. fundatur in l. vbi cœptum. ff. de iudi. qui alienus a re propoſita eſt, namq; eo caſu loquitur, quo ad iudices diuerſos actor adit, quod hic non fit. æque ad rem tex. non confert in d. aucten. qui ſemel, quoniam actio hic prius inſtituta non intermittitur, ſed obſeruandū, & ſi maximè in caſibus diuerſis. ll. illæ loquātur, rationem tñ duplicitatis in eis verſari, quæ hic moueat. Ratio enim d. l. vbi cœptum duplicitate conſiſtit, quaſi abſurda res videatur, duplici iudicio ob eandem rem actorem experiri. Quo nomine bis conſequi idem poſſet, duplicitas hæc, & in cumulatione hac locum habere petitorij atq; poſſeſſorij videtur. Ita rationem hanc duplicitatis in ſpecie hac Bart. hic obſeruat nu. 30. in fi. Oldra. à Bal. relatus in d. l. ſi de vi col. 1. verſi. quarta eſt opinio in 1. lectu.

Vnde aliter ad argumentum, ſeu rationem hanc quartam dubitandi reſpondetur, negando duplicitatem hic verſari, primo ꝙ duplicatio rei eiuſdem interueniat, locum enim argu. duplicitatis tum habet, cum paria omninò iudicia ſunt, quæ cumulātur, ita vt plus ex vno, quam ex alio actor non ferat. Rationis enim tunc non videtur, actione duplici abſq; cauſa reū vexari cum bis magis idem conſequi, quam commodū aliud referre actor videtur. Quæ ratio ceſſat, quotiens actionis realis, & poſſeſſorij cumulatio fit, paria enim dici iudicia non poſſunt, cum plus ex reali actor conſequatur, quam ex poſſeſſorio, ideſt declarationē dominij. Ita Bal. reſpondet in d. l. ſi de vi colum. 1. verſi. quarta eſt opinio in 1. lectu. vbi Oldra. opinionē per reſponſionem hanc cōfutat. Quæ reſponſio eo pertinet, vt permitti cumulatio debeat, quotiens ad diuerſa remedia ſpectant, vel plus in vno eſſe, atq; in alio pōt; ſic idē Bal. hæc reſponſio continet, atq; ratio decidendi tex. huius habet, de qua mentio facta ante eſt.

13 Quinta deniq; dubitandi ratio † non mutat, præiudicium

Digitized by Google

dicium ex poſſeſſorio cumulato iudicio petitorio, ꝙ
maius eſt, fieri. Imo enim præiudicij quicquã reus nõ
ſufferi, ſi de poſſeſſione ſua docere actor velit, non e-
nim obijcere reus poteſt, in ſe probandi onus transfer
ri actore iudicium poſſeſſorium euincente, ſiquidem
nihil tum reo de iure ſuo minuitur, cum iuris quicquã
in hoc non haberet.l.manumiſſiones.ff.de iuſti.& iure
l.decem infra de verb. oblig.l.non poteſt videri deſi,ſ-
ſe intra de reg.iu. Imo enim è contrario damnũ actor
ſentiret, ſi cum ſua poſſeſſio eſſet, dominij ipſi proban-
di onus incumberet. Sic actoris incommodo com-
modum ſibi reus pararet.

Secundo reſpondetur.in iudicijs ſingularibus præiu
dicij rationẽ nõ aliter haberi, niſi ſi plenũ præiudiciũ
ſit Bar.in d.l.ſi quis libertatẽ nu.12.per tex.in l.ſed ſi an
te infra de exceptio. vbi lic in confeſſoria pendente
14 † rei cumulare vendicationẽ licet, quia regula illa nõ
obſtat, per quã impediri cumulatio ſolet. & ꝙ abſo u-
toria lata in prima, exceptionẽ rei iudicatæ in ſecunda
cumulata producit. cum reo etiã in confeſſoria abſo-
luto, agi cũ eo rei vendicatione poſſit. ſiquidẽ res alia
in rei vendicatione petitur dominiũ videlicet, cum ſer
uitus ſolũmodo ex priore peteretur. quo caſu rei iudi.
obſtare exceptio non ſolet l. cũ queritur, & duabus.ll.
ſeq.infra de excep. rei iudi. Neq; cumulationi obſtat,
ꝙ & ſi maxime exceptio rei iudi. in ſecundo iuditio
cumulato non obſtet, prẽiudiciũ tamẽ actioni priori,
ſeu confeſſoriæ fieri ex poſteriore, ideſt rei vendicatio
ne poteſt, quãdoquidẽ ſi in rei vendicatione actor ob
tinet, profutura dominij declaratio in confeſſoria ſit,
quæ dominij probationẽ expoſtulat l. 2. §. 1. ff. ſi ſerui.
vendi. æque ſi in confeſſoria actor obtinet, præiudiciũ
15 fieri circa dominiũ in rei vendicatione videtur † cum
circa dominij probationẽ obtineri in confeſſoria ne-
queat. quoniã plenũ prẽiudiciũ id nõ eſt. & quoad pri-
mũ, ideſt reſpectu rei vẽdicationis prẽiudiciũ ex ea cõ
feſſoriæ non fieri, in manifeſto eſt. conſequens quippe
nõ fit, dominus actor declaratus fundi eſt, ergo ſerui-
tus fundo debetur Ratio eadẽ ſecundi eſt, quoniã ſi in
cõfeſſoria actor vincit, conſequens nõ fit, ergo domi
nus fundi eſt, cui ſeruitus debetur, ſiquidẽ pena dominij
probatio in confeſſoria non fit, cũ incidenter nõ prin
cipaliter deducatur. ob id ſatis probatio præſumptiua
eſt, quæ ex poſſeſſione ſola deducit l.ſicuti §.ſed ſi que
ratur ibiq; glo. in fi. ff. ſi ſerui. vendi Quod cũ ita ſit libe
rũ reo erit, probationes dominij contra præſumptionẽ
hanc prẽſtare l.ſi.in prin.ff.ꝙ metus cau.l. cũ de indebi
to in prin ff. de proba.l. nuptura in fi. ff. de iure dot. eã
ob rem præiudiciũ plenũ ex cumulatione hac reus nõ
patitur. ex qua Bar. doctri. reſponſio facilis euidenſq;
ad arg. ſeu ad rationem quintã dubitandi apparet, etiã
ſi præiudicij aliquid verſari in cumulatione hac poſſeſ
ſorij poſſet, Attamẽ quia plenũ id nõ eſt, nihil faciẽdũ.
16 Ex qua Bar. doctrina † in d.l.ſi quis libertatem ratio-
nem diuerſitatis colligere dictarum.ll. eſt videlicet l.
fundum l.fundi, & l.ſed ſi ante vt in d.l.fundum, & d.l.
fundi. idcirco permiſſa cumulatio non ſit, ꝙ per actio-
nem cumulatam præiudicium plenum actioni priori
fieret. Cauſam aliam d. l. ſed ſi ante eſſe. in qua ideo
permiſſa cumulatio eſt, ꝙ præiudicium plenum actio
ni confeſſoriæ prius inſtitutæ per rei vendicationem
poſtea cumulatam non fit.

Ratio hæc diuerſitatis probari ex tex. poſſet in d. l.
fundi. vbi ex iuditio ſecundo communi diuidundo, vel
conditionis fructuũ prẽiudiciũ plenum iuditio prio-
ri, ideſt rei vendicationi fieret, cum ex eadẽ cauſa do
minij videlicet cõmuni diuidũdo, aut ad fructus agitur
ſecundũ ſenſum glo. ibi in ver. conſtet. Namq; ſi quaſi
dominus in iuditio diuiſorio, aut petitionis fructuum
obtinet, vtiq; & in rei vẽdicatione victor efficitur, cũ
principaliter, nõ incidẽter in iuditio cõmuni diuidũdo

fructuũ vè dominiũ deducitur. Cęterum ad tex. ratio
hæc cõpetere diuerſitatis nõ videtur in d.l. fundũ. vbi
iuditium confeſſorię cumulatur, in quo incidenter do
miniũ venit, ob id quãuis litẽ in eo actor obtineat, prę
iudiciũ tamẽ plenũ afferri in rei vẽdicatione nõ videt.

Sed obſeruandum, etiam in d.l.fundum prẽiudiciũ
plenum rei vendicationi ex confeſſoria afferri. vtpote
in qua probationes plenas præſtari dominij oporteat.
Namq; cum apud aduerſarium poſſeſſio fundi petita
eſſet, ſummatim, aut præſumptiuè dominium proba-
ri ex poſſeſſione ſola non poterat, vt Soci. ibi expreſ-
ſim obſeruat in ſecundo nota. & Fabius hic num. 65.
vnde cum plena dominij opus probatio eſſet, exceptio
rei in confeſſoria iudicatæ obſtatura in iudicio plena-
17 rio rei vendicationis erat. Quod enim dicitur, † ex-
ceptionem rei iudicatæ in iudicio ſummario, aut inci-
denti, in plenario non obeſſe. l. pen. ff. de his qui ſunt
ſui, vel alie. iuris l.ſi quis à liberis. § ſi, vel parẽtis. ff. de
lib. agno. c. veniens ſecundo de teſtibus, locum non
obtinet vbi plenè cognitum, probationeſq; plenæ re-
ceptæ in iudicio ſummario ſunt Bar. in d. l. pen. Abb.
& alij in d.c. veniens Bal. in conſi. 187. ſuper quæſtio-
ne colum. 2. lib. 1. Abb. in conſi. 50. column. fi. lib. 1.
Paul. de Caſt. in conſi. 3. in cauſa quæ vertitur coram
domino vicario poteſtatis Pergami colum. 3. in quar
to dubio lib. 2. Corn. in conſi. 126. in fi. lib. 4. Deci. in
c. at ſi clerici in princ. nu. 14. in fi. de iudi. & in conſ. 96
colum. 2. circa princ. Idem Bar. ſentit in d. l. fundum-
num. 2. in fi.

18 Secundò, obſeruandum † circa ſenſum, & rationẽ
d.l.ſed ſi ante. Bart. enim in d. l. ſi quis libertatem, id-
circo cumulationem rei vendicationis, & confeſſoriæ
permitti in d. l. ſed ſi ante ſcribit, ꝙ præiudicium ple-
nũ confeſſoriæ prius inſtitutæ a rei vendicatione non
paratur, ſi in rei vendicatione ſententiam actor euin-
cat. conſequens quippè non fit, dominus actor decla-
ratus eſt, ergo ſeruitus fundo euicto debetur, vnde nõ-
niſi dominij ratione præiudicium confeſſoriæ per rei
vendicationem fit. Cæterum ius ipſum ſeruitutis ab
actore probandum.

Sed obſtare Bartolo videtur, quoniam & ſi maxi-
mè præiudicium plenum a rei vendicatione confeſſo
riæ non fiat, è contrario tamen per confeſſoriam præ-
iudicium plenum rei vendicationi fit. quoniam eo ca-
ſu d.l.ſed ſi ante loquitur, quo apud aduerſarium poſ-
ſeſſio erat, quocirca probatio dominij plena præſtan-
da ab actore erat, cum ſummatim probari ex poſſeſ-
ſione non poſſet, vti dictum ante habemus, conſequẽ-
ter ſententia pro actore lata præiudicium plenum in
rei vendicatione aduerſario facit, quamuis incidenter
dominium in confeſſoria veniret. Ita contra Bar. nõ
in d.l.ſi quis libertatem, ſed hic in prima lectura nu. 4.
Fabius hic argumentatur nu. 65.

Si dixeris, præiudicium hoc ſpectandum non eſſe,
quod per confeſſoriam fieri rei vendicationi poteſt,
quandoquidem prius inſtituta cõfeſſoria eſt, & quam
definiri omninò oportet. Atq; ideò in actione poſtea
cumulata præiudicium obſeruandum, vtrum prẽiudi-
cium per eam actioni prius inſtitutæ fiat. Reſponde-
tur, verum id ita eſſe, ſi quod poſtea iudicium cumula
19 tur, aut minus, aut non maius priore eſt. Cęterum † ſi
maius, maiori ipſi præiudiciũ fieri per minus non con-
uenit. l. per minorẽ. ff. de iudi. quæ l. generaliter loqui-
tur, ante vel poſt propoſitum iudicium maius ſit. Ita
Fabi. hic no. nu. 66.

Ea propter aliter tex. d.l.ſed ſi ante Fabius interpræ-
tatur, atq; Bar. Ideſt vt confeſſoriæ iudicio ſuſpenſo,
nonniſi in rei vendicatione procedatur, ſuper eaq; ſen
tentia prius dicatur. Ibi enim argumentum ſilet, ꝙ ſen
tentia ſuper confeſſoria lata præiudicium plenũ in rei
vendicatione faciat, cum ſententia vlla verſari in con-

feſſoria ſuſpenſa nequeat. Quē intellectum neceſſariū Fab. aſſerit, ne in tex. d. l. per minorem alioquin offendamus. Exultaturum Fabiū, plauſurūvè haud dubiè credam, ſi ſenſui ſuo fauentes Bal. Caſtrenſem cum Iaſ. legiſſet. Bal. videlicet in d. l. ædita nu. 63. verſi. certè ſecundum hoc de quo Soci. meminit in d. l. fundū nu. 6. Caſtr. in ea. l. ędita. col. pen. poſt med. verſi. ſed ſi primum eſſet in iudiciū deducta, & in d. l. per minorē nu. 4. Iaſ. in §. præiudiciales nu. 2. inſti. de actio. ſenſū hunc, & cumano placere Socin. refert in d. l. fundum nu. 1. circa fi. ver. ipſe tamen Cuma. & expreſſius nu. 6. in fi. verſi. 2. caſu.

Dixerit hic aliquis, ſenſu hoc Caſtr. Iaſ. & Fabij admiſſo, ius idem ſeruandum, & in d. l. fundum, & l. fundi videri, Ideſt vt intermitti, aut ſuſpendi rei vendicatio debeat priore loco dictata. Reſpondetur, rationis non eſſe, vt per iudicia minora confeſſoriæ, communi diuidundo, & petitionis fructuum, iudicij maioris hoc eſt rei vēdicationis ſuſpenſio fiat. d. l. per minorē.

Sed enim apollineus ſenſus iſte videtur, ex vaticinio totus conſtans, ſiquidem de ſuſpenſione confeſſoriæ verbum in d. l. ſed ſi ante non fit. Secundo ſenſui huic refragari verba tex. videntur, quia & diuerſa corpora ſunt, & cauſæ reſtitutionum diſpares, non nocebit exceptio. Sic diuerſitate rerum, & cauſarum tex. nititur, quo caſu locum cumulationi eſſe, demonſtratum in decidendi ratione habemus, Ibiq; tex. præ alijs citatus in d. l. nemo ex his. §. 1. a ſenſu contrario infra de regu. iuris. Rurſus verba illa, non nocebit exceptio, generalia ſunt, ob id intelligi generaliter debent, ſiue ratione confeſſoriæ, ſiue rei vendicationis exceptio opponatur, vt Soci. ibi obſeruat nu. 1. circa fi. verſi. præterea ſi in l. & expreſſius nu. 7.

Tertio in cumulatione tex. intelligi in d. l. fundum, & d. l. fundi Caſtren. Iaſ. & Fabius non negant, atq; in materia cumulationis à Bar. d. ll. intelliguntur in d. l. ſi quis libertatem nu. 12. in d. l. ędita num. 16. ibiq; Dec. nu. 60. Purpura. Socer meus nu. 194. a Caſtren. ipſo in d. l. fundum ibiq; Soci. Hoc ita admiſſo, ſecundum terminos d. l. fundum l. intelligi, ſed ſi ante oportet propter aduerſatiuam ſed, quæ qualitates præcedentium repetit, atq; in terminis intelligi debet, in quibus ſuperiora ipſa loquuntur gl. & Bar. in l. mariti. §. fi. infra de adul. Bal. in l. omnes populi nu. 21. ff. de iuſti. & iure. pro quo dicto tex. videtur in l. cum autem cum gloſ. in verſi. manumiſſorum. ff. de lega. 2. vbi repetitio fit impenſæ funeris propter aduerſatiuam, quem tex. ad hoc Ruin. citat in conſi. 111. colum. 2. poſt med. lib. 3. & in conſi. 92. colu. 3. in fi. lib. 4. Sed enim dici poteſt, non niſi ex glo. id probari, atq; ideò glo. ſolummodo ibi Rui. nominat in conſi. 135. column. 2. circa med. lib. 3. vnde ſi in terminis cumulationis tex. loquitur in d. l. fundum, cum ſuper vtroq; remedio cumulato iudicium exercetur. Secundum terminos eoſdem accipi, & l. ſed ſi ante mox ſequentem, ob aduerſatiuam conuenit.

Quarto ad hunc modum ideſt in ſpecie cumulationis, vt vna ſimul iudicium vtrūq; cognoſcatur, d. l. ſed ſi ante intelligendam, expreſſim Caſtrenſ. ibi ſcribit, quam cum d. l. fundum interpretatus eſt, colu. 1. circa med. ob id nauci ſenſus eius contrarius faciendus in d. l. ædita.

Apparet ex his, ſenſus hos duos d. l. ſed ſi ante, ideſt primum Bartol. in d. l. ſi quis libertatem num. 13. & alterum Caſtrenſ. in d. l. ædita, quo Iaſo. vſi cum Fabio ſunt, vacuos a controuerſia non eſſe. Tertio a gloſſ. in d. l. ſed ſi ante, ſenſus eius explicatur. Idcirco concurſum rei vendicationis poſtea adiectæ non reijci, quoniam præiudicij quicquam ex concurſu hoc actioni priori non fit. Idque a partibus ſatis enumeratis glo. demonſtrat. Namque, aut iudicium ipſum rei vendicationis cumulatæ ab actore vincitur, aut amittitur. Si vincitur, quia dominus actor declaratur, in expedito res eſt, præiudicium reo ex victoria hac in iudicio confeſſoriæ non fieri, cum nihil dictum de ſeruitute in rei vendicatione ſit. Neq; ex ea inferri ad ſeruitutem poteſt, ſiquidem conſequens non ſit, dominus fundi actor eſt, ergo ſeruitus fundo debetur. Sin autem litem actor in rei vendicatione amittit, reuſque abſoluitur, in manifeſto magis res eſt, præiudicij quicquā reo in confeſſoria non fieri. Quid autem præiudicij dico. Imò enim cōmodum totius litis in confeſſoria reus conſequitur. In qua præterea obtinere actor non poteſt, a quo dominium abeſt d. l. 2. §. 1. ff. ſi ſerui. vendi. ſi dixeris, ſi non reo, at actori præiudicium generari, qui a confeſſoria omninò excluditur lite rei vendicationis amiſſa.

20 Reſpondetur † rei, non actoris præiudicium conſiderari in ſpecie hac cumulationis præiudicij cauſa impediendæ, vt glo. 2. no. in d. l. ſed ſi ante. Ibiq; Bar. col. 2. verſi. ſed ad iſtas rationes.

Sed enim oppugnationem eandem declaratio hęc glo. patitur, atq; Bart. ſenſus in d. l. ſi quis libertatem. Ideſt verum eſſe, præiudicium hoc ceſſare, ſi ab ipſa rei vendicatione incipimus, & ſentētiam in ea latam, aut ferendam duntaxat ſpectamus. Cauſam aliam eſſe, ſi a confeſſoria priore loco inſtituta præiudicium metimur, in qua ſi pro actore ſententia dicitur, præiudicium reo plenum fieri in rei vendicatione videtur, quandoquidē probationem plenam dominij in ſpecie d. l. ſed ſi ante confeſſoria, expoſtulet, poſſeſſione fundi apud reum exiſtente.

Quid igitur dicendum circa ſenſum, & rationem. d. l. ſed ſi ante, cur permiſſa ibi magis cumulatio ſit, q̄ in l. præcedenti, & ſequenti. Rationem. d. l. eſſe arbitror, ꝙ præiudicij quicquam confeſſoriæ per rei vendicationem poſtea ſubiunctam non ſit, a partibus ſatis enumeratis ſecundum gl. argumentando. Neq; ad rē attinet, præiudicium plenum rei vendicationi per confeſſoriam parari, ſi ab ea incipimus, quia in ea prius ſecundum actorem, aut in gratiā eius pronuncietur, quū rationem haberi præiudicij huius non conuenit, quandoquidem propoſita ante eſt. atque ideò definiri eam ante oportet l. qui prior. ff. de iudi.

Difficultas omnis in argumento fabij diſſoluendo vertitur, ideſt locum rationi huic non eſſe, quod propoſitum poſtea legitur d. l. per minorem, quæ ſcripta generaliter eſt, præcedat maius iudicium, vel non. Quū
21 reſpondetur, † locum generalitati huic in maioritate omni non eſſe, vt per eam minus iudicium ſileat, etiā ꝙ inſtitutum prius ſit, verum ad maioritatem reſtringitur, quæ aut ratione ſtatus, vel autoritatis, aut criminis inducitur, quia de ſtatu, petitione hæreditatis, aut criminali cauſa agatur. In his enim locum regula d. l. per minorem generaliter habet. Cauſa alia maioritatis videtur, quæ rei ratione inducitur, quia maius quid actio vna, quam altera includit. Ibi enim per actionē maiorem actio intermitti minor non debet, quæ inſtituta ante ſit. Quæ reſponſio ex Caſtren. colligitur in d. l. fundum poſt prin. & circa fi. Ibiq; Soci. nu. 6. in fi. verſi. ſecundo caſu, idq; ratione iuuatur, quoniam poſtquam coeptum iudicium confeſſoriæ eſt, neq; exceptionem ordinis reus oppoſuit, vt rei vendicationem actor prius intenderet, cum fundum reus poſſideret, & exceptionis huius opponendæ ius reo eſſet, vt Socin. tradit in d. l. fundum nu. 6. verſi. primo caſu, audiri nō debet ab eo diſcedens, quod placitum ſemel eſt regul. quod ſemel lib. 6.

22 Secundò, reſpondetur, † generaliter eſto intelligi d. l. per minorem in maioritate omni debeat, præcedat vel non, iudicium maius, ita vti perſuaſum ſibi Fabius habet. Attamen ꝙ ad ſpeciem. d. l. ſed ſi ante attinet, negatur, maius rei vendicationis, quā confeſſoriæ iudicium eſſe, cum æque dominium plenum pleneq; probandum

bandum

Digitized by Google

bandum confeſſoria habeat,atq; rei vendicatio, fun-
do ipſo apud aduerſarium exiſtente, quo caſu præiu-
diciu n plenum etiam rei vendicationi per confeſſo-
riam fieri demonſtratum ante habemus.Minus enim
confeſſoriæ dici iudicium poſſet,quotiens ſummatim
in ea probandum dominium eſt,neq; præiudicium id
in iudicio plenario facit. Cęterum vbi effectum pa-
rem quantum ad omnia, iudicium confeſſoriç, atque
rei vendicatio habet,quomodo minor rei vendicatio
ne dici confeſſoria poſſit, non ſatis animaduerto. Si-
quidem a pari victoria non fit, neq; maioritas conſi-
derari inter paria poteſt.l. non ſolum. §. de vno ibiq;
Bal.ff. de ritu nup.l.ſi reus. §.1. infra de duobus reis .l.
23 generaliter verſic. verum infra de fideiuſ. Ruſus † ab
effectibus maioritatem iudicandam ex philoſopho
probatur. 7. metaphi. quem Soci. nominat in conſi.
278. ante fi. lib. 2. Maior tamen rei vendicatio ob ef-
fectum maiorem habetur, quia rem cunctam auocat.
Confeſſoria planè niſi ſeruitutem non aufert.

Secundo, principaliter reſpondeo ad argumentum
Fabij: maius eſto rei vendicationis iudicium in d.l.ſed
ſi ante,quam confeſſoriæ ſit. Rurſus generaliter regu-
lam fac intelligendam d. l. per minorem, ſiue prius,
ſiue poſterius iudiciū maius proponatur. Nihilo ma-
gis locum ſuſpenſioni confeſſoriæ prius inſtitutę pro-
pter rei vendicationem eſſe poſſe, aut debere, ratione
illa, ne iudicio maiori præiudicium per minus fiat.
Quoniam quod ad actorem attinet,pręiudicium hoc
cauſari, aut allegare non poteſt, qui ipſe præiudicium
hoc ſibi induxit,confeſſoriam prius inſtituendo,& cui
imputandum eſt, cur non rei vendicationem ante
omnia propoſuit. vnde obijci actori poterit, præiu-
dicij huius habendam rationem non eſſe, quod culpa
ſua accidit reg. damnum lib.6. Reus item audiri non
debet,ſi præiudicium hoc cenſeatur,quoniam ſua non
intereſt, quandoquidem præiudicium hoc ſenſurus
cumulatione etiam ceſſante, fuerat. Etenim cum ple-
nè dominium probari in d. l. ſed ſi ante debeat, ſic
quomodo mōſtratum in ſuperioribus habemus, ſen-
24 tentia † in confeſſoria lata præiudicium plenum fa-
ctura in iudicio plenario rei vendicationis erat, ita vti
dictum ſuperius eſt. Vnde audiri reus non debet prę-
iudicium illud obijciens,quod cumulatione etiam nō
facta, euenturum omnino erat .l. fin. §. 1. & quod ibi
Bartol. ff. ad legem Rho. de iactu. l.& in totum verſi.
ita ſi ob id ff. de impenſis, & quod Caſtrenſ. alijq; no.
in l.ſi ab hoſtibus.§. ſi vir.ff. ſolut. matrim. & ſi de do-
minio ſolo citra ſeruitutem,cognoſci ante omnia vo
lebat, exceptio ordinis opponenda initio erat. Tertio
reſpondetur, ſuſpendendam confeſſoriam in d. l. ſed
ſi ante ob rei vendicationem non eſſe,quoniam initio
ipſo rei vendicatio tacitè neceſſarioq;, & quantum
ad plenum præiudicium, in confeſſoria ipſa inerat,
cum plena ibi dominij præſtatio neceſſaria eſſet, re
apud aduerſarium exiſtente. Quod cum ita ſit, inuti-
lis rei vendicationis cumulatio fuit.l.3.ff. de lega.1.l.3.
C.de fideiuſ. Abſurdum igitur fieret propter rei ven-
dicationem expreſſam, intermiſſionem confeſſoriæ
fieri,ſub qua rei ipſa vendicatio incluſa omninò quā-
tum ad omnem ſuum effectum erat. Quæ rationes in
iudicijs alijs minoribus ſilent, in quibus tacite, neceſſa-
rioq; maiora non includuntur vti apud glo. Barto. &
alios videre eſt in d.l.per minorem. ſi dixeris, operari
in hoc rei vendicationem poſſe, vt ſuper ipſa ſola pro
cedatur, reſponſum ad hoc ante eſt, rei non intereſſe,
poſtquam confeſſoria ipſa ad hunc modum non de-
ſeritur,at intermittitur.

Infertur ex his,præiudicij rationem non habendam
in ſpecie.d.l. ſed ſi ante, quod rei vendicationi cumu-
latæ fieri per confeſſoriam poſſet.cum neq; ab actore
id allegari propter eius culpam, neq; à reo poſſit, cu-
ius non intereſt etiam ſi maius iudicium dici rei vendi
cationis poſſet, & etiam ſi generaliter in iudicio om-
ni maiori intelligi. d. l.per minorem debeat,quod ne-
gatum ſupra eſt. E contrario autem præiudicium con
feſſoriæ,per rei vendicationem poſtea cumulatam nō
fieri, a partibus ſatis enumeratis declaratum ex glo. 2.
ibi,habemus.

25 Sed obſeruandum † circa præiudicium hoc,quam-
uis præiudicium ex toto non fiat, ideſt circa ius ſerui-
tutis,circa dominiū tamē pręiudiciū confeſſoriç haud
dubie ex toto fieri.Inde doctri. cōfirmari Bar. videtur
in d.l.ſi quis libertatem, præiudicij rationem in iudi-
cijs ſingularibus non aliter haberi, niſi ſi plenum ſit.
Sed generaliter plus nimio loqui Barto. puto, cum
præiudicium plenum exigit. Locum enim habere id
ita credo, ſi id quod principaliter in iudicium deduci-
tur,præiudicium illud non contingit,at incidens ſolū-
modo,veluti in d.l.ſed ſi ante,in qua ius ſeruitutis prin
cipaliter deductum in iudicio eſt. dominiū planè inci
deriter venit. Ius hoc ſeruitutis principale rei vendica-
tio non tangit,at dominium incidens tantummodo,
ob id ratio præiudicij huius circa incidens non habe-
tur,arg. glo. in c. quamuis in fi. de pactis lib. 6. Ruin.
26 in conſil. 87. num. 21. lib. 3. † pro nihilo habendum
præiudicium dicitur,quod non principaliter,at in con
ſequentiam venit. Cæterum vbi ius ipſum principale,
ſeu principaliter in iudicium deductum præiudicium
actionis cumulatæ tangeret,cum Bart. mihi non con-
ueniat,vt niſi ex præiudicio pleno in actionibus ſingu-
laribus cumulatio non impediatur. Immo enim ex
præiudicio etiam leuiore prohibendam cumulationē
exiſtimo.arg. l.quæ de tota ff.de rei vendi. idq; ſentire
Caſtr. videtur in d.l fundum in primis verbis dictionē
aliquod expendendo, quæ ad minima etiam pertinet.
l.ſi ſeruum.§. prætor ait ibiq; Bar. ff. de acq. hæredi. l.
mu ier.§ ſi n.de condi. inſti glo. in clem. 1. in ver. aut
earum parte de foro compe. & in c. auaritiæ in verſi.
parte de electio. lib 6. Dec. in l.ſi quis id quod nu. 20.
ff. de iuriſdi. omn. iudi.

Nemo tamen credat, ius idem pręiudicij inciden-
tis atq; eius eſſe,quod in conſequentiam venit.Incidē-
tis enim ratio habetur,ſi plenum ſit d.l. fundū, id quia
intrinſecus neceſſarioq; manet, aut conſiſtit, quamuis
incidenter veniat.Conſequens planè extra rem eſt,ſeu
extrinſecus per conſequentiam accidit, neq; inciden-
ter de eo in actu tractatur, aut neceſſario in actum ip-
ſum principalem incidit,verum ſine vllo eius tractatu,
per ſe conſequitur.

Infertur ex præmiſſis omnibus atq; ex declaratione
doctrinæ Bar. in d.l.ſi quis libertatem,veram reſpon-
ſionem ſecundam eſſe,quæ accommodata ad quintā
dubitandi rationem eſt, videlicet prohibendam cu-
mulationem petitorij,& poſſeſſorij retinendæ ratione
præiudicij vllius non eſſe, quandoquidem præiudiciū
hoc,quod in onere probandi reijciendo verſatur, ple
num non ſit, & ius in primo iudicio deductum ideſt
dominium ne incidenter quidem iudicium ſecundū
cumulatum contingat, cū ſeparata prorſus cauſa poſ-
ſeſſionis à proprietate ſit.

27 Glo. 1. in partes tres Iaſ.hic diuidit † nu 27. parti ter
tiæ ſolutiones tribuendo. ſed enim qua ratione partē
vnā ex ſolutionibus colligit,quaſi ſeparatæ ab oppoſi
tionibus videantur, Ita pro ſeparatione oppoſitionū,
& ſolutionū,partes diſtinguēdæ plures fuerant, vt par
tes totidē dicantur, quot oppoſitiones, & ſolutiones
ſunt. Vnde partes non pluſquā duas in glo. hac Ripa
obſeruat nu. 22. circa med. Cęterū quia expreſſius lo-
cupletiusvè gl.contraria,& ſolutiones à Bar. enarran-
tur,vna ſimul cū Bar.ipſo exponendā gl.cenſui. In pri
ma demū parte gl. obſeruandum,ꝙ a Bar. quidem o-
miſſum,animaduerſū aūt à Iaſ.& Ripa eſt, cū exem-
plū.§.noſtri ex tex.gl.petit in l.& an eadē. §.fi. infra de
excep.rei iud.cur non niſi ad principiū.§. huius exem-

plum ipſum accõmodet. Reſpondentq; Iaſ. cũ Ripa, nõ ab re ita ſcriptũ a gl. eſſe, quia nonniſi initio huius. §. exemplũ illud congruit. generaliter enim in prin. text. iſte loquitur, cõmunionis quicquã inter proprietatem & poſſeſſionẽ non eſſe. exẽplo generalitas hæc declarari poteſt, de quo in d. § fi. Ibi enim in ſpecie, & in exẽplo illo explicari dictũ hoc generale poteſt. fini planè §. huius tex. ille non conuenit. ſiquidem caſus ibi contrarius ponitur, cũ actum prius poſſeſſorio eſt. Rurſus ad cũ caſum tex. ille pertinet, quo iudicio poſſeſſorio finito, petitorium intenditur. hic cũ petitorio adhuc pendente, poſſeſſorium adiungitur, In quo caſu ratio maior dubitandi verſatur propter cõtrouerſiã cumulationis, quæ ſilet, vbicunq; finitum alterũ iudiciũ eſt.

Sed videndum, fini etiam. § huius exemplum conuenire, de quo in d. § fi. a contrarijs argumentando, cũ rationẽ eandem caſus vterq; habeat. Qua enim ratione petitorium intendere poſt poſſeſſorium licet, ita & ex diuerſo. l. 1. ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. l. & ſi contra ibiq; recentiores, ff. de vulga. vtiq; autem locũ id habet Bart. opinione hic admiſſa nu. 3. vt exceptio rei iudi. in petitorio ad poſſeſſorium non opponatur.

Secundò, etſi maximè caſus diuerſus in d. § fi. verſetur, ratio tamen in eo aſcripta generalis eſt, ad caſum etiam tex. huius conueniens, id eſt quoniam in interdicto poſſeſſio, in petitorio proprietas vertitur. Sic diuerſitate poſſeſſionis, & proprietatis ratio. d. § fi. nititur quæ ratio generalis eſt, locumq; generaliter habet, ſiuè actum prius poſſeſſorio, ſiuè petitorio ſit. Ratio pla-
28 nè generalis † generalem diſpoſitionem efficit, tametſi in caſu conſcripta ſpeciali ſit, Quocirca in caſibus omnibus locũ diſpoſitio ſpecialis habet, in quib. ratio ipſa generalis mouet. l. regula, §. & licet ibiq; Barto. & Bal. ff. de iuris, & facti ignor. l. nomen debitoris. § fi. ff. de leg. 3. gl. in clem. 1. de electio. Bart. in l. pater filium. §. fundum in fi. ff. de leg. 3. Caſtren. in l. ſi vero §. de viro ff. ſolu. matr. ſed aliter in commentarijs poſterioribus hęc explicantur.

Secundò, videndum in prima hac parte glo. vltra Iaſ. & Ripam, ineptè ſatis exemplum dicti generalis text. huius a remotis gloſam petere, cum exemplum tex. ipſe ſubijciat, in quo generalitas ipſa declaratur. Quocirca pro continuatione appoſite magis citatus text. fuerat in d. l & an eadem. §. fi. ſimiliter, vt pro affini in glo. ſeq. tex. citatur in l. cum fundum. §. fi. infra de vi, & vi arma.

29 In 1. Bar. oppoſ. ſciendum eſt. † oppoſitiones totidem in glo. declaranda a Bar. exprimi, quot ſimilitudines a glo. relatæ inter proprietatem, aut dominium, ſeu poſſeſſionem ſunt. Prima igitur ſimilitudo, & conſequenter oppoſitio, ꝙ incorporalis vtraque; videtur proprietas, & poſſeſſio, id quod ita probatur, namq; ius vtraq; eſt de proprietate, ꝙ iuris ſit, ex tex. probatur probatur in l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iure vbi iuris gentium eſſe dominium dicitur. Iuris item poſſeſſionem eſſe, ex tex. oſtenditur in l. peregre in princ. infra eod. Idq; ex definitione eius demonſtratur, in qua ius inſiſtendi dicitur, vt habetur in l. 1. in prin. ſupra eo. & per Cyn. in l. licet. C. eo. titu. ſi iuris vtraq; eſt tam poſſeſſio, quam proprietas, ergo incorporalis vtraq; eſt, ſiquidem incorporalia habentur, quę in iure conſiſtunt. l. 1. in fi. ff. de rerum diui. inſti. de rebus corporal. & incorporal. §. fi. ſi ſimilitudo, & cõmunio hæc inter proprietatem, & poſſeſſionem vertitur, ꝙ iuris vtraq;, & conſequenter incorporalis eſt, ergo falſum erit, quod per dictionem vniuerſalem negatiuam tex. iſte loquitur, nihil commune proprietatem cum poſſeſſione habere, falſa enim in totum diſpoſitio redditur, quæ ex vniuerſali negatiua componitur. ſi falſa, vel in vno ſolummodo inuenitur. l. ſi ſeruus. §. ſi plurium. ff. ſi quis cautio. l. ſi is qui cc. §. cum ita verſi. vel vt propius ac-
30 cedamus. ff. de rebus dub. Nihil planè † dictionẽ vniuerſalem negatiuam eſſe ex tex. oſtendimus in l. fi. ff. de lib. & poſthum. in c. nihil, & c. pen. 2. q. 1. not. Socin. in conſi. 21. nu. 5. lib 1. Dec. in conſi. 19. nu. 5.

Contrarij huius cauſa, negatiua nihil vniuerſalem, in particularem gl. vertit. nihil commune habet. i. nõ omne commune habet q. d. non communia omnia proprietas cum poſſeſſione habet, at aliqua tantum. Sic quod vniuerſaliter, per dictionẽ nihil abnegatur, ad particularia, ſeu aliqua tantum trahitur. Ad quem modum in particularem contrariam i. affirmatiuam vniuerſalis negatiua vertitur. quoniam ſi non in omnibus communio datur, locum vtiq; in aliquibus habet, in qua re affirmatio haud dubie cadit. Cõmunio tamen, aut ſimilitudo hec circa ius, id eſt ꝙ iuris vtraq; ſit proprietas, & poſſeſſio, perpetua generaliſvè nõ eſt, quia locum communio hęc ęqualiter nõ habet. neq; par virtus, aut poteſtas poſſeſſionis atq; dominij eſt.
31 Immo enim latius dominij iuſtq; poſſeſſionis patet, Siquidem locum dominij ius in rebus omnibus obtinet tam incorporalibus, quam corporalibus. & quidẽ in corporalibus dubium non eſt, quin ius hoc dominij competat. De incorporalibus planè ex tex. declaratur in l. qui vſumfructum ff. ſi vſuſfruc. pet. Atqui non ęque poſſeſſio in incorporalibus vertitur l. ſeruus §. incorporales ſupra titu. 1. Conſequens differentię, aut diſſimilitudini huic fit, communionẽ per omnia inter proprietatem poſſeſſionemq; non verſari, etiam ſi vt iuris ſunt, eas ſpectamus, aut conſideramus. conſequẽter vera erit ſolutio, qua vniuerſalis negatiua in affirmatiuam particularem quantum ad effectum vertitur vt niſi in aliquibus communio hęc cadat, etiam ſi vt iuris ſunt, vtranq; perſpicimus.

Solutionem hanc glo. tolerabilem quidem, & verã in ſe eſſe. Cęterum ad tex. non congruere, Bar. putat. Quoniam non recte ex ea illatio tex. conſequitur. Cõſequens quippe non fit, aut non concludenter infertur in aliquibus ſolummodo, non in omnibus communio datur, ergo locus communioni in ſpecie, aut exẽplo tex. non eſt. Ripa hic nu. 22. in fi illationem hanc aduerſus oppugnationem. Bar. tuetur, quoniam ſi nõ niſi in aliquibus inter proprietatem, & poſſeſſionem conuenit, inferri ex particularibus nõ poteſt, vt impediri cumulatio debeat. c. in genesi de electio. Bar. in l. labeo §. 1. in prin. ff. de pactis. ſed enim argumẽtũ hoc Ripa ipſe patitur. Quod enim dicitur, ex particulari-
32 bus nihil inferri eo pertinet, vt concludentẽ † eſſe probationem, aut illationem oporteat. Curti. ſen. in conſ. 49. nu 85 ſed enim conſequens non fit, in aliquibus tãtum ſimilitudo, aut communio inter proprietatẽ, & poſſeſſionem vertitur, ergo caſus. §. noſtri ſub illis non comprehenduntur, niſi ſi caſus ſimilitudinis enumerentur, tum enim a partibus ſatis enumeratis argumen. procederet. ſi inter enumeratos caſus, iſte non inueniatur.

Enumeratione plane caſuum ſimilitudinis non facta, quid prohibet, caſum hunc ſeu tex. §. huius inter eos verſari, in quibus ſimilitudo ineſt. Conſequenter locum cumulationi tanquam inter ſimilia non eſſe. Ad quem modum rem expendendo, verum erit ꝙ Bar. ait, ex ſolutione glo. illationem tex. circa cumulationem non recte deduci.

Secundum item argumentum Ripę non mouet, de quo num. 23. vt ex ſimili arguatur, per omnia ſimilitudinem, aut in caſu ſaltem controuerſo exigi. l. apud antiquos C. de furtis. De quo cumulate recentiores in c. tranſlato de conſti. Quoniam à ſimili tex. nõ argumentatur, Immo a diſſimili, locum ideo cumulationi eſſe, ꝙ ſimilia hæc non ſunt, neq; communionis quicquam habent, proprietas, & poſſeſſio.

Si dixeris, mentem aliam Ripæ in arg. hos ſecun-

do

do fuiſſe, ideſt ꝙ à ſimili argumentari. Bar. voluit, cum illationem tex. ſolutioni congruere gloſæ negat. ideſt vt ſi in aliquibus tantummodo ſimilitudo ſit, inter proprietatem, & poſſeſſionem, non recte inferatur, ergo locus cumulationi hic erit. Immo enim inferri ad negatiuam poſſit, locum cumulationi non eſſe, quaſi ſimilitudo detur, Quod Bar. argumentum Ripa diluit. quoniam ad cumulationem prohibendã, ſimilitudinem Bar, obſeruat. ideſt fieri poſſe, vt ſimilitudo in cumulatione prohibenda verſetur. Sed enim ſimilitudinem hanc Ripa inficiatur, cum neq; generalis ſit, neq; ſpecialis in caſu controuerſo inueniatur.

Reſpondetur, argumento hoc, quo Bar. petitur, Ripam ipſum impugnari. quoniam diſſimilitudine aut diuerſitate Ripæ argumentum nititur. ſimilitudinem generalem, ſpecialemvè in caſu, de quo agitur, pernegando. ſed enim cum expreſſi, aut enumerati caſus ſimilitudinis, diuerſitatisq; non ſint, Quid prohibet, caſum hunc cumulationis inter eos eſſe per quos impediri cumulatio ſolet, ideſt inter ſimiles. Conſequenter concludens illatio text. in caſuum ambiguitate enumerationeq; eorum omiſſa, non erit. Sic
33 obijci Ripæ poterit, ex particularibus † nihil inferri.

Ratione tamen alia, & ipſa validiore ſolutio hæc glo. & Bar. inquantum verum eam in ſe putat, damnatur. quoniam album in nigrum vertit. I. vniuerſalẽ negatiuam in negatiuam particularem, ſub qua affirmatiua neceſſario includitur vt Iaſ. hic obſeruat nu. 39. verſi. item circa primam ſolutionem. Ripa nu. 25. verſi. iſta tamen ſolutio, ſecundum quæ, offenſio duplex in ſolutione hac deprehenditur. prima, ꝙ in particularem vniuerſalis mutatur, Altera ꝙ in affirmatiuam negatiua vertitur.

Secundam ſolutionem glo. aſcribit, quam Bar. admittit, vt proprie negatiua vniuerſalis circa tria intelligatur. ideſt circa paritatẽ, contrarietatem, partem atq; totum. ita vt nihil commune inter proprietatem, & poſſeſſionẽ quantum ad paritatem, contrarietatẽ, partis, totiusvè reſpectu interueniat. paria enim, aut æqualia non ſunt, vt iure pari æqualivè cenſeantur. Immo enim diſpar vnius atq; alterius ius habetur. ſiquidem probationes aliæ præſtandæ in dominio, atq; in poſſeſſorio, ſunt. Contra alios interdictum poſſeſſorium, quam petitorium competit. Contra turbatorem enim interdictum retinendæ datur, quamuis nõ poſſideat neq; poſſidere ſe contendat l. 1. § eſt igitur infra vti poſſi glo. in l. 1. in ver. nec vi C. eo. titu. & in §. retinẽdæ verſi. quorum in ver. nec clam ibiq; Ang. num. 3. inſti. de interdic. Bar. in d. l. 1. §. huius autem in prin. infra vti poſſi. Caſtren. in repe. l. ſi de vi circa fi. verſi. tertio vero caſu ff. de iudi. Abb. in c. veniens nu. 27. verſi. ſed profecto parcat mihi reuerentia Bar. de præſcriptio, vbi glo. duas iuris canonici in ſententiam hanc profert. Cauſa alia petitorij eſt, quod in eum non redditur, apud quem poſſeſſio vlla detentatiovè non eſt l. officium ff. de rei vendi. d. l. 1. C. de alie. iudi. mutã. cau. fac. d. c. examinata de iudi. Diſparitas item circa exceptationes inter proprietatem, & poſſeſſionem verſatur, ſiquidem plures petitorio, quam poſſeſſorio exceptationes obſtant. vt hic apud Bar. & alios num. 3. & quamquam paria proprietas poſſeſſiovè nõ habeantur, oppoſita tamen, aut contraria non ſunt, vt cohærere ſimul nequeant. Contraria † enim dicun
34 tur, quæ inuicem pati ſe non poſſunt, verum mutuo ſe tollunt, & ponunt, quia vno poſito, alterum tollitur viceq; contraria altero ſublato, alterum ponitur l. fuit quęſtionis ff de acq. hęredi Bal. in l. licet ff. ſi quis omiſ. cau. teſta. Iaſ. hic in rubri. num. 10, verſi. ſecunda concluſio. Hotmanoc num. 8. idem ex tex. probatur in l. fi. ibiq; glo. in ver. direptum ff. de diuor. & in c. cum humilitatis ibiq; glo. 2. 22. q. 2. quæ iura ad hoc Deci. citat in l. ſecundum naturam num. 2. infra de reg. iuris tex. huc ſciti magis accedunt in l. ſi inter me ibiq; Caſtren. in ſummario infra de excep. rei iudi. & in l. hæc verba ille, aut ille in prin. infra de verb. ſigni. Contrarietas hæc in proprietate poſſeſſioneq; non vertitur cum cohærere inuicem poſſint. quid enim prohibet, apud eundem proprietatem poſſeſſionemq; eſſe. Immo enim appoſitum alteri alterum maxime eſt.

Eque partis, totiusvè loco proprietas, & poſſeſſio non æſtimantur. hoc eſt pars petitorij poſſeſſorium nõ dicitur, viceq; verſa. At enim principaliter vtrũq; & quaſi totum, ſeparatimvè per ſe ſtat. Inde fit, vt neq; remotiue, neq; poſitiue vnum alterum non cõſequatur. ideſt vno remoto, alterum quaſi pars non remouetur, e contrario vno poſito, partis vice alterũ non ponitur, aut venit. verum quaſi excedentia, & exceſſa ſe habent. ideſt maius altero alterum inuicem
35 eſt. Maius enim poſſeſſorio † petitorium eſt, cum poſſeſſorij cauſam petitorium abſorbeat c. cum dilectus de cauſa poſ. & proprie. ex diuerſo maius petitorio poſſeſſorium eſt, quia priuilegiarium magis, cum exceptiones non patiatur, quæ petitorio obſtant.

Ex hac ſolutione ſecunda recte illatio tex. conſequitur, vt ſicut communio vlla circa tria prædicta inter proprietatem, & poſſeſſionem non interuenit,
36 ita denegari ei interdictum retinendę † non debeat, qui vendicare rem cœperit. hoc eſt vt cumulatio permitti poſſeſſorij debeat, perinde quaſi cumulationis prohibendæ, cauſæ ſileant. Prohiberi enim cumulatio vel paritatis, vel contrarietatis, vel partis ratione ſolet, de paritate I. cum paria remedia ad idem ſpectãt, ex tex probatur in l. quod in hæredem §. eligere ff. de tributor. in l. cum filius §. varijs ff. de lega. 2. & in l. nemo ex his §. 1. infra de reg. iur. Iaſ. hic num. 87. Ripa num. 132. verſi ita ſolutio. In contrarijs item remedijs locum cumulationi non eſſe textu oſtenditur in d. l. ſi de vi ff. de iudi. in d. l. ordinarij, & in d. l. incerti ſecundum vulgariorem ſenſum. æque ratione partis admitti cumulatio non ſolet, ideſt cum de toto iuditio propoſito, partis ratione actio cumulatur d. l. fundi infra de exceptio. vbi qui fundum petijt, iuditium cumulare de fructibus non poteſt. Conſequens his fit communionis, aut ſocietatis quicquam inter proprietatẽ & poſſeſſionem quantum ad tria, de quibus ſupra, non verſetur, quorum nomine impediri cumulatio dicitur.

Solutio hæc ſecunda gloſæ à Bar. vti dictum eſt, agnoſcitur. Neq; à Iaſ. alijsvè reijcitur. quamuis ſolutionem tertiam potiorem Iaſ. credat. Michi plane perſua
37 deri ſolutio hæc non poteſt. ſiquidem ex argumento ipſo confutatur, ad quod tollendum ſolutio ipſa tendit. Argumentum enim hoc habet, paritatem ſeu communionem inter proprietatem, & poſſeſſionem circa ius verſari. ꝙ iuris vtraq; ideo incorporalis habetur. vnde reſpectu paritatis huius in iure, proprie intelligi negatiua vniuerſalis nõ poteſt. quæ falſa in vno reperitur d. l. ſi ſeruus §. ſi plurium ff. ſi quis cautio. & d. l. ſi is qui. cc. §. cum ita verſi. vel, vt proprius accedamus ff. de rebus dub. Atqui proprie negatiuam hanc vniuerſalem ratione paritatis glo. intelligit, vt nihil cõmune inter proprietatem, & poſſeſſionem reſpectu paritatis ſit cum paria non ſint ſed quomodo intelligi proprie poterit paritate circa ius interueniente.

Secundo proprie etiam negatiuam vniuerſalem reſpectu contrarietatis glo. accipit, vt commune nihil proprietas, atq; poſſeſſio ratione contrarietatis habeant, ſiquidem contrarietatis quicquam inter eas non vertitur. eſſe autem communio ratione contrarietatis, ſi contraria in aliquo altera alteri eſſet. Sed enim retorquendum argumentum hoc cõtra gl. videtur. Namq; ſi nihil contrarietatis inter eas verſatur, ergo in-

go inter eas conuenit. ſi concordia inter eas eſt, ergo communionem hanc habere ratione concordiæ videntur.

Alter etiam retorcutionem ſolutionis huius in cõtrarietate glo. patitur. Namq; nihil aliud in ſolutione hac glo. intendit, niſi vt doceat, diſſimilitudinem, ſeu diuerſitatem inter proprietatem, & poſſeſſionem verſari. Sed enim qui modus diuerſitatis probandæ inuentus à glo. eſt, per contrariorum remotionem. ꝙ contrariæ inuicem proprietas atq; poſſeſſio non ſunt Immo enim ad ſimilitudinem, aut paritatem demonſtrandam remotio contrarietatis valet.

Tertiò videndum, inquãtum ratione totius, & partis communionem inter proprietatem, & poſſeſſionẽ glo. excludit quaſi totum vnum non dicatur, alterum ſeu partem ſub ſe includens, ſeu quaſi partis loco ſub altero alterum non compræhendatur.

Namq; verum id non videtur, Immo enim pars in
38 tegralis † proprietatis poſſeſſio videtur, ſine qua acquiri proprietas nequit l. 1. in prin. ſupra eo. l. traditionibus C. de pactis. vnde initio acquiſitionis perſpecto, partem integralem dominij poſſeſſionem eſſe, dubitãdum non videtur iuxta no. per Bar. in l. qui vſumfructum num. 3. ibiq; Iaſ. num. 10. infra de verb. obli. no. idem Iaſ. in rubri. ff. de lega. 1. num. 4. ibiq; apud nos num. 14. & num. 17. & quamuis acquiſitione dominij ſemel facta, poſſeſſione carere id poſſit. atq; pars integralis dominij poſſeſſio amplius nõ dicatur, Attamẽ ad virtutem negatiuæ vniuerſalis elidendam, ſatis eſt, tempore aliquo partis integralis loco poſſeſſionem in dominio eſſe. d. l. ſi ſeruus §. ſi plurium, & d. l. ſi is qui eo. §. cum ita quo argumentandi modo contra Bar. in oppo 2. Iaſ. hic vtitur num. 32. Quod cum ita ſit, falſũ erit, quod glo. ait proprie tex. negatiuamq; vniuerſalẽ intelligi, ſi vti totum, aut partem poſſeſſionẽ proprietatemvè ſpectamus. vt nihil communionis in eis partis, totiusvè nomine incurrat. Immo enim communionis aliquid partis ratione in eis verſatur, vtpotè cũ ſine poſſeſſione acquiri dominium nequeat, quod argumentum ad ſecundam Bar. oppoſitionem ſpectat. quamuis verbis concepta aliis ſit.

Solutionem tertiam ad arg. ſeu oppoſitionem factam glo. ſubiungit. nihil commune proprietati cum poſſeſſione eſſe quia quod proprietas eſt. in poſſeſſione non ineſt viceq; contraria, quod in poſſeſſione eſt, proprietas id non habet. ſic communio hæc quantum ad ſubſtantiam excluditur. quãdoquidẽ diuerſa vnius atq; alterius ſubſtantia ſit. ſic ꝙ vnũ quoad ſubſtantiã eſt, ad alterum non trahitur. Conſequenter negatiua hæc vniuerſalis ad ſubſtantiam ipſam reſtringitur, vt nihil cõmunionis inter proprietatem, & poſſeſſionẽ ſit, ratione communicationis ſubſtantiæ, quæ propria vtriuſq; manet. Ad quem modum intelligendo, ad rẽ argumentum non attinet, communionem iuris ratione inter proprietatem, & poſſeſſionem verſari. quoniam ad ſubſtantiam communio hæc non ſpectat. verum ad genus. ſiquidem loco generis ius conſideratur. quod in ſpecies ſuas diuiditur. ideſt in ius dominij, &
39 poſſeſſionis. genus † planè ſpeciebus omnibus ſuis cõuenit ſimiliter vt animal, quod iuxta aſino, atq; homini competit. cum æque animal aſinus, atq; homo ſit. conſequenter genus ſuum ſpecies vtraq; participat. Inde fit, vt ſpecierum diſinitio ex genere conſtare, & differentijs debeat Bar. in l. 1. in prin. num. 6. circa fi. ſupra eo. & in l. 1. ff. de teſta. Iaſ. hic num. 31. cauſa enim rei demonſtrandæ definitio exigitur. quæ demonſtratio fieri niſi genere, & differentijs rei definitæ, atq; ſpecierum aliarum expreſſis, non poteſt. Quæ cũ ita ſint, communio hæc in iure, quæ ad genus ſpectat, negatiuæ vniuerſali obſtatura non erit. verum enim dicetur, commune quicquam inter proprietatem, & poſſeſſionem reſpectu ſubſtantię non, eſſe eas vti ſpecies conſiderando, ſimiliter vt inter aſinum, & hominem tanquam ſpecies, & quoad ſubſtantiam, communio non datur. Neq; ad rem attinet, ratione generis ſimilitudinem verſari. quoniam de ſubſtantia ſpecierum, non de generis ſimilitudine intelligi tex. oportet.

Solutio hæc tertia quamuis admitti à Doc. ſoleat, vt hic apud Iaſ. num. 31. mihi tamen placere non poteſt. vtpotè qua admiſſa, paſſim locus cumulationi erit. ſemper enim obijci poterit, nihil commune actioni vni quantum ad ſubſtantiam, cum alia eſſe quia ꝙ vna eſt, vtiq; alia non eſt.

Secundo communio hæc non niſi in genere admittitur, ideſt in iure, in ſpeciebus plane, quia ſubſtantia inter ſe differũt, communio denegatur. Sed enim conſideratione hac admiſſa, prohibita cumulatio etiam nũquam erit. quoniam concurſu actionum plurium interueniente nulla eſt, quæ generale loco habeatur. cũ ſpecies diſtinctæ habeantur. conſequenter nunquam diuerſitas in eis quantum ad ſubſtantiam non erit.

40 Secunda Bar. oppoſitio † eo pertinet, vt communionem hanc inter proprietatem, & poſſeſſionem ratione conſequentiæ demonſtret. in expedito enim videtur communionem in his coniunctionemq; verſari, in quibus vno poſito, alterum quoq; neceſſario venit ita, vt altero carere alterum non poſſit. Cuius generis eſſe proprietas poſſeſſioq; videntur. quæ perinde, vt cauſa cauſatumq; habẽtur. ſiquidem a poſſeſſione veluti cauſa dominium procedit vt ſupra eo. l. 1. in prin. idem glo. ſcribit in l. 1. in prin. C. per quas perſo. nobis acq. Salt. in l. 1. in fi. C. eo. tit. 1. de acq. poſ. conſequenter pro antecedenti poſſeſſio pro conſequenti dominium habetur. Quod cum ita ſit, poſito dominio tanquam conſequenti, neceſſario poſſeſſio quaſi antececedens ponitur. l. ad rem nobilem l. ad legatum ff. de procura. l. illud ff. de acq. hæredi. ſi poſito vno, alterum venit, fieri id etiã communionem non poteſt. ſiquidem ſeparatione admiſſa, ex vno inferri alterum non poſſet. l. fi. ff. de calum. l. Papinianus exulit ff. de minor. oppoſitionem hanc ſecundam inculcatam a glo. cum priore nec rectè ſatis Bar. ſubijcit, quandoquidem op-
41 poſitioni huic ſecundæ ſolutiones † non congruunt, quæ ad primam accommodantur. & quidem quod ad primam ſolutionem attinet, qua ratione repudiata a Bar. in oppoſitione prima eſt, ita ſperni in ſecunda hac poteſt. conſequens quippe non fit, in omnibus cõmunio non eſt, at in aliquibus ſolummodo. ergo in caſu oppoſitionis huius communio ceſſat. Immo enim non ceſſare ex argumento ipſo apparet.

Secunda item glo. ſolutio oppoſitioni huic ſecundæ non rectè accommodatur. circa tria ex quibus impediri cumulatio ſolet, communionis nihil inter proprietatem, & poſſeſſionem verſari ut, ergo ob id impediri cumulatio non debet, ꝙ ex poſſeſſione dominium producitur. Immo enim prohibendæ cumulationis, cauſa non infirma videtur, ꝙ ex vno alterum oritur. d. l. fundi infra de excep. vbi iudicij diuiſorij idcirco cumulatio impeditur, quoniã ex iuditio priore rei vendicationis de parte, pendet quippe non aliter competere iuditium diuiſorium poteſt, niſi ſi pronunciatum ſit, dominium me partis petitæ eſſe. Ius idem, ratioq; eadem fructuum eſt, cum iuditio de re illato, iuditium de fructibus naſcitur. vnde cum impedimento cumulationi ratio ſit. de qua in argumento, aut ſecunda oppoſitione, quia vnum ab altero producitur, quomodo arg. id dilui ex ſolutione ſecunda poterit, ꝙ cõmunio nulla circa paritatem, & partem ſit, aut ꝙ contraria non ſunt. inepta enim ſolutio hæc ſecũda ad arg. hoc tollendum videtur.

Tertia item adaptari ſolutio non poteſt. ideſt diuerſam vtriuſq; ſubſtantiam eſſe. Immo enim ſubſtantiã

cauſæ

42 cauſæ † cauſatum participat, cum a cauſa cauſatum dependeat. Sali.in l. 1.in fi.C.de actio.& obli.inde fit, vt cauſa extincta, cauſatum quoq; deficiat.l. in omni, & l.ſeq.ff.de adoptio. Signorol. in conſi. 217. col.6.in fi. viceq; verſa quod ius conſtitutum in cauſato eſt, ad cauſam trahitur vt. Caſtren. Iaſ. q; no.in l.maritus.C. de procura.vnde dici non poteſt, communionis quicquam inter proprietatem, & poſſeſſionem reſpectu ſubſtantiæ non eſſe. Secundo etiam ſi diuerſa vtriuſq; ſubſtantia eſſet, ſatis eſt, communionem in eis non ſolum reſpectu generis, verum etiam quantum ad ſpeciem verſari.ſiquidem ꝙ verum ab altero deſcendat, generis ratione non ſit. Non enim a poſſeſſione idcirco dominiũ deſcendit, ꝙ iuris vtraq; dicatur, & ꝙ ius in vtraq; perinde quaſi genus verſetur.

Quia ſolutiones iſtæ tres glo.ad oppoſitionem hãc ſecundam non congruunt, neq; congruere poſſe. Bar. ait, idq; demonſtratum ſingulatim à nobis eſt, ſolutiones ſingulas expendendo. Aliter oppoſitionem ipſam Bart. diluit, negando vice antecedentis neceſſarij, aut cauſæ poſſeſſionem hodie in dominio eſſe, vt patet in hæreditate, & legato l.fi.C.de ſacroſan.eccleſ.& no. in l.ſi.fundum ff.de fundo dotali. De hæreditate, dominium rerum hæreditariũ ſtatim ab aditione ſine poſſeſſione acquiri, ex tex. probatur in l.cum hæredes in prin.infra eodem. Legatij item dominium legatario ſtatim acquiritur, quam mortuus teſtator eſt, vt tranſmitti poſſit l.a titio infra de furtis. & quæ dicta habemus in l.1.in prin.ſupra eo in prima lectione, & in quãta vtilitate, vtrum iuris, an facti poſſeſſio dicatur. Conſequẽter de iure veteri argumentum procedit, ideſt, iure illo primæuo, quo ſine poſſeſſione acquiri dominiũ non poterat vt in d. l.1.in prin. Cauſa alia iuris ciuilis eſt, quo dominium acquiri in caſibus nonnullis ſine poſſeſſione poteſt.

Solutio hęc Bar.à Iaſone hic refellitur.quoniã ad caſus quoſdam priuilegiarios pertinet, quod Bar.ait, quibus ſine poſſeſſione acquiri dominium non poteſt, ob id contra iure communi eſſe, non obſcure innuitur l. ius ſingulare ff.de legibus.l. 1. in fi. infra ad municipal. Quocirca ſolutio admitti Bar. non debet, quæ niſi ad caſus quoſdam priuilegiarios non ſpectat ſatis quippe eſt ius ipſum commune, aut iuris communis regulam ſolutioni huic repugnare, cum rationem haberi caſum ſpecialium non conueniat l.4. §. 1. ſupra de fideicom. liber in hac item ſolutione acquieſcere Bar. non videtur, qui ad alteram rediijt.

Secundo igitur oppoſitionem hanc ſecundam Bar.
43 ſoluit, antecedens † neceſſarium dominij nonniſi in
acquirendo poſſeſſionẽ eſſe.cauſa alia retentionis eſt, cum retineri dominium ſine poſſeſſione poſſit.ſic cõmune quicquam dominiũ quæſitum cum poſſeſſione non habet. De quo dominio quæſito intelligi tex. oportet, non de acquirendo, cum de dominio perfecto, & quod effectum iam habet, intelligi verba debeant l. 1. §. 1.ff.quod quiſq; iuris.

Solutionem hanc ſeundam Bar. Iaſ. hic confutat nu.32.quoniam ad negatiuam vniuerſalem elidendã ſatis eſt, in aliquo communionem verſari, ideſt in acquirendo. Hoc amplius vltra Iaſ.& in retinendo communionem circa feras verſari, Ripa hic docet nu. 29. ſiquidem neceſſaria poceſſio ad ferarum dominium retinendum ſit l.2. §. ſi ſupra eo.

Solutionem tertiam Ripa hic aſſuit nu.30. quæ expreſſius enarrata hoc habet. ex diuerſis argumentum hoc, ſeu oppoſi. ſecundum deduci. ideſt ab appræhenſione ſeu acquiſitione ab poſſeſſionem iam quæſitam, inter quas longe diſtat.ſiquidem momento appręhenſio expeditur.quod contra in poſſeſſione quæſita, quæ actum ſucceſſiuum ex poſtulat unde inſiſtendi ius dicitur. Locus igitur oppoſitioni in poſſeſſione hac quæſita non eſt.vtpote quæ antecedens neceſſarium dominij non habetur ſola enim appręhenſio origo eius dicitur, in appræhenſione plane tex. hic non loquitur, at in poſſeſſione.

Solutio hæc Ripæ, ſi ſedulo expenditur, idem atq ſecunda Bar.ſolutio habet.qui niſi in appæhenſione locum argumento nõ eſſe dixit, non in poſſeſſione quęſita, dominiovè retinendo. Namq; & ſi in dominio retinendo Bar.loquatur, effectus tamen ſolutione eius, nihil aliud quam Ripæ ſolutio habet. cum niſi in appræhenſione ſeu in dominio acquirendo, quod per appræhenſionem rei, & acquiſitionem poſſeſſionis fit, locum oppoſitioni eſſe non dicat.vnde eodem modo Ripæ profligari atq; Bar.ſolutio poteſt. Ideſt ſatis eſſe, communionem hanc inter proprietatem, & poſſeſſionem reſpectu inicij, & appræhenſionis verſari. ꝙ appræhenſione carere dominij acquiſitio non poteſt cũ vel modica ſortis communio ſit ad negatiuam vniuerſalem deijciendam.

Secundo initium a re ipſa in ſolutione hac Ripa ſe parat cõtra tex.in l.1.ff. de origi.iuris.vbi poteſtiſſima
44 † rei cuiuſq; pars initium dicitur. Inde pro poſſeſſione
appræhenſionem hanc Sali. habet in l. 1. in fi. C. eodem titu.

Tertio perſpicue magis Ripæ ſolutio corruit. quoniam caſus incurrit, & quidem non infrequens, quo poſſeſſione iam quæſita, & quæ actum iniſiſtendi ſucceſſiuum habet, carere dominium non poteſt, de
45 uo genere dominium eſt, † quod vſucapione acqui
ritur. quæ ad effectum perduci ſine poſſeſſione non oteſt l. ſine poſſeſſione infra titu. 1. & quidem continuam eſſe in vſpcapione poſſeſſionem oportet l. ſeruitutes la grand.ff. de ſeruitu.l. naturaliter infra titu. 2. Conſequenter antecedens neceſſarium in dominio hoc per vſucapionem acquirendo non poteſt poſſeſſio non eſſe. Quod cum ita ſit, falſa in totum negatiua vniuerſalis in tex, hoc apparet. quæ falſa in dominio hoc liquidiſſime conſtat.acquiſitio cuius ab vſucapione pendet.ipſe autem Iaſ.quamuis Bar. ſolutiones refellat, argumentum ipſum ſecundæ oppoſitionis aliter non diſſoluit. At enim integram pro more quæſtionem relinquit.

Eapropter aliter diſſoluendum argumentũ arbitror
46 vt reſtringi † dictio nihil vniuerſalis negatiua pro ma
teria ſubiecta debeat. vt Alex.no. in conſi.35.nu.9.in fi. lib.4. quem Deci. ſequitur in l.1. nu.14.in fi. & ſeq.C. qui admitti.idem præter Decium, ex Calca. probatur in conſi. 1. nu. 11.idem etiam vltra Alex.Calca. & Decium, ex glo. probatur in l. inter omnes in glo.1. ibiq; Ang ff.qui ſat.cog.in c.1. in ver. ab omnibus de cõſtit. in c. dilecto in ver. vim de ſeten. excom.lib.6. Quibus in locis ſecundum materiam ſubiectam verba vniuerſalia reſtringuntur.no. Geminia in conſ.29. circa fi.& in conſi. 96. col. 2. in fi. idem ex propheta oſtenditur pſal. 58. ad nihilum deduces omnes gentes ad malas enim reſtrictio fit. ſecundum materiam ſubiectam, quoniã de malis ſermo, erat.& pſal.63. & timuit omnis homo, qui ſcilicet talia vidit, & audiuit.& pſal. ſeq. ad te omnis caro veniet, ad bonos enim reſtringitur. Impij quippe ad inferos deſcendent.& in ſpecie negatiuæ vniuerſalis, tex.propheta aſſertur pſal.68. & ſuſtinui, qui ſimul mecum contriſtaretur, & non fuit. Atqui non defuerunt, quos paſſionis dominicæ dolor non cœperit. Sed nullum contriſtatum ſecundum materiam ſubiectam propheta ait, quia auxilio nemo fuit. ſic contriſtatus nemo quantum ad effectum eſt, vel contriſtatus nemo pro rei magnitudine dicitur, cum perpaucos cruciatum domini miſertum ſit, præ turba eorum, a quibus læſus eſt. vnde cum de cumulatione petitorij, & poſſeſſorij verba iſta vniuerſalia negatiua, nihil commune, & l. ad materiã reſtringi
ſub-

ſubiectam oportet, ideſt cõmunionis quicquam inter
ea non eſſe, quod ad materiam ſubiectam, ſeu cumu-
lationem impediendam attinet. quoniam ſi regulas iu
ris obſeruamus, ex quibus prohiberi cumulatio ſolet,
nulla hic incurrit, quæ cumulationi obſtet. Non enim
dici poteſt, abſolutoriam in vna latam, exceptionem
rei iudicatæ in altera producere d. l. & an eadem §. fi.
in de fi, vt præiudicij ratione impediri concurſus non
debeat, de quo impedimento habetur in d. l. fundũ, &
d. l. fundi infra de excep. Quomodo enim verſari præ-
iudiciũ poteſt, ſi ſententia in iudicio vno lata in altero
non obſtat. æque impediri cumulatio cõtrarietatis ra-
tione non debet, quoniam contrarietatẽ vllã non ver
ſari, dilucide teſtatum ante habemus, cum glo. explica
tio in ſecunda ſolutione fieret. ſimili modo paritatis,
aut ſimilitudinis cauſa repelli cumulatio non debet.
Quoniam paritatem, aut ſimilitudinem nullam hic in
interuenire in dicta ſolutione ſecunda oſtendimus.
Non partis item ratione excludi cumulatio debet. ſi-
quidem pars dominij poſſeſſio poſtquam quæſitũ ſe-
mel eſt, non dicitur. De cumulatione plane poſt ac-
quiſitionẽ verba fiunt. duplicitatis deniq; cauſa dene-
gari cumulatio non debet. quoniam remotum dupli-
citatis argumentum ſupra eſt, cum ad quartam dubi-
tandi rationem accommodata reſponſio eſt, ex Bal.
in d. l. ſi de vi col. 1. verſi. quarta eſt opinio. in 1. lectu.
Duplicitatis tamen, ſimilitudiniſq; ratio idem pollere
ferme videntur.

47 Secundo ad arg. reſpondetur, reſtrictionem † vniuer
ſalis negatiuæ faciendam, vt eo reſpectu intelligatur,
quo prolata; aut expreſſa eſt, l. inteſtato ff. de legi. tutor.
§. ꝙ autem inſti. de legit. Agna. tu vbi ab inteſtato, ſeu
teſtamento nullo condito ad tutellam agnati vocan-
tur. locus tutelæ teſtamento etiam condito, in quo cõ
ſtitutus tutor non ſit. ſic verbum illud ab inteſtato, ꝙ
negatiuum eſt, ad tutelam reſtringitur, reſpectu cuius
expreſſum eſt quæ duo iura in ſententiam hanc Soci.
profert in cõſ. 92. nu. 22. in fi. lib. 3. Sed perſpicue magis
ex tex. hoc probatur in §. fi. inſti. de codicil. codicilli nul
lam ordinationis ſolennitatem deſiderant. Atqui te-
ſtes quinq; neceſſarij minimum ſunt l. fi. C. de codicil.
ergo falſa in totum negatiua illa vniuerſalis nullam,
erit. Sed enim ad ſolennitates reſtringi teſtamenti debet
quatum reſpectu prolata eſt, ex quibus neceſſaria ali-
qua in codicillis non eſt, eadem ratione in tex. hoc cũ
reſpectu cumulationis expreſſa negatiua vniuerſalis
ſit, intelligi, & reſtringi ſecundum eam debebit. nihil
commune inter proprietatem, & poſſeſſionem eſſe,
quod ad cumulationem impediendam attinet qua

47 ſolutione vſus dominus † Clemens Arzagus ex Me-
diolano ciuis, & auditor noſter ingenio minime tar-
do eſt, cum de. Gimnaſio a proxima ſuperiori lectio-
ne domum rediremus. Non tam auditoribus gratulã-
dum, cum memoria quæ egregia ſunt, dicta tenent,
quam vbi pro re nata, artẽ ipſam dictis his vtendi ha-
bent. Ad ingenij bonitatem id ſpectare palam eſt. fre-
quentior in regula reſponſionis huius ſecundæ fui, cũ
l. centurio ff. de vulga. interpretaremur.

Cumulatum gaudium profectus auditorum a do-
48 mino Camillo Caſtellacio † eſt ciue, & ipſo medio-
lanenſio, ingenijq; fœlicitate prædito. qui iuribus, legi
buſq; alijs permultis reſponſionem hanc iuuari ſecun-
dam oſtendit, de quibus apud gl. in l. ſacrileggi in ver.
condemnatus infra ad legem Iuliam pecula.

Sed, & auctuat ij non paululum lætitiæ noſtræ a re-
49 ſponſione alia domini † alphonſi parauicini ex valle
tellina ingenio etiam non inculto acceſſit, qui reſpon
ſiones noſtras argumento illo a contrarijs confirma-
uit, vt qua ratione ſatis ſimilitudinem eſſe in caſu, de
quo agitur, Doc. dicunt l. fi. ibiq; Iaſ. C. de collatio.
idem Iaſ. in l. creditori col. fi. ſupra de operis noui nun
cia. Deci. poſt Abba. in c. tranſlato num. 7. conſtitutio.
ita per cõtrarium ſatis erit, diſſimilitudinem inter pro
prietatem, & poſſeſſionem in ſpecie controuerſa cu-
50 mulationis verſari, vt eadem ſit † contrariorum diſci
plina l. 1. ff. de his qui ſunt ſui, vel alie iuris l. & ſi con-
tra ff. de vulga. ſicut laudi honoriq; auditorum profe-
ctus præceptoribus datur, ita quæ ad auditorum decus
ornamentumq; ſpectant, tacenda non dixi.

51 In tertia appoſitione † cõmunionis, coniunctionisvè
tantum inter proprietatẽ, & poſſeſſionẽ eſſe oſtẽditur
vt acquiri alterũ ſine altero nequeat l. per procuratorẽ
C. eo titu. Quod cũ ita ſit, indiuidua hæc videtur. ſi indi
uidua, quomodo ita ſeparata ea tex. aſſerit, vt cõmu-
nionis quicquã inter ea nõ ſit. Quid enim cõtrariũ ſe-
parationi magis, atq; indiuiduitas. Solũ Bar. alij poſt,
glo. ibi, indiuiduitatem hanc ex natura proprietatis, &
poſſeſſionis nõ fieri. diuiduitatẽ enim naturaliter ad-
mittunt. at. n. ex voluntate venditoris indiuiduitas exi-
ſtit, qui vnum alienare ſine altero noluit, ob id rationis
non videtur, vt niſi ex parte rem non tradat, nolenſq;
in cõmunionẽ incidat, dominio quidẽ apud eũ rema-
nẽte, poſſeſſione vero ad emptorẽ ambulãte. Solutio

52 hæc, ideſt indiuiduã † rem ex volũtate contrahentium
haberi, ex tex. etiam probatur in l. tutor vigẽtibus §. 1.
l. in cauſę 2. §. 1. ff. de minor. l. 1. § fi. cũ l. ſeq. ff. de exer-
citor l. ꝙ ſi vno ff. de in diem adiectio. in l. ſi quis aliam
infra de ſolutio. & quod Bal. ſcite ſcribit in conſi. 32.
præſuponitur in facto lib. 2. cũ rem duorũ ab eo quis
poteſtatẽ vẽdẽdi habere ſe ait, ſi ex dominis rarã vnus
tantum vendicationẽ habet, partem ei precij ſoluere
emptorẽ nõ cogi. Indiuidua enim ex mente præſum-
pta emptoris res iudicatur, ꝙ partẽ empturus ſolũmo
do nõ fuerat. eadẽ ratione indiuiduũ feudũ eſtimatur,
ſub quo caſtra plura continentur, ex mente concedẽ-
tis qui pro vno feudum haberi totum voluit. vt Curti.
Sen. no. cõſi. 49. nu. 51. verſi. decimo præmiſſa proxi-
me precedens concluſio.

53 Quarto † vltra glo. Bar. opponit. Quid ita ſcribi a iu-
riſcõſulto potuit, cõmune nihil inter proprietatẽ, poſ-
ſeſſionẽvè eſſe, cũ proprietas ipſa in poſſeſſione inſit,
& ad proprietatẽ appellatio ipſa poſſeſſionis trahatur,
veluti cum poſſeſſiones ſuas quiſpiam lagat l. interdũ
infra de verb. ſigni. In quã ſententiã iura, & alia Ripa
hic citat nu. 31. & ſupra eo. l. 1. in prin. nu. 27. verſi. ſed
ſemoto communi vſu. tex. huc vltra Ripam accedit
in l. magis puto §. item prętor ff. de rebus cor. & in l. fi.
C. de prædijs minor. ex diuerſo etiam appellatione do
minij poſſeſſio continetur l. quotiens C. de rei vendi-
ca. vbi verba illa in detinendo dominio, ad poſſeſſio-
nẽ referuntur. ſi vtrũq; alterius appellatione venit, an
non communio circa ſubſtantiam inter ea verſatur,
cum idem vnũ, atq; alterũ ſit. & tantumdẽ poſſeſſio
ſit, ac proprietas. viceq; contraria.

Soluit Bar. oppoſi. hanc, improprie id eſſe. Admit-
tiq; impropriam hanc locutionem ex mente proferẽ-
tis l. tractabatur ff. de teſta. mili. l. non aliter ff. de lega.
3. l. ſcæuola ff. ad trebel. proprie autẽ aliud proprietas,
atq; poſſeſſio eſt.

Sed enim Bartoli partes erãt docere, quomodo, aut
quibus coniecturis mens percipi iſta poſſit, vt ad pro-
prietatẽ abuſiue ſeu improprie poſſeſſio referatur. Di-
ſtinguẽdũ aquenſis putat, vt ſiquidem nomini appel-
54 latiuo † poſſeſſio adijcitur, ab eo q; determinatur, in-
telligi tũ proprie debeat. veluti cũ dicitur, poſſeſſio do
mus, fundi. l. Sin autẽ per ſe, ſimpliciterq; poſſeſſio ex-
primitur neq; a nomine appellatiuo vllo regitur, velu
ti cum poſſeſſiones ſuas quis donat, aut legat, tũ vero
proprietatẽ denotet d. l. interdũ, cum alijs ſupra relatis
ita aquenſis in d. l. 1. in prin. col. hormanno. ibi adſtipu-
latur nu. 41.

Diſtinctioni huic aduerſarius Ripa videtur in d. l. 1.
in prin.

55 in prin.nu.15.vbi in ſpecie illa vtrũ appellatione † poſ
ſeſſionis mobilia cõtineatur.ſiquidẽ cõmunis vſus nõ
refragetur,quia receptũ cõmuni vſus nõ ſit, vt ad mo-
bilia poſſeſſionis appellatio trahatur, quibus caſibus
mobilibus cõuenire poſſeſſio poteſt, nõ ſolũ poſſeſ-
ſio,ſed , & proprietatẽ venire indiſtincte putat ideſt ſi-
ue poſſeſſiones ſuas, ſiue rerũ ſuarũ poſſeſſionẽ qui-
bus legat.idq; ratione neceſſaria, & coacta, ꝙ ad poſ-
ſeſſionẽ mearũ referri in exemplo Doc. diſpoſitio ne-
queat liquidẽ legari poſſeſſio nõ poteſt, quę apud te-
ſtatorẽ ipſũ erat l.cũ hęredes in prin.infra eo.ob id ne
inutile legatũ fiat,ad proprietatẽ id trahendũ dicemus
56 Ratio hæc Ripę † quę ab impoſſibili deducitur, ęque
in bonis ſtabilibus,atq; mobilibus mouet.vnde ſecun
dum rationẽ hanc, ſemper legato poſſeſſionis bono-
rum proprietas cedet,quaſi ad poſſeſſionẽ merã pro-
prieq; referri legatũ nequeat. Immo enim ex l.quam
Ripa nominat,idem multo magis in bonis immobili
bus Ripa admittit,vt ſine diſtinctione vlla legato poſ
ſeſſionis proprietas cedat,tex.enim citat in d.l.cũ hære
57 des. † quæ in poſſeſſione immobiliũ haud dubie obti
net in quibus, cõtrouerſia fieri a Doc.nõ ſolet, vtrũ in
eis poſſeſſio cõpetet. neq; in bonis ipſis ſtabilibus im-
pedimẽtũ quicquã ab vſu cõmuni loquẽdi verſaẽ,quo
minus in eis poſſeſſio vertet.ꝙ cõtra in bonis mobili-
bus fit.in quibus preter vſũ ipſũ cõmunẽ loquẽdi, cõ-
trouerſia etiã fieri a pleriſq; ſolet,verũ a iure ipſo com
muni poſſeſſio in eis proprie cadat vt in d.l.1.in prin.
habetur.

Conſequẽs dictis Ripæ fit,diſtinctionẽ hãc aquẽſis
Hormano.in bonis ſtabilibus impoſſibilitatis ratione
admittẽdã nõ eſſe.neq; referre,vtrũ poſſeſſiones ſuas,
an fundi,aut domus poſſeſſionẽ quiſpiã leget,aut do-
net.ꝓprietatẽ enim vtrubiq; includi ꝑ d.l.cũ hæredes.
in rebus plane mobilibus diſtinguẽdũ Ripa putat, v-
trum poſſeſſiones ſuas, an poſſeſſionẽ rerũ ſuarũ quis
legat.quã diſtinctionẽ ꝓprietatis ratione nõ obſeruat,
vt legata mobiliũ ꝓprietas vno magis caſu, quã alte-
ro cenſeaẽ, cũ legatã ſemper ꝓprietatẽ nõ poſſeſſionẽ
ſolã credat,vbicunq; ad mobilia legatũ trahitur ꝑ reg.
d.l.cum hæredes. verũ ob aliã cauſam diſtinctionẽ ad
hibet, ideſt cum vſu cõmuni loquẽdi poſſeſſionis ap-
pellatione mobilia nõ cõprehenduntur, verũ id tũ de-
demq; putat, cũ poſſeſſiones ſuas quis legat. Cauſam
aliam eſſe,ſi rerũ ſuarũ poſſeſſionẽ quis legat.ibi enim
legato poſſeſſionis mobilia cedere,vſu ipſo cõmuni lo
quendi nõ mouente.id quia propter ſignificationẽ ver
bi poſſeſſionẽ,mobilia tum nõ veniunt,verũ, ob geni
tiuum illum rerum, a quo verbũ poſſeſſionẽ determi-
natur.non econtrario genitiuus rerũ a verbo ipſo poſ
ſeſſio, vt no.in rubri.ſupra de oper. noui nuncia.vbi à
58 genitiuo † ſignificatio diſpoſitionis ſumitur. Quocir-
ca varie pro materia ſubiecta ſignificatio diſpoſitio-
nis ex genitiuo ſumitur.Hoc ita admiſſo,ꝙ a genitiuo
rerum poſſeſſionis verbũ determinetur,non vice ver-
59 ſa, in expedito eſt,rei appellationem † generalem eſſe
ad bonaq; omnia trahi,iuxta mobilia, atq; immobi-
lia infra de verb.ſigni.Conſequẽter cũ a genitiuo rerũ
poſſeſſionis verbũ regatur,nõ res poſſeſſio regat,locus
communi loquendi vſui non erit,qui reſtrictus ad poſ
ſeſſionẽ eſt.ſic nõ ratione proprietatis,at vſus loquen-
di communis cauſa, ideſt, oſtendatur,vtrum obſtet,
an non, diſtinctione hac Ripa vtitur.proprietatẽ pla-
ne venire ſemper putat,quotiens ad mobilia legatum
poſſeſſionis trahitur.

Sũma igitur doctrinæ Ripæ eſt, quibus caſibus poſ-
ſeſſio legatur, ſiue ſimpliciter, & per ſe ſiue cũ adiũcto
nominis appellatiui, proprietatẽ ſemper rationeq; co
acta venire. Idq; perpetuũ in bonis ſtabilibus eſſe. in
quibus ſine diſcrimine vllo poſſeſſio cadit. in mobili-
bus plane ius idem tum ſeruandũ, cũ ad ea etiã poſſeſ
ſio competit.id ꝙ iure ipſo cõmuni ſemper fit, ſi vſus
cõmunis loquendi non refragetur,ſed,& vſu ipſo lo-
quendi repugnante ius idem probãdũ, vbicũq; cũ ad-
iecto genitiuo rerũ ſuarũ, poſſeſſionis verbũ ꝓfertur.

Cum Ripæ opinione in præceptione ſua, conueni-
re nihil non poteſt.verũ melior aquenſis atq; horman
no diſtinctio videtur. Quam adiuuari iure illo vulga-
60 tiſſimo arbitror,ita legati verba † accipienda,ne inuti-
lia fiant,verum aliquid operentur l.ſi quando in prin.
ff.de lega.1.Sed enim ſi Ripæ opinionem admittimus
proprietatem legatã ſemper intelligi, quotiẽs de poſ-
ſeſſione mentio fit,etiam cũ nomini appellatiuo poſ-
ſeſſio adiungitur,inutilis poſſeſſionis mẽtio fiet. quor-
ſum enim poſſeſſionem domus,fundi,aut rerum ſua-
rum legare. An non ſatis erat, fundum domũ, aut res
ſuas legare.vnde poſſeſſionis domus, fundi,aut rerum
expreſſio ob cauſam facta alia non videtur, niſi poſſeſ
ſionis ipſius a proprietate ſeparandæ cauſa.

Secundo ſi Ripæ opinionem in exemplo ſuo reci-
pimus, cum rerum ſuarum poſſeſſionem quis legat ,
abſurdũ duplex conſequitur. Primum, quia dupliciter
verbum poſſeſſio offenditur.vna offenſio,ꝙ ad ꝓprie
tatem trahitur. Altera ꝙ iura etiam complectitur pro
pter expreſſionem rerũ d.l.rei appellatione. in quibus
iuribus poſſeſſio non cadit l.ſeruus §.1.ſupra titu.1. Al
terum abſurdum,ꝙ inutilis ferme ad eum modum in
ſtitutio hæredis fiet,legatario proprietatem rerũ om-
niũ auferente. contraquã veriſimiliter teſtator ſenſit.

Neq; ratio Ripæ mouet, quam ob impoſſibili dedu-
cit d.l.cum hæredes in prin.quoniam ex mente profe-
61 rentis † intelligi verba conuenit l.ſcire leges. ff. de.lf. l.
ſcire oportet § aliud verſi.ſed,& ſi maxime ff. de excuſ.
tutor. c. intelligentia de verb. ſigni. c.Melchion 1, q.1.
Mens plane teſtatoris poſſeſſionem fundi, aut rerum
ſuarum legantis,non ea fuit, vt poſſeſſionem ſeu inſi-
ſtentiam ſuam legaret, cum fieri id nequeat. verũ vt
ius illud poſſidendi citra dominium tamen,legatarius
62 habeat, quod teſtatori ipſi competebat. ſiquidẽ † ad
modum poſſibilem reſtringi diſpoſitionem verbaq;
eius oporteat,ideſt vt eo caſu, eo q; modo intelligan-
tur,quo conuenire, aut accommodari poſſunt l.gallus
§.1.ff.de lib.& po.l.ſi quis ita ff.de condi.inſti.l. hæredi-
bus §.fi.ff.ad trebel.l. ſtipulatio iſta §. hi qui contra de
verb. obli. glo. in l.ſed eſt quæſitum in ver. poſſe ibiq;
Iaſ.nu.14.& in l.ſi quis poſthumos in glo. 1. Ibiq; Iaſ.
nu. 8.ff. de lib. & poſthu.Bal.in c.1 §. naturales nu 8.ſi
de fundo fuerit contro Deci.in conſi.294.in fi.
63 Secundo reſpondetur † offenſionem verborum ad-
mitti, vt ſecundum diſponentis mentem verba acci-
piantur l.non aliter ff.de lega.3.l & puto §. 1.ibiq; glo.
in ver.non communicari ff.fam. il.her. c.in his de verb.
ſigni.glo.in c.conſtitutionẽ in ver. nominatim de ſen.
excom.lib.6 Geminia in conſi.122.quid hic dicẽdum,
vbi offenſio vlla verborum non fit.verum in poſſeſſio
ne propria legatum intelligitur.

Tertio reſpondetur,offenſio eſto aliqua huic verbo
rum interueniat, quaſi poſſeſſio teſtatoris ad eã traha-
tur,quæ nunquam teſtatoris fuit. Attamen cum neceſ
ſaria offenſio ſit, etiam cum ad proprietatẽ poſſeſſio-
nis verbum refertur, tolerabilior offenſio iſta erit, per
quam ad poſſeſſionem futuram ſeu ad ius poſſidendi
in re eadem extenſio fit,quã vbi in proprietate poſſeſ
ſio vertitur.ſiquidem priore caſu de poſſeſſione tranſi
tus ad poſſeſſionem fit,conſequenter ad ſimile,poſte-
riore vero caſu ad rem diſſimilẽ , diuerſamq; prorſus
64 tranſitus habetur iuris plane incerti non eſt, † facilio-
rem tranſitum in his eſſe,in quibus ſimilitudo,aut ſim
bolũ verſatur l.ſi vnus § pactus ne peteret ff. de pactis
l.in rem actio §. item quæcunq; ff. de rei vendica.l. 2.
§.mutui datio ff.ſi cer. pe. l. pediculis in prin ff.de auro
& arge.lega.l.ſi cum patrono ff.de bon.poſ.l.an inuti-
lis §.

lis §.fi.infra de acceptila.& id genus alia.ex alio tolera-
bilior offenſio iſta eſt,ꝙ ꝑ eam leuius hæres oneratur.
66 Ad eam plane modũ † interpretari legatũ regulariter
debet, quo minus hæres grauatur l.apud Iulianum §.
ſcio ff.de lega.1.l.ſi ita ſit ſcriptum ff.de lega. 2.l. num-
mis ff. de lega. 3.l. pen. ff. de dote præle.l. vxor patrui.
C.de lega.

Monendi etiam hic ſumus, vnũ atq; alterũ Ripam
velle in d.l.1.in prin.nu.25. Primum enim atq; princi
paliter ibi tractat,vtrum poſſeſſionis appellatio mobi
libus competat.Secundo exiſtimat,proprietatem ap-
pellatione poſſeſſionis in legato eius indiſtincte conti
neri, quibus caſibus ad mobilia poſſeſſionis appella-
tio porrigitur, idq; ratione impoſſibilitatis, de qua in
d.l.cum hæredes.De ſecundo dictum ſatis mox habe-
mus.Circa primum,vtrum ſub poſſeſſionis vocabulo
mobilia contineantur,in eo demum caſu. Ripa labo-
rat.cum vſus communis loquendi refragatur, ne mo
bilia veniant. Quem communem loquendi vſum ad
eum caſum reſtringit, quo poſſeſſionis mentio ſimpli
citer,& per ſe fit.cauſam aliam eſſe, ſi cũ adiuncto ge-
tiuo, veluti cũ poſſeſſionem rerum ſuarum quiſpiam
legat.tum enim mobilia venire,non propter verbum
ipſum poſſeſſionem,quod mobilibus non congruit,
vſu communi loquendi refragante,verum propter ge
nitiuum rerum ſuarum,a quo verbum illud poſſeſſio-
nem regitur. Rerum plane vocabulum generale eſſe,
atq; ideo mobilia ſub eo includi,palam eſt.

Sed enim reſtrinctionem ſeu limitationẽ hanc Ri-
pæ veram non credo,vt ad eum caſum vſus commu-
nis loquendi non pertineat,quo genitiuus rerum ſua-
rum adiungitur. Quoniam cum poſſeſſio ſolum lege-
tur, bonis mobilibus vox iſta ob communem loquen
di vſum nõ accommodetur,quomodo ad bona mo-
bilia trahi poſſeſſio poterit,in quibus poſſeſſio nõ ca-
dit. Nonne ad impoſſibile per limitationem hanc ex-
tenſio fieret, ideſt ad rem ſecundum communem lo-
67 quendi vſum impoſſibilẽ.Nãq; ſi impoſſibile † id iu-
dicatur, quod iuri aduerſatur, & ſimilis impoſſibilitati
facti, iuris impoſſibilitas eſtimatur l.repræhendẽda C.
de inſti.& ſubſti.§. impoſſibilis cum glo.inſti.de hære-
di.inſti.Signorol.in conſi. 74. col.1.circa med.Longe
magis impoſſibile id erit,quod vſui communi loquẽ-
di repugnat, a quo ius ipſum cõmune vincitur vt ha-
betur in d. rubri. de op.noui nunci.

67 Secundo voluntas teſtatoris † declarationem ab ipſo
communi loquendi vſu accipit. idq; velle teſtator cre
ditur,quod receptum communi vſu loquendi eſt.ꝯ
trario id nolle intelligitur,quod vſus ipſe loquendi nõ
admittit l.cum de lanionis §.aſinũ ff.de fundo inſtruc.
l.labeo ibiq; Bar.ff.de ſupel.lega.glo.& Doc.in l.libro-
rum §.quod tamen caſſius ff.de lega.3.Roma.in cõſi.
179.nu.5.Soci.in conſi. 37.nu.11. lib.3. & in conſi.73.
nu.20.lib.4.tex.huc ſcitus accedit in c.quamquam 2.q.
7.ibi ſecundum vocabula,quæ vſus obtinuit. quẽ tex.
Deci. nominat in conſi. 146. col. 2.circa med. vnde ſi
bonis mobilibus per cõmunem loquendi vſum poſ-
ſeſſio non conuenit. de modilibus ſenſiſſe teſtator.
non creditur.

Neq; Ripæ agr.mouet, ob verbum poſſeſſionem
mobilia non venire,at propter genitiuum rerum qua
rum appellatio ad mobilia trahitur. verum enim id
eſſet, ſi res ſuas teſtator legaret. Cæterũ rerũ poſſeſſio-
nem, non res ipſas teſtator legauit.ob id a verbo poſ-
ſeſſionem reſtringi genitiuum oportet.

Secundo reſpondetur,genitiuum rerũ reſpectu poſ-
ſeſſionis prolatum,cum datum legatum de rebus per
ſe non ſit,at poſſeſſionis reſpectu,ob id ad poſſeſſionẽ
68 reſtringi ipſam conuenit.quia † reſtringi verba debẽt,
vt eo reſpectu intelligantur, quo probata ſunt l. debi-
tor §.fi.ff.ad trebel.l.3.§.2.ibi ſed & ſiquidem tutor ſit,
non tñ quaſi tutor negocia adminiſtret infra iud.ſolũ.
ſi ad poſſeſſionem reſtrictio fit,& bonis nobilibus poſ
ſeſſio non congruit,vſu communi loquendi prohibẽ-
te, quomodo ad mobilia trahi genitiuus debebit.

Tertiò contra Ripam arg.ſuum regeritur.ea enim
ratione mouetur,ꝙ a genitiuo rerum poſſeſſionis ver
bum determinatur,& regitur per no. in rubr. ſupra de
69 oper. noui nuncia. Sed enim falſum eſt, † a genitiuo
cui adiungitur,nomen regi. Immola nomine ipſo ge-
nitiuus regitur ſecundum gramaticos.æque Ripę ob-
ſtant,quæ in d.rubri.notata inueniuntur. a partibus ſa-
tis enumeratis argumentando. ſiquidem notatũ apud
Doc.non legitur, vt per genitiuum ſignificatio nomi-
nis amplietur,cui adiunctus genitiuus eſt,ſed enim per
arg. hoc Ripę ſignificatio verbi poſſeſſionẽ amplior
fieret.per genitiuum rerum,& per eum ad mobilia ex
tenderetur, quibus conuenire per vſum loquendi cõ-
comunem non poteſt.

Quartò, ex tex. Ripæ opinio proſternitur à fortio-
70 ri † argumentando in l.quæſitum. §. cum glo. in ver.
probabitur. ff.de lega. 3. cum omne argentum, & ſu-
pellectilem quamcunq; teſtator legat,aut dat,& quic-
quid in prædio Semproniano habet, ad argentum, &
ſupellectilem legatum reſtringitur,quæ in prædio ſem
proniano eſt, not.Oldra. in conſ. 8. Deci. in conſ. 92.
colum. fi. in princip. ſi verba illa vniuerſalia, & quic-
quid in prædio ſemproniano habet, ad ea reſtringun-
tur contra naturam ipſorum, quæ ſupellectilis argen-
tivè ſunt, propter verba præcedentia. Quanto magis
ad verbum poſſeſſionem præcedens reſtrictio fieri ge
nitiui ſequentis debebit, in qua reſtrictione offenſio
vlla verborũ non intercedit. Imo.n. ꝓpriè poſſeſſio
verbum intelligitur ſecundum ſignificationem ab vſu
ipſo communi loquendi tributam, & cui conformis
eſſe voluntas diſponentis intelligitur.

Contra ſecundam partem huius text. in qua illatio
ex parte prima deducitur. Ideſt ex diſſimilitudine in-
ter proprietatem,& poſſeſſionem inferri, vt permiſſa
cumulatio petitorij,& poſſeſſorij retinendæ ſit. Barto.
opponit. Locum immo cumulationi non videri per
d.l.ſi de vi.l.ordinarij, & d. l. incerti. Quo planior ſen-
ſus d.l. ſi de vi fiat, ſciendum eſt, quintuplicem vim
71 eſſe † expulſiuam,turbatiuam,inquietatiuam, cõpul-
ſiuam,& ablatiuam,quas ſpecies glo.enumerat,& de-
clarat in l.1. C. quod metus cau. Ang. in §. ex malefi-
cijs num.14.& in §. quadrupli num. 24. inſti. de actio.
Hoc ita admiſſo,tex. in d. l.ſi de vi. in violentia turba
tiua à Doct. fere intelligitur,quæ interdictum vti poſ-
ſidentis,aut retinendæ parit.ſiquidem vim, & turbatio
habet l.1.§.eſt igitur infra vti poſſi.l. vim facit infra de
vi & vi arma.glo.in d.l.ſi de vi in prin. Caſtren.in conſi.
221.antequam veniam col.1.in fi.lib.2.Inde fit, vt cri-
men turbator admittat, vnde ſolui pœnam oportet
Bal.in l.1.col.3.ante med.verſi.hæc lectura videtur im
pertinens C.de appella.per tex.in l.ſeruus non in om-
nibus infra de actio.& obli.& in l.iniuriarum §.fi.infra
de iniur. idcirco autem in vi turbatiua glo. & Doc. in-
telligunt in d.l.ſi de vi. quoniam ad vim conuenire ex
pulſiuam non videtur,quæ interdictum vnde vi,aut re
cuperandæ producit in quo ratio verſari vlla non vi-
detur, quam ob rem cumulare id cum petitorio non
liceat,ſiquidem contrarietas aliqua inter remedia hęc
non vertitur.æque ex rationibus alijs,quæ impedimẽ-
to eſſe cumulationi ſolent, vlla mouere in interdicto
recuperandæ non videtur. quod ſecus in poſſeſſorio
retinendæ eſt. quod cum petitorio cohærere contra-
rietatis ratione non videtur.ſic quomodo demonſtra
tum in prima dubitandi ratione habemus.

Ratione, & altera in poſſeſſorio retinende glo. &
Doc.tex.illos tres intelligunt, ideſt.ordinis ſeruãdi cau
ſa.Namq; ſi petitorij,& poſſeſſorij retinende cumula-
tionem

tionem admittimus, confuſio protinus ſequitur quia incertum erit, ad quem dominij probandi onus pertineat, a quo eximi poſſeſſor ſolet §. commodum inſti. de interdic. ſed enim cum apud ſe poſſeſſionem eſſe in interdicto retinendæ litigator vterq; contendat, tã actor quã reus, neuter onus ſuſcepturus dominij probandi erit ſic confuſio quedam per cumulationẽ hanc incurrit. Confuſionis igitur huius amonendæ cauſa factum eſt, vt locus cumulationi huic petitorij atq; poſſeſſorij non ſit verum de poſſeſſione prius, ideſt interdicto retinendæ cognoſcatur, ex cuius exitu palã fiet, vtrius oĩs probandi ſit .i. vter petitoris, aut poſſeſſoris partes ſuſtineat. Quæ ordinis ratio colligi ex tex. videt̃ in d.l.ordinarij. verbũ ipsũ ordinarij obſeruãdo, & expendendo. Significãtius rationem hanc ordinis tex. demonſtrat in l. exitus infra eo. glo. in d. l. ordinarij in glo.2.& in d.l.incerti in glo.1.Caſtren.in d.l.ſi vi col.1. circa medium verſiculo vnde communiter tenetur, in prima lectura,& in ſecunda lectura nu.3. in fi.

Sed enim rationem hanc ordinis nonniſi ad poſſeſſorij cauſam præferendam valere, ideſt vt de poſſeſſione prius cognoſcatur, cumulatione petitorij,& poſſeſſorij facta, non etiam vt propter ordinem cumulatio impediatur Bar. ſcribit in d. l. incerti nu. 2. Idem Bar. hic ſentit nu.7.in fi, Bal. vero ibi nu.15.in fi.etiam ad cumulationem impediendam vna ſimul cum contrarietate, ordinem valere ſcribit, quamuis ſatis ſolus non ſit ſed Baldo obſtat, ꝙ ordinis indigens ad cumulationem impediendã contrarietas nõ eſt, quæ ſola ſufficit.

Azoni plane,& Ioanni ſententia diuerſa placuit, generaliter. ll. has in interdicto omni intelligendas tã recuperandæ, quam retinendæ, cũ generaliter l. quiq; §. parentes ff. de in ius vocan. l. prætor ait §. ait prætor. Ibiq; Caſtren. ſupra de oper. noui nuncia. & quidem de poſſeſſione tex. generaliter loqui in d.l.ordinarij, &
72 in d.l.incerti, lectio earum docet. text. plane † in d. l. ſi de vi opinionem Azo. & Io. iuuare validius videtur, quoniam præterquam ꝙ de vi genaraliter loquitur, atq; ideo tam expulſiua quam turbatiua, ratio fortior monet, vt ad vim expulſiuam referatur, ꝙ potentior ea atq; grauior ſit l. ſi quis in tantam, & l. meminerint C. vnde vi. glo. in l. 1. § fi. in glo. pen in fi. infra vti poſſi. Iuris plane incerti nõ eſt, in ſignificatu potentiori verba in dubio accipienda l. quæritur ff. de ſtatu homi. l. 1. §. qui in perpetuum ff. ſi ager vectig. l. ſi ita ſcriptum ff. de hære. inſti. §. ſed quotiens inſti. de iure natu. c. pen. de ſen. excom. c. 1. de teſta. lib. 6. tex. tamen. d. l. 1. ad rem non attinere Bar. ſcribit in l. ſi mater §. eandem circa fi. infra de excep. rei iud.

Secundo principaliter monendi ſumus, cũ de poſſeſſione tex. meminit in d. l. ſi de vi. ad proprietatẽ verbum illud neceſſario ratione q; duplici referri. Prima ratio ꝙ ſi de poſſeſſione proprie intelligitur, inter ea-
73 dem copula, & ponetur, † quæ niſi inter diuerſa non cadit glo. in rubri. ff. de iuris, & facti ignor. in c. querelã de Simo. idem ex tex. probatur in l. ſi duo C. per quas perſo. nobilis acq. Quem tex. Cardi. citat in conſi. 30. col. 3. in prin. ſed enim inter eadem poſſeſſionem, & poſſeſſionem poſita copula inuenietur, ſi poſſeſſionẽ proprie accipimus. quandoquidem verbum illud vi, ad poſſeſſionem neceſſario reſtringitur, ſiue de recuperandæ, ſiue de retinendæ interdicto intelligimus. cũ vis inferri niſi in poſſeſſione nequeat. Dominiũ plane per vim expulſiuam non perditur.

Secunda ratio, cur in proprietate intelligi verbum poſſeſſio debeat, ex verbo ipſo proprietate ſequenti oſtenditur. cum de poſſeſſione prius querendum, quã de proprietate exprimitur. ex quibus verbis haud obſcure innuitur, de proprietate verbum poſſeſſione ꝙ antecedit, intelligendum. aliter inepta reſponſio circa proprietatem eſſet, de qua verbum factum ſub præcedentibus non ſit l. ſi defenſor §. 1. ff. de interro. actio. §. præterea inſti. de inutil. ſtipula.

His ita prænarratis, & ad modum hunc textibus explicatis, de quibus in oppoſi Bar. conſequens fit, cõtrarios tex. illos illationi tex. noſtri omnino eſſe. in qua locum cumulationi eſſe expreſſum legitur. Imò. enim prohibita cumulatio hæc poſſeſſorij cum petitorio p ll. cõtrarias videntur, vtrumlibet ſenſum admittamus, ſiue vulgatiorem, vt in poſſeſſorio retinendæ loquantur, ſiue. Azonis & Io. vt ad poſſeſſorium etiam recuperandæ pertineant. ſatis enim eſt, de hoc inter Doc. conuenire, vt in poſſeſſorio retinendę locum iura contraria ſine dubio habeant. eiusq; cumulationem cum petitorio prohiberi, Quid ita igitur ſcriptum aliter in tex. noſtro eſt, permiſſam cumulationem hanç interdicti retinendæ, atq; petitorij eſſe.

Argumenti huius, legumq; iſtarum formidine, tex. hunc ſenſibus quinq; à glò. agitari, ſiquidẽ accuratius eam inuiemur Bar. ſcribit quamuis verborum tenus, ſenſus non pluſquam tres continere gl. videatur Id ꝙ Iaſ. etiam hic obſeruat nu. 32. Primus ſenſus, ſeu prima lectura, nullam hic cummulationem verſari, verũ petitorio ipſo per ſententiam iudicis finito, quã paſſus actor eſt, ad poſſeſſorium actorem ipſum ſe contuliſſe. Quo caſu cumulatio vlla haud dubie non verſatur, quandoquidem non niſi poſſeſſorio agatur.

Secunda lectura, cumulationem hic ſilere non per iudicis ſententiam, at renunciatione actoris expreſſa, a quo renunciatum expreſſim petitorio eſt, cum interdictum retinendæ propoſuit. ſic poſſeſſorium ſolũ, & hic petitorio renunciatione extincto, exercetur.

Verum quia diuinationem nimium lectura hæc ſecunda habet, lectura alia, & ipſa tertia aſcribitur. vt quamuis renunciatum expreſſe petitorio non ſit, neq; renunciatio expreſſa vlla appareat. tacite tamen, aut implicite renunciatum petitorium cenſeatur. tacita
74 enim renunciatio † ex actu ſequenti contrario inducitur, qui cum actu cohærere, aut conſiſtere præcedenti non poteſt, ſic quomodo in prima ratione monſtratũ dubitãdi habemus, & tradit Deci. in l. pacta nouiſſima nu. 5. C. de pactis. de quo plenius ẽt inferius diſſeremus.

Secundum quæ, qamcunq; iſtarum trium lecturã amplectamur, ad rem. ll. a Bar pro contrarijs citatę nõ attinẽt, in quibus prohibita cumulatio poſſeſſorij atq; petitorij eſt, quoniam cumulatio hic nulla verſatur, cum poſſeſſorij ſolius iuditium agatur, petitorio ipſo aut ſententia iudicis, aut renunciatione actoris expreſſa vel tacita ſublato. idq; Iaſ. etiam hic declarat nu. 32. verſi. ideo ego teneo.

Quarta lectura eſt, vt ad eum caſum tex. pertineat, quo acquiſita poſſeſſio poſt inſtitutum petitorium eſt, vt ſi turbationem in ea actor patiatur, cumulare ei poſſeſſorium retinendæ liceat. quaſi ratio prohibendę cumulationis ſileat. obijci enim actori non poteſt, ꝙ eligere ſecumq; deliberare initio deberet, vtrum poſſeſſorium, an, petitorium intenderet. cum apud eum poſſeſſio non eſſet, cuius nomine vti poſſidetis inter-
75 dicto ageret. Culpa enim aſcribi † cuiquam non poteſt, ſi id actum ab eo non eſt, quod fieri non potuit. l. arbiter 1. in prin. ff. de arbitr. l. ſi qd poſſeſſor §. pen. ff. de peti. hæredi. l. cum quidam §. ſi pupillo ff. de vſur. l. promittendo §. ſi a debitore ff. de iure dot. l. ſempronius ff. de vſufruc. lega. l. liberto §. largius ff. de annuis lega. l. miles §. fi. l. ſi maritus in prin. infra de adul. l. non idcirco C. de reſcin. vendi. c. quia diuerſitatem de conces. præben. c. 1 §. ſolet ibiq; glo. in ver. potuerit de reſti ſpol. lib. 6. obijci item in lectu. hac quarta actori nõ poteſt, quod poſſeſſioni renunciaſſe petitorium inſtituendo, cenſetur. Quomodo enim renunciari poſſeſſioni poterit quæ apud renunciantem non ſit, cum ſine habitu eſſe priuatio nequeat l. manumiſ-

Digitized by Google

ſiones.ff.de iuſti.& iure.l.quoniam.ff.de infam.l. temittu.ff.de iureiuran.l.ſi concubina in prin.ibiq; gl.in ver. diuortij.ff. rerum amotar. Rurſus cum renunciatione ſimplici,pacto ceſſante,futurum ius nõ tollatur,vt habetur in l.1.C.de pactis, quomodo tolli tacitè poterit, l.qui ad certum.ff. loca,

Eadem ratione contrarietatis argui actor non poteſt,qui ex poſſeſſione poſtea quęſita poſſeſſorium retinendæ inſtituit , quaſi inuicem ſe pati rei vendicatio; & interdictum retinendæ non poſſint.Quoniam contrarietatis quicquam initio non erat , cum propoſita rei vendicatio eſt , ſiquidẽ apud eũ poſſeſſio non erat;

Sed dicturus aliquis erit , quamuis apud actorẽ initio ipſo poſſeſſio non eſſet, ſatis tamen videtur , ad eũ poſtea perueniſſe,vt contrarius dicatur, atq; ideo petitorio tacitè renunciaſſe contrarietatis huius nomine cenſeatur,ſi iudicium vtrunq; poſtea exercet petitoriũ & poſſeſſorium,quæ inuicem pugnant . Siquidem nihil intereſt,vtrum ab initio impedimentum cõtrarietatis ſubſit,an poſtea accedat arg. l. 1.ff. de condi. ſine cau.l.ſi mulier.ff.ſolut. matrim. l.ſed integrato.ff. rerũ amo.& quod dicitur , viciari diſpoſitionem , quæ ad eum caſum peruenit, vnde habere initium nõ poteſt, l.inter ſtipulantem.§.ſacram.l.pluribus.§. & ſi placeat ibiq; Bar. infra de verb. oblig.

Reſpondetur,locum argumento eſſe, ſi poſt poſſeſſionem acquiſitam,reſtitutionem eius adhuc actor poſtulet. Contrarius enim ipſi ſibi in petitorio atq; poſſeſſorio poſtea cumulato eſſet . Sed enim ita intelligi lecturam hanc oportet,vt niſi circa declarationem dominij atq; acceſſorium perſecutionem ſoummodo,fructuum puta,ſumptuumq; litis, & ſi qua alia interuenient , proſecutio petitorij fiat. Cauſa alia videtur , ſi poſt poſſeſſionem acquiſitam , rem ſibi adhuc reſtitui actor deſideret , Admittenda tum enim cumulatio contrarietatis ratione non erit,de quo verbis pluribus inferius ſuoq; loco videbimus ,

Quinta lectura , quod rationibus , ſeu reſpectibus diuerſis petitorij , poſſeſſorijvè cumulatio fiat, vt ratione detentationis petitorium ob poſſeſſionem ciuilem interdictum retinendæ procedat. Quo caſu ſicut contrarietas omnis ſilet , ita impediri cumulatio non debeat,cum rationes,& aliæ omnes taceant,quæ impedimento eſſe cumulationi ſolent,

Et obſeruandum , in lecturis his quarta, & quinta cumulationem interuenire, ſiquidem per cumulationem poſſeſſorij petitorium non tollitur , neq; ab eo receditur expreſſim,aut tacitè, Secundò obſeruandũ, lecturas has quinq; communes tex.huius eſſe, tam in ſecunda , quam in tertia eius parte, ideſt tam circa cumulationis permiſſionem , de qua in ſecunda parte; quam circa petitorij conſeruationem , ne renunciatum ei per interdictum vti poſſidetis intelligatur , ſic quomodo Bar. hic ſentit cum particulam ſecundam, & tertiam communiter ſe proſequi ait ,quam proſecutionem ex gl. mente eſſe,non obſcurè ait,cum modis quinq; particulam hanc intelligi à gl ſcribit. Nãq; ſi ſeparatim particulas has duas a glo. declarari Bart. ſentiret,falſum haud dubie eſſet, modis quinq; particulam vnam intelligi , cum nihil a glo. expreſſum de particula alia , aut tertia eſſet. Rurſus ꝙ ita gloſã Bar. intelligat,vt promiſcuè partem ſecundam cum tertia per lecturas has quinq; glo. explicet , euidenter oſtenditur,cum ſubijci tex.l. vna quinq; fieri , prout lecturæ quinq; ad tex. vnum applicantur. Sic pro text. vnico partes has duas ſecundam,& tertiam habet. Idq; nominatim Iaſ. hic obſeruat nu. 32. verſi. & ſic licet Barto, & iſto modo glo. Intelligendo,in partes eam ſex diuidi Iaſo. hic ſcribit num. 32. verſicu. iſto modo intelligendo.

Sed aliter glo. iſtam intelligendam, & diuidendam Iaſ. ſubijcit , quamuis ſenſum hunc amplexus antea ſemper fuerit,quoniã nonnulli de ſolutionibus quinq; gloſæ mentionem Bar. facit,ex quibus ſenſus , ſeu lecturas quinq; text. huius conficit. Atqui præter ſolutiones has quinq;, ſolutionẽ aliam gl.adiungit ibi,ſed reſponde,hic egit neſciens. De qua verbũ vllũ factum a Bart.non eſt. Idcirco añi miſſã ſolutionẽ hanc Bar. fecit,ꝙ oppoſitioni a glo. factæ nõ congruit. Ooppoſitio.n. ad cumulationẽ impediendã ſpectat,ne locus ei videatur per d.l.ſi de vi.l.ordinarij,& l. incerti. ſolutio planè ad cumulationẽ non pertinet,verũ ad arg. renũciationis, ꝙ renunciatum poſſeſſorio per iudicium rei vendicationis contrarietatis ratione videatur .

Vnde ex duobus alterũ confitendũ habemus, vel ꝙ inepte ſolutio hæc alia ſubiuncta a gl. ſit, ſi ad arg. ſeu oppoſitionem priorem ſolutionem ipſam referimus, vel ꝙ oppoſitioni accõmodari alteri debeat . Primũ planè admittendum , ſeu ferendum omninò non eſt, ꝙ ſolutionem a re alienã,atq; ineptam inſerere gl. cogitauerit. Quo circa probandum ſecundum erit, ideſt ꝙ ad oppoſitionem alterã ſolutionẽ adaptauerit , ad quam quadrare poteſt.l.gallus.§.1.ff.de lib.& poſt. ibi, vt eo caſu valeat , qui ex verbis concipi poſſit. Quod cum ita ſit,ratio coacta facit, vt oppoſitiones duas , & ipſas æque principales gl. conſtituat. Prior oppoſitio eſt,quæ ad partem ſecundam de cumulatione ſpectat. Altera,quæ partem tertiam circa renunciationẽ contingit , cui oppoſitioni ſecundæ initium ibi datur , ſed certe ergo,& è contra. Nã quia dictũ in præcedẽtibus tribus ſolutionibus a gl. eſt,ob id interdictũ retinendæ admitti,ꝙ extinctũ petitoriũ erat , vel ſententia iudicis; vel renunciatione expreſſa,aut tacita,quæ ex contrarietate remediorũ ſequitur , quaſi citra renunciationem petitorij, admitti interdictũ retinendæ non poſſet , gl. ex ſolutionibus ipſis partem vltimã text. huius impugnat, in qua dicitur , renunciatũ interdicto retinendæ ex petitorio non intelligi. Imò enim renunciatũ poſſeſſorio per petitoriũ non minus videtur,atq; è cõtrario ex poſſeſſorio poſtea inſtituto a petitorio diſcedere actor intelligit ſic quomodo expreſſũ in ſolutione tertia atq; ꝓximè p̃cedenti eſt,& q̃ oppoſi. Iaſ. hic explicat d.nu.32.ante ſi. ver.tamen iſta ſecun. oppoſitio;

Ad oppoſitionem hanc ſecundã diſſoluendã ſolutiones tres alias ſequẽtes pertinere Iaſ.hic ſcribit.Prior ſolutio,Idcirco poſſeſſorio renũciatũ ex petitorio nõ intelligi,ꝙ ignarus poſſeſſionis actor eſſet , quia ꝑ aliũ
76 poſſidebat,filiũ puta , aut ſeruũ † per quos ignorantibus ẽt ex cauſa peculiari acquiritur.l.1.§.item acquirimus ſ̃. eo. Ignorãs plane renũciare nõ creditur l. cũ aquilia.l.qui cũ tutoribus.§.qui per fallaciã.ff. de trãſac. l. mater decedẽs.ff.de inoffi.teſt.l. fi.§. idẽ quæſijt.ff. de condi. inde.l.in repudianda.ff.de acq. hæredi.

Secunda ſolutio,ꝙ poſtea quæſita poſſeſſio eſt,quo caſu renũciatũ dici poſſeſſioni nõ põt , q̃ actor nõ habebat,ex his quæ dicta ſatis ante in 4. lectu. habemus.

Tertia ſolutio ſolutionibus duabus ꝓximis omiſſis, i. ẽt ſi apud actorẽ,& ipſum ſcientẽ poſſeſſio eſſet , nihilo magis ei renũciatũ per petitoriũ intelligi, q̃nquidẽ reſpectibus diuerſis cumulatio facta iſtorũ remediorũ ſit.Sic q̃uo expreſſũ in lectu.5. habemus,in qua idẽ per oĩa continetur. Senſũ hũc Iaſ.agnoſcere,& Ripa hic videtur nu.32. eo dempto, ꝙ non ſolum ad finem tex. ſed & ad præcedẽtia ſpectare oppoſitio hæc ſecunda videtur , cum ex præcedentibus ipſis oppoſitio formetur vti demonſtratum in ea concipiẽda habemus, quamuis oppoſi. hanc ad partem vltimã text. huius Iaſ.referat. Sed nec id Iaſ.inficiatur,ſi verba eius ſedulo expendimus,cum ſcribit, oppoſi. hanc ſecundã directo magis ad tertiam tex.partem ſpectare,q.d.etſi ſuperiora oppoſitio hæc ſecunda reſpicit,attamen directo magis partem tertiam ,contingit ,

Senſus

Senſus iſte Iaſ. à ſenſu Bar. in hoc diſtat, ꝙ ſecundũ Bar. ſecunda, & tertia particula tex. huius vna ſimul à gl. permiſcetur, vt Iaſ. hic declarat d.nu.32. poſt med. verſi.& ſic licet Bar. dicat. Iaſ. planè ſeparatim particulam tertiam explicari à glo. putat. & contra eam, oppoſitionem ſecundam æque principaliter fieri.

Obſeruandum in ſenſu hoc Iaſ. inquantũ ſeparatim ſecundã, & tertiã partem tex. à gl. tractari ſcribit. namq; ſi præcedentia etiam oppoſi. hæc ſecunda reſpicit. Idq; Iaſ. non negat dictionem magis expendendo, & expreſſius ex glo. verbis oſtenditur, in quibus ad præcedẽtia ſe refert, ibi ſed ſupra intellexi cum ex certa ſcientia l. de qua relatione Iaſ. etiam ipſe meminit. Quomodo ſeparatim partem vtranq; glo. explicat. an non cum ſecunda expreſſim prima coniungitur conſequenter contrarius ſui ipſius Iaſ. videtur. Secundo, ꝙ coniunctim de parte vtraq; glo. tractet, ex ſolutione vltima non obſcurè demonſtratur, quæ ad partem ſecundam æque, ac ad tertiam competit, vt prohibita cumulatio non intelligatur, cum reſpectibus diuerſis cum petitorio poſſeſſorium cumulatur. Simili modo ad partem ſecundã ſolutio etiam ſecunda conuenit, ꝙ ob poſſeſſionem poſtea quæſitam interdictũ de ea cumuletur, ex his, quæ dicta ante in quarta lectura habemus.

Secundò, monendi ſumus, ſenſum hunc Iaſ. verbis mentiq; gl. euidenter aduerſari. gl.n. in 1. oppoſi. tota in eo laborauit, vt oſtenderet, cumulationem in parte ſecunda tex. non verſari, cum poſſeſſorium illatũ poſt petitorium eſt. vtpotè petitorio ipſo ſublato, & finito vel ſententia iudicis, vel renunciatione expreſſa, aut tacita. Sic tacitè petitorio renunciatũ ex poſſeſſorio poſtea adiecto liquidiſſime gl. ſentit. Sed ſolutionẽ hãc gl. impugnat, quoniam ſi renunciationem hanc tacitã in caſu hoc admittimus, eadem ratione tantundem dicendum, & in caſu contrario erit, cum petitoriũ is proponit, apud quem poſſeſſio eſt, vt poſſeſſioni renũciare, & ipſe intelligatur. Atqui integrũ ius poſſeſſionis manere, in fi. tex. ait. Cõſequenter ſolutionẽ tertiã de renunciatione tacita, ex hoc in fi. gl. impugnat, vt ſicut poſſeſſioni renunciatũ per petitoriũ non intelligitur vti tex. in fi. ait, ita ex diuerſo petitorio renunciatũ ex poſſeſſorio cumulato non cenſeatur, cum diuerſitatis ratio reddi inter caſus hos nequeat.

Tertiò, rem abſurdã ſenſus iſte Iaſ. habet, cum ait, cõtra particulã vltimã tex. huius gl. oppoſitionẽ tendere, quaſi tex. oppugnari, aut offẽdi ex ſolutione, aut dicto gl. poſſit. ad quẽ modũ tex. oẽs impugnare impune liceat. At .n. è cõtrario ſolutiones dictaq; doc. oppugnare per text. licet, ꝙ cũ ita ſit, ferendus Iaſ. ſenſus non videtur, per quẽ mentẽ eã fuiſſe gloſæ dicimus, vt tex. ipſum ex dicto, aut ſolutione ipſius glo. laceſſeret.

Quartò, continuatiue obſeruãdoq; oppoſi. hęc à gl. per verba illa formatur, ſed certe l. Atqui nulla in ſenſu Iaſ. cõtinuatio, verũ digreſſio à ſecun. parte ad tertiã tex. partẽ fiet. Quę res à verbis menteq; aliena glo. eſt.

Neq; Iaſ. arg. mouet, ineptã ſolutionẽ gl. videri, ſi ad ſuperiora oppoſitio refertur. Imò.n. appoſitę quadrat. Ideſt tex. hunc in fi. ſolutioni tertiæ non obſtare, qm̃ ideò poſſeſſioni renunciatum per petitorium non creditur, ꝙ neſcius poſſeſſionis actor erat.

Quintò ad vltimã tex. partẽ oppoſi. hanc ſecũdam gl. ſpectare fac, textũq; ipſũ ex ſolutione tertia a gl. oppugnari. Immerito tñ a Iaſ. Bar. carpitur, cui viſum ſit, particulam vtranq; tex. tã ſecundam q̃ tertiam vna ſimul tractari, & excuti. Imò enim vna ſimul vtraq; diſeritur. In ſecunda enim parte cumulatio vertitur, in tertia renunciatio. Sed enim connexa hæc ſunt. vnaq; ab altera pendet. A renunciatione enim cumulatio pẽdet, quoniam ſi remedio vni renunciatũ expreſſim, aut tacitè ex propoſitione alterius dicimus, conſequẽs ſit, cumulationẽ quieſcere. atq; ideò rectè alterũ inſtitui, aut proponi. Eque renũciatione amota, in caſibus tribus a gl. enumeratis poſſeſſorij permiſſa cumulatio videtur. Ideſt cũ neſcius poſſeſſionis actor erat, vel ſi quæſita poſtea eſt, aut reſpectibus diuerſis remedia cõtraria cumulantur. Connexione hac igitur inter oppoſitionẽ primã, & ſecundã interueniente, quia ab altera vna pendet, nõ immerito ex ſolutionibus quinq; glo. lecturas quinq; colligere Bar. potuit, qm̃ quæ ad renũciationẽ ſolutiones pertinẽt, ad cumulationis ẽt rem ſpectant. Cõſequens his fit. ad rem Iaſo. meditationẽ nõ attinere, etiam ſi vera ſit, quam falſam arbitror. Eo enim pertinet, vt ſi oppoſitio ſecunda gl. æque principalis, atq; prior ſit, & particulam vltimam text. reſpiciat, lecturæ quinq; ex ſolutionibus quinq; gl. nõ percipiantur, ſiquidem prior reſponſio ad oppoſi. ſecundam accommodata ad materiam cumulationis non pertinet, verum ad renunciationem, de qua in tertia particula huius text. Rurſus ſi quot reſponſiones glo. ſunt, totidem colligi lecturas dicimus, conſequens fieret, ſex, non quinq; ſolummodo ex glo. ipſa lecturas elici.

Sed enim hallucinatus Iaſ. in ſenſu argumentoque ſuo eſt, quoniam, & ſi maximè ad oppoſi. ſecundam ſolutiones ſpectarent, ipſaq; oppoſitio particulam vltimam tex. huius tangeret.

Attamen, quia connexionem tertia particula cum ſecunda habet, & ex cumulatione renunciatio pendet, viceq; verſa, ſolutiones ad oppoſitionem ſecundam accommodatæ communes vtriuſq; ſunt tam cumulationis, quam renunciationis. Quocirca ſicut ad ſpeciẽ cumulationis faciunt, ita diuerſæ ex eis lecturæ colligi in cumulatione etiam potuerunt.

Si dixeris, cur non lecturam ſextam ex ſolutione illa de ignorantia poſſeſſionis Bar. adiecit, vt locus cumulationi ſit, neq; poſſeſſioni renunciatum ex petitorio intelligatur, cum ignorans poſſeſſionis actor eſſet, ſimiliter, vt lectura quarta ex ſolutione illa conflata eſt, ꝙ ad actorem poſtea poſſeſſio peruenit. Reſpondetur, pro eodem Bar. habuiſſe, vtrum initio actor nõ poſſideat, an poſſidere ſe neſciat. cum eadem caſus vtriuſq; ratio ſit. ſiquidem renunciatio conſiderari in ignorante nequeat, ſic quomodo monſtratum in ſuperioribus habemus.

Senſu glo. per lecturas has quinq; ita a Bar. explicato, ad excuſſionem ipſarum lecturarum, veræ necne ſint, Bart. ſe accingit, & initio primam lecturam exponit. contrarias textui huic legib. in oppoſitione relatas non eſſe, quoniam cumulatio, ſeu concurſus in ẽis petitorij atq; poſſeſſorij prohibetur, ſed enim concurſus hic non verſatur, quatenus ſecũdum lecturam hanc primam nonniſi petitorio finito per ſententiam iudicis, qua actor ſuccubuit, poſſeſſorium cumulatur. Sed contra lectu. iſtam Bar. inſtat. codex meus legit, ſecundo contra iſtam lectu. at enim ſed, pro ſecundo emendatius legendum, cum nihil adhuc oppoſitũ cõtra lectu. iſtam ſit. Sic igitur oppoſitio a Bar. fit. Namq; non obſcurè in lectu. ipſa prima innuitur, actore in petitorio victo, reoq; petitorij abſoluto, ſi interdicto retinendæ actor victus experitur, poſſeſſorio ipſi ſententiam abſolutoriam non obſtare in petitorio latã, ſed enim contra dicendum videtur, cum potentior cã proprietatis quam poſſeſſionis ſit, atq; ideò a proprietate ipſa poſſeſſio abſorbeatur, vt qui litem de proprietate euicerit, poſſeſſionem quoq; ad ſe trahat, eũ pro-
77 prietatis cauſa definita, † totũ definitum intelligatur. Quo circa fruſtra de poſſeſſione diſceptatĩ, petitorio abſoluto, vt gl. no. in l.2.§. quędã in ver. de liberis in fi. ĩ. de interdic. Idq; expreſſim ẽt Dyn. no. in reg. qui ad agendũ lib.6. ex tex. id cõfirmare Bar. poterat in l. offi-
78 ciũ. ff. de rei vẽdic. vbi ſentẽtia † in rei vendica. lata, rõ

ipſam reſtituere poſſeſſor cogitur. ſic inutilis reo poſ-
ſeſſio eſt, qui in petitorio ſuccubuit. Atqui inutilis poſ
ſeſſio non eſſet, neq; rei reſtituendæ teneretur, ſi locus
interdicto retinendæ poſt petitorium definitũ ſit. Ex
tex. item ſignificantius id probatur in c. cum dilectus
de cau. poſ. & propriè. vbi, ſententia pro vno in pe-
titorio, altera pro altero in poſſeſſorio lata, ad execu-
tionem ſẽtẽtia ſola perducitur, quæ lata in petitorio
eſt, id quia potentius habetur, & poſſeſſionem alterius
perimit, aut abſorbet no. Bal. in d. l. incerti nu. 12. poſt
med, verſi. tertia regula Caſtrẽ. in d. l. ſi de vi col. 3. poſt
prin. verſi. proderit etiam in alio in 1. lect. de quo ple-
nius apud Soci. in conſ. 98. nu. 4. lib. 4. qui tex. à fortiori
probat. namq; ſi effectũ executionis ſententia non ha
bet in poſſeſſorio dicta, longe facilius impediri poſſeſ-
ſorij iudicium debebit. l. patre furioſo. ff. de his qui ſũt
ſui alie. iuris. l. tutor. 1. ff. de ſponſal. l. non ſolum. §. ſi,
e um l. ſeq. ff. de excu. tutor. l. is cui. ff. de teſta. Rurſus
ſi inutile futurum remedium poſſeſſorium ab execu-
tione eſt, quorſum remedium inutile accommodari.
l. nõ cogendũ in fi. ff. de procur. l. hęc ſtipulatio, §. diuus
ff. vt lega. nomi. cauea. l. 1. §. dixerit aliquis ſ. de public.

Lecturam hanc primam glo. tutando, ad argumen
tum hoc contra eam oppoſitũ Bar. reſpondet, locum
argumẽto eſſe, vbicunq; ideò in petitorio actor ſuccũ-
bit, & reus abſoluitur, quia dominũ ſe rei petitæ reus
oſtendit. Ibi .n. verũ erit dicere, potentius dominium
poſſeſſione eſſe, eamq; à domino probato abſorberi,
79 quo caſu contraria. l. loquitur† in d. l. 2. §. quædã infra
de interdic. Ibi .n. cauſa illius interdicti finita de itinere
actuq; priuato, quia ius probatum ſeruitutis non ſit, ꝙ
probandũ erat, cũ permixtam proprietatem habeat,
negociũ totũ dirimitur, & quantũ ad proprietatem, &
quantum ad poſſeſſionẽ. Id quia dominus prædij reus
nõ negatur, ſuper quo de quaſi poſſeſſione, iureq; ſer-
uitutis iudiciũ agebatur. Idem ex tex. probatur in l. 1.
in fi. infra de aqua quotti. & æſti. actore enim in inter-
dicto illo ſuccumbẽte, in manifeſto ius rei quantũ ad
dominiũ eſt, ideſt ius principis, aut reip. in aqua ex ca-
ſtello ducenda. Hoc etiam caſu Dynũ loqui cum rei
ius in dominio apparet, ſeu probatum eſt, ex Dyni ver
bis Bar. oſtendit, cum excludi poſſeſſorio agẽtem per
exceptionem dominij, vel non excludi, Dy. ſcribit, ver
ba illa exceptionem dominij, Bar. ponderat. nõ enim
de exceptione rei iudi, mentionẽ ſimpliciter Dy. facit,
verũ de dominio exprimit, conſequenter de exceptio
ne rei iudi. non obſcurè Dy. intelligit, quæ dominij ſa-
pere non aliter res iudi. poteſt, niſi ſi iudicatũ de domi
nio probatũq; id ſit, ſeu niſi ideò abſolutus reus ſit, qa
80 dominũ ſe eſſe oſtenderit, cum nihil interſit,† vtrum
dominus reus non ſit, an de dominio eius non liqueat
l. argentarius. §. cum autem. ff. de eden. l. pomponius
ſcribit ſi frumentum in fi. ff. de rei vendica. l. in lege. ff.
de contra. emp. l. duo ſunt titij. ff. de teſta. tu. l. quidam
tabularum infra de furtis. c. 1. de præsbi. nondum ba-
ptiza. mini. Quinetiam iure carere dicitur, qui non
probat Bal. in conſi. 67. quia ex facto col. 3. circa med.
lib. 3. Lectura planè hęc prima gl. ad eum caſum ſpe-
ctat, quo ideò litem actor perdidit, abſolutusq; reus
eſt, quia de iure ſuo actor non edocuit, non quia pro-
batio dominij præſtita à reo ſit iuxta. l. qui accuſare. C.
de eden. l. 2. C. de proba. l. fi. C. de rei vendica. §. cõmo-
dum inſtit. de interdict. Quo caſu actori poſſeſſorio
agenti exceptio obſtare rei iudi. non debet, ratio quip-
pe ſilet, cur obſtare ſoleat, ideſt quia fortior cauſa do-
minij ſit, poſſeſſionemq; abſorbeat. Quomodo enim
fortior cauſa dominij erit, quod nullum apparet, &
pro eo res eſt, atq; ſi nõ ſit, vti dictum mox habemus.
81 non entia† planè nulla eſt qualitas. l. a. ff. de vſufruct.
& id genus alia. Neq; dominus reus ob id præſumi-
tur, quod abſolutus actore non probante ſit l. ſed & ſi
poſſeſſori in princip. ff. de iure iuran. vbi cum rem pe-
titoris non eſſe reus iurat, atq; ideo abſoluitur, quia
de dominio ſuo actor non docuit, ſi ad actorem res
peruenit, effectu ſententiæ, aut iuramenti vti contra
actorem nõ poteſt, id quia iuris quicquam tributum
ei ex ſententia, aut iuramento non eſt. In hoc abſolu-
tus fuit, quod de iure ſuo actor non oſtendit. Idem ex
text. probatur in l. ſi inter me infra de excep. rei iudi.
Sic dominus reus ob ſententiam id genus abſoluto-
riam non præſumitur, vt poſſeſſorio agenti exceptio-
nem obijcere rei iudi. poſſit, quaſi ius aliquod præſum
ptiuè ſaltem conſecutus ex ſententia ſit. Doctrina
hæc, quæ circa diſſolutionem oppoſitionis huius con-
tra lectu. primam factæ verſatur, vera nec ne ſit, ex
contrario proximo planum factum iri Bartol. ait vbi
nec eo caſu Dyn. opinio ſimpliciter admittitur, quo
ideò abſolutus reus eſt, quod impleta ab eo dominij
probatio ſit.

Secundò, cõtra prædicta Bar. opponit. codex meus
legit tertio. Sed enim contra lectu. hanc primã vnica
tantum oppoſitio anteceſſit. Quam ſecunda hęc con-
ſequitur, & obſeruandũ, oppoſi. hanc ſecundã ad ſolu
tionem ſpectare, quæ accõmodata ad oppoſitionem
eſt contra priorem lecturam factam. Dictum enim in
oppoſitione priori diſſoluenda eſt, exceptionẽ rei iudi.
ſuper petitorio, poſſeſſorio agenti obſtare, quotiens
pronunciatũ ſuper dominio eſt, ideſt reo ideo abſolu
to, ꝙ de dominio ſuo fidem fecerit. Sed .n. locus ſolu-
tioni eſſe huic non videtur, vipotè qua admiſſa, abſur-
da res conſequitur, vt phas domino ſit, negociũ poſ-
ſeſſori facere, eumq; impune turbare. neq; poſſeſſionẽ
ſuam interdicto ei tueri retinendæ liceat, quoniam ſi
eo vtatur, exceptionẽ dominij, aut rei ſuper dominio
iudicatæ illico dominus, & turbator obijciet. veluti in
ſpecie lectu. huius prioris, in qua petitorij litem actor
amiſit. namq; ſi ideo amiſiſſe dicimus, ꝙ probatio do-
minij præſtita à reo ſit, quo caſu dictum eſt, exceptio-
nem rei iudi. actori obſtare, ſi poſſeſſorium poſtea in-
tendat. petitorio, ſeu dominio poſſeſſionem abſorben
te, conſequens ſit, vt licentia reo ſit, qui petitorij litem
euicit, actorem apud quem poſſeſſio eſt, impune in-
getãdi, Qđ ſi interdicto vti poſſidetis poſſeſſionis ſuæ
tuendæ cauſa, actor experiatur, exceptionem rei iudi.
quę dominium ipſum contingit, illico patietur. Atqui
82 iure id receptum nõ videtur, † vt permiſſum domino
ſit poſſeſſorem inquietare. l. vim facit infra de vi, & vi
arma. vbi vis in turbatione cõſideratur. At .n. conceſ-
ſum domino non eſt, vim poſſidenti facere. l. non eſt
ſingulis ſ. de reg. iur. l. ſi quis ad ſe fundũ. C. ad legẽ Iul.
de vi. Atq; in ſpecie, licentiã domino nõ eſſe, poſſeſſo
rẽ inquietãdi, ex gl. Bar. probat in l. ſi de eo § fi. in fi. ſ.
eo. cũ arg. gl. ſoluit. vbi etiã in poſſeſſione rei ſuæ clan-
deſtinitatem verſari glo. ait, ſi primo alius poſſidebat.
Atqui interuenire clãdeſtinitatis in re propria nõ poſ-
ſet, ſi in poteſtate domini ſit, poſſeſſionẽ turbare. l. gra-
chus. C. de adult. ſed gl. expreſſiorẽ egregiãq; magis in
ſententiã hanc vltra Bar. affero in l. 1. §. & parui in ver
bo ius habuit infra, ꝙ vi aut clam. quam Ruin. citat in
l. 1, in prin. nu. 79. ſupra de op. noui nuncia.

Oppoſitionis huius formidine ab opinione Dyni
Raynerium diſſentire in poſſeſſorio retinendæ Barto.
refert, viſumque Raynerio ſcribit, dominij exceptio-
nem interdicto retinendæ non opponi. Idem, & Bar.
ipſe admittit. In caſu vno tamen Dyn. opinionem
83 Bar. probat, cum vtrinq; interdicto retinendæ agitur,
pares litigatoris vtriuſq; probationes de poſſeſſione
ſunt. Is enim litem vincit, qui de dominio docet, po-
tior quippe poſſeſſio eius propter dominium ſit, vin-
culo duplici interueniente. l. baliſta. ff. ad trebellian.
l. cum in adoptiuis in princip. ibiq; Bal. C. de adoptio.
§. ſi vero inſti. co. titu. auten. itaq; C. com. de ſucceſ.

c. inter

Digitized by Google

c. inter corporalia de tranſla. epiſ.c. ex tuarum de au-
tori.& vſu pallij c.non poteſt de præben.lib.6.c.1.cum
glo.de treuga, & pace. Atq; in ſpecie interdicti retinē
dæ,potiorem eius cauſam eſſe, qui de dominio docet,
paritate à probationibus interueniente,ex Cyno. Bar.
oſtendit in l.1.q.pen. C. vti poſſi.
Sed dicturus aliquis erit, ad rem glo. auctoritatem
in ſpecie hac non attinere,ne dominij exceptionē ob-
ijcere poſſeſſorio retinendæ liceat, quandoquidem cō
84 traria ſui ipſius glo. videtur † in d.l. ſi de vi in fi.gl. ma
gnæ,quæ exceptionem dominij in poſſeſſorio admit-
tit,dum ex continenti tamē dominij probatio implea
tur,ob id nihili gloſæ varietatis teſtimoniū faciendū.l.
qui falſa,vel varia. ff. de teſtib. reſpondet Bar. ſui diſſi-
milem gl.non eſſe, ꝙ enim ſcriptū apud eam in d. l. ſi
85 de vi legitur,ad poſſeſſoriū adipiſcendæ pertinet, † in
quo verum eſt,dominij exceptionem admitti,de quo
liquere confeſtim poſſit. Idq; ex eo Bar. probat, ꝙ ex
regula exceptionem opponi gl.ait,de qua in l.dolo in-
fra de doli mali excep. dolo facis cum id petis, ꝙ reſti
turus es. ſic in petente gl. loquitur,ideſt in eo,q poſ-
ſeſſionem petit,vt eam acquirat,non etiam in eo, qui
id agit,vt poſſeſſionem retineat. Ad eundem modum
intelligi,& Cynū oporter in l.2.C.de ædic.diui Adria.
tollen. cum dominij exceptionem in poſſeſſorio reci-
pit,ſi mora remota,de eo cōſtet.namq; ad poſſeſſoriū
adipiſcendæ referri Cyni opinionem oportet. ſpecies
noſtra in poſſeſſorio retinendæ verſatur. Quod priui-
legiarium magis,quam adipiſcendæ eſt. Siquidem fa-
86 cilius † quid retinetur, quam recens acquiratur.l. ſi in
area in fi.l.ex quibus ff.de condi. indeb.l.1.in prin.ff.q-
bus modis pign.vel hypo.ſol.l.paulus.ꝫ. de doli exce-
ptio.l.per retentionē.C.de vſur.l.vni.C.ēt ob chirogra.
pecu.intelleximus de iudi. Proinde mirū facere nō de-
bemus,ſi ius diuerſū in exceptione hac dominij,inter-
dicti retinēdæ atq; adipiſcendę eſt tex itē huc ſpectat
in d.l.patre furioſo.ff. de his, qui ſūt ſui, vel alie. iuris.
Oppoſitionibus his duabus contra lecturam primā
explicatis.opinionūq; diuerſitate circa ſpeciē illam re-
87 lata, vtrū exceptio rei iudicatæ † obijci in poſſeſſorio
retinendæ nō poſſit.Quo liquida magis in poſſeſſorio
omni res fiat,traditionē,doctrinā vè plenioré de mo-
re ſuo Bar.præcipit diſtinctione inter poſſeſſoria facta,
quæ permixtā cauſā proprietatis habent, & ea quę pu
re,ſimpliciter vè poſſeſſoria ſunt,ideſt à proprietate ip-
ſa omninò adeoq; ſeparātur, vt quęſtio vlla proprie-
tatis in eis nō interueniat.In poſſeſſorio mixto,ꝙ poſt
petitoriū finitū iuxta ſpeciē lecturę primę proponitur
parem interdictorū omniū adipiſcendę,retinendæ, &
recuperandæ eſſe cauſam ſcribit, ideſt vt ſententia in
petitorio lata exceptionē rei iudic.in poſſeſſorio mix-
to producat. d.l.2.§. quædā ibiq; no. infra de interdic.
In re hac explananda aliqua prænarrare neceſſe eſt.
88 Primum, quæ interdicta † mixtam proprietatis natu-
ram habeant. Alterū,cur mixta dicantur, tertium, cur
aliqua magis quā alia mixta ſint.Circa primum,inter-
dictis quinq; mixtura hęc tradita proprietatis inueni-
tur.ex quibus tria tex. exprimit in d.l.2.§. quædā, ideſt
interdictum de itin. actuq; priua. ſecundum, de locis
ſacris,& religioſis. tertium de liberis exhibendis. Duo
alia glo.commemorat in d. §. quædam in ver. priua-
to.ideſt de aqua ex caſtello ducenda d.l.1.§.fi.infra de
aqua quoti. & æſti. & de arboribus cedendis. l. 1. in
prin.genitiuum illius ponderādo,ꝙ dominium deno-
tat,& expreſſius in §. non ſolū. infra de arbor. ceden.
De interdicto de aqua ex caſtello ducenda, naturam
in eo mixtā proprietatis ineſſe Ruin. meminit in cōſi.
230. nu.12.lib.1.Soci.iu.in conſi.182.num.6.lib.2. Sed
ſere magis Caſtren. in d.l.ſi de vi nu. 7. in 2. lectu. vbi
rationēm affert, cur naturam mixtam interdictum
hoc habeat.

Obſeruandum tamē circa interdictū de itin.actuq;
89 priua. †.quamuis Iaſ.hic nu.54. verſi. iſtas opiniones,
& verſi.ſeq. mixtam ei naturam proprietatis eſſe ſim-
pliciter,generaliterq; ſcribat, attamen nonniſi in capi
te vno ipſius interdicti locum id habet, ideſt cum re-
fectionis cauſa vertitur, quotiens locum quis reficere
parat, per quem ſeruitus itineris, & actus debetur, ve-
rum ab aduerſario impeditur. Namq; ſi reficiendi cau
ſa,interdicto hoc actor vtitur,ſatis ei,non erit,poſſeſ-
ſionem,ſeu quaſi ſolam oſtendere,ideſt quod vſus eo
anno itinere, actuvè ſit non vi,clam, aut precario.
At enim & ius, aut dominium ipſum ſeruitutis pro
bandum.d.l.3.§. ait prætor cum pluribus ſeq. infra de
itin.actuq; priua. Et ita ad caput hoc refectionis mix-
turam hanc proprietatis in interdicto hoc glo. reſtrin-
git in d.l.2.§. quædam in verſi. priuato. Sic mixturam
interdictum hoc habet,proprietatis quidem, ꝙ fidem
fieri eius oporteat. titulum,ſeu ius ſeruitutis demon-
ſtrando. Poſſeſſionis item mixtura interuenit, ꝙ in
poſſeſſionem loci ſeruientis ſe,defendi actor poſtulat,
quo facultatem reficiendi habeat.
In altero planè capite, in quo refectio non vertitur,
verum in poſſeſſione,ſeu quaſi eundi,aut agendi ſe de-
fendi actor petit, mixturam vllam proprietatis inter-
dictum hoc non habet. vnde illud tantum petitur, ne
turbationem in poſſeſſione,ſeu quaſi eundi, agendivè
actor patiatur. In quo interdicti capite illud demum
inquiritur, vtrum poſſeſſione hac, ſeu quaſi eo anno
vſus actor diebus triginta non minus ſit,non vi,clam,
aut precario. Conſequenter poſſeſſionis ſolius, non
etiam dominij,aut iuris ſeruitutis præſtanda probatio
eſt.l 1.in prin.& §.1.& 2.& d.l.3.§.ait prætor,ad §. vſq;
reficere infra de itin. actuq; priua. Quibus in locis dif-
ferentia hęc inter capita iſta duo interdicti huius de
itin. actuq; priua. expreſſa luculentiſſime eſt. De qua
differentia Ripa etiam hic meminit num.41. Fabius
num. 38.
Circa ſecundum, cur mixta interdicta memorata
ęſtimentur,difficilis ratio non eſt, quod aliter obtine-
ri in eis non poteſt,niſi fide titulo, aut proprietate do-
ceatur. gloſ. in d. §. quędam in verſicu. priuato. & in
verſicu. de liberis. Caſtrenſ. in d. repet. l. ſi de vi nu.7.
Idq; expreſſim tex. docet in d.l.3 §. hoc autem inter-
dicto infra de itin. actuq; priua. & in d.l.1.§. permitti-
tur, & §. fin. infra de acqua quoti. & æſti. vbi titulus
conceſſionis exquiritur. Idem ſatis tex oſtendit in d.
l. 1. in princip. infra de arbor. ceden. genitiuum ob-
ſeruando,vnde dominium ſignificatur.l.2.§. locum.ff.
de religio.ſed & expreſſius declaratum ideſt in eadem
l.1.§. non ſolum, vbi non ſolum domino ędium, ſed
& fructuario interdictum illud accommodatur, ergo
aut dominij,aut vſusfructus ius probandum,neq; ſola
ſatis ad obtinendum poſſeſſio eſſet. Tituli tamen ſuf-
ficere probationem credo, qui ad publicanam proſit.
De tertio, cur aliqua interdicta magis quam alia
mixtam naturam hanc proprietatis habeant, non a-
liam puto rationem eſſe, niſi quod grauius in eis præ-
iudicium vertitur. Idq; videre in acqua eſt ex caſtello
90 ducenda. Caſtellum enim, † ideſt aquarum conce-
ptaculum, ſumptu publico fit, vt vſibus ciuitatis, aut
oppidi totius acqua ſeruiat. vnde ſi poſſeſſio ſola ſa-
tis in eo eſſet, vtilitas publica lædi perfacile poſſet,
acquā ex caſtello permultis ducētibus, qui dū in poſ-
ſeſſione ſua perſeuerār,cōmodis publicis ſatis forte a-
qua nō faceret. Cā eadē prẹiudicij maioris in interdi-
cto de itin.actuq; priua.ex capite refectionis verſat.fa
cilius qppe pmittet qſpiā,vt itinere alius,aut actu inte
familiaritatis vtatur, quā vt in fundo ſuo diutius per-
maneat, loci reficiendi cā.vnde ſicut oneroſius id non
Paulo domino loci eſt,ita citra probationem iuris ſer
uitutis fieri non poſſe, ſancitum a lege eſt, ius idem

Digitized by Google

91 † interdicti eſt de arbor. cæden. per quod facultas cui
datur, ius ſibi autoritate propria dicendi, arboremq;
in ædes ſuas impendentem ſuccidendi, vt facere id nō
aliter liceat, niſi ſi dominus, aut fructuarius ædium ſit,
idq; edoceat. Rurſus præterquam ꝙ autoritate ſua ius
ſibi d cit, ius etiam vicini lædit, cuius arborem tollit.
Ratio hæc præiudicij maioris in interdicto facilior
92 de liber. exhi. † vt poteſtatem probari actoris opor-
teat, ne in poteſtate cuiuſpiam ſit, liberos alienos ex
poſſeſſione ſola a parentibus forte auocandi. occaſio
enim præberi delinquendi poſſet, vt poſſeſſionem filij
alieni per ſubornationem, aut dolum quiſpiam nan-
ciſcatur. vel libertatis ius lædi facile poſſet, ſi ſatis po-
ſtea, ſola hæc poſſeſſio ad filium retinendum, aut recu
perandum ſit. Ratio tamen alia conſiderari in interdi
cto de liberis exhibendis a lege videtur, cur poteſtatē
patriam oſtendi in eo oporteat ꝙ ea ceſſante, liberū
93 poſſidere hominem † non licet, neq; poſſeſſio in eo
cadit, etiam ſi in vinculis teneatur l. cum hæredes in fi.
& l. qui vniuerſas §. 1. infra eo ſed nec in dominio alte-
rius eſſe homo liber poteſt l. 1. §. 1. infra de interdict. l. 1.
§. 1. ff. de rei vendica. cuius tex. ratio ex prædictis decla-
ratur. ideſt iure quiritum, ſeu ob patriam poteſtatem
vendicationem liberorum dari quaſi per eam poteſta
tem dominio noſtri quodāmodo videantur. Qua ra-
tione ſtatutū iure canonico eſt, vt vxoris poſſeſſione
94 ſpoliatus † ad eam reſtitui non aliter debeat, niſi ſi
matrimonij copulæq; ſecutæ fidem faciat, conſequen
ter iuris, aut cauſæ poſſidendi probatio impleatur c. ex
tranſmiſſa & c. ex parte de reſti. ſpolia. id quia aliter poſ
ſideri homo liber non poteſt. quam rationem Abb.
obſeruat. Abb. q 4. nitius Clericus poſt, prin.
Ratio eadem in interdicto verſatur de locis ſacris
95 & religioſis, in quibus etiam poſſeſſio non cadit l. lon
ga ff de mortuo inferen. d. l. qui vniuerſas §. 1. eadem
ratione neq; dominium in eis competit §. nullius inſti
de rerum diuiſio. vnde quaſi proprietatem in eis glo.
obſeruat in d. §. quædam in ver. de liberis inde fit, vt re
ſtitui Clericus poſſeſſione beneficij quaſi ſpoliatus nō
debeat, niſi ſi tituli ſui colorati ſaltem, fidem faciat Gui
do Papæ q. 85. quem Doct. ſequitur in l. fi. numero. 18.
in fi. in nono nota. C. de edic. diui Adria. Tolen. & in
conſi. 220. circa med. verſi. & ex his confirmatur con-
cluſio. idem ex. Uldra probatur in conſi. 31 num. 4. vbi
tex. citat in d. l. 2. §. quædam infra de iterdic. idem Ge
minia. viſum in conſi. 57. num. 3. ſimilis tamen per om
nia poſſeſſio beneficij eccleſiaſtici non eſt, quando qui
dem ſententia de ea lata præiudicium in petitorio nō
facit. id quia plenā tituli probatio non exquiritur, cum
ſatis coloratus ſit. ex doctri. Bar. in l. pen. ff. de his qui
ſut ſui vel alie. iur. & Doc. in c. veniens 2. de teſtibus, in
curiis tñ. Galliarum apud quas poſſeſſio beneficiorum
ad plenum quo ad titulos etiā excutitur, cauſa poſſeſ-
ſoria definita, adiri ad petitorium non ſolet.
His ita prænarratis, concludit Bar. in interdictis his
96 mixtis, ex ſententia † in petitorio lata exceptionem
rei iudi. in poſſeſſorio poſtea inſtituto naſci per tex. in
d. l. 2. §. quædam, & ibi notata, tex. quidem non obſcu-
re id oſtendit, cum proprietatis cauſam contineri ſub
interdictis illis ſcribit. De poſſeſſione enim quin con-
tineatur, dubitatio non eſt, cum poſſeſſionis cauſam
principaliter regulariterve interdicta ſpectent. ex glo.
item ibi in ver. de liberis in fi. perſpicue id probatur, cū
rem totam diuimi ait, iuxta a poſſeſſorio atq; petito-
rio. Quocirca finiri vnum ſine altero nequit. neq; ex-
ceptionem rei iudicatæ parere ſententia in vno lata in
altero non poteſt.
Sed quæret hic aliqs, quo exēplo declarari caſus iſte
Bar. poterit eo. n. caſu loqi, quo actum petitorio ante
eſt, deinde poſſeſſoriū intenditur. Nonne idē in peti-
torio ſeruitutis per omnia deducitur, ꝙ in poſſeſſorio
mixto venit. in quo ꝓprietas neceſſario deducitur. vi-
ceq; cōtraria, ſi poſſeſſorio primū agitur, cū noſceri ꝓ-
prietatem, oporteat, an non idem ſemper per omnia
in iuditio ſecundo deducitur, quod deductum in prio
re eſt, quod cum ita ſit, quid dubitationis habere Bar.
concluſio, aut doctrina poteſt, ſententiam in primo
iuditio latam in poſteriore nocere, exceptionemq; rei
iudi. in iuditio ſecūdo obſtare, cum idem per omnia
in iuditio vtroq; veniat l. cū quæritur infra de excep.
rei iudica.
Reſpondetur, nihil prohibere, quominus ſuper alte
ro tantum, ideſt, aut petitorio, aut poſſeſſorio in inter
dicto mixto concludatur. refert tamen, ꝙ ſi in petito-
rio concluditur, pronunciari de poſſeſſorio non pote-
rit, quamuis ſententia in petitorio lata præiudicium in
poſſeſſorio omnino faciat, quomodo enim obtineri
in poſſeſſorio poterit, quod carere proprietate non po
teſt. Proprietas planè deduci amplius non poteſt, vt pa
te in qua amiſſa lis ſit. Si autem concluſum in poſſeſ-
ſorio ſit, ſuper vtroq; neceſſario pronunciatur, ideſt,
petitorio, & poſſeſſorio, quod ad effectum attinet, quā
doquidem proprietas in eo venit.
Conſequens igitur præmiſſis ſit, verum eſſe quod
Bar. ſcribit, ex ſententia in petitorio lata ſuper inter-
dicto mixto, exceptionem rei iudi. in poſſeſſorio om-
nino parari, ideſt diſtinctione interdicti non facta, qua
le id ſit, recuperandæ, retinendæ, an adipiſcendæ ſiqui-
dem proprietas in eo venit, de qua iudicatum iam eſt.
97 In poſſeſſorio autem mero † ideſt in quo permix-
tio proprietatis nō interuenit, vtrum exceptionem in
eo rei iudi. ſententia pariat, quæ dicta in petitorio ſit,
diſtinctionem interdictorum faciendam Bar. putat,
vtrum recuperādæ, retinendę, an adipiſcendæ interdi-
cto agatur. Priore caſu, cum recuperandæ interdictū
intenditur, exceptionem rei de petitorio iudi. non ob-
ſtare, id quia reſtitui ante omnia ſpoliatum oportet d.
l. ſi quis ad ſe fundū C. ad legem iul. de vi pub. & apud
Dy. in d. c. qui ad agendum. Secundo caſu cum inter-
dictum retinendæ poſt petitorium definitum propo-
nitur, quia a reo in petitorio abſoluto actor poſſidēs
inquietatur, diſtinctione Bar. vtitur, vt ſiquidem de poſ
ſeſſione iuſta actoris conſtet, dominij, rei ve iudi. ex-
ceptio non obſtet, vt hoc tex. ſecundum hanc lectu. 2.
glo. & per glo. in d. l. ſi de eo in fi. infra eo. & glo. ſcita
magis adiecta a nobis eſt in d. l. 1. §. & parui in ver. ius
habuit infra quod vi, aut clam. ſic lectu. hanc 1. genera
liter hic Bar. intelligit, ideſt quomodo cunq; abſolutus
reus ſit, ſiue quia nō probatum, ſiue quia de dominio
ſuo reus edocuit. patet quia de exceptione etiam do-
minij loquitur. ſi autem de poſſeſſione actoris perfe-
cte non conſtat, quia probationes litigatoris vtriuſq;
æquales ſunt, quo caſu vnius magis quam alterius li-
quere poſſeſſio non poteſt, cum a pari victoria nō de
tur l. non ſolum §. de vno ibiq; Bal. ff. de ritu nuptiar. l. ſi
reus §. 1. infra de duobus reis. l. generaliter verſi. verum
infra de fideius. tum vero exceptio obſtatura rei iudi.
erit, id quia ex ſententia illa in petitorio lata iuſtior
potentiorvè poſſeſſio eius eſtimatur, pro quo ſenten-
tia dicta in petitorio eſt, ſic quomodo ex Cyno ſupra
probatum Bar. habet in l. 1. q. penul. C. vti poſſi. tertio
caſu, ... um poſſeſſorium adipiſcendæ infertur, vtrum
exceptio obſtet rei in petitorio iudicatæ, in quo abſo-
lutus reus eſt, referre Bar. putat, ex qua cauſa abſolutus
reus ſit, an quia de iure, aut de dominio ſuo actor non
probauit, an quia ex contrario de dominio ſuo reus
oſtendit. Primo caſu locus exceptioni rei iudi. non eſt,
cum ob ius diuerſum prorſus agatur, idſt ob poſſeſſio
nem, & lata ſententia prior in petitorio ſit, inter quæ
commune quicq; non vertitur atq. huius ſecundum
hanc lectu. 1. in qua, & ſi caſus in poſſeſſorio retinendę
proponatur, ratio tamen eadem, & in poſſeſſorio adi-
piſcendę

Digitized by Google

piſcendæ videtur,vbicunq; ideo abſolutus reus in pe-
titorio eſt, q̃ fides dominij facta ab actore non ſit. ſic
dici non poteſt,extinctum poſſeſſionis ius per petito-
rium eſſe. Secundò caſu, cum idcirco abſolutus reus
eſt,q̃ de dominio ſuo ædocuit, ſiquidem de ſententia
ipſa abſolutoria, & conſequenter de dominio rei fi-
des incontinenti ſit, & obſtatura tunc exceptio rei iu-
di.erit.ſinautem cõfeſtim productio ſententiæ nõ ſit,
tunc vero locum exceptioni rei iudi.non eſſe,neq; di-
lationem ſententiæ producendæ cauſa reo conceden-
dam iuxta no.in d.l.ſi.de vi in fi.glo.magnæ.ſed enim
dilationem dandã,ſi paratus reus ſit in continenti pro
ducere, Caſtren.ibi putat colum.pen.in fi. in ſecunda.
lectura.

Quæ dicta hactenus circa lectu.hanc primam ſunt,
ad eũ caſum pertinent,quo iudicata,aut definita prius
cauſa petitoria eſt, deinde de poſſeſſione lis infertur.
vtrum exceptio rei in petitorio iudicatæ opponi poſ-
ſeſſorio poſſit cõſequenter vtrum a petitorio poſſeſ-
98 ſoriũ abſorbeatur. Quid ex diuerſo † ſi definita prius
cauſa poſſeſſionis ſit, in eaq; reus abſolutus, vtrum ſi
petitoriũ proponatur, ſentẽtia ei obſtet in poſſeſſorio
lata locum exceptioni rei iudi. omnino non videri,
Bar. primum argumentatur per tex.in l. & an eadem
in fi.infra de excep.rei iudi. Quem tex. pro exẽplo tex.
huius in prin.glo.1.hic profert.ſimiliter vltra Bar. tex.
hunc quaſi textum ſimilẽ in d.§.fi glo.ibi citat.in vtroq;
enim oſtenditur, ſeparatam cauſam poſſeſſionis atq;
proprietatis eſſe.ſed enim verum Bar.id ita putat,ſi ad
nexam cauſam proprietatis poſſeſſorium non habet.
tum enim præiuditium petitorio per ſententiam non
fieri,quæ lata in poſſeſſorio ſit,quo caſu locum textui
eſſe in d.l.& an eandem §.fi.ius aliud ſeruandum,ſi per
mixtam proprietatem poſſeſſorium habet,tum enim
ſententiam in eo latam pernicialem, & in petitorio eſ
ſe,id quia negocium vniuerſum ſententia ipſa dirimi-
tur quæ lata in poſſeſſorio mixto ſit d.l.2.§. quædam
& expreſſius in d.l.1 § fi.infra de aqua quoti.& eſti.hæc
ſunt quæ in lectura hac prima Bar.ſcribit, quam verã
quidem in ſe credit,ſed enim ex vaticinio cõſtare ait.

Ex dictis Bar.circa lectu hanc primam, & ex doctri
na eius circa exceptionem rei iudi.in petitorio, vtrum
in iuditio poſſeſſorio obſtet,cõcluſiones aliquot decer
puntur.Prima concluſio.exceptionem rei in petitorio
iudicatæ interdicto recuperandæ omnino non oponi,
ideſt diſtinctione non facta.ob quam cauſam abſolu-
tus reus ſit,ſiue quia dominium probatum actoris nõ
ſit, ſiue quia de dominio ſuo reus oſtendit. concluſio-
nem hanc ita generaliter, atq; ſine diſtinctione a Bar.
intelligi Soci hic obſeruat num.7. idq; ex tribus non
obſcurè oſtenditur.Primo cum Dyni opinionem im
probauit,qui recte opponi exceptionem rei iudi.ſenſit
vbicunq; ob id abſolutus reus in petitorio eſt, q̃ de iu
re ſeu dominio ſuo oſtendit.Namq; in caſu iſto ſolũ
modo Dynum loqui ſupra Bar. confirmauit. Secun-
do,quoniam nõ niſi in poſſeſſorio adipiſcendæ diſtin
ctione hac Bar. vtitur, ergo reijcere eam in alijs vide-
tur l.cum prætor ff. de iudi.l.maritus C. de procura.c.
nonne de præſumpt. tertio, quia ambiguitatis quic-
quam res non recipit,cum ideo reus abſoluitur,q̃ do-
minium probatum actoris nõ ſit. ſiquidem iuris quic
quam ex ea ſententia reus non conſequitur quod op-
poni interdicto poſſit.l. 2 ff.de vſufruc.l.eius qui verſi.
quas vero ff.ſi cer. pet.

Bar. opinionem latæ hic fabius defendit nu. 43. &
pluribus ſeq.Cum Bar.etiam Cardi.conſentit in conſi.
10.col. 2.circa prin.idem placere,& Caſtrenſi videtur
in d. l.ſi de vi col.fi.verſi. tertio fallit. in priore lectura.
99 vbi defectũ iuris † non pluſquam duplicem obſtare
poſſeſſorio ſcribit. Primus, quotiens in iure notorium
verſatur.veluti cum poſſeſſionem decimarum in alie-
na patrochia quiſpiam ſibi vendicat, eiq; ſpoliatum
ſe ait c.2.de reſti.ſpolia.lib.6.de quo plenius apud Ru-
beum hic num.151.& nu.163.Secundus defectus,vbi-
cunq; in facto quidem notorium.Cæterum damnum
non reparabile reſtitutio habet vt in caſu c. ſignificaſti
de diuor.incogitate tex.ille citatus a Caſtren. eſt,ſiqui
dem damnum ibi irreparabile non vertitur. niſi ſi dã-
num in hoc eſtimamus, q̃ vxorem adulteram vir co-
gnoſcit, quo nomine pęna a iure ciuili irrogata mari-
to legitur quaſi reus lenocinij videatur, & matrimo-
nij violandi cauſam præbeat l. 2.§.2.infra de adul.l ca-
100 ſtitati C.eo titu.Correus etiam adulterij † iure câno
nico vir cenſetur, qui vxorem adulteram ante pœni-
tentiam peractam admittit c.3.eo titu.c.1.& 2.32.q.1.
no.Caſtren. in conſi.402. hæc mulier lib.1.expreſſius
tamen caſus iſte ſecundus per tex.probatur in c.literas
de reſti.ſpol.ſed rationẽ aliam d.c.ſignificaſti.Caſtren.
idem aſcribit in d.l.ſi de vi num. 15. verſi. quintus eſt,
in ſecunda lectu. idcirco mulierem non reſtitui quo-
niã in id peccauit, ad quod reſtitui ſe poſtulat. Ad ma
trimonium enim ſeu poſſeſſionem eius reſtitui ſe po-
ſtulat.in quod offenſum ab ea eſt,q.d.culpa, aut vitio
ipſius mulieris ſit, quominus reſtitui debeat.quam re-
ſtitui debeat.quam reſponſionem ſentire, & fabius hic
videtur num.47. quamuis Caſtrenſem non nominet.

Si vtrunq; Caſtren. reſponſionem admittimus, tã
dominij irreparabilis,quam culpæ.Defectus triplex,&
ipſe notorius iuris agentis poſſeſſorio obſtabit.

Primus defectus quotiens in iure euidentia ſeu no-
torietas eius vertitur.ſecundus vbi in facto quidẽ no-
torium verſatur,verum,aut damnum irreparabile,aut
culpam ſpoliati res habet ſeu continet.Caſibus igitur
his tribus exceptis,cum Bar.opinione facere, non ob-
ſcure Caſtren. videtur, ne dominij, aut iuris defectus
notorius actori ſpoliato noceat. Bartoli etiam opi-
nioni ſimpliciter Ruin. aſſentitur in conſi. 59. col.2.in
fi.lib.4. Ale. in conſi. 200. nu.6.verſi.nec obſtat quædã
aſſerta ſententia lib.2.

Concluſioni huic Bar. maior. Doc. pars reclamat.
In quibus innoc.eſt in c. conſtitutus de filijs præsbi.
vbi exceptionem admittendam contra poſſeſſorium
recuperandæ putat,per quam ius ei nõ competere no
torie demonſtratur.ſeu per quam defectus iuris agen-
tis notorius ſit.ſed qui notorius defectus magis,quam
qui ex ſententia conſtat.prout infra oſtendemus.idem
Oldrado Placet in conſi. 224. iſtæ ſunt allegationes
num. 21. verſi. ſoluebat, & aliter, & num. 39.in conſi.
226.in fi.in conſi.227.num.4.in conſi.274.num. 3.qui-
bus in locis Innocentio aſſentitur in d.c.cõſtitutus.tan
tumq; exceptionem probandam poſſeſſorio huic re-
cuperandæ nõ nocere ait, aliter atq; ſi probata ſit.vbi
enim in manifeſto petitorium eſt,poſſeſſionem id ab-
101 ſorbet. per tex. in d.l.officium ff. de rei vendica † vbi
re in petitorio iudicata, rem ipſam reſtituere poſſeſ-
ſor cogitur,ergo ad rem inutilis poſſeſſio eſt,cum ſen
tentia lata in petitorio apparet.in eandem ſententiam
tex. citat in l.inuaſor C. vnde vi. vbi domino reſtitui
poſſeſſionem oportet.idem ex tex.probat in d.c. cum
dilectus de cau.poſ.& propie.& in c. ſignificaſti de di-
uor. Atqui probanda exceptio non obijcitur, de qua
pronunciatum iam ſit vnde ſi exceptio dominij ob-
ſtat,quę probata iam ſit,multo magis cum lata iã ſen-
tentia ſuper ea eſt.Bartolo quoq; contrarius Abb.eſt,
in c.cum eccleſia ſutrina num.26.verſi.ſecundo q̃ prę
do de cau. poſſeſſio. & proprie. & in c.in literis poſt.
auto.ibi num.9.& 10.de reſt.ſpolia,quod dicitur,reſti-
102 tuendum prædonem eſſe † locum non habere, quo
tiens cõtra dominũ prædo ſpoliatus agit, & prædonẽ
eum eſſe conſtat. ſequitur Ruin. in conſi.154.colu. 4.
in prin.lib.4.Rubeus, Alexandri, in conſi.167.col.4 &
apud nos in conſi.302.col.4.Caſtren. huc accedit in re
pe.d.l.

Digitized by Google

pe.d.l.ſi de vi nu. 15. in fi. verſi. decimus caſus. locum
regulæ de prædone reſtituendo contra dominum nõ
eſſe, cuius ius in manifeſto ſit. ſic diſſimilis ipſi ſibi Ca-
ſtren. videtur. Sententiæ huic Anchar. quoq; fauet in
conſi. 146. in prædicta quæſtione reperio colu. 2. poſt
med. verſi. & ſi dicatur. ferendam ſententiam in poſ-
ſeſſorio recuperandæ non eſſe, vbicunq; iura liquidata
petitorij ſunt. ſed vtrum ſententia ſuper poſſeſſione
dici ſumptuum cauſa, debeat, diſcutiendum in præſens
non duxi ſatis erit, ad rem Anchar. teſtimonium con
ferre, ne ratio poſſeſſionis recuperandæ habeatur, quo
tiens perſpicuum ius petitorij eſt. Atq; in ſpecie ſen-
103 tentiæ † ſuper petitorio latæ, recte, eam poſſeſſorio
recuperandæ opponi Oldra. ſcribit in d. conſi. 274. nu.
3. & in conſi. 311. allegationes nu. 9. in fi. Caſtren. in
l. pen. nu. 4. infra eo. & in repe. d. l. ſi de vi nu. 15. verſi.
nonus caſus cum alijs apud Alex. hic relatis in decima
fallentia. Soci. in conſi. 87. col. fi. lib. 3. Deci. in conſi.
191. col. 4. in fi. Ruin. in l. 1. in prin. nu. 50. & ſeq. ſupra
de oper. noui nuncia. Caſtellion. in allegatio. ſuis poſt
ſing. Cremenſ. col. 8. verſi. quarto, quia pars. Bal. huc
accedit in conſi. 370. ad euidentiam præmittendum
eſt, ꝙ ſpoliatus lib. 5. tradit Iaſ. hic nu. 43. & num. 49.
verſi. ſed tu aduerte. Ripa num. 35.

In ſpecie concluſionis huius plenius me occupandũ
non duxi, poſtquam recepta eſt, leuiaq; videntur, quę
contra opin. hanc crebriorem Fabius hic affert num.
43. ſi ſedulo obſeruentur. Declarationem tamen opi.
104 hæc contra Bart. admittit, † vt locum tum demuq;
habeat, ſi facta ſpoliatio ante ſententiam eſt de petito-
rio latam, incoipit nentq; ſententia ipſa in iudicio poſ
ſeſſorio producitur, fruſtra tum enim in poſſeſſorio
pronunciaretur, quandoquidem ſententia petitorij ſo
la ad executionem perducitur. d. c. cum dilectus. c. cum
ſuper, & c. cum eccleſia de cau. poſ. & proprie. Ratio
alia videtur, cum poſt ſententiam in petitorio latam
ſpoliatio ſequitur. Tum enim interdicto locus vnde
vi eſt neq; rei iudi. exceptio iuuat, ſiquidem imputan
dum ſpoliatori ſit, qui ſua ius ſibi autoritate dixit. Ita
Caſtren. explicat in d. l. ſi de vi col. pen. in fi. verſi. dic
ergo ſic. ff. de iudi. in ſecunda lectu. Idem Berenga. hic
viſum num. 43. in ſecundo capite repeti. quamuis de
Caſtren. mentionem non faciat, Sed enim declaratio
nem id inferius admittit.

Defenſa ex prædictis limitatio apparet, quæ regulæ
accommodatur, reſtituẽdum ante omnia ſpoliatum
eſſe, de qua in l. ſi maritus. C. de dona. inter virum, &
vxor. in d. l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad legem Iul. de
vi pub. & in l. ſi coloni C. de Agric. & cenſi. lib. 11. c.
cum quis, & c. ſolitæ de reſti. ſpolia. ne locum habeat,
vbicunq; de petitorio pronunciatum contra ſpoliatũ
eſt, fidesq; ſententiæ incontinenti fit. ſic exceptio rei
105 † in petitorio iudicatę interdicto recuperandæ ob-
ſtat. Non modo autem in re iudicata locum id obti-
net, verum etiam ſi conſtare aliunde poſſit, notorium
iuris defectum in ſpoliato eſſe, per inſtrumentum pu-
ta, quibus caſibus rem notoriam inſtrumentum facit,
de qua re dictũ verbis pluribus habemus in l. 1. in prin.
in prima q. Bar. ſupra de oper. noui nuncia. Rei cuius
ratio illa videtur, quoniam cum potentius poſſeſſorio
petitorium ſit, a quo poſſeſſio abſorbetur, abſurda res
videtur, a domino ipſo poſſeſſionem auferri, qui de iu
re ſuo fidem in promptu facit. Quæ ratio communis
generaliſvè in caſibus omnibus eſt, in quibus domini
ius notorium apparet. Ratio, & altera ſpecialis in caſu
illo vertitur, quo per ſentẽtiã in petitorio latam domi
nij ius apparet, ꝙ ſi locum exceptioni non eſſe rei iudi.
dicimus, cum interdicto recuperandæ agitur, conſe-
ſequens ſit, vt iudicium inane, illuſoriumq; in poſſeſ-
ſorio lex admittat. Inanis enim frugiq; nullius ſenten
tia in poſſeſſorio lata fieret, quandoquidem ad execu-
tionem perduci nonniſi ſententia debeat, quæ lata in
petitorio ſit d. c. cum dilectus de cauſa poſ. & proprie.
qua ratione in ſpecie hac Caſtren. vtitur in d. l. ſi de vi
col. pen. in fi. verſi. dic ergo ſic. in ſecunda lectura.
106 Sublimitatio † ad limitationem hanc accommoda
ta, ne locum habeat, vbicunq; poſt ſententiam in pe-
titorio latam ſpoliatio admittitur. Tum enim reſtitui
ante omnia ſpoliatum oportet, ne occaſio præbeatur
autoritate propria, ſententiam exequendi. Vnde in
culpa victor eſt, qui ſententiam in petitorio euicit, cur
non per iudicem adeptus poſſeſſionem eſt, cum facil-
lime conſequi id poſſet. Quæ ſublimitatio decerpta
ex Caſtrenſi eſt in repe. d. l. ſi de vi colu. pen. in fi. verſi.
hic ergo ſic. Idem Ripa hic poſt Alex & poſteriores
ſcribit num. 44. Ratio tamen Alex. & Ripæ non mo-
uet, quæri dominium poſt ſententiam ab actore po-
tuiſſe, cum id docere replicãdo poſſit atq; ideo inanis
dominij exceptio per replicationem fiet. Rurſus cum
declaratus dominus reus ſit expreſſim, vel tacite do-
minio ab eo probato, vt Caſtren. docet in l. ſi inter me
infra de exceptio. rei iudi. ab alio dominium acquiri,
quam à reo non potuit ob id credibile non eſt, ſpo-
liationem à reo fieri, qui ius omne à ſe abdicaſſet.

Sed videndum in ſublimitatione hac, quo declara-
ri exemplo poſſit. Exemplum enim ad eam nõ com-
petere, a partibus latis enumeratis dominus Iacobus
Philippus Sormanus ex Mediolano Ciuis Auditorq;
noſter, non inſcite argumentatus eſt à proxima ſupe-
riore lectione. Siquidem ad ſpeciẽ lecturæ huiu pri-
mæ ſublimitationem ipſam referimus, ita vti referen-
da videtur cum Bartolum Caſtren. improbet. cum re
cepta Doct. opinione ſentiendo, ex qua limitatio re-
gulæ decerpitur, reſtituendum ſpoliatum ante omnia
eſſe, ne locum habeat, vbicunq; defectus iuris actoris
notorius per ſententiam eſt in petitorio latam. Quam
limitationem deinde Caſtren. ſublimitat, ne locũ ha-
beat, vbicunq; poſt ſententiam ſpoliatio ſequitur. Sic
cum Bartolum, Caſtrenſis incuſet, vtriq; in ſpecie quę-
ſtionis Bart. loquitur. Ideſt cum abſolutus reus ideo
proponitur, ꝙ de dominio ſuo edocuit, & conſequen-
ter cum in rei gratiam ſententia dicta ſuper petitorio
eſt. Quod cum ita ſit, aut apud reum poſſeſſionẽ fuiſ-
ſe, aut apud actorem, aut apud tertiũ dicimus. Si apud
reum, in expedito res eſt, exemplum vllum accommo
dari ſpoliationis non poſſe. Si apud actorem poſſeſſio
ipſumq; ſcientem erat, amiſſa poſſeſſio petitorio age-
do eſt, vt inferius Bart. tradit nu. 8. ea propter interdi-
ctum ei ad poſſeſſionem recuperandam non compe-
tit, cui renunciatum ſit, ſiquidem regreſſus dari ad ius
remiſſum non ſoleat l. ſi iudex. ff. de minor. l. cum te,
& l. fi. C. de remiſſio. pign. c. ex tranſmiſſa de renun-
cia. c. ex ore de priuil. c. quam periculoſum. 7. q. 1. & id
genus alia. ſin autem ignorans poſſeſſionis erat, quia
per filium putat, aut ſeruum actor poſſideret, ergo rei
vendicatione agi cũ aduerſario non potuit, apud quẽ
poſſeſſio, detentatiove non erat. l. officiũ. ff. de rei ven-
dica. l 1. C de alie. iudi. mu. cauſa fac. c. examinata de
iudi. vnde abſolui tum reus debet, quia actor non pro
bauit, quod probari ab eo oportebat, ideſt ab aduerſa
rio rem poſſeſſam. l. ſi à te in prin. infra de excep. rei
iudi. Quod ſi apud tertium poſſeſſio erat, à controuer-
ſia vacua res videtur, ſpoliari actorem poſt ſentẽtiam
non poſſe, cum apud eum poſſeſſio non eſſet. l. decem
infra de verb. oblig.

Ad argumentum hoc primo loco reſpõdi, accom-
modari exẽplum poſſe, cũ ignarus poſſeſſionis actor
erat, quia per filium, aut ſeruũ poſſidebat. qua poſtea
ſpoliatus poſſeſſione eſt. Sed enim replicatum ſubin-
de fuit, ſi apud filium, aut ſeruum poſſeſſio erat, ergo
non apud reum, atq; ideo cum reo exerceri petitoriũ
non potuiſſe. Quæ replicatio diluta à nobis non eſt.
Vnde

Digitized by Google

vnde reſponſione nunc triplici replicationem ipſam
refellimus. Principio verum eſſe, contra eum petito-
107 riu…ant rei vendicationem † non dari, qui rem nō
poſſidet. vt litem actor euincere, remq́; auferre a reo
poſſit. Cæterum nihil prohibet, quominus in ſui perni
ciem cum eo actor petitorio experiatur, apud quem
res non eſt, atq; ideo abſolui reus debeat actore non
probāte. Quocirca in iuditio ita ab actore temere in-
ſtit…o licentia reo erit, dominij ſui fidem facere.

Secundo reſpondetur, actoris etiam temeritate ceſ
ſante, contra eum, qui non poſſidet, actionem realem
competere, ſi quaſi poſſeſſor liti ſuſcipiendæ ſe offert
l.ſi is qui obtulit, & l. is qui ſe obtulit cum.ll. duabus
ſeq.ff.de vendica. Atq; ideo facultas reo erit, ſub iudi-
cio ipſo de iure ſuo dominij ratione, oſtendere. ſed.n.
apud tertium poſſeſſionem eſſe reſponſio hæc facit.

Tertiò reſpondetur, ſicut in actore ignorantia ad-
mitti circa poſſeſſionem ſolet, ita, & in reo. Quocirca
fieri poteſt, vt poſſidere reus ſe credat, & quaſi poſſeſ-
ſor rei vendicationis iuditium excipiat, quamuis apud
eū vere poſſeſſio non ſit d.l.ſi a te in prin.& §. 1. infra
de excep. rei iudi. in caſibus his tribus exemplum ſub-
limitationi applicari Caſtren. poterit. obſeruandum
tamen in caſibus his duobus, quamuis apud rerū poſ-
ſeſſio non eſſet, attamen nec apud actorem fuiſſe. ꝙ
cum ita ſit, quomodo ſpoliari actor potuit.

Exemplo, & altero ſublimitatione declarari Ca-
ſtrenſ. dicebat, cum ſententia petitorij dicta in gratiā
actoris eſt, ſi ante executionem per iudicem factam,
ius ipſe ſibi auctoritate ſua dicat, poſſeſſionēq; a reo
auferat. ſi dixeris, exemplum hoc doctrinæ Bar. nō cō-
uenire, qui in ſententia loquitur, quæ abſolutoria pro
reo fertur, quia de dominio ſuo edocuit. conſequen-
ter extra regulam Caſtren. ſublimitationem eſſe con-
tra doctri. Bar. in l.in his ff. de.ll. & in l. 1. infra de reg.
iur. Reſpondetur, Immo Bar. doctrinæ exemplū hoc
congruere. Quoniam, & ſi caſus lecturæ huius primæ
ad reum pertineat, attamen doctri. Bar. generalis eſt, vt
ſententia in petitorio lata, contra interdictum recupe-
randæ non obſtet, ſiue pro reo ſiue pro actore iudica-
tum in petitorio ſit. Proinde cum recepta Bar. hæc do
ctri. generalis non ſit, verum à Doc. repudietur, cum
notorius iuris agentis defectus eſt, induci non difficul-
ter quiſpiam poterat, vt crederet, locū ſententiæ huic
contra Bar. generaliter atq; ſemper eſſe, & conſequen-
ter cum lata pro actore ſententia, ius ſibi actor auto-
ritate ſua dicit, reumq́; ſpoliat. Eapropter reſtrictio, ſeu
ſublimitatio hæc adiecta a Caſtrenſi eſt, ne ad caſum
iſtum ſententia Doc. contra Bar. trahatur.

In alio planè a controuerſia vacua Caſtren. ſubli-
mitatio non videtur. ꝙ generalis plus nimio eſt, vt nū-
quam poſſeſſorio recuperandæ ſententia obſtet in pe
titorio lata, vbicunq; poſſeſſio occupata poſt ſententiā
ipſam eſt. Admittendam quippe eo caſu ſublimitatio
108 nem non puto, † quo iure ſuo is non decidit, qui ius
ſibi autoritate ſua dicit, de qua re no. in l. meminerint
& in l ſi quis in tantam C. vnde vi. & apud. Alex. hic
num. 14. Etenim ſi ſaluum ius ſuum manet, cur de eo
opponendi facultas non erit. cum in promptu fides
eius fiat.

109 **Hoc amplius, Antonio de Bu. † viſum in c. 2. ante
fi. de cau. poſſeſ. & proprie. opi. hanc contra Bar. vt ex-
ceptio defectus notorij iuris agentis interdicto recu-
perandæ obſtet, locum tum etiam habere, cū pœnas
quis ſubijt, de quibus in d.l. ſi quis in tantam. ratione il
la mouetur quoniam iure ipſo pœnæ illæ non irrogā
tur. conſequenter cū iure ipſo dominio priuatus ſpo-
liator non ſit, liberum ei erit, de dominio ipſo fidem
e continenti per ſententiam facere. q.d. ſi de pœnis d.
l. ſi quis in tantam actor replicet, triplicare reo licebit,
de pœnis illis poſtea videndum. ſatis in præſentia eſſe,**

locum interdicto recuperandæ non videri, cui excep-
tio petitorij obſtet, de quo per ſententiā apparet. qua
ſententia Alex. hic. vtitur num. 14. contra Ange. ean-
dem opi. contra Ang. Ruin. amplectitur in conſi. 42.
num. 10. in fi. & in conſi. ſeq. nu. 14. in fi. lib. 4.

Ab Alex. tamen fabius hic ſimpliciter recedit nu.
45. verſi. vltimo pro hac opinione. & num. 50. in fi. quę
opinio verior mihi videtur. Ex rationibus enim qui-
bus receptum dicitur, vt dominij exceptio obſtet, nul-
la hic verſatur. Non illa, ꝙ potentius ius petitorij poſ-
ſeſſorio eſt, quoniam locum id in petitorio habet, ꝙ
duraturum ſit aliter atq; ſi reuocabile ob pœnas eſt, d.
110 l. ſi quis in tantam, cum nihil interſit, † vtrum domi-
nium quis non habeat, an habeat quidem, ſed reuoca
bile. l. ſenatus §. fi. ibiq; Caſtren. ff. de lega. 1. l. qui decē
§. qui homine in fi. infra de ſolutio. l. in bello §. ſi quis
ſeruum infra de captiuis vnde improprie dominium
dicitur, quod reuocari poteſt l. ſi quis ſeruū ibiq; Are-
ti. ff. de acq. hæredi. lex huc pertinet in l. non quocunq;
modo in prin. ff. de lega. 1. Secunda item ratio non ob
ſtat, ꝙ fruſtra de poſſeſſorio diſputatur, poſtquam ad
executionem ſententia non perducitur, petitorio al-
terius iam diudicato. Immo enim ad executionem ſē-
tentia poſſeſſorij perueniet, ſi in pœnas d.l. ſi quis in tā
tam aduerſarium cōmiſiſſe pronūciatur. tertia deniq;
ratio non mouet, dolo petis quod reſtiturus es. nulla
quippe reſtitutio fit, ſi pœnis d.l. reus afficitur.

Ex Bar. deniq; opinio hæc Anto. de But. & comū
eius debellatur in l. filiam fratribus ff. ad trebelia. vbi
111 quibus caſibus † exceptio dominij poſſeſſorio adi-
piſcendę obſtat, ideſt quotiens in continenti probatio
eius offertur, locum id non habere ſcribit, ſi vicioſa rei
conuenti poſſeſſio eſt, veluti cum aduerſus hæredem
interdicto quorum bonorum contra fideicommiſſa-
rium agentem, exceptio fideicommiſſi objicitur, quā
incontinenti probaturum ſe fideicommiſſarius offert
112 audiri † enim fideico[…]miſſarius non debet, ſi vicio-
ſe adeptus poſſeſſionem eſt, autoritate propria puta.
ſequitur Deci. in conſi. 424. num. 18. verſi. non obſtat,
quod ſupra dicitur. quod Bar. dictum ratione fortiori
hic monet. Namq; ſi interdicto adipiſcendæ exceptio
dominij non obſtat, vbicunq; victum excipientis poſ-
ſeſſio habet, longe minus obſtatura interdicto recupe
randæ erit. quod priuilegiarium magis nō. Paulo eſt,

Neq; ratio Anto. de But. mouet in d.c. 2. circa fi. de
cau. poſ. & proprie iure ipſo pœnas non committi, de
quibus in d.l. ſi quis in tantam. Reſponſio enim ex prę
dictis apparet, ideſt ſatis eſſe, ꝙ in pœnas condemnari
reus debet, in quibus illa eſt de dominio amittēdo vn
de cum reuocabile dominium illud ſit, de eo intelligi
concluſio Doc. non debet, vt propter id locus interdi-
cto eſſe recuperande non debeat, cum nihil referat,
an dominium quis non habeat an reuocabile, vti di-
ctum ante habemus.

113 Secundo reſpondetur, æqualitatē † in iudicijs ſeruā-
dam l. ſi cum dies §. ſi Arbiter in fi. ff. de Arbi. l. fi. C. de
fructi. & lit expen. l. in ſacris la grand in fi. C. de proxi.
ſacro ſcrin. lib. 12. c. cum inter, ibiq; Deci. in ſexto no-
ta. de excep. Proinde ſi licentia reo eſt, de dominio no
torio excipiendi, a que facultatem actori dari replican
di conuenit, iure illo priuandum reum eſſe, qui autori-
tate ſua ius ſibi dixit Et eo nomine de priuatione ipſa
vna ſimul cum poſſeſſorio iudicandum.

114 Eque tex. non mutat † in c. 3. de diuor. quē pro An-
to. de But. Alex. hic inducit. vbi exceptio affinitatis no
toriæ inpedimento vxori non eſt, poſſeſſorio recupe-
randæ agenti, quominus reſtitutio fieri poſſeſſionis
debeat. id quia ſententiam diſſolutionis, aut ſeparatio
nis matrimonij exceptio illa exigit. ob id opponi ante
ſententiam latam. non poteſt. Nam ex diuerſis Alex.
argumentatur, ideſt à caſu non priuilegiario, ad priui-
legia-

Digitized by Google

legiarium a ſpoliato ad ſpoliatorem. ſpoliator in d. c. 3. exceptionem illam contra ſpoliatum non opponit, neq; reſtitutionem impedit. ſic ſpoliato ibi fauor iſte præſtatur, ne exceptionem illā ſuſtineat, ergo ius idē ſeruandum, & in fauorē ſpoliatoris ad reſtitutionem poſſeſſionis impediendam, econtrario erit, vt exceptionem ei obijcere dominij liceat, quo priuari debet, antequam priuatus eo ſit.

Si dixeris, in iuditio hoc recuperandæ replicationē
315 admittendam priuationis non eſſe † quæ ad petitorium ſpectat, & per quam in longius iuditium ipſum poſſeſſorium, ſummariumq; protelatur. reſpōdetur, obijci id a reo non poſſe, petitorij exceptionem ipſe oppoſuit. atq; ideo cauſā ipſe petitorij exercendi præbuit l. 1. §. ſi omnes in fi. ff. de ventre inſpi. l. 1. §. quod autem infra quorum lega. glo. in l. 2. in glo. magna in fi. ff. quan. actio de peculi. eſt, annal. Paul. de Ca. in cōſ. 307 videtur ꝙ non retineant col. 2. circa med. lib. 2.

Secundò iniquum, abſurdumq; fieret, facultatē cōtra exceptionem replicandi actori non dari, vnde diſparitas inter litigatores admittitur, per ea quæ dicta ante ſunt.

Tertiò reſpondetur, in fauorem id ſpoliati introductum, vt ſummarium poſſeſſorium ſit. ob id onerosū eſſe ei non debet l. quod fauore C. de ll.

Quartò ſi priuationis cauſam in iuditium principaliter deducere actor ꝑmittitur, multomagis incideret replicando Bar. & alij in l. iuſiurandum quod ex conuentione nu. 5. ff. de iureiuran. Areti. in conſi. 65. col. fi. in tertio dubio. Deci. in conſi. 14. ante fi. tex. huc pertinet in l. 3. C. de iudi. Regula huc ſpectat, de qua in l. inuitus §. cui damus infra de reg. iur. ſi dixeris, quantum hoc argumentum ex tex. confutari in d. c. 3. de diuor. vbi non auditur maritus, qui exceptionem affinitatis contra matrimonium opponit, Atqui principaliter agendo, recte impedimentum illud in iuditium deduci. Reſpondetur, locū argumento huic quarto in odium ſpoliatoris non eſſe, qui facilius agendo, quam excipiendo auditur. Petitorium enim agendo proponit quāuis de eo nō excipiat, id quia reſtitui ante omnia ſpoliatū oportet. d. l. ſi quis ad ſe fūdū, & id genus alia.

Poſtremo monendi ſumus, contrariū ſui ipſius cui-
316 dentiſſime Alex. deprænhendi † Namq; opi. Antonij de But. amplectitur in d. c. 2. circa fi. de cau. poſ. & proprie. exceptionem proprietatis notoriam admitti contra interdictum recuperandæ, quamuis in pœnas d. l. ſi quis in tantam reus inciderit. id quia iure ipſo cōmiſſio pœnarum non inducitur, verum ſententia deſideratur. conſequenter cum ſaluum dominij ius ante ſententiam priuationis maneat, recte id opponi a reo poterit. Ratio hæc locum tum etiam habet, cum poſt latam in petitorio ſententiam victus ſpoliatur. non enim iure ipſo dominium ſuum ſpoliator amittit. verum opus ſententia priuationis eſt. Atqui dominij exceptionem, quamuis ſaluum maneat, denegari Alex. hic ſcribit num. 12. verſi. ſecus ſecundum eum ſi ageretur interdicto recuperandæ, & numero. 14. in fi. verſi. vnam limitationem.

Conſequens his fit, ex duobus alterum admittendum vel falſam Caſtren. ſublimitationem, vel falſam Anto. de But. opi. ampliationemvè eſſe in d. c. 2. neq; defendi vtranq; poſſe, quamuis vtranq; ſecutus Alex. ſit. æa propter melior Caſtrenſis quidem ſublimitatio videtur, vt exceptio opponi rei iudi. non poſſit, ſpoliatione poſt, ſententiam facta, at non ita generaliter, vti affirmata a Caſtren. eſt, verum eo caſu ſolummodo, quo in pœnas d. l. ſi quis in tantam ſpoliator incidit. quicquid aliter Alex. viſum ſecum pugnanti, &
317 comitibus eius ſit. ſublimitationem ſecundam † limitatio memorata admittit, vt locum tum deniq; habeat, ſi de dominio ſuo reus excipit, quia ad eum puta ſententia pertineat, quæ lata petitorio ſit. Cauſa alia eſt, ſi pro tertio ſententia in petitorio dicta contra ſpoliatum eſt, ibi enim de dominio tertij excipere reo nō licet, quoniam quod ad eum attinet, iuſta ſpoliati poſſeſſio habetur l. 1. in fi. cum l. ſeq. infra vti poſſi. ita Abb. in d. c. in literis numero 9. de reſti. ſpolia. idem Caſtren. ſentit in d. l. ſi de vi numero. 15. verſi. decimus caſus idem etiam ex *Bar.* colligitur in conſi. 81. Martinus formionis numero. 4. verſi. ſed poſito quod verum diceret.

Hicq; obſeruandum, cum de exceptione rei iudi. tractatur, vtrum interdicto recuperandæ obſtet, non eo id pertinere, quaſi iudicatum de poſſeſſorio ſit. verum an ideo exceptio rei in petitorio iudicatæ obſtet ꝙ notorius iuris in agēre defectus ex re ipſa iudicata fiat. vt fabi. hic not. nu. 42.

Limitationes, & aliæ non paucæ ad regulam memoratam d. l. quis ad ſe fundum, & alias conſimiles ab Alex. & poſterioribus hic traduntur, ad quos adire licebit. in his enim occupatum me eſſe per temporis anguſtiam oportet, in quibus nodi duriores verſantur.
318 Secundà concluſio † ex Bar. colligitur. interdicto retinendæ dominij reiq; iudicatæ exceptionem non obſtare. quæ concluſio generaliter intelligi ſimiliter vt prior debet, ideſt, etiam cum ideo iudicatum in petitorio ſit, ꝙ præſtitæ dominij probationes ſint. ideq; ex rationibus tribus, quibus, & concluſionem primam generaliter intelligendam diximus concluſioni huic diſputando Iaſ. conſentit nu. 49. Bar. etiam, & Iaſonē cōſulendo ſimpliciter Soci. Iun. ſequitur in conſi. 126. num. 6. & ſeq. lib. 2. A concluſione hac in exceptione rei iudi. Vulgo. Doc. diſcedunt. Namq; ſi interdicto recuperandæ exceptio hec rei iudi. obſtat, multomagis interdicto retinendæ. fauorabilior quippe cauſa ſpoliati, quam turbati eſt, cum grauior expulſiua, quam turbatiua vis ſit, grauis enim delictum ex pena grauiori cognoſcitur l. qui cum maior §. 1. ff. de bonis liber. l. reſcriptum ff de his quib. vt in dig. l. 2. infra de pub. iud. l. quod ad ſtatutum infra de penis l. ſi quemquam in fin. C. de epi. & Cleric. non afferamus 24. q. 1. freder. de ſenis in conſi. 18. in prin. & in conſi. 22. in prin. Bar. in l. ſeruia in prin. ff. de accuſa. & in l. non ſolum §. ſi mandato ff de iniur. Signorol. in conſi. 23. colum. 3. in fin. & in conſi. 119 colu. 3. poſt, med. ſed enim pœnis grauioribus expulſiua vis atq; turbatiua coercetur vt patet ex l. meminerint, & l. ſi quis in tantam C. vnde vi in quibus iure ſuo carere violentus iubetur vltra pœnas alias in d. l. ſi quis in tantam expreſſas. Quibus pœnis locus in vi turbatiua non eſt, quas. ll. in ſententiam hanc fabius hic profert numero. 49 & numero. 58. idem ex glo. probatur in l. 1. §. fi. in glo. pen. in fi. infra vti poſſi d. itaq; ſi exceptionem hanc rei iudicatæ violētus habet, qui acrius offendit, lōge magis eā habiturus turbator erit. qui delicto leuiore tenetur.
319 Secundò † priuilegiarium magis interdictum recuperandæ, quā retinendæ eſſe. ex alio probatur, nāq; prædoni etiam, recuperandæ interdictum datur l. 1. §. ſi prædo, & l. bonafides ff depoſi. l. 1. §. a me vi & l. colonus infra de vi & vi arma. §. recuperandæ inſti. de interdic. d. c. in literis de reſti. ſpolia. Bal. in conſi. 135. in cauſa egregij in prin. lib. 2. idq; locum, & contra dominum habet, ius cuius in manifeſto non eſt, vti dictum ſuperioribus habemus. ius aliud in retinendæ interdicto ſeruandum, quod ei non competit, qui vi, clam, aut precario ab aduerſario poſſidet d. l. 1. in fi cū l. ſeq. infra vti poſſi. l. 1. C. eodem titu. vnde ſi viciū hoc violentiæ, aut clandeſtinitatis docere reus velit, audiēdus erit, quāuis in euidenti nō ſit. itaq; ſi exceptio hæc rei iudi. violēto non denegatur, longe minus deneganda turbatori erit, cui plus conceſſum circa excipiendi ius, quam violento legitur.

Neq;

Neq; aliud in interdicto retinendæ dicturus Bar.fue
rat.ſi locum exceptioni huic eſſe in recuperandę inter-
dicto credidiſſet.

Ratione,& alia iuuari opinio hæc contra Bar. vide-
120 tur.namq; ſi in eum interdictum retinendæ † nō da-
tur,a quo iniuſte actor poſſidet d.l.1.§.fi.cū l.ſeq. infra
vti poſſid.d.l.1.ibiq; Sali.in ſeptima oppoſi. C.eo. titu.
Nonne iniuſta actoris poſſeſſio videtur,poſtquam ſen
tentiam paſſus in petitorio eſt,reiq; dominus expreſ-
ſim,aut tacite aduerſarius declaratus.in fide enim ma-
la dicitur,qui rem tenet,quam ad alium pertinere ſcit
l.item veniunt §.petitam ff.de peti.hæredi l.quæſitum
ſupra titu.1.l.ſi terius teſtamento infra de ſtipul. ſer-
uor.l.bonefidei a ſenſu contrario infra de reg. iur. c.fi.
in fi.de præſcrip.Bar in l.illud ff.de peti.hæredi.Bal.in l.
poſt ſententiam num.8.C. de ſenten. Reſponderi ta-
men poteſt,ſatis non eſſe iniuſtam poſſeſſionem eſſe,
niſi vi,aut clam allata cui ſit, vt quoad eum poſſideri
iniuſte dicatur.

Apparet ex his,concluſionem negatiuam ex dictis
Bar.deſumptam,rei ſuper dominio iudicatæ exceptio
nem in interdicto retinendæ non obſtare,è cōtrario in
121 affirmatiuam vertendam † ideſt ſententiam in peti-
torio latam poſſeſſorio recuperandæ nocere. Quam
concluſionem ita affirmatiue conceptam Caſtren. re
ſtringit in d.l.ſi de vi in fi.in ſecunda lectura,vt locum
tum demq; habeat, ſi reus interdicto hoc conuentus
poſſidere,& ipſe ſe aſſerit.ibi enim rei iudi. ſeu domi-
nij exceptionem,de quo iudicatum ſit recte opponi,
id quia æqualitate probationem circa poſſeſſionem
interueniente,potior eius cauſa eſtimatur, qui de titu-
lo ſententiæ,aut alio docet ius aliud ſeruandum, cum
ſe poſſidere reus non contendit. Phas enim victori
non eſt, victum,poſſeſſoremq; poſt ſententiam turba
re,ne ius ſibi quiſquam autoritate ſua dicat,reſtrictio-
ne aut declaratione hac fabius hic vtitur num.59.in fi.
quamuis de Caſtrenſi mentionem non faciat. Adda-
re limitatio,aut reſtrictio hæc Caſtrē. ex ſublimitatio-
ne eiuſdem videtur,quam ad interdictum recuperan-
dæ aplicauit licentiam victori in petitorio non eſſe,vi-
ctum poſt ſententiam ſpoliandi. Atq; ideo exceptio-
nem ex ſententia deſcendentem ſpoliato agenti non
obſtare. quam ſublimitationem Alex.alijſq; placere,
ſupra oſtendimus quamuis recepta a nobis eo caſu
non ſit,quo locus pœnis eſt d.l.ſi quis in tantam. Ra-
tio enim eadem, & in poſſeſſorio retinendæ verſatur,
& illa quidem præcipue,ꝙ exceptionem rei iudi.in eo
producere non poteſt,quod natum ad huc de tempo
re ipſius ſententiæ non erat vnde cum facta turbatio
non niſi poſt ſentētiam ſit, quomodo circa turbatio-
nem futuram exceptio produci rei iudicatæ potuit.
122 Sed videndum, † quia reſtrictione, aut limitatione
hac Caſtren.admiſſa,nihil aliud quam Bar.opinio cō-
firmatur.cui idem viſum ſit,vt exceptionem oppone-
re hanc liceat,æqualitate probationum interueniente,
eo demum caſu exceptionem rei ſuper dominio iudi
catæ reijcit, quo paritas probationum ceſſat,iuſtiorq;
actoris probatio apparet. Doc. planè generaliter a
Bar.diſcedunt,diſtinctione non facta, vtrum ſe poſſi-
dere reus contendat, a quo turbatio ſit, an non con-
tendat,eque diſtinctionem non adhibent,vtrum ante
ſententiam an poſt,turbatio interuenerit. Atqui tem
poris diſtinctio adhibita veriſimiliter fuiſſet, ſi ius idē
ſeruandum in poſſeſſorio retinendæ, atq; recuperan-
dæ crediſſent l.ſi ſeruum §.non dixit prætor ff. de acq.
hæredi.l.ſtichum qui meus erit ff.de lega.1.l.vni.§.ſi-
nautem ad deficientis C.de cadu.tollen.

Neq; ad rem Caſtren.ratio attinet,ꝙ executionem
autoritate ſua victor faceret,ſi impune turbare poſt ſē
tentiam liceat. Quoniam negatur, ex turbatione ſola
executionem fieri,cum res aduerſario non auferatur,
longeq; inter turbationem, & ablationem poſſeſſio-
122 nis diſtat,ſiquidem facilius † turbatio, quā ablatio
aut expulſio conceditur, vt glo. Bar.q; no.in d.l.1.§.fi.
infra vti poſſi.de quo vberius dictum habemus in l.1.
in prin in tracta.cuius poſſeſſionis ſexta eius parte, in
quarto effectu, & in ſublimitatione limitationis eius.

Nihilo magis Fabij ratio mouet,fieri poſſe, vt iuſte
poſſeſſio quæſita poſt ſententiā ſit. Ridicula enim ra-
tio hæc videtur. quandoquidem replicandi ius actori
non deſit,ſi iuſte poſſeſſio quæſita poſt ſententiam ſit.
Secundum quæ, limitatio hæc admittenda Caſtren.
non videtur.

Neq; ad rem attinet,exceptionē rei iudicatę ab tur-
bationem futuram ex ſententia non oriri,cum niſi ad
ea ſententia non trahatur,quæ deducta in iudicio sūt.
l.non quemadmodum ff.de iudi. Qua ratione ad ſpo-
liationē poſtea ſecutam ſententia nō porrigitur. atq;
ideo de ea opponi ab eo non poteſt, qui poſt ſentētiā
ipſam victum ſpoliauit. Nemq; reſpōdetur, in conſe-
quentiā ſententiæ permiſſionē hanc turbationis venire.
123 quoniā hoc ipſo, ꝙ dominus † quis declaratur, poſ-
ſeſſionem reſtituere aduerſarius iubetur etiam ſi ex-
preſſum id non ſit,cum in antecedens neceſſarium ve
niat.ſicut ex diuerſo ſi rem reſtitui in actione reali iu-
dex præcipit,dominum actorem declarare in antece-
dens neceſſarium creditur Bar.in l.& ex diuerſo §.1.ff.
de rei vendica Areti.in conſi.155.diligenter nu 6,verſi.
ergo datur intelligi.idem ex Caſtren. probatur in cōſi.
232. in cauſa quæ vertitur p̄ſis inter dominam bicē
colm. 1.lib.1. itaq; iniuſta poſſeſſio victi in petitorio
haud dubie poſt ſententiam apparet, ſiquidē reſtitue-
re eā victori debet.iniuſtitia planè poſſeſſionis admiſ-
ſa,conſequens ſit, licentiam victori eſſe,a quo iniuſte
poſt ſententiam victus poſſidet, victum ipſum impu-
ne turbandi,vti dictum mox habemus.ad quem mo-
dum rem expendendo,ad ius de futuro ſententia non
turbatur. Immo enim in iudicio ipſo hoc inerat, vt
poſſeſſionem ipſam veluti iniuſte contra dominum
retentam aduerſarius reſtitueret.& quamuis iuſta ini-
tio eſſe rei poſſeſſio potuerit,attamen iniuſta fieri poſt
ſententiam cœpit. nihil planè intereſt, vtrum iniuſta
initio ipſo poſſeſſio ſit,an iniuſta poſtea fiat l.1. in fi.&
l.nihil ff. de condi. ſine cau. Cauſa multo alia ſpoliatio-
nis eſt, quæ venire in conſequentiam ſententiæ nō po
teſt,ſiquidem poſſeſſorē ſpoliare nec iniuſtū phas eſt.

Limitatur ſecundo concluſio hæc affirmatiua con-
124 tra Bar. ne locum habeat † quotiens ius dominij in
ſententia non venit expreſſim, aut tacite verum ob id
abſolutus reus eſt ꝙ fidem domini actor non fecit. fru
ſtra enim de dominio p̄ ſentētiā opponēdo diſcepta-
tur quę dominiū ipſū neq; explicite neq; implicite cō
tinet.quocirca opponi nō poteſt ꝙ nō eſt l.4.§.1.ff. de
actio.empti.l.4.ff loca.l. adeo §. ꝙ ſi toto verſi. & qui
viciū prędiū nullū habet ſupra titu. 1. ex tex. limitatio
hęc ſignificantius iuuatur in d.l.ſed, & ſi poſſeſſori in
prin.ff. de iureiur.in d.l.ſi inter me, & in l.ſi quis ad ex-
hibendum infra de exceptio rei iudi.

125 Quid in exceptione alia ꝓprietatis,† quā ex ſentētia
deſcēdēte,& quę ꝓbata ſit,vtrū interdicto retinēdę ob
ſtet.Ripa hic nu 98.nō obſtare ait ex Alex in cōſ.45.in
fi.lib.3.& in cōſ.88.col.3.lib.5.Corn.in cōſ. 227.lib.3.
ſed cōtrarij dicto huic oldra.cęteriq; Doc.ſunt in pri-
ma cōcluſione cōtra Bar.ꝓlati.quibus viſū eſt, interdi
cto recuperādę exceptionē dominij ꝓbati nocere.lon
ge magis tātundē admittēdū in poſſeſſorio retinēdę e-
rit,ne pluris aliquid ſpoliatori quā turbatori leuius de
linquenti, excipiendo tribuatur.

Secundò contrarius ſui ipſius Ripa videtur, qui al-
tercationē maximam eſſe inter Doc.ſubijcit, vtrū ex-
ceptio dominij incontinenti probandi interdicto reti
nendæ opponatur.quid ita igitur habere pro expedito
potuit

Digitized by Google

ponit,exceptionem nõ obſtare, quæ probata iam ſit.

Neq; ad rem Alex.attinet,in conſi.a Ripa nominatis quoniam in exceptione dominij probati non loquitur,at tituli.Longe porro inter dominium,& titulũ probatum diſtat.ſiquidem ex titulo dominiũ non probatur.verum modus dominij acquirendi habetur. vti ſcriptum apud nos legitur in conſi. 57. nu.3. in conſi.
126 124.nu.11,& ſeq & in conſi.134.nu. 2.idq; † ex tex, probatur inſti,de vſucapio.in prin.vbi adminiculi vice ad dominium vſucapione acquirendum titulus habetur, ſi poſſeſſio temporis conſtituti interueniat. Atqui ſuperuacua poſſeſſio eſſet, ſi ſatis titulus ſolus ad dominium probandum ſit æque ad rem Corn.non attinet in d.conſi.227.lib. 3. quoniam in exceptione probata non loquitur,verum in exceptione ſimulationis, quæ indaginem, moramq; lõgiorem expoſtulat.vſq; adeo vt nec adipiſcendæ interdicto obſtet,ſic quomodo in concluſione ſequenti, atq; in tertia illatione dicemus.
127 Sententia memorata,† ne dominij exceptio interdicto retinendæ obſtet,de qua per ſententiam non cõſtat,locum duobus concurrentibus non habet.ideſt ꝙ effectum recuperandæ interdictum retinendę habeat, & ꝙ in cõtinẽti dominij ꝓbatio offeratur. vt hic apud Alex.nu.35. effectum planè recuperandæ quãdo interdictum retinendæ habeat, glo.Doc.q; no.in l.clam §. fi. biq; Caſtren.nu.7. Iaſ. nu.61. infra eodẽ.Iaſ.hic nu. 90.de quo dictum babemus in l.1.in prin.in tracta. ciuilis poſſeſſionis in ſexta eius parte, & in ſeptimo effectu.

In limitatione hac duo vidẽda ſunt, primũ qua ratione nitatur.Alterũ,vera nec ne ſit,circa primũ, aliena a ratione omni limitatio iſta prima cogitatione videtur,nãq; cũ priuilegiatiũ magis interdictũ recuperãdæ, quã retinẽdæ ſit, vti demonſtratũ in ſuperioribus habemus,vbi poſſeſſori etiã iniuſto interdictũ recuperandę,nõ etiã retinẽdę aduerſus eũ cõpetere diximus, a quo ex vicio poſſidet.è contrario dicẽdũ videbatur, eo caſu potius exceptionẽ dominij incõtinẽti probãdi interdicto retinẽdæ nõ opponi,quo effectũ recuperandę habet.quã vbi ad retẽtionẽ ſolũmodo ſpectat. ſolutio ratione illa in limitatione hac Alex.mouetur, ꝙ priuilegiatiũ minus retinendę,quã recuperãdę interdictũ eſt,atq; ideo facilius ei exceptio dominij obſtet incontinẽti probãdi, quã interdicto recuperandę ſed enim cũ ſimplex interdictũ retinẽdę eſt,ideſt effectum recuperandę nõ habet.fruſtra domini exceptionem in eo admitti in hoc enim admitti exceptio hęc ſolet, ne rem reſtituere excipiens cogatur per regulã dolo facis, cũ id petis,ꝙ reſtitui a te oportet.at enim nihil ſibi tradi,aut reſtitui per interdictu retinẽdę actor petit.Patiẽtiã tantũ deſiderat,vt eũ poſſidere reus patiatur. aduerſus quã patiẽtiã inepta dominij exceptio videtur.quæ ratio ſilet,vbicunq; effectũ recuperandę interdictũ retinendę habet. Ibi enim reſtitutio poſſeſſionis naturalis deſideratur. ob id rei intereſt, vt exceptionem dominij obijciat, de quo incontinenti edoceat.

Limitatio hęc a Ripa hic damnatur num. 98. verſi. quid tenẽdũ.a Soci.iuniore in cõſi.126.nu.7.lib.2.quoniã ſi interdicto recuperãdę exceptio nõ obſtat incõtinẽti ꝓbandi, ęque interdicto nocere retinẽdę nõ debebit,quotiens effectũ recuperãdę habet.Neq; ad rem Socini ſenioris reſponſiones attinere Ripa ſubijcit, quandoquidem quod vrgeat, nihil Soci. affert.

Sed obſeruãdũ,a caſu ſimplici ad casũ mixtũ Ripã Soci.q; iuniorẽ argumẽtari. ideſt ob interdicto mero recuperãdę ad interdictũ mixtũ retinẽdę,& recuperãdę in quo & retentio,& recuperatio verſatur.ſed enim
128 regula iuris argumẽto huic Ripæ aduerſatur ꝙ ius, conſtitutũ in caſu ſimplici eſt, ad mixtum non trahi l. legatis ff. de lega. 2.l. hoc legatũ ff. de lega.3.idq; locũ haud dubie hadet, vbicunq; nonniſi in caſu vno ſimplici ꝓuisũ eſt vt Iaſ. no. in l. vtię textores in fi. quinti nota.ff.de lega.1.vnde ſi in poſſeſſorio recuperãdę ſolumodo cõſtitutũ dicimus,ne exceptio ei dominij obſtet,quæ probata iam nõ ſit quãuis incõtinẽti probatio afferatur, ad interdictum mixtum ius porrigi hoc non debebit,

Vnde ratione alia euerti opinio Soci.poteſt,negãdo mixturã hic interdictorũ verſari quãtũ ad iuris effectũ, etiã ſi verborũ tenus cadere mixtura videatur, quoniã interdictũ illud retinendę in ciuili,ꝓpter naturalẽ recuperandã principaliter ordinatur, nõ propter ſe,ſeu propter ciuilẽ ipſam, quã actor habet.enimuero
129 vbicunq; duo propter vnũ interueniunt, vnũ ibi eſtimatur.perindeq; vt de vno res iudicatur l.illud §. fi. ff. ad legẽ aquil.l.qui libertatis § 1 ff. de euictio. l. cũ ſeruus ff. de condi. & demon. l.ſtatuliberos §. nõ ſolũ ſupra de ſtatulib.Bal.in l.cum dotẽ circa fi.C.de iure dot & in conſi.440.ſecundũ ea nu.6.lib.5.Signorol.in cõſ. 1.nu. 5. in conſi. 2.nu. 13.& in conſi.7.col.fi. itaq; pro eo res cenſetur, vt ſi interdicto recuperandæ ſolum actum ſit,
130 Secundo reſpondetur † in actu mixto illud ſpectãdum,quo potius ineſt l.quæſitũ §.ſi quis ff.de fundo inſtruc,vbi cũ eodẽ inſtrumẽto in agros plures quis vtitur ager ſpectatur,cui deſtinatũ magis eſt. at enim potior recuperandi cauſa in ſpecie propoſita haud dubie eſt cum ob recuperationẽ ſolã retinendę interdictum proponatur. eapropter cauſa hic recuperandi ſolummodo obſeruanda videtur.Conſequenter de interdicto hoc perinde vt de interdicto recuperandę tantummodo iudicandũ.ſiquidẽ cauſam facti ſpectari,potius quã factũ ipſum conuenit l. cũ pater §. dulciſſimis ff. de lega.2.l.cum tale §. fi.ff. de condi.& demon.l. verũ 2.infra de furtis tex.huc pertinet in l.nunquã nuda ſupra titu.1.

Conſequens his fit,exceptionẽ dominij incontinenti probandi interdicto retinendę non opponi, diſtinctione Alex.reiecta,ſimplex.ne,an mixtum interdictũ hoc retinendę ſit.ſed,& ratio maior exceptionis denegandę ſubeſt,cum ad recuperationẽ interdictum retinendę ſubeſt quicquid viſum aliter Alexandro ſit.
132 Tertiã cõcluſio ex Bar. percipitur. † exceptionẽ rei in petitorio iudicatę,poſſeſſorio adipiſcẽdę nõ obſtare ꝑ qua cõcluſione Ripa hic nu. 101.tex.citat in d.l.& an eadẽ § fi.infra de excep.rei iudi. qui ad rem nõ attinet.ex diuerſo enim loquitur, exceptionẽ rei in poſſeſſorio iudicatę petitorio nõ opponi.ſi dixeris,ad rẽ tex. pertinere a cõtrarijs argumẽtãdo l.1.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.l.fi.§.fi.ff.de leg.3.Reſpõdeť,locũ argumẽto contrariorũ nõ eſſe, ratione diuerſa interueniẽte l.ſi.quis negocia ff.de nego.ge.l.ſi quis putans §. 1.ff cõmu.diuid. l. ſed & ſi ſocius § ſi abſenti ff. pro ſocio Bar.in l.in fundo col.1.ff.de rei vẽdi.& in l. inter ſtipulantẽ. §. ſacrã nu. 4.infra de verb.obli. recẽtiores in l. ſecũdũ naturã infra de reg. iur. ſed enim ratio multo alia exceptionis rei iudi.in petitorio,quã è cõtrario eſt cũ fortius poſſeſſorio petitoriũ ſit, a quo poſſeſſio abſorbeť d.c.cũ dilectus de cau.poſſ.& ꝓpri.quare cõſequens nõ fit,exceptio rei in poſſeſſorio iudicatę petitoriũ nõ impedit,ergo ius idẽ ſeruãdũ,& vice verſa erit, ſiquidẽ ex diuerſis, & ſeparatis ꝓrius argumẽtario deducitur,ideſt a debiliore ad potẽtius l.fi.ff de calumnia. l.papinianus exuli.ff.de minor. & alia complurta atq; in ſpecie cõſequẽtia hæc Ripę ex Bar.hic refellitur, vt in quarta concluſione dicemus.

Ex tex.tamẽ.cõcluſio hęc iuuatur in l. 2 .ibiq; Doc. C.de edic. diui Adria. tollen. l. fi. C. quorũ bonor. & quãuis in exceptione rei iudi.tex.illi nõ loquãtur,attamen ratio eadẽ in re iudi.videtur, ſi des cuius ex continenti non fieret,quo ſolo caſu locus concluſioni eſt,

ſic

Digitized by Google

ſic quomodo in limitatione ſecunda dicemus.

133 Locū ɔcluſio iſta haud dubie hēt, quotiēs abſolutus
reus ideo in petitorio eſt, quia probatione dñij actor
defecit, iuris.n.quicq̃ collatum reo ex abſolutione hac
non eſt, ꝙ obijci ab eo in iudicio poſſeſſo.io poſſit, q̃
limitatio expreſſa hic à Bart. eſt, quo cum doc. vulgo
ſentiunt, locumq; id haberet, etiam ſi ex continenti
fides de ſententia fieret.

134 Limitatur † vbicunq; incontinenti rei iudicatæ, ſeu
exceptionis alterius ad dominium ſpectantis probatio
offertur, ibi.n.locus exceptioni id genus in poſſeſſorio
adipiſcendæ eſt gl.in d.l.ſi de vi in gl.magna in fin.q̃ ita
Bar.hic intelligit, limitationē hanc Bart.idē probat in
l.filiam fratrib.ff.ad trebel.Bar.Bal.& alij in d.l.2.C. de
ędicto diui adria.tollen.& in d.l.fi. C. quorū bon. Dec.
poſt alios in l.fi.nu.20.& num.43.C.eo.tit.in conſ. 84.
col.2.ante med.in conſ.220.col.2.in conſ.424.nu.4.&
ſeq.Soci.iun.in conſ.75.nu.8.19.& 20.lib.1.

134 Inferē ex limitatione hac ſecūda † exceptionē in poſ
ſeſſorio quorū bonorū non admitti, qđ editū teſtm̄ ab
vſurario eſt, cū incontinenti doceri exceptio hæc ne-
queat, verū indaginem latiorem expoſtulet Bal.in cōſ.
311.qdā Thomas de laude n.6.lib.2.vbi ad executionē
magis quam ad actionem remedium hoc ſpectare ait,
atq; ideo exceptiones niſi notorias per inſtrumenta
publica non admitti.

135 Secundo infertur, † exceptionē furoris, aut demētiæ
teſtatoris, in poſſeſſorio hoc adipiſcendę hr̄di non ob
ſtare, niſi ſi incontinenti probatio ꝓſtatū furoris aut de-
mentię poſſit. Ang.in conſ.135.paucius maſiuoli.nu.2.

136 Boe.q.23.in fi. Tertio infertur, † locū exceptioni ſimu
lationis non eſſe, ꝙ ex ɔ̄ctu ſimulato bona defunctus
poſſideret. Bal.in ɔſ.66.inter virum lib.1.indaginem.n.
altiorem exceptio hęc ſimulationis haud dubie exigit.
Eadem rōne falſi exceptio ɔ̄ teſtm̄ reijcitur.d.l.2.C.de
edic.diui Adr.toll.Alex.in conſ.101.in fi.lib. 5.

137 Infertur quarto † generaliter plus nimio à caſtellio-
neo ſcriptum in allegationib.ſuis poſt ſing. Cremenſ.
col.17.ver.iſtis ſic præmiſſis.exceptionē ꝓprietatis poſ
ſeſſorio adipiſcendæ obſtare, diſtinctione vlla non ad-
hibita, incontinenti, nec ne probatio eius offeratur, e
contrario planè defendi haud ægre poſſe, ne tum qui-
dem locum exceptioni dominij eſſe, cum incontinen
ti probatio eius offertur, Fabius hic ſcribit.nu.62.

138 Incontinenti † planè qñ fieri probatio dicatur, ſcri-
ptū varie à Doc.legitur, cæterum iure illo vulgatiore,
certioreq; vtimur, arbitrio id iudicis relinqui, vt Inn.
docet in c.veniens.2.in prin.ibiq; Abb.nu.11.de teſtib.
idem Abb.in c.quia propter in fi.pri.de elect. in c.1.nu.
15.de mutuis petitio, & in c.potuit nu.12.in fi.de loca.
Guid.Pap.q.132.col.2.Iaſ.in l.lecta.nu.19.ver.in gl.ibi l.
hæredes palam.ff.ſi cer.pet.vbi in materia alia q̃.d.l. le-
cta, arbitrio iudicis dictionem intelligendam inconti-
nenti ait, quam opi.crebriorem etiam Curti.poſterior
teſtatur in d.l.2.num.46.C.de edic. diui Adr.toll. Natt.
in conſ.236.nu.3.

139 In arbitrio vero † ɔſtituendo medium quoddā ſer-
uandum, vt neq; ſtrictim admodum pro notoria, aut
parata per inſtr̄m, probatione, neq; large pro ea proba
tione iudex accipiat, quæ indaginē longiorem expo-
ſtulat, verū quę medium inter probationē paratam, &
eam obtinet, quæ indaginem longiorē exquirit, autor
Feli.in c.exceptionem col.10.nu.36.ver.cogitabā ſi di-
ci poſſet de exceptio.Nat.item in d.ɔſ.236.nu.3.tēpus
breuius probationi ɔſtituendū, q̃ in iudicio ordinario
ſcribit. Sublimitationem limitatio hæc admittit, ne
140 locum habeat, † vbicunq; vitium poſſeſſio rei ɔuen-
ti habet, qui dominij probationem aduerſus interdi-
ctum adipiſcendæ incontinenti offert, veluti cum inter
dicto quorum bonorum, fideicommiſſarius conuenit
ſi exceptionem iuris ſui, ſeu fideicōmiſſi obijcit, eiuſq;
probationem incontinenti offerat, audiri eum non o-
portet, ſi poſſeſſionem adeptus vicioſè eſt, autoritate
propria puta, Bar.in d.l.filiam fratribus. Dec.in d.conſ.
424.nu.18.verſ.non obſtat, quod ſupra dicitur.

Sublimitationem ſecundam limitatio hæc patitur,
141 ne locus ei ſit, † quotiens pœnæ nomine poſſeſſoriū
adipiſcendæ intenditur, veluti cum poſſidere ſe negat,
qui poſſeſſorio adipiſcendæ conuenitur, & mendacio
conuicto poſſeſſionem ab eo actor auocat. iuxta text.
in l.fi.ff.de rei vendic. Ibi enim dominij exceptio ſilet,
quamuis de eo incontinenti docere paratus reus ſit gl.
2.in d.l.fi in fi.cum ad ea quæſtionem reijcit, quæ ſcri-
pta ab ea ſunt in auctén.item ſi poſſeſſor. C. qui potio.
in pign.habean.vbi expreſſim hoc probat, idem Bart.
admittit in d.l.fi.in fi.in vtraq; lectura, ibiq; Ang. eadē
opinione Iaſ.hic vtitur.nu.42. Ripa nu.102.qui glo.&
alias conſimiles nominat, idē Firmano viſum in ver-
bo exceptio dominij verſi.21.

142 Quarta concluſio ex Barto.elicitur, † ſententiam in
poſſeſſorio latam exceptionem rei iudicatæ in petito-
rio non parere per tex.in d.l.& an eadem.§.fi. infra de
exceptio.rei iud.& qua ratione ſententia in poſſeſſorio
lata in petitorio non nocet, ita nec probationes in poſ
ſeſſorio præſtitæ in petitorio obſtant, ſiquidem ex iure
pari acta & ſententia certant, vt quibus ſententia non
obeſt, nec acta, viceq; contraria Bart.& alij in l.2.C.de
eden. & in ſpecie concluſionis huius Ruin. not.in cōſ.
59.num.4.in fin.lib.4.

Limitatio concluſioni huic quartæ à Barto. accom
143 modatur, † ne ad ſententiam pertineat, quæ in poſſeſ
ſorio lata mixto eſt, exceptionem enim rei iudicatæ in
petitorio affert, ſiquidem totū definiri in petitorio di
citur.d.l.2.§.quędam infra de interdic.expreſſius in d.l.
1.§.fi.infra de aqua quot.& eſti.idem Bar.inferius ſcri-
bit in prima combinat.Bal.in d.l.incerti num.1 t.C.de
interdic.vt Iaſ.hic refert.nu.54 limitationi huic vulgo
doc.aſſentiri Ripa hic ait nu 103.

Limitationi huic Calder.Ant.q; reclamant ab Ale.
hic relati.nu.36.& ſeq.Iaſ.nu.54.à Ripa num.103. per
tex.in l.ſed ſi ante infra de exceptio.quem ita loqui ta-
144 citum, † perinde quaſi in confeſſoria victus actor ſit,
vt ad rei vendicationem adire non prohibeatur, id q
non niſi incidenter in cōfeſſoria dominium venit, ob
id exceptionem rei iud. in rei vendicatione ſententia
non parit in confeſſoria lata, quandoquidem princi-
paliter dominium in rei vendicatione venit, ratio ea-
dem poſſeſſorij mixti videtur, in quo incidenter etiā,
aut in conſequentiam dominium venit, principaliter
quippè de poſſeſſione diſceptatur, hicq; obiter ſpectā-
dum, non ex fide Iaſonem a Rip.referri ꝙ limitationi
huic Iaſon aduerſetur, imò enim a Bartolo Iaſon ſtat.

Obſeruandum hic, cum tex.in d.l. ſed ſi ante Calde.
Ant.& Ale.intelligunt, ꝙ definita confeſſorię lis in eo
eſſet, cum propoſita rei vendicatio eſt, imò enim in cu
mulatione text.illum intelligendum, ideſt cum lite in
confeſſoria pendente, cumulatio facta rei vendicatio-
nis eſt, demonſtratum in ſuperioribus habemus, atque
ex Caſtren. præcipuè in d.l. fundum col.1.circa med.
eo.titu.cum quo d.l.ſed ſi ante coniunctim enarrauit.

Secundo quod lis ibi confeſſoriæ adhuc penderet,
cum adiecta rei vendicatio eſt, ex gl.1.ibi Bar.q; & alijs
oſtenditur, idem ex Iac. probatur in §. præiudiciales.
col.1.inſti de actio.poſt Caſtre.in l.edita.col. pen. poſt
med.C.de edendo.

Sed reſpondetur, inductionem hanc Cald. Anto.&
Alexand. recte ex text. illo deduci, vt victus actor in
confeſſoria ad rei vendicationem deſcendere nō pro-
hibeatur, quoniam ſi abſolutoria in iudicio confeſ-
ſeſſoriæ lata præiudicium in rei vendicatione faceret,
ſeu exceptionem rei iud.in ea pararet, vtiq; permiſſa
cumulatio rei vendicationis confeſſoria pendente, non

eſſet.

Digitized by Google

eſſet.d.l.fundum,& l.fundi infra de except. Bart. hic nu. 14.ver.ſecundo quia tunc,& nu.ſeq. Iaſ.num.53. idem Bar.& alij in d.l.edita.nu.16.conſequenter recte ad caſum Calde.Ant.& Alex.trahi tex.potuit in d.l.ſed ſi ante,cum ſententia abſolutoria iam lata in confeſſoria eſt,ſi quidē caſum iſtū non ꝯtinere tex.ille nō poſſit.

Secundo rūdetur,caſum hunc Cald.Ant.& Alex.ex tex.illo à fortiori probari,qm̄ ſi confeſſoria pendente, rei cumulare,vendicationem licet,multo magis confeſſoriæ iudicio finito, rei proponi vendicatio poteſt per gl.Bar.& Doc.hic in t.lect.vbi petitorio finito,dubitatio non eſt,quin agi poſſeſſorio poſſit, ꝙ nō æquè vacuum à dubitatione eſt,petitorio adhuc pendente.

Ad tex.in d.l.ſed ſi ante Ripa hic reſpondet nu.103. Bart. partes in limitatione hac ſuſcipiendo, locū tum deniq; habere, cum plenè cognitum de dominio non eſt,quia neceſſarium non ſit,vt in cōfeſſoria,in qua ſatis dominij probatio ex poſſeſſione ſola eſt. l. ſicuti. §. ſed ſi quæratur.ff.ſi ſeru.vend.idem in interdicto de iti. actuq; priua.in quo ſatis eſt, aliquid probare, propter quod credere actor veriſimiliter potuerit,iure ſe ſeruitutis vti.& iſto caſu locus opinioni Cald.Ant.& Alex. erit.cauſam aliam poſſeſſorij eſſe Ripa ait, in quo plena dominij opus probatio eſt, veluti in interdicto de aqua ex caſtello, aut loco quo alio publico ducenda. d.l.1.§.fi.infra de aqua quoti.& æſti. Ibi enim ſententiā in poſſeſſorio latam ad petitorium trahi,in eoq; necc
145 re,idq; ratione fortiori Ripa confirmat,namq; † ſi acta in iudicio ſummario, in quo cognitum plenè eſt fidem,præiudiciumq; in plenario faciunt.Bar.in l.pen. ff.de his qui ſunt ſui,vel alie.iur.Fely.in c.cauſam 1.col. 2 de teſtib.Dec.in c.at ſi clerici in prin.nu. 14 ii fin. de iud.& in conſ.96.col.2.cir.princ.Longè mag ſidē ſeruandum in actis poſſeſſorij mixti erit.quod plenarium iudicium eſt,& in quo plena dominij probatio exigit, itaq; ſi acta in iudicio poſſeſſorio mixto fidem, atque præiudicium in petitorio faciunt,tantundem probandum.& in ſententia erit,ſiquidem iure aquali acta,ſententiamq; eſtimari,demonſtratum in ſuperiorib.habemus,idem ex Bar.& aliis in d.l.2. ibiq; Iaſ. col.fin. C.de eden.no.idem Bar.in l.ſæpè in fi. infra de re iud.

Videndum in ſolutione,aut conſideratione hac Ri
146 pæ, † namq; ſuperuacuam plenam dominij probationem in interdicto putat de itin.actuq; priua.idq; ex Bar.in d.l.1.§.hoc interdicto.nu.9.verſ.ego puto, atqui plenam dominij probationem in interdicto hoc neceſſariam Iaſ.hic arbitratur.nu 54.ver.tu aduerte. Bartoli etiam adminiculo Iaſ.vtitur in d §.hoc interdicto nu. 10. vbi vſus facti dominijq; probatione contentū eſſe Bartolum ait.Quare illud diſpiciendū,vter Bar.aſſecutus melius ſit.& quidem a neutro Bar.ſenſum animaduerſum exiſtimo,atq; ideo hallucinatum vtrunq; in Bar.mente percipienda.Bar.enim in d.§ hoc interdicto, de interdicto ipſo in eo capite loquitur, quod ad poſſeſſorium merum pertinet, ideſt circa itineris actusvè poſſeſſionem, non in eo capite, in quo mixtū ius proprietatis habet,quod in refectione verſatur,vnde cum in poſſeſſorio mero loquatur, verbum vſquā de dominio probando non facit, vt mirari ſatis nequeam,quomodo dominij probationem a Bar. exegi Iaſ.ſcripſerit,cum ſolum vſum facti probandum Bar. dicat,admirationem nihilo minorem Ripæ dictū cōciliat,qui exiſtimauerit,de dominio, aut iure ſeruitutis Bar.ſentire in d.§.hoc interdicto.num.9.ver.ego puto. cum de poſſeſſorio mero loquatur.Cæterum quia aliter acquiri quaſi poſſeſſio ſeruitutis non pōt,niſi ſi tanq̄ ex iure ſeruitutis actus poſſeſſorij interueniant,probandum aliquid eſſe Bar.ait, propter ꝙ credere quis veriſimiliter potuerit.ius ſibi ſeruitutis competere, vnde ꝙ ad Bar. doctr. attinet, ad conſiderationes ea applicari. Iaſ.& Ripæ non potuit,cum in poſſeſſorio mero Bar. loquatur.i.in eo capite interdicti de itin.actuq; priu. in quo ſuperuacua tituli probatio habetur, quo caſu fateor ſententiam in eo latam ad cauſam petitorij non trahi præterquam ſi cumulatum petitorium cum poſſeſſorio eſſet,& de vtroq; plenè cognitum. Cæterum cum ex eo capite interdictū proponitur de itin.actuq; priua.in quo neceſſaria probatio tituli, aut iuris ſeruitutis eſt,plenè id probari oportet, atq; ideo exceptio obſtatura rei iud.erit, cum negotium totum dirimat.

Apparet ex his,verum quidem eſſe,qđ in arg.Cald. & ſectatorum eius deducitur, exceptionem rei iudi. in alio iudicio non obſtare, quotiens incidēter dominiū deduci in iudicio priori ſolet, nec plena eius probatio exquiritur. d. l. ſed ſi ante, ibi enim ex poſſeſſione ſola in cōfeſſoria dominium probatur.l.ſicuti.§. ſed ſi quæratur.ff.ſi ſerui.vend.Iaſ.hic d.nu.54.cir.fi.Cæterum ad rem arg.hoc non attinet,ſiquidem in interdictis, quæ mixtam cauſam proprietatis habent, principaliter nō incidenter dominium venit, cum plenè id probari oporteat,cauſamq; totam dirimat.d.l.1.§.fin. infra de aqua quoti.& æſti.& quamuis in aqua ex caſtello ducenda.tex ille loquatur, attamen ius idem & interdicti eſſe de itin.actuq; priua.quotiens refectionis cauſa agitur,ex tex probatur in d.l.3.§. ait prætor cum pluribus ſeq.infra de itin.actuq; priua.vbi non ſolum poſſeſſionem,quod eo anno vſus quis itinere ſit, ſed & dominium,aut ius ſeruitutis probari oportet,atqui ſi incidēter dominium veniret,nec probandum id plenè eſſet, vtiq; ex poſſeſſione ſola dominij probatio fieret. d. l.ſicuti.§.ſed ſi quæratur.ff.ſi ſeru.vend.Bar.in l.penu.ff. de cond.inſtit.Conſequens his fit,ex diuerſis arg. Cald. & aliorum deduci ideſt à text.in d.l. ſed ſi ante. vbi ex poſſeſſione ſola præſumptiuè dominium probatur,ad ſpeciē concluſionis huius in poſſeſſorio mixto, in quo plenam dominij probationem præſtari neceſſe eſt. Reſponſionem hanc,quod ad diuerſitatem dominij probandi attinet,rectè quidem Iaſ.hic poſt Rom. attulit, in eo tamen offenſum a Iaſ.eſt,quod plenam dominij huius probationem in poſſeſſorio mixto faciendam, ex Bart.oſtendit in d.l.1. §. hoc interdicto infra de itin. actuq; priua.vbi de dominio probando verbum Bart. facit,at de facti vſu ſolummodo.De poſſeſſorioq; ſolummodo, ſeu de eo capite interdicti illius loquitur, quod ad poſſeſſionem, ſeu vſum ipſum ſolummodo facti ſpectat,eandem reſponſionem obſcurius tamen Berengar hic ſentit.nu.78. in 2. capite repeti. vbi quod in d.l.ſed ſi ante. ius ſeruitutis principaliter,non dominium reſpectu rei conſideratur. cauſam aliam poſſeſſorij mixti ait,in quo,& dominium & ius totum principaliter cōſideratur.p tex.in d.l.1.§.fi ĵ.de aqua quoti. & æſti.& in d.l.3.§. hoc aūt infra de itin. actuq; priua.

Sed explicatio facilior,& perſpicua magis ꝯſiderari in loco hoc nodoſo poteſt,duo in re hac obſeruando. Primum,ius ipſum ſeruitutis.Secundum rē ipſam, cui ſeruitus debetur. Circa primum, cum de poſſeſſione, ſeu quaſi ſeruitutis iudicium exerceatur, in qua dominium,aut ius doceri eius oportet,mirū facere non debemus,ſi ſententia in poſſeſſorio lata in petitorio etiā nocet,cum ius idem in petitorio deducatur, quod in poſſeſſorio etiam inerat, & quod aliter probari quam ex poſſeſſione ſola oportuit,aliter quippe fruſtra cāſam mixtā habere proprietatis diceretur, ſi ex poſſeſſione ſola ipſam quoq; probari proprietatem dicimus, ad quem caſum iura pertinent,quæ in concluſione hac citata a Bart.ſunt, in quibus ſolum ius ſeruitutis vertitur tam a petitorio, quam à poſſeſſorio.

In ſecundo planè.i. in re, cui ſeruitus debetur, ratio longe alia diuerſaq; verſatur, ne in re ipſa vendicanda exceptio rei iudi. ſuper ſeruitute obſtet, ſiquidem res ipſa in controuerſia non erat, neq; dominium eius in litem principaliter vocabatur,cum ſeruitutis ſolus ius

in lite eſſet,vnde non niſi incidenter,& ſeruitutis contē
platione rei ipſius dominium in iudiciū veniebat ob
id ſeruitute remota,eaq; ceſſante, rei ipſius ceſſare do-
minium non oportet , quod à ſeruitute ipſa non pen-
det,cum nihil prohibeat,actoris fundum eſſe, & ſerui-
147 tutem ei non deberi , ſic ꝙ rei dominium † probari
in ſeruitute debeat,non ideo fit, ꝙ ſine ſeruitute conſi-
derari dominium non poſſit,at quia ſine eo conſiſtere
ſeruitus nequit,inde fit , vt planè dominiū hoc rei pro-
bari in ſeruitute non debeat,cum res ipſa non petatur,
at ſeruitus,ea ratione abſurda res videretur,ſuper re nō
petita,neq; in poſſeſſorio,neq; in petitorio.rei iud. ex-
ceptionem obſtare , cum ſolum probatio dominij rei
ipſius non propter ſe,aut propter rem ipſam,ſed ſerui-
tutis contemplatione fiat.

Apparet ex his,à diuerſis arg. hoc Calder. & aliorū
cū eo ſentientium,deduci.i.à iure ſeruitutis,ꝙ principa
liter,& ꝑp ſe petitur,in iudiciumq; deducitur,ad rei do
minium,quæ neq; principaliter,neq; incidenter petit,
verum hactenus deducitur,vt per eā ſeruitutis ius euin-
catur,ſic fundamentum quidem ſeruitutis fundus eſt,
quo remoto,ſeruitus,quoq; remouetur, at non econ-
trario fundamentum rei ſeruitus eſt , vt ſeruitute ceſ-
ſante dominium quoq; actoris in fundo ceſſet .
148 Quod igitur in concluſione dicitur, † ſnīam in poſ-
ſeſſorio mixto latam exceptionem rei iud. in petito-
rio producere,ad ius illud pertinet,ꝙ petitum,& dedu-
ctum in iudicio ipſo mixto eſt.i.ad ſeruitutem ipſam ,
non etiam ad rem extendi cōcluſio dēt,cui debita ſer-
uitus aſſeritur,de qua re tex.loquitur in d. l. ſed ſi ante.
149 Lect.hanc primam † non quaſi iuri ꝯ̃riam , verum
vti augutalem Bar reijcit,ſed & falſum eam eſſe rōni-
bus non paucis oſtēditur,prima quia textui ipſi aduer-
ſatur,in ver.qui cœpit rem vendicare,ergo finitū iudi-
cium petitorium nō erat , cum inſtitutum poſſeſſoriū
eſt. Refelli tn̄ ratio hæc poteſt , quaſi iudicium nondū
finitum verba hæc non arguant, neq; ob eam aſcripta
rem videantur,vt pendere adhuc iudicium innueretur,
verum,vt manifeſtum fieret , incoatum iudiciū à peti-
torio eſſe,vnde & ſi finitū id ſit,verum tn̄ erit,cœptam
vendicari rem eſſe.i.initium liti à petitorio datum,idq;
150 ex verbo vendicauit iuuatur, † ꝙ rem perfectam de-
monſtrat.l.1.§.fi.ff.quod quiſq; iur.c.in his de ver. ſign.
quæ iura in ſnīam hanc Iaſ.hic profert. nu. 56. ad rem
tn̄ tex.non attinet in d.c. in his qm̄ in verſ. præceptiuo
loquitur ſtatuo,aut præcipio,quod ex natura ſua, non
propter tempus perfectionē denotat , q̄uis in præſens
exprimatur,idem ex Fulg.probatur in cōſ.141.nannes.
col.2.in fi.ita rationem hanc primā Iaſ.hic confutat.d.
nu 56.ſed enim ad arg. hoc Iaſ. ex Ripa reſponſio col-
ligitur.nu.104.cir.fi.verbum vendicauit pro vēdicare
cœpit,exponendo.l.fi.ff.de rer.diuiſ. vbi offenſio verbi
permittitur,vt quod conatum ſignificat, ad actum fa-
cti trahatur. tranſcendere voluerit. i. voluntarie tran-
ſcenderit,eadem rōne ne verbo cœpit,vendicauit ver-
bum contradicat,admittenda expoſitio erit, vendica-
uit.i.vendicare voluit, ſed.n. retorqueri argumentum
poteſt , vt verbum cępit ad modum memoratum in-
telligatur.i.à petitorio incepit,ne verbo vendicauit ꝯ-
dicat. Aliter ego verbum hoc exponendum vendica-
uit puto.i.rei vendicatione petijt,ſeu rei vendi. propo-
ſuit,non enim iuditij exitum , ſed agendi modum de-
monſtrare tex.intendit,ꝙ actū rei vēdicatione ſit, idq;
ex tex.iuuatur in l.ſi in rem actum ſit.ff.de rei vend. ſed
apposite magis in l.cum fundum.§.fi.infra de vi, & vi
arma, quem tex.in expoſitionem hanc iuuandam Be-
reng.hic refert nu.78.in fi.in 2.capite repet.Quare con
ſequens non fit,rem quis vendicauit.i, rei vendicatio-
ne petijt , ergo rem ipſam euicit , Iam ſignificatio hæc
verbi vendicare vr̄,vt idem ſignificet,atq; actione reali
petere,ad quem modū accipiendo , ratio ſeruari hæc

prima poteſt,quam interpretationem Iaſ.hic ſentit.d.
nu.56.cum ait,ab actore,non à iudicio vendicauit ver
bum pendere. Quare conſequens non fit,rem actor vē
dicauit,ergo per iudicem , ita vt lata ſnīa ſit, ad actorē
igitur,ſnīa remota,referendo non poterit ad modum
prænarratum non exponi,vendicauit.i.per rei vendica
tionem petit. Ratione ſecūda lectura hęc prima euer-
titur,qm̄ ſi per iudicis ſnīam verbum vendicauit acci-
pimus,falſum erit,ꝙ glo.ſcribit, actorem ſuccubuiſſe;
imò enim litem euicit, ſi per iudicem , aut ſententiam
eius rem vendicauit , cum ad fauorē actoris reſpiciat,
vt Iaſ hic obſeruat.d.nu.56.ver.& ſi dicas Ripa.d.num.
104. Tertia ratio lecturæ huic repugnat,ꝙ inepta alie-
naq; à propoſita materia illatio textus eſſet,quæ ex di-
cto generali deducitur,ideſt ſicut nihil commune pro-
prietas, & poſſeſſio habent , ita prohibitam poſſeſſorij
inſtitutionem ob petitorium ante dictatum non eſſe,
ex cauſa quippè alia illatio deſcenderet.i.quia finitum
iam petitorium ſit,ita Iaſ. hic cum Ripa argumentan-
tur,quæ argumentatio ſatis mihi non facit, qm̄ ſi com
munio,aut connexitatis inter proprietatem, & poſſeſ-
ſionem interueniret,locus poſſeſſorio,nec petitorio fi-
nito eſſet,ſi quidem ob communionem ipſam exce-
ptionem rei iudicatæ in poſſeſſorio ſnīa pareret ,q̄q. di-
cta in petitorio ſit cōſequenter recta illatio, ad remq;
pertinere videtur,etiā ſi abſolutum petitoriū dicimus.

Quarta ratione lectura hæc impugnatur; namq; po-
ſitum verbum vendicauit in reſponſione apparet,quę
reddita ad obiectionem tacitam eſt , quæ obiectio il-
lationem ipſam impugnat,illatio.n.habet, poſſeſſoriū
ei non denegari,qui vendicare rem cępit ob diuerſita-
tem illam proprietatis,& poſſeſſionis,ſed.n.obſtare il-
lationi videbatur,qūo proponi poſſeſſorium retinen-
dæ ab eo poſſet,qui agere petitorio cœperat , an non
renunciatum poſſeſſioni hoc ipſo creditur,ꝙ res ven-
dicatur,ad obiectionem hanc tacitam tex.rñdet, poſ-
ſeſſioni renunciaſſe eum non videri , qui rem vendi-
cauit,ſic in rñſione obiectionis tacitæ ꝯ̃ illationē, ver-
bum poſitum vendicauit eſt ꝙ cum ita ſit, ſecundum
terminos illationis,ad q̄ obiectio refertur,verbum ip-
151 ſum intelligi vendicauit oportet , † quo ſimilis inter-
rogationi,aut obiectioni reſponſio fiat.l.ſi defenſor.§.
1 ff.de interroga.actio.§.præterea inſt.de inutil.ſtipula,
obiectio planè contra illationem fit , in qua cœptum
demum petitorium expreſſum eſt. Argumētandi hoc
genere Ripa hic vtitur.nu.104.ver. item verbum ven-
dicauit , ſed enim à ratione prima argumentum hoc
pendet,in qua tractatum eſt,vtrum ad initium petito-
rij reſtringi verba illa oporteat, qui cœpit rē vendica-
re,ita vt cęptū tantummodo petitoriū indicent,an ve
ro ad initium ipſum referri ſimpliciter debeant. i.quo
palam fieret,à petitorio litis initium factū , non quod
finitum id adhuc non eſſet,namq; ſi ad poſteriorē hūc
modum verba illa accipimus,qui cępit rem vendicare
ad rem argumentum Ripæ non attinet , quatenus ad
petitoriū finitum ēt trahi verba illa poſſunt , qui cępit
rem vendicare quo caſu rectè ad rē perfectam vendi-
cauit verbū ſm̄ terminos ēt interrogationis refertur.

Ad lect. ſecundā Bar.deſcendit,cū actū quidē primo
petitorio eſt,verū finitū,aut extinctū id renunciatione
expreſſa eſt,q̄ lecturā per oppoſitiones duas, & quęſtio
nes totidem Bar.explicat,principio igitur ex text.lectu.
hanc ſecundā Bar.pulſat in d.l.ordinarij C. de rei vēd.
& in d.l.incerti.C.de interdic.vbi ſecundū ordinē iudi-
ciorū eſſe ſcribitur , vt prius poſſeſſionis iudiciū pera-
gatur,q̄ ꝓponi petitoriū poſſit,quo ſciri videlicet poſ-
ſit,ad quē dominij probandi onus pertineat , qūo igit̄
conſiſtere lectura hæc poterit , in qua peruerſus ordo
narratur,ideſt initium liti à petitorio datum,cum ecō-
152 trario incipere à poſſeſſorio deberet,ſoluit Barto.† à
poſſeſſorio incoandū,quotiēs iudiciū vtrūq; proponit

& cumulatur, ibi enim cum prohibitus concurſus ſit, à
poſſeſſorio, ſecundum iuris ordinem iniciũ faciendũ.
Cauſa alia eſt, vbicunq; concurſus non datur, ibi enim
nihil prohibet, quominus in arbitrio actoris ſit, à peti-
torio incipere, dominijq; probandi negotium in ſe re-
cipere, rurſus ſi principij huius eum pœniteat, petito-
rio dimiſſo, eoq; renũciatione ſublato, ad poſſeſſoriũ
accedere, ſm quæ, ad eũ caſum. ll. ꝓtræ ſpectant, quo
iudicij, vtriuſq; concurſus interuenit, petitorij atque
poſſeſſorij. Secundo lect. huic textum Bart. opponit in
auten. qui ſemel. C. quõ, & quan. iudex, vbi in actione
quomodocunq; propoſita ad finem, vſq; iudicij perſe
uerare actore compellitur, quid ita igitur, liberum acto-
ri erit, a petitorio ſemel inſtituto diſcedere, vt ad poſ-
ſeſſorium veniat, ſic quõ lectura iſta gloſſæ habet. Rñ-
153 det Bar, † ad omiſſionem, ſeu deſiſtentiam ſimplicẽ,
vt in menta pinguiore dicam, textum pertinere in d. au
then. qui ſemel, cum à lite deſiſtere, ſeu proſecutionem
eius omittere ſimpliciter quis citra extinctionem, aut
renunciationem parat. Cã alia eſt, ſi litem quis cœptã,
omnino deſerit, eidem renunciando, ibi enim licẽtia,
cuiq; eſt, iuri ſuo, l. ſeu liti propoſitæ renũciandi. l. poſt-
154 quam liti. C. de pact. apparet ex his † cãm aliam ſim-
plicis deſiſtentiæ, atq; renunciationis eſſe, deſiſtentia. n.
permiſſa idcirco non eſt, ꝙ aduerſarij interſit, in ſuſpẽ-
ſo litem non manere, cum facultas eripi defenſionis
poſſet, teſtium morte puta, aut aliter, & quia rõnem,
aut modum defendendi promptiorem reus ipſe habi-
turus veriſimiliter, quam hæres, aut ſucceſſor eius erit,
noſtra item intereſt, in lite diutius rem manere, quid
enim ſi rem alienare reus conſtituit, neq; emptorem
ob litem ipſam inueniat, quæ rationes in renunciatio-
ne ſilent, per quam melior rei conditio fit.
155 Limitatio, ſeu declaratio ex prædictis † tex. percipiẽ
in d. auct. qui ſemel, vt in ſimplici locum deſiſtentia ci-
tra renunciationem ſolummodo habeat, idem Bar, ait
in d. auct. qui ſemel nu. 5. expreſſius rem hãc Bar. decla-
rat in l. edita. nu. 11. C. de eden. vbi diſcrimen conſtituit
inter deſiſtentiam in totum. i. cum renunciatione con-
iunctam, & dilationẽ, cum deſiſtere actor in totũ non
propoſuit, actioni renunciãdo, verũ iudicium ſolum-
156 modo differt. Limitationem ſecundã admittit, vt
niſi parte opponẽte locũ non habeat, vt ex tex. ibi pro-
batur in ver. reo poſtulante, inde fit vt ad vtilitatem ꝯ-
tumacis tex. ille nõ pertineat, cũ nemo ſit, qui opponat
Iaſ. in l. ſi prius in 4. not. ꝟ. de oper. noui nunc.
157 Tertiò limitatur, vt locum tum denique habeat, ſi
mera actoris voluntate, & abſq; cauſa ab actione in-
ſtituta actor deſiſtit, eamq; differt, aliter atq; ſi ex cau-
ſa iuſta, & ꝑmiſſione iuris, veluti cum poſſeſſionis ſuæ
tuendæ, commodiq; inde venientis percipiendi cauſa,
à petitorio actor deſiſtit, illudq; ſuſpendit, poſſeſſoriũ
intendendo, vt ex Bar. & Doc. hic colligiẽ in prima cõ-
binatione, & in ſecundo eius mẽbro, ibiq; nominatim
ita Iaſ limitat. nu. 17. ver. ſed iſtis prætermiſſis reſpon-
de melius. Iuxta lectur. hanc ſecundam quæſitũ apud
Bar. hic eſt nu. 5. vtrum ex renunciatione hac petitorij
158 † dominium reo acquiratur, quod apud renunciantẽ
erat, quam quæſtionem neceſſariam in hoc eſſe ait, vt
cognoſci poſſit, vtrum dominij exceptio obijci in poſ
ſeſſorio poſſit, quæ neceſſitas verſari niſi in caſu vno
nõ põt ſi Bar. opinionẽ in ſpecie hac admittimus, ideſt
cum pares vtrinq; probationes in retinẽdæ interdicto
ſunt, vt is vincat, qui de dominio docet, in alijs planè
poſſeſſorijs renunciatio hæc petitorij non contingit,
cum nulla in eis ꝓrietas verſetur, in quæſtione hac pro
parte affirmatiua primum Bar. argumentatur, locum
acquiſitioni videri, id quia renunciatio hæc petitorij,
ſeu litis de petitorio inſtitutæ non modo ad inſtantiã,
ſed & ad ius ipſum petitorij ſpectat. d. l. poſtquam liti,
& quod ibi in gl. ſ. no. argumento hoc non mouente,
ius aliud ſeruandum Bar. putat, partem negatiuã am-
plectendo, reo dominium ex renunciatione hac non
159 acquiri per tex. in l. ſi pro fundo in fi. C. de tranſa. † vbi
cum fundus petitus apud reum ex tranſactione dimit-
titur, ſi à fiſco, aut priuato euictus ſit, euictioni pręſtãdę
actor non tenetur, conſequens igitur fit, in tranſactio-
ne id genus dominij tranſlationem non venire, quip-
pè ſi veniret, præſtanda euictio eſſet, quaſi tranſlatum
dominium non ſit, euictus enim fundus non eſſet, ſi
in dominio actoris fuerat, ſi in tranſactione dominij
tranſlatio non venit, ergo nec in renunciatione, quũ ni
hil aliud tranſactio eſt, atq; litis, ſeu iudicij renuncia-
tio, ſeu a lite iudiciovè diſceſſio, idem no. in l. pen. C. de
vſuc. pro emptore, vbi expreſſim differre gl. putat, vtrũ
ex cã tranſactionis res tradatur, an ex ea retineatur, ꝑ
traditionem enim dominium acquiritur, ꝙ ſecus in re
tentione, aut dimiſſione eſt, cum ſententia hæc & textẽ
facere Bart. ſcribit in l. exceptio infra de excep. rei iudi.
160 † vbi ſi contra eum pronunciatum in iudicio reali ſit,
qui dominus erat, quia dominij puta fidem facere nõ
potuit, ſi denuo rei vendicatione is agat, qui in domi-
niũ actoris ſucceſſit, hæres puta, aut ſucceſſor alias ſin-
gularis, cui iura ſua vendidit, exceptio rei iudi. obſtat,
conſequens his fit, per ſñiam abſolutoriam dominiũ
in reum non tranſire, quoniam ſi tranſiret, ſicut ſine iu-
re ſucceſſor ageret, ita excludi exceptione non poſſet,
cum habitum excluſio, aut priuatio pręſupponat. l. ma
numiſſiones. ff. de iuſti. & iure. l. decem infra de verbor.
obl. expreſſius item per ſententiam abſolutoriam do-
minium in reum non tranſire, tex. probat, cum in do-
minium actoris ſucceſſiſſe alium ſcribit, atqui quomo-
do fieri id poſſet, ſi ab actore ipſo ad reum diſceſſiſſe
dominium dicimus, ſicut per ſimplicem abſolutionẽ
reo dominium non acquiritur, ita nec per renuncia-
tionem ſimplicem, eadem enim vtrubiq; ratio verſa-
tur, cum illud per vtrunq; ſolum modo agatur, vt finis
liti imponatur, non etiam vt iuris quicquam noui reo
161 accedat, ius idem econtrario eſſe, † cũ reus victus rem
actori tradit, quãuis dominus reus ſit, vt nec traditionẽ
id genus dominium actor acquirat, id quia non eo ani
mo traditio fit, vt dominium ex ea in actorem tranſ-
feratur, verum coactu iudicis, quæ ratio longè magis
mouere in ſpecie controuerſa debet, in qua renuncia-
tio petitorij ſimpliciter citra traditionem fit; cum ea
mente renunciatio non fiat, vt iuris quicquam ab ea
reo obueniat, verũ quo magis voti ſui compos actor
renuncians fiat, ideſt obtinere in poſſeſſorio valeat, ad
quod peruenire ſine renunciatione ipſa non poterat.
Opinione hac negatiua, ita confirmata, ne ad reum
ex renunciatione dominium ambulet, ad glo. Bart. re-
162 ſpondet † in d. l. poſtquam liti, quæ contraria opinio-
ni huic videbatur, in quantum ad ius trahi renuncia-
tionem litis ſcribit, quoniam ad ius actionis, ſeu ven-
dicationis propoſitæ non ad ius dominij verba glo. re-
feruntur. Monendi enim ſecundum Bar. ſumus ius du-
plex in ſpecie hac verſari, ideſt ius dominij, & actio,
ſeu vendicatio ipſa quæ ex dominio ipſo deſcendit,
vnde cum liti, ſeu petitorio renunciatur, actio ipſa
tollitur, quam intendere amplius non licet, ob id ſi
iterum agitur, aut res petitur, pacti exceptio, ſeu doli
obſtat, pacti videlicet taciti, quod ex renunciatione na-
ſcitur, per quam tacite paciſci renuncians, intelligitur,
ne rem amplius petat, ſic pactum tacitum de non petẽ
do renunciatio illa producit, doli item exceptio a renũ
ciatione deriuatur, quod dolo actor faciat, qui ad ius,
aut actionẽ redit, cui renunciatũ ab eo ſit. d. l. poſtquã
liti, vbi litem inſtaurari poſt renunciationem eius ratio
vlla non permittit, ſi renouari lis non poteſt, ergo in
antecedens neceſſariũ pactio de non petendo interpo
ſita tacitè ĩtelligiẽ, aliter. n. impedimẽto eſſe renũciatio
nõ poſſet, quominus actionẽ ꝓponere ď integro liceat.
Rur-

Digitized by Google

Rurſus ſi ratio iuris non patitur, vt actio reſtauretur,
doſo actor facit, qui ꝯ rationem iuris actionem ſemel
remiſſam repetit, ad eamq; reuertitur, ſic vel pacti, vel
doli exceptio ex renunciatione hac naſcitur, idque ex
163 tex.& Bar. probat † in l.non ſolum.§.ſi liberationis.ff.
de libera.lega. vbi quotiens in rem concepta verba li-
berationis ſunt, neq; creditori liberanti, neque hæredi
eius actio datur, ꝙ ſi ꝯ liberationem actio infertur, pa-
cti, aut doli exceptio obſtat, ſed quia diſiunctim Bart.
loquitur, pacti, aut doli exceptionē opponi, in arbitrio
debitoris non eſt, vtram velit exceptionem opponere,
verum ita pacti locus exceptioni erit, ſi parte præſente
renunciatio facta, aut liberatio ſit, ita vt et acquiri ex
pacto tacito poſſit, præſentia planè remota, doli locū
exceptio habet, vt gl.no. in d.§. ſi liberationis, ſed nec
exceptionem doli Bar. ibi niſi in iure reali admittit, de
164 qua re tū, † vtrum partis præſentiam pactum tacitū
expoſtulet, ad Doc. adeundum. in l.2. & in l.ſi credito-
res, & Iaſ. vtrubiq; in quarto not. C. de pact. Quid autē
interſit, pacti ne, an doli exceptio competat. Iaſ. hic do
cet. nu. 65. ver. & vtilitas eſt, itaq; exceptio hæc ſiue pa-
cti taciti, ſiue doli, quæ ex renunciatione naſcitur, non
niſi actionem, aut vendicationem ipſam reſpicit, ad
dominium planè non trahitur, ꝙ in reum trāsferri ex
renunciatione non ſolet. Locus quippè eſſe exceptioni
non poſſet, ſi in reum translatum dominium dicimus
quam .n. actionem excludere exceptio poſſet, ſi apud
actorem ipſum iuris quicquam non ſit. l.ſi pupilli.§.vi-
deamus.ff. de neg.geſt. Conſequenter iuri dominij re-
nunciatum ex renunciatione hac litis, aut petitorij non
intelligitur, vti iuribus memoratis probatur, ideſt in d.
l.ſi pro fundo, & in d.l.exceptio.

Concluſio ex Bar. in quæſtione hac prima colligitur
165 † litis, aut petitorij renunciationem ad dominium,
transferendum non valere, quam concluſionem cre-
briorē eſſe, ex Doc. apparet, qui relati hic apud Iaſ. ſunt.
nu. 57. verſi pro declaratione huius ſecundæ lect. ratio-
nibusq; alijs ſententiam hanc Iaſ. confirmat, eandem
op. receptam eſſe, Ripa hic probat. nu. 111.

Concluſionem hanc Ripa hic argumentando im-
pugnat, per tex. in d.l.ſi pro fundo in prin. vbi qui à lite
tranſigendo diſcedit, conſequenter liti renunciat, ſi rē
166 † aduerſario ex cauſa tranſactionis tradit, dominiū
transfert, ius ergo idem ſeruandum, & in dimiſſione
videtur, quæ eiuſdem, atq; traditio poteſtatis in domi-
nio transferendo eſt. l. qua ratione. §. interdum ſupra
tit. 1. & §. interdum inſti. de rerum diuiſio. Reſponſio-
nes tres argumento huic Ripa accommodat, primam
ex gl. percipit in l.ſiue apud acta. C. de tranſac. Bal. in l.
1. nu. 2. C. de bonis mater. vbi rem dare, aut remittere
non intelligitur, qui liti renunciat. Conſequenter locū
iura contraria non habent, quotiens ex cauſa renun-
ciationis dimiſſio fit, cum ad dominium transfe-
rendum renunciatio non ſpectet. Locū igitur in actu
habebunt, qui ad dominiū transferendum reſpicit, de
quo genere vēditio, donatio, & id genus alij ꝯctus ſunt,

Videndum in ſolutione, aut reſponſione hac Ripæ,
in quantum diſcrimen inter remiſſionem, & renuncia
tionem conſtituit, vt in remiſſione dominij translatio
veniat, ꝙ aliter in renunciatione eſt, namq; ex glo. dif-
167 ferentia hæc euertitur † in d.l. ſiue apud acta in verſi.
pendente, & ex Bal. in d.l. 1. nu. 2. C. de bonis mater. q.
bus in locis de remiſſione loquuntur, per eamq; trāſ-
ferri dominium negant, idē & Signorol. viſum in cōſ.
71. col. 3. Quid enim intereſt, vtrum litem quis, aut pe-
titorium remittat, an ei cedat, vnde aliter differentiam
Bal. conſtituit, ideſt inter remiſſionem, & ceſſionem a-
ctionū, ꝙ ad renunciationē planè attinet, eandē renū-
ciationis, atq; remiſſionis cām eſſe, non obſcurè gl. cū
Bal. ſentiunt. Secundo monendi ſumus in reſponſio-
ne hac prima Ripæ hallucinatum eum non medio-
criter eſſe, cui viſum ſit, fundum reo remiſſum in ſpe-
cie. d.l.ſi pro fundo in prin. eſſe, cum fundū alium non
controuerſum ipſumq; liberum loco fundi petiti dare
reus promiſerit, quo caſu propter naturam verbi dare
168 † dominij translatio neceſſariò veniebat. l.ſi ff. de cō-
di. ob cau. l.ſi ita diſtrahatur. ff. de contra emp. l. vbi au-
tem non apparet. §. fi. ꝟ. de verb. obl. ſic in datione, non
in remiſſione tex. loquitur in d.l.ſi pro fundo, ad quē
modū intelligendo contrarius Bart. tex. ille oīno non
erit, Conſequenter inconſulte plus ſatis oppoſitio in
Bar. facta ex tex. illo eſt, in Bar. eum retorquendo, qui
cum Bar. facit.

Quare contrarij magis opinioni Bart. text. videntur
169 † in d.l. qua ratione. §. interdum. ꝟ. tit. 1. & in d. §. inter-
dum inſti. de rer. diuiſ. in quibus apparet traditionis vi
ce dimiſſionem eſſe, ob id aduerſari textui videntur in
d.l.ſi pro fundo in fin. vbi ex dimiſſione illa translatiò
dominij non fit, ſed.n. ad iura illa reſponſio duplex ex
Ripa hic colligitur. nu. 112. locum eis tum eſſe, quotiēs
rei tradendæ ex natura ꝯctus quis obligatur veluti in
venditione, aut donatione, & id genus alijs, vt Iaſ. not.
in §. ſi minus. nu. 8. in fi. inſt. de actio. Quod ſecus in re-
nunciatione litis eſt, in qua ad rem tradendam renun-
cians non tenetur, mirum ob id fieri non debet, ſi do-
minium ex dimiſſione non tranſit, ex Alex. miſſio hæc
iuuatur in l.nam & poſtea. § ſi petitor. nu. 4. ff. de iure-
iur. ad actum obligatorium, liberatorium tex. memo-
ratos pertinere, cū dominiū transferendum liberatio
non ſpectet, eadem ratio renunciationis eſt, quę ad reū
à iudicio liberandū, nō ad renunciantem obligandum
ſpectat. Concluſioni huic Bartoli Ang. Rom. & Pu-
teus hic ꝯtradicunt Salic. in d l.ſi pro fundo, vt Iaſ. hic
refert nu. 60. ver. iſtam concluſionem, cū quib. facere
& Fabius hic videtur. nu. 69. ad tex. reſpondendo in d. l.
ſi pro fundo, ad quem tex. Iaſ. etiam ibi rñdet. col. fi.
170 Sed enim veriorē concluſionem Bar. arbitror, † cū
transferri dominium ſine animo renūciantis nequeat,
vt habetur in l.ſi quis vi, §. differentia. ꝟ. col. & in totum
infra de reg. iur. appoſite magis tex. facit in l.dedi. §. ſub-
tilius. ff. de cond. ob cau. ſed enim animus dominij trāſ
ferendi in eo non eſt, qui liti petitorij in hoc renūciat,
quo facilius conſequi rem poſſit, quocirca effectū con
trarium potius renunciatio ageret, ſi transferri ex ea
dominium dicimus ꝯ. l. legata inutiliter. ff. de legat. 1. &
alia compluria, ad quem modum conſiderando, ad
rem tex. non attinet in d.l.ſi pro fundo in fi. etiā ſi Ang.
Rom. Putei, & Fabij hic, Iaſ. q; ſenſum in d.l.ſi pro fun-
do col. fin. admittimus, vt dominium ex tranſactione
transferatur, quoniam diuerſa trāſactionis cauſa, atq;
renunciationis eſt, in tranſactione enim animus tran-
ſigentis apparet, quod rem manere, apud aduerſarium
voluit, eamq; à ſe oīno abdicando, quam ob cām mi-
rum fieri non dēt, ſi locū translationi eſſe dominij dici-
mus, cū alia q̄ſtionis cōtrouerſę eſt, in qua rē à ſe repel-
lere renuncians noluit, qui ideo petitorio renunciauit,
vt remedio alio promptiore ad rem ipſam aſpiraret.
171 Limitatur concluſio hæc, † ne locū habeat, vbicūq;
iura ſua renuncians cedit. Bal. in d.l. 1. nu. 2. C. de bonis
mater. Bar. in l. 1. Infra pro emptore. Bereng. hic nu. 86.
in 2. capite repe. Quæ limitatio vera ſimpliciter non vr̄.
cum transferri dominium ſine traditione nequeat. l. tra-
ditionib. C. de pactis, ob id ſatis ceſſio iuriū ſine tradi-
tione rei ad dñium transferēdū non vr̄, & in ſpecie ex
ceſſione rei vendicationis dominiū citra traditionē nō
transferri, ex tex. probatur in l.planè ibiq; gl. ff. fam. her.
Bar. in l.ſi culpa. ff. de rei vend. & apud Iaſ. hic nu. 61. Fa-
bius. nu. 69. Signor. his accedit in d. conſ. 71. col. 3. ante
med. ver. præterea interdum, in quā ſnīam tex. ēt citat
in l.certi. C. de hæred. vel actio. vend. quæ l.fi. eſt, vbi per
ceſſionem realis actionis nō niſi vtilis actio trāſit, atqui
directa vti tranſiret. ſi trāſlatio per eam dominij fieret.

Eundem. text. in ſententiam hanc Dy. profert in conſ. 47. ante med. pro qua ſententia tex. etiam videtur in l. 1. in fin. ff. ſi ager. vecti. quem Signorol. citat in conſi. 7. num. 3. & in ſpecie limitationem hanc Iaſ. hic non admittit. num. 61. poſt Alex. & Aret. quorum opinionem aduerſus Socinum tuetur, qui dimiſſionem vice traditionis eſſe ſcribit, cum ceſſio actionis realis fit.

172 Sed enim verior, meliorq; Bald. opinio † & conſequenter limitatio hæc videtur, cum apud eum res eſt, cui actionis ceſſio realis fit, poteſtatem enim traditionis dimiſſio illa habet, neq; Iaſ. arg. mouet, non eo rem dimitti, vt in aduerſarium transferatur, fallitur enim Iaſ. in argumento hoc, quod locum niſi in renunciatione ſimplici habet, cum ob renunciationem ſimplicem apud alium res dimittitur. Cauſa alia ceſſionis eſt, cum vltra renunciationem ceſſio actionis realis fit. quam enim ob cauſam aliam ceſſio fit, niſi vt dominij translatio fiat.

173 Secundo limitatur concluſio hæc Bart. † quotiens in conſpectu rei tranſactio, aut renſiciatio fit, ibi enim dominium transferri ex actu ficto per aſpectum videtur, conſequenter locus tum textui non videtur in d. l. ſi pro fundo in fin. ita Signorol. limitat in d. conſ. 71. col. 3. ante med. verſicu. præterea interdum, ſed obſeruandum, fruſtra rei præſentiam deſiderari, cum apud aduerſarium res eſt, ſiquidem fortior dimiſſio ad dominium transferendum, quam aſpectus ſit, cum actus verus in traditione inſit, id eſt rem vere aduerſarius habeat, quod aliter in aſpectu eſt, qui ad actum fictum pertinet, ſic quomodo ſcriptum apud Bartol. & alios eſt in l. 1. in princ. num. 19. num. 23. & ſeq. ſupra eodem. Quare negotium omne in eo vertatur, vt cognoſcamus, vtrum animum dominij transferendi is habeat, qui rem dimittit, ſeu vtrum ad dominium transferendum actus eius pertineat, quorſum tũ enim rei pręſentiam exquirere, cum rem aduerſarius habet, apud eumq; dimittitur.

174 Tertio limitatur, † vbicunq; æſtimationem rei renuncians percipit, translatio tum enim ex renunciatione hac dominij fit. l. eius. ff. de rei vend. Berengar. hic nu. 86. in fi. in ſec. capite repetitio.

In hac ſecunda lectu. quæſitum apud Barto. eſt, expenſarum ne condemnari actor debeat, qui de petitorio ad poſſeſſorium ſe transfert, ex dictis enim con-
175 cluſio duplex decerpitur, prima cõcluſio † ſumptus litis ab actore deberi, qui petitorio deſerto expreſſim, aut tacitè, ad poſſeſſorium deſcendit, tacitè autem renunciari ait, quotiens inuicem ſe pati iudicia hæc non poſſunt, ibi enim ad poſſeſſorium tranſiri citra renunciationem non poteſt, ex Spec. id Bart. probat in tit. de expen. §. iuxta. nu. 12. Ioan. Andr. in cap. cum ſuper de cau. poſſ. & propriè. citari Ioan. And. debuit in capit. paſtoralis. col. antepenult. poſt med. verſicu. ſed etiam quando non ſuſpendit, ibiq; Ant. de Butr. nu. 14. Abb. num 31. de cauſa poſ. & propric.

Pro qua ſententia, text. appoſitiſſimus eſt, quem omiſſum à Doc. hic miror in c. interpoſita. §. ille denique de appella qui tex. in eo loquitur, qui appellationi renunciat, ſumptuum eum condemnatione affici, ibique Dec. in 2 nota. mentionem concluſionis huius nominatim facit, cum petitorio quis renunciat, quamuis Abb. ſolummodo nominet iu d. c. paſtoralis Bart. & Doct. hic verbo non facto.

176 Ratio cõcluſionis huius in temeritate fundatur, † quia temere ab eo illatum petitorij iudicium exiſtimetur, qui ab eo diſcedit. arg. l. eum quem temere. ff. de iudi. c. finem litibus de dolo, & contum. quem text. Iaſ. hic refert. nu. 67. Quocirca temeritatis cauſa, non quaſi ſuccumbere actor dicatur, expenſę iſtæ ſoluuntur, ſi quidem ſuccumbere is non dicitur, qui liti renunciat. l. alia ibiq; Bald. nu. 6. C. de his quibus, vt indig. Ripa hic nu. 115. Fabius. num. 74. Dec. in l. poſtquam liti nu. 11. in fi. ibiq; Iaſ. nu. 5. C. de pactis.

Sed rationem alteram, & ipſam validiorem condemnationis huius expenſarum eſſe arbitror, quoniã
177 confeſſio tacita † ex renunciatione litis deſcendit, quod malum ius renunciantis ſit, ſimiliter vt falſum inſtrumentum eſſe confiteri intelligitur, qui vſui eius renunciat. l. 3. C. de fide inſtr. ibiq; Bal. idem in eo ſcribit, qui liti renunciat, vt non bonum ius ſuum eſſe tacitè confiteatur. not. idem Bald. in d. l. poſtquam liti num. 9. verſi. ego dico. Cuma. in conſi. 173. Galuanus col. fin. poſt med. Eodem modo iniuſtam appellationem eſſe is confitetur, qui ab ea recedit, aut ei renunciat. Bald. in cap. 1. §. iudices in fin. de pace iura. fir. Socin. in conſi. 24. num. 9. verſic. ſed omittendo nunc examinationem lib. 1. Cum qua ſententia. glo. quoq; facit in l ſi maritus. a. §. ſi negauerint in ver. non audiendum infra de adul. quam glo. in ſententiam hanc Ale. citat in d. l. poſtquam liti in fin. Confeſſione hac igitur admiſſa, pro condemnato confeſſus habetur, ſiquidem nullæ iudicis partes in confeſſum pręterquam in exequendo ſunt. l. proinde in fin. ff. ad legem aquil. Caſtren. in l. ſtipulatio. §. habet autem. num. 1. in fin. ſupra de operis noui nunc. vnde pro eo res eſt, atq; ſi expenſarũ iam damnatus actor renuncians ſit, vt ſola earum neceſſaria executio videatur, niſi dicas, ſuperuacuam condemnationem in confeſſione expreſſa, non etiam in tacita eſſe.

Obſeruandum tamen confeſſionem hanc tacitam
178 † niſi ex renunciatione non produci, quę expreſſa ſit, cauſa alia renunciationis tacitæ videtur, ex qua confeſſio iſta tacita non emanat. Bald. in d. c. iudices in fin. Rei cuius exprimi ratio illa poteſt, quaſi abſurda res videatur, ex tacito tacitum oriri. arg. l. 1. C. de dotis promiſ. & quia non perinde tacitum, vt expreſſum extenditur. glo. 2. in l. ſi fratres. in prin. ff. pro ſocio, quæ difficilius ſocietatem tacitam extendi, quam expreſſam putat, idem glo. probat in clem. ſæpè in verſi. partibus circa fin. de ver. ſign. cum alijs apud nos aggregatis in tract. de antiq. temp. par. 4. nu. 38. & nu. 218. ad Venetam impreſſionem.

179 Roma. tamen ſing. 783. dicit lex † nec ex renunciatione expreſſa confeſſionem hanc oriri tacitam putat, cuius opinione Dec. vtitur in d. l. poſtquam liti. nu. 11. ibiq; Iaſ. nu. 6. ratione illa Dec. mouetur, quod diſcedi à lite non tam ob cauſam iniquam, quam litium odio poteſt, eam ob rem aſſertioni credendum renunciantis putat. Quæ ratio idonea mihi non videtur, iuris præſumptione cum renunciante non faciente, neq; enim ad litem deſcendiſſet, ſi inuiſam eam habuerat. Rurſus veriſimilius eſt, à lite initio ipſo temperatum, quam ipſam introductam odio eius derelictam. l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iuris. Iuris igitur præſumptione renuncianti obſtante, aſſertioni credendum eius non videtur iuxta doctri. Bart. in l. inter omnes §. rectè infra de furtis, cum alijs apud Iaſ. relatis in §. ſed iſte. nu. 92. inſti. de actio.

Ad rem tamen Roma. opinio non attinet, etiam ſi vera ſit, quominus expenſarum condemnationem ſubire actor renuncians debeat, quamuis confeſſio vlla tacita de iure eius iniquo ex renunciatione ipſa non emanet.

Si quidem confeſſione hac ceſſante, temeritatis tamen culpæq; vicio eripi non poteſt, qui litem inſtituit, quam bonam certamvè eſſe non cognoſceret, cum ante iura ſua explorare actorem oporteat, quam ad iudicium quempiam vocet. l. qui in alterius §. 1. ibique Bart. & alij infra de reg. iuris. Bart. in d. l. eum quem temere. num. 2.

Hoc amplius non ſolum temeritatis, aut culpæ, ſed
180 & doli † reus actor videtur, qui liti renunciat, namq; ſi do-

Digitized by Google

ſi doli is ſuſpectus habetur, qui litem non proſequitur. c. cum dilecti verſic. quamuis autem de dolo,& contu. Innoc.in c.dilecti.nu.3.de maiori.& obed.Pau.de Caſt. in conſi.216.per ea quæ compræhendo.col.1.lib.2.& apud nos in conſ.172.col.3.circa med. verſic. pro hoc quod ſcribit Pau.de Caſtr. Longè magis doli calumniæve ſuſpicionem parietur, qui liti ipſi renunciat, idque oſtendi ex tex.videtur in d.l.3.C.de fide inſtr.dolo planè admiſſo,abſurda res ſit,impunitum eum fieri, ex eoq; damno alium affici.

Perpetua tamen ſententia concluſionis huius non
181 videtur, † vt ſumptuum renuncians condemnetur, quid enim ſi cauſa qua iuſta renunciandi acceſſerit, velun inſtrumento à reo producto,cuius ſciens initio eſſe,nec inueſtigando actor poterat,rationis quidem nõ videtur, expenſarum eum incommodo plecti, ſi ſtatim, vt productum inſtrumentum eſt, à lite deſtitit, Bart.in l.deſtitiſſe. ff. de iudi.in l. ſi quis inficiatus.ff.depoſi.In l.1.in princ.nu.12.infra ad turpillia.in d.l. qui in alterius infra de reg.iur.in l.properandum.§. ſinautem alterutra.num.2.C.de iud.ibiq; Iaſ.nu.28.not.Ruin. in conſ.217.circa fi.lib.1.Atq; in ſpecie.q. huius ex Abb. hoc probatur in d.c.paſtoralis.nu.31.

Quin etiam expenſarum judicium pati reus debebit,ſi per maliciam inſtrumenti productionem in longius extraxit, quo diſpendijs inanibus actorem vexaret.c.exceptionem,ibiq; Bal.& alij de exceptio. Dec.in d.l.qui in alterius.num.9.Iaſ.in d.§.ſinautem alterutra. nu.28.verſi.ſimiliter econtra.vbi Cy.ſolummodo nominat in l.vni.C.vt quæ deſunt aduo. Inde fit,vt expenſarum iacturam actori reus ſarciat, qui fidem clericatus in executionem diſtulit. Egid. deciſ. 226. Caſodor. deciſ 3.nu.5.de appell. fol.120.Atq; in ſpecie.q. noſtræ Fabi.hic tradit.num.74.Hoc ita,ſi productione inſtrumenti facta,à lite actor deſtitit Dec.in conſ 241.in quo Decij dicto excutiendo occupandum me in præſentia non duxi.

182 Limitationem ſecundam Bar.concluſio recipit,† ne locum habeat,vbicunq; ex conſenſu partis renunciatio petitorij,aut litis fieret Rota deciſ. 363. ex hoc col. 1. in nonis volenti enim damnum non infertur.l. quãnis.ff.de in ius vocan.l.ſi rem.§.omnis in fi. ibiq; glo.in vēr.deceptus.ff.de pig.actio.l.1.§.ſi intelligatur, & l.q̃ritur.§.fin.ff.de edil. edic.l.ea quæ.§ pen.ff. de contrah. empt.ſed appoſitiſſime omnium in ſententiam hanc tex.facit in l.cum in plures.§.lege dicta.ff.loc.extra pœnam eſſe,quod partis voluntate fit, de quo apud Bald. in conſ.368.ꝙ permutatio circa med. lib. 5.

Concluſio ſecunda ex Bart. colligitur in quæſtione
183 propoſita,expenſas ab actore non deberi, † vbicunque citra renunciationem aliquam petitorij prius inſtituti poſſeſſorium cumulatur quibus caſibus cumulandi licentia eſt,verum finem expectari cauſæ vtriuſque conuenit,quæ verba intelligi diſiunctim debent, ideſt vt ſeparatim in iudicio,vtroq; condemnatio expenſarum fiat,vnde ſi iudicium poſſeſſorium actor amittit, ſumptuum in eo diſpendium agnoſcet, quod idem ſeruandum, & in petitorio erit, viceq; verſa ſi iudiciũ vtrum vis actor euincat, ſumptuum etiam victoriam conſequatur. Concluſionem hanc ratione, & autoritate Bar. confirmat. Ratione quidem,ꝙ alienum à iure ſit, ſumptuum condemnationem cumulationis huius cauſa actorem ſuſtinere, ſi permiſſa iure ſit. l. grachus.C.de adulter.c.cum eccleſia vulterana de electio. clem.vn de rerum permu.c.omnis.4.diſt.c. aurum 12. q.2.c.qui peccat 23.q.4.autoritate item Io. And.concluſionem hanc Bar.probat in d.c.paſtoralis. col. pen. ibiq; Butr.d.nu.14.Abb.d.nu.31.ex Cyn.idem confirmat in d.l.incerti.q.2. Eiuſdem opinionis, & Card. eſt in cleme.vnic.q.15.de cauſa poſ.& propric. Aufrer.in deciſ.tholoſa.q.60.& obſeruandum eo etiam caſu Io. And.& alios loqui,quo petitorio ſuſpenſo,poſſeſſoriũ interponitur,ita vt ſuper, vtroq; cognitio fiat.In qua re lapſus Dec.videtur in l.1.in fi.C.de carbo. edic. vbi locum expenſarum condemnationi putat,vbicunq; petitorio ſuſpenſo,tranſitus ad poſſeſſorium fit ex Bart. & Doc.hic,qui in renunciatione,non etiam in ſuſpenſione loquuntur.

Secunda hæc lect.ſicut auguralis eſt,ita à Bar.recipi, & Doct.non ſolet.iuxta.l.ſi putator.ff. ad legem aquil. l.ſi fideiuſſor.§.ſi cum debitor.ff.mand.l.fi.ante fi.C. de contrah.empt.gl.in l.quotiens.§.ſi colono in gl.2 ff. de vſufruc.in l.filium quem in gl.3.in princ.C. famil. her. vbi refugium miſerorum id genus ſenſum ait,diuina-
184 tiuus † planè ſenſus eſtimatur, vbicunq; factum adijcitur,de quo verbum in lege non fit, vt Berengar. hic not.nu.92.In 2.capite reperi.

Vnde tertio modo citra diuinationem renunciationis expreſſæ.text.iſte intelligitur, quod renunciatio expreſſa quidem non interuenit cum verbum de ea non fiat,tacitam tamen, ſeu implicitam ſubaudire neceſſe ſit,id quia contrarium petitorio interdictum retinendæ ſit, ſi quidem apud reum poſſeſſionem eſſe petitorium innuit,quod contra in poſſeſſorio retinendæ eſt, quod niſi poſſeſſori non datur.l.1. §. interdictum autẽ infra vti poſſi.itaq; contradictione hac interueniente, non poteſt actor interdictum retinendæ exercere, qn petitorium ipſum perimat,ab eoque diſcedat. cum ea
185 ſit contrariorum natura,† vt ab altero alterum perimatur,quando quidem cohærere inuicem nequeant. l.fin.ibiq; gl.in ver.direptum.ff.de diuor.l fuit quæſtionis.ff.de acq.hęred.l.ſi inter me,ibiq; Caſtr.in ſummario infra de excep. rei iud.l.hęc verba ille,aut ille in pri. infra de verb.ſign.vbi poſita die,nox remouetur, idem ex tex.probatur in c.cum humilitatis.ibiq; gl.2.22. q.2. Bal.in l.licet.ff.ſi quis omiſſa cau.teſta.Iaſ.in rub.ſupra eo.nu.10.ver.ſecunda concluſio eſt, atq; in ſpecie renunciationis tacitæ,per electionem eam remedij contrarij induci,in prima dictum lectione, atq; in prima dubitandi ratione habemus,in quam ſententiam text. ẽt à gl.& Bar.aſſertur in l.poſt diem ff.de lege commiſſor.Itaq; renunciatione hac tacita,& ipſa neceſſaria admiſſa,nihil eſt,ꝙ à ll.timeamus,quibus concurſus prohibitus petitorij,& poſſeſſorij apparet,vt in d.l.ordinarij.C.de vend.& in d.l.incerti.C.de interdic. quoniam concurſus nullus hic verſatur,imò enim poſſeſſorium ſolummodo exercetur,petitorio per renunciationem extincto.

Lecturam hanc tertiam gl.veram ita Bart. credit, ſi poſſeſſionem actoris reus confitetur, ibi enim ratione duplici renunciationem implicitam, aut tacitã ſequi. Bar.ait vna,quæ expreſſa à glo.eſt,ideſt quia vna ſimul cohærere petitorium,& poſſeſſorium nequeunt,ob id petitorium tolli neceſſe eſt,altera ratio; quoniam poſſeſſionem actoris reo admittente, habet actor, quod
186 à parte petit, quo caſu † abſolui reus ab inſtantia, ſeu ab obſeruatione iuditij debet. l. quotiens infra de ſolutio.§.fin.inſtit de perpe. & temp. actio. quæ iura à fortiori probant,eo enim caſu loquuntur, quo rem poſtea nactus actor eſt,vt abſolui reum oporteat.Longè magis idem probandum, ſi initio ipſo apud actorẽ res ſit.l patre furioſo.ff.de his,qui ſunt ſui,vel alien.iur. Eodem vulgatum illud pertinet,fruſtra petis,quod intus habet.l.ſi quis ex argentarijs.§. prohibet. ff. de eden. d.l.1.§.interdictum autem infra vti poſſi.

Cauſam aliam eſſe Bar.putat, cum poſſeſſionem actoris reus inficiatur, ibi enim, & ſi maxime petitorio renunciare actor videtur, qui interdictum retinendæ
187 intendit,contrarietatis antedictæ cauſa,attamen † facultatem renunciationis huius opponendæ reus non habet,à quo poſſeſſio negata actoris eſt, renunciatio enim petitorij ex poſſeſſione actoris ſequitur, quam

apud

apud ſe eſſe actor aſſerit, poſſeſſorium retinendæ inſti-
tuendo, ſed.n. quomodo poſſeſſionem hanc, aut con-
feſſionem actoris de ea factam obijcere reo licebit, qui
inficiatus eam eſt. reg. ex eo lib. 6. pro qua ſententia ca
ſum eſſe Bar. ait in l. cũ de indebito in prin. ff. de proba,
vbi quamuis debita pecunia ſoluta præſumatur, cum
indebitum ſoluere, aut ſuum iactare quiſquam nõ cen
ſeatur, atq; ideo onus indebiti probandi ad eum perti-
neat, qui indebitam eſſe pecuniam aſſerit, cum ea po-
teſtas præſumptionis iuris ſit, vt probandi onus in ad-
uerſarium reijciat, attamen præſumptionis huius com
modo frui reus non pôt, qui factum ipſum ſolutionis
inficiatur, qui tex. appoſite magis faceret cum opi. Bar.
non poſſet, in qua id demum verſatur, vt commodo
renunciationis præſumptæ reus careat, à quo factum
ipſum negatum poſſeſſionis eſt, cui ſniæ, & tritũ illud
ſeruire Bar. ait, de quo apud Spec. in tit. de poſit. §. 8. nu.
1. Hoc igitur caſu lecturæ huic locus tertiæ non eſſet.
vt ſublatum petitoriũ ex renunciatione qua tacita ſit,
Imò. n. incolume id maneret, illud demũ ꝯrietas eius,
& poſſeſſorij efficiet, vt concurſus eorum impediatur,
ne ve tractari, aut cognoſci vna ſimul poſſint, verum
in euentum poſſeſſorij, cognitio petitorij differatur, &
ſi quidem in poſſeſſorio actor vincet, de petitore reus
fiet, atq; ideo dominij probandi onus aduerſario incũ
bet, è contrario ſi poſſeſſorij litem actor amittet, actor
& in petitorio remanebit. Proinde ꝓbandi negotiũ nõ
minus eius erit, atq; ſi iſtitutũ ab eo poſſeſſoriũ nõ ſit,
188 Inde ratio. ll. prædictarum colligitur † ideſt. l. ſi de vi
ff. de iudi. l. ordinarij. C. de rei vend. & l. incerti. C. de in-
terd. cur factum ſit, vt remedio vtroq; propoſito peti-
torij, & poſſeſſorij retinendæ, cognoſci prius poſſeſſo-
rium oporteat cum procedi ſuper vtroq; ob ꝯrietatẽ
nequeat, ideſt ꝑꝑ ordinem iudicij obſeruandum, quo
planum videlicet fiat, vter petitoris partes ſuſtinere rei
ve debeat, conſequenter vtrum litigatorem dominij
probandi onus ſequatur, namq; remedio vtroq; cu-
mulato, cum poſſeſſionem apud ſe eſſe vterq; conten
dat, ſi petitorium prius cognoſcitur, neuter probandi
onus ſubire vellet, ca de re factum eſt, vt cognitio, defi-
nitio ve ante verti poſſeſſorij debeat, & illud eſt, quod
Bar. hic ſentit cum 2. loco. ll. prędictas in lect. hac. 3. no-
minat, ideſt. d. l. ordinarij, & d. l. incerti ſed expreſſius ra
tionẽ hanc Bart. ĩ. enarrat ante fi. primæ cõbinationis
Caſtr. in d. l. ſi de vi nu. 3. in fi. in 2. lectu. Soc. in conſ. 98.
cir. prin. lib. 4. idq; vox ipſa ordinarij ſonat in d. l. ordi-
narij. q. d. ob ordinem hunc ſeruandum, conſtitutum
id eſſe, idem ex tex. oſtenditur in l. exitus infra eod. quẽ
Iaſ. hic nominat. nu. 77. ver. tertia concluſio.

Ex dictis Bar. cit. lectu. hanc 3. concluſiones colligũ-
189 tur. Prima concluſio † quotiens petitorio inſtituto,
ſeu rei vẽdicatione propoſita, ad poſſeſſoriũ retinẽdæ
actor deſcendit, ſi quidem poſſeſſionem eius reus ad-
mittit, renunciationem petitorij implicite, aut tacite ſe
qui per rõnem duplicem à Bart. expreſſam, cui ſniæ ꝯ-
dici à Doc. non video, ſed n. text. obſtare concluſioni
huic videntur in d. l. ſi de vi. l. ordinarij, & l. incerti, vbi
quotiens remedium, vtrunq; infertur, renunciatio alte
rius non inducitur, tñ cognitionem poſſeſſorij prẹuer-
tendam. tex. illi mandant, neq; ad rem attinere Bar. rñ-
ſio vĩ, in caſu concurſus iura illa loqui, quæſtionẽ no-
ſtram ad eum caſum ſpectare, quo finito, ſeu ſublato
petitorio, poſſeſſorium intenditur, qñ iſtud eſt, de quo
principaliter diſceptatur, vtrum ſublatum petitorium
propter poſſeſſorium intelligatur. gl. enim Bart. & alij
ſublatum id præſupponunt, quo præſuppoſito admiſ-
ſo, vera ſolutio eſt, in caſu concurſus iura diuerſa loq.,
ſed enim in dubitationem præſuppoſitum hoc vocat,
cur magis in quæſtione controuerſa, ſeu in tertia hac
lect. ſublatum petitorium, quam in dictis. ll. dicamus.
Vnde concluſionem, ſeu tertiã hanc lect. ſuſcipiẽdo,
dici poteſt, rationem diuerſitatis inter concluſionem,
ſeu tertiam hanc lect. & dictas. ll. ſi de vi. l. ordinarij, &
l. in certi eſſe, qñ vbi petitorium primo loco quis inſti-
tuit, deinde eo intermiſſo, ad poſſeſſorium ſe confert,
cum ſimul cohærere vtrunq; nequeat, neceſſario per
vltimum remedium à primo diſceditur. l. pacta nouiſ-
ſima. C. de pactis, quæ lex ad eum caſum pertinet, & re
190 ſtringitur, vbicunq; † inuicem ſe pati actus non poſ-
ſunt prior, & poſterior, vt à poſteriore priori deroge-
tur. l. emilius. ff. de minor. l. ſi quis ante, ibiq; Iaſ. in pri-
mo not. ĩ. eod. l. nemo, & quod ibi no. C. de aſſeſſor. l. 1.
cir. fi verſi. quantum in eam partem ibiq; Bal. in fi. l. C.
de lati. liber. tolle. Rom. in conſ. 57. Alex. in l. ſi quis cũ
in prin. nu. 2. ff. de vulg. & in conſ. 193. nu. 2. lib. 6. Corn.
in conſ. 308. col. 3. cir. med. ver. & ex his multiplex ſumi
poteſt. lib 4. Dec. iñ l. vinum. col. 6. poſt med. verſ. tertio
principaliter. ff. ſi cert pet. & in d. l. pacta nouiſſima. nu.
3. C. de pactis, quæ ratio ceſſat, quotiens vna ſimul re-
medium vtrunq; proponitur. n. dici non poteſt, alterũ
altero poſterius eſſe, atq; vbi ex ordine literæ conſtare
id poſſit, mens tamen actoris ad renunciationem non
fertur, qui remedio vti vtroq; voluit, ob id citra con-
ſenſum eius induci renunciatio tacita non poteſt. nãq;
ſi conſenſu carere renunciatio expreſſa non poteſt. l. 1.
ff. de pactis. l. non omnis, & l. ſi ego. ff. ſi cer. pet. l. obliga-
tionum ſubſtantia. l. non figura, & l. in omnibus rebus
infra de actio. & obl. l. 2. & 3. C. de contra. emp. Bart. in
l. 1. §. & parui nu. 4. ĩ. quod vi, aut clam.
191 Longè minus † citra conſenſum tacitum, aut præ-
ſumptum induci renunciatio tacita poterit, ne plus ta-
cito, quam expreſſo tribuamus. l. ſi filiusfam. ff. ſi cert.
pet. l. qui ad certum. ff. loc. Bar. in l. ſi conſtante in prin.
in quarta q. tertiæ. q. prin. ff. ſolo. matr. atq; in ſpecie re-
nunciationis tacitæ, ſine conſenſu eam non induci, ex
tex. probatur in l. mater decedens. verſi. nec enim. ff. de
inoff. teſt. in l. in repudianda. ff. de acqui. hæred. Quid hic
dicendum, vbi non modo conſenſus in renunciatione
non interuenit, verum diſſenſus, cum remediũ vtrunq;
vtile ſibi eſſe actor voluerit, à quo inſtitutum vtrunq;
eſt. Quo circa contrarietate hac remediorum, & diſ-
ſenſu actoris ad renunciationem interueniente, tutius
illud viſum legi fuit, vt de poſſeſſorio ſolo ante omnia
cognoſci debeat, petitorij cã in euentum eius extracta.
192 Secunda concluſio ex priore deſcendens, † vbicun-
que petitorio renunciatum per poſſeſſorium intelligi-
tur, abſolui reus ab inſtantia dẽt, nam cum niſi actoris
reo poſſeſſionem confitente, renunciationis effectus
non ſequatur, rem ipſam petitam apud actorem eſſe,
tam ſua interdicto retinendæ agentis, quam rei ꝯfeſ-
ſione conſtat, quo circa non pôt reus à iudicij obſerua
tione non abſolui. d. l. quotiens infra de ſolutio. d. §. fin.
inſti. de perpe. & temp. actio. ſimilis enim caſus iſte ca-
ſui habetur, cum ſolutio probata à reo eſt, quo caſu ab
obſeruatione eum ẽt iudicij abſoluendum Bar. ſcribit
in l. iiia. nu. 4. in fi. infra de accuſ. Aret. in l. 5. in prin. in-
fra de verb. obl. Rui. in conſ. 114. col. 3. in fi. lib. 5. nego-
tium. n. principale tangere ſnĩa hæc non pôt vtpote ſo
lutione ſublatũ, vnde ad proceſſũ potius non facien-
dum ſpectat. Concluſio hæc ſecunda non niſi petito-
rio conuenit, in quo ſnĩa abſolutoria dici ab inſtantia,
ſeu obſeruatione iudicij dẽt, ad poſſeſſoriũ plane, ſeu
interdictum retinendæ non competit, cũ ex cõfeſſio-
ne poſſeſſionis à reo facta abſolui reus à poſſeſſorio
193 non dẽt, id quia † extrema duo neceſſaria ad interdi-
ctum retinendæ ſunt, vnum ex parte actoris, ideſt poſ-
ſeſſio, alterũ ex parte rei, ideſt turbatio, vnde quis vnũ
reus confiteatur, poſſeſſionem videlicet, attñ abſolui
eũ ab inſtantia non oportet, niſi & alterum confiteat,
ideſt turbationem, ita Iaſ. hic explicat. num. 72. ꝙ argu-
mentandi genus veluti ineptum Berenga. hic deridet,
nu. 95. ver. his rõnib. in 2. capite repeti. Innuitur. n. in ar-
gu-

Digitized by Google

gumento hoc, locum abſolutoriæ eſſe, reo extremum
vtrumq; confitente, ideſt & poſſeſſionem actoris, &
rei ip ius moleſtiam, cum econtrario locũ tnm con-
demnatoriæ eſſe proculdubio ſit, intentionem actoris
reo confitente.l.proinde in fi.ff.ad legem aquil. Quare
& ſi rectè Iaſ. ſentiat in concluſione hac ſecunda, in-
qua nunc abſolutoriam hanc ad petitorium refert, in-
eptitudinis tamen in argumento ſuo abſolui Iaſ. non
poteſt, proinde aliter argumentum reformandum à
194 Iaſ. fuerat, † vt cum ad petitorium abſolutoriam re-
ferendam in Bart. dictis Iaſ. aſſeruit, ratione id coacta
confirmaret, quoniam ad abſolutoriam conſequendã
in iudicio poſſeſſorio rei confeſſio non prodeſt, imò
etiam quo magis confitetur, eo liquidior condemnan-
di cauſa apparet, vt ſi extremum vtrunq; concedat, id-
eſt, & poſſeſſionem actoris, & rei ipſius turbationem,
eripi condemnatoriæ nequeat, ſin autem extremum
vnum duntaxat, reus confitetur, ideſt actoris confeſ-
ſionem, vel turbationem ipſius rei, locus condemna-
tioni non aliter erit, niſi ſi extremum alterum ab acto-
re doceatur, cõſequens his ſit, in re nullius controuer-
ſiæ à Iaſone hic tantopere elaboratum, quandoquidẽ
niſi in petitorij inſtantia intelligi Bar. nequeat.

Secundo concluſionem hanc ſecundam Iaſ. hic op
pugnat. nu.73. ex Bar. ipſo inferius ante fi. primæ com-
binationis; vbi quamuis poſſeſſionem actoris reus cõ
fiteatur, abſolui tamen non debebit, verum condem-
nationem ſuffert, quanti actoris intereſt, turbatum ſe
eſſe. l. ſi duo in prin. infra vti poſſid. Quid ita igitur ab-
ſoluendum ab inſtantia reum hic ſcribit. Reſpondet
Iaſ. de abſolutoria ratione rei principalis Bar. hic loqui
in dicta combinatione prima de condemnatione cir-
ca acceſſoria loquitur, ideſt propter intereſſe, id quod
à Bar. etiam factitatum in quarta gl. lect. eſt.
195 In ſecunda hac oppugnatione † contrarius ſui ipſius
Iaſ. videtur, namq; in prima impugnatione de abſo-
lutoria ratione petitorij ſolummodo, Bar. loqui ait, ſe-
cunda planè Iaſ. oppoſitio, & impugnatio ad poſſeſſo-
rium ipſum pertinet, ſi quidem in poſſeſſorio Bar. lo-
quitur in dicta combinatione prima. Rurſus ſolutio
ipſa Iaſ. ad poſſeſſorium etiam ſpectat, in quo nõ niſi
intereſſe nomine condemnationẽ faciendam ſcribit,
ſic circa interdictum ipſum retinendæ condemnatio-
nem faciendam vllam non putat, at circa intereſſe tã-
tummodo, quod paſſus actor ob turbationem eſt, cõ-
ſequenter contradictio euidens in Iaſ. hic depræhendi-
tur, ſi primam, & ſecundam eius oppoſitionem aduer-
ſus concluſionem hanc ſecundam ſedulo intuemur,
ſi quidem ad poſſeſſorium ipſum abſolutoriam ab in-
ſtantia in oppoſit. ſecunda non obſcurè refert, quod
contra in oppoſi. priore perſpicuè exprimit.

Secundo obſeruandum in 2. hac Iaſ. oppoſit. in qua
Bar. citat in dicta. 1. combina. Vult enim Iaſ. poſt Bar.
ſuperfluam interdicti retinendæ proſecutionem quan
tum ad principale ipſum eſſe, poſtquam actoris poſſeſ
ſionem reus admittit, atq; ideo nonniſi acceſſoriorum
cauſa ferendam condemnationem eſſe, ſic ſola poſſeſ
ſionis confeſſione, quod ad principale attinet, conten-
ti Barto. & Iaſ. ſunt, vt condemnatio fieri de principali
non debeat, atqui ſatis poſſeſſionis ſolius confeſſione
non eſſe ad condemnationem euitandam in oppoſit.
priore Iaſ. ait, niſi & turbationem etiam reus fateatur,
ita contradictio altera, nec ipſa obſcura in Iaſ. hic de-
præhenditur.

Tertio videndum, in quantum Bart. Inquit in dicta
combi. prima, quorſum ſuper poſſeſſorio litem exer-
cere poſtq̃ id reus confitetur, & videt propter acceſſo-
ria vtilem poſſeſſorij proſecutionem, ſeu ſnĩ am con-
demnatoriã eſſe, in vno. n. atq; altero non rectè locu-
tus Bar. vr̃, principio cum ſuperuacuam circa principa-
le, condemnationem ob ſolã poſſeſſionis confeſſione

196 putat, imò, n. † & circa ipſum principale condemnã-
dus reus vr̃, ideſt in poſſeſſione ſua actor defendendus,
& inhibendũ reo ne amplius præterea turbet, ſi proba-
ta turbatio ab actore citra rei confeſſionẽ ſit, id ꝙ pro
expedito Iaſ. in oppoſi. priore hẽt, ſecundo extremum
vtrunq; fac rei confeſſione apparere. i. poſſeſſionem
actoris, & turbationem rei, an non vtilis neceſſariaq;
condemnatio, & circa principale vr̃, vt in poſſeſſione
ſua actor defendatur, iubetq; reus debeat, ne moleſtiã
in poſterũ faciat, ſic q̃uo monſtratũ in oppoſ. 1. Iaſ. ha-
bemus, quam riſui habere Berengarium diximus, ani-
maduerſum tamen à Berengario non eſt, non Iaſonẽ
ſolum, ſed & Bar. ipſum in derriſum huic vocari.

Si dixeris Bar. Iaſ. q; partes ſuſcipiendo, cur neceſſa-
ria magis condemnatio in poſſeſſorio retinendæ, q̃ in
petitorio erit, poſtq̃ poſſeſſionẽ actoris reus confitet,
Reſpondetur, idcirco ſuperuacuã in petitorio condẽ-
nationem videri, ꝙ rem petitã actor habet, ꝙ ſecus in
poſſeſſorio eſt, in quo tria peti principaliter ſolent, pri-
mum, vt à turbatione reus deſiſtat, alterum ne turba-
tionem in poſterum faciat, tertium vt quanti actoris
intereſt ob turbationem præteritam reus condẽnetur
iuxta Spec. traditionem de cauſa poſ. & propri §. 1. nu.
7. Bar. in l. 1. §. interdictum. nu. 5 infra vti poſſid. Dec. in
c. licet cauſam in 14. nota. de prob. vnde & ſi maximè
poſſeſſionem actoris, & turbationem à ſe factam reus
confitetur, habere in ꝙ petit, actor non dr̃, quia iuſſus
à iudice non eſt, vt in præſens, futurumvè non turbet,
quo fit, vt mirari ſatis nequeam, q̃uo ſuperuacuam ſen
tentiam circa principale ob confeſſionem rei in inter-
dicto retinendæ Bar. crediderit, in dicta combi. 1.

Quarto monendi ſumus, cõtrarium ipſi ſibi, & Bar.
videri, cui in cõcluſione hac ſec. viſum ſit, abſolutoriã
hanc ab inſtantia non niſi in petitorio renunciato fe-
rendam, cũm aliam poſſeſſorij eſſe, in quo ferendam
condemnationem innuit, ſi cum ſecundum Iaſ. & a-
lios intelligimus, vt ad petitoriũ ſolummodo abſolu-
toria illa ab inſtantia referatur, at. n. inutilem condem-
natoriã reſpectu principalis ob confeſſionẽ poſſeſſio-
nis à reo factam in cõbinatione prima Bar. exiſtimat.
197 Concluſio tertia ex Bar. colligitur in 3. hac q. † exce-
ptione renunciationis tacitæ petitorij quæ ex propoſi-
tione interdicti retinendæ deſcendit, reum non vti, qui
poſſeſſionẽ ipſam actoris negauit, ne cõmodũ ex im-
pugnatione, aut negatione ſua reus ferat, in qua con-
cluſione monendi ſumus, non id à Bar. ſcribi, vt renũ-
ciatio non inducatur, non enim induci non poteſt ꝓ-
pter remediorum contradictionem, & repugnantiam
verum inutilis reo renũciatio eſt, cui exceptio eius ob
negationem ſuam non proficit.

Concluſioni huic tertiæ Iaſ. hic contradicit. num. 76.
ver. item dum Bar. mouetur, exceptionemq; renuncia
tionis tacitæ reo permittendã argumentatur negatio-
ne eius non obſtare, id quia renũciationem ipſam im-
mediatè negatio non contingit, at poſſeſſionem. Poſ-
ſeſſione planè negata excipiendo, immediatè non vti-
tur, quia non dicit, tu poſſides, verum renunciatione
immediatè vtitur, petitorio agere non licet, cui renun-
ciatũ per interdictum retinendæ cenſetur, cũ poſſidẽti
rei vendicatio, ſeu petitoriũ non competat, vnde cum
renunciationẽ hanc tacitã rei negatio immediatè nõ
ſpectet, ab ea opponenda ſubmoueri reus non debet,
ſm quæ, declaratio ſanè q̃ egregia ex oppoſitione hac
198 Iaſ. eius percipitur, quod dici vulgo ſolet, † eo quem
vti non poſſe, ꝙ negatum, aut impugnatum ab eo eſt;
vt ad id reſtrictio fiat, ꝙ mox impugnatum, aut nega-
tum eſt, aliter atq; ſi negatũ mediatè ſit, veluti in con-
cluſione hac, in qua impugnata renunciatio tacita im
mediatè non eſt, at. n. negatione poſſeſſionis mediante
impugnatio renunciationis deducitur, qm̃ ſi poſſeſſio
actoris negatur, nihil eſt, ꝙ renunciatum petitorio ex

poſ-

poſſeſſorio dicamus, cum poſſeſſionem vllam apud a-
ctorem eſſe reus neget. Declarationem planè, ſeu im-
pugnationem hanc concluſionis Bar. ex Bart. ipſo Iaſ.
probat in d. l. poſt legatum. nu. 10. ff. de his quibus, vt
indig. Qui Iaſoni ipſi expreſſim refragatur, ſi quidem
negata in ſpecie, atq; immediatè poſſeſſio actoris eſt,
ob id exceptionem habere non poteſt, quod actum
poſſeſſorio eſt, vnde renunciatio ipſa procedit.

Neq; mutat, poſſeſſorij exceptione immediatè reū
non vti, at renunciationis, quæ poſſeſſorio mediante
inducitur, quaſi immediatum hoc Bar. obſeruet, quia
negatur, ſcriptum id apud Bart. eſſe, vt non aliter ſub-
moueri reus debeat, niſi ſi eo, ꝙ negauit, immediatè
vtitur. At n. id tantummodo neceſſarium Bart. ſcribit
ad exceptionem reijciendam, vt limitate, ideſt ſpecifi-
ce, aut in ſpecie negatum quid ſit, ita vt ignorantia ex-
cuſari in re negata non poſſit, vnde ſatis negatio in ge
nere, & citra id non erit, notitiam cuius reus negans
non habet, verbi gratia legatum quiſpiam ex teſtō in
genere petit, teſtamenti vllius in ſpecie fide non fa-
cta, vel ex contractu in genere quis quid petit, ſcriptu-
ra vlla contractus non producta, namq; ſi factum te-
ſtamentum, aut contractum vllum in genere reus in-
ficiatur, damno negatio non eſt, quominus ſi teſtamē
ti, aut contractus fides in ſpecie poſtea fit, commodo
199 eius vti reus poſſit, non aliter igitur damnoſa negā-
ti negatio erit, niſi ſi in ſpecie, aut limitate negatio fit;
veluti cum in ſpecie productio teſtamenti facta, con-
tractuſve eſt, & ſcripturam ipſam productam reus ne-
gat, vel aliter oppugnat, ex tex. doctri. hanc Bar. probat
in l. ſi quis inficiatus ff. depoſi. vbi cum nomine alieno,
& quaſi procurator depoſitum quis repetit, vel ſi qua-
ſi ab hærede deponentis repetitio fit, qualitatem vero
procuratoris, aut hæredis reus inficiatur, locus pœnæ
inficiationis non eſt, ideſt vt dolum præſtet, cui præ-
ſtando ante non tenebatur, id quia cum mandati, aut
teſtamenti vllius fides in ſpecie non fiat, in ſpecie man-
datum, aut teſtamentum impugnatum dici vllum nō
poteſt. Quare ſi fides eius in ſpecie poſtea fit, com-
200 modo eius vti reus non impeditur, ita non niſi inter
negationem generalem, & ſpecialem diſcrimen Bart.
conſtituit, inter quas ratio diuerſitatis verſatur, ſi qui-
dem teſtamenti fide in ſpecie non facta, at in genere
ſolummodo eo enarrato, ignorantiam eius excuſare
reo licet. l. verius. ff. de prob. quod ſecus in teſtamento
eſt, quod limitatum in ſpecieq; producitur. Rurſus cū
in genere tantummodo mentio teſtamenti fit, cum
incertitudinem genus patiat. l. in tradēdis. ff. com. pręd.
Lira fidei in princip. infra de iure fiſci. l. prætor ædixit in
prin. infra de iniur. incertum eſſe reo potuit, quid com-
præhenſum ſub teſtamento ſit, de quo niſi in genere
mentio habita non eſt. Impune igitur impugnare id
licuit, de quo in ſpecie non apparet, inde Fabij error
hic depræhenditur. nu. 78. in fin. qui differre non putat,
vtrum in genere an in ſpecie quid negetur, quaſi ad
ſpecies ſuas omnes genus trahatur.

Conſequens his fit, cognitam Bart mentem Iaſoni
non fuiſſe; qui id Bar. ſenſiſſe credit, vt differat, vtrum
immediate, an mediate quis quid neget, aut impugnet
cum alia Bartolo mens fuerit, ideſt vt referat, vtrum in
genere, an in ſpecie negatum quid ſit, ad quem modū,
& melius quidem, Bar. intelligendo, mirum ni Iaſoni
ipſi euidentiſſimæ repugnet, quandoquidem in ſpecie
actoris negata poſſeſſio ſit, ob id ea vti negantem non
conuenit, vteretur autem haud dubie, ſi exceptionem
ei obijcere renunciationis tacitæ liceat, quæ induci ſine
poſſeſſione negata non poteſt.

Secundo reſpondetur, Bar. fac ad eum modum lo-
qui, quem Iaſ. hic exprimit, ideſt vt differat, vtrum im-
mediate, an mediate actu negato quis vtatur, nihilo-
magis exceptione hac vti renunciationis tacitæ reus
debebit, ſi quidem immediate negata non ſolum poſ-
ſeſſio, ſed & renunciatio ipſa videtur, etenim cum in-
duci renunciatio ſine poſſeſſorio retinendæ nequeat,
201 qui poſſeſſionem inficiatur † effectū oēm negare in-
telligitur, qui ex poſſeſſione cōſequi ipſa ſolet. l. ſi duo.
§. idem iulianus, & l. duob. §. exceptio. ff. de iureiura. &
iſtud eſt, ꝙ dicitur, argumentum admitti ab antecedē-
ti deſtructo. l. 1. §. huius rei. ff. de oſt. euiſ. l. ſed & hę. §. p̄-
ter. ff. de proc. l. oratio. ff. de ſpōſal. l. ſi homo mortuus,
ibiq; Iaſ. in 1. not. ĵ. de verb. obli. l. apud antiquos cum
ibi no. C. de furtis, vſq; adeo aūt cōſequens hoc neceſ-
ſarium ab antecedenti pendet, vt antecedentis impu-
gnatio ad conſequens trahatur, vt perinde res ſit, atq;
ſi negatum expreſſim, & conſequens ipſum ſit, ſiquidē
202 † pro expreſſo id habetur, ꝙ in antecedens, aut con-
ſequens neceſſarium expreſſi deſcendit. gl. & Doc. in l.
prętor. §. 1. in ver. expreſſum ſupra de op. noui nunc. de
quo dictū plenius habemus in l. 1. in prin. in 3. oppoſit.
Bar. eo. tit. vnde cum poſſeſſionem actoris reus negat,
pro eo res eſt, atq; ſi expreſſim ab eo negata, & renun-
ciatio tacita ſit.

Tertio mirari ſatis nequeo genus hoc argumētandi
203 Iaſ. regulæ enim vulgatiſſimæ pugnat, † cām dicēdi
ſpectādam, potius ꝗ verba ipſa eſſe. l. cum pater. §. dul-
ciſſimis. ff. de leg. 2. c. & ſi Chriſtus in ver. ex cā ibiq; gl.
de iureiu. c. intelligentia, ibiq; gl. in ver. ex cauſis ꝺ ver.
ſign. cā. planè de renunciatione excipiendi, a poſſeſſo-
rio ipſo exiſtit, ꝙ agi poſſeſſorio retinendæ citra renun-
ciationem petitorij non potuit, cū inuicem ſe non pa-
tiantur. Enimuero cum negata renunciationis cā ſit, i.
poſſeſſio ipſa cauſæ magis obſeruare negationē ꝯue-
nit, ꝗ ipſa exceptionis verba, quæ ad cāuum reſpiciunt.
204 Quarto in aliam iuris regulā Iaſ. offendit † cām ip-
ſam ſpectandā, non cauſatū l. ſi procuratorē in prin. ff.
mād. l. 1. §. idem pomponius ff. depo & ꝙ in caſu ſcito
Alex. ſcribit in ꝯſ. 215 nu 5. lib. 6. Quare econtrario à
Iaſ. obſeruanda negatio poſſeſſionis fuerat, veluti renū
ciationis tacitæ cauſa. Quinto expreſſius Iaſoni Signo.
205 aduerſatur in ꝯſ. 178. col. 2. ante fi † qui à cā excludi-
tur, à cauſato, quoq; excluſum intelligi, idē Bald. ſcribit
in c. 1. §. & quia vidimus. nu. 14. qui feu. dat. poſ. capacē
cauſati non eſſe, qui capax cauſæ non ſit, itaq; ſi exce-
ptio poſſeſſionis negatæ opponi à reo nō poteſt, quō
audiendus erit, vt exceptionem cauſati obijciat, ideſt
renunciationis tacitæ, quæ à poſſeſſione ipſa emanat.

Iuxta lect. hanc tertiam. gl. quia contrarius ei tex. hic
in fin. videtur, vbi qui agit petitorio renunciare poſſeſ-
ſorio non creditur, & ratio eadem in caſu contrario
videtur, cum poſſeſſorium quiſpiam poſt petitoriū in-
ſtituit, quo perſpicua magis lectura iſta tertia fiat, quę-
206 ſtionem Bar. principaliter excitat, vtrum † qui peti-
torium intendit, remittere poſſeſſionē intelligat, adeo
vt experiri poſſeſſorio nequeat, in qua. q. renunciatio-
nem. tex. quidem non admittit, ſed enim obſtare tex-
tui ea videntur, quæ in gl. ſcripta circa lectu. tertiā ſunt,
ideſt contrarietatis ratione renunciationem. Induci,
quia hoc ipſo ꝙ petitorio ago, apud aduerſarium nō
apud me poſſeſſionem eſſe confiteor, quō igitur apud
me eſſe poſſeſſionem poſtea dicam, interdictum reti-
nendæ inſtituendo, an non ꝫrius euidentiſſime mihi
ipſi ſum. contrarietatis igitur cauendæ actuſq; ſuſtinē-
di cauſa, ideſt vt conſiſtere iudicium poſſit, dicendum
erit, renunciatum poſſeſſioni intelligi.

In. q. hac gl. diſtinctionem Bar. admittit, vt ſi ſiquidē
poſſeſſionis ſciens actor eſt, remiſſum poſſeſſionis ius
ab eo cenſeatur, idq; contrarietatis ratione, ſin autem
ignorans actor poſſeſſionis ſit, tum vero renūciatio ſi-
leat, vt no. in l. ſi duo in prin. in gl. 2. verſ. ſed Ioan. dicit
infra vti poſſi. vbi renunciationem induci ſimpliciter
gl. ſcribit, ſed gl. illam ſecundum hunc Bar. intelligit, id-
circo renunciationem ibi ſequi, ꝙ eo caſu gl. loquitur,

quo

Digitized by Google

quo poſſeſſionem apud ſe eſſe actor non ignorabat;
vnde dici poteſt, in caput alterum diſtinctionis huius
iuuandum glo. illam citatam, vt renunciatum poſſeſ-
ſioni ſcientia interueniente, cenſeatur. Idq; ex eo oſtẽ
ditur, quod mox Bar. ſubijcit, cum ratione fortiori
caput hoc renunciationis admittendæ confirmat. Nã
que talis nunciatio ſola ſimplexq; eſt ad remiſſionẽ,
aut amiſſionem poſſeſſionis arguendam. l. 1. §. in ope-
ris. l. de pupillo. §. meminiſſe ſupra de op. noui nuncia.
Longe magis ad poſſeſſionem remittendã valere cõ
feſſio expreſſa actoris debebit, qui rei vendicationem
proponendo, apud aduerſarium, non apud ipſum
actorem eſſe poſſeſſionem cõfitetur. expreſſim enim
confitetur actor in rei vendicatione ab aduerſario ſe
poſſideri, cum id expreſſim deduci oporteat. aliter in
lite ſuccumberet. d. l. officium. ff. de rei vendica. l. ſi à
te in prin. infra de excep. rei iudi. l. ſi. C. de aliena. iud.
mu. cau. fac. c. examinata de iudi. Quæ confeſſio ex-
preſſa in nunciatione noui operis non modo ſilet, ve
rum etiam apud ſe poſſeſſionem eſſe nunciator con-
tendit. vnde ob id ſolum amiſſio poſſeſſionis ſequitur
ſecundum glo. & Doc. quod formidoloſus nunciator
videtur, qui verbis tantum, non per lapilli iactum, aut
iudicem nunciat. vt glo. no. in d. §. in operis in ver. ad-
uerſarium. ſi metu ſolo poſſeſſio perditur, multo ma
gis ex libera poſſeſſoris voluntate, qui poſſeſſorẽ aliũ
ſponte, nulloq; metu facit.

207 Limitationem tamen id accipit † quod dictum in
renunciatione eſt, vt locum tum habeat, cum per ſeip
ſum actor ſciensvè poſſidet, vt poſſeſſionem amittat,
ſi petitorium intendit. cauſa alia eſt, ſi per alium, ſciens
que poſſidet, per ſeruum puta, aut colonum. Ibi enim
ſalua poſſeſſio manet. neq; perdita tum dici renuncia
tione poteſt. non quia renunciatio non inducatur. ve
rum quia ſatis renunciatio ſeu renunciãtis animus ad
poſſeſſionem id genus amittendã non eſt. ſed corpore
eſt opus, ideſt vt poſſeſſionem alius ingrediatur. l. per
egre. §. ſi. infra eodem. Secundum, quæ fortior poſſeſ
ſio videtur, quam per alium quis retinet, quam illa,
quam per ſeipſum. Sed enim non eo fortior dicitur,
quod per alium retinetur. patet quia facilius tum etiã
amittitur, domino videlicet ignorante, vbi ſeruus, aut
colonus eijcitur. quod ſecus eſt, cum per ſeipſum do
minus poſſidet. vnde ratio alia dicti. §. ſi. eſt. quoniam
vbi per alium dominus poſſidet, poſſeſſio eius ciuilis
in naturali quieſcit, quæ per alium retinetur. Proinde
à naturali illa pendet, in ea viuit, cum illa moritur.
Conſequenter quamdiu naturalis viuit, & retinetur,
interiore ciuilis ſoloq; domini animo nequit, cum ab
aĩo eius ſolo, & quaſi a naturali ſeparata nõ pendeat.

208 Limitationem ſecundam † concluſio memorata,
admittit, quod amiſſa poſſeſſio, aut renunciatum ei,
petitorio agendo, cenſeatur, vt locum ſolummodo
habeat, quotiens ob eandem poſſeſſionem, quam
agens habet, ſeq; habere ſcit, rei vendicatio infertur.
Aliter atq; ſi poſſeſſionis diuerſæ, aut detentationis
cauſa, quæ apud reum eſt, petitorium dictatur. ſalua
tum enim poſſeſſio actoris remanet, ſecundum vlti-
mam lecturam glo. Infert. Bar. in caſibus his duobus,
de quibus in limitationibus prædictis, locum opinio-
ni, & lecturæ eſſe huic tertiæ poſſe, de qua glo. hic me
minit, vt petitorio renunciatum ex iudicio poſſeſſorio
cenſeatur, videlicet cum ſciens actor per ſeipſum poſ
ſidet. vel cum ob eandem poſſeſſionem, ex qua actũ
petitorio erat, interdictum retinendæ proponitur. Quã
enim ratione qui petitorio agit, poſſeſſioni renuncia-
re in caſibus his duobus, ſeu iſtarum limitationum in-
telligitur, ita è contrario qui poſſeſſorio retinendæ
agit, petitorio renunciare in caſibus eiſdem cenſetur.
vtrubiq; enim ratio eadem renunciationis tacitæ in-
ducendæ verſatur, quæ à contrarietate deſcendit. cum
ſimul cohærere petitorium, & interdictum retinendæ
in poſſeſſione eadem nequeant.

Doctrina hac ita tradita, & explicata, iuxta lectu.
hanc tertiam, vtrum poſſeſſioni renunciatum ex peti-
torio intelligatur. Illationeq; ex ea deſumpta, per quã
lectu. ipſa tertia glo. in caſibus prædictis duobus con-
firmatur, Recollectione compendiaria Bar. vtitur, an
& quando poſſeſſioni renunciatum per petitorium in
telligatur. Caſus duos principaliter diſtinguendo
209 † Primus caſus eſt, cũ ignorans poſſeſſionis ſuæ actor
eſt. qui caſus a dubitatione prorſus vacat, renunciatio-
nem poſſeſſionis in ignorante non cadere.

Secundus caſus eſt, cum apud ſe poſſeſſionem eſſe,
notum actor habet. qui caſus in caſus alios tres ſubdi-
uiditur. Primus caſus eſt, cum per alium actor poſſi-
det, qui caſus caſui ſimilis priori eſt, quo ſe poſſidere
quis ignorat, vt renunciatio non ſequatur per d. l. pere
gre. §. ſi. infra eo. Secundus caſus eſt, cum per ſe actor
poſſidet, & ob eandem poſſeſſionem, quam habet pe
titorium inſtituit, & renunciare poſſeſſioni cenſeatur.
Tertius caſus eſt, cum per ſe actor poſſidet, & petito-
rio agit vel ob diuerſum poſſeſſionem ſeu detenta-
tionem, quæ apud ipſum actorem non ſit, quo caſu
renunciatio facta vlla non creditur. quandoquidem
contrarietas vlla non interuenit, vnde colligi renun-
ciatio ſolet. Quartus caſus, cum per ſe actor ſciensq;
poſſidet, & petitorium ſimpliciter inſtituit, expreſſio-
ne poſſeſſionis non facta, ob quam petitorio experia-
tur quẽ caſum Bart. nõ explicat, ſed ad notata in quin
ta atq; Bar. vltima lactura eum reijcit. De quo caſu
Bar. ibi diſerit num. 12. & ſecundum hanc doctrinam
ſeu caſus hoc duos glo. intelligendam Bar. ſubijcit in
§. æque in verſi. neget rem actoris eſſe, cum Bulg. &
Io. opinionem refert, vt renunciatum poſſeſſioni
hoc ipſo intelligatur, quod rei vendicatione agitur
verum enim id ita generaliter non eſt, cum niſi in caſi
bus duobus prædictis renunciatio ſubaudiatur.

Concluſio ex dictis Bar. in quæſtione propoſita
210 colligitur. Renunciationem † poſſeſſionis ex rei ven
dicatione tribus interuenientibus induci. Primum,
ſi ſciens poſſeſſionis actor eſt, Alterum, ſi per ſe poſ-
ſidet. Tertium, ſi poſſeſſionis eiuſdem, quam actor
habet, & quam ſe habere intelligit, rei vendicatio pro-
ponitur. Cuius concluſionis ratio illa eſt, quoniam ex
actibus renunciatio inducitur, qui citra ius, & nomen
fieri renunciationis nequeunt. l. ſi fideicommiſſum.
§. ſi. & l. ſed & ſi ſuſceperit in prin. ff. de iudi. l. Titius.
ff. quibus modis pign. vel hypo. ſol. l. fin. §. illud ff. de
diuor. l. ſi mulier. ff. ſolu. matri. l. quæſitum. §. 1. & l. ſi
vxor. §. ſi. infra de adul. l. pen. §. ſi. infra de vaca. muner.
l. ad ſolutionem. C. de re iudi. c. ex literis de tranſac.
c. ex ore de his quæ fiunt à maiori par. capi. c. literas
de conceſ. præben. c. de multa de præben. & id ge-
nus ſexcenta. Sed enim rei vendicatione agi ad modũ
concluſionis huius non aliter poteſt, niſi ſi ius rem i-
ſum poſſeſſionis ſit, vtpotè quo durante, locus actio-
ni eſſe reali non poteſt. tex. huc pertinet in l. ad lega-
tum, & in l. ad rem mobilem. ff. de procura. l. illud. ff.
de acq. hæredi.

Conſequens rationi huic fit non aliter renunciatia-
tionem hanc tacitam induci, niſi ſi poſſeſſio omnis
apud actorem ſit ideſt naturalis, detentatio, & ciuilis.
Ibi enim locum ratio habet, idcirco renunciationem
ſequi, quod citra eam agi rei vendicatione non potuit
Cauſa alia eſt, ſi apud reum detentatio ſit, tum neceſ-
ſario renunciatio non ſequitur, ſiquidem ratione de-
tentationis inferri rei vendicatio poteſt. l. officium. ff.
211 de rei vendica. Neceſſitate † igitur renunciandi ta-
cente, induci eam non conuenit. l. ſi à ſubſtituto in
prin. ibiq; Caſtren. ff. de lega. 1. l. Paulus. §. 2. ff. de bonis
liber. & generaliter vbicunq; coniectura alia admitti,
quam

quam renunciationis poteſt, renunciatio intelligi nunquam debet Anto. de But. & alij in c. accedentibus nu.
a. verſi. per prædicta conclude de priuileg Deci. in l.
cuius per errorem ante fi. infra de reg. iur. in c. gratum
colum. 3. in quatta limitatione infra de offi. delega. &
in conſ. 308. nume. 1 r. Cy. huc, Bal. Sali. & Ang. accedunt in l. fin. C. ad legem falci. remiſſam falcidiam
ab hærede non intelligi, qui legata ſoluere promittit.
niſi ſi integra ea ſoluturum ſe cauet. id quia neceſſario
falcidiæ remiſſo non ſequitur, cum ſalua falcidiæ detractione intelligi promiſſio de ſoluendo poſſit, &
quod ſcite Caſtren. ſcribit in l. qui iure infra eodem.
Iure familiaritatis toleratum quid intelligi, potiuſquam renunciatio iuris inducatur. Idem Caſtren. ait in
conſi. 179. in cauſa q̃ magnificus col. 4. circa med. lib.
r. Atq; in ſpecie ita concluſionẽ hanc Caſtrẽ. intelligit
in d. l. ſi de vi nu. a. in fi. verſi. poteſt tñ intelligi Bolog.
hic num. ro. Fabius num. eodem Marmeri. nu. 30.

Duo hic videnda in illatione iſta. Primum. ex Bar.
eam non obſcurè percipi, cum tria exquirit, vt renunciatio poſſeſſionis tacita inducatur. ſcientiam quod
per ſeipſum actor poſſideat, & quod ob eandem poſſeſſionem, quam habet, rei vendicatio proponatur.
id quia tribus iſtis ceſſantibus, neceſſitas vlla renunciationem non trahit.

Secundum generaliter plus nimio Caſtren. alijque
212 loquuntur, rennnciationem † non induci, vbicunq;
apud reum, non apud actorem detentatio eſt. quaſi
ob detentationem ſolam, citra renunciationem poſſeſſionis, propoſita in dubio rei vendicatio intelligatur. Namq; caſum iſtum Bar. hic attingit in fine quæſtionis, & ad ea nos deducit, quæ ſcripta ab eo in lectura vltima ſunt. In qua lectu. vltima coniecturis ceſſantibus, declarationi ſtandum actoris ait, ex qua poſſeſſione rei vendicatio propoſita ab eo ſit vtrum ex
poſſeſſione, quam ipſe habet, an ob detentationem
rei ſolummodo. Inde infert, actore ante declarationem ſublato, ad hæredem facultatem declarandi non
ambulare. Conſequenter detentatione etiam apud
reum exiſtente, renunciationem poſſeſſionis nihilominus induci, haud obſcurè Bar. ſentit, ſi facta ab eo
declaratio non ſit, ob detentationem ſolummodo,
rei vendicationem inſtitutam.

Cum Bar. tamen in hoc mihi non conuenit. vt neceſſaria declaratio eius ſit. Atq; ideo ea remota, tacitam renunciationem intelligi. Contraria enim Barto
lo ſententia ante commemorata, obfirmaraq; eſt, locum præſumptioni renunciationis nunquam eſſe, vbicunq; coniectura alia conſiderari, quam renunciationis poteſt. Scitè huc Alex. ſpectat in conſ. 164. colum.
2. circa med. verſi. modo redeundo lib. 6 errorem in
213 facto proprio † etiam præſumi, potiuſquam iuri
ſuo renũciare quiſpiam intelligatur. quamuis contrarius Alexandro Signorol. ſit in conſi. 110. colum. fi.
ſed errorem in facto etiam proprio præſumi potiuſquam renunciationem, aut donationem, ex tex. probatur in l. ſed & ſi me putem. ff. de condi. indebi. Alex.
& Arety. in l. à Tirio nume. 5. in fi. infra de verb. obli.
Curt. minor in conſ. 56. num. 5. Idem ex glo. probatur in l. generaliter in verſi. cauſam. C. de non numer.
pecu. Bal. in conſ. 189. creditor in fi. lib. 2. vbi tex. citat in l. ſi cum te. ff. de pactis. & arg. l. fi. ff. de conſti.
pecu. no. Deci. in conſ. 195 colum. 3. verſi. & iſta con-
213 cluſio. Sed & fatuitas præſumitur † potiuſquam donatio, autor Bald. in d. l. generaliter in quarta. oppoſi.
recentiores in l. cum quid. ff ſi cer. pet. Iaſ. in l. iuriſgentium. §. ſi cum nulla nume. 28. ff. de pactis. Quocirca ſuperuacuam in ſpecie hac declarationem eſſe
actoris arbitror. Atque ideo ratione detentationis
ſolummodo, rei in dubio propoſitam vendicationem intelligi ob quam ſolam inferri potuit l. gallus.
§. r. in fi. ff. de lib. & poſthu.

Apparet ex his, non appoſitè, aut apte ſatis tertium
illud à Bar. exigi ad renunciationem inducendam, vt
ex eadem poſſeſſione rei vendicatio proponatur,
quæ apud actorem ſit. Namq; eo demum caſu conſiderari hoc poteſt, quo apud actorem poſſeſſio omnis
non eſt, ſed apud reum detentatio. ſiquidem poſſeſſione omni apud actorem conſtituta, non poteſt ex ea
non agi. Sed enim cum apud reum detentatio, eſt apte
accommodari non poteſt, quod Bar. ait, renunciationem tacitam induci, ſi ex eadem poſſeſſione agatur, quæ apud actorem ſit, quaſi animo ſolo ad eum
modum perdatur. quoniam, aut exprimendum ab
actore Bar. putar, ex eadem poſſeſſione ſe agere, &
veriſimile id non videtur, quod actor id exprimat,
vnde poſſeſſioni ſuæ renuncietur. Aut tacitè id contineri Bar. intelligit, quod ipſum magis ſentit, cum declarationem poſtular, aliter damnoſam hæredi rem
fore, qui declarandi facultatem non habet, & falſum
id eſt, vt ex ea poſſeſſione actum in dubio credatur
vnde ſequi renunciatio ſolet. quandoquidem coniecturam aliam quamuis ius admittat, per quam incolumis, integravè poſſeſſio remanet. ſic quomodo
monſtratum ante habemus.

Quæ cum ita ſint, in melius ita reformanda con-
214 cluſio videtur. † tribus interuenientibus, renunciationem poſſeſſionis induci. Primo ſcientia actoris,
quod apud ſe eſſe poſſeſſionem non ignoret. Secundo, quod per ſe ipſum, non alium poſſideat. tertio,
quod poſſeſſio omnis apud eum ſit. Quare ſi apud
reum detentatio inuenitur, induci renunciatio non
debebit, præterquam ſi expreſſum ab actore ſit, ex
eadem poſſeſſione ſe agere, quæ apud eum ſit, & quã
ſe habere intelligit. Quæ expreſſio, ſicut veriſimilis
ptorſus non eſt, ita nihili facienda.

Sed obſtare concluſioni huic ita reformatę videtur
in qua renunciatio admittitur, tribus illis concurrentibus. Immo enim locus renunciationi non videtur,
vtpotè qua admiſſa, poſſidenti ſemper rei vendicatio
dabitur. Quam tamen non dari, ſimpliciter generali-
214 tervè expreſſum iure eſt. Solutio, † actio realis poſſidenti non competit, vbicunque poſſeſſionem apud
ſe eſſe, ſeq; poſſidere actor aſſerit. Ibi enim idcirco
actionem realem poſſeſſor non habet quoniam ei
non renunciat, poſtquam poſſidere ſe aſſerit. Quo
caſu animum renunciandi non habet. ſine animo
215 planè † induci renunciatio non poteſt. l. in ambiguo. ff. de rebus dub. l. in totum cum glo. infra de reg.
iur. l. multum intereſt in fi. C. ſi quis alteri vel ſibi. l.
cum te ibique Bal. C. de dona. ante nup. l. ſi genero. C.
de iure dot. c. cum ſuper in fi. de offi. deleg c. ad hæc.
2. de apella. inde ratio colligitur, cur in ignorante renunciatio non cadit. l. mater decedens. ff. de inoffi. teſta. eo enim id fit, quod animus renunciandi verſari
in ignotante non poteſt. Concluſio planè ad eum caſum pertinet, quo ſimpliciter rei vendicatio à poſſeſſore intenditur, neque ſi poſſidere aſſerit ita Fabi. hic
nu. 81. quamuis non æque explicatim enarret.

Infertur ex concluſione prædicta, & ex ratione eius
216 † renunciationẽ poſſeſſionis in eo non præſumi, qui
remediũ vtrunq; ſimul cumulat, petitoriũ videlicet, &
poſſeſſoriũ retinendæ, quoniã per interdictũ retinendæ
poſſidere ſe contendit. ea ratione, quia renunciatio
ceſſat, locus cumulationi propter contrarietatem non
eſt, vtiq; ſi poſſeſſionẽ omnẽ apud ſe eſſe actor intẽdit,
vnde nõ niſi ſup poſſeſſorio ordinis ratione tũ ꝓcedit.
217 Infertur ſecundo † ius idem ſeruandum, cum petitoriũ ab eo cumulatur, qui poſſeſſoriũ retinẽdæ prius
inſtituit, vt renunciatũ poſſeſſioni nec nunc cenſeatur,
quandoquidem poſſidere ſe aſſerit, cum ab interdicto
retinendæ non diſcedit, verũ petitorium ei cumulat

Procedi

Proceſſi tamen contrarietatis ratione ſuper vtroq; nõ
poterit, verum de poſſeſſorio cognoſcendum prius in-
ſtituto erit.

Super illationibus his duabus Fabius hic ſe inuoluit
218 nu. 80.& duobus ſeq. † ex cuius dictis innuitur, con-
curſum, ſeu cumulationem petitorij, & poſſeſſorij indi
ſtincte permitti, neq; contrarietatis ratione eũ prohi-
beri fundamento illo nititur, ꝙ interdicto retinendæ
agendo, poſſeſſionẽ aliquã, ſeu detentationem veluti
quandã apud aduerſariũ eſſe confitetur, cũ ſe ẽt poſſi-
dere aduerſarius contendat, neq; interdicto retinendę
locus aliter ſit, niſi ſi, & apud ſe poſſeſſionẽ eſſe aduer-
ſarius contendat. Quo admiſſo, nulla in agente con-
trarietas, interdicto enim retinendæ recte experitur, vt
quiete ei poſſidere liceat, atq; à turbatione reus deſi-
ſtat. Petitorio item iure vtitur, vt quam detentationẽ
habere contendit, eã dimittat. ſic ratio verſari, & hic
videtur, de qua in d.l.officiũ, vt expreſſim Fabi. ſcribit
nu. 82. ver. præterea etiam in caſu noſtro. Contrarie-
tate igitur quieſcente, neq; renunciatio vlla poſſeſſio-
nis inducit, neq; ratio cumulationis impediẽdę ſubeſt.

Conſequens opinioni huic Fabij fit. Quod dicitur,
poſſidenti rei vendicationem nõ dari, ad eum caſum
ſolũmodo reſtringi, quo ſine controuerſia omni quis
poſſidet, neq; moleſtię quicquã in ea patitur. Ibi enim
verũ eſt, poſſeſſori actionem realem nõ accõmodari,
quia ſi eam in iudicio deducit, renunciare poſſeſſioni
creditur, qua remiſſa, & perdita, verũ erit dicere, a poſ
ſeſſore actionem realem non exerceri. Cæterũ ſi mo-
leſtiam in poſſeſſione patitur, quia & ſe poſſidere ad-
uerſarius aſſerit, atq; ideò poſſeſſorio etiam retinendæ
actor agit, vel non agit, renunciatum poſſeſſioni ex pe
titorio non intelligitur. Imò enim ratione id propo-
ſitum poſſeſſionis illius creditur, quam apud ſe eſſe,
reus contendit. Iſta conſequentia, ſeu illatio ex Fabio
ipſo expreſſim colligitur nu. 80. verſi. vel dicas ꝙ iſte
tex. & nu. 82. verſi. præterea etiam in caſu noſtro.

Sed enim perperam ſcriptum à Fabio puto. Prin-
cipio enim contrarius ipſi ſibi non obſcurè deprahen
ditur qui nu. 99. cum opi. Azonis, & Ioannis confen
tit, interdictũ nullũ cum petitorio concurrere. Atqui
concurſum hic admittere in poſſeſſorio retinendæ vi-
detur, in quo Doct. vulgò ſentiunt, concurſum non
admitti, quotiens poſſeſſiones eiuſdem nomine reme
dium vtrunq; proponitur.

Secundò poſſidenti actionẽ realem dandã omninò
exiſtimat, vbicunq; trãquilla poſſeſſio nõ eſt, quaſi mo
leſtia illa rationem eandem habeat in actione reali cõ
cedenda, quã detentatio in caſu d.l.officium. Sed .n. lõ
gè diſtat inter turbationẽ aſſertionemq; poſſidẽdi, &
detentationẽ, quia in detentatione res ipſa ab aduerſa-
rio occupatur, idq; agens cõfitetur. Quod ſecus in tur-
batione eſt, quia & ſi maximè poſſeſſionẽ apud ſe eſſe
reus aſſerit, id tñ actor negat. Qui à ſe rẽ poſſideri cõtẽ
dit, vnde ſi petitorio agit, remq; ſibi reſtitui poſtulat,
contrarius ipſi ſibi haud dubiè eſt.

Tertiò lapſus euidenter Fabius eſt, cũ locũ interdi-
cto retinendæ eſſe ob turbationẽ ſimplicẽ non putat,
niſi ſi, & ſe poſſidere reus aſſerat, ex qua aſſertione de-
tentationẽ quandã habere vr̃, ita Fabius hic ſentit nu.
80. 82. & expreſſis nu. 93. in fi. quo errore teneri, & Ri-
pa hic vr̃ nu. 2. Nãq; ꝯ turbatorẽ ſimplicẽ interdictũ
hoc cõpetere, ꝗuis poſſidere ſe nõ contẽdat, demõſtra
tũ in ſuperiorib. habemus per tex. in l. 1. §. eſt igit̃ ibiq;
Bar. in §. huius aũt in prin. ff. vti poſſi. gl. in l. 1. ver. nec vi
C. eo. tit. & in §. retinendæ ver. quorũ in ver. nec clã,
ibiq; Ang. nu. 3. inſti. de interdic. gl. in c. licet cauſam in
ver. vti poſſideris de proba. & in c. audita in ver. mole-
ſtaret de reſti ſpolia. Caſtrẽ. in d.l. ſi de vi circa ſi verſ. §.
vero caſu in 2. lectu. Abb. in c. veniens nu. 27. verſi. Sed
profecto parcat mihi reuerentia Bar. de præſcriptio.

Quartò contrarietas, & altera in Fabio depræhendi-
tur nu. enim 82. in fi. ver. ſolũ obſtat tex. cum text. ob-
ſtare opinioni ſuæ ait in d.l. 1. §. interdum autem infra
vti poſſi. vbi quo caſu interdictum retinendę datur, rei
denegari vendicationem ait. Reſpondet, quantum ad
rem ipſam reſtituendam vendicationem denegari,
quomodo enim rem ſibi reſtitui poſſeſſor eius poſcet.
Cæterum ob dominij declarationem poſſeſſori com-
petere rei vẽdicatio poteſt, vt dominus poſſidens de-
claretur. Atqui in ſuperioribus etiam ratione reſtitu-
tionis rei vendicationẽ cõpetere ſcribit, cũ vice deten
tationis eſſe moleſtiã turbatoris ait, rationẽq; tunc rei
vendicationis dandæ eandem atq; in d.l. officium ver-
ſari, vbi contra detentorem ſimplicem competit.

Infertur ex prędictis, veram concluſionem ita refor
matam eſſe, tribus concurrentibus renunciationem
poſſeſſionis induci, ſcientia poſſidentis, ꝙ per ſeipſum
poſſideat, & ꝙ poſſeſſio omnis apud eum ſit.

Secundò infertur, verum quidem id non eſſe, vbi-
cunq; ſe poſſidere actor contendit, atq; ideo locũ cõ-
cluſioni in actore non eſſe, qui interdicto etiam reti-
nendæ agit. Sed negatur, quod Fabius ait, poſſidenti
tum petitorium dari, quaſi detentatio quædam apud
reũ eſſe videatur, qui & ipſe poſſidere ſe ait, atq; ideo
nonniſi poſſeſſori tranquillo actionem realem dene-
gari. Imò enim ius idem ſeruandum, & in poſſeſſore
inquieto ex tex. probatur in d.l. 1. §. interdum infra vti
poſſi. quoniam, & ſi maxime turbationem patiatur, rẽ
ipſam tamen habere ſe aſſerit. Idq; Fabius ipſe tãdem
admitti, cum niſi ratione dominij declarandi compe-
tere rei vendicationem ait.

219 Tertio infertur, falſum eſſe, ꝙ Fabi. ſcribit, † renun-
ciationẽ poſſeſſionis tacitam non induci, vbicunq; trã
quilla poſſeſſio actoris non eſt, qui petitorium inten-
dit, quaſi reſpectu illius poſſeſſionis agere videatur,
quam apud ſe eſſe aduerſarius confitetur. Namq; ra-
tio eadem poſſeſſionis controuerſæ, ſeu turbatæ atq;
tranquillæ videtur, quia vtrubiq; poſſeſſorem aduerſa-
rium facit, & apud eum rem eſſe confitetur. Sed & fa-
cilius renunciatio poſſeſſionis induci turbatæ debet,
quam quietæ. Deniq; aut coniunctim, & retinendæ
poſſeſſorio, & petitorio agitur; aut petitorio tantum.
Si coniunctim, renunciationem non induci fateor,
animo renunciandi amoto, cum ſe poſſidere actor
confiteatur, quo etiam caſu cumulationem Fab. con
tra omnes, ipſi etiam ſibi pugnando admitti. Sin peti-
torio tantum agitur, cum poſſeſſio omnis apud eum,
quamuis turbata eſſet, quin induci renũciatio debeat,
ratio diſſuadere vlla non videtur.

220 Declaratio ex his regulæ colligitur, † poſſidẽti actio
nẽ realẽ non dari, vt locũ ita habeat, ſi ſaluũ iudicium
poſſeſſoriũ eſſe actor intẽdit, vel quia permixtim atq;
vno ſimul vtrunq; proponit, vel quia poſt poſſeſſoriũ
retinendæ inſtitutũ citra renunciationem eius, petito-
riũ cumulatur locus ibi .n. petitorio non eſt, verũ de
poſſeſſorio cognoſci ratione ordinis ante oĩa dẽt. Cę-
terũ ſi petitoriũ ſolũmodo, ſimpliciterq; à poſſeſſore
intenditur, cũ poſſeſſio omnis apud eũ ſit, locus tñ pe-
titorio dr̃, id quia renũciatio poſſeſſionis ex petitorio
inducitur. Cõſequenter poſſeſſione per renunciationẽ
amiſſa, locus regulæ ſemper erit, poſſidenti actionem
realem non dari. Renunciatione planè ceſſante, locus
ſimiliter regulæ erit, actionem realem poſſeſſori non
accõmodari. Differt tñ inter caſus hos duos, ꝙ renun-
ciatione poſſeſſionis interueniente, locus petitorio ci-
tra offenſionẽ regulæ eſt. Renunciatione planè amo
ta, locus petitorio non eſt, ne regula ipſa offendatur.
Cæterũ quo perſpicua atq; ordinata magis res tota fiat,
regula cõcinnãda cũ limitationib. aliquot vr̃. Regula
221 igit̃ erit poſſidẽti actionẽ realẽ nõ tribui. † Limitat̃,
ne locũ habeat, quotiẽs poſſeſſio oĩs apud actorẽ eſt,

& ſimpliciter actio ipſa proponitur. Ibi enim actio-
nẽ poſſeſſor habet. id quia ita ſimpliciter agendo, poſ-
ſeſſio ipſa amittitur. conſequenter contrarietas ſilet,
& poſſeſſione per renunciationem amiſſa, oſtedi regu
la non videtur, poſſidenti actionem nõ ſupereſſe. Ad
quem modum conſiderãdo, aliena à regula exceptio,
ſeu limitatio videtur contra doctri. Bart. in l. in his. ff.
de ll & in l. 1. ibiq; poſteriores infra de reg. iuris.
222 Limitatur ſecundo, † ne locum habeat, vbicunq; ra
tione declarationis dominij ſolũmodo, rei vẽdicatio
à poſſeſſore infertur. Ibi .n. cõtrarietas vlla non verti-
tur, quominus declaratio poſtulari id genus poſſit cũ
nihil qcq̃ à reo tradi, aut reſtitui poſſeſſor agẽs d ſidẽret.
Sed aliquis dixerit. Impoſſibilem limitationẽ hanc
videri, ſi reus opponit. Quomodo .n. declaratio hæc
dominij ſola peti aduerſus reum poterit, qui rem non
habet, & pro quem nihil quicquã reſtitui petitur. vnde
extrema duo actio realis exigit, dominiũ ex parte acto
ris, poſſeſſionem, aut detentionẽ ex perſona rei d. l. of-
ficium. Cæterũ vbi nonniſi dominiũ proponitur, ad
actoris id perſonã ſpectat. Reſpondetur, ad eũ caſum
limitationem conuenire, quo poſſeſſorio adipiſcẽdę,
aut recuperandę, petitorio cumulato, actor experitur,
Ibi .n. facultas reo poſſeſſorioq; datur, actorẽ ſuper pe-
titorio ipſo reconueniendi, libellũq; offerendi, in quo
dominiũ ſe declarari petat, citra reſtitutionem rei, quã
ipſe habet. Qua reconuentione vti nõ liceret, ſi cumu
latio petitorij facta ab actore non ſit. Qua .n. ratione
223 † dominij exceptio obijci, nec adipiſcendæ interdi-
cto põt, quotiens indaginẽ altiorẽ expoſtulat, ita nec
recõuentioni eſſe locus põt. Ita ſcriptũ apud Caſtrẽ.
legit in d. l. ſi de vi col. 2 ĩ ti. ver. aduerte tñ i poſſeſſorio
adipiſcendę. Sed omnino in verſ. reconuentio ceſſat,
Secundo locus eſſe limitationi huic poteſt, quotiẽs
remedium. l. diffaman. C. de inge. & ma. poſſeſſor intẽ-
deret, alio ſe dominum iactante. Ibi enim ſi libellum
in rei vẽdicatione iactator offert, liberũ reo erit, decla-
rationem hãc dominij petere. Sed obſeruandũ, in caſu
hoc vtroq; iã Caſtrẽ. q̃ d. l. diffamari, citra actionẽ, ex-
cipiendo id fieri. Quid .n. prohibet, petitorio, aut prin
cipaliter deducto, aut cumulato, ius de dominio exci-
piendi, reo eſſe. Cõſequenter facultatẽ dominij decla-
rationem petendi ei dari. Quod .n. agendo quis petit,
excipiendo id conſequi multo magis poteſt. l. inuitus.
§. cui damus infra de reg. iuris.
224 Circa dicta Bar. nu. 12. concluſio percipitur, † cum
petitorio contra emphitheotam, aut fructuarium agi-
tur, rõne naturalis illarũ petitoriũ intelligi ſi poſſeſſo-
rio ratione ciuilis, quæ apud actorem eſt, quaſi in ea
turbetur. Sed videndũ quomodo intelligi concluſio-
nẽ oporteat, vtrũ vt naturalis reſtituatur. Alex. nõniſi
dominij declarandi cauſa propoſitum petitorium ait.
poſſeſſionẽ planè apud vſufructuarium relinquẽdam,
Soci. autẽ ad reſtitutionem naturalis actum in ſpe-
cie Bar. intelligit, ob id eo caſu Bar. intelligendũ, quo
finem vſusfructus acceperat. Qui Socini ſenſus verbis
Bar. refragatur, qui eo caſu loquitur, quo emphitheo-
tam, aut fructuariũ reũ eſſe actor aſſerit. In quibus ver-
bis innuit, q̃ pleno iure rem ſuã eſſe aduerſarius con-
tenderet. Actor vero niſi ius vtilis dominij, aut vſusfru
ctus reo competere aſſereret, ob id dominum ſe dire-
ctum, aut proprietariũ eſſe declarari peteret, & conſe-
quenter cum ciuilem ſolum apud ſe eſſe diceret, in ea
ſe non inquietari.
Fabius planè num. 92. nonniſi poſſeſſionis naturalis
cauſa agi, tam in petitorio, quam in poſſeſſorio ait, nõ
vt reſtitutio eius fiat, cũ remanere apud reũ debeat, ſed
quia naturalis illa debetur actori, & in ea actor turbatᷓ,
tã in petitorio, q̃ in poſſeſſorio, ſi dominus, aut pprie-
tarius negatᷓ, rõne aũt ciuilis agi poſſeſſorio nõ põt, cũ
impoſſibile ſit, ciuilẽ turbari, q̃ ab aĩ libertate pendet,
Sed perperã Fabius loquitur. namq; quomodo na
turalis noĩe agi petitorio põt, ſi remanere apud reum
debet, contradictio .n. hic vertitur, neq; mouet, ob na-
turalem quaſi debitam agi, quomodo .n. debita em-
phiteoſi eſt, cũ morte non finiatur. In vſufructu etiam
debitor poſſeſſionis naturalis fructuarius non dicitur,
cum eo finito ad proprietatem reuertatur.
Neq; arg. mouet, agi poſſeſſorio retinendæ ob ci-
uilem nõ poſſe, quaſi turbationẽ pati animus nequeat,
Imò .n. ob ciuilẽ ſolã interdictum poſſeſſorium ac-
cõmodari demonſtratum ſatis in tractatu de poſſeſ-
ſione ciuili habemus. Iã ſi rationẽ Fabij admittimus,
conſequens fit, per occupationẽ potentioris ciuilẽ nõ
amitti quaſi à potentiore animi, auferri libertas non
poſſit. An non turbationem negociũq; animus pati-
tur, cum ſe turbari rebus videt.
225 Circa dicta Bart. nu. 13. † declarationi actoris ſtan-
dum, de qua poſſeſſione ſenſerit, cũ facta ab eo cumu
latio petitorij, & poſſeſſorij retinẽdę eſt. Sĉentiæ huic
Bar. tex. ab Areti. opponitur in l. duobus. §. igitur ſi qs
verſi. contra ſi cũ ex ſtipulatu. ff. de iureiuran. vbi cum
actione ex ſtipulatu de iudicatũ ſoluendo aliquis con-
uenitur, ſi iurat, dare ſe non debere, deinde actione in
factũ ex iudicato ſub inſtantia alia cum eo agitur, ex-
ceptio iuriſiurandi in iudicio priore dati non obſtat,
ſiquidem fieri poſſit, vt dare iurantem actione ex ſti-
pulatu quicquã non oporteat, atqui ex iudicato tenea
tur. Quid .n. ſi interpoſita ſtipulatio nõ ſit, vel interpo-
ſita quidem eſt, verũ ſententiam iudex alius dixit, quã
ſub quo adhibita ſtipulatio eſt, quo caſu cõmitti ſtipu
latio nõ ſolet. l. ſi quis apud in prin. & l. pen. infra iudi.
ſolui. vt glo. explicat in d. §. igitur ſi quis in verſi com
miſſa. Proinde concludens exceptio non habetur, da-
tũ iuſiurandum eſt, dare me non oportere, ergo iudica
tum præſtare non debeo, cum reſtringi iuſiurandum
ad actionem ex ſtipulatu poſſit. Conſequens his fit, in
poteſtate iurantis non eſſe, cauſam declarare, propter
quã ita iuratũ ab eo ſit, an quia condemnatio vlla nõ
interuenerit, quo caſu conueniri ex iudicato non poſ-
ſet, q̃ non eſt, an quia interpoſita ſtipulatio vlla nõ ſit,
vel interpoſita quidem, verũ apud aliũ iudicẽ, eadẽ ra
tione declarationi ſtãdũ actoris nõ vr̃, cuius poſſeſſio-
nis cã facta ab eo cumulatio petitorij poſſeſſorijq; ſit.
Iaſ. hic dupliciter reſpõdet nu. 95. Principio q̃ in fi-
deiuſſore tex. ille non loquitᷓ, i. q̃ datũ iuſiurandũ a fi-
deiuſſore ſit, verũ à principali. Idq; probat, qm̃ ſi iuratũ
ſemel à fideiuſſore ſit ſup actione ex ſtipulatu, actionẽ
in factũ pati ex iudicato nõ põt, cũ teneri niſi ex ſtipu-
latione, aut promiſſione ſua pro alio nõ debeat. Atq;
in reo principali tex. illũ loqui ex Bar. & Bal. ibi Iaſ. p-
bat. Quo admiſſo, ad rẽ tex. illũ non attinere Iaſ. ſcri-
226 bit, quãdoquidẽ iuris incerti nõ ſit, † iuramentũ ſup
vno præſtitũ ad aliud nõ trahi, neq; ab alio liberare. vn
de, & ſi maximè actione illa ex ſtipulatu nihil debeat,
veluti quia non interpoſita, vel apud iudicem aliũ cõ-
ſequens non fit, ergo actione ex iudicato non tenetur.
Reſponſio hæc Iaſ. nihil apud me fit, neq; argum.
Areti. prorſus diluit. Nãq; verũ eſt, iuramentum ſuper
vno præſtitũ ad aliud nõ trahi, atq; ideò ſi iuratũ ſuper
actione ex ſtipulatu ſit, quia interpoſita ſtipulatio nõ
ſit, vel apud iudicem aliũ, ad actionẽ iudicati iuramen
tũ non trahi, neq; ab ea liberationẽ inducere. Sed .n.
227 iſtud, q̃ principaliter diſceptatur, † cũ præſtitũ iuſiu-
randum in verba illa ambigua eſt, ſe dare non opor-
tere, vel ſe non teneri, quomodo intelligi verba illa
debeant, vtrum ideo non teneatur actione ex ſtipula-
tu, q̃ ſtipulatio, aut promiſſio vlla non interuenerit,
vel apud alium iudicem, an quia ſententia lata vlla
non ſit, quo caſu iudicato ceſſante, exceptio vtiq; iu-
riſiurandi obſtaret, quomodo enim agi ex iudicato
poteſt, ſi iudicatum non ſit.

Vnde

Digitized by Google

Vnde ſolutionem alteram Iaſ. ſubijcit, cauſā aliam iuramenti, atq; libelli interprætandi eſſe. Iuramentum enim ſecundum delationem ipſam accipitur, quā ſeruari iurando oportet. l. 3. §. fi. ff. de iureiuran. Quod cōtra in libello eſt. d. l. ſi quis intentione ambigua. ff. de iudi. Conſequenter cum ſuper ſtipulatione delatum iuſiurandum, non ſuper iudicato ſit, ad ſtipulationem reſtringi iuſiurandum oportet. Quomodo enim iuratū dici ſuper iudicato poteſt, ſuper quo facta delatio non eſt. Sed enim cauſam iudicati ſtipulatio etiā continet. l. iudicatū ſolui ꝑ. iudi. ſolui. vnde mēs Iaſ. fuit in ſolutione hac, ſecundum intētionem deferentis iuramentum intelligendum, quandoquidem ſecundū formam oblatam præſtari iuramentum oportet, & ita Iaſo. Fabius hic refert nu. 94. quæ reſponſio mihi non placet, neq; probari iure videtur. Conſequens quippe non ſit, dandū iuſiurandū ſecundū formā delationis eſt. d. l. 3. §. fi. ergo ſecundū mentem intelligi deferentis oportet. Imò .n. vbi ſemel præſtitū iuſiurandū ſecundū formā delationis eſt, ſi ambiguitatis quicquā in eo vertitur, a iurante ipſo declarari id conuenit. vtpotè cui notus magis animus ſuus eſt, quam deferenti.

Secundò ratio, aut reſponſio iſta Iaſ. contraria textui videtur in d. §. igitur ſi quis. qui rationē exprimit, quamobrem exceptio rei iudi. non obſtet, cū ex iudicato agitur, ꝙ admittenda conſequentia nō vr̃, iuratū ſuper actione ex ſtipulatu eſt, ergo ſuper iudicato, ꝙ iudicatum non ſit, quandoquidem iurari ob cauſam aliā potuerit, i. quia interpoſita ſtipulatio non ſit, vel apud iudicē aliū, vt gl. ibi declarat. Proinde cōcludēs exceptio iuriſiurandi nō eſt. Quod igitur exceptio hęc nō obſtet, eo non ſit, ꝙ ſecundū deferentis mentē intelligi iuſiurandū debeat, abſurdū .n. id vr̃, verum quia cōcludens neceſſario exceptio nō eſt. In qua re obſeruandū, declarationi iurātis nō credi, quippè ſi fides habeatur, cōcludēs vtiq; exceptio eſſet. Cōſequenter dilutum Areti. argu. à reſpon. hac ſecunda Iaſ. non vr̃.

228 Solutio tertia ab Horman. aſcribitur nu. 76. † cōtrariū tex. illū Bar. non eſſe, quatenus in eo nō dr̃, declarationē iuramenti dubij ad iurantē nō ſpectare. Idcircò aut iurantis ibi declarationi nō creditur, qm̃ ambiguitas vlla in cauſa nō erat, ſuper qua præſtitū iuramentum eſt. Imò .n. certa cauſa iuris ſaltē præſumptione erat, ſuper qua iuratū eſt, hoc eſt ex ſtipulatu ſe nō teneri, ad quā ſtipulationē reſtringi iuramentū ſimplex oportet. l. ſi defenſor. §. qui interrogatus. ff. de interro. actio. §. præterea inſti. de inutili. ſtip. Reſtrictione igitur ad cām ſtipulationis facta, nihil eſt ꝙ dubitemus, ad cauſam aliam iudicati trahi iuramentū non poſſe. quam ſolutionem optimā Fabius teſtatur nu. 94. in fi.

229 Solutio hæc tertia Hormanoc. † eadem, ac ſecunda Iaſ. videtur, cū tex. citat in d. l. 3. §. fi. vnde eodē modo atq; Iaſ. ſolutio eliditur. Namq; & ſi verū ſit, ad cauſam aliam iuramentū non extendi, attamen cauſa alia iſta non videtur, quæ iudicato nititur, quādoquidem, & cauſam ipſam iudicati ſtipulatio complectatur d. l. iudicatū ſolui ꝑ. iudi. ſolui. vnde ſi verū eſt, ꝙ Horman. ait, ius idē iuramenti, atq; libelli eſſe, vt ſecundū intentionem iurantis iuramenti etiam dubij interprætatio fiat, dubia hic, non clara iuramenti cauſa eſt, vtrū ob cauſam iuratū iudicati ſit, quia iudicatū omninò non fuerit, an quia aliunde commiſſa ſtipulatio non ſit.

Quartam reſponſionē Ripa hic ſubijcit nu. 137. in
230 fi. Fabius nu. 94. in fi. † Idcirco declarationi iurātis non ſtari, ꝙ actoris intentio ab ea prorſus infirmatur. nullū quippe actori remediū ſupereſt, ſi exceptio iuriſiurandi actioni iudicati obſtat, ꝙ ſecus in declaratione libelli eſt, per ꝙ ius rei nō perimitur, cui ſaluæ exceptiones eius fiūt. Quæ reſponſio nihilomagis atq; cæteræ placent. Siquidē id genus fieri declaratio pōt, per quā victor litis actor euadat. Cauſam enim declarare aliquam poterit, cui obſtatura exceptio vlla rei non erit.

231 Vnde expreſſius planiusvè † declarari diuerſitatis ratio inter iuramentum, & libellum poteſt. In libello damni quicquā reū nō ſentire, ſi verba dubia, aut cauſam ambiguā actor declarat, qm̃ probatio intētionis eis præſtāda omninò eſt. Si de cauſa vna ſenſiſſe ſe dicit, cauſam illā doceri neceſſe eſt. ſi verba aliqua dubia explicat, ſubſtantiā tm̃ probari eorum oportet, ſuper quibus declaratio fit. vnde noui quicquam declaratio non parit. l. hæredes palā. §. ſed ſi notā. ff. de teſta. Probatione igitur ab actore impleta, ſi exceptionē aliquā reus non docet, atq; ideò ſententiam meritò patitur, damnū facere prorſus non dicitur. Enimuero damnū actor è cōtrario ſuſtineret, ſi declarationis inopia, aut defectu ius ſuū intercidat. Cauſa alia iuramenti eſt, ꝙ ſi declarare iurans permittitur, citra probationē aliam aduerſarij ius perit. cōſequenter, & partis, & teſtis perſonam ſuſtinet. vnde cum priuilegiaria probatio ſit, quæ per iuramentum præſtatur, reſtringi eam conuenit. l. ius ſingulare. l. quod vero contra ff. de ll. Itaq; recta conſequentia non videtur, declarationi actoris de cauſa ſtatur, de qua ſenſerit, cum probari eam neceſſe ſit. ergo ius idem ſeruandum, & in iuramento erit, cuius declaratio ſi permiſſa iuranti ſit, citra probationem aliam litis victoriam obtinebit.

Si dixeris, ſatis per iuramentū cauſam probari, hoc ipſo ꝙ iuratū ſuper ſtipulatione, aut actione ex ſtipu-
232 latu eſt, Reſpōdetur, † dubiā probationem eſſe, quæ effectum non habet. l. duo ſunt titij. ff. de teſta. tut. c. in præſentia de proba. Dubietas planè ex intellectu duplici naſcitur. l. veteribus ibiq; gl. & Bal. ff. de pactis intelligi .n. iuramentū poteſt, dare ſe nihil oportere, vel quia interpoſita ſtipulatio non eſt, vel apud iudicem alium.

233 Alia, & ſexta diuerſitatis ratio † inter libellum, & iuramentum, in iuramento ſi declarationē iurantis admittimus, periurium in eo agnoſcimus, & præſumimus, ꝙ deierandi animum habuerit .i. iudicatum denegandi, de quo fidē nunc in iudicio alio actor facit actionē ex iudicato proponendo. At enim locus pręſumptioni non videtur, vnde delictum ſequitur. l. merito. ff. pro ſocio. l. quotiens. §. qui dolo. ff. de probatio. Iam turpitudinem ſuam allegaret, ſi de iudicato ſenſiſſe iurando ſe dicat ꝙ falſum ſubire iuramentum
234 voluerit † ob id recipienda exceptio non videtur, vnde manifeſta excipientis turpitudo ſit l. trāſactione finita. C. de tranſactio. l. cū profitearis. C. de reuo. dona. l. filios. C. de reuo. his quæ in frau. credi. l. ſi creditoribus. C. de com. ſeruo pign. da. ma. c. 1. de confeſ.

S V M M A R I V M.

1 *Rei vendicatio poſſeſſionem apud aduerſarium eſſe innuit.*
2 *Interdictum retinendæ apud actorem ipſum poſſeſſionē eſſe neceſſario facit, quia niſi poſſidenti non competit.*
3 *Electione vnius ex remedijs contrarijs alterum perimitur.*
4 *Legatum petens actione perſonali rei vendicationi cedere ob contrarietatem intelligitur.*
5 *Renunciantibus ius ſuum non datur regreſſus ad illud, quod locum habet etiam in renunciatione tacita.*
6 *Remedia contraria cumulari non poſſunt, via quam actor elegit, ſibi pateat.*
7 *Electione ſemel facta non licet variare actionem intentatā actor vſq; ad finem litis exercere compelli debet.*
8 *Cumulatio petitorij, & poſſeſſorij regulariter non admittitur, quæ regula reijcitur nu. 16.*
9 *Actione duplici ob rem eandem vti non licet.*
10 *In actoris poteſtate eſſe nō debet, deteriorē rei cauſā facere.*
11 *Petitorij cauſa maior, potentiorq;, quàm poſſeſſorij habetur.*
12 *Poſſeſſorium ſimile partui in vtero exiſtenti dicitur.*

13 poſſeſſoriũ retinẽda petitorio iã inſtituto ꝓponere cõceditur.
14 Contrarietas circa idem ſubiectum ſpectatur, in diverſis autem, vel circa diuerſo interuenire contraria poſſunt.
15 Interdictum retinenda ob ciuilem poſſeſſionem datur, & effectum recuperandæ habet.
16 Cumulatio regulariter eſt permiſſa, & qui locum cumulationi non eſſe ait, negatiuam docere compellitur.
17 Cumulatio propter diuerſa permittitur.
18 Intellectus tex. in auth. qui ſemel. C. quomodo, & q̃do iudex.
19 A petitorio per cumulationem poſſeſſorij actor non deſiſtit.
20 L. vbi cœptum ff. de iudi. declaratur.
21 Duplicitas quando contingere intelligatur.
22 Petitorium æquè principaliter prout poſſeſſorium ad auferendam poſſeſſionem ſpectat.
23 Actor ex petitorio poſſeſſionem non obtinet citra dominij probationem, quæ difficilis eſt.
24 Legitimè fieri dicitur, quod lege permittente fit.
25 Præiudicium eccleſiæ profectò non fit, ſi eo inconſulto eccleſiam alicui Pontifex concedit.
26 Eccleſiæ deterior conditio non fit, ſi cenſum, quem diu ſoluere deſiit, præſtare compellitur.
27 Ad cumulationẽ impediendã in iudicijs ſingularibus præiudicij ratio aliter haberi non ſolet, niſi ſi plenũ ſit, declaratur num. 58.
Cumulatio rei vendicationis permittitur lite in confeſſoria pendente.
28 Rei vendicatio intentari poteſt, reo in confeſſoria abſoluto.
29 Confeſſoria actio dominij probationem expoſtulat, ſed non plenam nu. 30.
31 In confeſſoria actione ſufficit præſumptiua dominij probatio, quæ ex poſſeſſione deſcendit.
32 Dominij præſumptio, quæ ex poſſeſſione deſcendit in confeſſoria admittit probationes dominij in rei vendicatione.
33 Rei vendicatio ſi propoſita ſit, an illi confeſſoriam adiungere liceat.
L. fundum de excep. rei iudi. declaratur.
34 Exceptio rei iudicatæ in iudicio ſummario quando obſtet in plenario.
35 L. fundi ff de excep. rei iudi. declaratur.
36 Bart. Doctrina de cumulatione confeſſoriæ cum rei vendicatione, quã tradit in l. ſi quis libertatem de petitio. hæredi. declaratur.
37 Ratio legitima, aut idonea nõ habetur, quæ generalis nõ eſt.
38 A ratione perſuaſiua, ſeu impulſiua argumentari non licet.
39 Cumulationi locus non eſt, vbicunq; ꝙ cumulatur maius anteriori iudicium eſt.
Maiori præiudiciũ fieri per minus non conuenit, quamuis illud prius ad iudicium venerit.
40 Bart. ſenſus, & ratio in l. ſed ſi ante de excep. rei iudi. reijcitur, hic & nu. 44.
41 Rei vendicatio quare ſuſpenſionem non patiatur, ſi confeſſoria poſtea intentetur.
42 Baldi, & aſſeclarum doctrina in l. edita nu 63. & in ſecun. lectu. nu. 77. C. de eden. pluribus rationibus impugnatur.
43 Aduerſatiua præcentium qualitates repetit, & ſecundum terminis antecedentium intelligi debet.
44 Glo. ſenſus l ſed ſi ante de excep rei iudi. explicatur.
45 In cumulatione deneganda rei nõ actoris præiudiciũ ſpectatũ.
46 L. fundum l. ſed ſi ante, & l fundi ff. de exceptio. rei iudi. ratio diuerſitatis affertur.
47 L. per minorem ff. de iudi. declaratur hic, & nu. 51. & 52.
48 De ſubſtantia prius conſtare debet, quam de qualitate.
49 In confeſſoria actione dominij probatio eſt neceſſaria.
50 Agens familiæ erciſcundæ iudicio ſe hæredem ante omnia docere debet, ſi pars id neget.
53 Præiudicij ratio habenda nõ videtur, ꝙ omninò futurũ erat.
54 Quod gratia alicuius introductum eſt, in eius perniciẽ verti non conuenit.
55 Poſſeſſorium retinendæ ob ciuilem poſſeſſionem intentatur.
56 Maius iudicium à reo excipiendo propoſitum præiudiciale eſt, ita vt ſententia in eo lata actoris ius perimat.
57 Maius iudicium, à reo excipiendo, vel reconueniendo oppoſitum non aliter, quod minus ab actore illatum eſt, ſilere facit, quam ſi ratione criminis maioritas contingat.
58 Dictio aliquod ad minima ẽt trahitur, cùm vniuerſalis ſit.
59 Præiudicium in cumulatione actionum nihili faciendum, ꝙ niſi culpa, aut vitio partis accidere non poteſt.
60 Neceſſitas parui æſtimatur, in quam ſuo quiſpiã merito incidit, quando niſi ob neceſſitatem alienare bona non licet.
61 Turbatio vim habet, crimenq; à turbatore committitur.
Abſurdum eſt ex crimine ſuo cõmodum turbatori cõtingere.
62 Glo. 1. huius §. diuiſio.
63 Sententia in poſſeſſorio lata ad petitorium non trahitur.
64 Exceptio rei iudicatæ in petitorio obſtat in poſſeſſorio, quia à petitorio poſſeſſorium ipſum abſorbetur.
65 Bart. prima oppoſitio in hoc § declaratur.
66 Nihil dictio eſt negatiua vniuerſalis declaratur nu. 67.
Oratio per negatiuam vniuerſalem concepta, ſi falſo in vno deprehenditur, falſa in totum æſtimatur.
68 Ius latius, & perpetuum magis in dominio, quam in poſſeſſione continetur, & quomodo.
69 Solutionem glo. in hoc §. Bart. impugnat, & Ripa defenſio refertur nu. 70.
70 Conſequentia, aut illatio ex particularibus non admittitur.
Probatio, vel illatio debet eſſe concludens.
71 Probationem ſatis eſt concludere ſecũdum cõiter accidẽtia.
Probationem concludere per probabile ſatis eſt.
Probabile, aut veriſimile habetur, ꝙ plerunq; cõmuniter fit.
72 Argumentum à ſimili quando locum habeat.
73 Dominium longi temporis cum titulo, vel longiſſimi ſine titulo probationes exquirit.
74 Petitorium cum eo non exercetur, qui rem non poſſidet, vel ſaltem detinet.
Interdictom retinendæ cõtra eũ etiam cõpetit, qui neq; poſſidet, nec poſſidere ſe aſſerit, verũ ius ſibi in re eſſe iactitat.
Ex iactatione poſſeſſionis libertas turbatur.
75 Petitorium pluribus exceptionibus oppugnare, quam poſſeſſorium conceditur.
76 Contraria quæ dicantur.
77 Proprietas, & poſſeſſio partis, & totius nomine communionis quicquam non habent.
78 Cumulatio actionum, vel remediorum, quæ ad idem tendũt non admittitur.
79 Prohibitionis ratione ceſſante, effectus quoq; eius ceſſat.
80 Solutio ſecunda glo. in hoc §. euertitur.
81 Dominij acquiſitio citra opem poſſeſſionis contingere nequit.
82 Dominij ad conſeruationem neceſſaria poſſeſſio eſt.
83 Glo. tertia ſolutio in hoc §. explicatur.
84 Genus in omnibus ſpeciebus locum habet.
85 Definitio recta non æſtimatur, niſi ex genere, & differentijs conſtet.
Definitio rei eſſentiam indicat.
Rei eſſentia niſi ex genere & differentijs percipi non poteſt.
86 Negatiua vniuerſalis falſa ex toto habetur, quæ falſa in tantulo ſit.
87 Bart. ſecunda oppoſitio explicatur.
88 Poſſeſſio vti antecedens, & cauſa prior, dominium, vt conſequens, aut cauſatum à poſſeſſione ipſa deſcendit, ab eaq; producitur.
Conſequenti poſito antecedens neceſſario ponitur.
Antecedenti poſito conſequens, aut cauſatum neceſſario venit.
89 Solutio prima glo. reijcitur.
90 Solutio ſecunda glo. reprobatur.
91 Solutio tertia glo. argumento non conuenit.
Sicut à poſſeſſione proprietas exiſtit, ita eius naturam, & ſubſtantiam participat.
A cauſa cauſatum pendet.
Cauſa extincta, cauſatum quoq; perit.
In cauſato ius conſtitutum ad cauſam ſuam trahitur.
92 Dominium in hæreditate per aditionem ſolam nullo poſſeſſionis adminiculo acquiritur.

Hæres

Hæres eſt, ergo dominus.

93 *Dom nium fideicommiſſi vniuerſalis ex reſtitutione vniuerſali illico fideicommiſſario acquiritur, quamuis poſſeſſionem bonorum nactus non ſit.*

94 *Dominiũ trãſit in legatariũ ſtatim ſecuta morte teſtatoris.*

Dominium acquiritur eccleſiæ, & ciuitati ſine traditione poſſ ſſionis.

95 *Inte: pretatio reijcitur, ex qua ad ius ſpeciale ſcriptura redig tur.*

96 *Verba ex effectu accipi debent.*

97 *Verba vniuerſalia negatiua ad id reſtringi oportet, propter quod, aut reſpectu cuius prolata ſunt.*

§. fin. inſti. de codicil. declaratur.

98 *Teſtes ſeptem, & ipſos mares, & rogatos teſtamentum exigit.*

99 *L. inteſtato, ff. de legit. tuto. §. quod autem inſti. de legi. agnato. tutel. explicantur inteſtatus quis propriè dicatur.*

160 *L. ſi pignus ff. quæ in frau. credi. & l. 1. ff. de libera. lega. declarantur.*

Remiſſio pignoris inter cõiuges facta donationẽ non operatur.

101 *Reſtitutio verborum fit ſecundum ſubiectam materiam.*

102 *Verba Prophetæ Pſal 68. Et ſuſtinui, qui ſimul cõtriſtaretur, & non fuit, & qui conſolaretur, & non inueni declarantur.*

103 *Verba etiam affirmatiuè prolata reſtringuntur ſecundum ſubiectam materiam, cuius reſpectu ſunt prolata.*

104 *Falſi teſtis non tenetur, qui in teſtimonio de fama ab omnibus ſe audiuiſſe aſſerit.*

105 *Verba Pſalmi 58. Ad nihilum deduces omnes gentes declarantur.*

Verba Pſal. 63. Et timuit omnis homo explicantur.

106 *Petitorium ob detentationem, poſſeſſorium ob ciuilem poſſeſſionem intentatur.*

107 *Vniuerſalis negatiua reſtringitur pro materia ſubiecta.*

108 *Argumentum à ſimili, vt locum habeat, ſatis eſſe dicitur in caſu controuerſo ſimilitudinem inueniri.*

109 *Bart. oppoſitio tertia explicatur.*

110 *Dominium cum poſſeſſione etiam ignoranti quæritur.*

111 *Indiuidua res ex voluntate contrahentium iudicatur.*

112 *Feudum plurium caſtrorum ex concedentis mente indiuiduum æſtimatur.*

113 *Legatum poſſeſſionum ſuarum ad ſtabilia pleno iure pertinet, & aedium poſſeſſio, ſed plenum dominium huic legato cedit.*

114 *Dominij appellatio ad poſſeſſionem etiam trahitur.*

115 *Menti, de qua conſtet, parere verba oportet.*

116 *Poſſeſſionis vocabulum ex coniecturis ad proprietatẽ trahitur, & ex quibus.*

117 *Idem, aut ſimilis caſus habetur, cui eadem ratio eſt.*

118 *An poſſeſſionis appellationi mobilia cedant vſu communi loquendi prætermiſſo diſtinguit Ripa, & diuerſitatis rationes affert author nu. 119. & 120. & meliorem Aquen. & Horman. diſtractionem arbitratur nu. ſeq.*

121 *Verba propriè accipi debent.*

122 *Interpretatio repudiatur, ex qua ſuperflua verba fiunt.*

123 *Verba ſecundum mentem proferentis intelligi debent.*

124 *Velle quiſq; creditur, quod fieri poteſt, & ad id verba trahi debent.*

125 *Verba oſtendenda ſunt, vt menti diſponentis ſeruiant, & ne inanis actus fiat.*

126 *Tranſitus facilior eſt in his, in quibus ſimbolum vertitur.*

127 *Interpretatio eſt tolerabilior, per q̃ hæres leuius oneratur.*

128 *Relatio in genere, aut ſimpliciter fieri debet, quæ in ſpecie fieri non poteſt.*

129 *Genitiui regimen ſecundum mentem diſponẽtis, & verborum ſignificationem intelligitur.*

130 *Ripæ error in q. an poſſeſſionis appellatio ad mobilia pertineat.*

131 *Impoſſibile id habetur, ꝙ viri communi contrarium eſt.*

Impoſſibile an à facto, vel à iure quid ſit, non referre.

132 *Vſus loquendi teſtatoris voluntatem declarat.*

133 *Genitiuus quandoq; dominium, aliquando poſſeſſionem ſecundum diſponentis mentem, & verba ſignificat.*

134 *In vſufructu aliquando dominium cadit, & pro vſufructu dominium quandoq; accipitur.*

135 *Dictio rerum reſtringitur eo reſpectu, quo prolata eſt.*

136 *Martir, vt quis æſtimetur, cauſa cruciatus obſeruanda eſt.*

137 *Finis eſt ſpectandus, & ſecundum finem, & agentis intentionem res eſt diiudicanda.*

Actus non debet extendi vltra agentis intentionem, quæ cõtemplatione actus fiat, perſpiciendum eſt.

138 *Genitiuus regitur, & non regit.*

139 *Impudentis eſt ſine lege quid aſſerere.*

140 *L. quæſitum. §. 1. ff. de lega. 3. declaratur.*

Vniuerſalia verba ſequentia ad certum locum reſtricta legatum vniuerſale anterius reſtringunt.

141 *Bart. dictu in ſecunda parte huius text. declarantur, vis quintuplex eſt.*

142 *L. ſi de vi ff. de iudicijs declaratur.*

143 *Dominij probatio poſſidenti non incombit.*

144 *L. exitus infra hoc tit. explicatur.*

145 *Leges generaliter loquentes generaliter intelligi debent.*

146 *Vis expulſiua potentior, & grauior eſt, quam turbatiua.*

Verba ad id, quod potentius eſt, ſunt referenda.

Stipulatio duplæ ad rei vendicationem, non ad publicianam trahitur.

Appellandi neceſſitas pura fortior eſt, quam conditionalis.

147 *Dominium violentiam non ſuffert, quod vi amitti, aut extorqueri non poteſt.*

148 *Reſponſio eſſet inepta ſi de eo fieret, quod comprahenſum ſub interrogatione non eſt.*

149 *Senſus quinq; huius. §. author refert.*

150 *Factum non præſumitur, ſed probare debet.*

151 *Culpa in eo non eſt, quod fieri non poteſt.*

152 *Contrarietas ad cumulationem impediendã an initio ipſo, vel poſtea interueniat, nihil refert.*

Diſpoſitio inutilis fit, quæ ad eum caſum perducta eſt, vnde ſumi initium nequit.

153 *Poſſeſſio per filium, aut ſeruum patri, & domino ignorantibus etiam ex cauſa peculiari acquiritur.*

154 *Contrariorum eadem debet eſſe diſciplina.*

155 *Comparatiuum includit poſitiuum.*

Maior ſumma minorem continet.

156 *Aduerſatiuæ natura eſt, vt qualitates præcedentium repetat.*

157 *Cumulatio petitorij cum poſſeſſorio quando ſit permiſſa.*

158 *Glo. in hoc. §. explicatur.*

159 *Sententia in petitorio lata rem ipſam reſtituere neceſſario victus debet, & illi inutilis eius poſſeſſio fit.*

160 *Sententia in petitorio pro actore lata impedit executionẽ ſententiæ latæ in poſſeſſorio pro reo.*

161 *L. 2. §. quadam ff. de interdic. declaratur.*

162 *L. 1. & ſi. de aqua quotidia. & æſtiua explicatur.*

163 *Poſſeſſionis cauſa non aliter ex petitorio conſumpta intelligitur, quàm ſi rei abſoluti dominium appareat.*

164 *Dominus quis non ſit, vel dominium eius non appareat, nihil intereſt.*

165 *L. ſed etſi poſſeſſori in prin. ff. de iureiu. explicatur.*

Dominus reus non præſumitur ob ſententiam abſolutoriam.

166 *Poſſidentem in ſua poſſeſſione infeſtare domino permiſſum non eſt.*

167 *Clandeſtinitas in re propria non contingeret, ſi liberum domino facimus poſſeſſorem perturbare.*

168 *Aequalitate in probationibus cõtingente is victor eſſe debet, qui fidem dominij facit.*

169 *Facilius quid conſeruatur, aut retinetur, quam recens acquiritur.*

170 *Dolo facit, qui id petit, quod reſtituere oportet.*

171 *Interdicta mixta quæ dicantur.*

172 *Interdictum de itinere, actuq; priuato, quando mixtam naturam habere dicatur, & quas probationes requirat.*

173 *Interdictum quam ob cauſam mixtum dicatur.*

174 *Interdicta quare mixtam naturam omnia non habeant.*
175 *Interdictum de arboribus cedendis quam facultatem tribuat, & quid in eo ſit probandum.*
176 *In interdicto de liberis exhibendis quæ pbatio requiratur.*
177 *Viro mulier reſtitui non debet, niſi matrimonium probet.*
178 *Interdictum de locis ſacris, & religioſis proprietatem ſapit, quia poſſeſſio in eis non admittitur.*
179 *Exceptio rei iudicatæ in interdictis mixtis poſſeſſorio, quod poſtea intenditur, obſtat.*
180 *Indiuiduitas quomodo in poſſeſſorijs mixtis intelligatur.*
181 *Sententia de petitorio dicta in omni poſſeſſorio nocet adipiſcendæ, retinendæ, & recuperandæ.*
182 *Exceptio rei iudicatæ, an obſtet in mero poſſeſſorio, quod ſeparari à proprietate poteſt.*
Interdicto recuperandæ, an exceptio rei iudicatæ obſtet.
183 *In interdicto retinendæ, an exceptio rei iudicatæ admittenda ſit, diſtinguit Bar.*
184 *Interdictum adipiſcendæ, an exceptionem rei iudicatæ in petitorio patiatur.*
185 *Generalis ſcriptura æſtimatur ob rationem generalem.*
A ratione legis lex ipſa regitur, & gubernatur.
186 *Sententia abſolutoria in petitorio, in quo reus de dominio fidem fecit, ſi de ea confeſtim fides fiat, interdicto adipiſcendæ obeſt.*
Dilatio in interdicto adipiſcendæ reo ad producendum ſententiam latam in petitorio dari non debet.
187 *In interdicto adipiſcendæ poſſeſſionis incontinenti probari dominium dicitur, quod intra tempus oſtenditur, quo poſſeſſionis cauſa expediretur, ſi exceptio dominij oppoſita non eſſet.*
188 *Petitorio, an reus conueniri poſſit, qui in poſſeſſorio fuit abſolutus?*
L. & an eadem ff. de excep. rei iudicatæ explicatur.
189 *Exceptio rei iudicatæ quando poſſeſſorium excludat.*
190 *Defectus iuris quando poſſeſſorio recuperandæ obſtet.*
191 *Caſtren. Doctrina in caſu, an defectus notorius proprietatis contra poſſeſſorium recuperandæ obijci poſſit declaratur.*
192 *Adulterij correus maritus æſtimatur, qui vxorem pollutã ante peractam adulterij pœnitentiam recipit.*
193 *Donationis propter nuptias iacturam patitur maritus, qui adulterium commiſit quamuis occaſionẽ id patrandi vxor dederit, quæ à viro diſceſſerat.*
194 *Dotis damno non afficitur mulier, quæ à marito ob eius ſæuitiam aufugit, ſi turpiter vixerit.*
195 *Cap. literas de reſti. ſpoliato. declaratur.*
196 *Caſtren. Doctrina in l. ſi de vi ff. de iudi. col. fi. in prin. lectu. declaratur.*
197 *Poſſeſſorio recuperandæ obſtat notorius iuris agentis defectus, niſi contra notorium ipſum quid apponatur.*
198 *L. officium ff de rei vendica explicatur l. inuoſor. C. vnde vi declaratur.*
199 *Prædo ſpoliatus non reſtituitur, quoties prædonem eum eſſe ex actis liquet.*
200 *Spoliatus ante omnia reſtituendus regula declaratur.*
201 *Exceptio rei iudicatæ in petitorio contra poſſeſſorium admittitur, & hæc eſt communis opinio contra Bart. limitatur nu. 202. oppugnatur limitatio nu. 203 & ſoluitur oppoſitio nu. 204. ampliatur nu. 205. ſublimitatur nu. 211. à qua ſublimitatione diſcedit Fab. cuius opinione veriorẽ Author probat nu 212.*
206 *Inſtrumentum notorium inducit.*
207 *Poſſeſſorio recuperandæ exceptio opponi poteſt, quæ ab inſtrumento deſumitur. Declaratur nu. 208. ſublimitatur num. 209.*
210 *Statutum ſi diſponat, quòd contra executionem inſtrumenti quicquam opponi non poſſit, etiam exceptiones peremptoriæ reiectæ intelliguntur.*
213 *Dominium quis non habeat, vel reuocabile ſit, paria ſunt.*
Dominium impropriè dicitur, quod reuocari poteſt.
314 *Interdicto adipiſcendæ dominij exceptio non obeſt, cuius probatio in promptu offertur, vbicunq; vitioſa rei conuenti, & de dominio excipientis poſſeſſio eſt.*
Fideicommiſſarius hæredi agenti interdicto quorum bonorum legitimus contradictor non eſt etiam ſi fideicommiſſi probationem illico offerat, quoties vitium in poſſeſſione eſt.
215 *Aequalitas in iudicijs ſeruari debet.*
216 *Argumentum à minori ad maius negatiuè nõ admittitur.*
217 *Priuationis dominij replicatio, quæ altiorem indaginem requirit admittitur in interdicto recuperandæ aduerſus exceptionem dominij incontinenti probatam.*
218 *Spoliator dominij exceptionem illico probans obijcere non poteſt replicationem priuationis, vel ammiſſionis dominij, cui ipſe cauſam dedit, altiorem indaginem requirere.*
219 *Priuationis ius agẽdo in iudicium deduci principaliter poteſt, & multo magis replicando.*
220 *C. 3. de diuor. declaratur.*
221 *Exceptio rei iudicatæ in petitorio, an recipiatur in poſſeſſorio recuperandæ, vbicunq; admittitur ſpoliatio poſt ſententiam de petitorio dictam deciditur Alexan. ſibi contrarius docetur, & Caſtren. opinionem meliorem, & veriorẽ Author probat limitatur nu. 223. & nu. 224.*
222 *Contraria ſe ſe inuicem conſumunt.*
225 *Tertij ius agenti petitorio opponi poteſt, quando ius actoris peremit.*
226 *Exceptio proprietatis, aut iuris ad petitorium ſpectantis regulariter poſſeſſorio recuperandæ non nocet. limitatur, & ſublimitatur remiſſiuè nu. 242.*
227 *Præſcriptionis rei controuerſæ exceptio remedio recuperãdæ non obeſt, niſi remedium ipſum poſſeſſorium tempore extinctum obijciatur.*
218 *Pignoris, aut hypothecæ exceptio poſſeſſorio recuperandæ non obſtat.*
229 *In poſſeſſorio iudicio recuperandæ exceptio reijcitur, quod fœnoris turpitudine contractus laboret.*
230 *Falſi exceptio in poſſeſſorio recuperandæ non admittitur, neq; poſſeſſorio adipiſcendæ officit limitatur num. 231.*
232 *Poſſeſſorium recuperandæ per exceptionem criminis non eliditur.*
233 *Compenſatio remedio recuperandæ poſſeſſionis non obſtat.*
234 *Vxoris poſſeſſorio recuperandæ agentis ius ob præſumptionem l. quintus. ff. de donatio. inter vir. & vxo. non læditur. limitatur nu 235.*
L. quintus ff. de donatio. inter vir. & vxo. declaratur.
236 *Metum ex actu voluntario purgatum exceptio, vel replicatio in remedio reintegrandæ poſſeſſionis reijcitur.*
237 *Patri bonorum maternorum poſſeſſione à filio ſpoliato remedio recuperandæ agenti, exceptionem, quòd bonis ipſis non rectè vtatur filius obijcere non poteſt.*
238 *De ſententiæ vitio ſpoliato non opponitur, qui ex ſententia poſſidebat.*
239 *Beneficio ſpoliato non obſtat exceptio, quod duo beneficia incompatibilia vltra tempus ſtatutum ſpoliatus tenuerit.*
240 *Exceptio rei ab homine iudicatæ cur magis, quam à iure obſtet, ratio aſſertur.*
241 *Spoliatori, qui recuperandæ conuenitur, inhabilitas ſpoliati tituli ratione non prodeſt, veluti cùm beneficio ſeculari regularis ſpoliatur.*
243 *Poſſeſſorij retinendæ ius idem atq; recuperandæ eſt, vt exceptionem petitorij non magis retinendæ, quam recuperandæ patiatur. limitatur nu. 244.*
245 *Delictum grauius æſtimatur, quod pœna maiore coercetur.*
246 *Remedium recuperandæ poſſeſſionis magis priuilegiatum, quam retinendæ interdictum eſt.*
247 *Interdictum retinendæ contra eum non indulgetur, à quo vi, clam, aut præcario turbatus poſſidet.*
248 *Interdictum retinendæ non ſuffragatur ei, qui iniuſtè ab aduerſario, aut turbatore poſſidet.*
249 *In mala fide dicitur, qui tenet rem, quam ad alium pertinere cognoſcit.*
250 *Verborum, poſſides à me, vi, clam, vel præcario expoſitio.*

Poſterio

Poſteriores cõment.in §. nihil com. Quorũ repetitioni initiũ in Montereg. die 3. Iunij 1564.

DIuiſio huius tex apud Bar.& alios habe
tur. facti ſpecies ex tex.ipſo colligitur.
Qui a rei vẽdicatione ſeu petitorio li-
tem inceperat, eo intermiſſo, vel ſu-
ſpẽſo, ad interdictũ retinendę, in quo
exitus eſſe facilior ſolet, aggredi, vel cũ
petitorio ipſo poſſeſſorium cumulare
parabat. Sed enim contradictum ei a reo eſt. Ex facto
tractabatur, locus ne ſuſpenſioni, aut cumulationi eſ-
ſet. Dicendum videbatur, locum non eſſe, idq; ratio-
nibus non paucis. Prima ex tex. ipſo deſumitur. quę in
renunciatione tacita, neceſſariavè conſiſtit. Rei enim
1 vendicatio † initio propoſita poſſeſſionem eius apud
aduerſarium eſſe neceſſario inuit, vtpote quę poſſeſ-
ſori non datur l. 1. §. interdictum autem infra vti poſ-
ſi. l. 1. C. de aliena. iudi. mu. cau. fac. §. ęque verſi. quod
genus inſti. de interdic. c. examinata. ibiq; Innoc. ante
med. de iudi. Bar. hic num. 6. in fi. Iaſ. num. 1. Pau. de
Ca. in l. ſi de vi num. 2. circa fi. verſi. ſed hoc quomodo
ſtare poteſt ff. de iudi. in 1. lectu. & in poſteriore lectu.
2 numero 8. e contrario † interdictum retinendæ apud
actorem ipſum poſſeſſionem eſſe neceſſario facit, cũ
niſi poſſidenti non competat l. 1. §. eſt igitur l. ſi duo §.
ſed ſi ſupra & §. creditores infra vti poſſid. §. hodie in-
ſti. de interdic. ita contrarietas euidens inter petitoriũ
& poſſeſſorium retinendę apparet. Contradictione
planè inter remedia interueniente, iuris incerti nõ eſt,
3 † electione vnius alterum conſumi l. ſi filius ff. de mi-
nor l. ſed, & pupillus §. pen. ff. de inſtitor. l. quod in hæ-
redem §. eligere ff. de tributor. l. fi. §. illud ff. de diuor. l.
ſicut patronus ff. de oper. liber l. ſi quis ante, & l. qui bo
na fide in prin. infra eo. l. 1. C. de furtis. l. fi. C. de codicil.
l. 2. & l. ſi veritas C. de fideicom. c. vt qui duas de ele-
ctio lib. 6. clem. gratiæ de reſcrip. Tradit. Signorol. in
conſi. 110. num. 16. in fi. Roma. in conſi. 125. mater in
prin. eodem tex. omnes pertinent, quibus expreſſum
eſt, contraria duo ſimul non conſiſtere l. ſi ancilla in-
fra pro ſuo l. fi. § ſenator infra ad municipal. l. hęc ver
ba ille, aut ille infra de verb. ſig. & alia non pauca inde
4 etiam fit, † vt qui actione perſonali ex teſtamento, le-
gatum petit, rei vendicationi cedere ob contrarieta-
tem intelligatur, cum, & dominium legati perdi tum
æſtimetur Alex. in l. 1. in fi. ibiq; nigri num. 72. ff. de le-
ga. 1. Atq; in ſpecie poſſeſſionis, remiſſionem, & ami-
ſſionem eius ex petitorio induci, vtiq; ſi ignarus poſſeſ
ſionis modo petitor non ſit, Bar. hic probat num. 8.
quocum alij ſentiunt. Caſtren. in d. l. ſi de vi num. 2. in
fi. verſi. poteſt etiam poni. in 1. lectu. Renunciatione
planè poſſeſſionis ob petitorium admiſſa, nihil eſt, ꝙ
de interdicto retinendę cumulando, aut propter id pe
titorio intermittendo, vel ſuſpendendo verba fiant.
Quoniam ſi ſponte amiſſam renunciatamvè propter
5 petitorium illatum poſſeſſionem dicimus, † Quomo-
do ad remiſſum regredi ius licebit l. ſi iudex ff. de mi-
nor. l. Herenius in prin. ff. de euictio. l. ſi cõſenſit in prin.
& l. titius ff. quibus modis pig. vel. Hypo. Sol. l. quęritur
§. ſi venditor ff. de ædil. ædic. l. nihil. §. omnibus ff. de le-
ga. 1. l. non videtur ff. ſi quid in frau. patro. l. 1. § qui ſe-
mel. ff. de ſucceſ. ædic. l. poſtquam liti C. de pactis l. cũ
a matre. C. de rei vendica. l. ante penul. C. de rebus cre-
di. l. generaliter ĩ fi. C. đ nõ nu. pec. l. cũ te & l. fi. C. de re-
miſ. pign. c. ex tranſmiſſa de renuncia. c. ex ore de pri-
uil. c. quam periculoſum 7. q. 1. ſera enim poſt ius amiſ
ſum penitentia Bal. in c. 1. quid iuris ſi poſt aliena feu.
vaſal. id recup. De quo Curti. ſenior meminit in conſi.
26. in fi. ſed enim in codice meo Bal. hoc non loquitur
idq; locum, & in renunciatione tacita habere, quæ ex
facto quo ſequitur, Bal. ſcribit in c. 1. num. 2. de beneſi.
fœmi. per tex. in d. l. ſi filius ff de minor. in d. l. quęritur.
§ ſi venditor ff. de ędil. ędi. in l. 3. C. de iuris, & fac. ignor.
in d. l. poſtquam liti. C. de pactis in d. l. antepenul. C. de
rebus credi. in l. ſi aduerſarius C. de fide inſtru. in d.
clem. gratiæ de reſcrip.
Sed enim poſſeſſioni eſto renunciatum ob petito-
rium non ſit locus cumulationi eſſe nihilomagis vide
tur, quãdoquidem ſecum inuicem remedia hæc peti-
torium, & poſſeſſorium retinendæ pugnare, ante oſtẽ
6 dimus. Repugnãtia † porro vna ſimul non conſiſtere
atq; ideò cumulari non poſſe teſtatum eſt d. l. 1. C. de
furtis d. l. fi. C. de codicil. cum alijs ſupra enarratis ęque
ſuſpenſioni locus petitorij non videtur. Merito enim
id auditurus actor erit, via, quam elegiſti, hæc tibi pate
at l. ſi mulier in fi. ff. quod metus cau.
Secundà dubitandi ratio in iure illo vulgatiſſimo
7 eſt, electione † ſemel facta, variãdi ius nõ eſſe l. 3. §. ſciẽ
dum 1. ff. ad exiben. l. ſi cui ibiq; glo. & Bar. ff. de ſerui-
tutibus l. ſerui electione in prin ibiq; Doc. l. huiuſmodi
§. ſtichũ. ff. de lega. 1. l. apud Anfidium ff. de optione
lega. atq; in ſpecie magis ius hoc apparet in aucten.
qui ſemel. C. quomo. & quan. iud. qui actionẽ aliquã
ſemel intulit, aduſq; litis finem, vt eam exerceat, com
pellendũ. quẽ tex. pro rõne dubitandi Iaſ. hic affert in
prin. Bereng. in 3. cap. repetitionis nu. 30. Quæ dubitã
di ratio iuxta ſuſpenſioni atq; cumulationi obſtat.
8 Tertiò iuris regula mouebat, † petitorij atq; poſſeſ-
ſoſſorij accumulationem regulariter non admitti d.
l. ſi de vi l. ordinarij C. de rei vendica. l. incerti C. de
interdic. quocirca petitorio primum dictato poſſeſ-
ſorium actor adiungere permittendus non videtur.
9 Quartò † duplicitatis ratio actori nocet, ꝙ actione
duplici ob rem eandem vti, eamvè conſequi iterum
non licet. De qua duplicitatis ratione Bar. hic memi-
nit numero. 10. in fi. Iaſ. in prin. Bal. in d. l. ſi de vi col. 1.
verſi. quarta eſt opinio in 1. lectu. quæ ratio æque ad
ſuſpenſionem atq; cumulationem procedit. Quorſũ
enim cumulatio, quo ſuſpenſio, Quatenus ex reme-
dio vtrouis re ſemel accepta, iterum eam conſequi
non licet. eam ob rem rei eiuſdem nomine iuditium
vtrunq; proſequi petitorium, & poſſeſſorium vna ſi-
mul, aut ſepararim cõcedendum non erit, ne ad rem
eandem denuo quis aſpiret.
In dubiandi cauſa quinto id erat, ꝙ præiuditium
petitorio per poſſeſſorium haetenus certe fit, vt iudi-
tio poſſeſſorij auicto, petitoris partes aduerſarius ſuſci
pere, dominijq; præſtare probationem debeat l. is qui
ff. de rei vendica. §. commodum inſti. interdic. Rurſus
negari non poteſt, quin. præſumptione ſaltem tenus
præiuditium per vnum alteri fiat, proinde neq; poſſeſ
ſorij cumulatio, neq; petitorij admittenda ſuſpenſio
videbatur, vnde incommodum reus vllum ſubeat.
10 † ne in poteſtate actoris ſit, deteriorem rei cauſam
facere l. non debet alteri infra de reg. iuris, cum, vel præ
ſumptionis iuditium.
11 Controuerſiam ſexto faciebat, † ꝙ maior, & potẽ-
tior petitorij, quam poſſeſſorij cauſa haud dubie habe
tur, ſiquidem a petitorio ipſo poſſeſſorium abſorbe-
tur l. officium ff de rei vendica. vbi ſententia de petito
rio dicta, rẽ ipſam reſtituere neceſſe reus habet. ergo
de poſſeſſionis ſuæ iure poſt petitoriũ definitum am-
plius non quæritur. Quoniam ſi locum poſſeſſorij co-
gnitio diſceptatiovè poſt petitorium finitum habeat,
vtiq; rem ipſam reſtituere neceſſe poſſeſſor non habe
ret. Immo enim defendendus in poſſeſſione eſſet l. iu-
nius §. cui damus. infra de regu. iuris idem ſignifican-
tius ex tex. oſtẽditur in c. cum dilectus de cauſa poſ. &
proprie. vbi cum iuditium vtrunq; exerceretur petito-
rium, & poſſeſſorium, petitorium vno, poſſeſſorium
altero litigatore exercente, ſi ſententia de vtroq; dici-
tur,

Digitized by Google

tur,atq; ideo in petitorio vnus,in poſſeſſorio alter vin
cit potius petitorium habetur, neq; ad executionem
niſi ſententia perducitur, quæ lata in poſſeſſorio ſit ita
a petitorio poſſeſſorium ſeu debilius conſumitur, &
12 extinguitur. † ſimileq; partui in vero exiſtēti poſſeſſo-
rium dicitur. qua enim ratione ſub vtero partus con-
tinetur, ita in petitorio poſſeſſorium Caſador.deciſ.9,
numero.12.de cau,poſ.& proprie.fol.66. Hoc ita præ
narrato,vt poſſeſſorio potentius,maiusvè petitorium
ſit.Abſurda res videtur, propter poſſeſſorium ipſum
imbecillius petitorium interquieſcere, aut ſuſpendi,
vel cum eo poſſeſſorium coniungi,aut cumulari.imò
enim ex diuerſo propter petitorium,quod maius eſt,
ſilere poſſeſſorium conuenit, quod inferius ſit, ne præ
iudicij quicquam maiori fiat l.per minorem ff.de iu-
di.l fundum,& l.fundi infra de exceptio, Quod obtine
re tum etiam ſolet, cum modice, aut Paululum per
iudicium minus quod maius eſt, læditur l.ſi quis liber-
tatem ff.de petitio. hæredi. l.rem maioris præcij infra
de exceptio.Fabius hic num. 5.

Rationes,& alias dubitandi Berengar. hic aſſuit nu,
29. in ſecundo capite repetitionis, & in 5. repetitio-
num volu.fol.314. quas recenſendas non duxi.

Rationibus his dubitãdi non mouentibus,ius aliud
13 ſeruandum Vlpianus reſpondit. † facultatem poſſeſſo
rij retinendæ proponendi petitorio iam inſtituto, da-
ri,generaliterq; tex.loquitur,modo non expreſſo, quo
modo id fiat,per cumulationem an ſuſpenſionem, &
an ad vtrunq; modum. De qua re ſuo loco tractabitur
Decidendi rationem tex. ipſe exprimit. ꝙ commune
quicquam vni cum altero non eſt. Diuerſitate igitur
inter hæc interueniente,nihil eſt,ꝙ cumulationem eo-
rum abijciamus l.hæredes §.de pluribus ff,de peti.hære
di. l. non eſt, nouum ff.de actio. empti.l.nemo ex his
§.1 a ſenſu contrario.infra de reg.iuris Cy. in d.l. ordi
narij C.de rei vendica.Bal.in d l.ſi de vi colum.1. in fi,
& colum.3.ante med.verſi ſinautem agatur ad diſtin-
ctis in poſteriore lectura,

Iure textus noſtri ita obfirmato, ad ea refellenda de
ſcendendum, quæ obiecta, è regione ſunt.itaq; argu-
mentum primum non officit, poſſeſſioni renunciatū
ob petitorium contrarietatis ratione intelligi.Quoniā
contradictionem ipſam non admittimus. Contraria
quippe in eodem concurrere ſubiecto,nequeunt, atq;
14 ideo † circa ſubiectum idem contrarietas ſpectatur.
in diuerſis planè, aut circa diuerſa interuenire contra-
ria poſſunt quid enim prohibet vnum algere, Alium
caleſcere,& id genus infinita, ſed enim ob diuerſa pe-
titorium competere,& interdictum retinēdæ poſſunt,
vt ob detentionem rei vendicatio. proponatur, quæ
contra detentorem competit d.l.officium ff.de rei vē-
15 dica.ob poſſeſſionem ciuilem † tuendam interdictum
retinendæ ſuffragetur.quod ob poſſeſſionem ciuilem
accommodari, & effectum tunc recuperandæ habere
glo.& Doc.probant in l.clam.§.fi. in glo. vltima.ibiq;
Caſtren. numero. 7. Iaſ. numero 61. ſupra eo. Iaſ. hic
numero 90.Caſtren.in conſi.234.in cauſa apellationis
colum.2.circa med.lib.2.De quo vberius dictum a no
bis eſt, in l.1. in prin. in tractatu poſſeſſionis ciuilis, in
ſexta eius parte,& ſeptimo effectu. Secundum diuer-
ſitatem hanc tex.hunc interpretandum, & ad diuerſi-
tatem hanc referendum, glo. hic cum Doc. ſentiunt
in quinta lectu.de quo ſermo plenior loco ſuo habebi
tur,Contrarietate igitur a petitorio, & poſſeſſorio ſub
lata,omnia ſedantur, quæcunq; ſtrepitum in dubita-
tione prima mouebant, ideſt renunciationem tacitā
ab electione vnius ex contrarijs ſequi, Renunciatione
item tacente, remedia ius cumulandi contraria non
eſſe quoniam contradictionis vt dixi nihil quicquam
incurrit,

Secundà etiam dubitandi ratio, prohibitam peti-
torij,& poſſeſſorij cumulationem regulariter eſſe,pro-
16 fligationis difficilis non eſt. † Immo enim retorcutio
nem argumentum ipſum patitur. cum permiſſa cu-
mulatio regulariter ſit, præterquam ſi prohibita inue-
nitur glo. magna in l.ædita. ibiq; Bar.num.14. Deci.
numero 59.C.de æden,proinde qui locum cumulatio
ni non eſſe ait,negatiuam docere compellitur, regula
ex aduerſo iuris pugnante,ruboris quippe eſt, lege nul
la loqui l.illam C.de collatio.ita in d.l.ædita Sal.docet
numero 18. Cuius ſententiæ Bal. quoq; eſt in d. l.ſi de
vi ante fi.in 1. lectu. Fely. in c. ſignificantibus num 23.
verſi. & de materia de libelli obla. de quo etiam apud
Dy. in reg.nullus pluribus.lib.6. qua ratione Cyn. ad-
ductus in d.l.ordinarij. cum poſſeſſorio omni petito-
rium concurrere arbitratus eſt. Quæ tamen recipi ſen
tentia non ſolet,

17 Secundò reſpondetur. † prohibita regulariter eſto
cumulatio ſit, ad caſum hunc tamen prohibitio non
pertinet, quo propter diuerſa cumulatio adhibetur,
ideſt, ob detentionem auocandam petitorium ,ob ci-
uilem tuendam poſſeſſorium retinendæ intenditur,
Permiſſam cumulationem tum eſſe Bar.hic docet nu,
31. Bal. in d. l. ſi de vi colum. 1. verſi, tertia opinio. &
colum.2.in prin.verſi. ſi autem reſpectu.in 1. lectu. &
in ſecunda lectu,colum.1 in fi & colum. 3. ante med.
Caſtren.colum.3. poſt med.verſi.in poſſeſſorio vero.
in 1.lectura.& in ſecunda lectu. numero.5.verſi.tu dic
ſecundum Doc. Enimuero ad eum caſum pertinere
tex.hunc diximus,quo ad diuerſa petitorium,& poſſeſ
ſorium ſpectant.

Tertia item dubitandi ratio ſententiam hanc non
lędit q̄ à tex.pēdet in d. auctē. qui ſemel C. quomo. &
18 quan.iud. † Quoniam,aut in ſuſpenſione tex.hunc in
telligimus,aut in cumulatione.ſi quidem ad ſuſpenſio-
nem trahimus,contrarius ſententiæ tex. noſtri tex. nō
eſt in d. aucten. qui ſemel ad eum quippe caſum per-
tinet, quo ſine cauſa qua iuſta actionē inſtitutam in-
termittere, aliamq; ſubijcere actor certat. Non idem
probandum, cum ex cauſa iuſta, & in caſu à iure per-
miſſo ad actionem aliam priore interim quieſcente,
actor recurrit, vt Iaſ.hic explicat nu. 117. verſi.ſed iſtis
prætermiſſis,

Sinautem in cumulatione tex. hunc loquentem fa-
cimus,ſic quomodo Doc.fere interpretantur,Confu-
tationis facilioris tex.fit in d.aucten.qui ſemel. vtpote
qui ad eum caſum ſpectat,quo actionem illatam om
nino actor deſerit,ad aliam adeundo. quæ in cumula-
tione ratio ſilet, de qua tex. noſter loquitur. à petito-
19 rio enim † per cumulationem poſſeſſorij, actor non
deſiſtit. verum vna ſimul cum poſſeſſorio exequi id
ſtudet,quę reſponſio ratione inexpugnabili confirma
tur. ꝙ ſi de cumulatione textum ſentire dicimus in d.
aucten. qui ſemel Abſurda res conſequitur, vt mate-
ria penitus extincta atq; deleta cumulationis ſit. ſem-
per enim actor auditurus cumulando erit, Actio tibi
propoſita explicanda, recens aliam accumulare non
permitteris, Atq; in ſpecie, ad cumulationem ratione
hac correctionis excludendæ, tex. non pertinere in d.
aucten. qui ſemel. Bal. ibi ſcribit in 1. nota. Iaſ.in §.ſi
minus numero 13.inſti,de actio. Berengar. hic nu. 30.
in ſecundo capite repetitio. fol. 314. Quæ ſolutio ex
tex. colligi ipſo videtur, ibi qui ſi cauſā perſequi diſte-
rat ita in actore loquitur, qui cauſam cœptam protra
hit.ſed enim moram cauſæ inſtitutæ non facit, ſeu eā
non intermittit,qui aliam aſſuit cum vna ſimul vtrāq;
agat.Reſponſionem hāc vſq; adeo Fabius hic agnoſcit
numero 6.vt inepte atq; extra rem pro ratione dubitā
di tex.illum vocatum à Iaſ. dicat ſiquidem in caſu di-
uerſo omnino loquitur. cum iuditium cœptum actor
prorſus non proſequitur, per contumaciam cuius in
ſuſpenſo reus manet, ſed enim ineptitudinis tantæ

tex,

Digitized by Google

tex.nō vī,quin ad dubitādi rōnē cōferat.perinde quaſi
ſimilis,& hic actionis inſtitutæ peragendæ rō moueat.
Quarta quoq; dubitandi ratio contra tex. hunc nō
pugnat. quæ à duplicitate deſcendit. Riſui enim à Fa-
bio hic habetur numero.6.cum alienam eam à te pri-
tet. textu enim à Iaſ. fundatur in l. vbi cœptum ff. de
20 iudi. † qui extra rem loquitur.hoc eſt cum ad iudices
diuerſos actor adit quod hic non fit ſed enim non ita
a propoſito aberrare Iaſon. videtur, cum tex. nomi-
nat in d.l.vbi cœptum.quoniam,& ſi maxime in caſu
diuerſo loquatur, ratio tamen duplicitatis non inepte
in eo ſpectatur.an non iudicium duplex.ob rem ean-
dem,& ibi vertitur.Bisq; rem eandem apud iudices di
uerſos conſequi actor poſſet. vnde ad rationem tex.
non caſuum diuerſitatem animaduertere Fabium de-
cuerat.Atq; ideo non ab re in ſpecie etiam cumulatio
nis impediendæ, ratio hæc mouere duplicitatis pote-
rat,de qua apud Bar.hic nu.10.in fi.apud Oldra.à Bal.
relatū in d.l.ſi de vi col.1.ver.quarta eſt opin. in 1.lect.
Apparet ex his quod ad ſannas, aut impugnationē
Fabij attinet, contrarium textui noſtro argumentum
conſtare, quod à duplicitate colligitur.Atq; ideo ali-
ter id refellendum, quam factum a Fabio ſit. Reſpon-
21 ſio igitur alia,& ipſa accommoda non deeſt.† Dupli-
citatem hic non contingere tum deniq; enim duplici
tas intelligitur, ſi æqualitas in iuditio vtroq; verſatur.
quo de cumulando agitur, ita vt non amplius ex vno
quam ex altero actor ferat. Rationis tum enim non
videtur,actione duplici, cauſaq; nulla reū vexari.cum
bis magis idem conſequi, quam commodum aliud
conſequi actor videatur.Quæ ratio ſilet, vbicunq; pe
titorij cumulatio cum poſſeſſorio fit. Paria enim, aut
æqualia dici iudicia hæc nequeunt. cum plus ex petito
rio,ſeu rei vendicatione quam ex poſſeſſorio actor
percipiat, dominij declarationem ſcilicet. ita Bal. re-
ſpondet in d.l.ſi de vi colum.1.verſi.quarta eſt opinio
in 1. lect. vbi cōtrariam Oldra. opinionē ratione, aut
reſponſione hac perfringit.Reſponſio hæc Bal. ex tex.
noſtro,& ratione eius decidendi,Reſponſioneq; ſecū
da ad ſecundam dubitandi rationem confirmatur.
prohibitam remediorum cumulationem non intelli-
gi quę ob diuerſa competunt.ibi enim verſari duplici-
tas nequit. vt actione gemina idem quiſpiam auferat,
ſiquidem ob res diuerſas remedia ipſa competunt, &
plus in vno,quam in altero eſt.
Controuerſiam tamen Bal.reſponſio patitur.Quo-
niam,& ſi maxime pluris aliquid in petitorio,ideſt do
22 minij declaratio, atq; in poſſeſſorio inſit, † ad poſſeſ-
ſionem tamen auferendam petitorium ipſum æque
etiam principaliter ſpectat d.l.officiū, & l.qui reſtitue
re ff.de rei vendica.Atq; ideo arg. mouere duplicitatis
videtur. perinde quaſi eandem iterum. poſſeſſionem
actor conſequatur.itaq; cum, & dominij declaratio-
nem,& poſſeſſionem ipſam ex petitorio ſolo actor re
ferat. Abunde id ſatis per ſe videtur. quorſum igitur,
poſſeſſorij cummulationem permitti.ſi dixeris,bis idē
ex remedio vtroq; non percipi, ꝙ ſententiæ vnius
tantummodo executio fit,quæ dicta de petitorio erit
d.c. cū dilectus de cauſa poſ. & proprie. Reſpōdetur,
ſatis eſſe, ſi vtrūq; eodē remedio aſſequi actor poſſit.
Quorſū igit̄ poſſeſſorij accumulationē ꝑmittere,qua
tenus petitoriū ipſū ſatis ad poſſeſſionē habendā eſt.
Vnde aliter,& ſignificātius arg.dilui duplicitatis pōt.
23 † & ſi maximè poſſeſſionē actor ex petitorio recipiat,
attamē citra dominij ꝓbationē,q̄ difficilis eſt, id non
cōtingere.Rō alia poſſeſſorij eſt, in quo dominij pro-
batio non exquiritur.ita rem diuerſam ex poſſeſſorio,
atq; ex petitorio actor conſequitur.hoc eſt, poſſeſſio
nem ſolam citra dominij probationem,& declaratio
nem ex petitorio vero vnū haberi ſine altero nequit.
Rurſus ſi ſententia prior de poſſeſſione fertur, oneri
dominij probandi actor eximitur, id quod aſſequi
in petitorio non licet.
Quicquam etiam quinta dubitandi ratio non facit.
ex poſſeſſore,& reo petitorem fieri,ſi cumulatione ad
miſſa,iuditium poſſeſſorium actor euincat. Quod me
diocre reo præiuditium non eſt, Quoniam præiudicij
huius haberi rationem non conuenit. quatenus iure
id licito,& partis culpa, factovè cōtingit. Namq; ſi in
poſſeſſorio litem actor vincit, argumētum id præſtat,
per iniuriam,aut iure nullo poſſeſſionem ſibi aduerſa
rium vendicare, & actori ipſi iure iniquo moleſtiam
in poſſeſſione inferre.Itaq; ſi actoris ius melius in poſ-
ſeſſione oſtenditur, atq; ideo litem de ea euincit, non
tam præiuditium reus ob id pati, quam manifeſta in-
iuria fieri eius videtur.Immo enim è contrario præiu-
ditium,damnumvè actor agnoſceret,ſi cumulatione
poſſeſſorij denegata,poſſeſſionis ſuæ commodum ab
24 eo auferatur † Quocirca merito vulgatiſſimum illud
reus audiet, de quo in l. Gracchus C. de adulter. & in
reg damnum lib.6.tex.huc non ſpernendus ſpectat in
25 c.dilectus de reſti.lega.† præiuditium præfecto eccleſię
non fieri,ſi eo conſulto eccleſiam cui pontifex conce-
dit.Cum facere id liceat.Quid hic dicendum,vbi noui
quicquā non fit,verum ei poſſeſſio conſeruatur,apud
quem vere, rectevè eſt, & ad quem iure pertinet. Di-
ctum huc non inſcitum hoſti.Io.And.& Anto.de Bu.
26 accedit in c.ſignificauit circa fi. de cenſibus † Deterio-
rem eccleſiæ conditionem non fieri, ſi cenſum diutius
ſolui deſitum præſtare compellitur. id quia ad naturā
res ſuam redit ſequitur Ruin. in conſi. 71.nu. 4.lib. 5.
Sexta deniq; dubitandi ratio textui huic non obſtat.
maius potentiusq; petitorium poſſeſſorio eſſe, Atq;
ideo præiuditium cauſæ maiori per minorem non fie
ri.ſatiſq; præiuditium quale quale ad cumulationem
27 impediēdam videri,vt hic apud Fabium nu. 5. † Quo
niam ad iudicia ſingularia arg.hoc nō pertinet.in qui-
bus ratio præiudicij haberi non aliter ſolet, niſi ſi ple-
num ſit,vt in d.l.ſi quis libertatem ff.de peti.hęredi.Bar,
tradit numero 12. per tex. in l. ſed ſi ante infra de ex-
ceptio.vbi lite in confeſſoria pendente, rei vendicatio
nem accumulare pro fundo licet,cuius nomine,& ad
vtilitatem cuius propoſita confeſſoria eſt, id quia ob
diuerſa cōpetūt,ad ſeruitutē.n. cōfeſſoria,ad dominiū
rei vendicatio ſpectat. Atq; ideo regula iuris cumula-
tionem non impedit,quod abſolutoria in iuditio vno
28 lata exceptionem rei iudicatæ in altero parit † Cum
reo etiam in confeſſoria abſoluto, rei tamen inſtitui
vendicatio poſſit.quæ diuerſa penitus,atq; confeſſoria
eſt,l.cum quæritur,& duabus.ll. ſeq. infra de excep. rei
iudi. Neq; mutat, quamuis exceptio rei iudicatæ non
obſtet,præiuditium tamen per actionem vnam alteri
fieri.Namq; ſi in rei vēdicatione cumulata litē actor
obtinet, profutura dominij declaratio in confeſſoria
29 erit † quæ dominij probationem, & ipſa expoſtulat l.
2.§.1.ff.ſi ſerui.vendi. æque ſi in confeſſoria pro acto-
re ſententia dicitur, præiuditium in rei vendicatione
fieri haud dubie videtur. in qua dominij opus proba-
tio eſt,vnde cum citra dominii probationem in con-
feſſoria vinci iuditium nequeat.Ad rei vendicationem
conducere dominij probatio poterit, quæ præſtita in
confeſſoria ſit.vnde enim arg.hoc diluitur, ꝙ plenum
præiuditium id non eſt, & quidem quod ad rei vendi-
cationem cumulatam attinet, præiudicium ex ea ple-
num confeſſoriæ non fieri, in manifeſto eſt, Conſe-
quens quippe non fit,dominus fundi petiti declaratus
actor eſt,ergo ſeruitus ei debetur. Ratio eadem ex di-
uerſo vertitur. Etenim quamuis ſecundum actorem
in confeſſoria pronuncietur, ideſt ſeruitutem fundo
deberi,quem vendicat, conſequens tamen non fit,er-
go dominium in fundo habet, ita vt ſententiam pro
30 eo dici in rei vendicatione oporteat † ſiquidem ple-
nam

Digitized by Google

nam dominij probationem confeſſoria non deſiderat
verum ſatis eſt,præſumptiuè de eo conſtare,cum obi-
31 ter , non principaliter dominium ibi occurrat.† Atq;
ideo probatio præſumptiua ſatis dominij habetur.
quę ex poſſeſſione rei ſola deſcẽdit l.ſicuti §.ſed ſi quę
ratur ibiq; glo.in fi.ff. ſi ſerui.vendi. Bar.in l.pen. nu.4.
ff.de condi.inſtitutio. Alex.in conſi. 10. numero.3.lib.
4. Deci.in conſi. 221. numero 7. vt quæſtionem de re
32 hac Fabius hic faciat numero 65.† Proinde cum niſi
dominij præſumptionem poſſeſſio non faciat , cuius
probatio præſtita in confeſſoria ſit , liberum reo erit ,
contra præſumptionem hanc probationes dominij in
rei vẽdicatione præſtare.quibus præſumptio ipſa ſuc
cumbit l.fi.in prin.ff.quod metus cau.l.cum de indebi
to in prin. ff.de probatio l nuptura in fi. ff.de iure dot.
& alia innumera. Secundũ quæ,præiuditiũ plenum ex
cumulatione hac non conciliari non obſcure cõſtat.

Reſponſio ex his ad ſextam dubitandi rationẽ pla-
niſſima liquet. vt maius potentiuſq; poſſeſſorio peti-
torium ſit, & ſi præiudicij quicquam a poſſeſſorio af-
ferri petitorio queat, Attamen quia plenum id nõ ,eſt,
& ſingulare vtrunq; iuditium apparet, flocci id præiu-
ditium faciendum.

Sed quęſtio hic ſane quam neceſſaria incurrit, dictũ
eſt , confeſſoriæ prius inſtitutæ recte vendicationem
accumulari,ꝙ ob diuerſa dẽtur, ꝙ exceptio rei in vna
iudicatæ ad alteram non trahitur , ꝙ pleno ab altera
33 damno altera non afficitur. † vtrũ ius idem proban-
dum è contrario ſit, vt ſi rei vendicatio propoſita an-
te ſit,confeſſoriam ei adiungere liceat. videbatur dicẽ-
dum rationem,cauſam vè eandem, & in caſu hoc ver-
ſari. & eandem contrariorum diſciplinam intelligi l.
2.ff.de his, qui ſunt ſui, vel alie iuris. Rurſus conſequẽs
non ſit,ſeruitus debetur,ergo dominus eſt, cum plenã
dominij probationem confeſſoria non deſideret. At
enim contra deciſum textu eſt in l.fundum eo. titu.de
exceptio. Diuerſitatis huius ratio ex Bar. præceptione
colligitur in d. l.ſi quis libertatem numero 12. ꝙ præ-
iudiuum plenum ex confeſſoria cumulata rei parari
vendicatione poſſet. Rei cuius demonſtrandæ cauſa
ſciendum,rem ipſam controuerſam in ſpecie d.l.fun-
dum.apud aduerſarium ſeu reum fuiſſe. fũdum enim
poſſidebat,propter quem iuditium propoſitũ rei ven-
dicationis fuerat, & cui ſeruitutem ex confeſſoria cu-
mulata deberi per fundum alium ipſius rei, aut poſſeſ-
ſoris actor intendebat. vnde re ab aduerſario poſſeſſa,
præſumptiua dominij probatio adhiberi non poterat
quæ à poſſeſſione procedit. vt Soci.ibi expræſſim ob-
ſeruat in ſecundo nota.Fabius hic numero 65.Pręiudi
tio igitur pleno ob plenam dominij probationem ad-
miſſo.conſequẽs ſit, exceptionem rei in confeſſoria iu
dicatæ ad rei vendicationem prius inſtitutam obſtare
Quo caſu admitti cumulatio non ſolet. vt in d. tex.&
in l.fundi habetur.

Si dixeris. immo exceptioni locum rei iudicatæ nõ
videri,ſi ſententia ante lata in confeſſoria ſit.Quoniã ;
& ſi maxime plenam dominij probationem præſtari
in cõfeſſoria oporteat, incidenter tamẽ ſummatimq;
34 id venire † quo caſu in iuditio pleniori rei vendicatio
nis exceptio obſtare ſententiæ non videtur, quæ in iu-
ditio ipſo lata ſummario eſt.l.pen.ff.de his qui ſunt ſui
vel alie.iuris l. ſi quis à liberis §. ſi, vel parens ff. de lib.
agno. c. veniens 2. de teſtibus. Reſpondetur, recipi id
non ſolere , vbicunq; cognitio plena , probationeſq;
plenæ adhibitæ in iuditio ſummario ſunt,vt Bar. do-
cet in d.l.pen.idem Bar.ſenſit in d. l. fundum numero
2..in fi. Abb.&alij in d.c.veniens. Bal. in conſi. 187.ſu-
per quæſtione numero 3 lib.1.Abb.in conſi.50. circa
fi.lib.1.Pau.de Ca.in conſi.3.in cauſa quæ vertitur co-
ram domino vicario poteſtatis pergami colum. 3. in
quarto dubio lib.2.Corn.in conſi.126.in fi. lib.4.Deci.
in c. at ſi clerici in prin. numero 14. in fi. de iudi.& in
conſi.96.colum.2. circa prin.

Ex delectatione hac ſenſus etiam,& ratio tex.perci
35 pitur † in l.fundi eo.titu.de exceptio.quam ob rem iu-
ditium communi diuidundo, aut conditionis fructuũ
ad iuditium ſubiungere rei vendicationis non liceat.
Ratio enim eadem atq; in d.l.fundum vertitur.ꝙ prę
iuditium rei vendicationi ante propoſitę per iuditium
diuiſorium.& conditionis fructuum paratur. vtriq; cũ
ob eandem cauſam dominij videlicet communi diui
dundo, aut ob fructus agitur, vt glo. ibi interpretatur
in ver.conſtet. Etenim ſi vti dominus in iuditio diuiſo
rio,aut fructuum actor vincit,non poterit,& in rei vẽ
dicatione victor non eſſe.cum principaliter , non in-
cidenter in iuditio communi diuidũdo,aut fructuum
dominium deducitur.

Sed in ſenſu,& ratione d.l.ſed ſi ante obſeruandum
inquantum ob id cumulationem ibi permiſſam ex
36 † Bar.diximus in d.l.ſi quis libertatem,ꝙ præiuditium
plenum confeſſoriæ prius inſtitutæ à rei vendicatio-
ne cumulata non paratur. ſiquidem conſequentia nõ
procedit , Dominus fundi actor declaratur ergo fun-
do ipſi ſeruitus debetur,quæ per confeſſoriam petitur.
ſic niſi in dominio præiuditium non contingit , Quod
aliter probandum in confeſſoria non erit. Cæterum
quod ad ſeruitutem ipſam attinet,debita nec ne ſit,ſal
uum ius prorſus rei manet,neq; derogationis, aut di-
minutionis quicquam in confeſſoria ſentit.ita confeſ-
ſorię ipſi quoad ſeruitutem quæ principaliter petitur,
rei prorſus vendicatio non obſtat. Atq; ideo ſeruitu-
tis ipſius fides ab actore facienda.

Rationi huic à Bar. adiectæ contrarium videtur , ꝙ
generalis non eſt,at ſpecialis.quæ eo demum caſu mo
uet , quo ſuper rei vendicatione cumulata ſententia
prius dicitur.ad caſum planè diuerſum Bar. ratio non
pertinet , cum ſuper confeſſoria ante ſententia fertur,
ibi enim præiuditium rei vendicationi plenum in d. l.
ſed ſi ante.fieri,oſtenditur quoniam eo caſu tex. ille lo
quitur,quo apud aduerſarium res controuerſa,& poſ
ſeſſio eius eſt. Quocirca plenam dominij probationẽ
præſtare actor cõpellitur. Locus quippe præſumpti-
uæ eſſe non poteſt,quæ ex poſſeſſione deſumitur,cum
rem actor non poſſideat. itaq; & ſi maximę inciden-
ter in confeſſoria dominium veniat , Attamen quia
plenam eius impleri probationem oportet, non po-
teſt rei conuenti ius, & in rei vendicatione ex toto nõ
lędi . Atq; citra aliam dominij probationem victor
actor,& in rei vendicatione fiet. Argumento hoc con
tra Bar.non in d.l.ſi quis libertatem,at hic in 1. lectura
numero 4.Fabius hic vtitur numero 65 . Adiuuari.Fa-
37 bij argumentum poteſt. † ꝙ legitima , aut idonea ra-
tio non habetur , quæ generalis non eſt , neq; omnia
conpræhendit, quæcunq; incluſa ſub genere ſunt imò
enim perſuaſio, non ratio contingenſq; non neceſſa-
ria tum dicitur vt ſcite Bal.docet in l.1.numero 15. cir
ca fi.C.de ſeruis fugiti.,& quam perſuaſionem Bal. vo
cat , quæ generalis ratio non eſt , impulſiuam vulgo
Doc.aſſerunt idem tamen vnum, atq; alterum poſſet.
quid aliud enim impellere ad aliud faciendum , niſi ,
præſuadere eſt,vt id fiat veram item, aut iuſtam ratio
nem non eſſe,quæ generalis non ſit, Bar. ſcribit in l.tra
ſigere numero 4. C. de tranſactio. Bal. in l. 1. Ibiq; Ca-
gnol.colum.pen.ff.de orig.iur.alia non pauca. Inde ra
38 tio decerpitur , quam ob rem factum ſit , † vt à cauſa
aut ratione impulſiua argumẽtatur ſeu perſuaſiua nõ
liceat.l. 1 .§. ſexum ff. de poſtulan. Quoniam generalis
non eſt,neq; ad omnia pertinet,quęcunq; compræhẽ
ſa ſub ſcriptura ipſa generali ſunt. vt in d.§.ſexum.Ra-
tio enim irreuerentiæ calphurnianæ, mulieres omnes
non onerat,neq; dehoneſtat. Quocirca ab ea quieſcen
te argumentum deducitur. Atq; ideo recta,aut idonea

Bar.

Digitized by Google

Bar ratio non videtur, qua ad tex. vſus in d.l. ſed ſi ante
eſt, vtpote quæ niſi caſui vni non congruit.

Neq; contrarium argumento huic contra Bar. eſt,
rationem habendam caſus huius aduerſi non eſſe, cũ
videlicet prior ad euentum, aut ſententiam rei vendi-
catio peruenit. Perinde quaſi contingere id nequeat.
Namq; ſicut prius in iuditium deducta cõfeſſoria eſt,
Ita eam definiri ante oportet. Quod cum ita ſit, nihili
præiuditium faciendum, quod a confeſſoria rei vendi
cationi fit. Quatenus tantundem contingeret, cumula
tione etiam non facta.

Proinde ex iuditio cumulato præiuditium mentiẽ-
dum vtrum ex actione cumulata actionis minui ius
poſſit, quæ propoſita ante eſt. Non etiam ex diuerſo
præiuditium eſtimãdum, vtrum deterior actionis cu-
mulatę cauſa propter priorem fiat. Quoniam ad obie
39 ctionem hanc Fabius hic reſpondet nu. 66. † locum
ei non eſſe, vbicunq; quod cumulatur, maius anterio
ri iuditium eſt, maiori enim præiuditium fieri per mi-
nus non conuenit quamuis prius id ad iuditium vene
rit l. per minorem ff. de iudi. quæ generaliter loquitur
ante, vel poſt illatum maius iuditium ſit.

40 Quæ cum ita ſint, † à ſenſu, & ratione Bar. circa tex.
in d.l. ſed ſi ante omninò diſcedendum. Atq; ideo ſen-
ſum, & rationem aliam dicti tex. eſſe Fabius putat. Hoc
eſt, vt ad ſuſpenſionem, non etiam ad cumulationem
pertineat, vt confeſſoriæ prius illatæ iuditio ſuſpenſo,
non niſi in rei vendicatione cumulata diſceptatio fiat
de eaq; ſententia prius dicatur, ibi enim obiectio tacet
præiuditium plenum rei vendicationi per confeſſoriã
patari, ſi ea definita ante ſit, ante quippe definiri ſu-
ſpenſione facta, non poteſt, quem ſenſum neceſſariũ
Fabius ait, ne in tex. offendamus in d.l. per minorem.

Mirum ſatis facere nequeo, inopia teſtium in ſenſu
hoc Fabium laboraſſe, quos producere non paucos
poterat. Quod ſi aliquos non ignorabat, inuerecundæ
plus ſatis eos non dedit, ſibiq; ſenſum hunc arrogare
pudori non fuit. Eum enim Bal. admittit in d.l. ædita
numero 63. verſi. certe ſecundum hoc in 1. lectura, &
in ſecũdà lectura numero 77. ibiq; idem Caſtren. pro
bat colum. pen. poſt, med. verſi. ſed. ſi primum eſſet in
iuditium deducta, & in d.l. per minorem numero 4. cu
ius ſententię, & Cuma. eſſe, in d.l. fundum Soci. ſcri-
bit numero 1. circa fi. verſi. ipſe tamen Cuma. expreſ-
ſius numero 6. in & expræſſius numero 6. in fi. verſi. ſe-
cundo caſu, cum ſenſu hoc Iaſ. etiam facit in §. præiu
diciales nu. 2. inſti. de actio.

Si dixeris ſenſu hoc Bal. Caſtren. Iaſ. & Fabij admiſ
ſo, tantundem probandum, & in d.l. fundum, & in d.l.
fundi videri. hoc eſt, vt ſuperſederi in rei vendicatione
debeat priore loco in iuditium deducta, ita vt ea ſuſpẽ
ſa, in iuditio cumulato lis agatur, confeſſoria videli-
cet, communi diuidundo, aut conditione fructuum.

41 Reſpondetur † cauſam, & rationem diuerſam rei
vendicationis eſſe, ne ſuſpenſionem patiatur, cum ma
ior quam confeſſoria ſit. Plus enim nõ Paulo in ſubie
cto, quam in qualitate eſt. Rei vendicatio rem cunctã
& ſubſtantiam eius vniuerſam complectitur. Confeſ-
ſoria niſi ſeruitutem non contingit, quæ qualitas quæ
dam habetur ad rem adhærens vt in ea definẽda Bar.
tradit in l. 1. nu. 2. ff. de ſeruitu.

42 Senſus is † Bal. & aſſeclarum eius perſuaderi nihil
non poteſt. Principiò enim vaticinus videtur, ex oracu
lo quo deſumptus. Quatenus de ſuſpenſione verbum
in d.l. ſed ſi ante non ſit.

Secundo ſenſui huic reclamare verba tex. videntur.
ibi quia, & diuerſa corpora ſunt, & cauſæ reſtitutionũ
diſpares, non nocebit exceptio. Ita rerum, cauſarũq;
diuerſitate tex. ille nititur. Quam rem ad cumulatio-
nem maxime ſpectare, demonſtratum ante habemus
ibiq; tex. præ cæteris vocatus in d.l. nemo ex his §. 1.
infra de reg. iur. à ſenſu contrario, & quam diuerſitatis
rationem ad cumulationem recipiendam, expreſſim
tex. noſter obſeruat.

Tertiò verba illa, non nocebit exceptio, generalia
ſunt, ſiue confeſſoriæ, ſiue rei vendicationis cauſa ex-
ceptio opponatur. ob id intelligi generaliter debent.
Atq; ideo ad caſum referri etiam poſſunt, quo ſenten-
tia prius dicta in confeſſoria ſit. Quod vtiq; non fieret
ſi ſuſpenſam eam dicimus, ita Soci. ibi obſeruat nu. 1.
circa fi. ver. præterea ſi in l. & expræſſius nu. 7.

Quartò quod ad tex. attinet in d.l. fundum, & in d.l.
fundi, in cumulatione eos loqui, & intelligi Caſtren.
Iaſ. & Fabius non diſſentiunt. Atq; ad cumulationem
dictas ll. pertinere Bar. docet in d. l. ſi quis libertatem
num. 12. in d.l. ædita num. 16. ibiq; Deci. num. 60. Pur-
pura ſocer num. 194. idem in d.l. fundum. Caſtrenſi, &
Socino viſum. Hoc ita admiſſo, Conſequens fit, ſecũ-
dum terminos d.l. fundum atq; ideo in ſpecie cumu-
lationis. tex. interpretandũ in d.l. ſed ſi ante, quæ eam
43 mox per, aduerſatiuam ſequitur † Adherſatiua planè
qualitates præcedentium repetit, & ſecundum termi-
nos intelligi antecedentium debet glo. in l. eum autem
in ver. manumiſſorum ff. de lega. 2. Quæ repetitionem
impenſæ funeris ob aduerſatiuam fieri ſcribit glo. &
Bar. in l. mariti §. fi. infra de adulter. Bal. in l. omnes po-
puli num. 21. ff. de iuſti. & iure. Deci. in c. at ſi Clerici §.
de adulterijs poſt, prin. de iudi. Iaſ. in l. 1. in prim. col. fi.
ff. ne quis eum qui, in l. Marcellus in prin. colum. 1. ff.
ad Trebel. Terminisq; & qualitatibus retentis, de qui-
bus in pręcedentibus, aduerſatiuam intelligendam,
Ripa ſcribit in l. in quartam num. 41. ff. ad l. falci.

Quinto in ſpecie cumulationis tex. d.l. ſed ſi ante in-
telligendum, expreſſim ibi Caſtren. ſcribit. Quem vna
ſimul interpretatus cum d. l. fundum eſt, col. 1. circa
med. Eam ob rem nauci ſenſus eius contrarius facien
dus in d.l. ædita.

44 Apparet ex his Bar. ſenſum † in d. l. ſi quis libertatẽ
num. 12. circa tex. in d.l. ſed ſi ante cumulationem ideo
non reijci, ꝙ præiuditium plenum confeſſoriæ, per rei
vendicationem cumulatam non fit, controuerſiam
pati quoniam præiuditium ex diuerſo à confeſſoria
rei vendicationi infertur. Neq; multum facere, præiu-
ditium hoc ſpectandum non videri, Quatenus ad iudi
tium prior confeſſoria venit. Atq; ideo prius eam de-
finiendam. ob id à iuditio priori præiuditium non de-
ducendum, verum à poſteriori, quod poſtea cumula-
tur. vtrum priori per poſterius adiectum, præiuditium
plenum fiat. Quoniam locum id non habere oſtendi-
mus, vbicunq; maius iuditium poſterius eſt, Cuiuſmo
di rei vendicatio habetur. ibi enim, & illud obſeruan-
dum, præiuditium ne maiori à priori inferatur per
tex. in d. l. per minorem generalitatem eius expen-
dendo.

Eque à dubitatione vacuus Bal. Cuma. Caſtren. Iaſ.
& Fabij ſenſus non eſt, vt ad ſuſpenſionem tex. refera-
tur in d.l. ſed ſi ante. Argumentis enim quinq; ſenſum
hunc perfectum ante habemus.

Tertio loco ſenſum d.l. ſed ſi ante. aliter glo. ibi ex-
44 ponit. † eo cumulationem rei vendicationis non re-
ſpui, ꝙ præiuditij quicquam ex concurſu hoc confeſ-
ſoriæ ante inſtitutæ non fit. ibiq; à partibus ſatis enu-
meratis glo. demonſtrat. Namq; aut in rei vendica-
tione cumulata actor obtinet, aut vincitur. Siquidem
pro eo ſententia dicitur, & dominus declaratur, in ex-
pedito res videtur, confeſſorię ius non tangi. Conſe-
quens quippe non fit, in dominio actoris fundus eſt, er
go ſeruitus fundo debetur. ſin autem litem actor in rei
vendicatione amittit, & manifeſta magis quæſtio fit,
præiuditij quicquam ne quidem tantulum cõfeſſoriæ
fieri. Quid autem præiudiciũ hic dicimus, Imò enim
melior rei conditio fit. vt pote quo in rei vendicatio-
ne

Digitized by Google

ne abſoluto, nihil eſt, ꝙ à confeſſoria timeat. cum ab
actore dominium abſit d.l.2.§.1.ff.ſi ſerui vendi.

Si dixeris, actori ſaltem præiuditium fieri, qui lite in
rei vendicatione amiſſa, a confeſſoria ſubmouetur.
45 Reſpondetur, † rei, non actoris in ſpecie hac cumula
tionis denegandæ, præiuditium ſpectari.

Quatenus ſi detrimenti quicquam à cumulatione
actor accipit, ſua id culpa accidit, à quo facta cumula
tio eſt, vnde ſibi id ferre acceptum debet reg. damnū
lib. 6. Atq; ita apud glo. declaratur in d.l. ſed ſi ante. in
glo. 2. Bar. col. 3. ante med, verſi. ſed ad iſtas rationes.
Quem tex. vna ſimul cum d.l. fundum Bar. enarrat.

Senſus hic glo. impugnationem eandem, atq; Bar.
expoſitio patitur in d.l. ſi quis libertatem. præiuditij
enim amotionem, tum glo. oſtendit, cum initium à
rei vendicatione fit. quia finem prius iudicis ſententia
accipiat. quæ ratio ſilet, ſi à confeſſoria incipimus prio
re loco in iuditium deducta. ab ea enim præiuditium
ex toto rei vendicationem accipere, ꝙ plenam domi-
nij probationem exigat, rem aduerſario poſſidente,
demōſtratum ante habemus. & cuius præiuditij ratio-
nem habendam, vt prius iuditium cœptum confeſſo-
riæ ſit, ſupra etiam oſtendimus.

Quid igitur dicendum, Cur tam varie conſtitutum
in dictis ll. eſt, vt niſi in caſu d.l. ſed ſi ante. locum cu-
mulatio non habeat. Cauſam altam d.l. fundum, & d.
46 l. fundi eſſe. † Rationem diuerſitatis eius eam eſſe arbi
tror. quæ apud glo. expreſſa in d.l. ſed ſi ante eſt, ꝙ præ
iuditium videlicet actioni confeſſoriæ per rei vendica
tionem cumulatam, à partium enumeratione argu-
mentando, non fit, ad quam rationem Bar. etiam ra-
tio accedit, prætcrquam, ꝙ argumento illo à partibus
enumeratis non vtitur. Sed enim pro expedita, & abſo
luta partem illam Bar. habuit, cum litem actor in rei
vēdicatione amittit, cōmodum inde, nedum diſpēdij
quicquam reo afferri. Immo enim plenior Bar. atq;
glo. ratio videtur. ſiquidem argumentum illud glo. nō
diluit, præiuditium à rei vendicatione quantum ad do
miniū confeſſoriæ fieri. Quæ obiectio confutata apud
Bar. legitur. Hoc eſt, pro nihilo id habendū, quatenus
plenum non eſt, ſiquidem ad rem ipſam principalem,
ſeruitutem videlicet, non trahitur. quæ principaliter
per confeſſoriam petitur. Dominium planè inciden-
ter venit.

Senſui, & rationi huic non officit, præiuditium plenū
contingere, ſi à confeſſoria incipimus, & finem ea
prior accipit, per quam effectus omnis rei vendicatio
nis conſumitur. Etenim ſi in gratiam actoris ſententia
de ſeruitute fertur, cum plenam dominij probationē
in d.l. ſed ſi ante. confeſſoria expoſcat, rem aduerſario
poſſidente, non poterit, & in rei vendicatione victor
non fieri. Argumentum hoc ratione illa proteritur, ꝙ
magni præiuditium fieri id non oportet. Quandoqui-
dem ſicut ad iuditium prior confeſſoria peruenit, ita
eam prius definiri neceſſe eſt, l. qui prior. ff. de iudi.

Difficultas omnis in argumento refellendo ſubeſt,
47 quod à tex. pendet † in d.l. per minorem. generaliter
eam intelligendo ante, vel poſt iuditium propoſitum
maius ſit, vnde cum maior rei vendicatio, quàm con-
feſſoria ſit, abſurdam rem videri, rei ipſi vendicationi
præiuditium à confeſſoria parari. Sed reſpondetur, lo-
cum argumento huic in maioritate omni iudicij non
eſſe, vt per iudicium omne, quod maius ſit, quod infe-
rius, aut minus eſt, ſileat, vt inſtitutum id prius ſit. At
enim ad maioritatem argumentum reſtringitur, quæ
ſtatus, autoritatis, aut criminis ratione contingit. Quia
de ſtatu hominis, petitione hæreditatis, quod centum
virale iuditium dicitur, indeq; autoritatis maioris
nomen ei datum l. fi. in prin. C. de peti. hęredi. aut cri-
mine lis diſceptetur. Ad quos demum caſus tex. perti-
net in d.l. per minorem. Cauſa, ratiovè alia maiorita-
tis videtur, quæ rei tantummodo ratione inducitur.
quia maius quicquam, ſeu rem maiorem actio vna;
quam alia habet. Ibi enim per actionem maiorem in-
termitti, aut ſuſpendi minorem non conuenit, quæ ad
iuditium prior venit. Reſponſio hæc ex Caſtren. perci
pitur in d.l. fundum poſt, prin. & circa fi. ibiq; Soci. nu.
6. in fi. verſi. ſecundo caſu.

Reſponſio ad argumentum accomodari, & altera
poteſt. Namq; cum fundum reus poſſideret, cui ſerui-
tutem deberi per confeſſoriam actor intendebat, ex-
ceptione ordinis vti contra actorem poterat, hoc eſt,
rei ante vendicationem inferendam l. 1. cum glo. in
ver. exceptionem ff. famil. hēr. glo. in l. ſi mancipium §.
1. ff. de euictio. Soci. in d.l. fundum num. 6. verſi. primo
48 caſu. Cuius rei illa eſt, ratio, † ꝙ ante de ſubſtantia cō-
ſtare, quam de qualitate oportet, vt ſcite Bal. ſcribit in
conſi. 465. viſis dictis articulis in prin. lib. 4. cum alijs
apud Decium relatis in l. eius qui verſi. ꝙ ſi ſtipulatus
num. 5. in quarto nota, ff. ſi cer. pet. & in conſi. 508. nu.
49 5. Rurſus cum dominium † neceſſarium ad confeſſo
riam ſit, & apud reum poſſeſſio fundi conſtet, prop-
ter quem confeſſoria intenditur, ante apparere de pręe
50 ambulo neceſſario oportet d.l. 1. ff. famil. her. † vbi
qui famil. her. iuditio experitur, quia niſi inter hæredes
id non redditur, neceſſe ante omnia habet, hæredē ſe
docere, ſi pars id neget. Eodem tex. ſpectat in l. non
ignorat C. qui accu. non poſ. tradit Signorol. in conſi.
259. num. 2. verſi. bene dixi. vberius Caſtren. & Alex.
in l. poſtulante ff. ad trebel. itaq; cum exceptio hæc or
dinis oppoſita à reo nō ſit. Atq; ideo in ea litem prius
exerceri paſſus non opponendo fuerit, ꝙ præiuditium
reus per confeſſoriā in rei vendicatione ſentiat, ſua
id exceptionem ordinis non opponentis, culpa ac-
cidit.

Reſponſione gemina igitur ſenſui huic, & rationi
51 glo. & Bar. tex. non obeſt † in d.l. per minorem. Primū
quidem, ꝙ ad actionem non pertinet, quæ maior niſi
rei nomine non eſt, qualis rei vendicatio præ confeſ-
ſoria habetur. Deinde, ꝙ præiuditio omni occurrere
reus poterat, ordinis exceptionem opponendo, Quo
circa in culpa fuit, ſi remedio vſus iuris non eſt, & præ
iuditium amouit. volens quippe pati id dicitur Bal. in
l. quibus diebus in prin. ff. de condi. & demon. Quem
Deci. ſequitur in l. qui poteſt facere infra de reg. iur. &
in c. cum ſit. Romana in tertio noto. de appella.
52 Tertio ad tex. reſpondetur † in d.l. per minorem.
Maior rei vendicatio eſto, quam confeſſoria ſit. gene
raliter textum intelligendum in d.l. per minorem fac.
prius, vel poſterius actio maior proponatur. Locum
tamen ſuſpenſioni iudicij minoris in d.l. ſed ſi ante eſ-
ſe preiudicij ratione non conuenit, ꝙ præiuditium rei
vendicationi maiori fieri alias potuit. Quoniam, aut
ex parte actoris præiudicium hoc metimur, aut rei. In
perſona actoris intelligi præiuditium nequit. qui ipſe,
id ſibi cumulando intulit. & cui liberum initio erat,
rei vendicationem prius exercere. Eque in reo verſari
præiuditium non poteſt. vtpote, quod omnino ſenſu
rus cumulatione etiam omiſſa, erat. Namq; cum ple-
nam dominij probationem in d.l. ſed ſi ante. præſtari
opporteat. Nonne ſententia in confeſſoria lata præiu
ditium plenum inductura, & in rei vendicatione erat.
53 vnde ratio † habenda pręiudicij non videtur, quod fu
turum omnino fuerat l. fi. §. 1. & quod ibi Bar. ff. ad l.
Rhod. de iactu. l. & in totum verſi. ita ſi ob id. ff. de im-
penſis l. ſi alius §. eſt, & alia verſi. idem ait. Ibi æque pe-
rituris ædibus, infra, quod vi, aut clam, & quod Ca-
ſtren. alijq; ſcribunt in l. ſi ab Hoſtibus. §. ſi vir. ff. ſolu.
matri.

Sed enim reſponſione hac tertia admiſſa, nunquā
præiudicij pleni nomine prohibita cumulatio erit. ſem
per enim dici poterit, tantumdem, & cumulatione
ſub-

Digitized by Google

ſubmóta, euenturum. Quare præiuditium tunc aliud concurrit, ꝙ fruſtra iuditio duplici reus inquietatur, quare ius præiudiciale vnum alteri eſt. Proinde ſatus vnum videri, ne grauioribus reus ſumptibus oneretur.

Quartò ſignificantius ad argumentum reſpondetur Maioritate enim totum nititur. quod maior rei vendicatio, quã confeſſoria eſt, atq; præiuditiũ rei vẽdica. fieri per confeſſoriam minorẽ nõ deceat. Ea propter in ſuſpenſione text. intelligendum in d. l. ſed ſi ante. Qua admiſſa ratio adaptari maioritatis nõ põt, vt præiuditium cauſa maior à minore accipitur. Quomodo enim præiuditium cauſa afferet, quæ ſuſpenſa ſit. At enim maioritatis huius rationem non habendam, ex tex. ipſo non obſcure oſtenditur. qui referre demum putat, vtra vtri actio præuertatur, rei vendicatio, an confeſſoria. Diuerſitatis planè rationem in ordine hoc, nonniſi à præiuditio iuriſconſultus colligit, quod vbi rei vendicatione confeſſoria aſcribitur, præiudicium rei vendicationi fieret. cum plena vtrubiq; opus dominij probatio ſit. Ius aliud ſeruandum, cum rei vendicatio ad confeſſoriam adiungitur. Ibi enim quia præiuditij ratio ob corpora diuerſa, & cauſas diuerſas ſilet, adiunctionem non impediri. Secundum quę, diuerſitatis huius rationem nonniſi in ordine, & præiuditio, quod ex ordine ipſo deſcendit tex, conſtituit. At enim ſi ad ſuſpenſionem tex. referimus in d. l. ſed ſi ante. Inutilis prorſus ordinis obſeruatio erit. Quid enim referat, ante an poſt rei propoſita vendicatio ſit, Quatenus poſterius etiam ſubiuncta præiuditium nihilo minus confeſſorię facit.

Quintò argumento huic maioritatis tex. etiam contradicit in d. l. fundi qui præiuditij non maioritatis ratione mouetur. Rurſus, quod ante de ipſa rei proprietate, atq; ideo ſubſtãtia ipſa conſtare, oportet, quam ad effectus, aut qualitates eius perueniatur. Qui tex. rationem eandem ac tex. habet in l. 1. ff. famil. hær.

Sextò, & vltimo in argumento hoc maioritatis obſeruãdum. Per magni referre, vtrum ab eodem, agendo, an à reo excipiendo, iuditium maius proponatur. vel inter diuerſos, quod maius eſt concertetur. ſiquidem ab eodem, non aliter impediendam cumulationem putem, niſi ſi præiuditium reo fiat. vt d. l. fundum, & ll. duabus ſeq. Præiuditio planè remoto, per actionem maiorem, differendam maiorem non cre-
54 do.† Id quia gratia id introductum eius eſt, qui actione maiore vtitur, vt per eam tacere minorem oporteat ob id in perniciem hoc verti eius non conuenit. l. nulla ff. de ll. l. quod fauore C. eo. titu. Ad quem caſum ſpectare tex. videtur in d. l. ſed ſi ante. In qua incommodo vllo ne quidem à confeſſoria incipiendo, reus afficitur. Quoniam ſi plena dominij probatio in confeſſoria ſit, vtiq; executio eius expediri ſine reſtitutione rei non poterit. Quomodo enim ſeruitute vti actori licebit, ſi fundus ipſe dominans apud aduerſarium remanet. Quam ob cauſam effectum rei vendicationis habere confeſſoria tum videtur. ſimili-
55 ter † vt in poſſorio retinendæ contingit, quod ob ciuilem infertur glo. & Doc. in l. Clam §. fi. in glo. fi. ſupra. eo. De quo vberius dictum in tractatu ciuilis & ante etiam in reſponſione ad primam dubitandi rationem habemus.

56 Si autem † à reo iuditium maius excipiendo proponitur. ſiquidem præiudiciale eſt, ita vt ſententia in eo lata actoris, ius perimat. De quo genere quæſtio ſtatus eſt, vel cum falſi inſtrumentum productum notatur, vel impugnatur, locum tunc textui videri in d. l. per minorem. Ad quem caſum tex. ſpectat in l. fi. C. de ordi. cogni. Eodem, & ea pertinent quæ in d. l. fundum ſcripta apud Caſtren. ſunt poſt, prin. & circa fi. Soci. numero. 6. in fi. verſi. ſecundo caſu. Apud eundem Caſtren. in l. ſi de vi. in princip. ff. de iudi. in poſteriore lectura. Præiuditio planè remoto, non aliter per iuditium maius à reo excipiendo, aut reconueniendo oppoſitum, quod minus il-
57 latum ab actore eſt, ſilere credam † quam ſi ratione criminis maioritas contingat, vt habetur in l. fi. ſecundum vulgatiorem gloſ. & Doct. ſenſum C. de ordi. iudi.

Caſus vltimus, cum inter diuerſos iuditium maius exercetur. & minus à tertio proponitur, ad tex. attinet, ab eoq; dirimitur in l. fi. C. de peti. hæredi.

Vnum etiam prætereundum hic non cenſui, quod ad explicationem traditionis Bartol. pertinet in d. l. ſi
58 quis libertatem num. 12. ff. de petitio. hæredit.† præiudicij rationem ad cumulationem prohibendam, non aliter in iudicijs ſingularibus haberi, niſi ſi plenum id ſit. Namq; verum id ſimpliciter non credo. Textui enim repugnat in l. quæ de tota. ff. de rei vendicatio. & quod dicitur, tertio principem præiudicare, nec in leuibus credi cap. ſi proponente de reſcriptio. cap. ſi motu proprio de præbend. lib. 6. Deci. in cap. ſuper eo column. 1. in fin. verſicu. vltimo ampliatur. de offic. delega. & in conſil. 525. numero 8. verſicu. & iſta concluſio. Iaſon. in l. quominus num. 83. in 11. quæſtio. Bartol. infra de flumin. & in ſpecie cumulationis, præiudicij, vel exigui ad eam prohibendam rationem haberi, Caſtren. ſentit in d. l. fundum. in primis verbis, ſeu in compendio, vbi cum id genus iudicia duo ſunt, vt ſententia in ſecundo, aut cumulatio lata præiudicium aliquod priori faciat, cumulationem impediri ait. Ita præiudicium plenum non exigit, verum leue ſatis eſſe ex dictione aliquod in-
58 nuit, † Quæ ad minima etiam trahitur, cum vniuerſalis ſit. l. ſi ſeruum. §. prætor ait. Ibique Barto. ff. de acquirend. hæredit. l. mulier. §. fina. ff. de conditio. inſtitutio. gloſ. in cap. auaritiæ in verſicu. parte. de electio. lib. 6. & in clement. 1. in verſicul. aut earum parte. de foro competen. Deci. in l. ſi quis, Id quod numero 20. ff. de iuriſdictio. omnium iudic. Iaſon. in l. eum qui in princip. ff. eodem titu. & in conſilio. 130. column. 2. in fin. lib. 4. Proinde, quod de pleno præiudicio Bartol. ſcribit, ad eum caſum pertinet, quo circa incidens præiudicium vertitur. Ideſt quia niſi in eo præiudicium non contingit, quod incidenter in iudicio venit. Quale dominium in confeſſoria habetur. Cæterum ſi cauſam ipſam ſeruitutis, quæ principaliter petitur, præiudicium ipſum tangeret. plenum tunc exquirendum non credam.

Si dixeris, contrarium declarationi, aut reſtrictioni huic traditionis Barto. in d. l. ſi quis libertatem. tex. noſtrum videri. In quo cumulatio interdicti retinendæ ad petitorium admittitur. At qui præiudicium petitorio circa dominium ipſum principaliter propoſitum, hactenus ex poſſeſſorio ſit, vt neceſſitas dominij probandi in aduerſarium transferatur, quod cumulatione remota, ab ipſo docendum actore fuerat. Reſponſio ad argumen. hoc ex his percipitur, quæ in reſponſione ante ſcripta ad quintam dubitandi ra-
59 tionem habemus, † præiudicium hoc neceſſitatis probandi nihil faciendum, vtpotė quod niſi culpa, & vicio accidere partis non poteſt, quæ per iniuriam, iuſtam actoris poſſeſſionem infeſtat. reg. damnum lib. 6. & in ſpecie neceſſitatis, ex Ang. Imola, Roma. & Soci. pro-
60 batur in l. marcellus. §. res quæ. ff. ad trebel. † quotiẽs niſi ob neceſſitatẽ alienare bona non licet, parui neceſſitatẽ ęſtimari, in quam ſuo quiſpiã merito incidit. Cuius opinionis Alexan. etiam eſt in conſil. 23. circa fin. lib. 1. Idq; frequentius Iaſon. aſſerit in auctẽn. res quæ nu. 20. C. com. de lega. quod idem in d. l. marcellus. §. res quæ Soci. teſtatur. Idq; ſermone prolixiore cõfirmatũ apud nos legitur in reſpõſo pro genero

nu. 87. Culpa planè, & vicio partis præiuditium hoc ſequi in aperto eſt, quod niſi ob turbationem iniuſtã litem reus in retinendæ interdicto non amitteret. tur-
61 batio † porro vim ſeu violentiam hẽt d.l.fi.de vi ibiq; glo.in prin. l. vim facit infra de vi, & vi arma, l.1.§.eſt igitur infra vti poſſid. Crymẽq; à turbatore admitti, ex tex.declaratur in l. ſeruus non in omnibus infra de actio.& obli.& in l.iniuriarum §.fi.infra de injur. Itaq; abſurda res fuerit, ex crimine ſuo commodum turbatori contingere l.ne ex dolo ff.de dolo.l.ſiue hæreditaria.ff.de nego.geſt.l.ſed,& ſi hereditas.§.pen.ff. ad exhi ben.l.ſi ab hoſtibus §.1.ff.ſolu.ma.l.cum ita in prin.ff. de lega.3.l.nomen §.filio ff.de lega.3.l.1.§.1.infra de excep.dol.l.itaq; fullo infra de furtis l. non fraudatur §. nemo infra de reg.iuris.c.ex tenore.Ibiq; Deci.in quarto nota.c.ſuper literis de reſcrip.c. & ſi neceſſe de dote poſt duor.reſti.c.ſicut tuis literis de Simonia.c. auaritiæ de electio.lib.6.c. eum qui de præben.eo.lib.c. legi. 16.q. 2. Tradit Bar.in l. titio infra ad mancip.

Propulſata, & diluta ex his obiecta apparent, quæcunq; cumulationi poſſeſſorij retinendæ, obſtare cum petitorio in ſpecie tex. noſtri videbantur.

62 Glo. 1. † in partes tres apud Iaſ. hic diuiditur num. 27.vt in prima exemplũ ad initium. §. ex text. applicetur in l.& an eadem. §. fin. infra de exceptio. rei iudi. in ſecunda aduerſaria tria contra text. gloſ. obijciat. In quibus communio inter poſſeſſionem, & proprietatem oſtenditur, & quæ communio ad diuerſa ſpectat. In tertia ſolutiones tres ſubiungit. Quæ niſi ad primum obiectum diluendum non conferunt, ſecundum Iaſon. Quamuis ad contraria omnia propulſanda à glo. aſſerantur. Ripa plane numero 22. circa med.partes, §.huius non plures quam duas diſtinguit, vt in priore parte exemplo, de quo in d. l. & an eadem §.fin. principium §. huius declaretur. In ſecunda oppoſitiones, & ſolutiones contineantur. Ita partem non pluſquam vnam ex oppoſitionibus, & ſolutionibus conficit, Cæterum quia expreſſim magis, & locupletius gloſ. contraria, & ſolutiones à Barto. exponuntur, vna ſimul cum Bartol. verbis gloſ. enarrandam duxi.

Obſeruandum tamen parcum Bartol. in priore gloſ. parte explicanda fuiſſe. Omiſſum enim ab eo eſt, quod animaduerſum Iaſo. cum Ripa habuerunt. Hoc eſt cur tex. in d.l. & an eadem. §. fin. nonniſi ad initium tex. huius, exempli vice gloſ. accomodet, & reſpondent, ob id ita actum, ꝙ principio ſoli exemplũ id congruit. Etenim cũ generaliter tex. loquatur, communionis quicquam proprietati cum poſſeſſione nõ eſſe, ſcriptura hæc generalis declarari exemplo poteſt, de quo in d. l. & an eadem. §. fi. vbi qui in poſſeſſorio ſuccubuit, petitorium recte intendit, neq; exceptione rei iudicatæ ſubmouetur. Quo exemplo liquet, ſeparatam petitorij atq; poſſeſſorij cauſam eſſe.

63 Atq; ideo † ſententiam in poſſeſſorio latam ad petitorium non trahi. Quod vtiq; non fieret, communione, aut connexitate intercedente, l. ſi quis cum totum. §. ſi ancillam, & §. & generaliter infra de exceptio. rei iudi. Ita niſi ad dictũ generale tex.noſtri, & initio eius aſcriptum exemplum illud non quadrat. Ad partem vero ſecundam, qua ſpecialiter text. noſter loquitur, ex generalitate ipſa inferendo, cum petitorio inſtituto poſſeſſorium cumulatur, exemplum memoratum nõ adaptatur, vtpote quod in caſu diuerſo, & contrario loquitur. Ideſt cum à poſſeſſorio lis incipit, & finitur, tex. noſter e contrario loquitur, cum initium liti datũ à petitorio eſt, vnde cum parte ipſa ſecunda appoſitè magis tex. facit in l. cum fundum in fi.infra de vi, & vi arma qui pro conſimili in glo.proxima ad fi.vocatur.

Conſequens reſtrictioni exempli prædicti ad initiũ tex. noſtri fit, ad caſum contrarium tex. non pertinere in d.l.& an eadem.§.fi. vt ſi pronunciatum primo ſuper petitorio ſit, adire ad poſſeſſorium liceat. Immo
64 † enim rei iudicatæ tunc exceptionem obſtaturam. Id quia à petitorio poſſeſſorium ipſum conſumitur, & abſorbetur. c. cum dilectus de cau. poſ & propric. Vnde non ab re niſi eo caſu text. non loquitur in d.l. & an eadem. §. fi. Quo lis ante definita in poſſeſſorio eſt. De quo inferius apud Barto. infra in tertia oppoſitio. num. 3.

Secundò in prima gloſ. parte obſeruandum, cum exemplum ad initium tex. noſtri longinquo glo. petit, à text. videlicet in d.l. & an eadem. §. fin. innuit enim exempli huius remotioris indigentem tex. ipſum eſſe, neq; facilè citra exemplum ipſum, declarari. At enim generalitas hęc initio tex. noſtri adſcripta per tex. ipſũ, & exemplum in eo inſertum declaratur, vt qui petitorium propoſuit, poſſeſſorium recte ſubiungat. Quocirca appoſitè magis apud gl. ſcriptum. Iaſ. & Ripam fuerat, præter exemplum in tex. ipſo relatum, exemplo, & alio tex. noſtrum planum fieri.

65 In prima oppoſi. Bar. † monendi ſumus, oppoſitionibus totidem in glo. exponenda Bar, vti, quot ſimilitudines apud glo, relatæ inter proprietatem, & poſſeſſionem ſunt, Prima igitur ſimilitudinum, atq; ideo oppoſitionum eſt, ꝙ incorporalis vtraq; videtur proprietas, & poſſeſſio. Idq; oſtenditur, ꝙ ius vtraq; dicitur, in proprietate, iuris eam eſſe, ex tex. oſtenditur in l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iure, vbi iuris gentium dominium eſſe, ſeu à iure gentium exiſtere dicitur. Ex dominij etiam definitione id confirmare Bar. poterat. De qua apud ipſum Bartol. in l. ſi quis vi §. differentia numero 4. infra eodem, vbi ius diſponendi dicitur. Iuris item poſſeſſionem eſſe, ex text. oſtenditur in l. peregre in princip. infra eodem, ibi ius poſſeſſionis ei, qui condidiſſet, non videri peremptum, quod idem ex verbis definitionis percipitur, cum ius inſiſtendi appellatur, vt habetur in l. 1. in princip. ſupra eodem. Idem ex Cyn. probatur in l. licet. C. eodem titu. Si iuris, tam poſſeſſio, quam proprietas eſt, ergo incorporalis vtraq; erit. Incorporalia quippe habentur, quæ à iure pendent, ſiue ex iure conſiſtunt l. 1. in fi. ff. de rerum diuiſio. §. fin. inſtitu. de rebus corporal. & incorporal. Similitudine hac igitur inter proprietatẽ, & poſſeſſionẽ admiſſa, vt incorporalis vtraq; æſtimetur, falſum videtur, quod relatum hic apud Vulpianum eſt, commune nihil inter proprietatem, &
66 poſſeſſionem eſſe. † Negatiua quippè vniuerſalis dictio nihil, eſt l. fi. ff. de liber. & poſthu. l. ꝙ ſi filius infra de captiu. c. nihil, & c. penul. 2. quæſtio. 1. Alexan. in conſil. 10. numero 12. lib. 2. Socin. in conſil. 21. numero 5. lib. 1. Deci. in conſi. 19. numero 5. Iaſ. in l. 1. in princip. colum. 14. verſic. iſte ſenſus nullo modo poteſt ſtare. ff. de vulga. Oratio planè per negatiuam vniuerſalem concepta, ſi falſa in vno depræhenditur, falſa ex toto æſtimatur. l. ſi ſeruus. §. ſi plurium. ff. ſi quis cautio. l. ſi is qui. cc. §. cum ita ver. vel vt propius accedamus. ff. de rebus dub.

67 A contrario hoc declinandi cauſa, † negatiuã vniuerſalem in particularem vertendam glo. ait Ideſt in non omne, vt communia omnia proprietas cũ poſſeſſione non habeat, verum aliqua tantummodo, Conſequenter, vt præter aliqua, in quibus inter eas cõuenit, à cęteris iure diuerſo cenſeantur. Ita ꝙ vniuerſaliter abnegare dictio nihil videtur, ad particularia refertur, vt ex majore quidẽ parte, verũ nõ ꝑ oĩa negatiuã habeat. Secundum quæ, in affirmatiuam dictio nihil propter ea tranſit, quæ ita exponẽdo, de negatiua ipſa excipiuntur. Etenim ſi aliqua, quamuis non omnia in commune habet, non poteſt in affirmatiuam ob ea, non verti, in quibus communio vertitur.

Quod autem etiam in his, in quibus ſimilitudo occur-

decurrit, per omnia, ea non contingat, at ex aliquibus
tantummodo, in paritate hac iuris atq; incorporalita-
tis glo & Barto. eam recenſendo, oſtendunt. Quo-
68 niam latius, † & perpetuũ magis ius hoc in dominio,
q̃ in poſſeſſione cõtinetur. Ius .n. dominio in re oĩ cõ
petit iuxta incorporali atq; incorporali. De incorpo-
rali ad dominiũ ius ſpectare, ꝙ in ea cõpetit, ex tex. de-
claratur in l. qui vſuſfructũ. ff. ſi vſusfruct. pet. In corpo
ralibus planè ius hoc dominij intelligi, non dubitatur,
vt in d. l. ſi quis vi §. differentia habetur. Controuer-
ſia enim nulli circa incorporalia non vertitur, dominiũ
necne in eis verſetur. Ex qua declaratione expoſitio
negatiuæ vniuerſalis pro particulari, non inepte con-
firmatur, vt non per omnia communio hæc inter pro
prietatem, & poſſeſſionem intelligatur. Quandoqui-
dem etiam vbi communio interuenit, diſſimilitudo
tamen ad aliquid contingit.
69 Solutionem hanc glo. † tolerabilem quidem, & ve-
rum per ſe, verum ad tex. noſtrum non adaptari Bar.
ait. Ex dicto enim negatiuo, quia commune quicquã
inter proprietatem, & poſſeſſionem non intercedit,
ad cumulationem permittendam text. infert. Atqui
concludens legitimave illatio ex dicto non conſequi-
tur, ſi vniuerſalem negatiuam in ſingularem deduci-
mus. Quid enim conſequentiæ, aut illationis erit. Per
omnia proprietati cum poſſeſſione non conuenit, in
omnibus communio non vertitur, ergo communio-
ni, aut ſimilitudini locus, nec in ſpecie tex. eſſe noſtri
debebit. Quominus admitti cumulatio debeat. Nãq;
ſi in aliquibus communio cadit, nonne fieri poteſt,
vt ad caſum hunc cumulationis impediendæ cumu-
latio ipſa pertineat.
70 Illationem hanc contra Bart. † Ripa hic tuetur nu.
22. in fi. Quoniam ſi niſi circa aliqua conſenſio, aut
ſimilitudo inter proprietatem, & poſſeſſionem non
contingit, illationem, aut conſequentiam ex particula
ribus admitti ad cumulationem non conuenit c. in
geneſi de electio. Bar. in l. 2. §. 1. in princ ff. de pactis.
Quo argumentandi genere Curti. etiam ſen. vtitur in
conſi. 49. nu. 85 Quod idem, atq; illud pollet, conclu-
dentem eſſe probationem, illationemve oportere iux
ta illud, non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit
abeſſe l. matrem l. neq; natales l. ad probationem. 2.
C. de proba. l. non hoc. Ibiq; Iaſ. cumulate in 2. nota.
C. vnde legiti. l. multis C. de lib. cau. c. in præſentia.
Ibiq; Dec. nu. 16. in 13. nota. de proba.
71 Adiuuari Ripæ argumentum poteſt, † ꝙ ſatis eſt, ab
eo probationem concludere, quod fieri vulgo ſolet,
ſeu vt Doct. loquuntur, ſecundum communiter acci-
dentia glo. Bal. & alij in d. l. neq; natales. Alex. in d. l.
non hoc nu 3. Ibiq; Iaſ. colum. 5. in tertia limitatio-
ne. Deci. in d. c. in præſentia num. 31. ver. tertio niſi in
conſi. 13. in fi. in conſi. 37. nu. 10. poſt princip. in cõſ.
175. colum. 4 verſi. octaua falſitas, & iſtud vero eſt,
quod Bal. ſcribit in d. l. ad probationem. 2. ſatis eſſe,
per probabile probationem concludere. Ideſt proba-
bilia, aut veriſimilia teſtimonia eorum eſſe. Probabile
quippe, aut veriſimile habetur, quod communiter, aut
plerunq; fit. Atq; ideo præſumi id ita ſolet, vt proban
di onus in aduerſarium torqueat Salicet. in d. l. neq;
natales in ſecunda oppoſi. Socin. iunior in conſi. 48.
num. 12. lib. 2. ſatis igitur ad cumulationem admit-
tendam fuerit, diſſimilitudinem inter proprietatem,
& poſſeſſionem plerunq; interuenire.
Secundo illationem tex. ad cumulationem ex glo.
expoſitione admittendam contra Bart. Ripa confir-
mat. Quoniam à ſimili glo. expoſitionem, & illatio-
nem, quę ex ſimilitudine ipſa ſequitur, Bar. carpit. ideſt
quamuis niſi circa aliqua inter proprietatem, & poſ-
ſeſſionem ſimilitudo non contingat, attamen quia fie-
ri poteſt, vt in ſpecie controuerſa ſimilitudo interue-
niat, concludentem tex. illationem ad cumulationem
permittenda non eſſe, vt locum ob id cumulatio ha-
beat, quod diuerſitas regulariter inter eas vertitur. q. d.
nihil prohibere, quin caſus ille inter eos ſit, qui ſimiles
habentur, atq; ideo ex quibus impediri cumulatio de-
bet. Conſequenter concludentem probationem non
eſſe, ſimilitudinem regulariter proprietas, & poſſeſſio
non habent, ergo caſus controuerſus inter ſimiles nõ
refertur. Hoc inquam argumentandi genus, quod à
72 ſimili Bartol. deducit, Ripa oppugnat. Quoniam † lo
cus argumento à ſimili, non aliter eſt, niſi ſi aut per o-
mnia, aut in ſpecie ſaltẽ cõtrouerſa ſimilitudo inter-
ueniat. l. apud antiquos. C. de furtis. Deci. in c. tranſla-
to nu. 7. de conſtitutio. Iaſ. in l. creditori column. fin.
ſupra de oper. noui nuncia. Per omnia hic ſimilitudo
non vertitur, cum è contrario per omnia ferme diſſi-
militudo incurrat. In caſu planè controuerſo ad cu-
mulationem impediendam ſimilitudo non oſtendi-
tur. Ergo non recte argumento à ſimili illatio tex. ſe-
cundum gloſæ expoſitionem à Bar. imbrobatur.
Sed enim, & ſi maximè à Bar. argumento tex. illa-
tio ſecundum glo. interpretationem defendatur, id
genus tamen recipi interpretamentum non conue-
nit, quo in affirmatiuam particularem negatiua vni-
uerſalis transfertur. Perinde enim hoc genus expoſi-
tio eſt, atq; ſi in nigrum albedo commutetur. Con-
traria quippe vniuerſalis negatiua quam particularis
eſt, quatenus ſub negatiua particulari non omne, af-
firmatiua neceſſario continetur. Si non omne, ergo
aliquid, vt Iaſon. hic obſeruat numero 29. verſiculo
item circa primam ſolutionem, Ripa num. 23. verſic.
Iſta tamen ſolutio. Apparet ex his, vitio duplici ſolu-
tionem hanc glo. laborare. Primum, cum in particu-
lare, quod vniuerſale eſt, mutatur. Alterum, & ipſum
grauius, ꝙ in ſignificatum contrarium mutatio fit, in
affirmatiuam enim negatio abit.
Solutionem ſecundam glo. ſubiungit, quam Bar.
agnoſcit, vt proprie quantum ad tria negatiua vni-
uerſalis intelligatur. Ideſt circa paritatem, contrarie-
tatem, partis, & totius ius. Quare nihil commune in
paritate, contrarietate, & partis atq; totius iure pro-
prietas cum poſſeſſione habet. De paritate, commu-
nionis quicquam non ſubeſſe, apparet. Quatenus pa-
ri, aut æquali iure non cenſentur. Immo enim lon-
ge diſpar, diuerſumque vnius ius atque alterius habe-
tur. Idque videre in probationibus eſt, quas alias do-
minium, quam poſſeſſio expoſtulat. Tempus quippè
longum poſſeſſio non deſiderat. Idque videre in re-
tinendæ interdicto eſt, in quo ſatis habetur, de tem-
pore litis quem poſſidere, vt interdicto illo vtatur §.
hodie inſtitut. de interdict. glo. in l. extat in glo. ma-
gna. ff. quod metus cau. Bartol. in l. 1. §. fin. nume. 2,
& numero 14, infra vti poſſid. & in l. 1, C. eodem ti-
tu. Eque in poſſeſſorio recuperandæ ſatis eſt, ſpolia-
tionem, aut eiectionem edocere, atq; ideo apud a-
ctorem poſſeſſionem tunc fuiſſe, cum facta deiectio,
aut ſpoliatio eſt. l. 1. §. interdictum autem hoc & §. re-
ctiſſime. Ibiq; Bar, infra de vi, & vi arma. c. conſulta-
tionibus de offic. delegat. c. olim cauſam de reſtitu.
ſpoliat.
73 Quod aliter in dominio eſt, † temporis enim longi
cum titulo, vel longiſſimi ſine titulo, probationes ex-
quirit, vt ex titulis patet infra de vſucapio. inſtitu. eo.
titu. & C. de præſcrip. 30 vel 40. an.
In perſonis etiam, contra quas agitur, diuerſitas in-
74 ter proprietatem, & poſſeſſionẽ oſtenditur. Qm † ad-
uerſus eum proprietatis nomine actio non datur, ſeu
cum eo petitoriũ non exercetur, qui rẽ non poſſidet,
vel ſaltem detinet. l. officium. ff. de rei vendicatio. l. 1,
C. de aliena. iudi. mutan. cau. fac. cap. examinata de
iudi. Cauſa alia interdicti retinendæ eſt, quod in eum

etiam accommodatur, qui neq; poſſidet, neq; poſſide
re ſe aſſerit, verum ius ſibi in re eſſe iactitat. Ex qua ia-
ctatione poſſeſſionis meæ libertas turbatur, quia ho-
mines non inuenio, qui opus ruſtic. aut vrbanũ facere
in prædio velent. l. 1. §. eſt igitur. l. ſi duo §. ſi vicinus. ff.
vti poſ. glo. in l. 1. in ver. nec vi. C. vti poſſide. in c. licet
cauſam in ver. vti poſſidetis. de probatio. in c. audita
in ver. moleſtaret, de reſtitutio. ſpolia. Bar. in d. l. 1. §.
huius autem in prin. infra vti poſſid. Pau. de Caſtr. in
l. ſi de vi circa fi. verſi. tertio vero caſu ff. de iudi. Abb.
in c. veniens nu. 27. verſi. ſed profecto parcat mihi re-
uerentia Bar. de præſcriptio. ſignificantius Ang. Are-
ti. in §. retinendæ nu. 3. poſt glo. ibi in verſi. quorum,
in verbo, nec clam. inſti. de interdic.

Diuerſitatẽ etiam circa exceptiones, inter proprie-
tatem, & poſſeſſionem cadere proculdubio eſt. Siqui-
75 dem † exceptionibus pluribus petitorium oppugnare
q̃ poſſeſſoriũ conceditur, vt hic apud Bar. & alios in 3.
oppoſi. nu. 3. Ita circa paritatem cõmune nihil proprie
tati cum poſſeſſione eſſe, ex prædictis liquet.

Circa ſecundũ ideſt circa contrarietatem, proprie
negatiua vniuerſalis intelligitur, vt nihil cõmune con-
trarietatis nomine proprietas, & poſſeſſio habeant.
Ideſt, vt inuicem pugnent, aut perinde, vt oppoſita iu-
76 dicentur, ita vt cohærere vna ſimul non poſſint. † Cõ
traria quippe dicuntur, quæ inuicem ſe non ferunt, ve-
rum mutuo ſe ſe, & tollunt, & ponunt, quia vno poſi-
to, alterum ſilet, aut tollitur, Ex diuerſo, altero ſublato,
alterum ponitur, l. fi. ibiq; glo. in ver. direptũ. ff. de di-
uortijs. l. fuit quæſtionis ff. de acq. hæredi. l. ſi inter me,
Ibiq; Caſtren. in ſummario. infra de excep. rei iudi. l.
quendi non refert, Quomodo in verbis id generalibus
admitti teſtatoris debebit.

Neq; Ripæ arg. mutat, ob verbum poſſeſſionem
mobilia non venire, verum. propter genitiuum rerum
Quartim appellatio ad mobilia non dubie trahitur.
133 quoniam reſponſio ex antedictis apparet, † à geniti-
uo poſſeſſionem tanquam poſſeſſionem ſecundum
diſponentis mentem, & verba, non quaſi dominium
regi. vnde, quod Ripa ſcribit, appellatione rerum
mobilia contineri, obtinere tum ſolet, cum de rebus
mentio ſimpliciter fit, veluti cum res quis legat, aut do
nat, Aliter atq; ſi non res, ſed poſſeſſionem earum. Ne
aliter interpretantibus, ad proprietatem vſusfructus
trahatur, cum bonorum ſuorum vſũfructum quis
134 legat. Quatenus, † & in vſufructu dominium ca-
dit l. qui vſumfructum ff. ſi vſusfr. pet. & pro domi-
nio

Digitized by Google

nio vſusfructus quandoq; accipitur. l. proculus. ff. de
vſufruct.

Secundò ad argum. Ripæ reſpondetur. Genitiuum
rerum reſpectu poſſeſſionis adiectum, neq; enim res
legatæ per ſe ſunt, neq; rerum mentio facta propter
ipſas, aut reſpectu earum eſt, verum poſſeſſionis ipſius
135 cauſa. Ea propter † ad poſſeſſionem ipſam reſtrin-
gi dictionem rerum oportet, vt quo expreſſa reſpectu
eſt, intelligatur. l. ſi conſul. & l. ſi pater. §. qui duob. ff.
de adoptio. l. cum filio. ff. de lega. 1. l. mulier. §. fi. ff. ad
trebel. l. cum quædam. C. de adminiſtra. tutor. Pro
qua ſententia collecta haud pauca in reſponſo pro ge
nero, habemus nume. 189. 356. & num. 465. Cuius
generis, & illud eſt, cauſam facti, potiuſquam factum
ipſum ſpectandam l. cum hi. §. in cauſa ff. de tranſa-
ctio. l. qui exceptionem. ff. de conditio. indebi. l. ſi pro-
curatorem dedero in princip. ff. manda. l. 2. ff. de his,
quæ in teſtamen. delen. l. cum pater. §. dulciſſimis. ff.
de lega. 2. l. & ſi non ſint. §. perueniamus. ff. de auro,
136 & argento lega. Inde † cauſa cruciatus obſeruanda,
vtrum martir quis æſtimetur, hoc eſt Chriſti ne, an
pœnæ, aut ſceleris nomine tormenta, mortêvè paſ-
ſus ſit gloſ. in c. importuna in verſicul. martirium de
pœniten. diſtin. 1. & quod Socin. ſcribit in rubric. ff.
ſolut. metrimo. num. 31. & in l. quamuis circa prin.
ff. de conditio. & demonſtra. Cum talibus ſexcentis.
De quo etiam apud nos in conſil. 201. nume. 25. in
conſil. 304. num. 3. & in reſponſo pro genero num.
137 192. Affinitatem cum his, & illud habet, † finem
ſpectandum, & ſecundum finem, & gentis intentio-
nem rem dijudicandam neq; vltra intentionē ipſam
actum protendendum. l. non omnis in princip. & l. ſi
quis nec cauſam. ff. ſi cert. peta. l. ſi quis ita. §. penult.
ff. de teſtament. tut. c. 2. de ordi. cogni. c. homines, &
c. fi. 22. quæſt. 2. c. ſi quis præsbiter de conſecra. diſt. 4.
Eandem ſignificantiam, & illud habet, qua contem-
platione actus fiat, perſpiciendum l. pomponius, & l.
ſeq. & l. mandaſti. ff. de nego. geſt. l. ſi quis domum. §.
quid tamen. ff. loca. l. profectitia. §. fi. ff. de iure dot.
l. ſed ſi plures. §. in arrogato. ff. de vulga. l. penul. ibiq;
Bar. C. de iure delib. ſed enim genitiuus rerum adie-
ctus propter ſe non eſt, verum poſſeſſionis cauſa, &
contemplatione, & finis expreſſionis rerum ad poſſeſ-
ſionem ipſam reſpicit, ob id ad eam reſtrictio rerum
facienda. Itaq; ſi ad poſſeſſionem ipſam fieri reſtri-
ctio debet, & bonis mobilibus vſu communi prohi-
bente, poſſeſſio non conuenit, quomodo ad mobilia
genitiuum trahendum Ripa putauerit, aſſequi ſatis
non valeo.

Tertiò rationem ſuam Ripa patitur, eo enim mo-
bilia venire ad legatum credit, ꝙ à genitiuo rerum di-
ctio poſſeſſionem regitur, & determinatur, per no. in
rubri. ſupra de oper. noui nuncia. ſed enim falſum id
138 eſſe, † genitiuumq; ipſum regi, non regere Bart. ibi,
aliijq; docent nu. 5. in fi. vnde Agrammaticum hic Ri-
pa ſe prodit.

Quartò ampliationē verbi poſſeſſio, aut poſſeſſio-
nē propter genitiuū Ripa inducit, vt ad mobilia poſ-
ſeſſio genitiui cauſa trahatur, quæ genitiuo remoto,
ad poſſeſſionem ob communem loquēdi vſum non
pertinent, ſed enim vim atq; poteſtatem hanc geniti-
ui confirmari à Ripa oportuit, vt ampliationem ver-
139 bi pariat, ꝙ ipſi adiectum genitiuo eſt. † Impudentis
quippè eſt, lege nulla quid aſſerere. l. 1. §. fi. ff. de ſenator.
l. 5. in fi. ff. de præuaricator. l. illam. C. de collatio. l. cer-
ta forma in fi. C. de iure fiſci lib. 10. §. cū igitur in fi. in
auctēn. de non elig. ſecun. nuben. §. conſideremus in
auctēn. de trien. & ſemiſſe. c. illa ne ſede vacan. c. is qui
in prin. de ſen. excom. lib 6. c. ego ſolis. 9. diſt. Inde ni-
hil gloſæ auctoritatem pendendam, à qua tex. non vo
catur, Bal. ſcribit in l. reipublica num. 2. C. quibus ex
cau. maior. ſequitur Crot. in rubri. ff. ſolu. ma. nu. 12
verſi. non obſtat quarto, & alia non pauca.
140 Quintò ex tex. Ripæ opinio proteritur † in l. quæſi-
tū. §. 1. cum glo. in ver. probabitur. ff. de lega. 3. Cum
omne argentum, & ſupellectilem quamcunq;, & quic-
quid in prædio Semproniano habet, teſtator legat, ad
argentū, & ſuppellectilem legatum reſtringi, quæ in
prædio Semproniano eſt, quamuis ſimpliciter, & ab-
ſolutè citra reſtrictionē ad locū aliquem, argenti, & ſu
pellectilis ſcriptū legatū videatꝰ, no. Oldr. in cōſ. 8. Dec.
in conſi. 92. col. fi. poſt prin. Si verba vniuerſalia ſequē
tia ad locum certum reſtricta legatum vniuerſale an-
terius, ſeu verba vniuerſalia anteriora perſtringunt,
vt ad ea ſolūmodo referantur, quæ in loco ipſo ſunt,
quanto magis ad verbum poſſeſſionē anterius reſtri-
ctio fieri genitiui debebit, in qua reſtrictione offenſio
vlla verborū non modo non vertitur. Imo enim pro-
priè poſſeſſio ſecundum naturam eius intelligitur, vt
ad mobilia ſecundum cōmunem loquendi vſum nō
trahatur. Cui propria etiam ſignificatio cedit.

Quæſtionis duplicis explicatio contra Ripā ex præ-
dictis percipitur. Prior, veram Aquenſ. & Horman.
diſtinctionem videri, vt differat, vtrū poſſeſſiones ſuas,
aut poſſeſſionem in loco certo poſitam, an poſſeſſio-
nē domus, aut fundi quis leget. Altera quæſtio. ad bo
na mobilia poſſeſſionis vocabulū non pertinere, quo-
tiens bonis ipſis mobilibus per cōmunē loquendi vſū
non competit, rerum, vel non facta expreſſio ſit.
141 Circa dicta Bar. † in ſecunda parte huius tex. & con
tra illationem in ea deductam, quo planior tex. fiat
in d. l. ſi de vi. Qui contrarius illationi huic vna ſimul
cum ll. alijs duabus, à Bart. opponitur, prænarranda
aliqua cēſui, & primum omniū varias ſpecies vis eſſe,
& quintuplicem eam inueniri, expulſiuam, turbatiuā,
inquietatiuam, compulſiuam, & ablatiuā, de quibus
apud gl. in l. 1. C. ꝙ metus cau. Ang. in §. ex maleficijs
nu. 14. & in §. quadrupli nu. 24. inſti. de actio. vim .n.
& in turbatione verſari, non dubitatur. l. 1. §. eſt igitur
infra vti poſſid. l. vim facit infra de vi, & vi arma. glo.
in d. l. ſi de vi in princ. Caſtren. in conſi. 221. antequā
veniam colu. 1. in fi. lib. 2. Inde fit, vt crimen turbatio
habeat, pro quo pœna irrogatur Bal. in l. 1. col. 3. an-
te med. verſic. hæc lectura videtur impertinens. C. de
appella. per text. in l. ſeruus non in omnibus infra de
actio. & oblig. & in l. iniuriarum. §. fi. infra de iniur. ex
vi hac turbatiua interdictum retinendæ naſci procul-
dubio eſt d. l. 1. §. eſt igitur infra vti poſſid.
142 His ita ante narratis, ſciendum eſt, † in vi turbatiua
tex. d. l. ſi de vi. à glo. ferè, & Doct. intelligi. Id quia ad
vim conuenire expulſiuam non videtur, vnde interdi-
ctū recuperandæ oritur, vtpotè in quo rō verſari vlla
non videtur, cur prohiberi cumulatio debeat, contra-
rietate vlla inter petitorium, & poſſeſſoriū recuperan-
dæ non interueniente. Ex rationibus item alijs, quas
impedimento eſſe cumulationi diximus, & quæ in pa
ritate, præiudicio, parte, & toto ſunt, ad interdictū vlla
recuperandæ cum petitorio cumulandum non cōpe-
tit. Quod aliter in retinendæ interdicto eſt, ꝙ cum pe-
titorio pugnat, atq; ideo cū eo cohærere contradictio
nis cauſa non poſſe, in prima dubitandi monſtratū ra-
tione habemus. Conſequenter, ꝙ expreſsū in d. l. ſi de
vi. eſt, de vi ante oīa cognoſcendū, de vi intelligi turba
tiua oportet. Atq; ideo cumulationi interdicti retinē
dæ locū cū petitorio nō eſſe, vt de poſſeſſione retinen-
da, & dominio vna ſimul diſceptatio cōtrarietatis rō-
ne, fiat. Secundū q̄, cōtrarietas ipſa in cauſa eſt, quā ob
rē ad vim turbatiuam, atq; ideo interdictū retinendæ
tex. illum glo. & Doct. fere perſtringant.

Ratione, & altera in vi turbatiua tex. memoratū gl.
cū Doc. interpretātur, q̄ rō ab ordine ſeruādo pendet.
Ideſt, ne confuſio ordine non facto, aut eo omiſſo, ſe-
quatur.

quatur. Quæ confuſio à cumulatione petitorij, & in-
terdicti retinendæ, haud dubie generatur. ſiquidem in-
certum tum fiet, ad vtrum litigatorem dominij onus
143 probandi ſpectet, vtroq; ſe poſſidere aſſerent,† Atq;
ideo onus hoc dominij probandi poſſidenti non in-
cumbere l.fi.ff.de rei vendica.l.qui accuſare C.ſde ędē.
§.cõmodum inſtit. de interdic. c. vnico circa prin. vt
eccleſia.benefi. Itaq; ſicut poſſeſſionem ſuam eſſe in re
tinendę interdicto iurgato vterq; cõtendit, ita dominij
probandi onus neutrum in petitorio ſuſcepturum cre
dibile eſt. Quocirca non confuſionem cumulatio
producere hæc non poterit. ob id confuſionis huius
prohibendæ cauſa, conſtitutum non immerito eſt, vt
de vi turbatiua atq; retinendæ interdicto prius quam,
de proprietate cognitio, diſceptatiovè fiat. Qua pera-
cta, in aperto ius erit, vtrius litigatoris ſit, fidem domi-
nij facere, eius nimirum, qui ſententiam paſſus de poſ
ſeſſione fuerit. Hanc ordinis rationẽ ad comulationẽ
impediendam tex. ſentit in d. l. ordinarij. vim ipſam
verbi ordinarij expendendo. q. d. ordo ipſe iuris ne
confuſionis quid hæreat, expoſtulat, vt de poſſeſſione
prius, quam de proprietate iuditium abſoluatur. Signi-
144 ficãtius porro rationem hanc ordinis † tex. indicat
in l. exitus infra eodem. Qui cauſam hanc poſſeſſio-
nis prius definiendę expreſſim commemorat, vt qui
victus erit, petitoris partes in dominio docendo ſuſti-
neat. Eandem ordinis rationem glo. obſeruat in d.l. or-
dinarij in gloſ. 2. & in d. l. incerti in gloſ. 1. Caſtrenſ.
in d. l. ſi de vi column. 1. circa med. verſicu. vnde com-
muniter tenetur in prima lectura. & in ſecunda lectu.
num 3. in fi.

Rationem hanc ordinis in genere quidem glo. &
Doc. agnoſcunt, vt de poſſeſſione prius cognoſci, quã
de proprietate oporteat. Sed in modo, aut cauſa diſ-
ſentiunt. Bar. enim hic num. 7. in fi. & in d. l. incerti nu.
2. hactenus de poſſeſſione cognoſcendum prius exiſti-
mat, vt potior in cognoſcendo poſſeſſio habeatur, nõ
etiam vt reijci cumulatio debeat. Quare locus quidẽ
cumulationi erit. Cæterum ea facta, priores in cogni-
tione poſſeſſionem laturam glo vero, & Caſtren. ad
cumulationem etiam prohibendam rationem hanc
valere ordinis putãt. Bal. planè in d.l. incerti num. 15.
in fi. ſententiam inducere tertiam videtur, vt ad cumu-
lationem quidem prohibendam ordo is, ſed ſolus
tamen non proſit, niſi ſi, & ratio cum eo coniuncta
contrarietatis ſit. Quam Bal. opinionem nihili pen-
dendam arbitror. ſiquidem contrarietatis ratione in-
terueniente, fruſtra de ordine quæritur. Cum ſatis ad
cumulationem excludendam contradictio ſola ſit,
ab effectu planè vacua diſceptatio non videtur, locus
cumulationi, non ſit, an locus quidem. ſed cognoſci
prius de poſſeſſione debeat. Quoniam ſi locus non ſit,
atq; ideo nouum inſtitui iuditium oportet. Vectigal
nouum pendi propter ſtatutum oportebit. quo vecti-
gal. inſtitutum de iuditio nouo ſit.

Sententia alia circa tex. in d. l. ſi de vi & d. l. or-
dinarij, & l. incerti. Azoni, & Ioanni fuit. vt genera-
liter in poſſeſſorio intelligi omni debeant, iuxta re-
cuperandæ, atq; retinendæ, ne permitti cumula-
145 tio debeat. † id quia generaliter loquuntur, ob id
intelligi generaliter debent. l. quiq; §. parentes ff. de in
ius vocan. l. prætor ait §. ait prætor. Ibiq; Caſtren. ſu-
pra de oper. noui nuncia. l. proſpexit ſupra qui, & à
quibus l. cum quęrebatur, & l. alienatum §. 1. infra
de verb. ſignifi. & alia infinita. & quidem, quod ad
tex. attinet in d. l. ordinarij, & in d. l. incerti generali-
ter eas conſcriptas, lectio earum indicat. tex. planè in
d. l. ſi de vi. Azonis, & Ioan. opinionem adiuuare
validius videtur. Quoniam præterquam, quod gene-
raliter de vi loquitur, atq; ideo æque expulſiua ac tur-
batiua, ratio fortior vrget, vt in vi expulſiua quaſi po-
146 tentiore intelligatur. † Potentiorem enim, & gra-
uiorem expulſiuam quam turbatiuam vim eſſe pro-
culdubio, eſt l. ſi quis intantam, & l. meminerint. C.
vnde vi. glo. in l. 1. §. fi. in glo. pen. in fi. infra vti poſſid.
Potentia, & grauitate hac maiore admiſſa, ad id, quod
potentius eſt, in dubio verba referenda non ambigi-
tur l. quæritur ff. de ſtatu homi. l. 1. §. fi. ff. ſi ager. vecti
gal l. minor §. 1. ff. de euictio vbi duplæ ſtipulatio ad rei
vendicatio. non ad Publicianam trahitur. l. non ſolum
§. fi. infra tit. 1. l. 1. §. biduum infra quan. appel. ſit. vbi
ſtatim appellandum, quam dicta ſententia eſt, quam-
uis conditionem habeat. Ita appellandi tempus in ſi-
gnificatu potentiore intelligendum, vt mox currat.
fortior quippe appellandi neceſſitas, quæ pura ſit. quã
conditionalis. Eodem tex. ſpectat in l. ſi te ſolum §. &
in l. ſi ita ſcriptum 2. ff. de hæredi. inſti. cum alijs apud
nos comparatis in rubri. ff. de lega. 1. num. 114.

Secundò principaliter præmittendum, Cum de poſ
ſeſſione tex. loquitur in d. l. ſi de vi. ad proprietatem
neceſſario, rationeq; duplici verbum poſſeſſione refe-
rendum. Prior ratio. q̃ ſi in poſſeſſione proprie acci-
pitur. inter eadem inſerta copula inuenitur. Ideſt inter
vim, & poſſeſſionem. ſiquidem niſi ad poſſeſſionem
quadrare vis non poteſt. ſola quippe poſſeſſio vim pa
titur expulſiuam, aut turbatiuam. vnde naſci interdi-
147 cta ſolent recuperandæ, & retinendæ. † Dominium
planè violentiam non ſuffert, quod vi amitti, aut ex-
torqueri non poteſt. Sed enim inter diuerſa, non ean-
dem locari copulã oportet l. ſi duo C. per quas perſo.
nob. acquir. c. querelam de Simon. gl. in rubri. ff. de iu-
ris, & facti ignor. Cardi. in conſi. 30. num. 3. verſu. item
etiam de cura. Idq; & ſenſu cõmuni patet, q̃ ſi de poſ
ſeſſione proprie tex. intelligimus, ineptus prorſus ſen-
ſus eius ſit, vt circa idem quæſtio ordinis occurreret,
vtrum vtri præuerti deberet.

Ratio altera, cur ad proprietatem poſſeſſio referri
in d. l. ſi de vi debeat, ex verbo proprietate ſequenti
oſtenditur. poſt illa verba, ſi de vi, & poſſeſſione quæ-
ratur, prius cognoſcendum de vi, quam de proprieta-
te tex. ait. In quibus verbis declaratio verbi poſſeſſio-
ne perſpicua apparet. Reſponſio quippe ad quæſtio-
nem propoſitam in verbis illis continetur, prius de vi
1. ex qua reſponſione liquet, ad vim ſeu poſſeſſionem,
& proprietatem queſtionem pertinere. vtrum cumu-
lationem poſſeſſio, & proprietas admittant. Atq; ideo
non poteſt verbum poſſeſſione in quæſtione expreſ-
148 ſum ad proprietatem non ſpectare. † Aliter quippe
inepta reſponſio de eo fieret, quod comprehenſum
ſub interrogatione non ſit l. ſi defenſor §. 1. ff. de inter-
roga. actio. §. pręterea inſti. de inuti. ſtipula. Inde mẽtis
morbo affici creditur, qui extra rem propoſitã reſpõ
det Geminia. in c. vni. §. ſi vero per illum tex. de Cleri.
ægro. lib. 6. & in c. filij per illum tex. de Hæreti. eodem
lib. Quem Iaſ. refert in l. cum aliquis poſt, prin. C. de iu
re delib.

His ita prænarratis, & ad modũ memoratũ tex. ex-
plicatis, de quibus in oppoſi. Bar. vt ad vim turbatiuã
atq; adeo interdictũ retinẽdę ratione cõtrarietatis, &
ordinis ex frequẽtiore glo. & Doc. calculo, vel ad ex-
pulſiuã, vt Azoni viſũ, & Ioãni fuit, referri debeant.
Conſequens fit, contrarios eos textui noſtro omnino
videri, vtrãlibet opinionẽ agnoſcamus, crebriorẽ, vel
Azonis & Ioãnis. ſatis quippe eſt, circa interdictũ reti-
nendę inter omnes ſũma cõſenſione cõuenire, cũ pe-
titorio id nõ cumulari contraquã in tex. noſtro ſcriptũ
expreſſim eſt, interdictum vti poſſidetis ei non denega-
ri, qui rem vendicare cœpit.

149 Argumẽti huius, & ll. prędictarũ cauſa, † textũ hũc
ſenſibus quinq; à glo. exponi, ſiquidẽ accuratius eã in-
tuemur, Bar. ait quãuis in ſpeciẽ, aut verborum tenus
eam contemplando, ſenſus continere non pluſquam

tres

Digitized by Google

eres videatur. Idq; & Iaſ. hic obſeruat num. 32. Senſus primus, ſeu lectura prima cumulationem hic non verſi. verum petitorio contra actorem definito, ad poſſeſſorium ab eo aditum. Quo caſu cum niſi poſſeſſorium non exerceatur, locum cumulatio haud dubie non habet. Ita per iudicis ſententiam petitorium extinctum ſenſus hic primus facit.

Senſus ſecundus priori quantum ad rem non diſſimilis. Immo enim idem re ipſa atq; prior ſecundus eſt. vt ſublatum, & hic petitorium dicatur. A modo tantũmodo diſcrimen inueniri, ꝙ renunciatione expreſſa, nõ per ſententiã iudicis ſinitum petitoriũ eſſet, cum interdictum propoſitum retinendæ eſt. atq; ideo per renunciationẽ petitorio diſſoluto, nihil eſt, quod de cumulatione verba fiant.

Sed enim ſingulares ſenſus hi duo videntur, in quibus factum ſententiæ iudicis, aut renunciationis expreſ-
150 ſæ continetur, contra quam prohibitũ iure eſt † quo præſumi factum non ſolet, ſed probari id oportet. l. denique. ff. ex quibus cau. maior. l. quæcunque. §. qui à pupillo. ff. de publicia. l. in bello. §. factæ infra de captiuit. Rurſus ad tex. congruere ſenſus ij duo non videntur, In quo niſi de poſſeſſorij renunciatione nõ tractatur, renunciatum ei per petitoriũ nõ intelligi. vnde incolume petitoriũ præſupponit, ꝙ in ſenſibus his duobus peremptũ glo. facit. Ideo co ad ſenſum glo. deſcẽdit. Qui, & ipſe non aliud re ipſa, atq; priores habent, hoc eſt petitorium, & ſenſu tertio peremptũ. Nonniſi in ipſo perimendi modo à ſenſibus anterioribus hic diſtat. hoc eſt renunciatione tacita, non expreſſa, neq; ſententia iudicis petitoriũ dereptũ. Renunciatio hæc tacita ex vaticinio non conſiſtit. verum à ratione coacta hoc eſt à ꝯrietate ſeu actu ſequenti ꝯrio omnino deducitur, qui vna ſimul cum actu cohærere præcedenti non poteſt, ſic qũo in ſpecie facta enarranda, Atq; in prima dubitãdi monſtratũ ratione habemus. p electionem remedij vnius alteri renunciatũ contrario intelligi. De quo ẽt apud Decium in l. pacta nouiſſima. nu. 5. C. de pactis. vberius etiã de re hac infra diſceremus.

Conſequens ſenſibus his tribus ſit, vt petitorio vel per iudicem, vel actorem ipſum renunciando, vel à lege per renunciationem ab ea ex contrarietate inductam ſubmoto, fruſtra leges prędictę pro contrarijs obijciantur. vt Iaſ. etiam hic explicat. nume. 32. verſi. Ideo ego teneo.

Senſus quartus ad tex. accõmodatur. Qui ad cumulationem petitorio conſtante, pertinet. Ita vt petitorij renunciatio ex cumulatione non ſequatur, neq; ob cauſam inſtã, quæ recens iudicio inſtituto acceſſit, prohiberi cumulatio debeat. Senſus hic quartus ad eũ caſum ſpectat, quo petitorio introducto, poſſeſſionẽ rei petitæ nactus actor eſt. In qua turbationẽ patitur. vt poſſeſſoriũ adiungere ob turbationẽ liceat. Quo caſu culpæ quid obijci actori non poteſt, cur inicio ipſo re-
151 medio hoc vſus poſſeſſorio non ſit † in eo enim culpa non eſt, quod fieri non poſſit. l. arbiter. 1. in prin. ff. de arbitr. l. ſi quid poſſeſſor. §. pen. ff. de petitio. hæredi. l. cum quidam. §. ſi pupillo. ff. de vſur. l. promittendo. §. ſi à debitore. ff. de iure dot. l. Sempronius. ff. de vſufruc. lega. l. liberto. §. largius. ff. de annuis lega. l. miles §. fi. l. ſi maritus in prin. infra de adulter. l. non idcirco. C. de reſcin. vendi. c. quia diuerſitatem de conceſ. præben. c. 1. §. ſolet. ibiq; glo. in ver. potuerit. de reſtitu. ſpol. lib. 6.

Senſui huic quarto, & cumulationi ad formam eius faciendæ argumentum renunciationis tacitæ non officit, De expreſſa non loquor, quoniam ad ſenſum hunc non pertinet. ob id autem renunciatio tacita, non nocet, quæ ex electione remedij contrarij ſequitur, quod apud actorem inicio ipſo poſſeſſio non erat, ita contradictio vlla intelligi inicio ipſo non poteſt.

Neq; mouet, poſtea poſſeſſionem acquiſitam, con-
152 trarietatemq; poſtea inueniri. † & nihil referre, inicio ipſo, an poſtea contradictio interueniat. arg. l. 1. ff. de condi. ſine cau. l. ſi mulier. ff. Solu. ma. l. ſed integrato. ff. rerũ amo. & quod dicitur, inutilem diſpoſitionem fieri, quæ ad eum perducta caſum ſit, vnde ſumi iniciũ nequit. l. ſi a me. ff. de iudi. l. pro parte. ff. de ſeruitu. l. Titio cum morietur. ff. de vſufruc. l. ſi in metallũ. ff. de his, quæ pro non ſcrip. l. qui ex liberis. ff. de bonor. poſ. ſecun. tab. & alia non pauca. Reſpondetur, locum argumento contrarietatis, & renunciationis tacitam eſſe, ſi poſt poſſeſſionem quæſitã, reſtitutionẽ rei, aut poſſeſſionis ipſius actor adhuc poſtulet. Contrarius quippe in petitorio, & poſſeſſorio cumulato haud dubie inueniretur. At enim ſtrictius intelligi ſenſum hunc quartum oportet, vt niſi circa declarationem dominij, & perſecutionem fructuum perceptorum, ſumptuum litis, & ſi quæ aliæ acceſſiones ſunt, petitorium non exerceatur. Rei, aut poſſeſſionis reſtituendæ verbo non facto. Quod ſi in reſtitutione ipſa facienda actor perſiſtat, tum vero audiendum eum contradictionis cauſa cumulantem non fore, ſenſus hic quartus rationibus eiſdem ac duo priores, impugnatur. factum quippe, & hic præſumitur, quod lite iam cœpta, recens orta poſſeſſio ſit, atque ideo fatidicus apparet. Eque quadrare ad tex. non videtur, in quo poſſeſſionis, non de petitorij renunciatione mentio habetur.

Senſus quintus, & ipſe vulgatior aſſuitur, vt facti præſumptione omni remota, reſpectibus, aut rationibus diuerſis cumulatio hæc poſſeſſorij cum petitorio fiat. hoc eſt vt poſſeſſionis ciuilis ſeruandæ cauſa, interdictum ipſum vti poſſidetis, ob detentionem recuperandam illatum petitorium intelligatur. Hic enim contradictio omnis ſilet. Equæ rationes aliæ iacent, à quibus cumulationem prohiberi, dictum nec ſemel habemus.

Obſeruandum in ſenſibus his quartum, & quintum ab alijs diſtare, quod cumulatio in quarto, & quinto vertitur. Quæ in anterioribus non eſt, petitorio in eis facto iudicis, hominis, aut per legem extincto.

Secundo obſeruandum, partes duas poſteriores glo. ideſt ſecundam, quæ ad illationem, & cumulationem, & tertiam, quæ ad renunciationem amouendam ſpectat, ne poſſeſſorio renunciatum ob petitorium intelligatur, vna ſimul à Barto. explicari. conſequenter tam de cumulatione permittenda, quam de poſſeſſione conſeruanda ſeu renunciatione eius refellenda, in traditione ſua Bar. ſentire. Idq; expreſſim teſtatum ab eo eſt, qui promiſcue partes has duas tex. expoſiturum ſe dixit. Sed & idem à glo. factitatum, hoc eſt partes ipſas duas in commune à glo. declaratas, non obſcure Bar. inuenit, cum modis quinque particulam hanc ſecundam enarrari à glo. ſcribit. Atqui falſum id eſſet, ſi particulam tertiam, & vltimam ſeparatam à ſecunda dicimus. Quoniam vtranque particulam pro vna Bar. habet, atque vnam vtranque per Solutiones quinque exequitur. At enim de parte vltima per ſe, ne renunciatum poſſeſſioni cenſeatur, verbum glo. ſecundum Barto. non facit Hoc ipſo igitur, quod particulam vtranque nonniſi pro vna expreſſim Bar. habet, Eamque ſolutionibus quinque enucleari à glo. ait Partem vtranque, & pro vna etiam à glo. exiſtimari, neceſſario Barto. ſentit. cum de parte tertia nihil quicquam ſeparatim glo. Bar. ſententia diſerat Secundo ita à Bar. gloſam accipi, vt vna ſimul particulas duas ſecundam, & tertiam glo. examinet, ex verbis ijs perſpicuum Bartolus ſit, cum ex lege vna quinque ædi, prout lectiones totidem

ad tex.vnum accommodantur, ſubiectum ab eo eſt.
Itaq; cum ſenſus hos quinq; ad tex.vnum per gl.appli-
catos Bart.ait,vtiq; pro tex. vno particulas has duas gl.
tenuiſſe Bart.oſtendit, & hanc mentem Bartolo de gl.
fuiſſe,vt vna ſimul particulas has duas gl.proſequatur,
nominatim Iaſ.hic obſeruat.nu.32.poſt med.ver.& ſic
licet Barto.dicat, ad quem modum gl.accipiendo, vt
pro tex.vno particulas duas habeat,& oppoſitione nõ
pluſquam vna ℨ text. vtatur. in partes eam ſex diſtin-
guẽdã eo.nu.32.Iaſ.ſcribit ver.iſto modo intelligẽdo.
Tertio obſeruandum, niſi de ſolutionibus quinque
gl.memoriam apud Bart.non haberi,ex quibus ſenſus
totidem tex.noſtri conficit, ſed enim ſolutio alia glo.
ꝑtermiſſa a Bar.videtur,de qua ibi ſed reſponde, hic e-
git neſciens,vnde ratio indaganda,quamobrem ſolu-
tionis huius Bart.non meminerit,& quidem ratio alia
omiſſionis eſſe huius non potuit Iaſ.ſenſu admiſſo,
niſi quod aliena ab oppoſitione ſolutio illa videtur.
Oppoſitio enim ad cumulationem prohibendam ſpe
ctat per tex.in d.l. ſi de vi.l.ordinarij, & l. incerti, quæ
permiſſa cumulatio tamen in tex.noſtro eſt. Solutio
hæc porro ad cumulationem non pertinet, verum ad
argumentum renunciationis, ꝙ poſſeſſioni renuncia-
tum ex petitorio,& contradictionis ratione cenſeatur,
Conſequens inſpectioni huic Iaſ.ſententia ſit, non
rectè gl.animum perſpectum apud Bart. fuiſſe, vt niſi
pro text. vno particulas has duas glo. non iudicauerit,
neq; pluſquam oppoſitionem vnam à gl.factam,imò
enim pro ſeparatis particulas ipſas à gl habitas, & op-
poſitione gemina gloſam vſam,ex ſolutione oſtendi-
tur,quæ ad oppoſitionem aliam,quam cumulationis,
& ad renunciationem ſpectat,de qua in particula vlti-
ma.Etenim cũ niſi ad particulã vltimã renunciationis
adaptari ſolutio hæc nequeat,quę de renunciatione lo
quit,ad eã referri neceſſa eſt.l.gallus,§.1.ff.de lib.& poſ.
Si dixeris, tametſi niſi ad oppoſitionem alteram de
renunciatione,ſolutio hæc non quadret, attamen ſa-
tis videri,oppoſitionem aliquam contra vltimam par
tem circa renunciationem ipſam, expreſſam à gl. non
videri,atq; ideo recte à Bar.ſcriptum, pro parte vna ſe
cundam,& tertiam habitam. Quod cum ita ſit, recte
à Bar.ſolutionem omiſſam, quæ ad renunciationem
ſpectat,in qua oppoſitio vlla facta à gl. non eſt, perin-
de quaſi aliena à re ſolutio ipſa videatur. Reſpondetur
Iaſ.ſenſum tutando, immo minoris argumentum fa-
ciendum,quo extra rem locutam glo.diximus,& cum
ad tertiam atq; vltimã tex.noſtri partẽ ſolutio illa cõ-
petat,ad eam accommodãdam.d.l.gallus.§.1.l.2.ibiq;
Soc.in 2.no.eo.tit.l.fundus q locatus.ff.de fund.inſt.gl.
in l. ſi quis in fundi vocabulo in ver.omniũ.ff.de leg.1.
Neq; mouet,ſine oppoſitione ineptam ſolutionem
videri, quoniam oppoſitio ipſa contra partem vltimã
huius tex.ex verbis gl.liquet, ibi ſed certe ergo,& econ
tra,etenim quia demonſtratum in ſolutionibus tribus
anterioribus à glo. eſt, ob id interdictum retinendæ in
ſpecie text.noſtri non reijci, quod ſublatum petitoriũ
ſententia iudicis,renunciatione expreſſa,vel tacita erat
quæ à contrarietate deſcẽdit,ex ſolutionibus ipſis par-
tem nouiſſimam tex.noſtri gl.percutit, in qua expreſ-
ſum eſt,poſſeſſorio renunciatum propter petitorium
non cenſeri,imo enim qua ratione, vel ſublatum ex-
preſſim petitorium eſſe oportet,vel tacite ei renuncia-
tum ex poſſeſſorio creditur, quod inſtitutum poſtea
ſit,idq; contrarietatis ratione.l.poſt diem.ff.de lege cõ-
miſſor.cum alijs in prima dubitandi ratione initio ad-
iectis, ita dicendum econtrario videbatur, vt qui peti-
torium dictauit,poſſeſſionis renunciare iuri cenſeatur
Ita oppoſi. hanc ſecundam contra tertiam text.noſtri
particulam Iaſ.hic obſeruat,& explicat.d. nu. 32. ante
fin.verſ.tamen iſta ſecunda oppoſitio.
Sententia hæc circa ſenſum, & mentem glo.contra
Bar.admiſſa,vt oppoſitionem ſecundam contra par-
ticulam tertiam tex.gloſa habeat,conſequens ſit, vt ex
ſolutionibus, quas ad oppoſitionem priorem in ſpe-
cie cumulationis Bar.applicat,ad oppoſi. hanc ſecun-
dam vltra eam,quam Bart.præterijt, duæ accommo-
dentur,quam enim Bar.neglexit,aut omiſit, ad oppo-
ſitionem hanc poſteriorem ſpectare non ambigitur,
eo poſſeſſorium remiſſum,aut ab eo diſceſſum ob pe-
titorium non dici, quod ignorans poſſeſſionis petitor
153 eſſet, † qui per filium puta, aut ſeruum poſſidebat,
per quos patri,& domino ignorantibus etiam,ex cau-
ſa peculiari acquiritur.l.1.§.item acquirimus ſupra eo.
Ignorantia planè admiſſa,intelligi renunciatio nequit.
l.ſi cum te,& l.tres fratres.ff.de pactis.l. cum aquiliana,
& l.qui cum tutoribus.§.qui per fallaciam. ff. de tranſ.
l.mater decedens.ff.de inof.teſt.l.legitimã.ff.de petitio.
hære.l.ſi.§.idẽ quęſiji.ff.de cõd.inde.l.ſi vno in fi.prin.ff.
loc.l.ſi is ad quem.l.nec is,& l.in repudianda.ff.de acq.
hær. Solutio ſecunda ad oppoſi.hanc ſecundã ſubiun-
gitur ob id renunciationem poſſeſſionis a petitorio
non ſequi, quod poſtea, ideſt petitorio iam introdu-
cto,poſſeſſio actori obuenit, quo caſu intelligi renun-
ciationem nõ poſſe,teſtatũ.ſ. ſatis in ſenſu quarto eſt.
Solutione tertia oppoſitio poſterior diluitur, ſolu-
tiones eſto non faciant,de quibus mentio habita mox
ante eſt,poſſeſſionemq; ipſam apud petitorem initio,
minimeq; eius ignarum fuiſſe fac,poſſeſſionem ex pe-
titorio amiſſam, aut renunciatam nihilo magis intel-
ligi, id quia reſpectibus diuerſis accumulatio facta re-
mediorum eſt petitorij, & poſſeſſorij, ſic quomodo
initio declaratum in reſponſione ad primam dubitã-
di rationem,& ante in lectura quinta habemus.
Senſus is,vt dixi.hoc eſt oppoſitiones vnã,atq; alte-
ram contra ſecundam,& tertiam tex. partes apud glo.
hic attingi,& ſolutiones tres, de quibus ante, ad parti-
culam tertiam, non ſecundam referendas, vt aliud in
duabus ſolutionibus viſum Bartolo ſit,a Iaſone hic ꝓ-
batur dicto.nu.32.ver.ſed aduerte, licet alias legendo.
Cum ſenſu hoc Iaſ. Ripa hic facit.nu.32.verſ.tu dic, ꝙ
oppoſitio.præterquam ꝙ cumulatiuè, non priuatiuè
ſenſum hunc admittit, hoc eſt vt non modo ad parti-
culam tertiam,ſeu finem tex.noſtri, ſed & ad ſuperio-
ra oppoſitio hæc ſecunda trahatur, etenim ex præce-
denub.oppoſitionem ipſam decerpi monſtratũ habe-
mus,hoc eſt a petitorio diſceſſum ex poſſeſſorio intel-
ligi, atq; ideo rationem eandem econtrario videri, vt
poſſeſſorio renunciatum per petitorium cenſeatur,
vnde ad ſuperiora etiam referri oppoſitio hæc poſte-
rior poteſt, ſupra enim dictum in ſolutione tertia eſt,
petitorio tacite,& neceſſario renunciatum contrarie-
tatis ratione, ex poſſeſſorio intelligi, Sed enim falſum
id per tex. noſtrum in fin.videtur,vbi qui petitorium
ingredit, amittere poſſeſſionẽ non vr, quominus cu-
mulare eã liceat. Ergo ius idem probandũ èconttario
videtur,vt qui poſſeſſorium intendit, renunciare peti-
torio non credatur. cum eadẽ vtrubiq; ratio inueniat.
154 † & quo eadẽ ſit contrariorum diſciplina.l 1 ff. de his
qui ſunt ſui vel alię. iuris. Ita ad ſolutionem tertiã, &
præcedentem nec non ad particulã tertiam tex. huius
impugnandam oppoſitio hæc valebit. Atq; ideo im-
pugnatio mutua hic erit,hoc eſt ex ſolutione tertia, in
parte vltima tex. offenditur,vbi renunciatio denegaſ.
quæ in ſolutione tertia ꝑꝑ contradictionem admittiſ.
viceq; contraria ex parte ipſa vltima ſolutio tertia læ-
ditur ne renunciatio tacita cõtradictionis cauſa indu-
catur. Opinionẽ hanc Ripæ,vt ad ſuperiora ẽt,hoc eſt
ſolutionẽ oppugnandã ſecunda hæc ſolutio pertineat,
nec Iaſonem ipſum repudiaturũ fuiſſe arbitror.Quin-
etiã id ſentire Iaſ. vr,cum dictione magis vtiſ, oppoſi.
hanc poſteriorẽ ad tertiã tex. partẽ directo magis ſpe-
ctare. In qua dictione ad ſuperiora ẽt oppoſitionem
con-

155 conuenire non obſcure oſtendit, † poſitiuum com-
paratiuo includenter.l.vbi autem non apparet.§.1.in-
fra de verb.obl.Ray.a Forli.in conſ.vlt.nu.15. inter Si-
gnoroli reſponſa, & quod dicimus in ſumma maiore
minorem contineri.l.diem proferre.§.ſi plures ver. in-
de quæritur.ff.de arbit.c.1.eo.tit.lib.6.

Inter ſenſus hos Bart.& Iaſ.hactenus differt, vt par-
ticula ſecunda, & tertia per oppoſitionem non pluſ-
quam vnam confuſaneè a gl. tractata Bartoli ſenten-
tia ſit, vt Iaſ.hic monſtrat dicto nu.32.verſi. & ſic licet
Barto.dicat. Iaſ.planè diſiunctim, & per ſe particulam
tertiam diſceptari à gl.ſentit, & contra particulam ip-
ſam tertiam oppoſitionem à gl.æquè principaliter fie-
ri, ad eamq; ſolutiones tres, de quibus ante reſpicere.

Senſus is Iaſ. vt auribus adblandiri ratione prima
videatur, rectius tamen, & honeſtius ſententiam anti-
quam obtinuiſſet, in eaq; conſtanter hæſerat, namque
particulam vtranq; ſecundam, & tertiam in commu-
ne, & mixtim à gl.examinari, vel ex Iaſ.ipſo oſtendi-
tur, qui ad ſuperiora etiam oppoſitionem ſpectare nõ
negat, quam ſeparatim fieri à gl.inquit, cum dictione
magis vtitur, hoc eſt directo magis oppoſi. hanc po-
ſteriorem ad tertiam tex. particulam accommodari,
ergo etiam ad ſuperiorem partem, quamuis non per-
inde accommode conuenire oppoſit. ipſam poſterio-
rem innuit.

Secundo communem gl. tractatum inter ſecundã
& tertiam tex particulas eſſe, ex verbis ipſis gl. apertius
demonſtratur, quæ ad præcedentia expreſſim relatio-
ne vtitur, ibi ſed ſupra intellexi, cum ex certa ſcientia.l.
vbi in quarto eius ſenſu, cum poſſeſſorio ob petitoriũ
renunciatum non eſſe ignorantiæ cauſa ait, contra
quam ab ea ſcriptum in ſolutione tertia fuerat. Re-
ſpondet inter tertiam, & quartam ſolutiones differre,
quòd poſſeſſionis ſciens in ſolutione tertia petitor eſ-
ſet, quo caſu contradictionis nomine renunciationẽ
tacitam neceſſario ſequi. Ita ſolutiones has tertiam,
& quartam ad eandem oppoſitionem ſpectare, non
obſcure gl.indicat, vnde ſolutionis tertiæ defendendæ,
& obiectioni tacitæ de text.noſtro, quæ ſolutioni ter-
tiæ obſtabat, occurrendi cauſa, ſolutio aſſuta quarta
eſt. Proinde non potuit, neq; debuit Iaſ.propter ſolu-
tionem hanc quartam ſeparationem in dictis glo. in-
ducere, vt ad oppoſitionem alteram, & ſeparatam ſo-
lutio hæc quarta pertineat, cum a ſolutione ſeparari
tertia nequeat, quam ad oppoſi. primam ſpectare Iaſ.
ipſe non inficiatur, neq; inficiari poteſt, qui initium op
poſitioni poſteriori poſt ſolutionẽ ipſam tertiã pbet.

Tertio coniunctim de parte vtraq; gl. diſſerere, ſo-
lutio vltima non obſcurè debet, quæ ad partem ſecun
dam non minus atq; vltimam quadrat, vt prohibita
cumulatio non intelligatur, cum reſpectibus diuerſis
poſſeſſorij coniunctio cum petitorio fit. Simili modo
quam ad oppoſitionem ſecundam, ſolutionem ſecun
do loco afferri Iaſ.ait, quòd iudicio pendente, acquiſi-
tio facta poſſeſſionis ſit, nonne ad partem ſecundam.
tex.atq; tertiam competit, vt cumulatio impediri ob
poſſeſſionem non debeat, quam iudicio iam inſtituto
nactus petitor eſt.

Quarto verbis mentiq; gl.ſenſum hunc contrarium
Iaſ.eſſe, non obſcure oſtenditur, ꝙ continuatiue, ad-
uerſandoq; oppoſitio in verbis illis a gl.aſcribitur, ſed
certe.l. At enim nulla in ſenſu Iaſ.continuatio, verum
digreſſio a parte ſecunda text. ad tertiam fiet, contra
156 quam, & verba & mens ipſa glo.ferant. † Rurſus ea
aduerſatiuæ natura eſt, vt qualitates præcedentium re-
petat Bal.in l.omnes populi nu.21.ff.de iuſt.& iure, Iaſ.
in l.1.in fi.quinti.not.ff.ne quis eum qui in l. filius a pa-
tre nu.7.verſ.ſecundo quæro.ff.de lib.& poſt.ſed enim
ad qualitatem diuerſam aduerſatiua referetur, ſi ad di-
uerſa ſpectare oppoſit. hanc dicimus.

Quinto rem abſurdam ſenſus is Iaſ.habet, cum op-
poſi.de qua in d.ver. ſed certe.l. ad particulam tertiam
text. applicat. Quoniam oppoſitio ipſa ex ſolutione
tertia gl.deſumitur, in qua expreſſum eſt, petitorio ta-
citè, & neceſſario renunciatum ex poſſeſſorio intelligi.
atq; ideo ex ſolutione hac tex. noſter in parte tertia in
ſenſu hoc Iaſ.oppugnabitur, falſum videri, poſſeſſio-
ni ab eo non renũciari, qui rem vendicauit. Imò enim
renunciationem tacitam induci ex ſolutione tertia gl.
oſtenditur. Qua re quid abſonum magis, vt ex dictis,
aut ſolutionibus glo. Doc.vè tex. cædantur, ſeu oppu-
gnentur. Imò enim ècontrario dicta, & ſolutiones gl.
& Doc.per tex. ipſos impugnari conuenit. Quocirca
recte tex.ipſum tertiæ glo.ſolutioni, non ex diuerſo ſo-
lutionem ipſam obſtare textui dicemus. Ea de re ſen-
ſus is ferendus Iaſ.non videtur, vnde eo impudentiæ
peruenisse gloſſam facit, vt ex ſolutione ſua in text.
noſtrum inſultaret.

Apparet ex his, melius Bar.de glo.animo ſenſiſſe, vt
promiſcuè partem, vtranq; iuxta tertiam, atq; ſecun-
dam exponat. Neq; Iaſ.argumentum mutat, ineptam
ſolutionem gl.quæ ignorantia nititur, ſi ad ſuperiora
oppoſitio refertur in quibus de cumulatione verba
fiunt, & argumentum refellitur, quod cumulationi ip-
ſi refragari videbatur. Solutionem planè ad renun-
ciationis argumentum reſpicere, de qua in parte tertia
atq; vltima tex. noſtri. Imò enim appoſitæ ſuperiori-
bus, & ad oppoſi. primam ſolutio hæc quarta accom-
modabitur. Oppoſitio enim habet, poſſeſſorij cum
petitorio concurſum contradictionis cauſa non per-
mitti. Reſponſio tertia reddita, concurſum nullum
inueniri, petitorio per renunciationem tacitam, & ne-
ceſſariam diſſoluto. Neq; reſponſioni aut ſolutioni
huic text.hunc in fin. contradicere, vbi vni per alterũ
renunciatum non creditur. Atque ideo neceſſariam
vnius extinctionem non eſſet, vt locus alteri fiat. Quo-
niam rationem diuerſam.tex.noſter habet, in quo poſ
ſeſſioni ex petitorio renunciatum idcirco non credi-
tur, quod poſſeſſionis inſciens petitor eſſet.

Poſtremo prædictorum omnium nihil eſſe fac, &
ad partem vltimam tex.oppoſitio eſto glo. pertineat,
quam poſteriorem Iaſ.ait ex ſolutio ..q; tertia glo. re-
ctè tex.oppugnari concedamus, contra quam demõ-
ſtratum ante eſt. Immerito tamen Iaſonis cenſuram
Bar.patitur. Quoniam conſequens ſemper fit, partem
vtranq; ſecundam, & tertiam tex.huius apud gl.diſcu-
ti, id quia in ſecunda cumulatio, renunciatio in tertia
vertitur, ſed enim connexæ cumulatio, & renunciatio
ſunt, ab vnaq; altera pendet, & quidem à renunciatio-
ne cumulationem pendere, apparet. Quoniam ſi re-
medio vni renunciatum expreſſim, aut tacite facimus
vtiq; nihil erit, quod alterum inſtitui prohibeat, cumu-
latione tunc quieſcente. Renunciatione item remota
157 & remedio, vtroq; conſtante † in caſibus tribus lo-
cus cumulationi erit, de quibus gl.meminit, ideſt cum
poſſeſſionis neſcius actor erat, vel ſi poſtea poſſeſſio
acceſſit. Aut rationibus, vel reſpectibus diuerſis cu-
mulatio fit. Connexione hac igitur inter particulam,
vtranq; tex.interueniente, quod ab altera vtrãq; pen-
deat, non immerito ex ſolutionibus quinq; gl. ad ſen-
ſuum, aut lecturarum quinq; collectionẽ inferre Bart.
licuit, quũ quæ ad renunciationem ſolutiones ſpectant,
ad cumulationem eædem, viceq; contraria pertinent.

Conſequenter his dicendũ, falſum Iaſ. fuiſſe, cui vi-
ſum ſit, ſolutiones omnes glo.ad oppoſi.primam non
conuenire, imò enim ad eam non inepte accommo-
dari, demonſtratum ante pp connexionem habemus

Scrupulus vnus ſupereſt, cur memoria apud Bar.ha
bita ſolutionis illius non eſt, quæ ad renunciationem
reſpicit.i.ꝙ nota poſſeſſionis agſitio petitori nõ eſſet, e-
tenim ſi eodẽ ſolutiones oẽs reſpiciũt, & ꝗ ad renũcia

Digitized by Google

tionem eligendam confert, ad cumulationem eadem
prodeſt, cur ſolutionis illius de ignorantia mentio ſi-
militer à Bar.facta, vt aliarum non eſt. Reſpondetur
ſolutionem, aut reſponſionem hanc eandem, atq; pro
xime aſcriptam eſſe, cum petitorio in iudicio deducto
poſſeſſionem actor adipiſcitur. Eadē quippe vtrubiq;
ratio, quam ob rem poſſeſſionis interitus à petitorio
non ſequatur, qua enim ratione in eo intelligi renun-
ciatio poſſeſſionis non poteſt, qui eam inicio non hēt,
cum petitorium intendit, ita nec in eo, cui cognita poſ
ſeſſio non eſt, ita pro eodem caſum hunc vtrunq; ſeu
ſolutiones has duas pro eadem Bar. habuit.

Senſibus, ſeu lecturis his quinq; gl. ita à Bart. relatis
158 † ad excuſſionem earum aggreditur, veræ nec ne ſint
& quod ad primam attinet, concurſum, aut cumu-
lationem poſſeſſorij cum petitorio hic non verſari, vt
pote petitorio ipſo iudicis ſententia explicato. Atq;
ideo contrarias textui noſtro leges non eſſe, quæ con-
tra text. ipſum oppoſitæ a glo. & Bart. ſunt. In quibus
concurſus poſſeſſorij permiſſus cum petitorio non eſt.
Lecturæ huic Bart. contradicit, in quo loco mendo
Bart. non vacat, cum ſcriptum eſt, ſecundo contra
iſtam lectu. Quomodo enim oppoſitio ſecunda intel-
ligi contra lectur. hanc. 1 poterit, quam oppoſitio alia
non anteuertit. Quare ſed legendum pro ſecundo ar-
bitror, quæ oppoſitio id habet, Præſuppoſito falſo
lectu. hanc niti, vt ſententiam de petitorio actore paſ-
ſo, confugere ad poſſeſſorium liceat, immo enim con-
ſumptum, & extinctum poſſeſſorij ius ex petitorio po
tentiori videtur, a quo abſorberi poſſeſſorium dicitur.
Quare fruſtra de poſſeſſorio diſceptationis labor pe-
titorio finito, capitur glo. in l. 2. §. quædam in ver. de li-
beris in fin. infra de interdic. Dyn. in reg. qui ad agen-
dum lib. 6. ex tex. id iuuare Bart. poterat in l. officium,
159 & in l. qui reſtituere. ff. de rei vendicat. † vbi ſententia
in rei vendicatione, atque adeo in petitorio lata, rem
ipſam reſtituere neceſſe victus habet, ita inutilis reo
poſſeſſio ſit, qui de petitorio litem amiſit. At enim
inanis poſſeſſio non fieret, neq; reſtitutioni eius tenere-
tur, ſi locus interdicto retinendæ poſt petitorium defi-
nitum ſit. Quod idem ex text. ſignificantius confir-
matur in cap. cum dilectus de cau. poſſ. & proprie. vbi
cum vni in petitorio, in poſſeſſorio litigatori alteri
ſententia dicitur, ad executionem non niſi ſententia
perducitur, quæ lata in petitorio eſt, id quia potentius
id habetur, & poſſeſſorij ius conficit, atq; enecat. Idem
Bal. tradit in d. l. incerti. num. 12. poſt med. verſicu. ter-
tia regula. Caſtren. d. l. ſi de vi col. 3. poſt prin. verſ. pro-
derit, etiam in alio in 1. lect. de quo locupletius apud
Socin. in conſi. 98. num. 4. lib. 4. & obſeruandum, le-
cturæ huic primæ glo. ratione validiore tex. reclama-
re in d. c. cum dilectus. Etenim ſi effectum executio-
nis, ſententia non habet, quæ dicta iam in petitorio
eſt, longe facilius impediri poſſeſſorij iudicium per
petitorium definitum debebit. l. patre furioſo. ff. de his
qui ſunt ſui, vel alien. iuris. l. tutor. 1. ff. de ſponſal. l. non
ſolum. §. fin. cum l. ſeq. ff. de excuſat. tutor. l. is cui. ff. de
teſtam.

Rurſus, & ſi maxime poſſeſſorij inſtituendi pote-
ſtatem ei facimus, qui victus in petitorio ſit, executio-
nem tamen habiturum poſſeſſorium id non erit. d. c.
cum dilectus. Quorſum igitur poſſeſſorium admit-
tere, quod ab effectu omni futurum vacuum ſit. l. non
cogendum in fi. ff. de procura. l. hæc ſtipulatio. §. diuus
ff. vt lega. nomi. cauea. l. 1. §. dixerit aliquis ſupra de
publica.

Lecturam hanc primam glo. adiutando, ad argu-
mentum contra eam intortum Bar. reſpondet, locum
ei ita eſſe, ſi ideo in petitorio actor cadit, reusque ab-
ſoluitur, quod rei petitæ dominum reus ſe oſtendit, ibi
enim verum erit, poſſeſſione potentius dominium eſ-
ſe, & à dominio ipſo poſſeſſionem abſorberi, ad quē
161 caſum † tex. ſpectat in d. l. 2. §. quædam infra de in-
terdic. vbi cauſa interdicti illius de itin. actuque priua.
contra actorem definita, qui de iure, ſeruitutis non
edocuit, finem ex toto negocium accipit. Adeo vt
quaſi poſſeſſionis ratione experiundi ius non ſit, id
quia permixtam proprietatis cauſam interdictum il-
lud habet, quotiens itineris refectio vertitur. Rei cu-
ius illa eſt ratio, quod dominium rei in fundo ipſo, à
quo ſeruitutem deberi actor aſſerebat, in manifeſto
proponitur. Atque ideo reo ipſo abſoluto, remedij
quicquam actori victo non ſupereſt ad quod adire
poſſit, cum ad reum victorem res pertineat, neque in
controuerſiam ius eius quantum ad rem vocatur, cū
niſi ſeruitutis ius actor ſibi non arroget. Quod idem
162 ex tex. demonſtratur † in l. 1. in fi. infra de aqua quot.
& æſti. Interdictum enim illud de aqua ex caſtello du-
cenda, permixtam proprietatis cauſam habet, vnde ſa
tis poſſeſſio, ſeu quaſi non eſt, niſi & ius aquæ ita du-
cendæ a Principe tributum, aut conceſſum ſit, de eoq;
fidem actor faciat, qua non præſtita, atq; ideo reo ab-
ſoluto, definita cauſa ex toto creditur. Quoniam de
iure ipſo rei hoc eſt Principis, aut Reipublicæ, ſeu cau-
163 ſam ab eis habentis non dubitatur, idq; hoc eſt, † nō
aliter cauſam poſſeſſionis conſumptam ex petitorio
intelligi, quam ſi rei abſoluti dominium apparet, ex ip
ſis Dyni verbis Bart. oſtendit cum dominij exceptio-
ne excludi, vel non cum ait. qui poſſeſſorio vtitur, Mi-
ſterio enim Dyni verba non vacant, cum de exceptio-
ne dominij loquitur, per eam ex ſententia competen-
tem actorem excludi. Quid ita de dominij, non etiā
rei iudicatę exceptione ſimpliciter loquitur. Nimirum
quo planum faceret, de omni ſe rei iudi. exceptione
non ſentire, vt poſſeſſorio indiſtinctè obſtaret, verum
ſi dominium ſapit, aut ad dominium pertinet.

Dominium planè ſapere, aut ad illud pertinere nō
aliter rei iudi. exceptio poteſt, quam ſi de dominio ip-
ſo facta fides ſit, de eoq; iudici conſtiterit. Aliter enim
de dominio dici iudicatum non poteſt. Cum nihil in-
164 terſit, † dominus quis non ſit, an dominium eius non
liqueat. l. argentarius. §. cum autem. ff. de æden. l. pom-
ponius ſcribit ſi frumentum in fin. ff. de rei vendi. l. in
lege. ff de contrah. emptio. l. duo ſunt titij. ff. de teſtam.
tut. & alia non pauca, itaq; cum ideo in ſpecie contro-
uerſa, & lecturæ huius primæ, abſolutus reus propo-
natur, non quod dominium ſuum edocuerit, verum
quod dominij probatione actor defecit iuxta. l. qui ac-
cuſare. C. de æden. l. 2. C. de probatio. l. fi. C. de rei vend.
§. commodum inſti. de interdic. Argumentum con-
tra lectur. ipſam obrectum ſilet, potentius poſſeſſorio
petitorium eſſe, & à petitorio poſſeſſorium abſorbe-
ri, atq; ideo fruſtra poſſeſſorium poſt petitorium de-
finitum intendi. Quia negatur, de dominio ipſo in
gratiam rei pronunciatum intelligi, quandoquidem
pronunciari, nec expreſſim potuiſſet, dominij proba-
tione non impleta. l. qui ad certum. ff. locat. Dominij
igitur iure remoto, ratio argumenti ſilet, fortius poſ-
ſeſſione dominium eſſe.

Si dixeris, dominum ſaltem ob id reum præſu-
mendum, quod abſolutus eſt, reſpondetur, præſum-
165 ptioni huic text. repugnare † in l. ſed & ſi poſſeſſori
in princi. ff. de iureiurand. vbi cum rem petitoris non
eſſe reus iurat, atque ideo actor abſoluitur, quod de
dominio ſuo non docuit. Si ad actorem ipſum res
perueniat, effectu ſententiæ contra cum reus abſo-
lutus non vtitur. Id quia iuris quicquam ex iuramen-
to, & ſententia id genus reus non conſequitur, qui
in hoc abſoluitur, quod de iure ſuo fidem actor non
fecit, eiuſdem ſententiæ tex. eſt in l. ſi inter me infra de
exceptio. rei iud. Conſequenter his dicendum, ob ſen-
tentiam id genus abſolutoriam dominum reum non

præ-

Digitized by Google

præſumi,atq; ideo exceptionem rei iud.iudicio poſſeſ-
ſorio non obſtare.

Apparet ex ſolutione argumenti prædicti contra
primam lectu.gl. obiecti, locum lecturæ eſſe huic non
poſſe,vbicunq; eo abſolutus reus diceretur,quod fides
dominij ſui facta à reo ſit,ibi enim rei de petitorio iu-
dicatę exceptionem poſſeſſorio obſtaturam,ſed enim
ad oppoſitionem proximam rem hanc Bar.reijcit,vbi
nec dominij probatione præſtita, rei iudicatæ obeſſe
exceptionem putat.

Secundam oppoſitionem circa dicta hæc in prima
lectu. Barto. ſubiungit, quæ oppoſitio ad impugnatio-
nem eius ſpectat, quod enarratum mox in ſolutione
argumenti eſt contra lecturam primam obiecti, hoc
eſt locum primæ lecturæ non eſſe, vbicunq; ſententia
in petitorio,abſolutoriaq; dicta ideo eſt, quod fidem
dominij ſui reus fecit,ibi enim exceptionem rei de do
minio iudicatæ obſtaturam,quod abſorptum,& con-
ſumptum poſſeſſionis ius ex petitorio ſit,atq; ideo le-
cturæ locum tum primæ non eſſe, ſed enim proban-
dum id non videtur,vt pote quo admiſſo, abſurda res
conſequitur,vt phas domino, & reo abſoluto ſit, ne-
gocium,ſeu moleſtiam poſſeſſori facere, impuneque
turbare, ita vt poſſeſſionem ſuam per interdictum ei
tueri retinendæ nō liceat,id quia ſi eo vtatur,exceptio-
nem rei de dominio iudicatæ ſemper turbator obij-
166 ciet, † ſed enim iure id permiſſum non videtur,vt in
poſſeſſione domino inf[illegible]quempiam liceat. l.vim
facit infra de vi, & vi ar[illegible]uncta. l. non eſt ſingulis
infra de regu.iuris, & in l.ſi quis ad ſe fundum.C.ad le-
gem iul.de vi. Atq; in ſpecie,poſſeſſorem inquietandi
licentiam domino non eſſe,ex glo. Bart. oſtendit in l.
ſi de eo.§.fin.in fin. cum arg.gl.ſoluit,quæ verba, cum
argumentum,deſiderari in Bart. videntur, qui imper-
fecte in codice meo,ita legi.§.fin.in fin.gl.ſoluit.Clan-
deſtinitatem enim etiam in rei ſuæ poſſeſſione eſſe gl.
ait, ſi moleſtiam dominus ei infert, qui ante poſſide-
167 bat, † at enim in re propria clandeſtinitas non con-
tingeret,ſi liberum domino facimus,poſſeſſorem per-
turbare.l.1.§.non fuit. ff. de dolo. l. quidam teſtamen-
to.§.fin.ff.de lega. 1.l.3.§.is tamen infra de lib.hom.ex-
hib.l.iniuriarum.§. 1. infra de iniur. l. nemo damnum
& l.nullus videtur infra de reg.iur.l.ſancimus.C.de ad-
min.tutor.l.gracchus.C.de adult.l.1. C. de delator. lib.
10.c.cum eccleſia vulterana de electio. c.dilectus, ibiq;
Card.de offi lega.

Rationibus,& argumentis his à Dyn. Ray. diſſentire
Bart. refert,hoc eſt rei iudicatæ exceptionem interdi-
cto retinendæ omnino non obſtare, dominium, vel
non exceptio ipſa ſapiat, probatio dominij, vel non
facta à reo ſit. Quam opin. veram Bart. præterquam
168 in caſu vno arbitratur. Cum æqualitas† in probatio-
nibus litigatoris,vtrinſq; contingit, ibi enim victorem
eum futurum,qui fidem dominij facit, id quia iuſtior
poſſeſſio eius ex dominio apparet,vt Cyn.not.in l.1.q.
penult.C.vti poſſid.idem Bart infra repetit.nu.3.verſic.
ſecundo caſu. Ripa hic num.99.& ſeque. Conſequens
opinioni huic Rayn. contra Dy.fit,locum ſenſui prio-
ri glo. omnino eſſe,quocunque modo abſolutus reus
petitorij ſit, vel quia non probatum,vel quia de domi
nio ſuo reus docuerit.

Si dixeris,opinioni huic Rayn. & Bar. contra Dyn.
glo.repugnare in d.l.ſi de vi.in fin.glo.magnæ, quæ ex-
ceptionem dominij aduerſus poſſeſſorium admittit,
dum fides dominij modo ex continenti fiat. Reſpon-
det Bart.ad interdictum adipiſcendæ non perinde pri-
uilegiatium, aut fauorabile, ac retinendæ, glo. illam
169 pertinere, † cum facilius quid conſeruetur, aut reti-
neatur, quam recens acquiratur. l. patre furioſo. ff. de
his, qui ſunt ſui,vel alien.iuris.l.per retentionem. C.de
vſuris. Neq; mouet, generaliter glo. illam loqui ob

id non recte ad interdictum eam adipiſcendæ reſtrin-
gi. Reſpondet Bart.reſtrictionem hanc ex ipſis gloſſ.
verbis percipi. Cum ex regula illa exceptionem op-
poni dominij ait, de qua in l. dolo; infra de doli mali.
170 exceptio. † Dolo facis, qui id petis, quod reſtitui o-
porteat,in quibus verbis de eo gloſſ. loqui, & ſentire
conſtat,qui ad poſſeſſionem acquirendam aſpirat,ine-
pta,quippe contra eum,qui conſeruationi, aut reten-
tioni ſtudet,exceptio illa videtur, fruſtra petis cum re-
cens quicquam non petat in retinendo demum labo-
ret. Rurſus ad interdictum retinendæ reſtitui verbum
non competit,cum niſi conſeruatio, & retentio in eo
non interueniat. Reſtitutio plane acquiſitionem, aut
ablationem ab eo factā innuit, qui eā ſibi reſtitui poſ-
cit,ſed enim nihil ab aduerſario auferre, aut conſequi
cogitat,qui conſeruationi operam, aut retentioni dat.
Ad eundem modum accipi, & Cyni dictum oportet
in l.2.C. de edicto diui adria. tollen. Cum dominij ex
cōtinenti probandi exceptionem ꝫ poſſeſſoriū oppo-
ni recte putat, vt ad poſſeſſorium adipiſcendæ ptineat.

Oppoſitionibus his vna atq; altera contra. 1. lectur.
glo. commemoratis: Diſtinctionēq; illa circa quæ-
ſtionem relata,vtrum rei iud. exceptio poſſeſſorio ob-
ſtet,vt referat,ad dominium nec ne rei abſoluti ſentē-
tia pertineat, quo perſpicua magis in poſſeſſorio om-
ni res fiat, traditionem vberiorem nequidem prætor
morem, Barto. præcipit, in qua diſtinctionem inter
poſſeſſorium ſimplex atque mixtum facit,quod con-
iunctam,aut per mixtam proprietatem habet, ſi qui-
dem mixtum poſſeſſorium eſt. Equalem interdicto-
rum omnium conditionem eſſe iuxta retinendæ,recu-
perandæ,atq; adipiſcendæ eſſe, hoc eſt vt ſententia in
poſſeſſorio id genus lata,ex toto negotium dirimatur,
reiq; iudicatæ exceptionem æque contra poſſeſſorium
atq; petitorium ſententia ipſa pariat.d.l.2. §. quædam.
ibiq; gl.in ver.de liberis in fin.infra de interdic.d.l.1. in
fin.infra de aqua quoti. & eſtiu. Quod cum ita ſit, ad
interdictum id genus lectu. hæc prior adaptari gl.non
poterit, vt qui ſententiam paſſus in petitorio eſt, quia
fides iuris ab eo facta ſeruitutis nō ſit, ad poſſeſſorium
ei confugere merum liceat. Cum merum ibi intelligi
poſſeſſorium nequeat,vbi mixtum contingit, vnde ſi
à petitorio ſuccumbit, remedio omni deſtitutum ſe
videt, id quia ad petitorium ipſum ſententia abſolu-
toria ſpectat, atq; ideo petitorium ſapit, quo caſu ſe-
cundum glo.& Dy.dubitandum non eſt, quin in om-
ni caſu ſententia noceat. Et quia de interdictis mixtis
in præceptione hac Bar.meminit, priuſquam ad vlte-
riora progrediamur, aliqua in eis prænarranda duxi.
Primum,quæ mixta interdicta dicantur, alterum, cur
mixta vocentur,tertium,quid ita interdictis aliquibus,
potiuſquam alijs natura hæc tributa per mixta ſit.

171 Circa primū,† interdictis quinq; confuſio,aut mix-
tura hęc communicata legitur,ex quibus tria tex.com
memorat in d.l.2 § quædā.i.interdictum de iti. actuq;
priu.Alterum de locis ſacris,& religioſis. Tertium de
liberis exhibendis.Reliqua duo gl.exprimit in d § quæ-
dam in ver.priuato.de aqua ſcilicet ex caſtello ducēda.
l.1.§.fi.infra de aqua quot.& æſtiu.& de arboribus cæ-
dendis.l.1.in prin genitiuum illius expendendo,ꝙ do-
minium dicit,& expreſſius in §.non ſolum infra de ar-
bor.cæden.ſextum Caſtr.aſſuit in d.l.ſi de vi nu.7.in 2.
lect.de aqua ex flumine publico ducenda. Interdicto
de aqua ex caſtello ducenda,mixtam in eo proprieta-
tis naturā eſſe,Ruin.meminit in conſ.230 nu.12.lib.1.
Soc.iun.in conſ.182.num.6.lib.2.ſed ſcitè, & præclare
magis Caſtre.in d.l.ſi de vi.nu.7.in poſteriore lectu.vbi
rationem affert,quam ob rem natura mixta prædictū
interdictum hoc ſit, ꝙ iuris præſumptio ſcilicet cum
actore pugnat, qui interdicto hoc vtitur, cum princi-
pis ius aquæ id genus ſit, quæ ex caſtello ducitur.

Digitized by Google

Ita inter iura regalia connumeratur, de quibus in titu, quæ ſint regaliæ, quæ iura principi reſeruata Doc. nũcupant,

Interdicto huic de aqua ex caſtello ducenda, aquam Caſtr. aſcribit, quæ ex flumine publico ducitur, quæ & ipſa iuris principalis exiſtimatur, ꝙ ita admiſerim ſi nauigabile flumen ſit, vel nauigabile alterũ efficiat. iuxta. l, quo minus, & ibi not. infra de flum, vnde nõ rectè aquã fluminis publici aquæ ex caſtello parem generaliter Caſtren. facit,

372 Circa interdictum † etiam de itin. actuq; priua. obſeruandum, inquantum mixtę naturæ dicitur. Iaſ. enim hic nu. 54. verſ. iſtas opiniones mixtam hanc naturam ſimpliciter, generaliterque aſſerit. Atqui generaliter plus nimio, ita ſcriptum à Iaſ. eſt, ſi quidem in capite vno demum proprietatis naturã induit, cum refectio vertitur, ſeu cum loci reficiendi cauſa interdicto hoc quiſpiam vtitur, quotiens locum reficere quis pareat, in quo ſeruitus itineris debita actusvè eſt, & reficere per aduerſarium impeditur, quo caſu ſatis actori non erit, de poſſeſſione mera fidem facere, quod itinere actuvè eo anno vſus non vi, clam, aut præcario ſit, at enim & ius, ſeu dominium ipſum probandum ſeruitutis erit. l. 3. §. ait prętor, & pluribus §§ ſeq. infra de iti, actuq; priua. Atq; ita ad caput hoc refectionis mixturam hanc proprietatis glo. reſtringit in d. l. 2. §. quędã, in verſ. priuato, infra de interdic. Mixtura igitur proprietatis in hoc cõſiſtit, quod qui loci itineris, aut actus reſtituendi cauſa, interdicto hoc vtitur, ſatis non habet de poſſeſſione, ſeu quaſi fidem facere, niſi & ius, ſeu titulum ipſum ſeruitutis edoceat. Poſſeſſionis item mixtura in eo vertitur, quod in poſſeſſione loci ſeruientis ſe defendi actor poſtulat, vt in eo manere tantiſper liceat, dum loci peracta inſtauratio ſit.

In altero planè capite, in quo refectio non vertitur, ſed poſſeſſio, ſeu quaſi eundi, aut agendi ſolummodo, cum aduerſariũ inberi actor poſtulat, ne vim, aut turbationem in poſſeſſione ipſa aduerſarius faciat, mixtura hæc proprietatis ſilet, Quare iure tituloq; ipſo ſeruitutis poſthabito, illud demum inquirendum, vtrum poſſeſſione ipſa, ſeu quaſi eo anno diebus actor vſus non minus. xxx. non vi, clam, aut pręcario ſit, atq; ideo poſſeſſionis ſolius, non etiam dominij, aut iuris ſeruitutis præſtanda probatio erit. l. 1. in prin, & §. 1. & 2. & d. l. 3. § ait prætor aduſq; § reficere, infra de itin. actuq; priua. Quibus in locis differentia hæc inter capita iſta duo interdicti huius de itin. actuq; priu. expreſſa in ſpecie apparet. Differentiam hanc Ripa etiam hic obſeruat. nu. 41. Fabius. nu. 38.

373 Circa ſecundum, † quam ob cauſam mixtum interdictum dicatur, in promptu ratio eſt, quod litem in eo actor obtinere non aliter poteſt, niſi ſi de iure proprietate, ſeu titulo doceat. d. l. 3. § hoc autem interdicto infra de itin. actuq; priua. d. l. 1. §. permittitur, & § fi. infra de aqua quot, & ęſti. vbi titulus conceſſionis exquiritur idem hoc tex. oſtendit in d. l. 1, in princ, infra de arbor. cæden. genitiuum ſpectando, qui ad dominium refertur. l. 2. §. locum. ff. de relig. Bart. & alij in rubr, ſupra de oper. noui nunciat. At expreſſius id ea. l. 1. habetur. §. non ſolum, vbi niſi domino, aut fructuario interdictũ illud de arboribus cędendis non accommodatur, ergo dominij. aut iuris vſusfructus præſtandæ probatio erit, vnde ſola poſſeſſio ſatis ad victoriam non erit, vt arborem impendentem ſuccidere cui liceat, tituli tamen probationem admitterem, qui ad publicianã valeat,

374 De tertio, † vnde factum ſit, vt eadem interdictorũ omnium conditio non ſit, hoc eſt mixtam omnium naturam non habeant, & qua propter quibuſdam id potius tributum quam alijs ſit, rationem aliam inueniri poſſe non arbitror, quam quæ à præiudicio grauiori pendet, quod grauius in eis diſpendium contingit, idq; videre in aqua ex caſtello ducenda eſt, caſtellum enim, ideſt à quarum conceptaculum ære publico ædificatur, quo vſibus publicis totius ciuitatis, aut oppidi aqua ſeruat. Vnde ſi poſſeſſio ſola ſatis in eo eſſet, non ægre vtilitas lædi publico poſſet. Aquam ex caſtello permultis ducentibus, quibus poſſeſſionem ſuam continuantibus, & defendentibus, commodis publicis forte ſatis aqua non faceret. Cauſa eadem præiudicij maioris in loco itineris, aut actus reponendo vertitur. Facilius quippè non paulo itinere actuvè ex familiaritate vti, quam ad locum reficiendum quiſpiam permittetur. Cum ad familiaritatis ius actus ipſe reficiendi non ſpectet. Rurſus niſi domino fundi, aut ius in re habenti factum hoc loci concinnandi nõ competit. Eam ob rem probationem iuris ipſius in capite hoc interdicti exigendam lex cenſuit.

Rationem eandem pręiudicij maioris interdictum
375 de arboribus cędendis habet, † quo facultas cui datur iure ſuo, ſineq; iudice arborem alienam in ędes alienas impendentem ſuccedendi, lignaq; eius ſua faciendi, ad quem modum, & arbore, & fructibus cariturus dominus eius ſit, vnde cum pœnam, aut damnum permiſſio hæc ſuccedendi habeat, rectum æquumvè legi viſum, permiſſioni id genus locum non aliter eſſe, niſi ſi de dominio, aut iure ſuo ædium ſuccidens edoceat.

Facilior ratio hæc præiudicij maioris ad interdictũ
376 de liberis exhiben. pertinet, † vt poteſtatem patriam docere neceſſe actor habeat, ne in poteſtate alias cuiuſpiam fiat, liberos alienos ex poſſeſſione ſola à parentibus forte ipſis extorquendi. Occaſio quippè delinquendi præberi non difficulter poſſet, quid enim ſi dolo, aut arte qua poſſeſſionem, ſeu quaſi filij alieni quiſpiam nanciſcitur, ſi ſatis poſſeſſionem ad interdictum de liberis exhibendis dicimus, nonne patris veri, aut libertatis ius lædi eius poterit, quem ſibi exhiberi actor poſtulat.

Rationem aliam tamen mixturæ huius inducendæ in liberis exhibendis, obſeruare lex videtur, vt ideo poteſtatem patriam docere actor debeat, ꝙ ea remota, hominem poſſidere liberum non licet, neq; ſine poteſtate hæc poſſeſſio vlla contra hominem liberum intelligi, vel in vinculis cuſtoditum poteſt. l. cum heredes in fin. & l. qui vniuerſas. §. 1. infra eodem. Sed nec in dominio cuius eſſe homo liber. poteſt. l. 1. §. 1. infra de interdic. l. 1. §. 1. ff. de rei vend. tex. cuius ratio ex prædictis percipitur. Quiritum, ſeu poteſtatis patriæ iure idcirco liberos vendicari, ꝙ dominij noſtri quodammodo, poteſtatis huius cauſa, videntur, ita iure quiritũ ideſt poteſtatis patriæ iure, quæ niſi quiritibus, aut his, qui iure quiritum, ſeu Romanorum fruuntur, non cõpetit ad exemplum dominij permiſſa vendicatio eſt, non enim in dominio patris ſimiliter filius eſt, vt ſeruum ſuum dominus habet.

Rationem hanc in poſſeſſione, ſeu quaſi vxoris, ma
377 rito reſtituendæ pontificium ius admiſit, † vt non aliter viro reſtitui mulier debeat, niſi ſi poteſtatis ſuæ fidem faciat, quæ ex matrimonio perfecto conciliatur cum aliter poſſeſſio in eam cõpetere vti liberam nequeat. cap. ex tranſmiſſa, & cap. ex parte de reſtitu. ſpoliat. Rationem hanc Abb. docet. q. 4. titulus clericus poſt prin.

378 Rationem eandem imò faciliorem, & maiorẽ † interdictum de locis ſacris, & religioſis habet, vt eo proprietatem ſapiat, quod poſſeſſio in eis non admittitur. l. longa. ff. de mortuo infer. d. l. qui vniuerſas. §. 1. Sed nec dominium in eis intelligitur. §. nullius inſtitut. de rerum diuiſ. vnde quaſi proprietatem gloſſ. in eis obſeruat in d. §. quędam in verſi. de liberis. Propter quod ad poſſeſſionem beneficij quaſi ſpoliatum reſti-

Digitized by Google

reſtitui clericum non oportet, niſi ſi tituli ſui colorati
ſaltem fidem faciat Guido Papæ q.85. Quo cũ Deci.
ſentit in .,fi. nu. 18.in ti. in nono nota. C.de edic. diui
Adria.Tollen.& in conſ.230 circa med.verſi. & ex his
confirmatur concluſio, & apud nos in conſ.322.col.
2.in fi. verſi. Secundo conſidero. Quibus Geminia.ac
cedit in conſ.57.nu.3.ſimilis tamen per omnia poſſeſ-
ſio beneficij eccleſiaſtici, interdicto non eſt de locis ſa-
cris, & religioſis. Quoniam quæ ſententia lata de poſ
ſeſſione beneficij eſt, præiudicium in petitorio non fa
cit. neq; exceptionem rei iudicatæ contra petitorium
parit. Id quia plena petitorij, aut tituli cognitio in poſ-
ſeſſorio non adhibetur, cum titulus ſatis coloratus ſit
ex traditione Bar. in l.pen.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.
iur. Doc. in c. veniens. 2. de teſtibus. Quod aliter in
cauſa interdicti de loco ſacro, aut religioſo contingit
apud curias galliarum tamen poſſeſſorio beneficij ab-
ſoluto, adiri ad petitorium non ſolet. Idque inde fit,
quod plena cauſæ, & petitorij cognitio in poſſeſſorio
præſtatur.

179 His ita † circa interdicta mixta præmonſtratis, Exce
ptionem rei in eis iudi. in poſſeſſorio, quod poſtea in
tenditur, obſtare Bar. ſcribit per tex & ibi no. in d. l.
2. §. quædam. tex. quidem non obſcure, eoq; ipſo id
probat, quod cauſam in eis contineri proprietatis ſcri
bit. De poſſeſſione enim quin contineatur, dubitan-
dum non eſt, cum ad poſſeſſionis cauſam principali-
ter interdicta ſpectent. vnde ſi vtrunq; continet, non
poſſunt vtrunq; non definire. Idq; expreſſius in d.§. q̃-
dã glo. docet in ver.de liberis, quæ rem totam æquè
à petitorio dirimi, atq; poſſeſſorio ait, qua ratione ſinẽ
vnum accipere ſine altero nequit. Atq; ideo ſi poſt rẽ
ſemel iudicatam, alterum per ſe intenditur, exceptio
obſtatura rei iudi. erit. Iam ſi connexa proprietas cum
poſſeſſione eſt, diſiunctionem vnum ab altero non
admittit, vt per ſe in iudicium deduci ſolum poſſit.

Sed obiecturus aliquis erit, contradictionẽ in Bar.
videri, cum de interdictis mixtis loquitur. facit enim
vt petitorium in eis proponi, definiriq; ſolum poſſit.
Atq; eo peracto, recurri ad poſſeſſorium non poſſe.
Sed enim ſi permixta proprietas cum poſſeſſione eſt,
180 † Quomodo proprietas ipſa, ſola deduci in iudiciũ
poterit, cum indiuiduitas, aut connexio interueniat.
quæ ſeparationem neſcit. l. cum hi. §. prætor verſi. ſed
ſi de omnibus.ff.de tranſactio. l. ſed ſi plures. §. 1. Ibiq;
Iaſ. In ſecundo nota, ff.de Vulga. l. quod conclaue ſu-
pra de dam. inſec. l. 3. §. fi. ſupra de acqua plu. ar. l. 1. §.
item quæritur infra de acqua quoti. & æſtu l. 2. §. ex
ex his infra de verb. obli. Quod cum ita ſit, contrarie
tatis incuſandus Bar. videtur, qui eo caſu loquitur,
quo de petitorio pronunciatur, vtrũ in poſſeſſorio ſen
tentia noceat. Reſpondetur, mixturam ſeu indiuidui-
tatem hanc ratione poſſeſſionis, ſeu à poſſeſſione inci
piendo intelligi. vt poſſeſſio mera ad iudicium produ-
ci in eaq; obtineri ſine proprietate nequeat. E contra
rio planè ideſt à petitorio incipiendo, nihil prohibet,
quominus ipſum ſolum in iudicium venire de eoque
ſolo cognoſci, & pronunciari poſſit. vnde ſi ſenten-
tiam in eo actor patitur, Deinde confugere ad poſſeſ-
ſorium paret, ſubmouendus ab eo erit idq; ratione
coacta. Namq; cum permixtam proprietatẽ habeat,
ſineq; ea euinci poſſeſſio nequeat. Quomodo proprie
tatis ei ſuffragari ius poterit, in qua litem amiſit.

Conſequenter prædictis dicendum, veram Bar. præ
181 ceptionem circa mixta interdicta eſſe, † vt ſententia
de petitorio dicta in poſſeſſorio omni noceat, adipi-
ſcendæ, retinendæ, & recuperandæ. Illud tamen ob-
ſeruandum, quotiens petitorium merum in his com-
memoratur, quæ mixtam naturam habent, per inter-
dictum id ſolum in iudicium non venire, cum ad poſ
ſeſſionem principaliter interdicta reſpiciant. verum
per confeſſoriam, aut negatoriam de iuribus propo-
nendum petitorium erit, & in literis, quos in poteſta
te habemus, rei vendicatio iure quiritum adiecto da-
tur. l. 1. §. 1. ff. de rei vendica.

Satis hæc quantum ad interdicta mixta erunt. In
182 poſſeſſorio planè † quod merum eſt, & quod diſclu
di à proprietate poteſt, vtrum exceptionem rei de pe-
titorio iudicatæ patiatur, Diſtinctionem interdictorũ
faciendam Bar. putat. vt diferrat, recuperandæ, reti-
nendæ, an adipiſcendæ interdictum diſceptetur. ſiqui
dem recuperandæ interdictum vertitur, rei de petito-
rio iudi. exceptionem non obſtare. cum ſpoliatum re
ſtitui ante omnia oporteat. d. l. ſi quis ad ſe fundum.
C. ad l. Iul. de vi pub. & apud Dy. in d. reg. qui ad
agendum.

183 In retinendæ interdicto, quod petitorio definito in
fertur, reo abſoluto actorem in poſſeſſione ſua inquie
tante Diſtinctione Bar. vtitur, vt ſi de iuſta actoris poſ
ſeſſione liqueat, Dominij reivè iudi. exceptio non op
ponatur, vt hoc tex. ſecundum. 1. Lectu. glo. & per
glo. in d. l. ſi de eo in fi. infra eo. ad quam ſententiam glo.
à nobis adiecta memorabilior eſt in d. l. 1. §. & parui
in ver. ius habuit. infra quod vi, aut clam. Secundum
hoc lectu. hanc. 1. generaliter Bar. admittit, vtrouis
iure petitorij abſolutus reus ſit, ſiue quia probatio do-
minij præſtita ab actore non ſit, vel quia dominij fides
facta à reo dicatur ſinautem in manifeſto actoris poſ
ſeſſio non eſt. verum incertum de litigatoris vtriuſq;
poſſeſſione ob æqualitatem probationum habetur.
Quo caſu in cauſa pari intelligi victoria nequit. l. non
ſolum. §. de vno. Ibiq; Bal. ff. de ritu nup. l. ſi reus. §. 1.
infra de duobus reis. l. generaliter verſi. verum infra
de fideiuſ. Tum vero rei iudi. exceptionem obſtatu-
ram. quoniam iuſtior, & potentior in re dubia, & pari
eius æſtimari poſſeſſionem conuenit. Cui ſententia di
cta in petitorio fauet ex Cy. in d. l. 1. q. penul. C. vti
poſſid.

Tertio vero caſu cum adipiſcendæ interdictum in
184 controuerſia eſt. † vtrum petitorij id, aut rei de eo iu
dicatæ exceptionem patiatur, Intereſſe Bar. putat,
quam ob cauſam petitorij abſolutus reus ſit. an quia
dominij probatione actor defecit. an quod probatio
eius impleta à reo ſit. Priore caſu rei iudi. exceptionẽ
non nocere. Cum ob ius diuerſum ideſt ob poſſeſſio-
nem agatur, cui nihil quicquam commune cum peti
torio eſt. arg. huius tex. ſecundum hanc Lectu. 1. &
quamuis in retinendæ interdicto tex. noſter loquatur
iuris tamen eiuſdem, & adipiſcendæ interdictum ob
rationem ipſam in tex. expreſſam videtur, quæ gene-
ralis eſt, & ad interdictum omne pertinet. vt commu
nio vlla inter poſſeſſionem, & proprietatem non in-
185 tercedat. † Quare ob rationem generalẽ generalis
ſcriptura æſtimatur, quãuis niſi in caſu quo facta ſpe-
ciali non ſit. l. 2. §. ſi mater. verſi. quid ſi curatores. ff. ad
Tertul. cum alijs apud nos relatis in conſ. 135. nu. 32.
prolixius in cõſi. 227. nu. 3. A ratione enim legis legem
ipſam regi, & gubernari conuenit. l. ſcire leges. ff. de ll.
l. quod dictum. ff. de pactis, l. adigere. §. quamuis, ff. de
iure patro. quos tex. in ſententiam hanc Fulgo. vocat
in conſ. 98. magiſter col. 1. poſt med. & alia infinita. Ra
tionem meliorem caſus huius prioris aſcribere Bar.
poterat, quod nulla ſit dominij exceptio, cum ideo
reus abſoluitur, quod probatio dominij impleta ab
actore non eſt. ſic quomodo monſtratum ſupra habe
mus, quod ſi Bar. rationem admittimus, quæ à diuer
ſitate pendet, conſequens fit, vt ius idem probandum,
& in caſu ſequenti debeat.

Poſteriore caſu, cum ideo reus abſoluitur, quod de
ſuo ipſe dominio docuit, ſiquidem ex continenti de
ſententia ipſa abſolutoria, atq; ideo de dominio fidẽ
186 facit, † ſententiam ipſam ſeu rei iudi. exceptionem

ex ea

Digitized by Google

ex ea deſcendentem interdicto tunc adipiſcẽdæ obeſ-
ſe. Aliter atq; ſi in promptu ſententia non eſt. neque
confeſtim fides eius ſit ibi enim dilatio reo indulgen-
da ſententiæ producendæ cauſa non erit. iuxta glo. in
d. l. ſi de vi. in fi. glo. magnæ. Sed enim tempus ad ſen
tentiam perferendam tribuendum, Caſtren. ibi ſcribit
col. pen. in fi. in ſecunda Lectu. Idq; verius, & ex Bar.
ipſo videt̃ in l. ſi is à quo in prin. ff. vt in poſ. leg. in l. 4.
§. condemnatum nu. 4. infra de re iudi. & in extraua-
187 gan. ad reprimendum in verſi. ſummarie. † vbi in
ſpecie interdicti adipiſcendæ, in continenti probari do
minium ſcribit, quod intra tempus oſtenditur, quo
poſſeſſionis cauſa expediretur, ſi exceptio oppoſita do
minij non eſſet. Quam ſententiam Sali. & poſteriores
agnoſcunt in l. 2. C. de edic. diui. Adria. tollen. Gozadi.
in conſ. 10. nu. 24. circa med. Capit. decis. 167. num. 3.
cum Bartolo ſubſcribit in d. §. condemnatum.

Quæ dicta hactenus circa lectu. hanc priorem ſunt,
ad eum caſum ſpectant, quo dijudicatum ante petito
rium eſt. Deinde poſſeſſoriũ mouetur. à petitorio nec
ne perimatur, & petitori ei exceptio obſtet. Quid ex
188 diuerſo † ſi cauſa prius finita poſſeſſoria ſit, in eaque
reus abſolutus vtrum petitorio conueniri reus poſſit.
ita vt ſententia in poſſeſſorio dicta petitorium ipſum
non impediat. Recte ex petitorio rem vendicari, neq;
rei id iudi. exceptione repelli, per tex. primo Bar. argu
mentatur in l. & an eadem in fi. infra de exceptio. rei
iudi. Quem tex. pro exemplo tex. huius in prin. ſeu in
prima eius parte glo. 1. hic nominat. Eque vice con-
traria, vltra Bar. tex. hunc perinde vt textui ſimilem
in d. §. fi. glo. ibi profert Planum quippe ex tex. vtroq;
fit, Diuerſam poſſeſſionis cauſam, atq; proprietatis
eſſe. At enim verum id ita Bar. opinatur, ſi merum
poſſeſſorium ſit, ita vt permixta cum eo proprietas
non dicatur. Ad quem caſum reſtringendum tex. pu-
tat in d. l. & an eadem in fi. Non idem probandum,
proprietatis mixtura interueniente, pernicialem tum
enim, & in petitorio ſñiam eſſe in poſſeſſorio mixto
dictam, cum negocium cunctum explicet. d. l. 2. §.
quædam infra de interdic. & expreſſius in d. l. 1. § fi. in
fra de aqua quoti. & æſti. Hæc ſunt, quæ circa lectu.
hanc priorem Bar. diſeruit. Quam veram quidem per
ſe, ſed diuinam tamen, aut angularem quantum ad
textum noſtrum credit.

Ex præceptione Bar. circa lecturam hanc primam,
189 quæ ad quæſtionem ſpectat, † vtrum exceptio rei
iudi. poſſeſſorium excludat, ita vt litis finitæ quantum
ad poſſeſſorium etiam habeatur, cõcluſiones aliquot
eliciuntur. Prima concluſionum. Exceptione rei iudi.
poſſeſſorium recuperandæ omnino non lædi, ideſt ob
vtramcunq; cauſam iudicatũ, aut abſolutus reus ſit,
inopia probationũ actoris, vel probatione dominij à
reo impleta. Concluſionem hanc ita generaliter à Bar.
intelligi, Soci. hic obſeruat nu. 7. Idq; ex tribus non ob
ſcure demonſtrat̃. Primum cũ Dyni opinionem dam
nat. Cui viſum ſit, exceptione rei iudi. poſſeſſorium
elidi, quotiens dominium exceptio ipſa ſapit, quia do
minij fides facta à reo ſit. At enim hoc caſu ſolummo
do Dynum loqui ſupra Bar. oſtendit, verba ipſa Dy.
expendendo, qui de exceptione dominij, non rei iudi.
locutus ſimpliciter eſt. Secundo diſtinctionem hanc,
quam ob cauſam pronunciatum vel abſolutus reus di
catur, niſi in adipiſcendæ poſſeſſorio Bar. non inquirit
ob id in alijs eam reijcere interdictis creditur. l. cum
lex. ff. de ll. l. cum prætor. ff. de iudi. l. ex eo. ff. de teſti-
bus. l. ſtatuliberum. §. ſtichum. ff. de lega. 1. l. eum qui ita
§. qui ita infra de verb. ob. l. maritus. C. de procura. c.
nonne de præſumptio. Tertio ratione coacta ad ca-
ſum hunc Bar. ſpectare oſtenditur. quod inepta alias
res ſequitur. ſi ad eum caſum concluſionem applica-
mus, quo idcirco reus abſoluitur, quod probatio do-
minij impleta ab actore non eſt. Cui enim moueas,
dominij tunc exceptionem non proficere, quod non
eſt, ſeu de quo pronunciatum non ſit. l. 2. ff. de vſufruc.
l. eius qui verſi. quas vero. ff. ſi cer. pet.

Concluſionem hanc Bar. ſermone non parco fa-
bius hic confirmat nu. 43. & ſequentium turba. Iaſ. nu.
46. verſi. Quid tenendum. Bologni. num. 24. Marmer.
nu. 56. & pluribus ſeq. Berengar. nu. 64. in octaua limi
tatione, in ſecundo. capite repeti. pro Bar. etiam Hor-
man. hic argumentatur num. 28. Bart. etiam aſſentiri
Soci. hic videtur nu. 7. in ſecunda concluſione. Cardi.
in clem. vni. nu. 22. q. 16. de cau. poſ. & proprie. conſ.
10. nu. 2. in fi. Cum Bar. etiam ſentire Caſtren. videtur
in d. l. ſi de vi col. fi. verſi. tertio fallit. ff. de iudi. in ſe-
190 cunda lectu. Vbi † defectum iuris non pluſquam du-
plicem poſſeſſorio obeſſe recuperandæ putat. primũ,
quotiens defectus iuris notorius in iure, non in facto
conſiſtit. veluti cum poſſeſſione decimarũ parrochiæ
alienæ ſpoliatum ſe quiſpiam aſſerit. c. 2. de reſti. ſpol.
lib. 6. De quo caſu apud Alex. hic in ſeſta fallen. Iaſ.
nu. 48. verſi. & tenendo Berengar. in ſecundo capite
repetitio. nu. 64. latius rubenm num. 151. & num. 163.
Ruin. in conſ. 154. num. 8. lib. 4. Capit. deciſ. 77. num.
1. vt aliud viſum fabio ſit nu. 47. & nu 55.

Secundum iuris, aut proprietatis defectum, & ipſũ
notorium contra poſſeſſorium recuperandę Caſtren.
agnoſcit, quotiens in facto quidem defectus iuris con
ſiſtit. ſed tamen damnum non reparabile reſtitutio
poſſeſſionis habet, vt in c. ſignificaſti de diuor. vbi quę
à viro iure ſuo, & ſine iudice quaſi adulterij rea dimiſ-
ſa vxor eſt, ſi cum alio poſt eiectionem laſciuiat. fru-
ſtra ad poſſeſſionem matrimonij reſtitui ſe poſtulat,
neq; mariti culpam cauſatur, In cauſa maritum fuiſ-
ſe, quamobrem fidem coniugij leſerit. ſed enim quo
pacto damnum ibi non ſarcibile vertatur, expoſitum
à Caſtren. non eſt. Periculum ibi intelligi iuxta à ſalute
191 atq; corpore ſeu pecunia poteſt. A ſalute, quod cor
reus adulterij maritus æſtimatur, qui vxorem pollutã
ante recipit, aut cum ea iacet, quam adulterij peracta
pœnitentia ſit. c. 3. de diuor. c. 1. & 2. 32. q. 1. Corporis
item, aut damni incommodum ſubeſt, quod lenoci-
nij reus maritus habetur, qui poſt adulterium vxoris,
ea vtitur, perinde quaſi fœderis connubialis offenden
di occaſionem præbeat. l. 2. §. 2. infra de adulter. l. caſti
tati. C. eo. titu. tradit Caſtren. in conſ. 402. hæc mulier
lib. 2. Alter periculum, & ſcandalum magnum in d.
c. ſignificaſti Marmer. hic intelligit nu. 60. verſi. & ſu-
ſtinendo hanc ſolut. Ideſt propter honorem viri, ſi
mulierem recipere adulteram cogitur, & ob periculũ
vitæ vxoris. ſed enim quomodo periculi huius haben
da ratio erit, vxore ipſa agẽte. Rationem aliam tamẽ
d. c. ſignificaſti, cur exceptionem adulterij mulier ibi
in poſſeſſorio patiatur, Caſtren. idem docet in d. l. ſi de
vi nu. 15. ver. quintus eſt in ſecunda. lectu. Quoniam
in id peccatum à muliere eſt, ad quod reſtitui ſe deſi-
derat Ad matrimonium enim reſtitui ſe petit, fides
eius perrupta ab ea eſt. q. d. vicio, aut culpa mulieris
fieri, quominus reſtitutionem habeat. Quam reſpon-
ſionem fabius etiam hic ſentit, mentione Caſtren. nõ
habita, nu. 47. & ſi dixeris, culpam hanc vxori obijci
marito non poſſe, Qui in cauſa eius fuit vxorem à ſe,
cauſa indicta, eijciendo. l. cum mandato. ff. de nego.
ge. l. cum mulier in fi. ff. Solu. matri. cum alijs apud
nos relatis in conſ. 83. nu. 2. Quibus Signorol. accedit
in conſ. 141. nu. 5. Cuman. in conſi. 175. domina An-
dreiola. col. 2. ante fi. Reſpondetur, ad id argumentũ
non pertinere, Quod prohibitum natura eſt. Ad reta-
tum enim non attinet, occaſionem committendi pę-
ſtitam ab eo eſſe, qui id obiectat, vt teſtis Cuma. eſt
193 in d. conſ. 175. in fi. vbi in caſu diuerſo loquitur, † Re-
ctè matrimonij violati notam ab vxore mariti pati,

quamuis

quamuis occaſionem id patrandi mulier dederit, quæ
à viro diſceſſerat. ob id donationis propter nuptias
iacturam à marito fieri. Quam tamen opi. in ſpecie
Cuma. non agnoſcerem, in qua lucrum obijcientis
ex damno alieno contingit. vt lucrum quis in eo fiat,
in quo culpam admiſit. l. ſiue hæreditaria. ff. de nego.
ge. l. relegatorum. §. fi. infra de interdic. & relega. &
in ſpecie, Cumano contrarius Anchar. eſt in conſi.
194 408. probata tanti viri ſæuitia † vbi in muliere loqui
tur, quæ à marito ob ſæuiciam eius aufugit, Dotis cũ
damno non affici, ſi turpiter degerit, quare non pau-
lulum intereſt, vtrum id agatur, ne vxorem adulterã
maritus recipiat, quamuis occaſio adulterij præſtita ab
eo ſit. an vt lucri dotem faciat. Rationem quippè mul
to diuerſam hæc habent, lucro carere, & mulieri reci-
piendæ ob turpitudinem eius non adſtringi.

Textu tamen expreſſiore caſum ſeu defectum ſe-
195 cundum confirmare Caſtren. poterat † in c. literas
de reſti. ſpolia. vbi coniugis reſtitutionem petenti ex-
ceptio conſanguinitatis obſtat, probatio cuius in prõ-
ptu offertur. Rei cuius ratio alia non eſt. quam quod
periculum ibi ſalutis ineuitabile ab inceſtu eſt.

196 Secundum hæc † q̃uis niſi in caſu duplici exceptio-
nem notoriam contra poſſeſſorium Caſtre. non ad-
mittat in d. l. ſi de vi col. fi. in priore lectu. Ideſt cum
in iure defectus notorius vertitur vt in d. c. 2. de reſti.
ſpol. lib. 6. vel vbi in facto quidem notorium conſiſtit
Cæterum damnum non ſarcibile reſtitutio habet. At
tamen ſi intellectum alterum Caſtren. ad tex. admitti
mus in d. c. ſignificaſti, ne locum reſtitutio habeat, vbi
cunq; in id peccatur, reſtitutionem cuius pars poſtular
Caſus tertius accedit, vbicunq; ſpoliati culpam in eo
res habet, De quo reſtituendo agitur. Caſibus igitur
his tribus exceptis, Bar. ſententiam non obſcurè Ca-
ſtren. amplectitur. ne dominij, aut iuris defectus quã
libet euidens actori ſpoliato noceat. Bartolo etiam
Alex. ſubſcribit in conſ. 200. nu. 6. ver. nec obſtat quæ-
dam aſſerta ſententia lib. 2. Ruin. in conſ 59. nu. 5. ver.
cum igitur lib. 4. De Bar. etiam hic ſimpliciter firman.
meminit neq; probando neq; improbando, in verbo
exceptio rei iudicatæ nu. 31.

Concluſioni huic Bar. maior Doc. pars refragatur
In quibus Innoc. eſt in c. conſtitutus de filijs præsbi.
197 † vbi cauſam notoriam poſſeſſorio obſtare recupe-
tandæ ait, niſi ſi contra notorium ipſum quid oppo-
natur. Sed qui notoria res magis atque ex ſententia
ſit, quæ ad rem profecta iudicatam ſit. prout inferius
oſtendemus. Innocentio Oldra. adſtipulatur in conſ.
224. iſtæ ſunt allegationes nu. 21. ver. ſoluebat, & ali-
ter, & nu. 39. in conſ. 226. in fi. in conſ. ſeq. nu. 4. & in
conſ. 274. nu. 3. Quibus in locis eam demum exceptio
nem reijciendam in iudicio id genus poſſeſſorio pu-
tat, quæ probationem dominij, aut iuris poſcit. Ali-
ter atq; ſi probatum iam ſit. vbi enim in aperto peti-
torium eſt, poſſeſſorium ab eo abſorberi per tex. in l.
198 officium. ff. de rei vendica. † vbi re in petitorio diju-
dicata, inutilis poſſeſſio ſit, cum reſtitutionem fieri rei
oporteat. tex. etiam vocat in l. inuaſor. C. vnde vi. vbi
reſtitui poſſeſſionem oportet. fortior ratio facit, vt
domino eam retinere liceat, cum manifeſtum domi-
nium eſt. l. iuriſgentium. §. igitur nuda. ff. de pactis. l.
ſi in area in fi. & l. ex quibus ff. de condi. inde. l. Paulus
infra de exceptio. doli. l. inuito. §. cui damus infra de
reg. iuris. cum alijs apud nos adſcriptis in reſpon. pro
genero nu. 406. Cui manum colophoniam hodie ty-
pographus addidit tex. etiam Oldra. profert in c. cum
dilectus de cauſa poſ. & propriè in d. c. ſignificaſti de
diuor. Innoc. in d. c. conſtitutus. Pro qua ſententia
Doc. & alij neqnidem pauci nominati à nobis ſunt in
conſ. 299. col. 3. circa fi. verſi. tertio reſpondeo in conſ.
302. nu. 5. & ſeq. in conſ. 322. num. 3. verſi. his ita præ-
ſuppoſitis. & in d. reſponſo pro genero numero. 220.
Abb. his accedit in c. cum eccleſia Sutrina nume. 26.
verſi. ſecundo quod prædo. de cauſa poſ. & propriè,
& in c. in litteris num. 9. de reſti. ſpolia. Quod dicitur
199 † prædonem etiam ſpoliatum ante omnia reſtituen
dum, recipi non ſolere, quotiens prædonem eum eſſe
ex actis liquet. quod idem Caſtren. ſcribit in d. l. ſi de
vi num. 15. verſi. decimus caſus in poſteriore lectura.
Ruin. in conſ. 154. num. 8. poſt prin. l. 4. Huc, & illud
pertinet, quod ſcriptum apud Roma. eſt in conſ. 483.
locum textui non eſſe in c. licet Epiſcopus de præben.
lib. 6. quotiens in manifeſto eſt, iuris quicquam poſſeſ
ſori non competere. ſequitur Fely. in c. cum olim nu-
me. 11. verſi confirmãtur. prædicta. de re iudi. Deci.
in l. ſi pacto quo pœnam nume. 4. C. de pactis in c. cum
ſit Romana colum. pen. in fin. num. 32. de appellatio.
Idem ex Abb. iuuatur. quæſtion. 4. Titius clericus
colum. 6. poſt med. verſiculo nec obſtant no. in d. c.
conſtitutus.

200 Apparet ex his, quod dicitur † ante omnia ſpolia-
tum reſtituendum etiam ſi prædo ſit, eo pertinere, vt
audiri ſpoliator non debeat, ſi de vicio poſſeſſionis
docere, & prædonem ſpoliatum eſſe, oſtendere paret.
Aliter atq; ſi euidens per acta poſſeſſoris vicium eſt.
Euidens planè hoc genus vicium per ſentẽtiam haud
dubie eſtimatur. l. emptorem. ff. de actio. empti. c. ve-
ſtra, & c. fi. de cohabita. cleri. & mul. c. fi. iuncta gl. 2.
de tẽpor. ordina. c. inter de re iudi. c. cũ olim de verb.
ſigni. gl. in c. exceptionẽ in glo. pen. verſi. & dico eam
publice latam. de exceptio. Bar. in l. 1. in prin. q. 1. ſu-
pra de oper. noui nuncia. Bal. in l. cum fratrem num.
5. in fi. C. de his, quibus vt indig. & in conſ. 162. caſus,
ſuper quo iure conſilium petitur nume. 2. lib. 2. Quare
non rectè Bar. contra Dyn. ſenſit, exceptionem rei
de petitorio iudicatæ poſſeſſorio recuperandæ non ob
201 ſtare † Atq; in ſpecie exceptionis rei in petitorio iu-
dicatæ, contra poſſeſſorium opponi, quod notiſſimus
tunc iuris defectus in actore ſpoliato liqueat. Oldra.
docet in d. conſ. 274. nu. 3. & in conſ. 311. allegationes
num. 9. in fi. Bal. in conſ. 370. ad euidentiam præmit-
tendum eſt, quod licet ſpoliatus lib. 5. Caſtren. in d. l.
ſi de vi num. 15. verſi. nonus caſus, & in l. pen. num. 4.
infra. eo. Cum Innoc. etiam in d. c. conſtitutus de fi-
lijs presbi. Caſtren. ſentit in l. 2. in fine. C. de edic. diui.
Adria. tollen. Rota deciſ. 46. nota quod vbi aliquis in
antiq. Alex. hic in decima ſallentia Iaſ. num. 43. verſi.
circa primum membrum, & nume. pluribus ſeq. vbi
frequentius id Immo indiſcriminatim ab omnibus re
ceptum contra Bar. ait, quamuis contra argumente-
tur. Idem Ripa hic probat num. 35. eandem opi. vul-
gatiorem Horman. hic teſtatur num. 28. aduſq; num.
34. quamuis contra argumentetur. ſententiam hanc
Doc. calculis comprobatam Bologni. etiam hic aſſe-
rit num. 20. quamuis veriorem Bar. opi. & æquiorem
dicat. contraquam ſcriptum hic apud Areti. ſit, qui
æquiorem opi. ait, quæ Bartolo refragatur. opinioni
huic contra Bar. Soci. etiam adſtipulatur in conſ. 87.
colum. fi. lib. 3. Deci. in conſ. 191. colum. 4. in fi. Ruin.
in d. l. 1. in prin. num. 50. & ſeq. ſupra de operis noui.
nuncia. Caſtellion. in allegatio. poſt ſingul. Cremenſ.
col. 8. verſi. quarto quia pars.

In cõcluſione hac diſceptanda occupandũ me pro-
lixius non duxi, poſtquam Doc. plurium conſenſu
opinio recepta contra Bartolus apparet. Neque argu-
menta mouere perinde videntur, quibus contra eam
poſteriores vti aliquot ſolent, & quia minor difficul-
tas ex declaratione fit, quæ mox ſubſequitur.

202 Declarationẽ ſententia hæc contra Bar. accipit † vt
ad poſſeſſorium recuperandæ pertineat, ꝙ ante com-
petebat, quam in iudicium deductum petitoriũ eſſet.
Ibi enim in culpa actor fuit, qui poſſeſſorio vſus prius

non

non ſit.vnde ſi petitorio cõtra eum definito, ad poſſeſſorium recurrat, rectè exceptionem rei iudi. patietur, fides cuius incontinenti fiat. Quorſum tum enim poſſeſſorium admitti, quatenus ad executionẽ id perduci non conuenit.d.c. cum dilectus.c. cum ſuper. & c.cum eccleſia de cauſa poſ. & propric. Non idem probandum, cùm poſt ſenteniam ipſam ſpoliatio ſequitur. Locus interdicto tum enim vnde vi erit. Neq; exceptionem petitorij ſuſtinebit, Idque ſpoliatoris culpa non immerito ſit, qui ius ſibi ſine iudice, autoritateque propria ſententiæ faciendam executionem duxit. Ita Caſtren. explicat in d.l.ſi de vi.col.pen. in fin. verſi. Die ergo ſic.in 2.lectu. Idem concludere Alex. hic videtur.col.5. Quocum Rubeus hic conſentit.nu. 341.& ad hunc caſum Bar.mentem pertinere. Berengar.hic putat.in ſecundo capite repeti.nu.43.ſed enim ſi cum Bartolo fuiſſe animum dicimus, iam maior Doct.numerus à Bart.ſtabit. Declarationi huic Ripa etiam hic adſcribit.nu.44.

Ratio tamen Alex.& Ripæ non placet, eo reſtitutionem poſſeſſionis concedendã, quòd intereſſe actoris poſſit, qui victus in poſſeſſorio eſt, ſi dominium rei nactus poſt ſententiam ſit. Quoniam dominij ob id reijci exceptionem non decet, ſiquidem de acquiſitione id genus replicandi licentia actori erit. Rurſus cum ad eum caſum quæſtio pertineat, quo de dominio rei declaratio facta expreſſim, aut tacitè eſt, vtpote dominij ꝓbatione ac reo ipſo impleta, vt Caſtren. deſerit in l.ſi inter me.infra de exceptio.rei iudi. Niſi à reo ipſo abſoluto acquiri dominiũ nõ potuit. Quod cum ita ſit, credibile non eſt, ab eo ſpoliationem admiſſam, à quo iuris totius translatio facta in alium eſſet. Quare ratio melior videtur, ob id ita cõſtitutum, ne delinquendi, & iure ſuo executionem faciendi occaſio permittatur.

Declarationi huic inſultus factus à D. Iacobo Philippo Sormano ex Mediolano Ciue, & auditore no-
203 ſtro arguiſſimo eſt, cum Papiæ docerem. † A partibus enim ſatis enumeratis colligendo, oſtendebat, exemplo quo declarationem, aut limitationem hanc monſtrari non poſſit. Namque niſi ad eum caſum quæſtio non competit, quo declaratio dominij in rei facta gratiam ſit. Siquidem dominio remoto, fruſtra de eo opponendo tractatur. Quo ita poſito, aut apud reum, aut petitorem, vel tertium fuiſſe poſſeſſionem dicimus, cum rei propoſita vendicatio eſt. Siquidem apud reum fuit, expeditæ quæſtionis res videtur, rationem haberi ſpoliationis non poſſe, quòd actorem poſſeſſionem, quam non habebat, reus ſpoliauerit. Impoſſibilis enim ſpoliatio hic apparet.

Sin autem apud actorem, & ipſum non ignarũ poſſeſſio erat, eque accommodari declaratio hęc ſpoliationis non poteſt. Ideo quia poſſeſſio ipſa amiſſa petitorium intendendo, contradictionis ratione creditur, vt infra Bar. ſcribit nu 8. De quo etiam dictum in ſuperioribus habemus. Poſſeſſione igitur per renunciationem amiſſa, quomodo interdicto vti recuperandæ licebit. fruſtra quippè id quiſquam recuperare ſtudet, quod renunciatum ſemel ab eo ſit. l. ſi iudex. ff. de minor. l. poſtquam liti. C. de pactis. c. ex tranſmiſſa de renuncia. & alia non pauca.

Quod ſi poſſeſſionis inſciẽtem actorem facimus cum dictatum ab eo petitorium eſt. quia per filium puta, aut ſeruum quæſitu ex re peculiari erat, ergo cũ apud filium, aut ſeruum detentio eſſet, detineri à reo non potuit. Atq; ideo poſſeſſione detentioneve apud reum non extante, petitorio agi cum eo non potuit. l. officium. ff. de rei vendica. l. 1. C. de aliena. iudi. mutan. cau. fac. c. examinata. de iudi. vnde abſolui tum reum ob id oportuit, ꝙ ineptè contra eum illatum iudiciũ fuerat. l. ſi a te in prin. infra de excep. rei iudi.

Poſtremo ſi tertio rem poſſeſſam, aut detentam facimus, ſpoliatio actoris intelligi, nec hic poteſt. cum habita priuatio nõ careat. l. manumiſſiones. ff. de iuſtit. & iure. l. nec vtilem ibi nec enim. ff. ex quib. cau. maio. l. quoniam. ff. de infam. l. remittit. ff. de iureiuran. l. decẽ. infra de verb. obli. c. ad diſſoluendum. de deſpon. impuber. Inde fit, vt exceptionem de iure tertij circa poſſeſſionem, ſpoliatus patiatur. Ideſt apud tertium rem fuiſſe, cum ſpoliationem admiſſam actor contẽdit Bal. in l. 1. col. 2. in fi. verſi. vel dic planius caſum. C. de appella. Aquenſ. in l. celſus. nu. 29. infra titu. 1. Alex. hic in 16. fallentia, Dec. in conſi. 162 col. 2. poſt med. verſi. ſimiliter quantum ad poſſeſſorium recuperandæ, vbi tamen teſtimonia hęc Doct. non profert.

Animum argumentum hoc, qua perſpicacia fuit, vt verum dicam, agitauit, & ſuſpendit. Sed enim re-
204 ſponſio accommodata, † exemplo lecturæ quintæ declarationem hanc cõſiſtere hoc eſt, cum vim actor paſſus in ciuili eſt. Recuperandæ enim ob ciuilem ſolam competere, dubitatio vlla non eſt. l. 1. §. deijcitur. infra de vi & vi arma.

Secundo exemplo, & altero declarari res poteſt, caſum ediuerſo ponendo, vt victori actor in petitorio fuerit. Deinde iure ſuo, ſineque iudice rem ipſam reo abſtulerit. Interdictũ tum reo recuperandæ dari. neq; rei ĩ petitorio iudicatę exceptione poſſeſſoriũ excludi.

Exemplum applicari, & tertium poteſt, cum reus ipſe dominij probatione facta, abſoluitur. per filium, aut ſeruum imprudens actor poſſidebat. & poſt ſententiam ſpoliatio ſequitur. Neq; mutat, caſu hoc poſito, apud reum poſſeſſionem, aut detentionem non fuiſſe, atque ideo rei eum vendicationem non pati. d. l. officium. cum alijs ante relatis. Quoniã fieri poteſt, vt rei vendicationem quis ſuſcipiat, quamuis rem nõ habeat, liti ſe offerẽdo. l. ſi is qui obtulit. l. is qui ſe obtulit. cum. ll. duabus. ſeq. ff. de rei vendica. Quo caſu ſi de dominio ſuo docet, iudicij petitorij abſolui quaſi dominus debebit. vnde quod dicitur, in eũ rei vendicationem non dari, qui non poſſidet, aut detinet, obtinere ita ſolet, ſi liti ſe quaſi poſſeſſor non offert, vel vti talis litem non ſuſcipit.

Conſequenter prædictis dicendum, rei in petitorio iudi. exceptionem interdicto, aut poſſeſſorio recuperandæ obſtare, vtpotè per quam notiſſimus iuris defectus in actore apparet.

205 Ampliatur, † vt ius idem ſit, ſi aliunde quam ex ſen
tentia euidens defectus iuris fieri actoris poſſit. per cõfeſſionem puta, aut teſtes iam receptos, aut per inſtrumenta eo caſu videlicet, quo oppoſitionem vllam teſtes, aut inſtrumenta non ſuſtinent, & de confeſſione Caſtren. tradit in d. l. 2. in fi. C. de edic. diui Adria. toll.
206 De inſtrumẽto, † notoriam rem ab eo induci, Bar.
ſcribit in d. l. 1. in princ. num. 8. q. 1. ſupra de oper. noui nuncia. Idem Bart. ſentit in repe. l. 3. col. 9 in fin. verſi. prędicta intelligo vera, iunctis his quę col. ſeq. ſcripta ab eo ſunt verſi. tertio quia. & verſic. texto per. l. C. de pignor. De quo Caſtren. meminit in l. vbi pactum. nu. 9. C. de tranſactio, in conſi. 22. viſa quadam ſcriptura priuata. col. fi. lib. 1. in conſi. 257. in cauſa, quę vertitur parmæ. col. 2. circa med. verſi. conſtat autem. Vberius in conſi. 369. viſo & examinato diligenter. nu. 3. lib. 2. Cum Bart. in d. l. 1. Dec. ſentit in conſi. 118. poſt princ. Curt. iunior in conſi. 21. nu. 10.

Idem ex Bald. iuuatur in conſi. 223 primo ſtatuto, col. 1. in fi. verſi. ſed hic plures rationes. lib. 1. per tex. in l. fin. C. de edicto diui Adria. tollen. Sententiam hanc Anto. etiam de Butr. agnoſcit in c. ſuper literis. nu. 35. verſi. dicit tamen notabile verbum de reſcript. & in c. fin. nu. 6. de libelli obla. euidentem probationem, quę inſtrumento fit, Abb. etiam ait in c. cum dilecti. in 1. nota. per illum text. de donatio. Iaſ. in l. admonendi.

col.

col.58.num.125.verſi.ſucceſſiuè Bart.ingreditur.ff.de
iureiuran.in 2.lectu.Sed & euidentiſſimam hoc genus
probationem,quæ ab inſtrumento deſcendit, Anto.
de But.putat in c.licet cauſam.nu.40.Ibiq; Abb.num.
12.in 13.nota. de proba.
207 Atq; in ſpecie † poſſeſſorij recuperandæ,exceptio-
nem ei opponi,quæ ab inſtrumento deſumitur,Soci.
ſcribit in d.conſ.87.col.fi.verſi.ſed tamen his non ob-
ſtantibus.lib.3. Felyn.in d.c.licet cauſam.nu.10. in 11.
no. 2. Dec.in conſi.302.nu.24. verſic.ſimiliter videtur
obſtare.Capit.deciſ.77.nu.4.deciſ.121.nu.27. verſi.&
hic ſuccedunt verba notanda. & apud nos in d.conſi.
322.nu.3.in fine.
208 Opinionem hanc recipiendam ita puto,† ſi oppoſi-
tio facta contra inſtrumentum non ſit,neq; in dubita
tionem quam venire,ſeu opponi quicquam nequeat.
Imola in d.l.1.in princ.Ibiq; Ruin.nu.43. & pluribus
ſeq.ſupra de ope.noui nuncia. & idem Ruin.in conſi.
37.nu.10.& in conſi.128.nu.13.lib.4. Abb.in d.c.licet
cauſam.nu.12.in 13.nota. Ibiq; deci. nota. etiam 13.
Fabius hic nu.44.& apud nos in d. conſi.299.nu.8. &
in d.conſi.302.nu.6. poſt prin.
Hoc amplius,probationem hanc, quæ inſtrumen-
to contra ſpoliatum ſit,ſimpliciter Bellamer.repudiat
in conſi.3.col.6. Caſtren.in l. de pupillo. §. qui procu-
ratorio.ſupra de ope.noui nuncia.Id quia multa obij-
ci contra inſtrumentum poſſunt.
Sed enim conſequens magis id credo, locum pro-
bationi id genus, cū exceptio, vlla contra inſtrumen-
tum non opponitur.Atque ideo ſatis non erit, id op-
ponere admittendam ex inſtrumento probationem
non eſſe, niſi ſi, & inſtrumentum ipſum oppugnetur.
Sed nec paſſim recipiendam impugnationem puto,
niſi ſi à ſuſpicione vacua calumniæ ſit. Exploratum
planè id puto, noxium ſpoliato inſtrumentum non
eſſe, quod factum inter alios, aut extraneos ſit toto
titu. C.res inter alios actu.l.ſi vnus.§. ante omnia.ff.de
pactis. & in ſpecie inſtrumenti inter alios conſcripti,
notoriam ex eo rem non fieri, Bart. ſcribit in d.l.1.in
princip.in prima quæſt.ſupra de oper. noui nunciatio.
Ruin.in d. conſi.37. num. 9. in fin. verſic. non obſtat
etiam lib. 4.
209 Quod dicitur, † locum probationi non eſſe, quæ
per inſtrumentum paratur, quotiens oppoſitio facta
contra id legitur.recipiendum non videtur, vbicunq;
executionem paratam lege municipali habet. Ad exē-
plum enim ſententiæ hoc genus inſtrumentum iudi-
catur. Vnde qua ratione exceptio rei iudi. poſſeſſorio
recuperandæ nocet,ita & ea, quę ex inſtrumēto eiuſ-
modi naſcitur, vt Roman. docet in conſi.76.in cauſa
nobilis viri.nu.4.& nu.7.& in ſpecie poſſeſſorij recu-
perandæ,idem Caſtellion.probat, Roman.memoria
non habita,in allegationibus pone Cremenſis ſingul.
col.8. verſi. quarto quia pars.ex Corſeto in tracta.de
poteſta. & excellen. regia col.84.
Contrarius ſententiæ,aut limitationi huic Bald.eſt
in l.peremptorias.nu.19.C.ſenten.reſcin.non poſ.vbi
exceptionem peremptoriam contra id genus inſtru-
mentum admittendam putat. Idque & Ruin.agno-
ſcit in d.conſi.37.num.10.lib.4.Idem ex Caſtren.iuua-
tur in l.ſi cauſa cognita. nu.4. Ibique Alex. num.9. C.
de tranſactio. vbi ordinis demum iudiciarij neceſſita-
tem remitti per ſtatutum hoc ſcribunt, quo execu-
tio parata inſtrumento præſtatur. vtputa ne libellum
offerri, litemve conteſtari, & alia facere neceſſe ſit,
quæ ordo iudiciarius poſtulat. Cauſam aliam exce-
210 ptionum peremptoriarum eſſe. Hoc ita,† niſi ſi vl-
tra executionem paratam, contra executionem in-
ſtrumenti quicquam opponi ſtatutum vetat. Exce-
ptiones tum enim reiectas, & peremptorias intelligi.
Quo caſu Rom.& Caſtellionei locū opinio habebit.

Confirmata, & explicata ex his limitatio apparet,
quæ ad ſententiam Doct. accommodata contra Bart.
erit,exceptionem rei iudi. poſſeſſorio recuperandæ re-
ctè opponi. vt ad ſpoliationem non trahatur, poſt
admiſſa ſententiam ſit. Ibi enim extra culpam om-
nem actorem eſſe, cur ad remedium poſſeſſorium
prius non deſcenderit. Econtrario culpæ reum abſo-
lutum teneri, qui ſine iudice ipſi ſibi ius dixerit.
211 Sublimitationem limitatio hęc admittit, † ne lo-
cum habeat, vbicunque iure ſuo is non decidit, qui
authoritate ſua rem occupat, aliumve ſpoliat iuxta
ea,quæ habentur in l.meminerint.& in l. ſi quis in tan
tam.C.vnde vi,& apud Alex.hic nu.14.Quo caſu ex-
ceptio obſtatura rei iudi. aut defectus alterius notorij
erit,tam & ſi poſt ſententiam commiſſa ſpoliatio ſit.
Idque rationem & æquitatem non exiguam habet.
Namque ſi ſaluum in re ius ſpoliatori manet,cur eius
opponendi, eoque vtendi permittenda facultas non
erit,cum in promptu fides eius fiat. Quo argumen-
tandi genere in fideicommiſſario cōtra interdictum
adipiſcendæ Caſtren.vtitur in conſi. 292. circa primū
dubium videtur,quod inſtitutio. num.7.verſi.& ſicut
non cadit lib.2.
Sed enim ius idem ſeruandum, cum iure ſuo ſpo-
liator caret, vt petitorij exceptione nihilominus vta-
tur,Anto.de But.ſcribit in cap.2.ante fi.de cauſa poſ.
propri. Ratione illa impellitur,quod iure ipſo irro-
gatio pœnarum non inducitur, de quibus in d.l. me-
minerint.& in d.l.ſi quis in tantam. Quod cum ita ſit,
& ſaluum dominij ius ante ſententiam priuationis
maneat.liberum ſpoliatori erit, de iure ſuo in petito-
rio fidem ex continenti facere.Quod ſi de pœnis ſpo-
liatus actor replicet, triplicandi ius erit, de pœnis illis
poſt modum videndum. Satis in præſentia eſſe, in-
terdicto locum recuperandæ non eſſe, vtpotè exce-
ptio cui petitorij noceat, de quo in numerato per ſen
tentiam liquet.Opinioni Anton.de Butr.Alex.hic aſ-
ſentitur.num.14.contra Ang. Idem Ruin.admittit in
conſi.42.num.10.in fin. & in conſil. ſequen. num.14.
in fin. lib.4.
212 Ab opinione hac † Fabius hic diſcedit. nu.45. verſi.
vltimo pro hac opinione,& nu. 50. in fin. Ego itē ve
riorem opinionem hanc arbitror. Quoniam ratio
omnis tacet, propter quam exceptio admitti petito-
rij ſolet.& quidem illa non mouet, potentius quam
poſſeſſorium,petitorium eſſe. Quoniam potētia qua
maior intelligi in petitorio non poteſt,quod perman
ſurum non ſit,vt pura ob pœnas memoratas reuoca-
213 bile.† Nihil quippe intereſt, dominium quis non ha
beat,nō an reuocabile.l.ſi pro patre.§.verſum.ff.de in
rem verſo.l.Senatus.§.fin. Ibique Caſtren.l.non quo-
cunque modo.in prin.ff.de lega.1.l. qui concubinam.
§.cum ita.2.ff.de lega.3.l. ſequitur.§. lana infra. titu.1.
l.qui decem.§.qui hominem.in fin. infra de ſolutio.l.
in bello.§. ſi quis ſeruum. infra de captiu. Vnde do-
minium impropriè dicitur, quod reuocari poteſt.l.ſi
quis ſeruum.Ibique Areti.ff.de acquiren.hæredi.Equè
ratio illa tacet,fruſtra poſſeſſorij diſceptationem fieri,
quatenus niſi petitorium ad executionem non perdu-
citur,de quo iudicatum ſit.d.cap.cum dilectus.de cau-
ſa poſ.& proprie. Immo enim executionem ſenten-
tia habitura de poſſeſſorio erit, ſi in pœnas.ll. ſpolia-
torem commiſiſſe pronunciatum ſit. Tertia denique
ratio ſilet, quæ exceptioni admittendæ fauet, de qua
in l. dolo. infra de exceptio.doli. Nulla quippè reſti-
tuendi neceſſitas, ſi re, pœnæ nomine cariturus ſpo-
liator eſt.
Poſtremo ex Bar.opinio hæc contra Anto.de But.
ratione fortiore euertitur, in l. filiam fratribus. ff. ad
214 Trebellia † nec interdicto adipiſcendæ petitorij ex-
ceptionem obeſſe, probatio cuius in promptu offer-
tur,

tur, vbicunq; vicioſa rei conuenti, & de petitorio excipientis poſſeſſio eſt, veluti cum interdicto quorum bonorum aduerſus fideicommiſſarium hæres vtitur. fideicommiſſi enim exceptionem hæres non patitur, vt probatio eius illico offeratur, quotiens vicium in poſſeſſione eſt, vt quæ capta ſine iudice ſit. Idem Deci. probat in conſil. 424. nume. 14. verſiculo non obſtant allegata, & nu.8. verſi. non obſtat quod ſupra dicitur. in conſ.467.nu.12.& in l. fi. nu. 41.ver. & quia virtute tituli, & numero 48. C. de edict. diui. Adrian. tollen. ſi poſſeſſorio adipiſcendæ exceptio dominij nõ obſtat, quod excontinenti docetur, vbicunq; vitium poſſeſſio excipientis patitur. Longe minus poſſeſſorio recuperandæ obſtatura exceptio petitorij erit, quotiẽs iure iniquo poſſeſſionem excipiens occupauit. ſiquidem priuilegiarium magis interdictum recuperandæ, quam adipiſcendæ nequidem Paulo eſt.

Neq; contraria opinioni huic Anto. ratio de Bu. eſt, iure ipſo pœnas non committi, de quibus in d. l. ſi quis in tantam. Atq; ideò impedimento eas non eſſe, quominus exceptio dominij opponatur. Reſponſio enim ex prædictis ſequitur. Ideſt ſatis eſſe, pœnam cõmiſſam, eiuſque condemnandum ſpoliatorem eſſe. Atq; ideo nihili exceptionem dominij, faciendã quod reuocabile eſt, & quod per ſententiam auferri ſpoliatori oportet.

Si dixeri fieri poſſe, ne commiſſa pœna ſit. ſic quo modo in d. l. ſi quis in tantam habetur. & hic apud
215 Alex. nu. 14. † Reſpondetur, æqualitatem in iudicijs ſeruandam. l. fi. C. de fruct. & lit. expen. l. in ſacris la grand in fi. C. de proxi. ſacrorum ſcrin. lib. 12. c. cum inter. Ibiq; deci. in ſexto nota. de exceptio. Itaq; ſi de dominio excipere ſpoliator permittitur, quo cum interdicto recuperandæ agitur, cur facultatem replicandi ſpoliatus non habebit. Ideſt rationem habendam dominij illius vipotè reuocabilis non eſſe, Atq; ideo in pœnam iacturæ eius ſpoliatorem offendiſſe per iudicem declarandum, & pronunciandum. Quinetiam ratio longe fortior ſpoliato actori, vt replicandi iure vtatur, quam ſpoliatori reo fauet, vt dominij ei exceptio competat. fauorabiliorem enim ſpoliati quam ſpoliantis cauſam eſſe, dubitatio vlla non eſt. Quatenus, & prædonem audiendum qui ſpoliatus ſit. Neq; dominij eum exceptiones pati regulariter conſtat. Ea propter quamque fieri poteſt, vt pœna commiſſa dominij ammittendi non ſit, Audiendus tamen ſpoliatus erit, ſi docere velit commiſſam eam eſſe.

Conſequenter his dicendum, cauſam priuationis replicationis iure vna ſimul cum poſſeſſorio cognoſcendam, ne pluris aliquid ſpoliatori quam ſpoliato tribuatur. Neue diſparilitatem in iudicis feramus.

Eque ſententiæ huic contra Anto. de Bu. tex non officit in c. 2. de diuor. Quem pro Anto. Alexan. hic affert. vbi exceptionem affinitatis notoriæ vxor non patitur, quæ vti ſpoliata poſſeſſorio recuperandæ cũ marito agit. Rei cuius ratio illa adſcribitur, quod ſententiam diſſolutionis, aut ſeparationis matrimonij, exceptio illa expoſtulat. Ea de re ante eam ſententiam non opponi. Namq; ex diuerſis. prorſus Alex. argumentatur. Ideſt à caſu non priuilegiario ad priuilegarium. à ſpoliatore ad ſpoliatum. Reſtitutionem ſpoliator ob exceptionem non impedit, quæ ſententiam expoſtulat. Idq; ſpoliatæ vxoris cauſa. Ergo è contrario fauor idem præſtandus ſpoliatori erit, vt dominij opponendi ius ob reſtitutionem impediendã habeat quotiens dominij illius amiſſio ſententiam deſiderat. A minori enim ad maius negatiue Alex. argumenta-
216 tur. † Non permittitur ſpoliator odioſus excipere, vnde reſtitutio prohibeatur, ergo nec ſpoliatus iuri gratioſus replicare, vnde reſtitutionem conſequatur. Quod genus admitti argumentandi non ſolet à minus fauorabili ad fauorabilius negatiue, vt Iaſ. tradit in l. quæ de legato nume. 3. & ſeq. ff. de lega. 1. in l. ſtipulatio iſta habere licere. §. fi. in terzo nota. & in fi. cõmentarij infra de verb. obli. & in l. ſi vnus num. 8. poſt med. C. de teſtam.

217 Sed obiecturus quiſpiam erit, † replicationem hanc admittendam de dominio amiſſo in poſſeſſorio recuperandæ non videri. perinde quaſi indaginem longiorem deſideret. neque probatio eius præſtari incontinenti queat. Reſpondetur. In gratiam id ſpoliati inſtitutum, ne exceptionem patiatur, quæ ad dominium reſpicit, neque euidens, aut notoria ſit. ob id oneroſum id eſſe ſpoliato non conuenit. l. nulla. ff. de ll. lege quod fauore. C. eo. titu.

218 Secundo reſpondetur † cauſam de priuatione, aut amiſſione dominij replicandi à ſpoliatore præſtitam, Qui dominij exceptionem oppoſuit. Proinde ius ei obijciendi non eſt, indaginem altiorem in replicatione oſtendenda exquiri. l. 1. §. ſi omnes in fi ff. de ventre inſpi. l. patrono libertus. ff. de bonis liber. l. 1. §. quod autem infra quorum lega. Bal. in conſ. 290. allegationes in prin. libro. 4. Pau. de Ca. in conſilio. 307. videtur quod non retineãt columna ſecunda circa med. libro ſecundo.

Tertio reſpondetur, defenſionem in replicatione verſari. Parique atque exceptionem dignam fauore eſſe l. pen. §. fi ff. ad l. Falci. l. fi Ibique Doc. C. de ædeo. Alex. in conſ. 235. num. 9. lib. 6. Deci. in conſ. 14. circa fi. vbi iure pari, atque exceptionem cenſendam replicationem ait. Propter quod ſicut æquitate exceptio nititur quia ad defenſionem ſpectat. l. qui æquitate infra de exceptio doli. Ita, & in replicatione æquitatem hanc ſubeſſe Bald. ſcribit in l. licet nume. 3. C. de iudi. Eam ob rem iniquitatis maximæ fuerit, aduerſus dominij exceptionem replicandi ius ſpoliato non eſſe.

219 Quarto reſpondetur, † dubitationis non eſſe, quia priuationis ius in iudicium agendo deduci principaliter poſſit. ſi agendo diſceptatio, & cognitio fieri priuationis poteſt, ergo multo magis replicando Bart. & alij in l. iuſiurandum quod ex conuentione num. 5. ff. de iureiuran. Areti. in conſi. 65. in præſenti conſultatione colum. fi. in tertio dubio. Deci. in dicto conſil. 14. ante fin. Ad quam ſententiam. tex. confert in lege inuito. §. cui damus infra de regul. iuris in lege. 3. C. de iudic.

220 Si dixeris, contrarium argumẽto huic quarto † tex. videri in dicto cap. 3. de diuor. vbi exceptio affinitatis contra matrimonium in poſſeſſorio recuperandæ nõ admittitur. At enim in iudicium impedimentum id affinitatis haud dubiè deducere principaliter licet. Reſpondetur, locum argumento huic quarto in odium ſpoliatoris non eſſe. Qui agendo facilius quam excipiendo auditur. Petitorium enim agendo proponit, Quod non ſimiliter præſtare excipiendo permittitur. Id quia reſtitui ſpoliatum ante omnia oportet. lege ſi quis ad ſe fundum. C. ad l. Iul. de vi pub. & alia non pauca. At enim in ſpoliato controuerſia hic vertitur. In quo ratio non mouet, quæ ſpoliatori obſtat.

221 Poſtremo ſciendum, † ſecum Alex. in q. controuerſa non obſcure pugnare. num. enim 13. verſi. ſecus ſecundum eum, ſi ageretur interdicto recuperandæ, & num. 14, in fi. verſi. vnam limitationem. Cum declaratione, aut limitatione concluſionis contra Bar. ſentit, ne locum concluſio habeat Bartolo contraria, vbicunq; poſt ſententiam de petitorio dictam ſpoliatio admittitur. Ibi enim Barto. opinionem admittendam, ne rei iudi. exceptio ſpoliato noceat. Quod idẽ Alex. ſcribit in conſ. 200. num. 6. verſi. At enim opinioni huic euidenter contradicit, cum Anto. de Bu. adſtipulatur. Cui viſum ſit, ius de dominio excipiendi cuã

contra

contra ſpoliatum poſt ſententiam eſſe, quatenus iure
ipſo dominium non perit. & qua ratione ſaluum id
ante ſententiam priuationis manet, ita recte opponi.
Apparet ex his, opinionem vtranq; & Caſtren. &
But. ab Alex. receptam, cum inuicem pugnent. Atq;
222 ideo † ab altera alteram conſumi oportet. l. ſi ancil-
la infra pro ſuo l. Vrannius infra de fideiuſ. l. fi. §. ſena-
tor infra ad municip. l. hæc verba ille, aut ille infra de
verb. ſigni. §. neq; autem homicidis. Ibi, & non erit
poſſibile. in Auct. de manda. prin. c. porro ante fi.
de pœni. di. 1. vbi bonus, & malus eſſe quiſq̃ nõ poteſt.
223 Melior igitur, & verior † Caſtren. opinio videtur,
vt exceptionem dominij ſpoliatio neſciat, quæ ſecuta
poſt ſententiam ſit. eoq; caſu locum Bart. opinioni
eſſe. Cæterum perpetuum id non ita intelligi, vti ſcrip
tum apud Caſtren. eſt verum cum in pœnam domi-
nij amittendi commiſſum à ſpoliatore eſt. Quicquid
aliter Anto. de Bu. Alex. quæ viſũ, & affeclis eorũ ſit.
224 Limitatio ſecunda † concluſioni memoratæ con-
tra Bar. aſſuitur, ne eo caſu obtineat, Quo ad vtilita-
tem tertij, non ſpoliatoris ſententia pertinet, quæ lata
in petitorio ſit. Exceptione enim rei pro tertio iudica
tæ contra ſpoliatum reus non iuuabitur. Siquidem
quod ad eum attinet, iuſta ſpoliati poſſeſſio æſtima-
tur. l. 1. in fi. & ll. duabus ſeq. infra vti poſſid. Ita Abb.
in d. c. in litteris num. 9. de reſti. ſpolia. Idem ex Bar.
percipitur in conſ. 81. Martinus Forniconis nu 4. ver.
ſed poſito quod verum diceret. Idem hoc, & Caſtren.
ſentit in dicta lege ſi de vi numero. 15. verſiculo deci-
mus caſus.
225 Non idem probandum credo † ſi petitorio agatur,
Ibi enim ius tertij agenti obſtaturum cum iure ipſo
actoris ius perimat. iuxta doctri. Bar. in l. 2. infra de
excep. rei iudi. Etenim ſi dominus tertius declaratus
per ſententiam eſt, ergo in dominio agentis res eadẽ
eſſe inſolidum non poterit. l. ſi vt certo. §. ſi duobus ff.
commoda. ſi dixeris, cur facilius contra petitorium,
quam poſſeſſorium tertij ius objicitur. Reſpondetur.
vbi petitorium propter rem exercetur, quæ in domi-
nio alterius eſt, Agentis non intereſt neq; à proprieta
te, neq; à poſſeſſione. Ratio alia cum poſſeſſorium
diſceptatur. Ibi enim de poſſeſſione intereſt. Quare id
demum obſeruandum, iuſta ab aduerſario nec ne poſ
ſeſſio ſit, cui ius in re non competit. ſin autem quæra-
tur, ob poſſeſſionem ne iniuſtam, dominij cauſa, aut
exceptione poſthabita, poſſeſſorium recuperandæ de
tur, Locus hic diſcrendi non eſt. excuſſionemq; pro-
lixiorem res poſtularet, vtpotè de qua doctoribus in-
ter ſe non conſtet.
Hic q; obſeruandum, cum de eo controuertitur,
exceptio ne rei iudi. interdicto recuperandæ obſtet,
non ideo id quæri quaſi iudicatum de poſſeſſorio cen-
ſeatur. cum ad poſſeſſionem ſententia non trahatur.
verum an ideo excipiendi ius competat, quod palam
defectus iuris in actore per exceptionem ipſam petito
rij fiat. vt fabius hic animaduertit nu. 42.
Ad ſummam igitur concluſionem hanc primam
in poſſeſſorio recuperandæ contrahenda, Pro regula
226 tradendum † exceptionem proprietatis, aut iuris
ad petitorium ſpectantis poſſeſſorio ipſi non nocere.
d. l. ſi de vi. d. l. ordinarij, & d. l. incerti. l. 1. §. 1. iuncta
glo. in verſi. ad recuperandam infra de vi, & vi arma.
l. ſi maritus. C. de dona. inter virum, & vxor. d. lege ſi
quis ad ſe fundum. C ad legem Iul. de vi pub. l. ſi co-
loni. Ibiq; Bar. C. de agri. & cenſi. lib. 11. c. cum dilo-
ctus de ordi. cogni. c. 1. in literis, & ſeq. & c. ex con-
quæſtione de reſti. ſpolia.
227 Cauſa eadem præſcriptionis eſt, † quam poſſeſſo-
rio recuperãdæ non obeſſe Deci. ſcribit in conſ. 57. in
fi. & apud nos in conſ. 124. col. fin. Hoc ita cum rem
ipſam præſcriptam reus aſſerit, Aliter atq; ſi remediũ
ipſum poſſeſſorium tempore extinctũ objicitur Pau
de Ca. in conſ. 105. in quæſtione, quæ ſperatur moue-
ri colum. fi. in tertio dubio lib. 1. Alex. in conſ. 6. num.
10. in fi. lib. 3.
228 Eque pignoris, † aut hypothecæ exceptio non ob-
ſtat ad petitorium quippè pertinet Alex. in conſ. 78. in
prin. lib. 3. Ruin. in conſ. 12. num. 12. lib. 4 Quod apud
Iaſ. reſtringitur in l. 3. §. fi. in fi. ſupra eo. exceptio etiã
229 reijcitur † quod fœnoris turpitudine cõtractus labo-
rat Corn. in conſ. 227. lib. 3.
230 Falſi item † exceptio non objicitur. Namq; ſi poſ-
ſeſſorio adipiſcendæ non officit. l. 2. Ibiq; glo. & Doc.
C. de ædie. diui Adria. tollen. glo. in l. 5. §. diuus in ver.
iudicium. ff. de petitio. hæredi. Bal. & Ang. in l. 1. §. fi. ff.
quem teſta. aper. Idem Bal. in conſ. 349. ſuper eo ꝙ
queritur nu. 2. lib. 3. Longe minus interdicto noxia re-
cuperandæ erit.
231 Hoc ita, † niſi ſi contra teſtes exceptio falſi oppona
tur, qui de poſſeſſione teſtificati ſunt Feli. in c. cum Io
annes nu. 51. ver. tertio intellige. de fide inſtru. à ſacro
item Neapolis concilio falſi crimen contra. poſſeſſo-
rium admitti, præcipue cum iacturam cauſæ falſi reus
facit, Capit. ſcribit deciſ. 25 in fi.
232 Et de exceptione criminis † poſſeſſorium per eam
non elidi, tex. loquitur in d. l. ſi maritus. C. de dona.
inter virum, & vxor.
233 Compenſationem quoq; † poſſeſſorio recuperãdæ
non obſtare, tex. probat in l. fi. in fi. Ibiq; Bal. in quar
to nota. C. de impenſa. glo. in c fi. in ver. petentem de
ordi. cogni. Iaſ. in §. in bonæfidei nu. 12. inſti. de actio.
234 Ratio eadem † præſumptionis eſt, de qua in l. quin
tus. ff. de dona. inter virum, & vxor. vxoris enim poſ-
ſeſſorio agentis ius ob eam præſumptionẽ non lædi-
tur Bal. in l. ſi vxorẽ nu. 7. C. de condi. inſer. Quod ob
235 tinere ita oportet, † ſi à muliere ſola viro defuncto
poſſeſſa res eſt. Non idem admittendũ, ſi vna ſimul cũ
viri hæredibus poſſedit Soci. in conſ. 131. nu. 7. ver. &
pro hoc benefacit lib. 1. ſed enim veram Soci. reſtrictio
nẽ non puto. qñ familiaritatis iure poſſediſſe hæredes
Intelligũtur. l. qui iure ſ̃. en. Neq; tex. mutat. in d. l. quin
tus. qn niſi pecuniæ reſtituendę vxor non tenetur. Res
planè in dominio vxoris eſt. l. Titiũ, & Meuiũ. §. altero
Ibiq; Bar. ff. de admi. tutor. l. ſi patruus. Ibiq; Bar. & alij.
C. com. vtr. iud. l. ſi ea pecunia. C. de rei vendica. & alia
non pauca.
236 In eadem cauſa † exceptio, aut triplicatio eſt, ex
actu voluntario metũ purgatũ. verbi gratia exceptio
renunciationis poſt ſpoliationem inſecutæ opponitur
quam metu factã ius præſumit. c. 2. de reſti. ſpol. Atq;
ideo metus replicando objicitur. triplicat reus, actu vo
luntario metũ illũ præſumptũ, aut verũ actu quo vo-
luntario purgatũ. oppoſitionẽ hanc purgati metus reij
ciendam Bar. alijq; tradunt in l. ſi ob turpem Ibique
Iaſ. in 1. limitatione. ff. de condi. ob turpem cauſam
Bar. & Bal in l. 3. & ſeq. C. quod metus cau.
237 Eiuſdẽ loci, & illud eſt † ꝙ Alex. ſcribit in cõſ. 61. ĩ fi.
lib. 7. Patri bonorũ maternorũ poſſeſſione à filio ſpo-
liato exceptionẽ nõ objici, ꝙ bonis ipſis nõ recte vtit̃.
In eandem ſentẽtiam Rota ſcribit deciſ. 46. nota, ꝙ
238 vbi aliquis in antiq. † De vitio ſentẽtiæ ſpoliato non
opponi, qui ex ſententia poſſidebat.
Deciſio hac Neapoli accedit. 116. Qui bona perduel
lionis à principe emit, ſi à perduellione ad bona etiam
reſtituto ſpoliatur, exceptionem reſtitutionis à princi
pe factæ poſſeſſorio recuperandæ non obeſſe.
Sed nec ſententiã iuris beneficio ſpoliatum obſta-
239 re † quod beneficia duo inuicem pugnantia vltra
tempus ſtatutum ſpoliatus tenuit. Atq; ideo poſſeſ-
ſione prioris iure ipſo ſpoliatum eum eſſe. c. de mul-
ta de præben. ob id enim ſpoliandi ius ante non
competit, quam ſententia declaratoria ſecuta de

Digitized by Google

priuatione ſit Rota deciſ. 16. ſi contra. in notulis, & in
nouis. Idem ex Abb. iuuatur, q. 4. Titius clericus co-
lumn. 6. in fi. verſi. nec obſtabit notata in d. c. conſti-
tus. Si dixeris, cur magis exceptio rei ab homine iudi-
240 catæ, quam à iure obſtabit. † Reſpondetur in priua-
tione iuris ſentētiam declaratoriam expectari, & mul-
ta ante opponi quam feratur poſſe. Quod aliter in ſen
tentia hominis eſt, quæ in rem iudicatam abijt,
241 Sed † nec inhabilitatem ſpoliati tituli ratione, ſpo-
liatori prodeſſe, qui recuperandæ conuenitur, veluti
cum beneficio ſæculari regularis diſpoliatur, Rota
ſcribit deciſione 114. nota ꝙ vbi regularis in antiq.
Fely. in c. in noſtra nu. 44. verſi. ſexto nota. de reſcrip.
Rebuſi. in tracta. de pacif. poſ. nu. 139.
242 Ad concluſionem memoratam † limitatio appli-
cata, ne ad exceptionem pertineat, quæ indigens
probationis non eſt, & vnde notiſſimus iuris defectus
in actore conſtat. De quo genere exceptionem eſſe
rei iudi. oſtendimus, & an cauſa eadem inſtrumenti ſit,
ſupra etiam explicatum. Quæ limitatio ſublimitatio-
nibus reſtricta duabus eſt. Limitationes, & aliæ ad
regulam, ſeu concluſionem memoratam adſcribi
per Alexan. hic & poſteriores ſolent. In quibus occu-
pandum me non cenſui ſatis in præſentia ratus, quæ-
ſtionem explicaſſe, quæ difficillima omnium in ſpe-
cie propoſita viſa eſt.
243 Concluſio ſecunda ex Bar. hauritur, † Ius idem poſ-
ſeſſorij retinendæ atq; recuperandæ eſſe, vt exceptio-
nem petitorij non magis retinendæ, quam recuperan-
dæ patiatur. Quam concluſionem generaliter intelligi
ſimiliter, vt priorem oportet. Ideſt etiam cum petito
rium, aut dominiū exceptio ſapit, quia fides facta do-
minij ſit. Rationes enim tres, quibus concluſionē pri-
mam ita intelligendā oſtendimus, ad hanc etiam con
cluſionē pertinent, Concluſionē hanc diſputādo Iaſ.
hic probat nu 49. 50. .iu, in cōſ. 126. nu 6. & ſeq. lib. 2.
244 Concluſioni huic † in exceptione rei iudic. vulgo
Doct. reclamant, & quidem ratione validiore, quam
prior, concluſio hæc proſternitur, Namq; ſi interdicto
recuperandæ exceptionem rei iudicatę opponi teſtatū
ſupra habemus Ratio fortior ius idem in poſſeſſorio
ſeruandum retinendæ mouet Quatenus fauorabilior
ſpoliati quam turbati cauſa eſt. Grauiorē quippè tur-
batiua expulſiuam vim eſſe non dubitatur glo. in l. 1.
§. fi. in glo. penul. in fin. infra vti poſſid. Idq; ratione
probatur, quod pœnæ grauiores ob vim expulſiuam,
quam turbatiuam dantur, l. meminerint, & l. ſi quis in
tantam. C. vnde vi, Quarum .ll. pœnæ ad vim turba-
tiuam non ſpectant, vt Fab. hic obſeruat num. 49. &
nume. 58. ex genere porrò pœnæ delicti grauitatem
245 dignoſci dubitari non ſolet, † vt eo grauius delictū
æſtimetur, quod pœna maiore coercetur, l. reſcriptū.
ff. de his, quibus vt indig. l. qui cum maior. §. 1. ff. de
bonis liber. l. 2. infra de publi. iudi. l. quod ad ſtatum
infra de pœnis. l. ſi quemquam in fi. C. de epi. & cler.
c. non afferamus 24. q. 1. Bar. in l. leuia in princ. infra
de accuſa. in l. non ſolum. §. ſi mandato infra de iniur.
Bal. in c. fi. nu. 5. de conſuetu. & alia non pauca, Itaq;
ſi exceptionis rei iudi. beneficio ſpoliator, & violen-
tus vtitur. Longe magis permittenda turbatori. Deli-
ctum cuius leuius eſt,
246 Secundo † priuilegiarium magis recuperandæ, quā
retinendæ interdictum eſſe, ratione, & altera demon-
ſtratur, quod prædoni etiam recuperādæ interdictum
competit, tametſi vitioſe ab aduerſario poſſideat, l. 1.
§. ſi prædo, & l. bonafides. ff. depoſi. l. 1. §. qui à me vi,
& l. colonus infra de vi, & vi arma. §. recuperandæ
inſtit. de interdic. d. c. in literis de reſti. ſpolia. Bal. in
conſi. 135. in cauſa egregij in princip. lib. 2. & contra
dominum ipſum id obtinere, dominium cuius in
manifeſto non eſt, declaratum ſatis ante habemus.

247 Cauſa alia † interdicti retinendæ eſt, quod contra
eum non indulgetur, a quo vi, clam, aut præcario tur-
batus poſſidet, l. 1 §. fina. cum l. ſequen. infra vti poſ-
ſid. l. 1. C. eodem titu. Quæ verba ab Innocen. expo-
nuntur in cap. penul. num. 1. in fin. de præſcriptione.
Vnde auditur turbator, ſi de vitio poſſeſſionis docere.
turbati velit. Quod non ſimiliter permiſſum ſpoliato-
ri eſt, qui poſſeſſionem ipſam reſtituere, vel prædoni
adſtringitur, neq; auditur, ſi prædonem eum eſſe o-
ſtendere paret. Ita maius ſpoliati in poſſeſſione recu-
peranda, quam turbati in ea retinēda priuilegiū appa
ret. Qđ cum ita ſit, abſurda res fuerit, exceptionem rei
iudic. interdicto retinendæ non opponi, quam recu-
perandæ pati interdictum oſtendimus.

Tertio ratione, aut argumento inuincibili Bartol.
opinio in retinendæ interdicto confutatur, etiam ſi in
recuperandæ defendi interdicto poſſit. Iure enim vul-
248 gatiſſimo vtimur, † interdictum ei retinendæ non
ſuffragari, qui iniuſte ab aduerſario, aut turbatore poſ-
ſidet. d. l. 1. §. fina. cum l. ſequen. infra vti poſſid. d. l. 1.
ibiq; Salice. in ſeptima oppoſitio. C. eodem titu. Ol-
dra. in conſi. 226. quidam epiſcopus circa fi. Freder.
in conſi. 147. quidam de ciuitate Tuderti column. 2.
poſt med. Signorol. in conſi. 262. num. 3. verſic. aut
non vacantem. Bal. in conſi. 337. ſtatutum lib. 5. At
enim iniuſta turbati poſſeſſio videtur, qui victus in pe-
249 titorio eſt. † In fide quippe mala dicitur, qui rem te-
net, quam ad alium pertinere cognoſcit. l. item veniūt.
§. petitam. ff. de peti. hæredi. l. quæſitum ſupra titu. 1.
l. ſi quis fundum infra eodem. l. ſi ſeruus teſtamento
infra de ſtipulatio. ſeru. l. bonæfidei à ſenſu contrario
infra de regul. iuris l fi. in fi. C. vnde vi. c. fin. in fi. de
præſcriptio. c. ſi virgo 34. quæſt. 2. Bartol. in l. illud
ff. de petitio. hæredit. Bal. in l. poſt ſententiam nu. 8.
C. de ſenten. Quod cum ita ſit, vbi fides à turbato ma-
la ante ſententiam abfuerat, poſt eam tamen non po-
teſt fide mala non teneri, & quamuis vi, aut clam tur-
batoris poſſeſſionem turbatus non occupauerit, ſatis
tamen ad vitium poſſeſſionis inducendum, videtur,
ſi ad turbatorem ipſum pertinere poſſeſſionem intel-
ligit, vt aliud ſentire Innocen. videatur in d. c. penul.
num. 1. in fi. de præſcriptio. Quid enim intereſt, ini-
tio, an poſtea fides mala accedat, dum impleta modo
præſcriptio non ſit, & quamuis controuerſiam id in
vſucapione patiatur per tex. in l. vni. C. de vſucapto.
transfor. Iaſon. in l. 3. §. ex contrario numero. 37.
verſicu. ſed caue. ſupra eo. Attamen ſententia contra
turbatum in petitorio lata, extra difficultatem res vi-
detur, cum interrupta præſcriptio ſit. Itaque ſi iniuſta
poſſeſſio turbati per ſententiam apparet, cur de iniu-
ſtitia hac per ſententiam docere permittendus turba-
tor non erit,
250 Ea propter iuri, & rationi conſentanea magis † ex-
poſitio dictorum verborum, poſſides a me vi, clam,
aut precario, vt ad reſpectum referantur, hoc eſt vitio
ſa poſſeſſio tua quantum ad me, ſeu reſpectu mei eſt,
etiam ſi vi mihi extorta, aut clam occupata me non
ſit. Cum ad me eam pertinere non ignores.

Illud certè infitias ire non licet, generaliter plus ni-
mio Bar. locutum, interdicto retinendæ exceptionem
rei iudi. non officere. Quid enim ſi in gratiā, res iudica
ta turbatoris ſit, cui aut vi poſſeſſio ablata, aut clā oc-
cupata eo ſit. An non exceptionem obijcere rei iudic.
licebit. Quatenus, & ſine ea in poſſeſſorio retinendæ
obtinere actor non poterat. Qui vitioſe à turbatore
poſſidebat,

S V M M A R I V M.

1 *Soci. argutiſſimè, & ſcitiſſimè omnium ſcripſit in hanc rub.*
Diuiſio planiorem interpretationem reddit,

In obli-

Digitized by Google

In obligatione naturali tria tempora obſeruat Soci. quæ hic referuntur, & copioſè explicantur.
2 *Potentiam triplicem homini à natura ingenitā Soci. refert.*
3 *Obligationis naturalis origo ante iuris gentiū conſtitutionē fuit, quę coactionis, aut efficacia quicquam non habebat.*
4 *Non eſſe, aut ineptum, & vitioſum eſſe nihil refert.*
Obligatio naturalis primis temporibus non erat ab vtilitate vacua.
Ratio naturalis homines adſtringit ad religionis cultum ſuperis præſtandum, patriā, parenteſq; maiores obſeruādos.
Iniuriam, vimq; arcendam ratio ipſa naturalis ſuadet.
5 *Ad gratiam referendam ratio ipſa naturalis nos adigit.*
6 *Beneficij memoria primo tempore ante iuris gentium conſtitutionem in bonis, & rebus, intelligi non poterat, cùm in commune omnia haberentur, ſed tantùm quoad corporis, aut animi ſalutem.*
7 *Obligatio naturalis cuius virtutis iure gentium ſecundario eſſet, & quæ illius origo, & materia.*
8 *Manus regia pro actionibus, & remedijs iuris ciuilis, quibus vtimur, remedium olim fuit.*
Actiones à iure ciuili fuerūt prōditæ in vicem manus regiæ.
9 *Obligatio naturalis tempore iuris gentium à gentibus ipſis, nō à natura, ratione tamen naturali impellente introducta fuit.*
Rationis, & æquitatis eſt, vt ratum quiſq; habeat, & ſequatur, ꝙ ſemel placuit, & ad ꝙ conſenſum accōmodauit.
Obligationis naturalis nomen ab ipſa ratione naturali deductum fuit.
Obligatio naturalis inter dominum, & ſeruum impediri non poteſt, cùm ratio ipſa naturalis deleri nequeat.
10 *Obligatio naturalis vera, & propria niſi ex conſenſu non deſcendit.*
Obligatio naturalis ex maleficio non proficiſcitur declaratur num. 11.
11 *Obligatio naturalis ex conſenſu, an ex æquitate procreetur non refert.*
12 *Nomen cauſati à cauſa trahitur.*
Cauſa ſuæ ſimilis eſt effectus.
Denominatio à ratione facti potius, quam à facto fit.
13 *Contractus nominati iurisgentium dicuntur.*
Obligatio cur iuris gentium non nuncupetur, ſicut contractus. Soci. reſponſio affertur nu. 14. quæ ab Authore declaratur nu. 15. & ratio diuerſitatis aſſignatur nu. 16.
17 *Obligationis naturalis ſecūdū ius gentiū materia multiplex.*
Sententia iudicis naturalem obligationem habet.
18 *Pœnas à fontibus, & reis dari æquum, & reipublicæ neceſſarium videtur.*
19 *In obligatione chirographaria, aut literarum ante bienniū excurſum actio non oritur.*
20 *Præſumptio eliditur ex probatione contraria.*
21 *Conditio ab eo inducitur, quod ad futurum reſpicit.*
Conditio tacita intelligitur ex cauſa finali, ſine qua quis cōtracturus non erat.
22 *Conſenſus purus fortior eſt conditionali.*
23 *Bart. opinio, quòd biennio præterito ab obligatione ciuili ſola actio ex chirographo gignatur pluribus argumentis impugnatur hic, & num. ſeq.*
L. non figura ſuprà tit. 1. declaratur.
Obligationis vtriuſq; literarū, & verborū par eſt poteſtas.
25 *Bart. opinio, cùm datiuam actionem putat, quam literarum obligatio poſt biennium parit, reijcitur.*
26 *Obligationum naturalis, & ciuilis poſt biennium in chirographo coniunctio præſumptiuè fit, quæ præſumptiua coniunctio etiam ante biennium procedit, donec pecuniæ non numeratæ exceptio oppoſita ſit.*
27 *In chirographo naturalem obligationē dupliciter obſeruat Bald. cuius opinionem Author impugnat.*
Confeſſio non ſpectāda ſed res ipſa, propter quā confeſſio fit.
28 *Chriſtopho. Porci. reſponſio inſti. de obliga. nu. 6. verſi. non obſtat reijcitur.*
Conditio tacita actum non ſuſpendit, declaratur nu. 29.
30 *Ange. opinio inſti. de litera. obliga. nu. 13. reijcitur.*
31 *Senſus potior in re dubia æſtimatur, cum quo commune ius facit, & per quem ſpeciale ius tacet.*
32 *Actio ex chirographaria obligatione intra biennium non competit.*
33 *In delictis etiam naturalis obligatio verſatur.*
34 *Soci. dicta Author reprahendit.*
35 *Materia quid dicatur.*
36 *Manus regia in cōtractibus innominatis an locum haberet.*
Obligatio naturalis in contractibus innominatis an inducatur ante, quam ſecutum implementum ſit.
37 *Obligatio ciuilis à iuris ciuilis approbatione nomen accepit.*
Poſſeſſio ciuilis approbatione iuris dicitur. quam ciuile ius agnoſcit quaſi iuſtam, & legitimam, etiam ſi naturalis ſit.
Hæreditas ex. teſtamento delata legitima ob ipſam legis approbationem dicitur.
38 *Verba per prius ideſt in potiore ſignificatu non poſterius accipi conuenit.*
39 *Adenominatio ab origine potius, quam ab approbatione fieri debet.*
Statutum de ſucceſſione legitima mentionem faciens ad teſtamentariam trahi non debet.
Obligatio ciuilis propriè, & ſtrictè ad eam referri debet, quę approbata à iure eſt.
40 *Obligatio vtraq; naturalis, & ciuilis ad actionem edendam, aut effectum producendum requiritur.*
41 *Bart. Doctrina in l. 1. nu. 22. ff. de condi. indeb. reprobatur.*
42 *In actione progeneranda tria Soci. conſiderat, quæ ſubtiliter explicantur.*
43 *Conuentiones quæ per ius ciuile agnitæ ſint?*
Veritati proximus eſt, qui rectè diſtinguere didicit.
44 *Contractus nominati qui dicantur?*
L. iuris gentium in princ. ff. de pactis declaratur.
45 *Nomen in contractibus nominatis dupliciter delatum.*
46 *Contractus, qui ab actu contrahendi, & à contractu ipſo conſumato, & illi, qui ab executione, aut re ipſa tradita nomen trahunt, differunt.*
47 *Venditor ante rem tradere non tenetur, quam pretium emptor dederit.*
48 *Obligatio ciuilis, & actio non ſequitur ex contractibus, qui re contrahuntur rei interuentu amoto, ſi ſimplex in eis cōuentio interueniat.*
Ex promiſſione de re commodanda, vel pecunia mutuanda citra ſtipulationem actio non naſcitur.
49 *Ex pacto de donando liberalitatis fauore obligatio ciuilis præter naturalem, & actio oritur.*
50 *Ex pacto nudo de dote danda, aut conſtituenda actio oritur.*
Ex pacto etiam de pignore tradendo iure prætorio actio accommodatur.
51 *Obligatio ex conuentionibus à iure reprobatis non procedit.*
Obligatio naturalis ex conſenſu oritur.
52 *Obligatio ex conuentione turpi etiam naturalis non oritur.*
Per remotionem generis omnis ſpecies remota creditur.
53 *Ius naturale à iure ciuili non mutari, neq; lædi quomodo ſit intelligendum declaratur. hic, & nu. 55.*
Ius ciuile efficere poteſt, ne naturalis obligatio oriatur.
54 *Ius ciuile non poteſt naturalem obligationem prohibere.*
Citatio prohiberi non poteſt, quia iure naturali ad defenſionem ſpectat. limitatur nu. 58.
Venandi, & piſcandi vſus à Principe prohiberi non debet. declaratur nu. 57.
Conſuetudo rata non habetur, quæ contra ius naturale aliquid permittit.
55 *Ius naturale limitationem, non abrogationem patitur.*
56 *Ius naturale diſtingui poteſt.*
57 *Ex conuentione improbata obligatio naturalis non prodijt.*
58 *Doli ſuſpitione non tenetur, qui contra quam prohibitū iure ciuili eſt, palam quid agit.*
59 *Obligatio naturalis, an ex cōuentionibus nominatis oriatur, ſi impugnata leguntur à iure ciuili, explicantur tradita à Socino.*

60 *Coniunctio, & continuatio ſcripturarum facit, vt ſecundum alteram vna intelligatur.*
Declaratio ſuperiorum ex poſterioribus deſumitur,
Prædicata talia intelliguntur, qualia ſubiecta permittunt.
61 *Aduerſatiua ſequēs ad ea, quæ eiuſdē generis ſunt, refertur.*
62 *Ius idem probandum, vbi eadem ratio viget,*
Dictum ſpeciale à ratione generali ampliari ſolet.
63 *Taxatiua dictio diſſimilia, non autem ſimilia, aut in quibus ratio eadem inest, repellit.*
64 *Conuentiones omnes nominatas à iure ciuili agnitas eſſe quomodo intelligi debeat, declaratur.*
65 *Pactum nudum quomodo contrahatur.*
Pactum nudum, quamuis à iure ciuili approbatum non ſit, tamen quia ius ciuile ei non reſiſtit, obligationem naturalem iure gentium propter conſenſum parit.
66 *Pactum nudum cur minus ad actionem, quam ad exceptionem valeat, ratio affertur.*
67 *Acceptatio expreſſa in pacto nudo ineundo, an requiratur,*
68 *Pactum nudum quale ſit.*
69 *Pactum audum id videtur, à quo cauſa abeſt.*
70 *Pactū nudū, q̄ à cauſa vacat, à iure ciuili non impugnatur, & conſequēter naturalis obligatio cum effectibus ſuis ex eo naſcitur, hæc fuit Socini opinio, quæ oppugnatur nu. 71.*
72 *Promitto tibi centū ſi dixeris an donationis cā ſubaudiatur,*
73 *Pactū ex cauſa donationis ad actionē valet declarat̄ nu. 74.*
74 *Nuditas in pacto tripliciter intelligitur.*
75 *Conuentionibus innominatis non correſpectiuis atq; nominatis quare par omnibus effectus tributus non eſt.*
76 *Ius canonicum iuris gentium æquitatem amplectitur,*
Pactum nudum de iure canonico actionem edit.
77 *Inter mercatores in foro etiam ciuili pactum nudum valet, & qua ratione id ſtatutum ſit.*
78 *Actionem non edi ex conuentionibus nudis, ſimplicibus, nō correſpectiuis perpetuum non eſt, ſed in caſibus quibuſdam non recipitur,*
79 *L. ſi quis argentum. § pen. C. de donatio declaratur.*
80 *Pactum audum quibus caſibus ad actionem inducendam valeat remiſſiuè oſtenditur.*
81 *Pollicitatio actionem dotis cauſa non parit limitatur dupliciter hic, & nu. 82.*
83 *Conſtitutum etſi pacto nudo perficiatur, actionē tamē parit.*
84 *Ex pacto nudo geminato actio naſcitur, declaratur nu. 85.*
Ratio dictæ concluſionis affertur an. 86.
87 *Conſtituere, & promittere idem eſt.*
88 *Conſtitutum quam ob cauſam a prætore inuentū, & vigor additus ei ſit, vt de pecunia conſtituta actionem pariat?*
89 *Prætoris poteſtas non fuit iuri ciuili directo derogandi declaratur ibi.*
90 *Petitionem hæreditatis vtilem prætor introduxit, quæ poſſeſſoria bonorum hæreditatis petitio appellatur.*
Actio in factum ex edicto prætoris naſcitur.
Actionem prætor tum quoq; tradit, cū alia a iure ciuili tradita inuenitur, ſi non æquè commodè, aut ſatis per ciuilem conſultum eſt.
91 *Neceſſitas vbi maior eſt, promptius auxilium eſſe cōuenit,*
Cautius agendum, vbi grauius periculum inſtat.
92 *Pacto cur nudo, & ſimplici vim actionis tribuendam prætor non duxerit.*
93 *Traditur quid difficilius non paulo, quam promittitur.*
Promittimus difficilius ei, qui nobis debet, quàm ei, qui non debet, cùm facta iam ſolutio ſit.
94 *Pactum geminatum cur actionem producat ratio affertur,*
95 *Promittere leue quippè eſt, & pollicitis diues quilibet eſſe pōt,*
96 *Deliberatio maior contingit, vbi maius animi conſilium.*
97 *Ex pacto nudo non ſolum exceptio, ſed & actio præſtatur, quoties facilitatis ratio promittendi quieſcit, veluti cum obligatio duplex naturalis concurrit,*
98 *Conſtitutum à Prætore introductum ex mente, & ratione iuris ciuilis eſt.*
99 *Prætoris edictum inutile non eſt, à quo expreſſum ideſt, quod comprahenſum niſi tacitè non erat.*

100 *Declaratio, aut expreſſio fruſtra ciuis non habetur, quod tacitè inerat, ampliatur nu. ſeq*
102 *Dubitationis tollendæ cauſa expreſſa vitioſa non ſunt.*
103 *Generalitas reſtringi dēt, vbicunq; ſubeſt reſtringendi cā,*
Generalitatis reſtringendæ ratio à iure ipſo ciuili, & à ratione ceſſante deſumitur,
Fraudem accipere non videtur, qui bis idem promittit, immo enim conſilio, atq; vltro id facere intelligitur.
104 *Pactum nudum qua ratione in aliquibus caſibus actionē pariat, declaratur.*
105 *Pactum nudum ſimplex, ſeu non correſpectiuum ad contractum innominatum accedit.*
106 *Inter contractus innominatos non correſpectiuos, ſed ſimplices, & alios cōtractus innominatos correſpectiuos differentiæ explicatur.*
Pœnitentia in contractibus innominatis correſpectiuis locū habet ad vtilitatem eius, à quo impletum eſt, ſi impletum ab altero non ſit, ſecus in pacto nudo ſimplici, & diuerſitatis ratio aſſignatur nu. 107.
107 *Donatio inter contractus innominatos refertur facultas tamen pœnitendi donatori non datur,*
Permutatio contractus innominatus æſtimatur.
Pœnitentiæ in permutatione locum habet poſt implementū contra eum, à quo impletum non ſit.
108 *Tranſactio eſt contractus innominatus.*
109 *Inter contractus innominatos ſimplices, & contractus correſpectiuos ſecunda differentia affertur, itē tertia nu. 120. quarta num. 114.*
112 *Petit fruſtra quis. quod intus habet.*
112 *Contractus correſpectiui implemento ſecuto, an maior ſit potentia declaratur.*
113 *Incommodum quod culpa ſua contingit, quiſq; ſibi cōciliare vltro intelligitur.*
114 *Contractus correſpectiui à cauſa, & reſpectu ipſo, propter quem ſiunt, correſpectiui nuncupantur, quos vocabulo propriore ob cauſam contractus dicimus.*
115 *Cōtractus correſpectiui quare, & ipſi ſpeciali nomine prædit i non ſunt.*
Baldi in. Doctri. in l. 1. nu. 38. & nu. 68. ff. ſol. matr. explicat̄.
116 *Denominatio contractus ab effectu, non à verbis trahitur, quoties verbis ipſis effectus repugnat, declaratur nu. 119.*
117 *Negocia quippè plura ſunt, quam vocabula.*
118 *Argumenti ab accidenti, aut iure ſpeciali deducti haberi ratio non ſolet.*
120 *In contractibus correſpectiuis implenti duobus remedijs ſuccurritur, vel actione præſcriptis verbis ex dolo, aut in factum, vt impleatur, vel quod intereſt, præſtetur.*
121 *Actio præſcriptis verbis ad contractum correſpectiuum reſcindendum an detur?*
122 *Obligatio naturalis in contractibus correſpectiuis de iure gentiū ante implementū oritur, ſed ante ius ciuile, nec ad excipiēdū p̄derat ſecun. Soci. cuius opin. author impugnat.*
123 *Obligatio vtra potentior æſtimetur naturalis, an ciuilis.*
Exceptio æquitate nititur,
A vinculo ſimplici duplex ſoluitur.
124 *Repetitio ſoluti pro eo, q̄ naturaliter debebatur nō cōpetit.*
125 *Per compenſationem naturaliter debiti retinere id licet, q̄ vtroq; iure naturali, & ciuili debitum eſt.*
Deducendi, ſeu detrahēdi ius obligatio naturalis tribuit, cū poſſeſſore bonæ fidei hæreditas confertur, id enim in hæreditate reſtituenda deducit, q̄ debitum ſibi naturaliter eſt.
126 *Obligatio naturalis qua ratione excipiendo excludat obligationem naturalem, & ciuilem.*
127 *Quod ad defenſionem ſpectat maiore æquitate nititur.*
Obligatio potior in concurſu habetur, quæ fauorabilior eſt.
228 *Obligatio naturalis pro actore propter coniunctionem ciuilis fortior non eſt.*
Succeſſione feudi per fratrem vtrinq; conſanguineus tantū eſt, non ſubmouetur.
230 *Statuto cùm per fratrem ſoror excluditur, à fratre conſanguineo tantū ſoror ſubmouetur, quæ coniūcta vtrinq; eſt.*

231 Fra-

231 *Frater conſanguineus cum fratre, vtrinq; coniunčto admittitur ad bona, quæ extra familiam exire teſtator vetuit.*

232 *In ſucceßione fratris naturalis duplex vinculum non attenditur, cùm impertinens in eo agnatio ſit.*

233 *Obligatio ciuilis ad effectus naturalis prohibendos pro nihilo eſt exiſtimanda. Victoria à pari non exiſtit.*

234 *Rei conditio potior in cauſa æquali eſt.*

235 *Potentius ideſt, quod fauorabilius eſt.*

236 *Obligatio naturalis etiam in compenſandi iure fortior eſt.*

237 *Obligatio ciuilis potior naturali eſt, q̃tū ad actionē dādam.*

238 *Non eſſe omninò, vel inutile eſſe paria ſunt.*

239 *Fideiuſſor obligationi naturali ſimpliciter accedit non autē ad ciuilem ſimpliciter admittitur, ſic Bart. diſtinguit. Sed author parē vtriuſq; obligationis cauſā exiſtimat, nu. ſeq.*

242 *Falcidiæ detractio conſenſum, aut voluntatem teſtatoris, & hæredis non habet.*

243 *Stipulationis definitio.*

244 *Stipulatio verba, & quidem non ſimpliciter, verùm ex forma. & ſolemnitate poſtulat.*

245 *Stipulationis altera definitio.*

246 *Denominatio à forma, non ab effectu fieri debet, vbicunq; inter formam, & effectum non conuenit.*

Sententia licet definitiua effectum habeat, quia finem controuerſiæ imponat, interlocutoriam tamen.

247 *Caſtren. defenſio diffinitionis glo.*

248 *Rationem eandem vbi diuerſi caſus habent, pro eodem quātum ad ius habentur, ſeu iure pari determinantur.*

249 *In definitione ab effectu agnoſcenda Decij diſtinctio quæ refellitur nu. 250.*

251 *Generalia verba ad caſum iuſtum, & licitum reſtringi debent, quod locum habet etiam in diſpoſitione iurata.*

252 *Reſciſio omninò extitura pro facta habetur. Ratum, quod quis habere cogitur, perinde eſt, atq; ſi ratum habuerit.*

Fideiuſſor ſtatim quando condemnatus eſt cum reo principali agit, vt indemnis fiat, quamuis ſolutio iudicati facta adhuc non ſit, cùm ſoluere neceſſe habeat.

Dupla perinde quaſi promiſſa debetur, quā ꝓmitti oportuit.

Cautio de damno infecto pro data habetur, cū dari oportuit.

253 *Definitionem mediatè cum definito conuerti ſatis eſt.*

254 *Poſſeßionis definitio.*

255 *Albæ opinio circa ſtipulationis definitionē. Declaratio certior, aut expreßior nulla eſt quā quæ ab effectu deſumitur.*

Ab opere, ſeu effectu magiſter laudatur, & ex ſuis quiſq; fructibus cognoſcitur.

256 *Definitionem ſtipulationis à glo. traditam non eſſe ſpernendam Author arbitratur.*

Definitio potior habetur, quæ rem definit, vti iam perfectā, ſeu ad ortum perductam, quam vbi ad ortum perducitur.

257 *Cauſatum aliud atq; cauſam eſſe declaratur.*

258 *In re definienda id ſpectari demum conuenit, vt rei ipſius definita cognitio, atq; demonſtratio habeatur.*

259 *Effectus ad rem ipſam percipiendā potior verbis æſtimatur.*

Ab effectu non à verbis nomen contractus trahitur, quoties contrarius verbis effectus eſt.

Diſpoſitio an affirmatiua, vel negatiua æſtimetur per effectum, non verba declaratur.

260 *Definitionis ſtipulationis à glo. tradita Nigri oppugnatio.*

261 *Stipulatio an ſit contractus ſpecialis, vel generalis.*

262 *Stipulationis nomen vnde exiſtat.*

263 *Stipulatio quo iure ſit introducta, gentium an ciuili.*

264 *Paciſci per interrogationem, & reſponſionem apud gentes, & ante ius ciuile in vſu fuit.*

265 *Teſtamentum iuris ciuilis eſſe Bart. defendit contrariā opinionem crebriorem eſſe Author probat.*

266 *Stipulationem, vt induceret quæ cauſa ciuile ius impulerit.*

267 *Stipulatione interpoſita contractus innominatus implemēto etiam nendum inſecuto actionem parit.*

268 *Pœnitentiæ locus non eſt in contractibus innominatis ſtipulatione adiecta.*

269 *Excluſio vnius eſt incluſio alterius.*

270 *Conuentionum omnium re integra circa ſtipulationes inducendam ratio videtur.*

271 *Legis ratio eſt ſpectanda.*

272 *Stipulationis ędendæ neceßitas altera à Caſtren. enarrata explicatur, ab Alex. reiecta refertur nu. 273.*

273 *Promiſſio nuda iudicij calore ad actionem afferendam veſtitur, contraria opinio frequentior probatur nu. 274. ſed Author affirmatiuam meliorē, venioremq́; exiſtimat nu. 275. limitatur nu. 276. oppugnatur nu. 277. ſublimitatur nu. 279. limitatur ſeruando nu. 284. Negatiua opinio limitatur nu. 284.*

275 *Stipulationis fictio in iuditio admittitur. Extendi, & ampliari facilius quid, quam induci recens ſolet.*

Patientia in iuditio conſenſum inducit.

278 *Ex promißionibus iudiciarijs, quæ ad iuditium cōſeruandū fiunt, celeriorem exitum lites haud dubiè accipiunt.*

280 *Conſenſum in his patientia, aut taciturnitas nō inducit, quæ tacenti noxia, aut patienti ſunt declaratur ibi.*

281 *factum potentius ommißione, & patientia eſt.*

282 *Actus ab eo impugnari non poteſt, qui illi conſenſit.*

284 *Confiteri paciſcens intelligitur verè à ſe pecuniam deberi, quam per iudicem ſoluere damnatus eſt.* (parit.

Confeßio in iudicio emiſſa actionē in factū aduerſus cōfitētē

Cōfeßio obligationē, vnde actio oriā nō generat, at genitā ꝓbat

385 *Diuerſitas caſuū pro nihilo pendi ſolet in quibus ratio vlla ſpectari diuerſitatis nequit.*

286 *Error plerunq; in confeßione de facto alieno contingit, atq; etiam in facto proprio, qui in damno arcendo non obſtat.*

287 *Obligatio legis potentior eſt obligatione hominis.*

288 *Ex pacto nudo in iudicio reus tenetur, quoties id promittit, cui faciendo tenebatur.*

Contra fideiußorem non modo in iuditio, ſed & extra pactū nudum actionem edit, vbicunq; ſuper eo interponitur, quod alias præſtandum à promißore erat.

289 *L. 5 inf. eo. explicatur. Lex inutilia non affert remedia.*

290 *Actus extraiudicialis imbecilior eſt iudiciali.*

291 *Fideiußio apud gentes in vſu, & ante leges fuit.*

292 *Fideiußio an ſtipulationem requirat.*

293 *Nouatio, vſura, pœna, & acceptilatio ſtipulationē requirunt.*

Pactum nudum à ſtipulatione perficitur.

294 *Adiungitur quid facilius rei iam natæ, quam recens, aut noua comparetur.*

Actio alij quamuis per liberum hominē non quæratur, quæſitæ tamen qualitas adijcitur.

Donare propter nuptias matrim. conſtāte licet, multo magis donationi iam perfectæ inſinuationis qualitatē adijcere.

295 *Stipulatio cur interrogationem poſcat repudiationis futurę præſumptio in re clara ceſſat.*

Acceptatio eo ipſo oſtenditur, ꝙ petitio, aut interrogatio ſit.

296 *Cauſa finalis quæ ſit.*

297 *L. 1. §. ſexum ff. de poſtulan. declaratur.*

298 *Ratio, quæ in quolibet caſu ſub genere cōprahenſo non concludit, aut mouet, contingens, non neceßaria, at perſuaſio quædam dicitur.*

299 *Caßatio habitum præſupponit.*

300 *Verba, vt perſona eſt, ad quā ſpectant ſunt accipienda.*

301 *Neceßitatis quoties in principe, legeuè mētio ſit, de ea intelligi verba oportet, cui adſtrictus princeps, legisq́; Author eſt, de neceßitate nimirum, quam munus ſuum in ſubditis moderandis iniungit.*

Princeps commodis ſubditorum, & publicis, non minus, ac ſuis conſulere neceſſe habet.

Princeps pater ſubditorum habetur quoad prouidendum.

302 *Vtilitatis cauſa ad conuentiones etiam iuris gentium ſpectat, quæ ad actionem valent, vtpotè nominatas, & à iure ciuili receptas, & confirmatas.*

303 *Stipulatio, quæ neceſſaria non eſt, verùm ſuper contractu efficaci interponitur, conuentionalis dicitur, & quare?*

304 *Stipulatio niſi ad futurum non reſpicit, neq; verbis præſentibus ſit, ſed futuris.*

305 *Actio ineptè conſideratur, quæ in id non competit, quod apud petentem ſit.*

Digitized by Google

Contractus nominati, & conuentiones nudæ iuris gentium verbis præſentibus conceptæ, & ſtipulatio differunt, prout inter factum, & promiſſionem.
306 *Stipulatio ſuper contractibus nominatis, & conuentionibus nudis iuris gentium rectè interponitur, & cõuentionalis nuncupatur.*
307 *Stipulatio conſenſu, & conuentione carere non poteſt.*
308 *Dictio ex, cauſam immediatam dicit.*
309 *Stipulatio à modo ipſo concipiendi, & contrahendi formam accipit.*
Denominatio à forma ipſa potiuſquam à materia fieri debet, cùm à forma rei ſubſtantia pendeat.
310 *L. 5. in prin. hoc tit. declaratur.*
Dictio ex plerunq; in legibus pro in ponitur, & ſimiliter dictio de
311 *Lex generaliter diſponens reſtrictionem non recipit.*
Senſus omnis reſtrictiuus ſermoni literario contrarius.
312 *Stipulationum genera totidem ſunt, quot rerum contrahendarum genera, & modi ſunt.*
313 *Stipulationes, quæ ab inuitis exiguntur hic enarrantur.*
314 *Ex ſtipulatione ad contractum nominatum adſcripta quæ vtilitas oriatur, latè explicatur.*
315 *Fructus in contractibus bonæ fidei, & ſtricti iuris ex quo tempore debeantur?*
316 *L. ſi ſtipulatus ff. de vſuris declaratur.*
Ex ſtipulatione quando fructus debeantur.
317 *Tradere, non dare venditor tenetur, ſi dominus non eſt.*
318 *Actiones plures habere noſtra intereſt.*
319 *Remediorum plurium vno perempto renunciatione incolume alterum manet.*
Actio vna per tempus extincta altera remanet ſi vita longior alteri ſit.
320 *Actor ſi in vna actione reo abſoluto liti ſuccumbat, ad alteram adire poteſt, declaratur num. ſeq.*
321 *Titulis pluribus rem poſſideri noſtra intereſt.*
322 *Contractum nominatum firmiorem ſtipulatio præſtat.*
323 *Stipulationis vtilitas, vt quod ſua intereſt quiſq; ſtipuletur.*
324 *Conuentio omnis firmitatem non aliter obtinet, niſi paciſcentium interſit.*
325 *Stipulationis vtilitas etiam in veſtimento conuentionum nudarum iuris gentium vertitur.*
326 *Stipulationes prætoriæ nõ adeo ſtrictim, ac iudiciales obligãt.*
L. pœnales. § omnes ff. ad legem falci. explicatur.
L. cùm ex cauſa infra eo. declaratur.
327 *Stipulationes prætoriæ molliores iudicialibus ſunt.*
328 *Aequitatẽ in primis prætor colit, eamq; curæ præcipuè hẽt.*
329 *Stipulationum ſecunda diuiſio explicatur.*
330 *Stipulationum tertia diuiſio, quòd diuiduæ quædam, indiuiduæ aliæ æſtimantur.*
331 *Stipulationum quarta diuiſio legitur, quòd veræ, fictæq; interueniunt.*
332 *Stipulationi fictæ locus aliter non eſt, quam ſi habilitas extremorum interueniat à quo, & ad quod.*
Mutus ſi dotem accipit, aut alij promittit, ſtipulatio ad vtilitatem mulieris ita fingitur, ſi ſeruum mutus præſentem habeat, opera cuius verè concipi ſtipulatio poſſit, reprobatur num. 336.
333 *Bald. Nouelli limitatio habilitatem extremorum in ficta ſtipulatione neceſſariam eſſe repudiatur.*
Stipulatio ficta verba non deſiderat.
334 *In ſtipulatione ſatis eſt, quòd extremorum habilitas in genere ſit, licèt in ſpecie controuerſa abſit.*
Fictio in genere locum habet, quod fieri in genere poteſt, vt ſuperſtes is ſit, quem incolumen lex fingit.
335 *Conſenſus infantis furioſiuè in genere inueniri nequit.*
337 *Indigna res non eſt, quæ in ſpecie memoratur.*
338 *Stipulatio vtrum ad contractus appellationem pertineat, opinionem negatiuam frequentiorem Author probat nu. 339 vbi limitat.*
340 *Contractus vocabulum quibus caſibus ad ſtipulationem pertinet, propriè, aut largè id fiat, ad contractum nominatum competit.*
341 *Stipulatio quibus modis eam fieri oportet.*
Stipulationem contrahere nequeunt, mutus ſurdus, infans, & abſens.
342 *Verbum exaudire auditum cũ ſenſu, aut intellectu denotat.*
Infans intellectum non habet.
Pupillus fraudis conſilium inire non poteſt.
343 *Sine intellectu manus ſunt ſermo, & auditus.*
344 *Præſentem eſſe, & non percipere quid agatur, & abſentẽ eſſe paria ſunt.*
345 *Ad ſtipulationem perficiendam tria requiruntur locutio, præſentia, ſcientia, ſeu intellectus eius, quod agitur.*
346 *Stipulatio per nuncium, aut epiſtolam non conficitur.*
Verba intelligi propriè conuenit, quoties intelligi propriè poſſunt.
347 *Qui per alium facit, per ſeipſum feciſſe videtur.*
348 *Per nuncium quod fit, à domino id actum propriè intelligitur, quod aliter in facto procuratoris contingit, declaratur num. 349.*
Confeſſio nuntij in iuditio facta nocet domino in alio iuditio, ſecus in procuratoris confeſſione.
Nuntij vox domino tribuitur, & ideò per nuncium facere conceditur, quod per ſubſtitutum non licet.
350 *Tale quid ſit, an pro tali habeatur nihil refert.*
Ciuis verè propriè q; habetur, qui ciuitate donatus priuilegio eſt.
Verbũ videtur veritatẽ ſignificat in his, quæ in iure cõſiſtũt.
351 *Hæres .n. eadẽ, ac perſona defuncti æſtimatur, declarat ibi.*
352 *Stipulandi iure inter abſentes prohibito denegatus nuncij vſus intelligitur, per quem ad prohibitum peruenitur, & illuſoria prohibitio fieret.*
Prohibitum directò indirectè non permittitur.
Prohibitio conſequentis ad neceſſariũ antecedens trahitur.
Sequentia cui deneganĩ, & præcedẽtia quoq; denegata sũt.
Interp̃tatio ita hãbẽda, ne illuſoria ꝓhibitio, diſpoſitiove fiat.
353 *Ad Epiſtolam locutio abuſiuè competit.*
L. miles ad ſororem in fi. prin. ff. de lega. 2. declaratur.
Dictionem perinde alijs dictionibus, & particulis adijcere in vſu iuriſconſulti habent.
Dictio perinde ad rem impropriè demonſtrandam ſpectat.
314 *Locutio impropria per ſcripturam contingit.*
Scribere, & loqui non eſt idem.
Syllabam non inertem in lege eſſe decet.
315 *Stipulatio tẽſus duos corporis poſtulat, ſermonẽ, & auditũ.*
Epiſtola quoad ſenſus corporis niſi ad viſum non pertinet.
316 *Dictio ex argumentum dicit, ſimiliter vt particula de.*
Dictio exequata æquationem perfectam denotat.
317 *Epiſtola abſentium cauſa introducta eſt, vt inter abſentes per eam negocia gerantur.*
Interpratationem admitti non conuenit, vnde illuſoria prohibitio fiat.
318 *Epiſtola ad præſentem ſcribi, & reddi præſenti poteſt.*
319 *Rationes quoties plures diſpoſitio habet, ſatis vnam ad eã confirmandam eſſe, vt aliæ ſubſidant.*
320 *Impedimentorum plurium, quæ amoueri omnia oportet, ſatis eſt vnum ad diſpoſitionem infirmandam.*
321 *Stipulatio, nec inter præsẽtes ꝑ epiſtolã, nunciũue cõtrahiĩ.*
322 *Stipulatio quare cõtractus, aut obligatio verborũ dicatur.*
323 *Contractus, qui à ſola conſenſu pendent, & ex conſenſu ſolo implẽtur, rectè, & vtiliter ꝑ epiſtolã, ac nunciũ explicãtur.*
324 *Abſentibus non magis ex contractibus conſenſus, quam ex ſtipulatione acquiritur.*
Donatio cauſa mortis abſenti facta non valet.
325 *In contractibus conſenſut pro abſente contractum acceptare extraneus, & priuatus poteſt, ex qua acceptatione abſenti ius quæritur, ſi ratum poſtea cantractum habeat, ſecus in ſtipulatione.*
326 *Decij error in c. ſi clerici nu. 20. verſi. ſed reſponderi poteſt de iudi. proditur.*
327 *L. ſi procuratori præſentis in fi. eo declaratur.*
328 *In ſtipulatione procuratoris, atq; nuncij ratio diuerſa.*

329 Sti-

329 Stipulari ad vtilitatem, vel nomine alterius conceditur, Dum in ſtipulatore modo ipſo radicem obligatio capiat.

330 Con tractus nominatus rectè, vtiliterve per nuncium impletur.

331 Nuncius immediatè, & citra ceſſionis adminiculum actionem domino acquirit.

332 Procurator ſi domino præſente ſtipulatur, Domino ipſi actio vtilis recta via citra ceſſionis circuitum mox acquiritur.

333 Stipulatio vtrum abſente, an præſente Domino per procuratorem fiat ad modum ſtipulandi non pertinet, ſed ad modum acquirendi differentia ſolummodo pertinet.

334 Glo. in l. 3 in verb. abſentiam C. de inuti. ſtipu. declaratur.

335 Stipulatio, quæ, vigorem vti ſtipulatio non habet, an iure pacti nudi ſuſtineatur.

336 Baldi Doctrina in autē. ad hæc nu. 6. C. de vſuris. Declaratur.

337 Actus nuncij vltra conſenſum mittentis effectum vllum conſequi non poteſt.

338 Crot. Doctrina in rub. ſupra hoc tit. num. 10. declaratur.

339 Reuocandi contractum, qui conſenſu inter abſentes nuncij, epiſtolavè opera perficitur ius non eſt confeſtim, vt accepata epiſtola, aut nuncij relatio eſt.

340 Donatio abſenti facta epiſtola, aut nuncij interuentu amoto non valet, etiam ſi res Donata apud Donatarium ſit, declaratur num. 241. vbi contraria opiniones referuntur.

341 Epiſtola ſtipulationem factam probat, quamuis per eam non inducatur.

342 Stipulatio vltra locutionem, & auditum ordinem etiam poſcit, vt interrogatio præcedat, & reſponſio ſequatur, quo neglecto irrita ſtipulatio ſit declaratur nu ſeq.

343 Forma, & ſubſtantia ſine dubio in eo neceſſario vertitur, ſine quo conſiſtere actus nequit, & quo detracto actus cunctus intercidit.

344 In ordine forma quomodo intelligitur.

Ordo, in cognitionis interdicto recuperandæ, & accuſationis criminalis propter vim qualis.

Appellatione opus eſt, cum quæſtioni vni præiudiciali altera permiſcetur, atq; ideo intricatio, & perplexitas inducitur.

345 De quæſtione iuriſdictionem reſpicente pronunciari ante omnia oportet, aliter firmitatis quicquam ſententia non habet.

Sententia nulla eſt, quoties de iuriſdictione iudicis non conſtat.

Vſura exceptio ſi iudicio obijciatur, de vſura apud iudicem cognoſci ante omnia oportet.

346 § cum adijcitur infra ea. l. declaratur.

Solemnitatis leuis omiſſio actum non perimit.

347 Relatio ad quæ fieri debet.

348 De relatione inter glo. & Docto. contentio.

349 Reformatur id facilius, quod omiſſum omnino non eſt, quam quod omiſſum penitus eſt.

350 Relatio ad ea non ſit, in quibus ratio eadem referendi non vertitur.

351 Argumentum ab impulſiua ratione non cōceditur, declaratur nu 352. & 354

352 Contrariorū eadem debet eſſe diſciplina, declaratur ibi. verſi. neq; locum.

353 Argumentum à ſenſu contrario admittitur quoties ratio ipſa non ſilet, aut mordet, aut vrget.

354 Ratio finalis ampliat ſcripturam, cū ſpecialis diſpoſitio eſt.

Lex generaliter diſponens generaliter eſt interpratanda, etiā in odioſis, quatenus verborum proprietas patitur.

355 Generali interpratationi in omnibus caſibus locus eſſe debet, in quibus ratio ipſa contingit.

356 Cauſa, ſeu ratio in dubio impulſiua, vt non finalis habetur.

357 L. lecta verſi. dicebam ff. ſi cert. petatur explicita hic eſt.

358 Fictio idem operatur in caſu ficto, atq; veritas in caſu vero.

359 L. non ſunt liberi in ſi. ff. de ſtatu. homi. explicatur.

Dotem nouam acceſſio non facit.

Peculium non ideo minus æſtimatur, quod minus factum, aut maius ſit.

Nouus enim homo ob adultam ætatem infans non dicitur.

Populum nouum numerus adiunctus non facit.

Noua ob inſtaurationem res non dicitur, niſi extincta funditus ſit.

360 Libellus nouus non intelligitur, cui adiectio aliqua ex eadē cauſa facta ſit.

361 Stipulatio reformata propriè noua non eſt.

362 Noua res ex additione, & diminutione in his non intelligitur, quę ab unius ſolummodo conſenſu, aut à natura ipſa citra partium factum pendent.

Nouus conſenſus nouam ſtipulationem efficit.

363 Stipulatio ſpacium inter interogationem, & reſponſionem non recipit.

364 Butigella reprahenditur.

365 Stipulatio re, aut quantitate detracta citra nouum, & præſumptum conſenſum, aut nouam complacentiam non vitiatur.

366 Determinatio, & relatio difformis admittitur, quoties ad diuerſa relatio ſpectat, quæ.

Difformitatem, & rationem, diuerſam habent.

367 Relatio ad ea fieri debet, in quibus maior ratio referendi vertitur.

368 In relatione facienda ſpectandum an ad materiam ſubiectā accommodetur.

Commoditatis ratio in relatione habenda, vt non aliter admittatur, niſi ſi fieri commodè poſſit.

369 Relatio ad inferiora, & ſuperiora permittitur prout materia ipſa ſubiecta exquirit.

Diſtinctio eſt interpratanda, vt fieri poteſt.

370 Stipulatio per quas perſonas fieri poteſt cognoſcitur, perſonis cognitis, quæ ſtipulari non permittuntur.

Permiſſa ſtipulari intelliguntur perſonæ quæ expreſſe in prohibitione non ſunt.

371 Stipulari non poſſunt infantes, ſurdi, muti, & abſentes.

L. ſeruum ff. rem pupilli ſaluam fore declaratur hic. & nu. 373.

Gratioſior conſeruationis, quam acquiſitionis cauſa eſt.

372 Iure ſpeciali in ſolutione argumenti miſerorum refugium eſt.

373 Pupillus infanti proximus ſtipulari poteſt.

374 Pupillus quando infanti proximus dicatur hic latè explicatur.

375 Pubertati proximus quis æſtimetur à iudicis arbitrio pendes.

Bellamerę conſilium vltimum reijcitur.

376 Infanti ſtipulandi ius nec ex priuilegio competit.

Pupillus alij non obligatur, nec quidem naturaliter. declaratur nu. 377.

377 Obligationi à lege inducta Dominus infans æquè, atq; maior tenetur, declaratur nu. 378.

379 Ad infantes legis ſcriptura non trahitur, quæ odium habet & in perſonam loquitur.

380 Ad infantes, atq; maiores conſuetudo, lex, ſtatutumvè trahitur, vbi ætatis ratio nihil facit.

381 L. ſi ſine. § Lucius ff. de admi. tuto. Declaratur.

Statutum odioſum ob criminis atrocitatem etiam infantes comprahendit, vbi eadem, quæ in maioribus ſubeſt ratio.

382 L. argumento §. muliebri ff. de auro, argento legato declaratur.

383 Abſentibus ius ſtipulandi, vt infantibus ademptum eſt.

Sponſalia an inter abſentes contrahi poſſint.

384 L. 2. ff. de ſponſalibus declaratur.

Verba taxatiuè non intelliguntur, cum centum quis petit, & quinquaginta præſtare reus iubetur, ab alijs enim quinquaginta abſolutus reus non eſt, quæ alio iuditio repoſci poterunt.

Taxatiua non ſubintelligitur in petitione nec in ſententia, nec in ſumma minore in ſtipulatione promiſſa. Declaratur

tur num. 385.

385 *Taxatiuam conuentio habere intelligitur, vbi per diſpoſitionem maior, minorvè ſumma exprimitur.*

Vendens fundum, & dolia 80. in eo exiſtentia ſi plura ſunt, non plus quam octuaginta venditioni cedunt.

386 *Mutus ſtipulari non poteſt, ampliatur, vt locum prohibitio habeat, quamuis ad motum labiorum ſtipulantis, aut interrogantis verba capiat.*

387 *Ad ſtipulationem tria ſunt neceſſaria, ſermo, auditus, & intellectus, declaratur nu. 391.*

Sine intellectu perfici actus nequit.

Copulatorum ſatis vnum ſine alio nõ eſt, quod locum habet, & in conditionibus pluribus negatiuè adſcriptis.

388 *Stipulatio capitis, aut humerorum nutu non contrahitur.*

389 *Viſus ſenſum, aut intellectum per viſum quibus caſibus lex poſcit, non ſufficit, aut modo alio res cognoſci, quam per viſum poſſit.*

Deleta in teſtamẽto ſcriptura non dicitur, quæ legi poteſt.

Scriptura quando legi poſſe dicatur.

390 *Intellectus per alium id eſt interpratem facilius ſuppletur quam verba, huius aſſertionis contradicẽtes refert num. 391. & Bart. opinionem frequentiorem probet num. 392.*

393 *Stipulatio etiam contrahitur inter diſtantes, qui inuicem ſe audiunt, non exaudiunt, dum ab amico tamen intermedio verborum expoſitio fiat.*

394 *Exauditio auditum cum intelligentia ſignificat.*

Intellectum mediatum in ſtipulatione ſufficere declaratur ibi quoniam de intellectu.

395 *Argumentari ex diuerſis, quę omnino diuerſam rationem habent, non licet.*

396 *Mutus, & ſurdus fruſtra nec ad labiorũm agitationem ſtipulantur, ampliatur, & ampliatio declaratur.*

397 *Bart. verba de ſtipulatione muti, & ſurdi diſiunctim accipi debent, vt alterum vitium ad perimendam ſtipulationem ſatis ſit.*

398 *Copula ſeparatim intelligitur, vbicũq; inter perſonas inſerta eſt, per ſe enim qualibet, nõ propter alteram ſpectatur.*

399 *Inter mutum, & ſurdum à natura, & eum, qui altero tantum vitio tenetur differentia.*

Mutum, & ſurdum natura mentis impotem lex duxit, furioſiq; ſimilem, & infantis habet, vt contractus cuiuſuis facultate careat.

Mutus, & ſurdus natura pro mortuo æſtimatur, nec principis iuſſu teſtandi ius habere poteſt, declaratur numero. 403.

Mutus, & ſurdus natura matrimonium contrahere non poteſt, crebrior probatur opinio nu. 402. declaratur nu. 403. altera refertur Pariſij limitatio quæ reijcitur nu. 404.

401 *L. ſi. de verbo. ſigni. declaratur.*

Præſumptio iuris alijs euidentioribus probationibus elidi. ſolet.

402 *A muto, & ſurdo, qui niſi vnico affecti vitio non ſunt, abeſſe intellectus non creditur, quo minus contractus alios pręter ſtipulationem non perficiant.*

Sana mentis quilibet creditur.

405 *Conſentire ignorantes non dicuntur.*

406 *L. patre furioſo ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. in l. furor ff. de ſponſa. & l. oratione in ſi. ff. de ritu nuptia. declarantur.*

Cõmentarij poſteriores in rubri. ff. de verb. obli. Quibus initium iterum datum in Monteregali eſt die 3. Decembris. 1565.

1 QVia argutiſſime, & ſcitiſſime omnium Soci. hic ſcripſit, † Imitari eum ſoleo. & quo planiora ſcripta eius copioſa fiant, Diuiſione vtendum iuxta glo. in proœmio inſti. §. igitur in ver. eaſdem. in l. 1. in glo. 1. ſupra de excep. doli cum alijs apud Galian. relatus in l. 2. in prin. num. 1. infra eo. In partes igitur tres tractatus cunctus Soci. diuiditur, prout tempora tria in naturali obligatione obſeruat, ex quibus temporibus vnum atq; alterum ad originem, & efficatiam ipſius obligationis naturalis, Tertium ad effectus tantumodo eius pertinet. Primum omnium tempus ad primordia ipſa, quodãmodo ſpectat, cum genus æditum humanum eſt, priuſquam dominiorum diſtinctio, Regnorum diuiſio, & Magiſtratuum creatio fieret. vtrum introducta eo tempore naturalis obligatio, ſeu origo eius cœpta, & an roboris quicquam haberet.

Alterum tempus Soci. ſpectat, quod poſt regna iã occupata, Dominia capta, & diſtincta, Magiſtratus iã conſtitutos Contractibus à iure gentium iam inuentis, Iure tamen ciuili nondum etiam ædito, Secutum eſt, Ex quibus cauſis, aut initijs obligatio tunc naturalis flueret, & momenti cuius eſſet.

Tempus tertium Soci. meditatur, poſtquam in vſu eſſe ciuile ius cœpit hoc eſt legibus cum omnium cõmunibus, tum ciuitatum, & municipiorum proprijs inſtitutis. Quo ſane tempore de principijs naturalis obligationis Soci. non meminit. vtpote adiectione vlla per ius ipſum ciuile ad obligationem naturalem inducendã non facta. cum ex diuerſo detrimentum potius à iure ipſo ciuili obligatio naturalis quantum ad vigorẽ eius acceperit. Proinde niſi circa effectus ipſius obligationis naturalis decurtatos in tertio hoc tempore Soci. nõ laborat. ſi dixeris, fieri non poſſe, vt obligationi, aut iuri naturali, quod mutationem neſcit, ciuile ius detrahat, loco ſuo inferius declaratio huius fiet.

De ſecundo tempore apud Soci. hic tractatur col. 1. verſi. Demum poſteriori tempore. De tertio num. 11. verſi. demum poſt ius naturale. circa tempus primum
2 † potentiam triplicem homini à natura ingenitam Soci. refert. Cæterum quoniam ad rem prior atq; poſterior non attinent, prætermittendas cenſui. In virtute, aut potentia tertia labor capiendus, quæ vni demum à natura tributa homini eſt. Per quam vim, aut ex ratione, aut non ſine ea cuncta ab eo geruntur, in quo ſermone duo obſeruanda. Primum, cum hæc ſeparat cum ratione, aut non ſine ea omnia agi. Tantundem quippe in vno verſari atq; altero videtur. vt nihil referat, vtrum cum ratione, an nõ ſine ea quid fiat. Alterum falſum id videri, in ratione, aut non ſine ea, vniuerſa agi. Immo enim contraquam ratio ipſa naturalis præſcribit, non pauca attentantur. ſed reſpondetur, de ratione naturali, non de his Soci. loqui, quæ rationi contraria ipſi ſunt, Neq; vti homo tunc eſtimatur, cũ à naturæ ipſius ratione ad vetita deficit.

3 Vi hac rationis in homine perſpecta, † manifeſta oblationis origo naturalis in tempore primo ante iuris gentium conſtitutionem, dominiorum, regnorũ, magiſtratuũ, & contractuum introductionem fit. Quę origo à natura, aut ratione ſeu impulſu eius immediate, & ſine facto quo alio exiſtit, vt ad ea facienda, vel non facienda naturaliter obligemur, Quæ ratio ipſa naturalis hortatur. In hoc primo tempore coactionis aut efficaciæ quicquam obligatio hæc naturalis non habebat. Per quos enim cõpulſio fieret, Miniſtris vllis iuſtitiæ non interuenientibus. Quo item remedio vrgeri quis poterat, quod vllum non eſſet. Rurſus de quibus rebus ad rationem naturalem exequendam, adſtringi quis poterat, cum in commune omnia poſſiderentur. Ita infirma temporibus primis naturæ hæc obligatio videbatur.

4 Si dixeris, quorſum de inutilibus verba facere † cum nihil referat, omnino quid non ſit, an ineptum, aut vitioſum l. quotiens ff. qui ſat. cog. l. non cogendum in fi. ff. de procura. l. 1. §. pen. ff. quod cuiuſq; vniuer. nomi. l. eleganter §. qui reprobos ff. de pign. actio. & alia apud Iaſ.

Digitized by Google

Iaſ. adſcripta in l. mandatam ff. de offi. eius in l. more colum. 12. ff. de iuriſdi. om. iudi. & in l. 1. §. ſed & ſi mihi in tex. o nota. infra eo. Scite Bologni. apud Io. de Ana. in conſi. 83. circa fi. Reſpondetur, vtilitate vacuã & temporibus primis ab animo, & corpore obligationem hanc naturalem non intelligi, vt exceptionem aut coactionem non obtineret. Ab animo quidem, Quem ad religionis cultum ſuperis præſtandum, Patriam, parenteſq; & maiores obſerandos. Ratio ipſa naturalis adſtringeret l. velutt ff. de iuſti. & iure. à corpore, ꝙ iniuriam vimq; ab eo arcendam, ratio ipſa naturalis ſuadet l. vt vim eo. titu. Quæ. ll. & ſi primordijs, aut temporibus illis primis non eſſent, ad tempus tamen omne ratio earum competit, etiam, quod ante conſtitutionem aliquam iuris gentium eſſet.

Effectum, & alium in obligatione hac naturali ſecu
5 lo primo Soci. obſeruat, † Qui in gratia referenda conſiſtit ad id enim ratio ipſa naturalis nos adigit l. ſed & ſi lege §. conſuluit ff. de peti. hæredi. l. ſeruus ea lege in fi. ff. de ſeruis expor. effectum item in vi, aut potentia hac naturæ Soci. conſiderat, vt ad fidem implendam nos incitet. inde naturalem naſci obligationem videmus, de qua in l. 1. ff. de pactis & in l. 1. ff. de cõſti. pecu.

Secundum quæ, & ſi prima mortalium ætate compulſionis quicquam obligatio hæc naturalis non haberet, in cauſa tamen fuit, quam obrem ius conditum ſæculis poſterioribus ſit, vt de obligatione ipſa naturali memoria haberetur, & propter eam leges æderentur.

Obſeruandum in dictis his Soci. incogitate eum de obligatione naturali circa patriam ętate prima loqui, cum patria vlla certa non eſſet, verum ſedibus incertis mortales vagarentur, vt ipſe ait. Quare à Galiã. hic non immerito notatur num. 163. verſi. item ex illa ratione.

6 Secundo † beneficij memoriam non recte ita ſimpliciter tempore illo primo Soci. ſpectat. ſiquidem in bonis id intelligi, aut rebus nequit, cum in commune omnia haberentur. vnde ad beneficium referri Socinum oportet, quod ad corporis, aut animi ſalutem pertinet. ſi ab animo quiſpiam contra offendentem adiunctus, vel ſubleuatus in morbo eſſet, aut ſi animi perturbati leuamentum acceperat.

Çirca ſecundum tempus, in quo præcipue Soci. oc-
7 cupatur. Duo principaliter diſerit. † Prius ad vigorem obligationis naturalis tempore ipſo ſecundo pertinet. cuius virtutis iure gentium ſecundario eſſet, antequam çiuile ius fieret. Alterum ad originem, & materiam obligationis ipſius naturalis ſpectat. Quod ad effectum attinet, ſicut mortalium numero ampliato, neceſſaria viſa eſt principum, & magiſtratuum inuẽtio, Dominiorum diſtinctio, contrahẽndiq; commerciũ, ſeruitutis ex belli conſequentia introductio, l. ex hoc iure ff. de iuſti. & iure. §. ſeruitus inſti. de iure perſo. ita remediũ manus regiæ à iure ipſo gentium ſecundario inuentum, quo ad effectum, ea perducerentur, quæ inuenta ab ipſo ſunt, & in quibus obligatio ipſa naturalis inuenitur, ciuili nondum etiam prodita l. 2. in prin. ff. de origi. iuris in qua re videndum, cum obligatione naturali mediante, ad obſeruationem eius tempore ipſo ſecundo homines compulſos Soci. ait Rectius ſcriptum à Soci. fuiſſe, Regia ipſa manu mediãte, ad obligationem naturalem adimplendam per tempus illud ſecundum morem homines compellendi fuiſſe.

De manu hac regia cumulatius infra Soci. ſcribit col. 2. vbi vtrũ ad cumulationes omnes, nudas etiã per
8 tineret. Illud nu. enarrandũ † pactionibus, & remedijs iuris ciuilis hodiæ Manus olim regię remediũ fuiſſe cõſequẽter in vicẽ manus regię actiones à iure ciuili ꝓditas Areti. in rubri de accuſa. in fi. alia. hic nu. 15. Signorol huc accedit in conſi. 217. nu. 8. vbi. in locum officij ſucceſſiſſe actiones ait, quod manu regali exercebatur per tex. in d. l. 2. in prin. & § deinde ff. de origi. iuris.

9 De ſecũdo † ideſt, de origine obligationis naturalis per tempus illud ſecundum iuris gentium à gentibus ipſis, non à natura, ratione tamen naturali impellente, introductum. Cauſam primam obligationis huius naturalis à promiſſione ſeu conuentione quauis fuiſſe Ad quam partes conſentirent, Soci. ſcribit. & quia ratione naturali mouente, obligatio ipſa naturalis oritur. Rationis quippe, & æquitatis eſt, vt ratum quiſq; id habeat, & ſequatur, quod ſemel placuit, & ad, quod conſenſum accomodauit d. l. 1. ff. de pactis, & in d. l. 1. ff. de conſti. pecu, a ratione ipſa naturali non çonſenſu aut conuentione naturalis nomen obligationis deductum l. ſtichum §. naturalis infra de ſolutio. l. cum amplius §. is natura debet infra de reg. iuris tradit Soci. hic col. 2. ante med. verſi. ſed hic cadit vna difficultas. & colum. 5. circa prin. verſi. aliquando, & tertio. Sali. in l. petens q. 6. ibiq; Deci. num. 20. C. de pactis, idq; locũ inter ſeruum etiam, & dominum habet, inter quos obligatio impediri naturalis non ſolet, cum ratio ipſa deleri naturalis nequeat l. ſi id, quod ibiq; Bar. ff. de condi. indebi. l. ſed etſi pupillus §. fin. ff. de inſtitor. l. quibus diebus §. dominus. ibiq; Soci. in 1. nota ff. de condi. & demon. §. 1. inſt. de fideiuſſor. gl. in §. ſi ſeruus domino in ver. obligatio. inſti. de noxal. actio. ſcite, Caſtren. in. l. ex hoc iure ff. de iuſti. & iure in ſecunda lectura.

10 Hoc amplius, † tam, & ſi ex cauſis pluribus naturalis oriri obligatio ſoleat, vt inferius declarabitur, & dictum etiam aliquid in primo tempore, eſt vera tamen, & propria niſi ex conſenſu non deſcendit Bar. in l. Iulianus verum debitorem num. 25. & ſequen. ff. de condi. indebi. Bal. in auten. ad hæc num. 9. C. de vſur. Inde Bal. ait ex. maleficio obligationem naturalem non proficiſci, quod conſenſus ab ea delinquentis abſit. tradit Galian. hic num. 175. ſed in maleficio contra Soci. hic ſcribit numero 4. in fi. & in l. 1. §. ſublata num. 6. ff. ad Trebellia. Deci. in c. cognoſcentes numero. 13. verſi. Tertio quia dum reus de conſti. & in c. quoniam contra num. 31. in fi. de proba. vbi tex. vocat, quem bonum ait in l. eius qui ff. de iure fiſci. Tex. huc ſpectat in §. quia vero veriſimile in auten. de queſtor. conſenſum in delinquente videri De quo Natta meminit in conſi. 158. nu. 3.

Cum Bal. tamen, Soci. hic ſentit colum. fi. verſi. ad quintum reſpondetur. per tex. in l. bonafides ff. depoſi. & in l. ſi à reo §. illud, quod vulgo infra de fideiuſſor.

11 Opinio tamen Mateſila. † ſicut diſtinguens, ita non ſpernenda nota. 47. Niſi in re reſtituenda obligationem naturalem in delinquente non intelligi. Cauſam aliam pœnæ eſſe vellicari tamen diſtinctio hæc poteſt, Quoniam ſi niſi à conſenſu vera propriaq; obligatio naturalis non oritur, quod ad eum attinet, æque à re reſtituenda atq; pœna danda conſenſus remouetur. Equitatem tamen, & rationem naturalem acrius in re reſtituenda, vrgere proculdubio eſt. Quo caſu pro origine æquitas, non conſenſus erit. Parui autem non refert, ex conſenſu, an ex ęquitate obligatio naturalis procreetur. Quoniam propria, & potens magis ea eſt, quæ à conſenſu deriuatur Bar. in d. l. Iulianus verum debitorem nu. 25. & ſeq.

12 Conſequens prędictis fit, † Nomen, aut cognomentum idem cauſati, atq; cauſę ſuę eſſe, ſeu à cauſa cauſati nomen trahi. Etenim quia à ratione naturali obligatio ipſa naturalis exiſtit, naturalis inde nominationem adepta. Cui ſententiæ, & illud ſeruit, cauſæ ſuæ ſimilem effectum eſſe l. 1. & 2. C. de ordi. cogni. c. ſecunda eo. titu. Soci. in conſi. 278. ante fi. lib. ſecundo cauſæ item ſuæ naturam cauſatum induit

l. taber-

priuatione ſit Rota deciſ. 16. ſi contra. in notulis, & in nouis. Idem ex Abb. iuuatur, q. 4. Titius clericus columna. 6. in fi. verſi. nec obſtabit notata in d. c. conſtitus. Si dixeris, cur magis exceptio rei ab homine iudi-
240 catæ, quam à iure obſtabit. † Reſpondetur in priuatione iuris ſententiam declaratoriam expectari, & multa ante opponi quam feratur poſſe, Quod aliter in ſententia hominis eſt, quæ in rem iudicatam abijt,

241 Sed † nec inhabilitatem ſpoliati tituli ratione, ſpoliatori prodeſſe, qui recuperandæ conuenitur, veluti cum beneficio ſæculari regularis diſpoliatur, Rota ſcribit deciſione 114. nota ꝙ vbi regularis in antiq. Fely, in c. in noſtra nu. 44. verſi. ſexto nota. de reſcrip, Rebuſi. in tracta. de pacifi. poſ, nu. 139,

242 Ad concluſionem memoratam † limitatio applicata, ne ad exceptionem pertineat, quæ indigens probationis non eſt, & vnde notiſſimus iuris defectus in actore conſtat. De quo genere exceptionem eſſe rei iudi. oſtendimus, & an cauſa eadem inſtrumenti ſit, ſupra etiam explicatum. Quæ limitatio ſublimitationibus reſtricta duabus eſt. Limitationes, & aliæ ad regulam, ſeu concluſionem memoratam adſcribi per Alexan. hic & poſteriores ſolent. In quibus occupandum me non cenſui ſatis in præſentia ratus, quæſtionem explicaſſe, quæ difficillima omnium in ſpecie propoſita viſa eſt,

243 Concluſio ſecunda ex Bar. hauritur, † Ius idem poſſeſſorij retinendæ atq; recuperandæ eſſe, vt exceptionem petitorij non magis retinendæ, quam recuperandæ patiatur, Quam concluſionem generaliter intelligi ſimiliter, vt priorem oportet. Id eſt etiam cum petitorium, aut dominiũ exceptio ſapit, quia fides facta dominij ſit. Rationes enim tres, quibus concluſionẽ primam ita intelligendã oſtendimus, ad hanc etiam concluſionẽ pertinent, Concluſionẽ hanc diſputãdo Iaſ. hic probat nu 49. So. iu, in cõſ, 126. nu 6. & ſeq. lib. 2,

244 Concluſioni huic † in exceptione rei iudic. vulgo Doct. reclamant, & quidem ratione validiore, quam prior, concluſio hæc proſternitur, Namq; ſi interdicto recuperandæ exceptionem rei iudicatę opponi teſtatũ ſupra habemus Ratio fortior ius idem in poſſeſſorio ſeruandum retinendæ mouet Quatenus fauorabilior ſpoliati quam turbati cauſa eſt. Grauiorẽ quippè turbatiua expulſiuam vim eſſe non dubitatur glo, in l. 1, §. fi. in glo, penul, in fin, infra vti poſſid. Idq; ratione probatur, quod pœnæ grauiores ob vim expulſiuam, quam turbatiuam dantur, l. meminerint, & l. ſi quis in tantam. C, vnde vi, Quarum ll. pœnæ ad vim turbatiuam non ſpectant, vt Fab. hic obſeruat num. 49. & nume. 58. ex genere porrò pœnæ delicti grauitatem
245 dignoſci dubitari non ſolet, † vt eo grauius delictũ æſtimetur, quod pœna maiore coercetur. l. reſcriptũ. ff. de his, quibus vt indig. l. qui cum maior. §. 1, ff. de bonis liber. l. 2. infra de publi. iudi. l. quod ad ſtatum infra de pœnis. l, ſi quemquam in fi. C. de epi. & cler, c. non afferamus 24. q. 1. Bar, in l. leuia in princ. infra de accuſa. in l. non ſolum. §. ſi mandato infra de iniur, Bal. in c. fi. nu. 5. de conſuetu. & alia non pauca, Itaq; ſi exceptionis rei iudi. beneficio ſpoliator, & violentus vtitur. Longe magis permittenda turbatori. Delictum cuius leuius eſt.

246 Secundo † priuilegiarium magis recuperandæ, quã retinendæ interdictum eſſe, ratione, & altera demonſtratur, quòd prædoni etiam recuperãdæ interdictum competit, tametſi vitioſe ab aduerſario poſſideat, l. 1, §. ſi prædo, & l. bonafides. ff. depoſi. l. 1, §. qui à me vi, & l. colonus infra de vi, & vi arma. §. recuperandæ inſtit. de interdic. d, c. in literis de teſti. ſpolia. Bal. in conſi. 135. in cauſa egregij in princip, lib. 2. & contra dominum ipſum id obtinere, dominium cuius in manifeſto non eſt, declaratum ſatis ante habemus.

247 Cauſa alia † interdicti retinendæ eſt, quod contra eum non indulgetur, a quo vi, clam, aut præcario turbatus poſſidet, l. 1. §. fina. cum l. ſequen. infra vti poſſid. l. 1. C. eodem titu. Quæ verba ab Innocen. exponuntur in cap. penul. num. 1. in fin. de præſcriptione. Vnde auditur turbator, ſi de vitio poſſeſſionis docere turbati velit. Quod non ſimiliter permiſſum ſpoliatori eſt, qui poſſeſſionem ipſam reſtituere, vel prædoni adſtringitur, neq; auditur, ſi prædonem eum eſſe oſtendere paret. Ita maius ſpoliati in poſſeſſione recuperanda, quam turbati in ea retinẽda priuilegiũ apparet. Qđ cum ita ſit, abſurda res fuerit, exceptionem rei iudic. interdicto retinendæ non opponi, quam recuperandæ pati interdictum oſtendimus.

Tertio ratione, aut argumento inuincibili Bartol. opinio in retinendæ interdicto confutatur, etiam ſi in recuperandæ defendi interdicto poſſit. Iure enim vul-
248 gatiſſimo vtimur, † interdictum ei retinendæ non ſuffragari, qui iniuſte ab aduerſario, aut turbatore poſſidet. d. l. 1. §. fina. cum l. ſequen, infra vti poſſid. d. l. 1, ibiq; Salice. in ſeptima oppoſitio. C. eodem titu. Oldra. in conſi. 226. quidam epiſcopus circa fi. Freder. in conſi. 147. quidam de ciuitate Tuderti column. 2. poſt med. Signorol. in conſi. 262. num. 3. verſic. aut non vacantem. Bal. in conſi. 337. ſtatutum lib. 5. At enim iniuſta turbati poſſeſſio videtur, qui victus in pe-
249 titorio eſt. † In fide quippe mala dicitur, qui rem tenet, quam ad alium pertinere cognoſcit. l, item veniſſe. §. peritam. ff. de peti. hæredi, l. quæſitum ſupra titu. 1. l. ſi quis fundum infra eodem. l. ſi ſeruus teſtamento infra de ſtipulatio. ſeru. l. bonæfidei à ſenſu contrario infra de regul, iuris l fi. in fi. C. vnde vi. c. fin. in fi. de præſcriptio. c. ſi virgo 34. quæſt. 2. Bartol. in l. illud ff. de petitio. hæredit. Bal. in l. poſt ſententiam nu. 8. C. de ſenten, Quod cum ita ſit, vbi fides à turbato mala ante ſententiam abfuerat, poſt eam tamen non poteſt fide mala non teneri, & quamuis vi, aut clam turbatoris poſſeſſionem turbatus non occupauerit, ſatis tamen ad vitium poſſeſſionis inducendum, videtur, ſi ad turbatorem ipſum pertinere poſſeſſionem intelligit, vt aliud ſentire Innocen. videatur in d. c. penul. num. 1. in fi. de præſcriptio. Quid enim intereſt, initio, an poſtea fides mala accedat, dum impleta modo præſcriptio non ſit, & quamuis controuerſiam id in vſucapione patiatur per tex. in l. vni. C. de vſucapio. transfor, Iaſon. in l. 3. §. ex contrario numero. 37, verſicu, ſed caue. ſupra eo. Attamen ſententia contra turbatum in petitorio lata, extra difficultatem res videtur, cum interrupta præſcriptio ſit. Itaque ſi iniuſta poſſeſſio turbati per ſententiam apparet, cur de iniuſtitia hac per ſententiam docere permittendus turbator non erit,

250 Ea propter iuri, & rationi conſentanea magis † expoſitio dictorum verborum, poſſides a me vi, clam, aut precario, vt ad reſpectum referantur, hoc eſt vitioſa poſſeſſio tua quantum ad me, ſeu reſpectu mei eſt, etiam ſi vi mihi extorta, aut clam occupata me non ſit. Cum ad me eam pertinere non ignores.

Illud certè inficias ire non licet, generaliter plus nimio Bar. locutum, interdicto retinendæ exceptionem rei iudi, non officere. Quid enim ſi in gratiã, res iudicata turbatoris ſit, cui aut vi poſſeſſio ablata, aut clã occupata eo ſit. An non exceptionem obijcere rei iudic. licebit. Quatenus, & ſine ea in poſſeſſorio retinendæ obtinere actor non poterat, Qui vitioſe à turbatore poſſidebat,

SVMMARIVM.

1 *Loci. argutiſſimè, & ſcitiſſimè omnium ſcripſit in hanc rub. Diuiſio planiorem interpretationem reddit,*

In obli-

In obligatione naturali tria tempora obſeruat Soci. quæ hic referuntur, & copioſè explicantur.
2 Potentiam triplicem homini à natura ingenitã Soci. refert.
3 Obligationis naturalis origo ante iuris gentiũ conſtitutionẽ fuit, quę coactionis, aut efficacia quicquam non habebat.
4 Non eſſe, aut ineptum, & vitioſum eſſe nihil refert.
Obligatio naturalis primis temporibus non erat ab vtilitate vacua.
Ratio naturalis homines adſtringit ad religionis cultum ſuperis præſtandum, patriã, parenteſq; maiores obſeruãdos.
Iniuriam, vimq; arcendam ratio ipſa naturalis ſuadet.
5 Ad gratiam referendam ratio ipſa naturalis nos adigit.
6 Beneficij memoria primo tempore ante iuris gentium conſtitutionem in bonis, & rebus, intelligi non poterat, cùm in commune omnia haberentur, ſed tantùm quoad corporis, aut animi ſalutem.
7 Obligatio naturalis cuius virtutis iure gentium ſecundario eſſet, & quæ illius origo, & materia.
8 Manus regia pro actionibus, & remedijs iuris ciuilis, quibus vtimur, remedium olim fuit.
Actiones à iure ciuili fuerũt prōditæ in vicem manus regiæ.
9 Obligatio naturalis tempore iuris gentium à gentibus ipſis, nõ à natura, ratione tamen naturali impellente introducta fuit.
Rationis, & æquitatis eſt, vt ratum quiſq; habeat, & ſequatur, ꝙ ſemel placuit, & ad ꝙ conſenſum accõmodauit.
Obligationis naturalis nomen ab ipſa ratione naturali deductum fuit.
Obligatio naturalis inter dominum, & ſeruum impediri non poteſt, cùm ratio ipſa naturalis deleri nequeat.
10 Obligatio naturalis vera, & propria niſi ex conſenſu non deſcendit.
Obligatio naturalis ex maleficio non proficiſcitur declaratur num. 11.
11 Obligatio naturalis ex conſenſu, an ex æquitate procreetur non refert.
12 Nomen cauſati à cauſa trahitur.
Cauſa ſuæ ſimilis eſt effectus.
Denominatio à ratione facti potius, quam à facto fit.
13 Contractus nominati iuris gentium dicuntur.
Obligatio cur iuris gentium non nuncupetur, ſicut contractus. Soci. reſponſio affertur nu. 14. quæ ab Authore declaratur nu. 15. & ratio diuerſitatis aſſignatur nu. 16.
17 Obligationis naturalis ſecũdũ ius gentiũ materia multiplex.
Sententia iudicis naturalem obligationem habet.
18 Pœnas à fontibus, & reis dari æquum, & reipublicæ neceſſarium videtur.
19 In obligatione chirographaria, aut literarum ante bienniũ excurſum actio non oritur.
20 Præſumptio eliditur ex probatione contraria.
21 Conditio ab eo inducitur, quod ad futurum reſpicit.
Conditio tacita intelligitur ex cauſa finali, ſine qua quis cõtracturus non erat.
22 Conſenſus purus fortior eſt conditionali.
23 Bart. opinio, quòd biennio præterito ab obligatione ciuili ſola actio ex chirographo gignatur pluribus argumentis impugnatur hic, & num. ſeq.
L. non figura ſupra tit. 1. declaratur.
Obligationis vtriuſq; literarũ, & verborũ par eſt poteſtas.
25 Bart. opinio, cùm datiuam actionem putat, quam literarum obligatio poſt biennium parit, reijcitur.
26 Obligationum naturalis, & ciuilis poſt biennium in chirographo coniunctio præſumptiuè fit, quæ præſumptiua coniunctio etiam ante biennium procedit, donec pecunia non numeratæ exceptio oppoſita ſit.
27 In chirographo naturalem obligationẽ dupliciter obſeruat Bald. cuius opinionem Author impugnat.
Confeſſio non ſpectãda, ſed res ipſa, propter quã confeſſio fit.
28 Chriſtopho. Porci. reſponſio inſti. de obliga. nu. 6. verſi. non obſtat reijcitur.
Conditio tacita actum non ſuſpendit, declaratur nu. 29.
30 Ange. opinio inſti. de litera. obliga. nu. 13. reijcitur.
31 Senſus potior in re dubia æſtimatur, cum quo commune ius facit, & per quem ſpeciale ius tacet.
32 Actio ex chirographaria obligatione intra biennium non competit.
33 In delictis etiam naturalis obligatio verſatur.
34 Soci. dicta Author reprehendit.
35 Materia quid dicatur.
36 Manus regia in cõtractibus innominatis an locum haberet.
Obligatio naturalis in contractibus innominatis an inducatur ante, quam ſecutum implementum ſit.
37 Obligatio ciuilis à iuris ciuilis approbatione nomen accepit.
Poſſeſſio ciuilis approbatione iuris dicitur. quam ciuile ius agnoſcit quaſi iuſtam, & legitimam, etiam ſi naturalis ſit.
Hæreditas ex. teſtamento delata legitima ob ipſam legis approbationem dicitur.
38 Verba per prius ideſt in potiore ſignificatu non poſterius accipi conuenit.
39 Adenominatio ab origine potius, quam ab approbatione fieri debet.
Statutum de ſucceſſione legitima mentionem faciens ad teſtamentariam trahi non debet.
Obligatio ciuilis propriè, & ſtrictè ad eam referri debet, quę approbata à iure eſt.
40 Obligatio vtraq; naturalis, & ciuilis ad actionem edendam, aut effectum producendum requiritur.
41 Bart. Doctrina in l. 1. nu. 22. ff. de condi. indeb. reprobatur.
42 In actione progeneranda tria Soci. conſiderat, quæ ſubtiliter explicantur.
43 Conuentiones quæ per ius ciuile agnitæ ſint?
Veritati proximus eſt, qui rectè diſtinguere didicit.
44 Contractus nominati qui dicantur?
L. iuris gentium in princ. ff. de pactis declaratur.
45 Nomen in contractibus nominatis dupliciter delatum.
46 Contractus, qui ab actu contrahendi, & à contractu ipſo conſummato, & illi, qui ab executione, aut re ipſa tradita nomen trahunt, differunt.
47 Venditor ante rem tradere non tenetur, quam pretium emptor dederit.
48 Obligatio ciuilis, & actio non ſequitur ex contractibus, qui re contrahuntur rei interuentu amoto, ſi ſimplex in eis cõuentio interueniat.
Ex promiſſione de re commodanda, vel pecunia mutuanda citra ſtipulationem actio non naſcitur.
49 Ex pacto de donando liberalitatis fauore obligatio ciuilis præter naturalem, & actio oritur.
50 Ex pacto nudo de dote danda, aut conſtituenda actio oritur.
Ex pacto etiam de pignore tradendo iure prætorio actio accommodatur.
51 Obligatio ex conuentionibus à iure reprobatis non procedit.
Obligatio naturalis ex conſenſu oritur.
52 Obligatio ex conuentione turpi etiam naturalis non oritur.
Per remotionem generis omnis ſpecies remota creditur.
53 Ius naturale à iure ciuili non mutari, neq; lædi quomodo ſit intelligendum declaratur. hic, & nu. 55.
Ius ciuile efficere poteſt, ne naturalis obligatio oriatur.
54 Ius ciuile non poteſt naturalem obligationem prohibere.
Citatio prohiberi non poteſt, quia iure naturali ad defenſionem ſpectat. limitatur nu. 58.
Venandi, & piſcandi vſus à Principe prohiberi non debet. declaratur nu. 57.
Conſuetudo rata non habetur, quæ contra ius naturale aliquid permittit.
55 Ius naturale limitationem, non abrogationem patitur.
56 Ius naturale diſtingui poteſt.
57 Ex conuentione improbata obligatio naturalis non prodijt.
58 Doli ſuſpitione non tenetur, qui contra quam prohibitũ iure ciuili eſt, palam quid agit.
59 Obligatio naturalis, an ex cõuentionibus nominatis oriatur, ſi impugnata leguntur à iure ciuili, explicantur tradita à Socino.

60 Coniunctio, & contiauatio ſcripturarum facit, vt ſecundum alteram vna intelligatur.
Declaratio ſuperiorum ex poſterioribus deſumitur.
Prædicata talia intelliguntur, qualia ſubiecta permittunt.
61 Aduerſatiua ſequẽs ad ea, quæ eiuſdẽ generis ſunt, refertur.
62 Ius idem probandum, vbi eadem ratio viget.
Dictom ſpeciale à ratiooe generali ampliari ſolet.
63 Taxatiua dictio diſſimilia, noo autem ſimilia, aut in quibus ratio eadem ineſt, repellit.
64 Conuentiones omnes nominatas à iure ciuili agnitas eſſe quomodo intelligi debeat, declaratur.
65 Pactum oudum quomodo contrahatur.
Pactum nudum, quamuis à iure ciuili approbatum non ſit, tamen quia ius ciuile ei non reſiſtit, obligationem naturalem iure gentium propter conſenſum parit.
66 Pactum oudum cur minus ad actionem, quam ad exceptionem valeat, ratio affertur.
67 Acceptatio expreſſa in pacto nudo ineundo, an requiratur.
68 Pactum nudum quale ſit.
69 Pactum nudum id videtur, à quo cauſa abeſt.
70 Pactũ nudũ, quod à cauſa vacat, à iure ciuili non impugnatur, & conſequẽter naturalis obligatio cum effectibus ſuis ex eo naſcitur, hæc fuit Socini opinio, quæ oppugnatur nu. 71.
72 Promitto tibi centũ ſi dixeris an donationis cã ſubaudiatur.
73 Pactũ ex cauſa donationis ad actionẽ valet declarat nu. 74.
74 Nuditas in pacto tripliciter intelligitur.
75 Conuentionibus innominatis oon correſpectiuis atq; nominatis quare par omnibus effectus tributus non eſt.
76 Ius canonicum iuris gentium æquitatem amplectitur.
Pactum nudum de iure canonico actionem edit.
77 Inter mercatores in foro etiam ciuili pactum nudum valet, & qua ratione id ſtatutum ſit.
78 Actionem non edi ex conuentionibus oudis, ſimplicibus, ob correſpectiuis perpetuum non eſt, ſed in caſibus quibuſdam non recipitur.
79 L. ſi quis argentum. § pen. C. de donatio. declaratur.
80 Pactum nudum quibus caſibus ad actionem inducendam valeat remiſſiuè oſtenditur.
81 Pollicitatio actionem dotis cauſa non parit limitatur dupliciter hic, & nu. 82.
83 Conſtitutum etſi pacto nudo perficiatur, actionẽ tamẽ parit.
84 Ex pacto nudo geminato actio naſcitur, declaratur nu. 85.
Ratio dictæ concluſionis affertur ou. 86.
87 Conſtituere, & promittere idem eſt.
88 Coostitutum quam ob cauſam a prætore iouentũ, & vigor additus ei ſit, vt de pecunia conſtitota actionem pariat?
89 Prætori poteſtas noo ſuit iuri ciuili directo derogandi declaratur ibi.
90 Petitionem hæreditatis vtilem prætor introduxit, quæ poſſeſſoria bonorum hæreditatis petitio appellatur.
Actia in factum ex edicto prætoris naſcitur.
Actionem prætor tum quoq; tradit, cũ alia a iure ciuili tradita inuenitur, ſi non æquè commodè, aut ſatis per ciuilem conſultum eſt.
91 Neceſſitas vbi maior eſt, promptius auxilium eſſe cõuenit.
Cautius agendum, vbi grauius periculum inſtat.
92 Pacto cur nudo, & ſimplici vim actionis tribuendam prætor non duxerit.
93 Traditur quid difficilius non paulo, quam promittitur.
Promittimus difficilius ei, qui nobis debet, quàm ei, qui non debet, cùm facta iam ſolutio ſit.
94 Pactum geminatum cur actionem producat ratio affertur.
95 Promittere leue quippè eſt, & pollicitis diues quilibet eſſe põt.
96 Deliberatio maior contingit, vbi maius animi conſilium.
97 Ex pacto oudo non ſolum exceptio, ſed & actio præſtatur, quoties facilitatis ratio promittendi quieſcit, veluti cum obligatio duplex naturalis concurrit.
98 Conſtitutum a Prætore introductum ex mente, & ratione iuris ciuilis eſt.
99 Prætoris edictum inutile non eſt, à quo expreſſum id eſt, quod comprahenſum niſi tacitè non erat.

100 Declaratio, aut expreſſio fruſtra eius non habetur, quod tacitè ineraт, ampliatur nu. ſeq.
102 Dubitationis tollendæ cauſa expreſſa vitioſa non ſunt.
103 Generalitas reſtringi dẽt, vbicunq ſubeſt reſtringendi cã.
Generalitatis reſtringenda ratio à iure ipſo ciuili, & à ratione ceſſante deſumitur.
Fraudem accipere non videtur, qui bis idem promittit, immo enim conſilio, atq; vltro id facere intelligitur.
104 Pactum nudum qua ratione in aliquibus caſibus actionẽ pariat, declaratur.
105 Pactum nudum ſimplex, ſeu non correſpectiuum ad contractum innominatum accedit.
106 Inter contractos innominatos non correſpectiuos, ſed ſimplices, & alios cõtractus innominatos correſpectiuos differentię explicatur.
Pœnitentia in contractibus innominatis correſpectiuis locũ habet ad vtilitatem eius, à quo impletum eſt, ſi impletum ab altero non ſit, ſecus in pacto nudo ſimplici, & diuerſitatis ratio aſſignatur nu. 107.
107 Donatio inter contractus innominatos refertur facultas tamen pœnitendi donatori non datur.
Permutatio contractus innominatus æſtimatur.
Pœnitentia in permutatione locum habet poſt implementũ contra eum, à quo impletum oon ſit.
108 Tranſactio eſt contractus innominatus.
109 Inter contractus innomioatos ſimplices, & contractos correſpectiuos ſecunda differentia affertur, itẽ tertia nu. 110. quarta num. 114.
111 Petit fruſtra quis, quod intus habet.
112 Contractos correſpectiui implemento ſecuto, an maior ſit potentia declaratur.
113 Incommodum quod culpa ſua contingit, quiſq; ſibi cõciliare vltro intelligitur.
114 Contractus correſpectiui à cauſa, & reſpectu ipſo, propter quem fiunt, correſpectiui nuncupantur, quos vocabulo propriore ob cauſam contractus dicimus.
115 Cõtractus correſpectiui quare, & ipſi ſpeciali nomine prędıti non ſunt.
Baldi in. Doctri. in l. 1. nu. 38. & nu. 68. ff. ſol. matr. explicat.
116 Denominatio contractus ab effectu, non à verbis trahitur, quoties verbis ipſis effectus repugnat, declaratur nu. 119.
117 Negocia quippè plura ſunt, quam vocabula.
118 Argumenti ab accidenti, aut iure ſpeciali deducti haberi ratio non ſolet.
120 In contractibus correſpectiuis implenti duobus remedijs ſuccurritur, vel actione præſcriptis verbis ex dolo, aut in factum, vt impleatur, vel quod intereſt, præſtetur.
121 Actio præſcriptis verbis ad contractum correſpectiuum reſcindendum an detur?
122 Obligatio naturalis in contractibus correſpectiuis de iure gentiũ ante implementũ oritur, ſed ante ius ciuile, nec ad excipiẽdũ proderat ſecun. Soci. cuius opin. author impugnat.
123 Obligatio vtra potentior æſtimetur naturalis, an ciuilis.
Exceptio æquitate nititur.
Auinculo ſimplici duplex ſoluitur.
124 Repetitio ſoluti pro eo, quod naturaliter debebatur nõ cõpetit.
125 Per compenſationem naturaliter debiti retinere id licet, quod vtroq; iure naturali, & ciuili debitum eſt.
Deducendi, ſeu detrahẽdi ius obligatio naturalis tribuit, cũ poſſeſſore bonæ fidei hæreditas confertur, id enim in hæreditate reſtituenda deducit, quod debitum ſibi naturaliter eſt.
126 Obligatio naturalis qua ratione excipiendo excludat obligationem naturalem, & ciuilem.
127 Quod ad defenſionem ſpectat maiore æquitate nititur.
Obligatio potior in concurſu habetur, quæ fauorabilior eſt.
128 Obligatio naturalis pro actore propter coniunctionem ciuilis fortior non eſt.
Succeſſione feudi per fratrem vtrinq; conſanguineus tantũ eſt, non ſubmouetur.
130 Statuto cùm per fratrem ſoror excluditur, à fratre conſanguineo tantũ ſoror ſubmouetur, quæ coniũcta vtrinq; eſt.

231 Fra-

Digitized by Google

231 *Frater conſanguineus cum fratre, vtrinq; coniunĉto admittitur ad bonu, quæ extra familiam exire teſtator vetuit.*

232 *In ſucceſſione fratris naturalis duplex vinculum non attenditur, cùm impertinens in eo agnatio ſit.*

233 *Obligatio ciuilis ad effectus naturalis prohibendos pro nihilo eſt exiſtimanda. Victoria à pari non exiſtit.*

234 *Rei conditio potior in cauſa æquali eſt.*

235 *Potentius ideſt, quod fauorabilius eſt.*

236 *Obligatio naturalis etiam in compenſandi iure fortior eſt.*

237 *Obligatio ciuilis potior naturali eſt, q̄tū ad actionē dādam.*

238 *Non eſſe omninò, vel inutile eſſe paria ſunt.*

239 *Fideiuſſor obligationi naturali ſimpliciter accedit non autē ad ciuilem ſimpliciter admittitur, ſic Bart. diſtinguit. Sed author parē vtriuſq; obligationis cauſā exiſtimat, nu. ſeq.*

242 *Falcidiæ detractio conſenſum, aut voluntatem teſtatoris, & hæredis non habet.*

243 *Stipulationis definitio.*

244 *Stipulatio verba, & quidem non ſimpliciter, verùm ex forma, & ſolemnitate poſtulat.*

245 *Stipulationis altera definitio.*

246 *Denominatio à forma, non ab effectu fieri debet, vbicunq; inter formam, & effectum non conuenit.*

Sententia licet definitiua effectum habeat, quia finem controuerſiæ imponat, interlocutoriam tamen.

247 *Caſtren. defenſio diffinitionis glo.*

248 *Rationem eandem vbi diuerſi caſus habent, pro eodem quātum ad ius habentur, ſeu iure pari determinantur.*

249 *In definitione ab effectu agnoſcenda Decij diſtinctio quæ refellitur nu. 250.*

251 *Generalia verba ad caſum iuſtum, & licitum reſtringi debent, quod locum habet etiam in diſpoſitione iuratu.*

252 *Reſciſio omninò extituru pro facta habetur. Ratum, quod quis habere cogitur, perinde eſt, atq; ſi ratum habuerit.*

Fideiuſſor ſtatim quando condemnatus eſt cum reo principali agit, vt indemnis fiat, quamuis ſolutio iudicati facta adhuc non ſit, cùm ſoluere neceſſe habeat.

Dupla perinde quaſi promiſſa debetur, quā pmitti oportuit.

Cautio de damno infecto pro datu habeē, cū dari oportuit.

253 *Definitionem mediatè cum definito conuerti ſatis eſt.*

254 *Poſſeſſionis definitio.*

255 *Alba opinio circa ſtipulationis definitionē. Declaratio certior, aut expreſſior nulla eſt quā quæ ab effectu deſumitur.*

Ab opere, ſeu effectu magiſter laudatur, & ex ſuis quiſq; fructibus cognoſcitur.

256 *Definitionem ſtipulationis à glo. traditam non eſſe ſpernendam Author arbitratur.*

Definitio potior habetur, quæ rem definit, vti iam perfectā, ſeu ad ortum perductam, quam vbi ad ortum perducitur.

257 *Cauſatum aliud atq; cauſum eſſe declaratur.*

258 *In re definienda id ſpectari demum conuenit, vt rei ipſius definita cognitio, atq; demonſtratio habeatur.*

259 *Effectus ad rem ipſam percipiendā potior verbis æſtimatur.*

Ab effectu non à verbis nomen contractus trahitur, quoties contrarius verbis effectus eſt.

Diſpoſitio an affirmatiua, vel negatiua æſtimetur per effectum, non verba declaratur.

260 *Definitionis ſtipulationis à glo. tradita Nigri oppugnatio.*

261 *Stipulatio an ſit contractus ſpecialis, vel generalis.*

262 *Stipulationis nomen vnde exiſtat.*

263 *Stipulatio quo iure ſit introducta, gentium an ciuili.*

264 *Paciſci per interrogationem, & reſponſionem apud gentes, & ante ius ciuile in vſu fuit.*

265 *Teſtamentum iuris ciuilis eſſe Bart. defendit contrariā opinionem crebriorem eſſe Author probat.*

266 *Stipulationem, vt induceret quæ cauſa ciuile ius impulerit.*

267 *Stipulatione interpoſita contractus innominatus implemēto etiam nondum inſecuto actionem parit.*

268 *Pœnitentiæ locus non eſt in contractibus innominatis ſtipulatione adiecta.*

269 *Excluſio vnius eſt incluſio alterius.*

270 *Conuentionum omnium re integra circa ſtipulationes induendam ratio videtur.*

271 *Legis ratio eſt ſpectanda.*

272 *Stipulationis edendæ neceſſitas altera à Caſtren. enarrata explicatur, ab Alex. reiectu refertur nu. 273.*

273 *Promiſſio nuda iudicij calore ad actionem afferendam veſtitur, contraria opinio frequentior probatur nu. 274. ſed Author affirmatiuam meliorē, veriorem q; exiſtimat nu. 275. limitatur nu. 276. oppugnatur nu. 277. ſublimitatur nu. 279. limitatur ſeruando nu. 284. Negatiua opinio limitatur nu. 284.*

275 *Stipulationis fictio in iuditio admittitur. Extendi, & ampliari facilius quid, quam induci recens ſolet.*

Patientia in iuditio conſenſum inducit.

278 *Ex promiſſionibus iudiciarijs, quæ ad iuditium cōſeruandū fiunt, celeriorem exitum lites haud dubiè accipiunt.*

280 *Conſenſum in his patientia, aut taciturnitas nō inducit, quæ tacenti noxia, aut patienti ſunt declaratur ibi.*

281 *factum potentius ommiſſione, & patientia eſt.*

282 *Actus ab eo impugnari non poteſt, qui illi conſenſit.*

284 *Confiteri paciſcens intelligitur verè à ſe pecuniam deberi, quam per iudicem ſoluere damnatus eſt.* (paris.

Confeſſio in iudicio emiſſa actionē in factū aduerſus cōfitētē

Cōfeſſio obligationē, vnde actio oriā nō generat, at genitā pbat

385 *Diuerſitas caſuū pro nihilo pendi ſolet in quibus ratio vlla ſpectari diuerſitatis nequit.*

286 *Error plerunq; in confeſſione de facto alieno contingit, atq; etiam in facto proprio, qui in damno arcendo non obſtat.*

287 *Obligatio legis potentior eſt obligatione hominis.*

288 *Ex pacto nudo in iudicio reus tenetur, quoties id promittit, cui faciendo tenebatur.*

Contra fideiuſſorem non modo in iuditio, ſed & extra pactū nudum actionem edit, vbicunq; ſuper eo interponitur, quod alias præſtandum à promiſſore erat.

289 *L. 5 inf. eo. explicatur. Lex inutilia non affert remedia.*

290 *Actus extraiudicialis imbecilior eſt iudiciali.*

291 *Fideiuſſio apud gentes in vſu, & ante leges fuit.*

292 *Fideiuſſio an ſtipulationem requirat.*

293 *Nouatio, vſura, pœna, & acceptilatio ſtipulationē requirunt.*

Pactum nudum à ſtipulatione perficitur.

294 *Adiungitur quid facilius rei iam natæ, quam recens, aut nuna comparetur.*

Actio alij quamuis per liberum hominē non quæratur, quæſita tamen qualitas adijcitur.

Donare propter nuptias matrim. conſtāte licet, multo magis donationi iam perfectæ inſinuationis qualitatē adijcere.

295 *Stipulatio cur interrogationem poſcat repudiationis futuræ præſumptio in re clara ceſſat.*

Acceptatio eo ipſo oſtenditur, ꝙ petitio, aut interrogatio fit.

296 *Cauſa finalis quæ ſit.*

297 *L. 1. §. ſexum ff. de poſtulan. declaratur.*

298 *Ratio, quæ in quolibet caſu ſub genere cōprahenſo non concludit, aut mouet, contingens, non neceſſaria, at perſuaſio quædam dicitur.*

299 *Caſtatio habitum præſupponit.*

300 *Verba, vt perſona eſt, ad quā ſpectant ſunt accipienda.*

301 *Neceſſitatis quoties in principe, legeuè mētio ſit, de ea intelligi verbu oportet, cui adſtrictus princeps, legiſq; Author eſt, de neceſſitate nimirum, quam munus ſuum in ſubditis moderandis iniungit.*

Princeps commodis ſubditorum, & publicis, non minus, ac ſuis conſulere neceſſe habet.

Princeps pater ſubditorum habetur quoad prouidendum.

302 *Vtilitatis cauſa ad conuentiones etiam iuris gentium ſpectat, quæ ad actionem valent, vtpotè nominatas, & à iure ciuili receptas, & confirmatas.*

303 *Stipulatio, quæ neceſſaria non eſt, verùm ſuper contractu efficaci interponitur, conuentionalis dicitur, & quare?*

304 *Stipulatio niſi ad futurum non reſpicit, neq; verbis præſentibus fit, ſed futuris.*

305 *Actio ineptè conſideratur, quæ in id non competit, quod apud petentem ſit.*

Contractus nominati, & conuentiones nudæ iuris gentium verbis præſentibus conceptæ, & ſtipulatio differunt, prout inter factum, & promiſſionem.

306 *Stipulatio ſuper contractibus nominatis, & conuentionibus nudis iuris gentium rectè interponitur, & cõuentionalis nuncupatur.*

307 *Stipulatio conſenſu, & conuentione carere non poteſt.*

308 *Dictio ex, cauſam immediatam dicit.*

309 *Stipulatio à modo ipſo concipiendi, & contrahendi formam accipit.*

Denominatio à forma ipſa potiuſquam à materia fieri debet, cùm à forma rei ſubſtantia pendeat.

310 *L. 5. in prin. hoc tit. declaratur.*

Dictio ex plerunq; in legibus pro in ponitur, & ſimiliter dictio de

311 *Lex generaliter diſponens reſtrictionem non recipit.*

Senſus omnis reſtrictiuus ſermoni literario contrarius.

312 *Stipulationum genera totidem ſunt, quot rerum contrahendarum genera, & modi ſunt.*

313 *Stipulationes, quæ ab inuitis exiguntur hic enarrantur.*

314 *Ex ſtipulatione ad contractum nominatum adſcripta quæ vtilitas oriatur, latè explicatur.*

315 *Fructus in contractibus bonæ fidei, & ſtricti iuris ex quo tempore debeantur?*

316 *L. ſi ſtipulatus ff. de vſuris declaratur.*

Ex ſtipulatione quando fructus debeantur.

317 *Tradere, non dare venditor tenetur, ſi dominus non eſt.*

318 *Actiones plures habere noſtra intereſt.*

319 *Remediorum plurium vno perempto renunciatione incolume alterum manet.*

Actio vna per tempus extincta altera remanet ſi vita longior alteri ſit.

320 *Actor ſi in vna actione reo abſoluto liti ſuccumbat, ad alteram adire poteſt, declaratur num. ſeq.*

321 *Titulis pluribus rem poſſideri noſtra intereſt.*

322 *Contractum nominatum firmiorem ſtipulatio præſtat.*

323 *Stipulationis vtilitas, vt quod ſua intereſt quiſq; ſtipuletur.*

324 *Conuentio omnis firmitatem non aliter obtinet, niſi paciſcentium interſit.*

325 *Stipulationis vtilitas etiam in veſtimento conuentionum nudarum iuris gentium vertitur.*

326 *Stipulationes p̃toriæ nõ adeo ſtrictim, ac iudiciales obligãt.*

L. pœnales. § omnes ff. ad legem falci. explicatur.

L. cùm ex cauſa infra eo. declaratur.

327 *Stipulationes prætoriæ molliores iudicialibus ſunt.*

328 *Aequitatẽ in primis prætor colit, eamq; curæ p̃cipuè hẽt.*

329 *Stipulationum ſecunda diuiſio explicatur.*

330 *Stipulationum tertia diuiſio, quòd diuiduæ quædam, indiuiduæ aliæ æſtimantur.*

331 *Stipulationum quarta diuiſio legitur, quòd veræ, fictæq; interueniant.*

332 *Stipulationi fictæ locus aliter non eſt, quam ſi habilitas extremorum interueniat à quo, & ad quod.*

Mutus ſi dotem accipit, aut alij promittit, ſtipulatio ad vtilitatem mulieris ita fingitur, ſi ſeruum mutus præſentem habeat, opera cuius verè concipi ſtipulatio poſſit, reprobatur num. 336.

333 *Bald. Nouelli limitatio habilitatem extremorum in ficta ſtipulatione neceſſariam eſſe repudiatur.*

Stipulatio ficta verba non deſiderat.

334 *In ſtipulatione ſatis eſt, quòd extremorum habilitas in genere ſit, licèt in ſpecie controuerſa abſit.*

Fictio in genere locum habet, quod fieri in genere poteſt, vt ſuperſtes is ſit, quem incolumen lex fingit.

335 *Conſenſus infantis furioſiuè in genere inueniri nequit.*

337 *Indigna res non eſt, quæ in ſpecie memoratur.*

338 *Stipulatio vtrum ad contractus appellationem pertineat, opinionem negatiuam frequentiorem Author probat nu. 339 vbi limitat.*

340 *Contractus vocabulum quibus caſibus ad ſtipulationem pertinet, propriè, aut largè id fiat, ad contractum nominatum competit.*

341 *Stipulatio quibus modis eam fieri oportet.*

Stipulationem contrahere nequeunt, mutus ſurdus, infans, & abſens.

342 *Verbum exaudire auditum cũ ſenſu, aut intellectu denotat.*

Infans intellectum non habet.

Pupillus fraudis conſilium inire non poteſt.

343 *Sine intellectu manus ſunt ſermo, & auditus.*

344 *Præſentem eſſe, & non percipere quid agatur, & abſentẽ eſſe paria ſunt.*

345 *Ad ſtipulationem perficiendam tria requiruntur locutio, præſentia, ſcientia, ſeu intellectus eius, quod agitur.*

346 *Stipulatio per nuncium, aut epiſtolam non conficitur.*

Verba intelligi propriè conuenit, quoties intelligi propriè poſſunt.

347 *Qui per alium facit, per ſeipſum feciſſe videtur.*

348 *Per nuncium quod fit, à domino id actum propriè intelligitur, quod aliter in facto procuratoris contingit, declaratur num. 349.*

Confeſſio nuncij in iuditio facta nocet domino in alio iuditio, ſecus in procuratoris confeſſione.

Nuntij vox domino tribuitur, & ideò per nuncium facere conceditur, quod per ſubſtitutum non licet.

350 *Tale quid ſit, an pro tali habeatur nihil refert.*

Ciuis verè propriè q; habetur, qui ciuitate donatus priuilegio eſt.

Verbũ videtur veritatẽ ſignificat in his, quæ in iure cõſiſtũt.

351 *Hæres .a. eadẽ, ac perſona defuncti æſtimatur, declaraẽ ibi.*

352 *Stipulandi iure inter abſentes prohibito denegatus nuncij vſus intelligitur, per quem ad prohibitam peruenitur, & illuſoria prohibitio fieret.*

Prohibitum directò indirectè non permittitur.

Prohibitio conſequentis ad neceſſariũ antecedens trahitur.

Sequentia cui deneganẽ, & præcedẽtia quoq; denegata sũt.

Interp̃tatio ita habẽda, ne illuſoria p̃hibitio, diſpoſitioue fiat.

353 *Ad Epiſtolam locutio abuſiuè competit.*

L. miles ad ſororem in fi. prin. ff. de lega. 2. declaratur.

Dictionem perinde alijs dictionibus, & particulis adijcere in vſu Iuriſconſulti habent.

Dictio perinde ad rem impropriè demonſtrandam ſpectat.

314 *Locutio impropria per ſcripturam contingit.*

Scribere, & loqui non eſt idem.

Syllabam non inertem in lege eſſe decet.

315 *Stipulatio ſẽſus duos corporis poſtulat, ſermonẽ, & auditũ.*

Epiſtola quoad ſenſus corporis niſi ad viſum non pertinet.

316 *Dictio ex augumentum dicit, ſimiliter vt particula de.*

Dictio exequata æquationem perfectam denotat.

317 *Epiſtola abſentium cauſa introducta eſt, vt inter abſentes per eam negocia gerantur.*

Interpretationem admitti non conuenit, vnde illuſoria prohibitio fiat.

318 *Epiſtola ad præſentem ſcribi, & reddi præſenti poteſt.*

319 *Rationes quoties plures diſpoſitio habet, ſatis vnam ad eã confirmandam eſſe, vt aliæ ſubſidant.*

320 *Impedimentorum plurium, quæ amoueri omnia oportet, ſatis eſt vnum ad diſpoſitionem infirmandam.*

321 *Stipulatio, nec inter præſẽtes p̃ epiſtolã, nunciũuè cõtrahiẽ.*

322 *Stipulatio quare cõtractus, aut obligatio verborũ dicatur.*

323 *Contractus, qui à ſolo conſenſu pendent, & ex conſenſu ſolo implẽtur, rectè, & vtiliter p̃ epiſtolã, ac nunciũ explicãtur.*

324 *Abſentibus non magis ex contractibus conſenſus, quam ex ſtipulatione acquiritur.*

Donatio cauſa mortis abſenti facta non valet.

325 *In contractibus conſenſus pro abſente contractum acceptare extraneus, & priuatus poteſt, ex qua acceptatione abſenti ius quæritur, ſi ratum poſtea contractum habeat, ſecus in ſtipulatione.*

326 *Decij error in c. ſi clerici nu. 20. verſi. ſed reſponderi poteſt de iudi. proditur.*

327 *L. ſi procuratori præſentis in fi. eo declaratur.*

328 *In ſtipulatione procuratoris, atq; nuncij ratio diuerſa.*

319 Sti-

329 *Stipulari ad vtilitatem, vel nomine alterius conceditur, Dum in ſtipulatore modo ipſo radicem obligatio capiat.*

330 *Con ractus nominatus recte, vtiliterve per nuncium impictur.*

331 *Nuncius immediatè, & citra ceſſionis adminiculum actionem domino acquirit.*

332 *Procurator ſi domino præſente ſtipulatur, Domino ipſi actio vtilis recta via citra ceſſionis circuitum mox acquiritur.*

333 *Stipulatio vtrum abſente, an præſente Domino per procuratorem fiat ad modum ſtipulandi non pertinet, ſed ad modum acquirendi differentia ſolummodo pertinet.*

334 *Glo. in l. 3 in verb. abſentiam C. de inuti. ſtipu. declaratur.*

335 *Stipulatio, quæ, vigorem vti ſtipulatio non habet, an iure pacti nudi ſuſtineatur.*

336 *Baldi Doctrina in auct. ad hæc nu. 6. C. de vſuris. Declaratur.*

337 *Actus nuncij vltra conſenſum mittentis effectum vllum conſequi non poteſt.*

338 *Crot. Doctrina in rub. ſupra hoc tit. num. 10. declaratur.*

339 *Reuocandi contractum, qui conſenſu inter abſentes nuncij, epiſtolavè opera perficitur ius non eſt confeſtim, vt accepta epiſtola, aut nuncij relatio eſt.*

340 *Donatio abſenti facta epiſtola, aut nuncij interuentu omnino non valet, etiam ſi res Donato apud Donatarium ſit, declaratur num. 341. vbi contrariæ opiniones referuntur.*

341 *Epiſtola ſtipulationem factam probat, quamuis per eam non inducatur.*

342 *Stipulatio vltra locutionem, & auditum ordinem etiam poſcit, vt interrogatio præcedat, & reſponſio ſequatur, quo neglecto irrita ſtipulatio ſit declaratur nu ſeq.*

343 *Forma, & ſubſtantia ſine dubio in eo neceſſario vertitur, ſine quo conſiſtere actus nequit, & quo detracto actus cunctus intercidit.*

344 *In ordine forma quomodo intelligitur.*

Ordo, in cognitionis interdicto recuperandæ, & accuſationis criminalis propter vim qualis.

Appellatione opus eſt, cum quæſtioni vni præiudiciali altera permiſcetur, atq; ideo intricatio, & perplexitas inducitur.

345 *De quæſtione iuriſdictionem reſpicente pronunciari ante omnia oportet, aliter firmitatis quicquam ſententia non habet.*

Sententia nulla eſt, quoties de iuriſdictione iudicis non conſtat.

Vſuræ exceptio ſi iudicio obijciatur, de vſura apud iudicem cognoſci ante omnia oportet.

346 *§ cum adycitur infra ea. l. declaratur.*

Solemnitatis leuis omiſſio actum non perimit.

347 *Relatio ad quæ fieri debet.*

348 *De relatione inter glo. & Doct. contentio.*

349 *Reformatur id facilius, quod omiſſum omnino non eſt, quam quod omiſſum penitus eſt.*

350 *Relatio ad ea non fit, in quibus ratio eadem referendi non vertitur.*

351 *Argumentum ab impulſiua ratione non cõceditur, declaratur nu 352. & 354*

352 *Contrariorũ eadem debet eſſe diſciplina, declaratur ibi. verſi. neq; locum.*

353 *Argumentum à ſenſu contrario admittitur quoties ratio ipſa non ſilet, aut mordet, aut vrget.*

354 *Ratio finalis ampliat ſcripturam, cũ ſpecialis diſpoſitio eſt.*

Lex generaliter diſponens generaliter eſt interpratanda, etiã in odioſis, quatenus verborum proprietas patitur.

355 *Generali interpratationi in omnibus caſibus locus eſſe debet, in quibus ratio ipſa contingit.*

356 *Cauſa, ſeu ratio in dubio impulſiua, vt non finalis habetur.*

357 *L. lecta verſi. dicebam ff. ſi cert. petatur explicita hic eſt.*

358 *Fictio idem operatur in caſu ficto, atq; veritas in caſu vero.*

359 *L. non ſunt liberi in fi. ff. de ſtatu. homi. explicatur.*

Dotem nouam acceſſio non facit.

Peculium non ideo minus æſtimatur, quod minus factum, aut maius ſit.

Nouus enim homo ob adultam ætatem infans non dicitur.

Populum nouum numerus adiunctus non facit.

Noua ob inſtaurationem res non dicitur, niſi extincto funditus ſit.

360 *Libellus nouus non intelligitur, cui adiectio aliqua ex eadẽ cauſa facta ſit.*

361 *Stipulatio reformata propriè noua non eſt.*

362 *Noua res ex additione, & diminutione in his non intelligitur, quæ ab unius ſolummodo conſenſu, aut à natura ipſa citra partium factum pendent.*

Nouus conſenſus nouam ſtipulationem efficit.

363 *Stipulatio ſpacium inter interogationem, & reſponſionem non recipit.*

364 *Butigello reprahenditur.*

365 *Stipulatio re, aut quantitate detracto citra nouum, & præſumptum conſenſum, aut nouam complacentiam non vitiatur.*

366 *Determinatio, & relatio difformis admittitur, quoties ad diuerſa relatio ſpectat, quæ.*

Difformitatem, & rationem, diuerſam habent.

367 *Relatio ad ea fieri debet, in quibus maior ratio referendi vertitur.*

368 *In relatione facienda ſpectandum an ad materiam ſubiectã accommodetur.*

Commoditatis ratio in relatione habenda, vt non aliter admittatur, niſi ſi fieri commodè poſſit.

369 *Relatio ad inferiora, & ſuperiora permittitur prout materia ipſa ſubiecta exquirit.*

Diſtinctio eſt interpratando, vt fieri poteſt.

370 *Stipulatio per quas perſonas fieri poteſt cognoſcitur, perſonis cognitis, quæ ſtipulari non permittuntur.*

Permiſſæ ſtipulari intelliguntur perſonæ quæ expreſſe in prohibitione non ſunt.

371 *Stipulari non poſſunt infantes, ſurdi, muti, & abſentes.*

L. ſeruum ff. rem pupilli ſaluam fore declaratur hic. & nu. 373.

Gratioſior conſeruationis, quam acquiſitionis cauſa eſt.

372 *Iure ſpeciali in ſolutione argumenti uti miſerorum refugium eſt.*

373 *Pupillus infanti proximus ſtipulari poteſt.*

374 *Pupillus quando infanti proximus dicatur hic latè explicatur.*

375 *Pubertati proximus quis æſtimetur à iudicis arbitrio pendet.*

Bellamera conſilium vltimum reijcitur.

376 *Infanti ſtipulandi ius nec ex priuilegio competit.*

Pupillus alij non obligatur, nec quidem naturaliter. declaratur nu. 377.

377 *Obligationi à lege inducta Dominus infans æquè, atq; maior tenetur, declaratur nu. 378.*

379 *Ad infantes legis ſcriptura non trahitur, quæ odium habet & in perſonam loquitur.*

380 *Ad infantes, atq; maiores conſuetudo, lex, ſtatutumvè trahitur, vbi ætatis ratio nihil facit.*

381 *L. ſi ſine. § Lucius ff. de admi. tuto. Declaratur.*

Statutum odioſum ob criminis atrocitatem etiam infantes comprahendit, vbi eadem, quæ in maioribus ſubeſt ratio.

382 *L. argumento §. muliebri ff. de auro, argento legato declaratur.*

383 *Abſentibus ius ſtipulandi, vt infantibus ademptum eſt.*

Sponſalia an inter abſentes contrahi poſſint.

384 *L. 2. ff. de ſponſalibus declaratur.*

Verba taxatiuè non intelliguntur, cum centum quis petit, & quinquaginta præſtare reus iubetur. ab alijs enim quinquaginta abſolutus reus non eſt, quo alio iuditio repoſci poterunt.

Taxatiua non ſubintelligitur in petitione nec in ſententia, nec in ſumma minore in ſtipulatione promiſſa. Declaratur

Iaſ. adſcripta in l. mandatam ff. de offi. eius in l. more
colum. 12. ff. de iuriſdi. om. iudi. & in l. 1. §. ſed & ſi mihi
in ter. 10 nota. infra eo. Scite Bologni. apud Io. de
Ana. in conſi. 83. circa fi. Reſpondetur, vtilitate vacuā
& temporibus primis ab animo, & corpore obliga-
tionem hanc naturalem non intelligi, vt exceptionem
aut coactionem non obtineret. Ab animo quidem,
Quem ad religionis cultum ſuperis præſtandum, Pa-
triam, parenteſq; & maiores obſerandos. Ratio ipſa
naturalis adſtringeret l. veluti ff. de iuſti. & iure. à cor-
pore, & iniuriam vimq; ab eo arcendam, ratio ipſa
naturalis ſuadet l. vt vim eo. titu. Quæ. ll. & ſi primor-
dijs, aut temporibus illis primis non eſſent, ad tempus
tamen omne ratio earum competit, etiam, quod ante
conſtitutionem aliquam iuris gentium eſſet.

Effectum, & alium in obligatione hac naturali ſecu
5 lo primo Soci. obſeruat, † Qui in gratia referenda con-
ſiſtit ad id enim ratio ipſa naturalis nos adigit l. ſed &
ſi lege §. conſuluit ff. de peti. hæredi. l. ſeruus ea lege in
fi. ff. de ſeruis expor. effectum item in vi, aut potentia
hac naturæ Soci. conſiderat, vt ad fidem implendam
nos inciret. inde naturalem naſci obligationem vide-
mus, de qua in l. 1. ff. de pactis & in l. 1. ff. de cōſti. pecu.

Secundum quæ, & ſi prima mortalium ætate com
pulſionis quicquam obligatio hæc naturalis non ha-
beret, in cauſa tamen fuit, quam obrem ius conditum
ſæculis poſterioribus ſit, vt de obligatione ipſa natu-
rali memoria haberetur, & propter eam leges æde-
rentur.

Obſeruandum in dictis his Soci. incogitate eum de
obligatione naturali circa patriam ętate prima loqui,
cum patria vlla certa non eſſet, verum ſedibus incer-
tis mortales vagarentur, vt ipſe ait. Quare à Galiā. hic
non immerito notatur num. 163. verſi. item ex illa
ratione.

6 Secundo † beneficij memoriam non recte ita ſim-
pliciter tempore illo primo Soci. ſpectat. ſiquidem in
bonis id intelligi, aut rebus nequit, cum in commune
omnia haberentur. vnde ad beneficium referri Soci-
num oportet, quod ad corporis, aut animi ſalutem
pertinet. ſi ab animo quiſpiam contra offendentem
adiunctus, vel ſubleuatus in morbo eſſet, aut ſi animi
perturbati leuamentum acceperat,

Circa ſecundum tempus, in quo præcipue Soci. oc-
7 cupatur. Duo principaliter diſerit. † Prius ad vigorem
obligationis naturalis tempore ipſo ſecundo perti-
net. cuius virtutis iure gentium ſecundario eſſet, ante-
quam ciuile ius fieret. Alterum ad originem, & mate-
riam obligationis ipſius naturalis ſpectat. Quod ad ef-
fectum attinet, ſicut mortalium numero ampliato, ne
ceſſaria viſa eſt principum, & magiſtratuum inuētio,
Dominiorum diſtinctio, contrahændiq; commerciū,
ſeruitutis ex belli conſequentia introductio, l. ex hoc
iure ff. de iuſti. & iure. §. ſeruitus inſti. de iure perſo. ita
remediū manus regiæ à iure ipſo gentium ſecundario
inuentum, quo ad effectum, ea perducerentur, quæ in-
uenta ab ipſo ſunt, & in quibus obligatio ipſa natura-
lis inuenitur, ciuili nondum etiam prodita l. 2. in prin.
ff. de origi. iuris in qua re videndum, cum obligatione
naturali mediante, ad obſeruationem eius tempore ip
ſo ſecundo homines compulſos Soci. ait Rectius ſcri
ptum à Soci. fuiſſe, Regia ipſa manu mediāte, ad obli
gationem naturalem adimplendam per tempus illud
ſecundum morem homines compellendi fuiſſe.

De manu hac regia cumulatius infra Soci. ſcribit
col. 2. vbi verū ad cumulationes omnes, nudas etiā per
8 tineret. Illud nu. enarrandū † pactionibus, & remedijs
iuris ciuilis hodiæ Manus olim regię remediū fuiſſe cō
ſequēret in vicē manus regię actiones à iure ciuili p-
ditas Areti. in rubri. de accuſa. in fi. alia. hic nu. 15. Signo
rol huc accedit in conſi. 217. nu. 8. vbi. in locum officij
ſucceſſiſſe actiones ait, quod manu regali exercebatur
per tex. in d. l. 2. in prin. & §. deinde ff. de origi. iuris.

9 De ſecūdo † ideſt, de origine obligationis naturalis
per tempus illud ſecundum iuris gentium à gentibus
ipſis, non à natura, ratione tamen naturali impellente,
introductum. Cauſam primam obligationis huius na
turalis à promiſſione ſeu conuentione quauis fuiſſe
Ad quam partes conſentirent, Soci. ſcribit. & quia ra
tione naturali mouente, obligatio ipſa naturalis ori-
tur. Rationis quippe, & æquitatis eſt, vt ratum quiſq;
id habeat, & ſequatur, quod ſemel placuit, & ad, quod
conſenſum accomodauit d. l. 1. ff. de pactis, & in d. l. 1.
ff. de conſti. pecu. a ratione ipſa naturali non conſenſu
aut conuentione naturalis nomen obligationis dedu-
ctum l. ſtichum §. naturalis infra de ſolutio. l. cum am-
plius §. is natura debet infra de reg. iuris tradit Soci. hic
col. 2. ante med. verſi. ſed hic cadit vna difficultas. &
colum. 5. circa prin. verſi aliquando, & tertio. Sali. in l.
petens q. 6. Ibiq; Deci. num. 20. C. de pactis. idq; locū
inter ſeruum etiam, & dominum habet, inter quos
obligatio impediri naturalis non ſolet, cum ratio ipſa
deleri naturalis nequeat l. ſi id, quod Ibiq; Bar. ff. de
condi. indebi. l. ſed etſi pupillus §. fin. ff. de inſtitor. l.
quibus diebus §. dominus. ibiq; Soci. in 1. nota ff. de
condi. & demon. §. 1. inſt. de fideiuſſor. gl. in §. ſi ſeruus
domino in ver. obligatio inſti. de noxal. actio. ſcite, Ca
ſtren. in. l. ex hoc iure ff. de iuſti. & iure in ſecunda
lectura.

10 Hoc amplius, † tam, & ſi ex cauſis pluribus natu-
ralis oriri obligatio ſoleat, vt inferius declarabitur, &
dictum etiam aliquid in primo tempore, eſt vera ta-
men, & propria niſi ex conſenſu non deſcendit Bar.
in l. Iulianus verum debitorem num. 25. & ſequen. ff.
de condi. indebi. Bal. in auchen. ad hæc num. 9. C. de
vſur. Inde Bal. ait ex maleficio obligationem natura-
lem non proficiſci, quod conſenſus ab ea delinquen
tis abſit. tradit Galian. hic num. 175. ſed in maleficio
contra Soci. hic ſcribit numero 4. in fi. & in l. 1. §. ſu-
blata num. 6. ff. ad Trebellia. Deci. in c. cognoſcentes
numero. 13. verſi. Tertio quia dum reus de conſti.
& in c. quoniam contra num. 31. in fi. de proba. vbi
tex. vocat, quem bonum ait in l. eius qui ff. de iure
fiſci. Tex. huc ſpectat in §. quia vero veriſimile in au-
then. de queſtor. conſenſum in delinquente videri De
quo Natta meminit in conſi. 158. nu. 3.

Cum Bal. tamen. Soci. hic ſentit colum. fi. verſi.
ad quintum reſpondetur. per tex. in l. bonafides ff. de-
poſi. & in l. ſi à reo §. illud, quod vulgo infra de fi-
deiuſſor.

11 Opinio tamen Mateſila. † ſicut diſtinguens, ita non
ſpernenda nota. 47. Niſi in re reſtituenda obligatio-
nem naturalem in delinquente non intelligi. Cauſam
aliam pœnæ eſſe vellicari tamen diſtinctio hæc po-
teſt, Quoniam ſi niſi à conſenſu vera propriaq; ob-
ligatio naturalis non oritur, quod ad eum attinet,
æque à re reſtituenda atq; pœna danda conſenſus re-
mouetur. Equitatem tamen, & rationem naturalem
acrius in re reſtituenda, vrgere proculdubio eſt. Quo
caſu pro origine æquitas, non conſenſus erit. Parui
autem non refert, ex conſenſu, an ex ęquitate obliga-
tio naturalis procreetur. Quoniam propria, & potens
magis ea eſt, quæ à conſenſu deriuatur Bar. in d. l.
Iulianus verum debitorem nu. 25. & ſeq.

12 Conſequens prędictis fit, † Nomen, aut cogno-
mentum idem cauſati, atq; cauſę ſuę eſſe, ſeu à cau-
ſa cauſati nomen trahi. Etenim quia à ratione natu-
rali obligatio ipſa naturalis exiſtit, naturalis inde no-
minationem adepta. Cui ſententiæ, & illud ſeruit,
cauſæ ſuæ ſimilem effectum eſſe l. 1. & 2. C. de ordi.
cogni. c. ſecunda co. titu. Soci. in conſi. 278. ante fi.
lib. ſecundo cauſæ item ſuæ naturam cauſatum induit
l. taber-

Digitized by Google

l.tabernæ ff. de fundo inſtru. l. adeo §. cum quis ſupra de acquiren. rerum domi. Quos tex. in ſententiam hanc Gomez. in regula de infir. reſig. q. 3. colum. 2. in fi. pagi. 144. tex. tamen induci cupiam in d. l. tabernæ Similitudine igitur cauſati atq; cauſæ admiſſa, Mirum fieri non debet, ſi, & ad cognomentum ipſum naturalis ſimilitudo hæc pertinet. conſequens ſecundo fit, à ratione facti, potiuſquam à facto ipſo denominationem fieri, ſiquidem à ratione naturali, quæ in conſenſu vertitur, non à conſenſu ipſo naturalis cognomentum deducitur. Ad quam ſententiam tex. confert in l. cum pater §. dulciſſimis ff. de lega. 2. in l. verum 2. infra de furtis l. quamuis. Ibiq; glo. in verſic. curauit in fi. C. de fideicom. & alia non pauca.

13 Sed obſtare declarationi huic videtur † quod in cōtractibus denominādis iuris gentium dicitur, qui iuris gentium dicuntur d. l. ex hoc iure l. iuriſgentium in prin. ff. de pactis. Atqui ratione naturali ad contractus ipſos ineundos impulſæ gentes ſunt. Ciuili quippe adduci ratione non potuerunt, iure ciuili nondum etiam ædito. Quid ita igitur à ratione ipſa contractus dicti naturales ſeu iuris naturæ non ſunt, ſimiliter vt iuris gentium.

Secundo, & ex diuerſo, ſicut iuris gentium cognomentum contractus acceperunt à gentibus introducti. Cur non æque, & iuris gentium obligatio nuncupatur, quæ à contractibus ipſis, & conuentionibus deſcendit. Inualeſcit argumentum hoc, quoniam iuri gentium tribui obligatio hæc naturalis ſolet, vt Soci. hic ſcribit num. 6 verſi. verum tamen eſt, ſi iuri gentium accepta obligatio hæc naturalis fertur, à quo expenſa, & obſeruata eſt, quid ita ab eo nomen non accepit.

14 Soci. hic † reſpectibus diuerſis vocabulum vtrunq; & naturalis, & iuris gentium in obligatione hac admittendum putat, vt ſiquidem natiuitatem productionemq; obligationis ſpectamus, naturalis appellationem iuxta contractibus atq; obligationibus competere. perinde quaſi à iure naturę producantur, quamuis enim à gentibus inuentio contractuum facta, & obligationum ſit, Attamen à lege ipſa naturę, & gentium Ius deriuatur Diuo Auguſtino teſte in tracta. de libero arbitrio. ad quam ſententiam, & Philoſophum conferre Soci. ait 5. ethicorū vbi ius omne naturale nuncupat, quod ante legem fuit. quæ ſimul ac ædita eſt, legale dici ius cœpit. ita cauſa productionis inſpecta, quæ à natura exiſtit, recte rationem naturalem, & iuris contractus naturalis dicemus. Si autem vſum ipſum, & nomen obſeruamus, iuris gentium, & contractus, & obligationes dicemus, quæ ex eis deſcendunt. id quia niſi gentibus vſus ipſe contractuum, & obligationum non conuenit. æque nomen ipſum contractuum, & obligationum niſi gentibus non accommodatur.

15 Declaratio hæc † Soci. difficultatem non explicat. obijci enim poteſt, cur non ab vſu, & nomine ipſo iuris gentium æque obligationis, atq; cōtractuum deductum nomen eſt, id quidem in primis, quod potior vſus habenda cauſa videtur arg. l. librorum §. quod tamen caſſius ff. de lega. 3. l. labeo ff. de ſupel. lega. Bar. & alij in rubri. ſupra de oper. noui nuncia.

16 Eapropter rem aliter explicandam cenſeo † ius idem quantum ad nomen contractuum, & obligationis naturalis eſſe idcirco denominationis diuerſæ eſſe, vt à cauſa ſua prima cognominatio vtriuſq; deſumatur. Eo enim iuriſgentium contractus dicuntur quod, à gentibus introducti immediate ſunt, licet ratione naturali mediante. vice verſa ob id obligationi naturali nomen datum, quæ ex contractibus deſcendit, quod à ratione ipſa naturæ in contractu inuenta illo eſt, ab homine quippe contrahente inuenta ratio naturæ non eſt, verum à natura ipſa inſita. ita pro cauſa mediata in obligatione ipſa naturali contractus potius eſtimatur, vt eo mediante per naturā ipſam ad fidem eius præſtandam homo adſtringatur, & ſicut natura ipſa cauſa prima obligationis ineundæ naturalis eſt, & caput contractuum ineundorum gentium ius eſt, ita ab ea fieri denominationem oportet l. 1. §. idem Pomponius ff. depoſi. l. ſi procuratorem in prin. ff. manda. l. ſi hæres ff. de actio. empti. l. etiam §. 1. verſi. idem erit dicendum ff. de petitio. hæredi. l. in venditionibus in fi. ff. de contra. emp. l. ſi mihi Sempronius ff. de lega. 1. l. 1. C. quan. decre. opus non eſt.

Neq; mutat, iuri gentium obligationem naturalem tribui, quoniam differentiæ cauſa id dicitur, quo planum fiat, à iure eam æditam ciuili non eſſe, & iuris gentium dicitur, ꝙ ſtatim eſſe cœpit, quam genus conditum humanum eſt, vel iuris gentium quantum ad compulſionem, & executionem dicitur.

Effectu obligationis naturalis ſecundum ius gentium poſterius à Soci. enarrato, qui effectus in manu regia erat. ad materiam eius deſcendit. ex qua mate-
17 ria ortum habeat † quam multiplicem materiam ait. Principio enim æquitatem pro materia obſeruat, de qua in l. veluti ff. de iuſti. & iure. æquitas quippe, & ratio naturalis monent, vt maioribus pareamus. ita rationem d. l. veluti Soci. exprimit, quam in æquitate, & ratione naturali ponit, inde, & in ſententia iudicis naturalem obligationem ratione eadem Soci. ſpectat, Nanq; ſicut inter maiores haud dubie iudex habetur, ita ſententiæ eius obtemperari ęquum, & rationis naturalis eſt, ex eadem æquitatis materia obligationem naturalem exiſtere Soci. ſcribit, de qua in l. nam natura cum ibi adſcriptis in glo. ff. de condi. indebi. facit enim naturalis obligatio, ne incommodo alieno commodum quiſpiam ſibi paret, locupletiorvè fiat. ex eadem æquitatis materia tex. conſtare Soci. ait in d. l. 1. ff. de pactis, & in d. l. 1. ff. de conſti. pecu. & omnino obligationem naturalem ab æquitate gigni Soci. ſcribit, quotiens obligandi æquitas qua ſubeſt. inde, & in delictis obligationem hanc na-
18 turalem proter æquitatem Soci. admittit † æquum quippe, & reipublicæ neceſſarium videtur, à ſontibus & reis pœnas dari d. l. bonafides ff. depoſi. d. l. ſi à reo §. illud, quod vulgo. infra de fideiuſ. iam naturalem obligationem in pœnis ſoluendis verſari, ex tex. Soci. propius confirmat inſtit. de obliga. quæ ex delic. naſ. in prin. vbi ex maleficio, vel quaſi obligationem naſci generaliter tex. loquitur. ergo, & naturalem l. de prętio ff. de publicia. ſed enim validius, atq; factum à Soci. ſit, textum illum induco, de obligatione enim efficaci tex. loquitur, ex qua agi cum reo delicti, & cuius condemnari etiam poteſt. Atqui efficax eſtimari non aliter obligatio poteſt, niſi ſi cum ciuili coniuncta naturalis ſit. Quatenus ad actionem dandam condemnationemvè faciendam regulariter ciuilis non valet.

19 † Idque in obligatione, Chirographaria videre, aut literarum licet in qua ante biennium excurſum actio non oritur. Id quia naturalis nata ante non eſt, cum pecuniæ numeratio non appareat. atq; ideo conſenſum debitoris ſcriptura nō habet. Biennio planè tranſacto, ob id actio accommodatur, quod vna ſimul cum ciuili vnita præſumptione ſaltem, naturalis eſt, ſiquidem credibile non videtur, chirographum illud integrum tandiu ſcriptorem paſſurum, ſi vere accepta pecunia nō ſit. Præceptio, & declaratio hæc ex gl. & Doc. percipitur inſti. de literarum obli. in prin. in l. 1. ff. de condi. indebi. & in l. cum quis C. de iuris, & facti ignor. idq; receptum Garcia teſtatur, vt contra argumentetur in l. ſi vnus §. pactus numero 25. vberius numero. 51 ff. de pactis. Contra etiam Accurſ.

ſen-

Digitized by Google

ſentit in l. generaliter C. de non num. pec. vbi acceſſio
nem naturalis poſt, biennium non admittit, quæ na-
ta initio non ſit, quare ciuilem ibi ſolam ſatis ad actio
nem putat Cuius opinionis, & Coratius videtur in l.
frater à fratre numero 48. ff. de condi. indebi. idem
Bar. ſentit in l. 1. numero vigeſimo ff. de condi. indebi.
in l. cum quis numero 21. C. de iuris, & facti ignor. ſed
enim à recepta diſcedendum ſententia non credo.
Quoniam initio ipſo, & ante biennium in ſcriptura
conſenſus interuenit ſub conditione tamen, ſi nu-
meratio pecuniæ fieret l. ſi. C. de non numera. pecun.
quam conditionem vltramon. admittunt. Biennio
planè excurſo, conditio ipſa impleta iuris præſum-
ptione eſt, quod veriſimile non ſit, tandiù taciturum
chirographi ſcriptorem fuiſſe, ſi vere numerata pe-
cunia non fuerat. eoque nomine non acceſſio obli-
gationis naturalis poſt biennium fieri, at conditio im-
pleri tacita dicitur. quæ retrotrahitur l. neceſſario §.
quod ſi pendẽte ff. de peri. & commo. rei vendi. l. po-
tior, & l. qui, Balneum ff. qui potior. in pign. ha. l. ſub
conditione infra de ſolutio. quod autem ex numera-
tione præſumpta actio poſt biennium detur, oſten-
ditur. Quoniam ſi negatiuam ſcriptor edoceat, ideſt
numeratam pecuniam non eſſe, etiam poſt bienni-
20 um auditur. † id quia ex probatione contraria præ-
ſumptio ipſa eliditur, vt in ſpecie glo. & Doc. no.
inſti. de liter. obli. in ver. obligetur. Bar. in l. ſi ex cautio-
ne numero 4. & expreſſius Bal. ibi numero 13. que-
ſtio. nona C. de non numera pecu. Fulgoſi. in conſi.
192. quidam emit in primo & ſecundo dubio Corn.
in conſi. 284. colum. 3. lib. 1. Præſumptionem etiam in
ſpecie hac à Iacob. de Rauen. obſeruari Bal. refert in
d. l. cum quis numero vigeſimo verſi. Iaco. tamen C. de
iuris, & facti ignor.

Et quamuis in conditione hac tacita opinioni vl-
tramonta. Bar. contradicat in l. 1. numero vigeſimo
& ſequen. ff. de condi. indebi. & in l. cum quis numero
21. C. de iuris, & facti ignoran. vbi purum ſcribentis
conſenſum ait, licet ſub confidentia creditoris Atta-
men confidentia hæc nihil aliud atque conditionem
tacitam habet, quod non aliter ita confiteretur, &
ſcriberet niſi ſi fidem ſecutus partis eſſe, & quamuis
præſens fiducia illa videatur, Attamen ad futurum
effectus eius ſpectat, ideſt numeratam pecuniam iri,
21 quo caſu conditio intelligitur † ab eo enim conditio
inducitur, quod ad futurum reſpicit l. 1. in fi. ff. de con-
ditio, & demon. l. interdum infra eo. Bal. in conſi.
416 proponitur quoſdam mercatores in fi. & in conſi.
ſequen. lib. terzo Rurſus conditionem tacitam intelli-
gi, ex cauſa etiam finali ita confitendi, & chirographi
ſcribendi, oſtenditur. cauſa enim finalis in numera-
tione futura conſiſtit. ſine qua ita confeſſurus, & cau-
tionem ſcripturus non fuerat. ita cauſam finalem Si-
gnorol. declarat in conſi. 2. numero 3. verſi. hoc ſimi-
liter fortificatur. per no. in. l. damus, & in l. ſumma §.
id quoque ff. de conditione indebi. & in l. cum tale §.
falſam ff. de conditio. & demonſtra. Cauſa planè fina
li admiſſa, conſequens fit, in confeſſionem illa de pe
cunia accepta, conditionem contineri, vt non aliter
effectum habeat, quam ſi impleta conditio, & cauſa
finalis ſit, vt Roman. docet in conſi. 134. pro declara-
tione numero 2. verſi. quarto quia. per tex. in l. cum is
§. ſi mulier ff. de conditio. inde. & in l. à titio infra eo.
Romano Io. Hanibal. adſtipulatur in rubri. ff. ſolu. ma.
num. 8.

Secundò rationem ſuam Bar. patitur. quæ in cõfi-
dentia præſenti, & pura eſt, vtpote. qua admiſſa, ef-
ficacior ſcribentis conſenſus agnoſcitur, vnde obliga-
22 tio naturalis procedat. † fortiorem enim conſenſum
purum conditionali eſſe non dubitatur. l. ſi te ſolum
§. 1. ff. de hæredi. inſti. itaque ſi biennio finito, condi-
tionem tacitam impleri præſumptiue dicimus, quan-
to magis conſenſum ipſum præſentem, & puram,
quem confidentia habet, biennio exacto perſeuera-
re lex præſumet l. cum qui mutatam ff. de proba.
23 Tertio, † biennio præterito, ab obligatione ciuili
ſola actionem ex chirographo gigni, & propterea da
tiuam eam eſſe, ideſt ſine matre a lege ſola proditam,
Bar. putat. ſed enim opinioni huic tex. reſiſtit in l. non
figura ſupra titu. primo. vbi verborum obligationi
quantum ad effectum, obligatio literarum adæqua-
tur, vt æque vna atque altera ad actionem parien-
dam valeat. At enim actionem effectumvè non ali-
ter ſtipulatio producit, quam ſi coniuncta cum ea
obligatio naturalis ſit, quæ à conſenſu exiſtit l. 1. §.
adeo ff. de pactis. Soci. hic num. 15. Itaque ſicut con-
ſenſum atque adeo obligationem naturalem ſtipula
tio poſtulat, ita, & literarum obligatio. Inualeſcit
arg. hoc quoniam par obligationis vtriuſque poteſtas
literarum, & verborum in d. l. non figura aſſeritur.
Ad enim diſpar, haud dubie videretur, ſi naturalis in
literis deſit, per ea, quæ Bar. alijq; ſcribunt in d. l. Iulia-
nus ff. de condi. indebi. cum ciuili extincta, naturalem
manere aiunt.
24 Quartò † ſi conſenſum atq; adeo naturalem initio
ipſo à cautione chirographaria obligationem demi-
mus, quam originem iuſtam ciuili tribuemus, non cõ-
ſenſum, qui non conceditur. non æquitatem, quæ nul
la eſt. Non factum ipſum ſcripturæ. quam figuram
tex. nuncupat in d. l. non figura. Quoniam effectum
verborum, quæ in ſcriptura ſunt, hoc eſt, conſen-
ſum, qui ex eis agnoſcitur, non verba illa figurata
ſpectanda, tex. ait. Conſequenter his dicendum,
obligationem naturalem in chirographo, vel con-
ditionalem, vel puram neceſſario initio ipſo con-
tineri.
25 Quintò † recta Bar. opinio non videtur, cum dati-
uam actionem putat, quam literarum obligatio poſt
biennium parit. Perinde quaſi à lege ciuili ſola, & ex
obligatione ciuili a lege ipſa inducta ſine naturali ob-
ligatione, detur. Quoniam præceptioni Bar. ipſius opi
nio hæc refragatur in l. iuris gentium §. 1. ff. de pactis
in l. 1. num. 11. ſupra titu. 1. in l. 1. numero 14. C. eo.
titu. de actio. & oblig. vbi totiens datiuam actionem
putat, quotiens factum vllum hominis non præit, vn-
de naſci actio poſſit. ſed enim factum hic, & quidem
legitimum antecedit, vnde produci actio poſſit ideſt,
confeſſio chirographaria iuris prẹſumptione per bien
nij lapſum roborata. Rurſus cum ad obligationem
mutui reſtituendi chirographum ordinetur, pro fa-
cto id legitimo habetur, vnde actio naſcatur, vt Deci.
ſcribit in l. certi conditio in prin. numero 5. ff. ſi cer. pet.
in l. cum mota numero 7. C. de tranſactio. ex quo arg.
ratio diluitur, æquitatem non ſubeſſe obligationis na
turalis inducendæ numeratione nõ ſecuta. Quoniam
numerata ex biennij curſu veriſimiliter creditur l. cum
de indebito ff. de probatio.
26 Conſequenter his dicendum, † poſt biennium con
iunctionem obligationum naturalis, & ciuilis præ-
ſumptiue quidem quãtum ad naturalem inueniri an-
te biennium vero ius idem ante probandum, quam
exceptio oppoſita pecu. non numeratæ ſit. qua oppo-
ſita, naturalem ſilere, cum diſſenſus ſcribentis oppo-
nendo appareat. l. continuus §. cum ita infra eo. ciui-
lis planè, & ſi interueniat, cum ſuſpendi nõ ęque poſſit
l. actus legitimi ff. de regul. iur. attamen Sociæ ad mi-
niculo ideſt, naturali deſtituta, ad actionẽ pariendam
non prodeſt.

Aliter etiam Bar. opinio. ex Bal. refellitur in d. l. cũ
27 quis nu. 21. C. de iuris, & facti ignor. † vbi dupliciter
chirographo naturalem obligationem obſeruat. Pri-
mum ex conſenſu generaliter. deinde rei interuentu.

Quan-

Digitized by Google

Quantum ad primum obligationem naturalem admittit.cauſam aliã rei interuentus eſſe, quæ diſtinctio arridere mihi non poteſt. Quoniam cum propter rem aut pacuniã confeſſio fiat, Rem ipſam ſpectari oportet, cnius contemplatione confeſſio fit, non confeſſionem ipſam l. ſi ſerui cum glo. ff. de vſufr. l. quidam §. filius ff. de hæredi, inſti, l. aditio §. t. ff. de acquir. hæredi. l. pen. infra de ſtipula. ſeruor. ſcitus tex, in l. ſi ita fuero ſtipulatus §. 1. & l. ſeq. infra de nouatio. & in l. ex placito C. de rerum permu. vbi ex impleto, non ex implenti actio acõmodatur, id quia impleti cauſa implemẽtum ſequitur, verbi gratia cum pecunia creditur, deinde ob eam reſtituendam ſtipulatio adijcitur. ex ſtipulatione enim, non ex numeratione agitur. id quia propter ſtipulationem implendam numeratio fit. Eadem ratione cum propter rem confeſſio, & promiſſio de reſtituendo interponatur, a rei ipſius interuẽtu non à verbis deduci conſenſum oportet. Bal. etiam opinionem reijcere Ang. videtur inſti. de liter. obliga. num.
28 13 verſic. ſed Bal. Porci. etiam reſponſionem † omittendam non duxi inſti. de obliga. num. 6. verſi. non obſtat, quod in tali confeſſione. vbi ad arg vltramota. de conditione tacita reſpondendo, ſcribit, nihili conditionem hanc tacitam faciendam, propterea, quod actũ non ſuſpendit l. conditiones quæ extrinſecus ff. de condi. & demonſt. idem ex tex. probatur in l. aliquando co. titu. ſenſus Porci in reſponſione hac eſt, vt arg. Vltramon. in eos regerat. quoniam ſi ſuſpenſionem conditio tacita non facit. ergo pura obligatio naturalis in chirographo etiam ante biennium inuenitur. conſequenter cum ciuili coniuncta ad actionem efficacem citra metum, aut obiectionem valitura pecuniæ non numeratæ erit contraquam expreſſum textibus eſt.

Sed enim Hallucinatus Porcus in reſponſione ſua
29 eſt. † quoniam ad conditionem legis tacitam reſponſio Porci ſpectat, per quam ſuſpenſio non inducitur neq; legati, aut fideicommiſſi conditionalis tranſmiſſio impeditur. cauſa alia conditionis tacitè eſt, quæ ex voluntate hominis præſumpta ineſt, ad ea quippe nõ minus atq; à conditione expreſſa ſuſpenſio fit l. quibus diebus §. quidam titio. Ibiq; Soci. poſt Caſtren. in ſexto nota. ff. de condi. & demon. l. quod pure ff. quan. dies lega. ced. Iaſ. in l. cum filio colum. 14. num. 67. ff. de lega. t. at enim ex tacita, & veriſimili confitentis voluntate conditio hæc tacita deſcendit, ſi pecuniæ facta numeratio erit. l. cum de indebito ff. de proba.

30 Ang. † item prætermittendnm arg. non duxi inſti. de liter. obli. num. 13. circa fi. Qui opinionibus vltro citroq; relatis Vltramon. & Bar. Bal. reſpuere opinionem videtur in d. l. cum quis vbi Petri opi. confirmãdo, conſenſum in genere non circa rei interuentum in ſpecie obſeruat. contra Bal. enim argumentatur, opinione eius admiſſa, iuris quicquam ſpecialis in obligatione literarum non inueniri, contra ac innuere titulus ille videtur. Neq; aliter ſpecialitatem hanc Ang. explicat, quam ita ipſe aſſequor, præcipui quicquam in obligatione literarum non verſari, ſi obligationis vtriuſq; coniunctionem admittimus, vt poſt biennium actio oriatur. ſiquidem commune in obligationũ id genus vnitarum eſt, vt actionem pariant l. licet §. ea obligatio ff. de procura.

Sed reſpondetur, prærogatiuam tituli illius ante biẽnium, non poſt cõſiſtere. vt contra cõfeſſionem ſuã citra probationem erroris intra biennium quis veniat id enim iuri contradicit l. non putauit §. ſi quis ſua manu ff. de bon. poſ. contra tab. l. generaliter, & aucten. contra qui propriam C. de non num. pecu. c. per tuas de proba. Cuius ſpecialitatis cauſa à debitoris ægeſtate pecuniam mutuam quærentis exiſtit, vt in d. titu. de liter. obli. no. ſpecialitas planè hæc intra biennium à concurſu obligationis naturalis non modo excluditur, verum augetur. quo enim obligatio validior, & cumulatior, eo prærogatiua maior, damno eam intra biennium non eſſe. atq; ideo non perinde ſpeciale erit, ſi ciuilem ſolam intra biennium admittimus, actionem ab ea efficacem non gigni.

Poſtremo in controuerſia hac inter Bar. & Vltramontan. Quibus Bald. aſſentitur inficias iturum quempiam non arbitrer, quin dubitationem quæſtio habe-
31 at † at enim ſenſus potior in re dubia eſtimatur, quocum commune ius facit, & per quem ſpeciale ius tacet, Io. And. in c. ex parte adæ de teſtib. Abb. in 4. q. ntius Clericus colum. 3. poſt prin. Imola in conſi. 145. num. 6. Iaſ. in l. non vtiq; §. item Iulianus in fi. ff. de eo quod certo loco. vbi eorum ſolutionem, aut reſponſionem propterea Iaſ. damnat, qui ſpeciale in caſu quo eſſe inquiunt, ad quem modum exorbitantiam à iure communi induci Iaſ. notat. gloſ. huc accedit in c. ex tua in glo. 1. de filijs Presbi. in c. pen. in glo. fi. de tempor. ordina. Reſponſionem ſuperioris in lege, cũ rogatu cuius legem ædit, ad commune, non ſpeciale ius referendam. de qua re Bal. Iun. meminit in l. 1. num. 237. ibiq; Crot. num. 13. circa med. vberius viliti, num. 33. poſt prin. ff. ſolu. ma. tex. huc ſpectat in l. quãquam, & in l. in teſtamento 1. C. de teſta. mihi. in re igitur dubia melior Vltramon. opinio iudicanda. ius cui commune fauet, ne ex ciuili ſola actio in chirographo naſcatur.

32 Conſequenter his dicendum † eo intra biennium actionem ex obligatione chirographaria non competere, quod ciuilis ſola ſine naturali præſenti, aut pura inuenitur. Neq; adiumento obligationi ciuili naturalem ex conditione, ea pendente eſſe l. cedere diem infra de verb. ſigni.

Sententia hæc, ad actionem producendam ciuilem ſatis obligationem non eſſe, ex Bar. etiam iuuatur in d. l. Iulianus nu. 32. ff. de condi. indebi. & in d. l. cum quis num. 22 verſi. Dices tu, immo repugnat C. de iuris, & facti ign. qui pro matre naturalem, vice patris in actione parienda, ciuilem obſeruat, ibiq; & Soci. hic ſcribit nu. 12. vetus nu. 121.

33 Apparet ex his † & in delictis obligationem naturalem verſari. vtpote qua dempta, cum reo delicti eſſe actio non poſſet. controuerſia in origine videtur, vtrum à conſenſu delinquentis, an ab æquitate ſola naturali initium eius exiſtat, & quidem æquitati potiusquam conſenſui originem tribuendam per ſupraſcripta arbitror.

Plura in dictis Soci, ſpectanda ſub ſcriptis anterio-
34 ribus dixi. † primum omnium perplexitas, & confuſio in eo obſeruanda. qui cum de viribus obligationis huius naturalis diſeruit, originem eius ſubiunxit, quam in promiſſionibus, & conuentionibus omnibus poſuit, deinde ad materiam eius deſcendit. Ita materiã ab origine diuellit, ſeparat, ſed enim ſi ſeparationem hæc admittunt materia, & origo, Cur non, & in materia promiſſionem conuentionemve poſuit. An non æque materiæ vicem promiſſio, aut conuentio, atq; æquitas ipſa ſuſtinet,

Secundò ſi niſi originem in promiſſione, aut conuentione non admittimus, an non ob æquitate ſimiliter vt à promiſſione, aut conuentione obligationis naturalis origo ſcatet.

Tertiò ſi pro diuerſis materiam, & initium, aut originem Soci. habet, Contraria ipſi ſibi loquitur. qui quam materiam æquitatem primum dixit originem poſtea aſſerit. cum naturalem inde oriri obligationem ſcribit.

Secundò cum pro eodem materiam, & originem, ita permixtim loquendo, Soci habet. falli videtur. diuerſitas enim inter hæc videtur. Materia enim dicitur

† ex

35 † ex qua quid fit, vt lapides cementa, & ligna in do-
mo.§. cum ex aliena.inſtitu. de rerum diuiſ. origo in
cauſa prima eſt. In domino puta domus, in Fabris.
Quocirca appoſitę magis pro origine obligationis
naturalis rationem ipſam naturalem, aut ius natura-
le ſecundarium, vel ius gentium primæuum, & æqui-
tatem, quæ inde deſcendit, & quæ nihil aliud ac ratio
ipſa naturalis dicitur, in materia vero conſenſum,
promiſſionem obligationem, delicta, & id genus alia
Socin. poſuerat. Pro materia tamen æquitatem ip-
ſam, quam varię conſiderat, Caſtren. habet in d.l.ex
hoc iure nu.33. in fin. De quo tacito ſcripta ſua Socin.
mutuatum, non ægrè dignoſcitur.

Plura & alia in Socin. obſeruare, & diſcutere his
ſoleo, quæ prudens hic ob tēporis anguſtiam præte-
36 reo. De conuentionibus etiam innominatis † an id-
eſt, quibus ſpeciale nomen non eſt, vt quæ correſpe-
ctiuæ non ſunt, & de contractibus innominatis cor-
reſpectiuis Socin. hic diſerit. nu.6. & pluribus ſequen.
in locum ne in eis manus regia haberet, & vtrum in
contractibus in innominatis obligatio ante natura-
lis inducatur, quam ſecutum implementum ſit. Cæ-
terum quia diſcuſſionem, & tractatum longiorem
tempus non patitur, ad tertium deſcendendum tem-
pus duxi.

In tempore tertio, ideſt poſt ciuile ius ædictum, de
vi ac poteſtate obligationis naturalis ſolummodo
Socin. ſcribit. Idcirco autem de origine eius ſub tem-
pus hoc tertium Socin. non tractat. Quoniam origi-
nem aliam poſt leges conditas obligatio hæc natu-
ralis non habuit, quam quæ antea eſſet. Immo enim
origini ipſi per ius ciuile ex aliquo derogatum, ne ex
conſenſu, aut æquitate aliqua proficiſcatur, quoniam
actui ipſi lex reſiſtit. ſic quomodo inferius enar-
rabitur.

In tertio hoc tempore vnum atque alterum prin-
cipaliter Socin. præſtat. Principio obligationem natu-
rale per ius extenuatam ciuile ſcribit. Secundo con-
uentiones commemorat, in quibus robur per ius ci-
uile obligatio ipſa naturalis habet, & non habet, ſeu
in quibus debilior eius facta virtus eſt.

Circa primum, in expedito naturalis obligationis
derogatio eſt. Quoniam cum ad effectum per ma-
num regiam in ſecunda ætate, ideſt iuregentium ſe-
cundario ante leges inſtitutas, omnino perduceretur.
In tertio ipſo tempore poſt ciuile ius ſcriptum, non
alia executionem habere obligatio naturalis potuit,
quam quæ cum obligatione ciuili coniuncta hoc eſt
approbata p ius ciuile eſſet. Ex qua approbatione ob-
37 ligatio ipſa ciuilis inducitur. † Ita à iuris ciuilis approba-
tione obligationis ciuilis nomē accepit. d.l. iuriſgen-
tium in princ. & l. legitima. ff. de pactis. l. ſtatuas. ſupra
de acquir. rerum dominium. inſtitu. de obligatio. in
princip. in verſi. conſtitutæ. & in verſi. approbatæ. Tra-
dit Bart. in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. num. 10. circa
finem. verſi. certe dico. ff. de pactis. & in d.l.1. num. 14.
& num. 21. in fin. verſi. ad contraria. ff. de conditio. in-
38 debit. Socin. hic num. 12. Galian. num. 207. † Eadem
ratione poſſeſſio ciuilis approbatione iuris dicitur,
quam ciuile ius agnoſcit quaſi iuſtam & legitimam,
etiam ſi naturalis ſit. l. ſi eum qui in princ. a ſenſu con-
trario. ff. de donatio. inter virum & vxor. glo. in l. licet.
in glo. 1. circa princip. C. de acquirend. poſſeſſ. Bart. in
l. 1. in princip. num. 8. Ibique Hormanno num. 57. poſt
princip. Crot. num. 39. poſt princip. verſicul. itaque ſi
quiſpiam. Ripa num. 28. verſi. ſecunda fuit opinio. &
in fin. numeri. & num. duobus ſequen. ff. eodem titu.
Hoc amplius, ratio eadem facit, vt quæ ex teſtamen-
to delata hæreditas ſit, legitima ob ipſam legis appro-
bationem dicatur. l. lege obuenire. & l. verbis. infra de
verbor ſignifica. glo. in l. 3. §. de illo in verſic. ex teſta-
mentis. ff. pro ſocio. Alexan. in conſi. 75. num. 7. lib. 1.
Donatio item & ſi a iure inuenta gentium ſit. § per
traditionem inſtitu. de rerum diuiſio. glo. fin. in l. ex
hoc iure. ff. de iuſtitia & iure. a patribus ſatis enume-
ratis argumentando, iuri tamen ciuili tribui propter
approbationem poteſt. gloſſ. inſtitutio. de donatio.
in princip.

Obſeruandum tamen, cum inuentum, aut in-
ductum quicquam ab aliquo eſt, impropriè id alij
approbationis ratione tribui, vt in teſtamento, & do-
38 natione. † Id quia per prius, & in ſignificatu potiore
verba intelligi, non poſterius conuenit. l. qui liberis. §.
hæc verba. ff. de vulga. l. 1. §. qui in perpetuum. ff. ſi ager
vectigal. Ita in approbatione Caſtren. ſcribit. in conſi.
44. videtur dicendum dictum compromiſſum. num.
6. lib. 1. Atque vltra eum, ex glo. id iuuatur in l. 1. in
princip. ff. ſi pars hæredi peti. Petitionem hæreditatis
impropriè prætoriam ob approbationem dici, quod
approbata a prætore ſit. ſeu mentionem de ea præ-
tor approbando fecerit. Eodem glo. ſpectat in l. 2. ff.
39 de poſſeſſ. hæredita. petitio. † Ab origine potiuſquam
ab approbatione denominationem faciendam. Atq;
ideo ciuilem magis quam prætoriam originis cauſa
actionem dici, quamuis approbata a prætore inue-
niatur. Idque & Iaſ. admittit. in rubric. C. qui admitti.
num. 9. in fin verſic. niſi intelligas. Quocirca in ſtatutis
& in ſpecie alia, in qua propriè, & ſtrictim intelligi ver
ba oportet, tale quid accipiendum ob approbatio-
nem non erit. veluti ſi de ſucceſſione legitima men-
tio in ſtatuto ſit. Ad teſtamentariam enim trahendum
non erit, & deinceps cætera. obligatio ciuilis tamen
propriè, & ſtrictim neceſſarioque ad eam pertinebit,
quæ approbata iure eſt. Id quia referri ad aliam ne-
quit. Namque & ſi inuenta prius naturalis a iuregen-
tium eſt, quam ciuile ius agnouit. Attamen cum de
ciuili mentio ſit, quoniam id genus alia non exiſtit,
quam quę approbata ab eo legitur, neceſſario ad eam
refertur argum. l. 2. ff. de libe. & poſthum. l. fundus qui
locatus. ff. de fundo inſtruc. l. hæredibus. §. final. ff. ad
Trebel. & alia non pauca.

Derogatione hac obligationis naturalis per ius ci-
uile ita enarrata, vt non aliter effectum obligatio na-
turalis quantum ad actionem, aut compulſionem ha
beat, niſi ſi à iure agnita ciuili ſit. Conſequētia neceſſa-
40 ria ſponte ſua emanat, † obligationem vtranque ad
actionem ædendam, aut effectum producendum ex-
quiri, naturalem, & ciuilem, ita vt parens vterque in
effectu hoc concurrat.

Perpetuum tamen id non eſſe, vt concurſum obli-
gationis vtriuſque actionis natiuitas poſcat, Bar. ſcri-
41 bit † in d.l. 1. nu. 21. ff. de condi. inde. in d. l. cum quis.
num. 21. C. de iuris & facti ignoran. in l. 1. infra de fi-
deiuſ Deci. in l. legem. num. 10. in fin. C. de pactis. Ve-
rius hic. num. 127. Qui ex naturali gemina actionem
de conſtituta, ex ciuili ſola in literarum obligatione,
& in ſententia condemnatoria quæ contra inuitum
fertur, naſci actionem putat, ſed quod de naturali ge-
mina Verius ſcribit, diſcuſſionem latiorem expoſtu-
lat. Quod in literarum obligatione ait, non niſi ciui-
lem in ea obligationem intelligi, improbatum ante
habemus. In ſententia item condemnatoria obliga-
tionem naturalem verſari, ex ſuperioribus patet, &
ex Bart. ipſo in dict. l. Iulianus num. 25. & ſequen. vbi
æquitati, de qua l. veluti. ff. de iuſti. & iure. origo
naturalis in ſententia datur, vt iudicibus, & maiori-
bus pareamus.

42 Tria ex prędictis † in actione progeneranda Socin.
conſiderat, conuentionē approbatam vnde obligatio
vtraq; oritur, obligationē ipſam iuxta naturalem atq;

 ciuilem,

Quantum ad primum obligationem naturalem ad-
mitti.cauſam aliã rei interuentus eſſe, quæ diſtinctio
arridere mihi non poteſt. Quoniam cum propter rem
aut pecuniã confeſſio fiat, Rem ipſam ſpectari opor-
tet, cuius contemplatione confeſſio fit, non confeſſio
nem ipſam l. ſi ſerui cum glo. ff. de vſufr. l. quidam §.
filius ff. de hæredi. inſti. l. aditio §. 1. ff. de acquir. hæredi.
l. pen. infra de ſtipula. ſeruor. ſeitus tex, in l. ſi ita fuero
ſtipulatus §. 1. & l. ſeq. infra de nouatio. & in l. ex placi
to C. de rerum permu. vbi ex impleto, non ex implen-
ti actio acõmodatur, id quia impleti cauſa implemẽ
tum ſequitur, verbi gratia cum pecunia creditur, dein-
de ob eam reſtituendam ſtipulatio adijcitur. ex ſtipula
tione enim, non ex numeratione agitur. id quia prop-
ter ſtipulationem implendam numeratio fit. Eadem
ratione cum propter rem confeſſio, & promiſſio de
reſtituendo interponatur, a rei ipſius interuẽtu non à
verbis deduci conſenſum oportet. Bal. etiam opinio-
nem reijcere Ang. videtur inſti. de liter. obliga. num.
28 13 verſic. ſed Bal. Porci. etiam reſponſionem † omit-
tendam non duxi inſti. de obliga. num. 6, verſi. non ob-
ſtat, quod in tali confeſſione. vbi ad arg vltramota. de
conditione tacita reſpondendo, ſcribit, nihili conditio
nem hanc tacitam faciendam, propterea, quod actũ
non ſuſpendit l. conditiones quæ extrinſecus ff. de con
di. & demonſt. idem ex tex. probatur in l. aliquando
eo. titu. ſenſus Porci in reſponſione hæc eſt, vt arg. Vl-
tramon. in eos tegerat. quoniam ſi ſuſpenſionem con-
ditio tacita non facit. ergo pura obligatio naturalis in
chirographo etiam ante biennium inuenitur. conſe-
quenter cum ciuili coniuncta ad actionem efficacem
citra metum, aut obiectionem valitura pecuniæ
non numeratæ erit contraquam expreſſum texti-
bus eſt.

Sed enim Hallucinatus Porcus in reſponſione ſua
29 eſt. † quoniam ad conditionem legis tacitam reſpon-
ſio Porci ſpectat, per quam ſuſpenſio non inducitur
neq; legati, aut fideicommiſſi conditionalis tranſmiſ-
ſio impeditur. cauſa alia conditionis tacitè eſt, quæ ex
voluntate hominis præſumpta ineſt, ad ea quippe nõ
minus atq; à conditione expreſſa ſuſpenſio fit l. qui-
bus diebus §. quidam titio. Ibiq; Soci. poſt Caſtren. in
ſexto nota. ff. de condi. & demon. l. quod pure ff. quan.
dies lega. ced. Iaſ. in l. cum filio colum. 14. num. 67. ff.
de lega. 1. at enim ex tacita, & veriſimili confitentis
voluntate conditio hæc tacita deſcendit, ſi pecuniæ fa
cta numeratio erit. l. cum de indebito ff. de proba.

30 Ang. † item prætermittendum arg. non duxi inſti.
de liter. obli. num. 13. circa fi. Qui opinionibus vltro
citroq; relatis Vltramon. & Bar. Bal. reſpuere opinio-
nem videtur in d. l. cum quis vbi Petri opi. confirmã-
do, conſenſum in genere non circa rei interuentum
in ſpecie obſeruat. contra Bal. enim argumentatur, opi
nione eius admiſſa, iuris quicquam ſpecialis in obliga
tione literarum non inueniri, contra ac innuere titu-
lus ille videtur. Neq; aliter ſpecialitatem hanc Ang.
explicat, quam ita ipſe aſſequor, præcipui quicquam
in obligatione literarum non verſari, ſi obligationis
vtriuſq; coniunctionem admittimus, vt poſt bienni-
um actio oriatur. ſiquidem commune in obligationũ
id genus vnitatum eſt, vt actionem pariant l. licet §.
ea obligatio ff. de procura.

Sed reſpondetur, prærogatiuam tituli illius ante biẽ
nium, non poſt cõſiſtere. vt contra cõfeſſionem ſuã
citra probationem erroris intra biennium quis veniat
id enim iuri contradicit l. non putauit §. ſi quis ſua ma
nu ff. de bon. poſ. contra tab. l. generaliter, & auten.
contra qui propriam C. de non num. pecu. c. per tuas
de proba. Cuius ſpecialitatis cauſa à debitoris ægeſta-
te pecuniam mutuam quærentis exiſtit, vt in d. titu. de
liter. obli. no. ſpecialitas planè hæc intra biennium à
concurſu obligationis naturalis non modo exclu-
ditur, verum augetur. quo enim obligatio validior, &
cumulatior, eo prærogatiua maior, damno eam in-
tra biennium non eſſe. atq; ideo non perinde ſpeciale
erit, ſi ciuilem ſolam intra biennium admittimus,
actionem ab ea efficacem non gigni.

Poſtremo in controuerſia hac inter Bar. & Vltra-
montan. Quibus Bald. aſſentitur inficias iturum quem
piam non arbitrer, quin dubitationem quæſtio habe-
31 at † at enim ſenſus potior in re dubia æſtimatur, quo-
cum commune ius facit, & per quem ſpeciale ius ta-
cet, Io. And. in c. ex parte adæ de teſtib. Abb. in 4. q.
titius Clericus colum. 3. poſt prin. Imola in conſi 145.
num. 6. Iaſ. in l. non vtiq; §. item Iulianus in fi. ff. de eo
quod certo loco. vbi eorum ſolutionem, aut reſpon-
ſionem propterea Iaſ. damnat, qui ſpeciale in caſu
quo eſſe inquiunt, ad quem modum exorbitantiam
à iure communi induci Iaſ. notat. gloſ. huc accedit in
c. ex tua in glo. 1. de filijs Presbi. in c. pen. in glo. fi. de
tempor. ordina. Reſponſionem ſuperioris in lege, cũ
rogatu cuius legem ædit, ad comune, non ſpeciale ius
referendam. de qua re Bal. Iun. meminit in l. 1. num.
237. ibiq; Crot. num. 13. circa med. vberius viſitari,
num. 33. poſt prin. ff. ſolu. ma. tex. huc ſpectat in l. quã-
quam, & in l. in teſtamento 1. C. de teſta. mihi. in re igi
tur dubia melior Vltramon. opinio iudicanda. ius cui
commune fauet, ne ex ciuili ſola actio in chirographo
naſcatur.

32 Conſequenter his dicendum † eo intra biennium
actionem ex obligatione chirographaria non compe
tere, quod ciuilis ſola ſine naturali præſenti, aut pura
inuenitur. Neq; adiumento obligationi ciuili natura-
lem ex conditione, ea pendente eſſe l. cedere diem
infra de verb. ſigni.

Sententia hæc, ad actionem producendam ciuilem
ſatis obligationem non eſſe, ex Bar. etiam iuuatur in
d. l. Iulianus nu. 32. ff. de condi. indebi. & in d. l. cum quis
num. 22 verſi. Dices tu, immo repugnat C. de iuris, &
facti ign. qui pro matre naturalem, vice patris in
actione patienda, ciuilem obſeruat, ibiq; & Soci. hic
ſcribit nu. 12. verius nu. 121.

33 Apparet ex his † & in delictis obligationem natu-
ralem verſari. vtpote qua dempta, cum reo delicti eſſe
actio non poſſet. controuerſia in origine videtur,
vtrum à conſenſu delinquentis, an ab æquitate ſola
naturali initium eius exiſtat, & quidem æquitati po-
tiuſquam conſenſui originem tribuendam per ſupra-
ſcripta arbitror.

Plura in dictis Soci, ſpectanda ſub ſcriptis anterio-
34 ribus dixi. † primum omnium perplexitas, & confu-
ſio in eo obſeruanda. qui cum de viribus obligationis
huius naturalis diſſeruit, originem eius ſubiunxit,
quam in promiſſionibus, & conuentionibus omni-
bus poſuit, deinde ad materiam eius deſcendit. Ita ma
teriã ab origine diuellit, ſeparat, ſed enim ſi ſeparatio-
nem hæc admittunt materia, & origo, Cur non, &
in materia promiſſionem conuentionemve poſuit.
An non æque materiæ vicem promiſſio, aut conuen
tio, atq; æquitas ipſa ſuſtinet.

Secundò ſi niſi originem in promiſſione, aut con-
uentione non admittimus, an non ob æquitate ſimi-
liter vt à promiſſione, aut conuentione obligationis
naturalis origo ſcatet.

Tertiò ſi pro diuerſis materiam, & initium, aut
originem Soci. habet, Contraria ipſi ſibi loquitur,
qui quam materiam æquitatem primum dixit origi-
nem poſtea aſſerit. cum naturalem inde oriri obliga-
tionem ſcribit.

Secundò cum pro eodem materiam, & originem,
ita permixtim loquendo, Soci habet. falli videtur. di-
uerſitas enim inter hæc videtur. Materia enim dicitur

† ex

Digitized by Google

35 † ex qua quid fit, vt lapides cementa, & tigna in domo.§. cum ex aliena.inſtitu. de rerum diuiſ. origo in cauſa prima eſt. In domino puta domus, in Fabris. Quocirca appoſite magis pro origine obligationis naturalis rationem ipſam naturalem, aut ius naturale ſecundarium, vel ius gentium primæuum, & æquitatem, quæ inde deſcendit, & quæ nihil aliud ac ratio ipſa naturalis dicitur, in materia vero conſenſum, promiſſionem obligationem, delicta, & id genus alia Socin. poſuerat. Pro materia tamen æquitatem ipſam, quam varie conſiderat, Caſtren. habet in d.l. ex hoc iure nu.33. in fin. De quo tacito ſcripta ſua Socin. mutuatum, non ægrè dignoſcitur.

Plura & alia in Socin. obſeruare, & diſcutere his ſoleo, quæ prudens hic ob tēporis anguſtiam præte-
36 reo. De conuentionibus etiam innominatis † an idem, quibus ſpeciale nomen non eſt, vt quæ correſpectiuæ non ſunt, & de contractibus innominatis correſpectiuis Socin. hic diſerit. nu 6. & pluribus ſequen. in locum ne in eis manus regia haberet, & vtrum in contractibus in innominatis obligatio ante naturalis inducatur, quam ſecutum implementum ſit. Cæterum quia diſcuſſionem, & tractatum longiorem tempus non patitur, ad tertium deſcendendum tempus duxi.

In tempore tertio, ideſt poſt ciuile ius ædictum, de vi ac poteſtate obligationis naturalis ſolummodo Socin. ſcribit. Idcirco autem de origine eius ſub tempus hoc tertium Socin. non tractat. Quoniam originem aliam poſt leges conditas obligatio hæc naturalis non habuit, quam quæ antea eſſet. Immo enim origini ipſi per ius ciuile ex aliquo derogatum, ne ex conſenſu, aut æquitate aliqua proficiſcatur, quotiens actui ipſi lex reſiſtit. ſic quomodo inferius enarrabitur.

In tertio hoc tempore vnum atque alterum principaliter Socin. præſtat. Principio obligatione naturale per ius extenuatam ciuile ſcribit. Secundo conuentiones commemorat, in quibus tobur per ius ciuile obligatio ipſa naturalis habet, & nōn habet, ſeu in quibus debilior eius facta virtus eſt.

Circa primum, in expedito naturalis obligationis derogatio eſt. Quoniam cum ad effectum per manum regiam in ſecunda ætate, ideſt iuregentium ſecundario ante leges inſtitutas, omnino perduceretur. In tertio ipſo tempore poſt ciuile ius ſcriptum, non alia executionem habere obligatio naturalis potuit, quam quæ cum obligatione ciuili coniuncta hoc eſt approbata p ius ciuile eſſet. Ex qua approbatione ob-
37 ligatio ipſa ciuilis inducit. † Ita à iuris ciuilis approbatione obligationis ciuilis nomē accepiſſ. d.l. iuriſgentium in princ. & l. legitima. ff. de pactis. l. ſtatuas. ſupra de acquir. rerum dominium. inſtitu. de obligatio. in princip. in verſi. conſtitutæ. & in verſi. approbatæ. Tradit Bart. in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. num. 10. circa finem. verſi. certe dico. ff. de pactis. & in d. l. r. num. 14. & num. 21. in fin. verſi. ad contraria. ff. de conditio. in-
38 debit. Socin. hic num. 12. Galian. num. 207. † Eadem ratione poſſeſſio ciuilis approbatione iuris dicitur, quam ciuile ius agnoſcit quaſi iuſtam & legitimam, etiam ſi naturalis ſiet. ſi eum qui in princ. a ſenſu contrario. ff. de donatio. inter virum & vxor. glo. in l. licet. in glo. 1. circa princip. C. de acquirend. poſſeſſ. Bart. in l. 1. in princip. num. 8 Ibique Hormanno num. 57. poſt princip. Crot. num. 39. poſt princip. verſicul. itaque ſi quiſpiam. Ripa num. 28. verſi. ſecunda fuit opinio. & in fin. numeri. & num. duobus ſequen. ff. eodem titu. Hoc amplius, ratio eadem facit, vt quæ ex teſtamento delata hæreditas ſit, legitima ob ipſam legis approbationem dicatur. l. lege obuenire. & l. verbis. infra de verbor ſignifica. glo. in l. 3. §. de illo in verſic. ex teſtamentis. ff. pro ſocio. Alexan. in conſi. 75. num. 7. lib. 1. Donatio item & ſi a iure inuenta, gentium ſit. § per traditionem in inſtitu. de rerum diuiſio. glo. fin. in l. ex hoc iure. ff. de iuſtitia & iure. a partibus ſatis enumerans argumentando, iuri tamen ciuili tribui propter approbationem poteſt. gloſſ. inſtitutio. de donatio. in princip.

Obſeruandum tamen, cum inuentum, aut inductum quicquam ab aliquo eſt, impropriè id alij approbationis ratione tribui, vt in teſtamento, & do-
38 natione. † Id quia per prius, & in ſignificatu potiore verba intelligi, non poſterius conuenit. l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulga. l. 1 §. qui in perpetuum. ſi ti ager vectigal. Ita in approbatione Caſtren. ſcribit in conſi.
44 videtur dicendum dictum compromiſſum. num. 6. lib. 1. Atque vltra eum, ex glo. id inuatur in l. 1. in princip. ſi pars hæredi peti. Petitionem hæreditatis impropriè prætoriam ob approbationem dici, quod approbata a prætore ſit. ſeu mentionem de ea prætor approbando fecerit. Eodem glo. ſpectat in l. 2. ff.
39 de poſſeſſ hæredita. petitio. † Ab origine potiuſquam ab approbatione denominationem faciendam. Atque ideo ciuilem magis quam prætoriam originis cauſa actionem dici, quamuis approbata a prætore inueniatur. Idque & Iaſ. admittit. in rubric. C. qui admitti. num. 9 in fin verſic. niſi intelligas. Quocirca in ſtatutis & in ſpecie alia, in qua propriè, & ſtrictim intelligi verba oportet, tale quid accipiendum ob approbationem non erit, veluti ſi de ſucceſſione legitima mentio in ſtatuto ſit. Ad teſtamentariam enim trahendum non erit, & deinceps cætera. obligatio ciuilis tamen propriè, & ſtrictim neceſſarioque ad eam pertinebit, quæ approbata iure eſt. Id quia referri ad aliam nequit. Namque & ſi inuenta prius naturalis a iuregentium eſt, quam ciuile ius agnouit. Attamen cum de ciuili mentio fit, quoniam id genus alia non exiſtit, quam quæ approbata ab eo legitur, neceſſario ad eam refertur argum. l. a. ff. de libe. & poſthum. l. fundus qui locatus. ff. de fundo inſtruc. l. hæredibus. §. finali. ff. ad Trebel. & alia non pauca.

Derogatione hæc obligationis naturalis per ius ciuile ita enarrata, vt non aliter effectum obligatio naturalis quantum ad actionem, aut compulſionem habeat, niſi ſi a iure agnita ciuili ſit. Conſequētia neceſſa-
40 ria ſponte ſua emanat, † obligationem vtranque ad actionem ædendam, aut effectum producendum exquiri, naturalem, & ciuilem, ita vt parens vterque in effectu hoc concurrat.

Perpetuum tamen id non eſſe, vt concurſum obligationis vtriuſque actionis natiuitas poſcat, Bar. ſcri-
41 bit † in d. l. 1. nu. 21. ff. de condi. inde. in d. l. cum quis, num. 21. C. de iuris & facti ignoran. in l. 1. infra de fideiuſſ Deci. in l. legem. num. 10. in fin. C. de pactis. Verius hic. num. 127. Qui ex naturali gemina actionem de conſtituta, ex ciuili ſola in literarum obligatione, & in ſententia condemnatoria quæ contra multum fertur, naſci actionem putat, ſed quod de naturali gemina Verius ſcribit, diſcuſſionem latiorem expoſtulat. Quod in literarum obligatione ait, non niſi ciuilem in ea obligationem intelligi, improbatum antehabemus. In ſententia item condemnatoria obligationem naturalem verſari, ex ſuperioribus patet, & ex Bart. ipſo in d. l. Iulianus num. 25. & ſequen. vbi æquitati, de qua l. veluti. ff. de iuſti. & iure. origo naturalis in ſententia datur, vt indicibus, & maioribus pareamus.

42 Tria ex prędictis † in actione progeneranda Socin. conſiderat, conuentionē ſcilicet approbatam vnde obligatio vtraque oritur, obligationē ipſam iuxta naturalem atque ciuilem,

ciuilem, & actionem, quæ ab obligatione ipſa deſcendit. Sed vt curioſis non nihil demus. Perplexitas contingere hic videtur. Namque niſi ex parente vtroque actionis natiuitas non regulariter non admittitur, hoc eſt ex obligatione vtraq; tam naturali quam ciuili. At qui ex parente non niſi vno, ideſt ex conuentione, aut contractu obligationis vtriuſque ortus conceditur, ita parens alter ad prolem geminã ędendam valet. Quod cum ita ſit, cur non ad actionem vnicam gignendam vnus valiturus pater erit.

Sed reſponderi poteſt, & in obligationis ortu parentem vtrunque, ideſt naturalem, & ciuilem concurrere. Quatenus & a natura ſeu iuregentium conuentio introducta, & a iure ciuili agnita perinde, vt patre eſt.

Satis in his, & circa tempus tertium dictum de primo habemus. Ideſt de vulnere, quod a iure ciuili obligatio naturalis accepit, Quæ vigorem & robur per omnia, in tempore ſecundo habebat, de iure videlicet gentium ſecundario, Per quod manu regia ad effectum perducebatur. Iure planè ciuili inſtituto, executionem obligatio naturalis habere non alia cœpit, q̃ quæ ex cõtractu cõprobato exiſteret, Supereſt, vt de 43 ſecũdo in tempeſtate hac tertia videamus. † Quæ nã conuentiones agnitæ per ius ciuile ſint. Quã rem, qũ variè in cõuentionib. iuriſgentium lex ſe habuit, quo planaria omnia fiant, per caſuum ſex diſtinctionem Socin. enarrat, iuxta illud Senecæ, proximum veritati eum eſſe, qui rectè diſtinguere didicit. De quo Salicet. meminit in l. filiæ cuius. colum. 3. circa finem. verſic. expeditis gloſis. C. famil. herciſcund. Pro qua ſententia & gl. eſt in §. igitur. in verſi. eaſdem in proœmio inſtitutio,

Caſus primus ad conuentiones pertinet, quibus ſpeciale nomen delatum a iuregentium eſt, nõ etiam in generali nomine hærent, vt iuriſgentium ſolummodo conuentiones nuncupentur. De quo genere contractus omnes nominati habentur a gentibus 44 adinuenti, † Quales emptio, & venditio, locatio, & conductio, & alij deinceps, De quibus in d. l. ex hoc iure. Contractus hos nominatos ſicut ciuile ipſum ius agnouit, ita obligatio ex eis vtraque naſcitur, naturalis ex conſenſu, & a iure ipſo gentium, ciuilis ex iuris ipſius ciuilis agnitione, & conſequenter ex obligatione vtraque actio procedit. d. l. iuriſgentium. in princip. ff de pactis. & dict. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procurato. & obſeruandum circa. dict. l. iuriſgentium, nam de natiuitate actionis citra obligationis expreſſionem, ex contractibus iuriſgentium primum loquitur. Deinde de obligatione ex contractibus innominatis deſerit, actionis verbo non facto. vnde cum de actione initio loquitur, neceſſario obligationem naturalem, & ciuilem præſupponit. de qua in contractibus innominatis ſtatim poſtea meminit. Idque obligationis præſuppoſitum expreſſius text. oſtendit in d. l. licet. §. ea obligatio. vbi ex obligatione in contractu mandati nominato actionem naſci ait, Rurſus cum niſi exceptionem ex conuentionibus quibuſdam non oriri ait, nominatus non intelligit, ex quibus actionem naſci ſcribit. Conſequenter niſi contractus nominatos, innominatosvè poſt implementum ſecutum approbatos demonſtrat. ſiquidem approbatione ad omnes interueniente, vtique ex omnibus actio naſceretur.

45 Videndum † in contractibus nominatis, dupliciter nomen ipſum delatum, Atque ex diuerſitate ipſa ita nominandi iuris quoque diuerſitatem ſequi. Aliqui enim ab actu ipſo contrahendi nomen accipiunt. Ita vt ſtatim quam conſumatus contractus eſt, nomen ipſum conſtet. Idque videre in emptione, & venditione, locatione, & conductione, atque ſocietate eſt. Quibus actus ipſe contrahendi nomen dat, & ſimulatque perfecti contractus huiuſmodi ſunt, tales appellantur, quales deducti ad ortum ſunt. Alij planè contractus iuriſgentium nominati ab executione ipſa, non ab actu contrahendi nomen ducunt. Ita vt niſi executione peracta, nomen non ferant. In quibus commodatum, mutuum, depoſitum, donatio & pignus ſunt. Qui contractus executionem, & rei interuentum non modo ab effectu, ſed & a nomine expoſtulant. Neque ante commodati, mutui & deinceps effectus intelligi, & nomen poteſt, quam impleta rei interuẽtu executio ſit hoc eſt rei ſecuta traditio ſit. Ita ab executione, & traditione rei, & ſubſtantia, & nomen ipſum contractuum id genus pendent. Inde re ipſa obligatio naſci in contractibus his dicitur, & ad eos titu. pertinet inſtitut. quibus modis re contra. oblig. Quocirca obligatio actiovè ante oriri ex contractibus eiuſmodi nequit, quam executio facta, aut rei ſecuta traditio ſit.

46 Non paululum vero † inter contractus hos differt, qui ab actu contrahendi, & a contractu ipſo conſumato, & eos qui ab executione, aut re ipſa tradita nomen trahunt. Quoniam pro tempore nominis ortus ipſe obligationis, & actionis conſequitur. hoc eſt confeſtim obligatio, & actio iure ipſo ex contractu naſcitur, vt nomen adeptus contractus eſt. Ea propter emptione peracta, actionem illico venditore emptor habebit, vt rem tradat, quamuis impletum ab emptore hoc eſt pretium numeratum oblatum vè ab eo non ſit. quamuis exceptione ſubmoueri a 47 venditore poſſit. Ante rem † tradendam non eſſe, quam pretium emptor dederit. l. Iulianus. §. offerri. ff. de action. emptio. Quem text. ita vulgo Doctor. aſſequuntur, vt poſt alios Dec. ſcribit in l filiæ. C. de collation. Cauſa eadem contractuum nominatorum eſt, qui re conſumantur, vt obligatio actiovè ſtatim ex eis oriantur, quam perfecti ſunt. hoc eſt cum primum executio, & rei traditio interuenit. Ita niſi poſt executionem obligatio gigni, & actio nequeunt.

Apparet ex his, diuerſitatem vllam inter contractus nominatos circa modum, aut tempus producẽdæ obligationis, & actionis non verſari, in genere rem expendendo. Eodem quippe tempore, & modo hoc eſt poſt perfectionem ipſorum natiuitas inducitur. Diſcrimen omne in modo perficiendi conſiſtit. Quoniam in alijs ex ſimplici præſentique conuentione, aut ex ſimplici contractu citra rei interuentum executionemvè perfectio inuenitur. Executionem alij ſeu rei interuentum expoſcunt,

48 Conſequens his fit, † vt rei interuentu in contractibus amoto, qui re contrahuntur, ſi ſimplex in eis conuentio interueniat, obligationem ex ea ciuilem, & actionem non ſequi. neque ad contractum nominatum conuentionem ipſam pertinere. verum ſub nomine eam conuentionis generalis, aut pacti nudi remanere. Vnde iure actio ciuilis non editur. verbi gratia de re commodanda, aut mutuanda, vel quòd commodata, aut mutuata res ſit, pactio interponitur. Actio enim ex conuentione id genus non erit, vt commodare, aut mutuum dare is compellatur, a quo de commodando mutuandovè promiſſio facta citra ſtipulationem eſt. id quia nominatus commodati, aut mutui citra rei interuentum intelligi contractus nequit. Qui a iure approbatus ciuili eſt. Conuentio demum generalis, & innominata ſeu pactio nuda interuenit. Cuius ius ipſum ciuile neq; approbando fauet, neque improbando reſiſtit. fauore planè, aut gratia iuris ciuilis non interueniente, ſi-

cut

cut obligatione ciuilem pactio nō habet.Ita ad actio-
nem procedendam non ſufficit.
Perpetuum tamen id non eſt,vt ſatis conuentio nu
da,& generalis ad actionem in contractibus non ſit,q
49 re perficiuntur, † in pacto enim locum de donando
non habet, vnde liberalitatis fauore obligatio ciuilis
præter naturalem,& actio oritur.l.ſi quis argentum. §.
pen.C.de donatio.quem tex.multipliciter arg. Aretin.
am ...at in §.in perſonam.col.4. in fin. & duobus ſeq.
inſtit.de actio.ſed cumulatius infra in quarto caſu.Cau-
50 ſa eadem dotis eſt.† Quæ & ipſa iure præcipuo frui-
tur,vt actio ex pacto nudo de dote danda, aut conſti-
tuenda præſtetur.l.ad exactionem.C. de dotis promiſ.
l.fin.C. ad velleia. Ex pacto etiam de pignore traden-
do, iure prætorio actio accommodatur. l. ſi tibi. §. de
pignore.ff.de pactis.Bart.in d.l. iuriſgentium in princi.
Rei cuius in pignore illa videtur ratio, ne fraudē alias
creditor ſentiat,qui pecuniam crediturus ſine pignore
non fuerat, & quia contractum alium principalem
conuentio de pignore præſupponit, ex conuentione
planè geminata actionem dari magis eſt,vt habetur in
§.de conſtituta inſti.de actio.
Diſtinctionem hanc contractuum nominatorum,
qui ab actu contrahendi, & executione, ſeu traditione
rei denominantur,quamuis non ita explicatim Barto.
docet in d.l iuriſgentium in prin.Galian.num.211.verſ.
decima nona ſit concluſio.
Secundus caſus Socin. in tertio tempore poſt ciui-
le ius æditum, contrarius caſui primo eſt, in quo de
conuentionibus iuriſgentium nominatis dixit à iure
ipſo ciuili approbatis. In caſu planè ſecunda de con-
uentionibus loquitur, quæ à iure damnatæ ciuili
ſunt.
51 Caſus cuius ſumma ea eſt, † obligationem vllam ex
conuentionibus id genus improbatis non procedere.
Atque ideo neque naturalem neque ciuilem. De ci-
uili controuerſiæ quicquam res non habet. Quatenus
niſi ex approbatione iuris ciuilis non inducitur. Quæ
approbatio non modo ſic ſilet, ſed & expreſſim con-
uentio impugnatur. Dubitatio omnis in obligatione
naturali ſubeſt. In qua origo eius non deeſt, conſen-
ſus videlicet,vnde obligatio oriri naturalis ſolet.l. 1.ff.
de pactis.l.1.ff.de conſti.pecu. & dictum vberius in ſu-
perioribus eſt. Conſenſu igitur admiſſo, in poteſtate
iuris ciuilis remotio obligationis naturalis non vide-
batur.l.eas.ff.de capi.dimi.l.a ff.de vſufruc.earum rerū,
quæ vſu conſu.§. fin. inſtit. de legit.agna. tut.§. penult.
inſti.de iure natu.§.fin.inſti.de legit. agna.ſuccel. §. mi-
nus ergo inſti.de hæred.quæ ab inte.defer.tex.huc per-
tinet in l.nihil tam naturale.ff.de regul. iur. à contrarijs
argumentando.
Ratione hac non mouente, ius idem & naturalis
obligationis eſſe, ne ex conuentione improbata con-
cilietur. Socin. ſcribit, per text.in d.l. iuriſgentium.§.ſi
ob maleficium,& in l.pacta quæ contra.C.eodem titu.
in l.generaliter,& in l.ſi plagij, ibique not.infra eodem
52 † In quibus legibus nullam obligationem ex conuen-
tione turpi contrahi compræhenſum eſt,ſi nulla, ergo
nec naturalis, vt potè qua admiſſa, falſa negatiua vni-
uerſalis protinus inuenitur.l.ſi ſeruus. §. ſi plurium.ff.ſi
quis cautio.l.ſi is qui.cc.§.vtrum.ff.de rebus dub.l.nul-
lo.C.de ferijs.
Rurſus cum obligationem in genere text. memo-
rati amoneant,ſpecies omnis remota generis creditur.
l.duobus.§.colonus,& ſequen.ff.de iureiuran.l.ſi cho-
rus.l.ſi quid earum.§.inter emptum ff.de legat.3. l.1. in
fin.ff.de ſuis,& legi.l.nec intentio,& l. ſi cauſa cognita,
ibiq; not.C.de tranſactio.l.fin.C.de vſur. rei iudi. obli-
gatione igitur à conuentione damnata, reiecta, non
poteſt,& obligatio ciuilis non excludi,quæ ſpecies ob-
ligationis eſt.glo. huc ſpectat in l. hoc genus. ff. de con
ditio. & demonſtratio.
53 Neque argu. mouet ex diuerſo obiectum † à iure ci-
uili naturale non mutari, neque lædi. Quoniam ad
naturale ius pertinet, quod introductum iam ſit, vt
deleri, aut lædi id nequeat.Cauſa alia eſt,cum de ortu
eius impediendo ſolummodo agitur. id enim efficere
ciuile ius permittitur. l. ſi non ſortem in fin. prin. ff. de
condi. indebi.vbi qui ſupra modum legitimum vſuras
promiſit, ſi ſoluit, repetit. Atqui repetitionem non ha
beret, ſi obligationē natam naturalem dicimus, quæ
repetitioni obſtat dicta lege iuriſgentiū.§.ſed cum nul
la lege naturales ſ.ti.1.l.fideiuſſor obligari.§.fideiuſſor.
infra de fideiuſ. Idem ex tex. oſtenditur in lege vbi lex
Ibiq; Bar. num.4.& 7. eo. titu vbi obligationi, cui lex
reſiſtit, fideiuſſor non accedit. At enim accederet,
obligatione naturali admiſſa d. §. fideiuſſor & lege.
1.Ibiq; Bar. num.a.eo. titu. de fideiuſ.l.ſtichum. §.na-
turalis infra de ſolutio. Roma. in conſil.437.nume. 4.
opinio hæc ex conuentione à iure damnata, ſeu cui
lex reſiſtit, obligationem naturalem non oriri, ex Bal.
etiam declaratur in l. ſi veritas in fin. C. de fideicom.
Soci. in l. 1.§.ſi vir num. 10.ſupra de acq. poſ. Gallian.
hic num. 176. Ad eandem ſententiam tex. conferunt
in dicta lege iuriſgentium. §. ſi ob maleficium. in d. l.
generaliter, in d. l. ſi plagij. & in d. l. pacta, quæ contra
inducendo vt ſupra. Reſponſionem hanc ex regula
confirmare Soci. poterat, De qua in l. patre furioſo.
ff.de his qui ſunt ſui vel alie. iuris.
Sed obſeruandum, nec ad ius naturale impedien-
dum, aut prohibendum iuri ciuili tributam poteſta-
54 tem videri † ſimiliter vt prohiberi citatio nequit, quia
iure naturali eſt ad defenſionem ſpectans clem. paſto-
ralis verſi. cæterum de re iudi. eadem ratione ſicut pi-
ſcandi venandiq; facultas à iure naturali eſt l. vſufru-
ctuarium venari ff.de vſufr. l. 1.2.& 3.ſupra de acq. re-
rum dom.§. feræ inſti. de rerum diui. Ita ea interdice-
re principi non licet, vt cauo. ſcribunt in c. non eſt de
decim, Deci. in conſ.197.colum. 2.in conſ.271.in prin.
& in conſ.302.nu. 19.Iaſ. in conſ. 119 lib. 4.ibiq; col.
fin. ad tex. reſpondet in c. 1. §. nemo feria de pace te-
nen.& qua ratione à principe vſus piſcandi venandivè
non prohibetur, Ita nec per conſuetudinem,quæ con
traquam naturale ius permittit, rata non habetur, vt
Cardi.Alex, docet.in c.ius naturale.1.di. Rochus Cur-
ti. in repe. c. fi.colum 72.de conſuetu. Sed in conſue-
tudine ad firmandum id non duxi. vtpotè in qua po-
puli conſenſus interuenit, vnde fauori ſuo populus
ipſe ſponte renunciat.& conſuetudinem id genus vti-
lem Deci.putat in d. conſ. 271.nu. 11. Ioan. Fabri. in
§.flumina inſti. de rerum diui. Guido Papæ. q. 514.&
in conſ.171.in tertio dubio. Qui in conſuetudine Do
minorum contra ſubditos loquuntur. videndum ta-
men, à quibus initijs conſuetudinis cauſa fluxerit, co-
actis ne, aut violentis.
Apparet ex his, tutam Soci. reſponſionem non vi-
deri, obligationis naturalis ortum in conuentionibus
improbatis per ius ciuile impediri quamuis deleri or-
55 ta nequeat vnde aliter dilui arg.oportet † Quod dici-
tur, per ius ciuile iuris mutationem naturalis non fieri
ad mutationem vniuerſam pertinet, ne ex toto lædi,
aut perimi in ſpecie qua poſſit. In partem tamen ad-
mitti derogatio ſolet. lege manumiſſiones, & lege ius
ciuile. & lege penult. ff. de iuſti. & iure vbi ſeruitus in
quibuſdam introducta, quamuis naturali iure inſpe-
cto, liberi omnes naſcerentur. Ita Signorol. in conſil.
trigeſimoſeptimo. column. 2. circa med. Aluaro. in
capit. 1. in princ. numero 3. de feudi cogni. Ita limi-
tationem,non abrogationem naturale ius patitur. Id-
que, & Io. Hannibal ſcribit in rubrica. ff. ſoluto ma-
trimonio. Quocirca naturalem obligationem in con
uentionibus, quibus vis impedire ius quidem ciuile

Digitized by Google

non poterit. In conuentionibus tamen quibuſdam,
nimirum improbatis ex cauſa iuſtiſſima obligationis
huius ortus prohibendi deneganda poteſtas non erit.
57 Quæ reſponſio † ad piſcandi venandique accommo-
dari ius poteſt, vt eo omnino interdicere Principi
non liceat. Cæterum in parte qua imperij ſui, aut tem
pore aliquo, oblectamenti, aut animi ſui cauſa, vel
ex genere quo ietium, vnde ferarum excidium ſequi-
tur, prohibendi facultatem non iniuria Princeps ha-
bebit. Ad quem caſum referri text. oportet in d. §.
nemo feria de pace ienen. Quod idem in genere ie-
tium & Iaſ. obſeruat in dict. conſi. 119. colum. fin. lib.
4. cauſa eadem citationis eſt, quam & ſi extinguere
58 omnino non concedatur. † In caſibus tamen omit-
tere, aut prohibere quibuſdam licet, veluti ne in exē-
plo inſtrumenti deſcribendo partis opus citatio ſit,
Bald. Salic. & alij in authen. ſi quis in aliquo docu-
mento, nu. 11. in fi. verſi. & dato. lib. 1. & alia id genus
non pauca, de quibus apud Doct. in c. quæ in eccle-
ſiarum de conſti.

Secundo & quidem ſignificantius argumen. dilui-
59 tur, † & ſi maximè naturale ius lædi, aut mutari ne-
queat, diſtingui tamen poſſe Alex. authore in conſil.
215. num. 11. libr. 7. per no. in l. 1. ff. de conſtit. princip.
& in l. fin. C. ſi contra ius vel vtilit. public. At enim
quod naturalem obligationem conuentio à iure ci-
uili damnata non pariat. iuris quam naturalis læſio-
nem non inducit. Diſtinctionem tantummodo ha-
bet, vt tum denique ex conuentione obligatio natu-
ralis oriatur, ſi recta æquavè conuentio ſit.
57 Tertio & validius argum. refellitur. † quòd ex con-
uentione improbata obligatio naturalis non pro-
deat, non iam iure id ciuili quam naturali introdu-
ctum, Etenim ſi obligatio naturalis in pœna danda
contra ſontem ex æquitate iuriſgentium, & ratione
naturali deſcendit, ſic quomodo declaratum in ſupe-
rioribus habemus. Quo pacto ex conuentione im-
probata ad vtilitatem delinquentis obligatio gigni na
turalis poterit. Iam quòd ex conſenſu ſuo naturali-
ter quis adſtringatur, ab æquitatis ipſius naturalis ra-
tione fit. l. 1. ff. de pactis. l. 1. ff. de conſtitu. pecu. At
enim in conſenſu turpi, & damnato æquitas vlla ob-
ligandi non inuenitur. Immo enim èconitrario æqui-
tas omnis facit, vt turpitudinis huius pœna penda-
tur. l. ita vulneratus. in fin. ff. ad l. aquil. l. bonafides,
ff. depoſit.

Conſequenter his dicēdum, iuris etiam ciuilis im-
probatione, aut reſiſtentia amota, obligationem na-
turalem ex conuentione turpi, aut damnata nihilo
magis iure ipſo gentium, aut naturali produci. Cum
æquitas ipſa iuriſgentium abſit, quam in obligatio-
ne naturali ſpectari ædenda oportet. vt Verius etiam
hic ſcribit num. 106. Idem Galian. hic ſentit nu. 208.
Tamet ſi aliud innuere Soci. videatur.

Conſequens ſecundo prædictis fit. Ad eum caſum
prædicta pertinere, Quo iure ipſo naturali, aut gen-
tium prohibitum, id eſt, cui ius ipſum ciuile reſiſtit.
Aliter atque ſi iure ipſo ciuili prohibitio, aut reſiſten-
tia inducitur, neque iure ipſo gentium, aut naturæ
prohibitum id inuenitur. Ibi enim ortus obligatio-
nis impediri naturalis non videtur. cum iuriſgentium
æquitas non abſit, verbi gratia ſi per ſtatutum, aut
legem contractu quo interdicitur, qui permiſſus alio-
quin eſſet, vt in l. dudum. C. de contrahend. emptio.
58 † Inde etiam fit, vt doli ſuſpitione non teneatur, qui
contra quam prohibitum iure ciuili eſt, palam quid
agit. l. non exiſtimo. ff. de adminiſtra. tutor. Bald. poſt
Cyn. in l. nemo clericus. C. de epiſcop. & cleric. Alex.
in conſil. 31. in fine. libr. 7. Quod verum ita credam,
ſi ab ignorante prohibitionis res geritur. Scientia pla-
nè admiſſa, æquitas obligandi non ſubeſt. quæ ma-
ioribus, & ſtatuentibus obtemperare nos monet. l.
veluti, ff. de iuſtitia. & iure. De quo dictum ſuperius
habemus.
59 Sed quæſtio occurrit † in hoc ſecundo caſu, vtrum
ad conuentiones referri omnes debeat, etiam quæ
nominatæ ſunt, Siquidem verba mentemque Socin.
ſpectamus, ad conuentiones in genere, atque inno-
minatas reſtringendus caſus hic ſecundus videtur.
Principio, quoniam de conuentionibus iuriſgentium
in ſpecie locutus ſub caſu primo eſt. eaſque à iure
ciuili approbatas generaliter ſcripſit, ob id ad eas tra-
hendus caſus ſecundus non videtur. Ex qua relatio-
ne non omnes iuriſgentium conuentiones à iure ci-
uili admiſſæ inueniuntur. Atque ideo ſui diſſimilis
Socin. agnoſcetur. l. non ad ea. ff. de conditio. & de-
monſtr. cap. eccleſia. 2. poſt med. de electio. no. in l. ſi
idem. §. fin. ff. de iuriſdi. omnium iudi. Secundo cum
de conuentionibus nominatis in caſu primo dictum
a Socin. ſit, ſi de eis & in caſu ſecundo cogitauerat,
expreſſio facta veriſimiliter fuiſſet l. cum prætor. ff. de
iudi. l. ſtichum qui meus erit. ff. de legat. 1. l. vnic. § ſin-
autem ad deficientis. C. de caduc. tollen. & alia com-
pluria. Tertio contractus iuriſgentium a iure ciuili
admiſſi, & agniti omnes videntur. dict. l. ex hoc iure.
Proinde ad eos caſus competere ſecundus non vide-
tur, qui niſi de conuentionibus improbatis non lo-
quitur. Quarto de contractibus nominatis in ſecundo
caſu Socin. non ſentire ex caſu argui tertio videtur.
qui continuando ſequitur.

Namque cum de conuentionibus improbatis ca-
ſus ſecundus loquatur, in tertio, vero de his diſerat,
quæ neque receptæ, neque repudiatæ ſunt. Argumen-
to id eſt, de conuentionibus cum iuriſgentium. in ca-
ſu ſecundo intelligere, quæ generis eiuſdem, atque
illæ ſunt, de quibus caſus tertius continuando me-
60 minit. † Coniunctio enim & continuatio ſcriptura-
rum facit, vt ſecundum alteram vna intelligatur. l. fin.
ibi coniuncta ſcriptura. ff. de rebus dub. & illud vero
eſt, quod dicitur, ex poſterioribus ſuperiora declara-
ri. l. ſed Iulianus. § quod dicitur. ff. ad Macedonian. l. ſi
ſeruus plurium §. fin ff. de legat. 1. l. penult. C. de inſti.
& ſubſtitut. Inde etiam dicitur, talia prædicata intel-
ligi, qualia ſubiecta permittunt. cap. ex ore. § porro. de
priuileg. Oldrad. in conſi. 326. quod articuli num. 17.
Itaque cum de conuentionibus iuriſgentium inno-
minatis in caſu tertio loquatur, quibus cum ciuile ius
neque conſentit neque diſſentit. Signi eſt, de eiſdem
hoc eſt innominatis in caſu ſecundo Socin. intellige-
61 re. † vt ad ea, quæ generis eiuſdem ſunt, aduerſarius
ſequens referatur eum differentiam, & diuerſitatem
inter caſus hos ſtatuat. gloſſ. & Barto. in l. mariti. §. fin.
infra de adul. Alexan in l. filius a patre. nu. 6. ff. de libe.
& poſthum. Iaſ. in l. 1. in princip. colum. fin. ff. ne quis
eum qui. in l. iuriſgentium. §. quinimo. num. 10. verſi.
redeo ad primum. ff. de pactis. & in l 3. §. ex contra-
rio. num. 5. ſupra de acquiren. poſſeſſ. Rurſus caſu eo-
dem retento intelligi verba oportet Deci. in conſil.
182 colum. 5. in fin. verſi. ſecundus caſus. Caſus idem
intelligi quantum ad conuentiones innominatas ter-
tius non poterit, ſi ad nominatas caſum ſecundum
applicamus.

Sed enim quicquid mentis Socino fuerit, ad con-
uentiones etiam nominatas caſum referendum ſecū-
dum arbitror. Ratio quippe eadem & in conuentio-
nibus nominatis contingit, ne obligationem natura-
62 lem pariant, ſi impugnatæ leguntur, † ergo ius idem &
in eis probandum. l. illud ff. ad l. aquil. l. a Titio. Ibique
poſteriores late infra eo. Quinetiam ſi in ſpecie dictū
de conuentionibus innominatis in caſu ſecundo ſit,
attamen quia ratio eius, id eſt improbationis, & reſi-
ſtentiæ, generalis, & communis cōuentionum etiam
nomi-

nominatarum eſt, ad eas trahi caſum ipſum ſecundum oportet, quamuis in ſpecie de conuentionibus innominatis loquatur. Id quia à ratione generali dictum ampliari ſpeciale ſolet.l.regula.§.& licet. Ibique Bar.& Bald.ff.de iuris & facti ignor.l.nomen debitoris.§.fi.l.pater filium.§.fundum. Ibique Bar. in fi. ff.de leg.3.l.2.§.ſed ſi mater.verſic.quid ſi curatores. ff.ad Tertul.cum alijs apud nos adſcriptis in tract.de antiq.temp.parte 4.nu.189.in conſi.135.nu.32. Cumulatius in conſi.227 nu.3.in corollario reſponſi.pro Genero, nu.17.& nu.70.Hoc amplius.etiam ſi taxatiuè de conuentionibus innominatis ſolummodo, ſcriptū apud Soci.ſit,excluſio tamen intelligenda nominatarū non fuerit,quæ rationem eandem turpitudinis;atq; inno-

63 minatæ per omnia habent. † Diſſimilia enim, non ſimilia, aut in quibus ratio eadem ineſt, taxatiua repellit.l.1.§.1.ff.ſi menſor fal.mo. dix.l.ob æs.iuncta gl. 1.C.de præd.minor.glo.& Bart. in l.ſerui nomine ſupra de vſucapio. Iaſ.in l.1. in princip. num.11. in tertia limitatione. ff. ſi quis ius di. non obtempe. & alia ſexcenta.

64 Neque contrarium his eſt, † conuentiones omnes nominatas à iure agnitas ciuili eſſe. Quoniam ad genus ſingulorum nō ad ſingula generis id ſpectat. Genus enim conuentionum nominatarum approbatum ſingulatum eſt,emptio, locatio & deinceps aliæ in genere.At non ſingulæ generis. vel vt expreſſius dicam, conuentiones omnes nominatæ approbatæ in genere ſingularū nō ſingulę in ſpecie ſunt. Rationem, vel perſonarū, vel rerum,& in ꝯctibus nominatis iuris ciuilis reſiſtentia inuenitur. veluti cum inter perſonas inhabiles,aut de rebus contractus perficitur, quarum commercium prohibitum ob cauſam publicā eſt.Iuxta Roman.traditionem ſing 744.an obligatio. vbi inter prohibitionem, aut reſiſtentiam differre putat, quæ perſonæ, & rei cauſa fit. ſiquidem propter perſonam contractui lex reſiſtit, irritum eum & quantum ad obligationem naturalem eſſe. In re plane nō aliter obligationem naturalem ob cōmercium eius impediri prohibitum credit, niſi ſi vtilitatis publicæ cauſa,facta prohibitio ſit per text.in l.vnic.C.ne liceat habita.metrocomis lib.11.

Tertius Soci. caſus ad conuentiones innominatas non correſpectiuas pertinet. In quibus cauſa nō ſubeſt, ſeu in quibus cauſa promittendi vlla non exprimitur, & quæ à iure ciuili neque agnitæ, neque repudiatæ ſunt. Qualis pacti nudi conuentio eſt. In quo

65 pacto nudo † quomodo contrahatur, ad glo.nos diuitem Soci.deducit in d.l.iuriſgentium.§. igitur nuda. In qua remiſſione nō acquieſcens exemplum vnum pacti nudi ſubijcit, cum centum cui promittuntur, à quo acceptatio fit. Nuda enim à verbis interrogationis,& reſponſionis promiſſio æſtimatur. Atque ideo præ ſtipulatione ipſa, ſeu reſpectu eius, quæ interrogantis, & reſpondentis verba poſcit.l.1.in princ.infra eod.nuda conuentio intelligitur. Nuda etiam à cauſa conuentio dicitur, cauſa promittendi vlla non inſerta. De qua cauſa Socinum hic ſentire inferius oſtendemus. Pactum hoc nudum quamuis approbatum à iure ciuili non ſit,attamen quia nec damnatur, ſeu ius ei ciuile non reſiſtit, obligationem naturalem iure gentium propter conſenſum parit.l.1.ff.de pactis.l. cū amplius.§.is natura debet infra de regul. iuris. obligatio plane ciuilis ex pactione hac nuda co non oritur, quod iuris ciuilis prędicta approbatione non eſt. Vnde ciuilem naſci obligationem cōſtat. Quocirca obligatione ipſa ciuili racente, ad actionem pariendam naturalis ſola non valet.d.§. igitur nuda.

66 Si dixeris, † cur minus ad actionem quam ad exceptionem pactum nudum valet. Reſpondetur. Quoniā æquitate exceptio nititur, vtpotè in qua defenſio continetur.l.qui æquitate ſupra de excep. doli. glo.2. in l. placuit.C.de iudi. Bar.in l.1.infra de vaca.muner. Fely. in rubr.de exceptis.nu.5. Itaque ſicut ab æquitate iuriſgentium obligatio naturalis emanat, ita effectum æquitatis,quæ in exceptione eſt, producit.

Monendi in caſu hoc tertio ſumus, dupliciter eum à ſecundo diſtare. Principio, quod ad conuentiones omnes tam nominatas quam innominatas ſecundum ſpectare,declaratum habemus. Tertius planè ad innominatas, & ipſas ſimplices, ideſt non correſpectiuas reſtringitur. Secundo ad conuentiones turpes, aut damnatas caſus ſecundus refertur. Quod aliter in caſu tertio eſt.

67 Meminiſſe ſecundo debemus, † acceptationē expreſſam in pacto nudo ineundo exquiri Socinum innuere. Cum formam eius concipiendi tam ad gl. deducendo, quam exemplo ſuo docet. In quo acceptationis memoria habetur arg.l. cum pretor. ff. de iudi. Sed enim acceptationem ſatis tacitam eſſe,quæ ex ſilentio pręſentis in fauorabilibus percipitur, Alex.ſcribit.in l.1.in fi.ff.de pactis. Iaſ.in d.l.iuriſgentium.§. ſed cum nulla.nu.32.Soci.hic nu.14. Alba nu.21. Ruin.in conſi.19.nu.7.in fin.lib.4. Quod cum ita ſit,generaliter acceptationem hic intelligi apud Soci. oportet, vt æque ad tacitam ac expreſſam trahatur.

Hoc amplius ratio dubitandi maior in acceptatione expreſſa videbatur,ne ad pactum nudum quadret quam in tacita. Quo enim expreſſior acceptatio inuenitur,eo nudum minus pactum videtur. Idque & in d.conſi.19.num.7. Ruin.ſentit.vbi pactum nudum defendit,in quo acceptatio expreſſa contingit. Perinde quaſi pacto contraria nudo videretur. Siquidem contrahentis vtriuſq; verba tunc interueniunt. Ideſt promiſſio, & acceptatio. Quocirca pactum nudum

68 † generaliter, & omnino dicendum, à quo interrogationis, & reſponſionis verba abſunt. Atque ideo veſtitum ſtipulatione non eſt. Idque gl. & Doct. ſcribunt in d.§.igitur nuda.Ibiq; Iaſ.nu.32.quem legit vna ſimul cum.§.ſed cum nulla. Cyn. & alij in l. legem.C. eo.tit.de pact. Guido Papæ in conſi.31.nu.11.

Conſequens his fit, pro expedita rem haberi, ſatis acceptationem tacitam ad pactum nudum haberi. Quo magis admirer,contra argumētari. Crotum hic non dubitaſſe in ſecunda lectu. in prin. Deci.in rubri. C.de pactis.nu.3.

Tertiò in caſu hoc Soci.tertio videndum, cum defectum cauſæ in pacto nudo obſeruat. Namq; ſi exēplum ab eo ſubiectum intuemur, promitto tibi cen-

69 tum,pactum nudum † accipere id demum videtur, à quo cauſa abeſt, ita vt ad cauſę defectum nuditas referatur. veluti cum centum cui pręſenti vltro promittuntur,& promiſſionis acceptatio ſubſequitur. Ita bifariam in conuentionibus nudis non correſpectiuis nuditatem Soci.meditatur. Primum à nomine,quod primum,aut ſpeciale non habent. verum in ſimplici, & generali conuentionum nomine conſiſtunt. Deinde à cauſa, & mentem hanc Socino fuiſſe, vt cauſæ ratione pactum nudum aſſequatur,quod cauſam promittendi non habeat, ex caſu quinto à Soci.adiecto declaratur. In quo de conuentionibus innominatis, & correſpectiuis meminit. Quas nomine tenus innominatas ait. Id quia cauſa non deficiunt. Immo enim modus ipſe ineundi pro cauſa eſt. Do vt des, vel vt facias,& deinceps alij.

70 Apparet ex his, † à iure ciuili pactum nudum non impugnari, quod a cauſa vacat. Atque ideo ad effectus pacti nudi vtilem promiſſionem ſine cauſa eſſe. Conſequenter naturalem ex ea obligationem cum effectibus ſuis naſci.

71 Sed enim lapſum hic Socinū arbitror, † vt ratum pactum nudū æſtimetur, in quo cauſa vlla non ineſt.

Digitized by Google

Conſequenter, vt ad excipiendum, compenſandum,
& retinendum de iure ciuili, & ad actionem quætendam iure canonico proſit. Quandoquidem origo tūc
ideſt æquitas iuris gentium non inuenitur, à qua obligatio deſcendere naturalis dicitur. æquitatis quippè
non videtur, cauſa nulla interueniente, naturaliter
quempiam teneri. Idq; in ſpecie Bald. notat in l.cum
quis.nu.17.C.de iuris & facti ignor.in l. petens.in fin.
C.de pactis.in l.ſi diuiſione.C.famil.hercisc.& in c.fin.
num.30 in fi.de conſuetu. Ang.in §.in perſonam.col.
pen.inſti.de action. Iaſ.hic nu.6.circa fi. verſi.præterea
etiam de iure canonico.Crot.nu.31. Idem Iaſ. in d.l.
iuriſgentium.§.ſi cum nulla.nu.9.in 2. limitatione.

72 Conſequens his fit,† tutum Socin.exemplum pacti
nudi non videri. Promitto tibi centum. ſi dixeris, donationis cauſam ſubaudiri. Reſpondetur, verum id
non eſſe, niſi ſi certa promittentis ſcientia oſtenditur,
quod à ſciente promiſſum indebitum ſit, vt in d. §.in
perſonam Ang.ſcribit col.2. in fin.verſi. primo caſu.
Ibique Iaſ.nu.40.Bal.iunior hic nu.49 ea ratione igno
rantia præſumi in dubio ſolet, vt in locis memoratis
habetur, & apud Soci.in conſi.96.nu.9.lib.1.

Secūdo reſpondetur, in cauſa donationis dictum
& exemplum ſuſtineri Soci. non poſſe. Quoniam do
natione ſubaudita, à cauſa vacuum pactum non erit.
& cum defectum cauſæ ſimpliciter Soci.exprimat, intelligi generaliter oportet. vt ad cauſam etiam tacitā
pertineat.l.de pretio.ff.de publicia.text. huc ſpectat in
l.cum quid.ff.ſi cert. pet.

Secundo cauſam donationis in Soci. exemplo nō
73 intelligi, aliter etiā declaratur. † Quoniam & ad actio
nem pactum nudum ex cauſa donationis valet. l. ſi
quis argentum.§.pen.C.de donatio. & apud Soci. ipſum hic in quarto caſu. At enim niſi exceptionem in
pacto hoc nudo, & exemplo ſuo Socin.non admittit.
Ergo de pacto à cauſa omni nudo iuxta tacita, atque
expreſſa neceſſario Soci.intelligit. Quoniā ſi cauſam
donationis ſubauditam admittimus, nō modo ad exceptionem, ſed & ad actionem profuturum pactum
nudum erit. Cum niſi exceptionem non dari in tertio
hoc Soci. ſcribat.

Confutari tamen reſponſio hæc ſecunda poteſt.
74 † Ad actionem pactum nudum ob donationē præſumptam, aut ſubauditam non ſufficere. Bar.in d.l.iuriſgentium.§ quinimo. nu 20. & in l. ſi tibi decem. in
fin.prin ff.de pactis.Soci.in conſi.123. in fi.lib.1. & in
conſi.44.nu.6.lib.4. Iaſ in l. rogaſti.§. ſi tibi. nu.4. ante
fi.verſi. ſed tu fortius dic.ff.ſi cert.pet. Quam opi.vulgatiorem Galian.hic aſſerit.nu.94. vt ab ea diſſentiat.
nu.204.cum Bar. Alcia.ſentit in l.1.in prin.nu.21.infra
eo.& eadem l. Butigella.§.ſi quis ita.num.56. Ruin.in
conſi.29.ante fin.in conſi.32.nu.1. circa med.lib.4. Ad
quam ſententiam glo. accedit à Doct.non animaduerſa.in l.2.in glo.1,& fi. C.de dote cau. non numera.
cum ſtipulationem in donatione præſumpta expoſtulat, quæ ex confeſſione de dote accepta deſcendit.
Ita ex confeſſione à ſtipulatione nuda donationem
tacitam exiſtere non putat. ſatis tamen eſt, ex reſponſione prima Soci.opinionem refelli, ex cauſa tacita
donationis in re dubia pactum non ſuſtineri, atque
ideo ſcientiam certam probandam promiſſoris eſſe.
& quia à cauſa nudum pactum non dicitur, in quo
cauſa tacita ineſt.

Apparet ex his generaliter plus nimio Socin.locutum, qui pacti nuditatem in cauſæ ſimpliciter defectu
poſuit. Quoniā ſi ad cauſam, propter quam promiſſio fit, Soci.verba referimus, nec ad exceptionem valitura id genus promiſſio nuda erit. Quam tamen exceptionem Soci.admittit. Quocirca defectum. hunc
aliter intelligi cauſæ oportet. Ideſt vt ad cauſam relatio fiat, vnde pactum veſtiri nudum ſolet. Atque ideo
à cauſa nudum pactum intelligi, cum cauſa, ideſt veſtimentum vllum non ſubeſt, vnde nuditas illa operiatur. Contractu vllo nominato non intercedente,
cuius veſtiri cohærentia poſſit, ſic quomodo glo. docet.in d.l.iuris gentium.§.igitur nuda. Ad verba etiam
interrogationis, & reſponſionis cauſæ accommodari
defectus poteſt, vt à cauſa verborum nudum pactum
dicatur. vbicunq; interrogationis verba non præcunt,
& reſponſio ad præſcriptam iuris formam non ſequitur. Tam & ſi ad ſenſus hos cogitaſſe Socinum
non credam.

74 Secundum quæ, † tripliciter in pacto nuditas intelligitur à nomine, quod ſpeciale vllum non habet. Secundò à verbis interrogationis, & reſponſionis, quæ
non citra ſolennitatem, ſtipulatio poſcit. Inde verborum obligatio dicitur. Tertio à veſtimento quotiens
contractus cuius proximitate, aut cohærentia non veſtitur. iuxta ea; quæ habentur in l.lecta.ff. ſi cert. pet. &
in l.petens.C. de pactis. De quo pacto nudo Guido
Papæ meminit in conſi. 31. num.11. in tertio dubio.
Quarto Socino autore. Sed enim admiſſa nuditas
quantum ad cauſam id genus non eſt.

75 Roget hic aliquis, † cum ab eodem fonte conuentiones omnes iuriſgentium deſcendant iuxta innominatæ non correſpectiuæ, atque nominatæ, ideſt à
conſenſu, quid ita par omnibus tributus effectus non
eſt, vt actionem omnes parerent. ſiquidem parem eorum eſſe poteſtatem docet, quibus origo eadem eſt,
ſeu quæ à potentia pari exiſtunt. l. de quibus. in fi.ff.de
ll. vbi pari conſuetudo robore, atq; ius ſcriptum nititur, quod à pari vtrunq; cauſa deſcendit. nimirum à
conſenſu populi, cui iuris ſcripti ſtatuendi poteſtas
eſt. l.omnes populi.ff.de iuſti. & iure. tradit Signorol.
in conſi.21.nu.11.verſi.quod ſimiliter. in conſ.37.col.
2.circa med.verſi.præterea antequam prætorum edicta, & in conſi.217.nu.16 tex. huc ſpectat in l.non ſolum.§.1.Ibi quia par affectionis cauſa. ff. de ritu nupt.
in l.ſi reus.§.1.infra titu.1.in l generaliter.verſi. verum
infra de fideiuſ.validius argumentum fit, ꝙ vigorem
eundem, atq; ius ſcriptum conſuetudo habet, quamuis ex conſenſu populi tacito inducatur. Quid in conuentionibus innominatis non correſpectiuis dicendum, quæ à conſenſu expreſſo, ſimiliter vt nominatæ procedunt.

Reſpondetur, parem conuentionis vtriuſq; inter
eos effectum eſſe, qui fontis eiuſdem aquas potant, ſeu
inter quos par illa cauſa, aut origo vſum ſuum habet.
Hoc eſt inter eos, qui iure ipſo gentium vtuntur, iuris
ciuilis ratione non habita, in terris puta eccleſiæ, qui-
76 bus in vſu canonicum ius eſt, † quod iuriſgentium
æquitatem amplectitur. c.dilecti. Ibique no.de iudi.
eam ob cauſam iure ipſo canonico actionem pactū
nudum ædit.c.1.& c.3.de pactis.Soci.hic num.6. poſt
med.verſi.confirmatur iſta opinio. & in l. 1. nu.54. ff.
77 ſolu.matr. æque inter mercatores † ad actionē procreandam in foro etiam ciuili pactum nudum valet,
quod & gentium inter eos ſeruari æquitatem conuenit Bar.in l.quintus.ff.manda. Bal. in l.ſi pro ea.nu.14.
C.eo.tit. Salic.in l.placuit.nu.2.C.de iudi. Alex.in cōſi.
41.nu.2.lib.3.in conſi.113.nu.12.lib.6. Soci. hic.nu.6.
in fi. Iaſ.in l.lecta in ſeptimo nota.verſi.quartus caſus.
ff.ſi cert.pet. Si dixeris, quid ita inter mercatores potius quam alias inſtitutum, vt præcipuum in litibus eorum dirimendis ius gentium eſſet. Reſpondetur, à more id eorum, & frequentia pactionum nudarum factum. In vſu quippè habent, aut fidem mutuam, aut
cautiones ſequi, quæ citra ſtipulationis factæ ſolennia
ſunt. Proinde in eo à lege ſuccurrendum facilius fuit,
quod frequentius accidit, & vnde incommodum ſæpius ſequi alias poſſet. l.iuſto in princ. ſupra de vſucapio. Rurſus ſicut confidentiam mutuam præcipuè
omnium

Digitized by Google

omnium mercatores colunt, ita opem eis quandam
præcipuam ferendam lex cenſuit, vt pactio inter eos
ſatis nuda eſſet.creditor.§. Lucius.ff.manda.l.ſi liber-
tus. ita iurauerit.ff. de oper. liber. c.quanto de iureiur.
c.cum veniſſent de inſtitutio.
Quartus Soci.caſus exceptionem, ſeu limitationē
78 caſus tertij habet. In quo concluſio obfirmata, † ex
conuentionibus nudis ſimplicibus, non correſpecti-
uis actionem non ædi. Perpetuum enim ius hoc non
eſſe, verum in caſibus quibuſdā non recipi, ſub quar-
to hoc caſu Soci.ſcribit. Limitationemque non plus
quam vnam nominatim commemorat. Quæ ad
pactum nudum de donando ſpectat. l. ſi quis argen-
tum.§.pen. C.de donatio. De qua re mentio non par
ca apud Ang. Areti.habetur in §. in perſonam.col.4.
in fin.& col.duabus ſeq.inſti. de actio. Dictum etiam
de limitatione hac ſuperius habemus, & obſeruandū,
79 † locum d.l.ſi quis argentum.§.pen. non modo in do
natione eſſe, quæ pure, & ſimpliciter fit.veluti cum ex
cauſa donationis quid ſtatim ꝑmittitur, verum etiā
cum pacto nudo donare quis promittit Bar. in d.l.iu-
riſgentium in princ.in l.in ædibus.§.1. ſupra de dona-
tio. Ang.in d.l.ſi quis argentum.§.pen. cum alijs apud
Soci.coacernatis in conſi. 102.nu.4.lib.3. vbi crebrio-
rem ſententiam hanc ait. Cum qua facere,& Alex.vi-
detur in conſi.113.nu.5.& pluribus ſeq.lib.6. Iaſ.in l.ſi
quis cum debitore.col.fin.ff.de iureiur. Quibus viſum
eſt,& ad donationem ob cauſa quæ ad futurum ſpe-
ctat,tex.illum pertinere, & in pacto nudo de donan-
do tex.illum procedere,ſi quantitatem,aut dationem
continet,pro explorato Iaſ.habet in d.§ in perſonam.
nu.66.vbi in facto demum heſitat,cum factum in pa-
cto nudo de donando vertitur, & quid in donatione
tacita, aut præſumpta ad eam ne text.trahatur in d.§.
pen. dictum ante habemus.
80 Caſus alios,† quibus ad actionem inducendam pa
ctio nuda valet,nullos in ſpecie Soci. refert. In gene-
re demum,& alios ſubeſſe ait. Apud glo.tamen enu-
merantur in l.legitima.ff.de pactis.Bar.in d.l. iuriſgen
tium.in princ.& inquantum dotis caſus à Bart.expri-
mitur per text.in l.ad exactionem. C de dotis promiſ.
Idem ex text. probatur in l.fin. C.ad Velleia. De quo
etiam apud Soci.iun.in conſi.55.nu.2.lib.2.
81 Quid in pollicitatione,† vtrum actionē dotis cau-
ſa,ſimiliter vt pactio nuda pariat, Alciato hic non ſa-
tis liquet.nu.9.verſi.tertio poteſt attentari. Sed enim
actionem ex ea nec ob dotē oriri Bal. ſcribit in rubr.
C.de dotis promiſ.Galian.hic nu.65. Bal.iun.in l.1.nu.
70.ff.ſolut.matrimon. & in tracta. de dote parte 6. in
princip.colum. 2.eandem opin. Iaſ.agnoſcit in repet.
l.admonendi.nu.128. verſi. circa primum adde quòd
idem.ff.de iureiura. Natta in conſi.253.num.5. Inde
Albæ hic error proditur.num.67. eo plane error eius
grauior, quod Baldi iun. teſtimonio vtitur in d. parte
6. Quem Albæ ipſi contradicere diximus. Limitatio
tamen dicti huius apud Bald. iun. in locis memoratis
adicitur,ne locum habeat, vbicunque initio executio-
nis veſtita pollicitatio eſt.cum dotem præſtare polli-
citator cœpit. Idque pollicitationis exemplo, quæ rei
facta publicæ eſt.l. 1. §. cœpiſſe. infra de pollicitatio.
Contractus etiam cohærentia ſimiliter vt pactum nu
dum pollicitationem veſtiri, Bart. ſcribit in l. ſi vnus.
§.pactus ne peteret.nu.16. ff.de pactis. Alex. hic num.
eodem. Alba nu.71.
82 Limitatio ſecunda adſtruitur,† quotiens ad inſtru-
mentum adſcripta pollicitatio legitur. Ad vires enim
pacti nudi iuris præſumptione accedit, ne inutile in-
ſtrumentum fiat. Quemadmodum promiſit verbum
ſtipulationem denotat, vbicunque expreſſum inſtru-
mento eſt. Ita Bald. in l.1.num.2. verſic. vel dic quòd
in inſtrumento. C.de dotis promiſ. Quod dictum pro
ſing. Bald.iun. habet & probat in d.l.1.num.73. verſic.
adde etiam ſingulare verbum Bald. ff. ſolut. matrim.
& in d.tracta.de dote. parte 6.in princip.colum.2.cir-
ca med. vbi verbis eiſdem per omnia vtitur. Quinetiā
eandem pollicitationis ſub inſtrumento factæ, atque
promiſſionis poteſtatem eſſe, vt ad ſtipulationem pol-
licitatio, quæ ac promiſſio trahatur, atque in promiſ-
ſionem exponatur, in locis prædictis Bald. iun. credit.
Id quia præſentia tunc præſumi ſolet iuxta glo. in l.11.
C.de contrah.& committen.ſtipula. Sed enim dictum
adfirmandum hoc non duxi. Tum quia controuer-
ſiam res patitur. Quod de præſentia dictum præſu-
ſumenda eſt. Cum niſi in ſtipulatione ratio præſumē-
di non moueat. ne falſi inſtrumentum arguatur, in
quo ſtipulationem interueniſſe notarius aſſerit, quę
carere præſentia nequit Bar.& Ang. in l.Titia.§. infra
eodem. Caſtren.in l.illud. C.de ſacroſan. eccleſ. Rur-
ſus præſentiæ etiam mentione in pollicitatione fa-
cta, ſtipulatio non conſequitur, cum ad pactum re-
ferri nudum poſſit. obſeruandum etiam, cum inſtru-
menti mētio in verbo promitto fit. Innui enim aliud
videtur, ſi in ſcriptura expreſſum priuata ſit. Idque &
Iaſ.aſſerit in l.cum filiusfamilias. in 3.nota. infra eod.
Sed enim ius idem & ſcripturæ priuatæ eſſe. Aret.no.
in l.ſciendum.num.5.verſi.poſſemus tamen dicere.&
in l.Titia.§.idem reſpondit.nu.13.infra eod. Bart.Bal.
& Sali.in l.1. C. de vſur.
Caſus vnus actiones ex pacto nudo producendæ
à glo. in d.l. legitima. & Bar. preteritus in d. l. iuriſ-
83 gentium.in princip.eſt. † Qui in conſtituto inuenitur.
Quod & ſi pacto nudo perficiatur, actionem tamen
parit.l.1.§.fin. ff. de conſtit. pecunia. §. de conſtituta
inſti. de actio. Rei cuius ratio ea adferri fere aſſolet,
quod pactum tum nudum geminum contingit. Ideſt
pactum nudum anterius,& alterum, quod ſuper prio-
84 ri conſtituendo, adijcitur. Inde dictitant, † ex pacto
nudo geminato actionem naſci. l. fin. C. ad l. falcid.
De quo apud Decium in l.legem. num.9. & pluribus
ſequen. C. de pactis Iaſ.in l. ſi pacto quo pœnam in
ſecundo nota.cod.titul. & in d. §. in perſonam. num.
47.inſti.de actio. Bald.iunior hic num.50. Galian.nu.
78.& ſequen. Alciat.num.20. Verius.num.133.& ſeq.
Alba.num.116.& pluribus ſequen. Quibus in locis ve
rum id ita aiunt, ſi tempore interpoſito pactum alte-
rum ſubſequitur, vt contra Deci.reclamet in d.l.legē.
num.13. & nu.duobus ſeq.
85 Hoc ita, † ſi pro eodem conſtitutum interponitur.
Aliter atque ſi pro alio. Ad rem tunc enim non at-
tinet, poſt interuallum, an ex continenti promiſſio fit.
cum pro alio ſoluturum quis ſe conſtituit, aut pro-
mittit Galian.hic.nu.79.in fin. Verius nu. 136. Diuer-
ſitatis huius illa videtur ratio, quòd vbi pro eodem
geminatio pacti fit. conſultatio, aut deliberatio ma-
ior in pacto ſecundo.atq; in priori non videtur glo.fi.
in l.ſi conuenerit.ff.de pigno.actio.in c. ab eo in glo.1.
de appella.lib.6. Alex.in l.1.in prin.num.37.infra eod.
Quod ſecus in pacto fit, quod pro alio mox interpo-
nitur. ſiquidem niſi conſulto fidem pro alio adſtrin-
gi mos non eſt.
Duo hic prætereunda ad explicationem termino-
rum non cenſui. Primum. Quam ob rem introdu-
ctum ſit, vt ad actionem producendam pactum nu-
dum iteratum proſit. Alterum, cur inductum ſit, vt
actio ex conſtituto de conſtituta detur. Circa pri-
86 mum, † ratio adferri illa ſolet, quod in conſtitutum
pactum ſecundum abit. ſiue ab eodem ſiue ab alio
pactum ſecundum interponatur. Hoc ipſo enim
quod rurſus id promittitur, quod promiſſum ante
iam eſt, vtique id ſe ſoluturum neceſſario quis con-
ſtituit, ꝙ promiſſum iam erat. l.1.§.debitū.ff.de conſti.
pecu. Conſtitutum planè ad actionē prodeſſe, quę de
conſti-

Digitized by Google

conſtituta dicitur, non dubitatur toto tit.ff.& C.de cõ-
ſtit. pecu.§.de conſtituta inſt.de actio. Rationem hanc
Alciat.hic affert.nu.20.verius num.113,& duobus ſeq.
poſt Cuman.& poſteriores, eandem rationem Iaſ.ad-
ſcribit in d.l.iuriſgentium.§.ſed cum nulla in 6.limita-
tione,& in l.ſi pacto quo pęnã.nu.5.C.eo.tit.de pactis.
Sed enim morſicans ratio hæc non videtur. Quo-
niam,& in promiſſione prima nuda conſtitutum ver-
87 titur; † ſi quidem idem conſtituere, atque promittere
eſt,veluti cum dicimus,non conſtitui me ſibi illuc vẽ-
turum.i.non promiſi. Conſtituit ſe illi aduocationẽ
præſtare,& illud,ſi quis per metum reus ſit conſtitutus.
l.ſi cum exceptione. §. labeo.ff. quod metus cau. idest
per metum quid promiſerit, idq; ex omnibus fere le-
gibus oſtenditur.ff.& C.de conſt.pecu,quibus aliud cõ-
ſtituere verbum,atque promittere non denotat, quid
aliud enim verba illa pollent, ſoluturum ſe conſtituit,
niſi promiſit,& pecunia conſtituta tantundem,ac pro-
miſſa dicit,& conſtitutum facere,ideſt implere, itaque
ridicula ratio videtur, eo ex pacto nudo iterato actio-
nem oriri.quod in conſtitutum id abit.
Si dixeris,de conſtituto Doct. ſentire, quod vigorẽ
ex ædicto prætoris habet. Reſpondetur, idoneam tſic
rationem non videri, ob id ex pacto repetito actionẽ
gigni, quod in conſtitutum illud à prætore agnitum
tranſit, eadem enim atq; dictum ratio videtur. Siqui-
dem de eo ratio adijcienda, cur robur conſtituto id
genus additum à prætore ſit. Ruſſus abſurda res cõ-
ſequitur ex ratione hac, vt ex pacto actio nudo non
detur,quod obligationi alij naturali ſine promiſſione,
caeedit contra.l.fin.C. ad l. ſale.
Vnde ex ſecundo declaratio rationis pendet, hoc
88 eſt † quam ob cauſam conſtitutum à prætore inuen-
tum,& vigor additus ei ſit,vt de pecunia conſtituta a-
ctionem pariat. Rei cuius ratio ab æquitate exiſtit, vt
iuris ciuilis rigor mobilior fieret, à quo pactum agni-
tum nudum non eſt, neq; nuditatis eius captum mi-
ſericordia eſt, vnde rationem duritiei huius leniendæ
pręto r adinuenit, vt in conſtitutum, aut promiſſionẽ
alteram pactum nudum deduceretur, vnde actio pro-
dita de conſtituta eſt toto tit.ff.& C.de conſt.pecu.ſed
maxime in d.l.1.§.debitum.ff.eo. tit. et in d. §. de con-
ſtituta. inſti. de actio. Roget hic aliquis quorſum per
obliquum lenitate, & æquitate hac prætoria vti, quid
ita ratum pactum prius mox prætor nõ habuit. Actio-
89 nemq; ex eo non permiſit. Reſpondetur, † poteſta-
tem hanc iuri ciuili directo derogandi, prætori non
fuiſſe. §. quos autem inſti. de bon. poſ. Declaratio hęc
apud verium hic legitur.nu.111.& ſeq.
Sed enim ſatis mihi explicatio hæc non facit. Quo-
niam ad iura directa, ſeu actiones directas poteſtatis
huius defectus pertinet, vt actiones directas contra ius
ciuile prætor induceret, vtiles planè accommodabat
d.§.quos autem,ibiq; not.quid ita igitur actionem vti
lem ex pacto nudo ſimplici prætor non dedit, vnde
90 duritiem illam iuris ciuilis emolliret, ſimiliter † vt pe-
titionem hæreditatis vtilem introduxit, quæ poſſeſſo-
ria bonorum hæreditatis petitio. appellatur. l. 1. ff. de
bon. poſſ.hæred.petitio.vel cur non in factum actionẽ
ex ædito ſuo tribuit, quo pacta ſeruaturum ſe ait. d.l.
iuriſgentium.§.prætor ait. Similiter vt actio in factum
ex ædicto prætoris naſcitur, de quo in l.fin.ff.de eo,per
quem factum erit,& in l.3.§.ex hoc ædicto.ff.nau.cau-
po.ſtabul. fortius argumentum hoc fit. Actionem ꝓ-
tor tum quoq; reddit,cum alia à iure prodita ciuili in
uenitur,ſi non æque commode, aut ſatis conſultum ꝑ
ciuilem eſt. d. §. ex hoc edicto. Longè magis actio
præſtanda a prætore erat,vbi maior præſtandi neceſſi-
tas ſuberat, actione qua alia a iure ciuili non inducta,
91 † quo enim neceſſitas maior, eo promptius eſſe auxi-
lium conuenit.l.gallus.§.1.ff.de lib.& poſt.l.cum ita.§.
fin.& l.pe to.§.fratre.ff.de lega.2.l.cum in corpus ſupra
de acquir.rerum domin.l.in his. §. ſed ſi forte infra de
ſolutio.text. huc ſpectat in l.ſi fideiuſſor.§.qui neceſſa-
ria.ff.qui ſatiſ.cog.& in l.ſed & ſi per prætorem in fi. ff.
ex quibus cau. maior. l. quod ſi minor.§. reſtitutio. ff.
de minoribus.l.cum poſtulaſſem in fin. ſupra de dam.
infec.& quod dicitur, eo cautius agendum, quo gra-
uius periculum inſtat.c.matheus de Simonia.c.vbi pe-
riculum de electio.lib.6.
92 Proinde ratio alia indaganda † cur pacto nudo, &
ſimplici vim actionis tribuendam prætor non duxerit
quod a periculo vacuum id viſum non eſt,cum incon-
ſulto pleriq; ad promittendum incurrentur, de quo ple-
nius circa ſtipulationem dicetur. Si dixeris, ratione hac
admiſſa,nec ad excipiendum, compenſandum, reti-
nendumvè pactum nudum valiturum. Reſponde-
tur,effectus hos ad defenſionem pertinere, quæ a iure
naturali eſt, ob id a iure ipſo inductos ciuili non eſſe,
verum iuri, & naturali ipſi obligationi relictos, quin
etiam, nec in facultate iuris ciuilis eſſe, excipiendi iuri
derogare,quod ad defenſionem ſpectet, Bart.putat in
extrauagan.qui ſint rebelles.col.fi. ver. mille librarum.
Diſcuſſionis tamen indigens dictum hoc Bar.puto.
& quidem locum ei non putem, quotiens non omnes
at aliquæ ſolummodo exceptiones denegantur, per
ea,quæ de iure naturali limitando diſtinguendo vè di-
cta in ſecundo Soc.caſu ſunt. Cauſa & alia pacto nu-
do non derogandi in exceptionibus fuit, quod ratio-
nem longe diuerſam vltra defenſionis cauſam exce-
ptio, quam actio habet. Exceptio enim ſolutionem
eius præſupponit,quod repetitur, & contra quod ex-
ceptio obijcitur. In ſolutione plane, aut traditione
præſumptio facilitatis, aut temeritatis, vel incognitan-
93 tiæ non contingit, quę in promiſſione vertitur. † ſiqui-
dem difficilius non paulo quid traditur, quam promit
titur.l.ſed ſi ego.ff.ad velleia.l.1.& ibi not.C.eo.tit.Bal.
in l.fi.num.8.verſ.dicunt Doc.C.de ſponſal.Iaſ. in l.ſi
quid nu.24.ff.ſi cer.pet.in poſteriore lectu. in compen-
ſatione etiam ratio diuerſa inuenitur, quoniam diffici-
lius quid ei promittimus qui nobis debet, quã qui non
debet, cum facta iam ſolutio ſit.l.qui autem in prin.ſu-
pra de his quæ in frau.credit.
Vidimus in ſecundo, cur vis actionis indita pacto
nudo ſimplici non ſit. Ratio etiam Doc. confutata,
94 cur virtutem hanc pactum geminatum habeat, † quã
a tranſitu pacti ſecundi in conſtitutum deducunt, ean-
dem enim atq; dictum rationem eſſe hanc oſtendimus
Quare ratio alia poteſtatis huius maioris indaganda.
Quam rationem in æquitate quidem ponendam cre-
do,at non ea,quam verius arbitratur, quo iuris ciuilis
videlicet mollior durities fieret, ſi quidem expreſſa in
pacto nudo geminato durities hæc nõ inuenitur, neq;
ad pactum ipſum trahenda geminatum videtur, imò
enim ſi iuris ciuilis rationem expendimus, contra po-
tius ſtatutum intelligitur, a ratione ipſa ceſſante argu-
mentando. Ratio quippè actionis pacto nudo ſim-
plici non tribuendæ, a facilitate, aut leuitate promit-
95 tentium deſcendit. † Leue quippè promittere eſt, &
pollicitis diues quilibet eſſe poteſt. Quæ facilitatis ra-
tio in promiſſione reperita mouere non æque ſolet, vt
pote in qua maius animi conſilium, maior eius deli-
beratio contingit.l.cum filio ſecundum quartam lect.
glo. a Doct.receptam.ff.de leg.1.l.epiſtolam.§ fi. ff. ad
trebel.l 1.& 2.ff.de appella.recip.l.ſi mulier.2.C.ad vel-
leia.c.& ſi Chriſtus de iureiur.& alia apud nos compa-
rata in conſi.103.num.4. Largius in conſ.201. nu. 42.
itaq; ratione hac facilitatis promittendi in pacto ge-
minato tacente, & ipſum ſilere ius decet, quo ob fa-
cilitatem hãc actio denegata pacto nudo ſimplici, atq;
vnico eſt.l.adigere.§.quãuis.ff.de iure patr. c. cum ceſ-
ſante de appell.

Ex

Digitized by Google

Ex tex. declaratio hæc iuuatur in d. l. iuris gentium.
§.igitur nuda. vbi ad excipiendum pactum nudum va
let. Is quia facilitatis ratio in exceptione ſilet. quod
non æque quis facile ſoluit, aut tradit, quam promit-
tit.vnde ſi ſolutum repetitur,exceptio repetenti obſtat.
97 Non ſolum autem exceptio † ſed & actio ex pacto
nudo præſtatur, quotiens facilitatis promittendi ratio
quieſcit. veluti cum obligatio duplex naturalis incur-
rit. l. ge. fin. ſecundum crebriorem Doc. ſenſum, C.
ad l. Fal.

Apparet ex his, non recte iuri ciuili duritiem in pa-
cto nudo repetito imputari. Sed nec in pacto ſimplici
durities inuenitur. cum rationem id habeat, quam à
facilitate exiſtere promittendi diximus. Quod ſi duri-
tiei quicquam in pacto vnico fuerat, A prætore id
emollitum veriſimiliter eſſet. Cum id faciendi pote-
ſtatem non abſuiſſe, actionem vtilem accommodan
do,teſtatum ſatis ã appareat. Conſequenter his dicẽ
98 dum, ex mente, & ratione iuris ciuilis † conſtitutum,
& actionem de conſtituta à prætore introductam. tã
tum abeſt, vt duriter quicquam iure inſtitutum ciuili
dicamus.

Si dixeris, quorſum ædictum de pecunia conſtitu-
ta ædere, ſi ex mente id, & ratione iuris ciuilis inſtitu-
99 tum iam defendimus. Reſpondetur † inutile præto-
ris ædictum non eſſe. à quo expreſſum id eſt, quod
comprehenſum niſi tacite non erat. Domini in c. 1.
verſi. & filio. de ſum. trini. & fide cathol. lib. 6. Deci.
in l. 1. nu. 13. ff. ſi cer. pet. in ſecunda lectu. Quinetiam
ſuperfluitati non vertitur, diſtinctim, aut ſpecialiter
tradere, quod conſtitutum iam fuerat Deci. in l. ædi-
ta num 68. C. de æden. ſed nec ocioſum æſtimatur cla
rius quid exprimere, quam poſitum ante eſſet. l fin.
Ibiq; Deci. nu.9. in ſeptimo nota. C. de pactis. §. & hoc
dicimus in Aucten. vt exactio. inſtan. dot. Quem Bu
100 tagella hic nominat nu. 44. fruſtra item † declaratio-
nem, aut expreſſionem eius non haberi, quod tacite
inerat Deci. tradit in d. l. ædita nu. 68. in d. l. fi. num.9.
Pro qua ſententia tex. videtur in l. ſi mancipia. ff. de
fundo inſtr. vbi ſuperuacua manciporum expreſſio
non eſtimatur, quamuis fundi inſtructi appellatione
continerentẽ. Atq; id legatum expreſſio non reſtringit,
quominus futura veniant, vt in verba facta præſentia
ſit. tradit Areti. in l. liber. homo. §. decem in ſecundo
nota. infra. eo. Soci. in conſ. 58. nu. 13. lib. 2. Ruin. in
conſ. 169. num. 15. lib. 1. Idq; Alex. ampliat in conſ. 33.
101 nu 9 lib. 1. † etiam ſi per expreſſionem eius, quod ta-
cite ineſt, iuri contrarius ſenſus inducitur. per tex. in
c. cauſam quæ de reſcrip. & ex Geminia. in c. ſi Papa
de priuil. lib.6.

Secundo dubitari poterat, vtrum quod in caſibus
quibuſdam ſtatutum circa geminationem inuenieba-
tur, ad ſpeciem trahendum de conſtituta pecunia erat
102 † Ea propter abundans prætoris ædictum non fuit,
quo tractatus in ſpecie de conſtituto æditus dubitatio
nis omnis tollendæ cauſa eſt, per ea, quæ ſcripta ne-
quidem parce apud nos ſunt in l. 1. nu. 115. ff. de lega. 1.
ſed nec vitio dandum, iterum quid exprimere dubita
tionis pellendæ cauſa. l. 1. §. ſed ſciendum. ff. de ædil.
ædic. Soci. iun. in conſ. 128. nu. 42. verſi. quod ſi dice-
res lib. 1. Alba. in conſ. 11. nu. 29.

Quæſtionis eſſe, & tertio poterat, nunquid ex ge-
minatione pacti actio danda eſſet. quod generaliter
cautum inueniretur, ad actionem pactum nudum nõ
prodeſſe, diſtinctione non adhibita ſimplex, an du-
plex ſit. lege. 3. in fin. ff. de offi. præſid. lege de prætio,
ff. de publicia. Controuerſiam facere, & illud poterat,
quod prętoris ędicto remoto, in fraudem legis pactio
adiecta poſterior videretur. vnde abundans infructuo
ſum prætoris ædictum non fuit. Quo, & generalitas
iuris ciuilis reſtricta. & ſuſpitio amota legis fraudan-
103 dæ eſt. & quod ad generalitatem attinet, † reſtringi
eam conuen. t, vbicunq; reſtringendi cauſa non abeſt.
l. 2. ff. de offi. aſſeſ. l. quamuis. ff. de in ius vocan. l. quæ
ſitum Icto. ff. de teſtib. cap. 2. cum glo. de coniugio le-
proſ. c. cum in cunctis. §. clerici de electio. iuncto. c. ſi
compromiſſarius eo. titu. lib.6. No. Abb. in d. c. cleri
ci in 1. nota. & in c. audientiam in prin. de decim. Ra
tionem planè generalitatis reſtringendæ à iure ipſo
ciuili, & à ratione eius ceſſante, deſumi, teſtatum
antę eſt. fraudis item occaſio timenda vlla non eſt.
fraudem quippe accipere non videtur, qui iterũ quid
promittit. Immo enim conſilio atq; vltro id facere
intelligitur. d. l. ſi mulier. 2. C. ad Velleia. & alia ante
relata. & apud nos in conſ. 54. num. 7. Locupletius in
conſ. 151. num. 31. tex. huc ſpectat in l. 3. § ſi eum quis
ſupra de lib. homi. exhiben. à pietate gemina dolum
excludi.

Poſtremo ratio Soci. ſpectanda in quarto hoc ca-
104 ſu, vnde factum ſit † vt in caſibus nonnullis actio-
nem pactum nudum pariat. Quam rationem in ap-
probatione iuris ciuilis ponit. quod ratum firmumvè
in caſibus illis per ius ciuile pactum nudum habetur.
Ex qua approbatione obligatio ciuilis naſcitur l. legi-
tima. ff. de pactis. Admittenda enim ratio hæc non vi-
detur. vtpote in qua pluris aliquid, atq; in dicto ipſo
non inuenitur. Eo enim ad actionem producendam
pactum nudum non valere, Soci. ſcripſit, quod ius ei
ciuile neq; fauet, neq; aduerſatur. Quod vero ait, id-
circo in caſibus quibuſdam actionem ex pacto nudo
ædi, quod ius ei ciuile in caſibus illis fauet, incognitũ
non erat, neceſſarioq; ſubauditur. ſiquidem approba-
tione hac remota. ortus obligationis intelligi ciuilis
nequit, ſine qua actio non inducitur. Quare rationem
eius exprimi a Soci. oportuit. Cur magis in caſibus
vnis quam alijs pactum nudum agnitum à iure ciui-
li ſit.

Itaque ratione meliore Doc. vtuntur. In donatio-
ne liberalitatis, in dote dotis ipſius atque vtilitatis pu
blicæ cauſa id actum. In pacto geminato à maiore ani
mi deliberatione id fieri. Qua tacente, quia ex conti-
nenti ab eodem pactum iteratur, locum actioni non
eſſe. in pignore ratio à nobis ſuperius reddita in caſu
primo eſt, & in vniuerſum, quibus caſibus ad actio-
nem pactum nudum valet, rationem iuris eius præci-
pui adſcriptam apud Doc. videmus.

Caſus quintus Soci. ad conuentiones nudas iuris
gentium, & ipſas correſpectiuas ſpectat. In qua re
105 ſciendum † etiam pactum nudum ſimplex ſeu non
correſpectiuum, ad contractum innominatum non
obſcure accedere, vtpotè nomen cui vllum peculiare
non ſit. verum generali pacti, aut conuentionis voca-
bulo continetur. Inde nudum à nomine dicitur. l. 1. §.
conuentionis. ff. de pactis. vbi generale conuentionis
nomen dicitur. quod contractum commune om-
nium eſt. ſi generale, ergo ſpeciale à conuentione, aut
pacto ſimplici nomen abeſt atq; ideo non innomina
ta dici conuentio non poterit. & contractum inno-
minatum in pacto nudo intelligi, glo. ſcribit in l. 1. in
glo. magna in fi. ſupra tit. 1. Bal. in rubri. & in l. 1. C. de
pactis. Iaſ. in l. cum mota nume. 24. C. de tranſactio.
Contractus tamen innominatus correſpectiuus pa-
ctum nudum non dicitur. at ſimplex. Id quia ſimpli-
citer, non etiam ob reſpectum quem mutuum ſit. vt
Iaſ. docet in l. in bonæfidei num. 2. C. de pactis. Crot.
hic nu. 8. in ſecunda lectura.
106 Differentia planè † inter contractum innominatũ
non correſpectiuum at ſimplicem, & cõtractus alios
innominatos correſpectiuos contingit. Quoniã in cõ
tractibus innominatis correſpectiuis locum pœniten
tia ad vtilitatem eius habet, à quo impletum eſt. ſi im
pletum ab altero non ſit. Ita te pœnitere vel non in-

tegra

tegra, & rem ipſam datam repetere licet l. ſi pecuniã in prin. ff. de condi. ob cau. Quod contra in pacto nudo ſimplici non correſpectiuo ſit, in quo locum pœnitentia, & repetitio non habet d. lege iurisgentium, §. igitur nuda. glo. in lege ſi cum fundum in glo. 1. ff. de pactis. Quam Gallian. hic refert nume. 213. in fin. ſecundum quæ, Potentior contractus innominatus ſimplex, quam correſpectiuus apparet.

107 Diuerſitatis huius ratio † illa videtur quod in contractu innominato correſpectiuo, vel obligatio vlla naturalis ante cui non oritur, quam impletum ab eo nõ ſit, vel ſi oritur, æquitas vlla iurisgentium non facit, vt effectum non implenti habeat per ea, quæ ſcripta ſupra à Soci. circa quæſtionem ſunt vtrum ex conuentionibus innominatis ante obligatio naturalis prodeat, quam impletum ſit. Quæ ratio à pacto nudo ſimplici non correſpectiuo abeſt. In quo aliud implẽdum ab eo non eſt, cui pactio ipſa nuda ſit, cum reſpectu quo facta alio non dicatur Eam ob rem æquitatis ratio non patitur, vt pœnitere, & quod datum eſt repetere liceat. cum robur ſuum obligatio ipſa naturalis habeat.

107 Conſequens declarationi huic ſit, † vt quamuis inter contractus innominatos donatio referatur. cum generale nomen ſit, ad omnia competens, in quibus datio, aut traditio vertitur ex crebriore Doc. ſententia in l. fi. ff. de condi. ob cau. vt rationem aliam Bal. afferat in rubri. C. de rerum permu. num. 4. facultas tamen pœnitendi non detur. cum ſimplex non correſpectiua conuentio ſit. l. Ariſto. §. denique. ff. de donatio. Imola in l. hoc iure. §. fin. eo. titu. Crot. hic num. 8. in poſteriore lectu. Idem vltra eum, Alex. probat in cõſil. 113. colum. 1. lib 6.

Inde etiam ſit, vt contractus innominatus permutatio æſtimetur. ſiquidem ad contractus omnes quadrat, ex quibus vltro citroque quid datur, aut traditur l. ita conſtante. ff. de iure dot. glo. & Bal. in rubri. C. de rerum permu. Nigri hic num. 124. Et quia contractus innominatus correſpectiuus eſt, pœnitere poſt implementum, & contra eum phas eſt, a quo impletum nõ ſit. vt Bald. ſentit in dicta rubri. C. de rerum permu. Alex. in conſil. 16. lib. 2. Expreſſius Iaſ. in l. rogaſti in prin. nume 2 ff. ſi cer. pet. & in l. 1. in fin. ff. de æſtima. actio. Quibus in locis in re permutata limitat, quæ expoſita venalis erat.

108 Eadem ratione † in contractibus innominatis tranſactio habetur. vtpotè cui, & ipſi generale nomen eſt. Quod ad contractus omnes pertinet, in quibus liberatio cõtingit. ab actione quippè receditur. d. l. 1. §. conuentionum. ff. de pactis. l 2. ff. de iureiuran. glo. & Doc. in l. ſiue apud acta. C de tranſactio. Barto. in dicta lege iurisgentium in prin. Bal. in d. rubri. C. de rerum permu. in fi. Soci. hic num. 24. verſi. tertio tranſactio Poenitentiam tamen obitum dirimendarum cauſam tranſactio non admittit. l. quamuis. C. de tranſactio.

Si dixeris, contractus innominatos donationem, permutationem, & tranſactionem non videri, quandoquidem elegans eis nomen eſt. Reſpondetur, Ad rem ſatis nominis pulchritudinem non eſſe, niſi, & ſpeciale id ſit, per quod à contractibus alijs diſtinguatur. l. 1. & 2. ff. de præſcrip. verbis. Bar. in d. l. iurisgentium in prin.

109 Differentia altera † inter contractus innomminatos ſimplices ſeu non correſpectiuos, & correſpectiuos à numero contingit, quod non pluſquam quattuor correſpectiui ſunt, Do vt des, facio vt facias. Do vt facias, facio vt des. De quibus in l. naturalis. per totam. lege. ff. de præſcrip. verbis. Contractus planè innominati, & ſimplices infiniti prope ſunt. prout ad diuerſa applicantur. Ex quibus in dicto titu. de præſcrip. verſi. pleriq; commemorãtur. Ita Iaſ. in l. cum mota num. 24. C. de tranſactio.

110 Tertia differentia † Quoniam ad actionem producendam implemento ex parte vnius ſecuto, & ad vtilitatem eius cõtractus innominatus correſpect uus prodeſt, & rei interuentu veſtiri ſeu implemento dicitur. dicta lege iurisgentium in prin. verſicu. ſed & ſi in alium. Soci. hic num. 23. verſi. confirmatur, & ſecundo tex. huc præter Soci. ſpectat in dicta lege naturalis. §. 1. & 2. Quod aliter in contractu innominaro ſimplici, aut non reſpectiuo eſt. A quo actio gigni regulariter non ſolet. Ita potentior in re hac contractus innominatus correſpectiuus, quam innominatus ſimplex erit. Sed obſeruandum potentiam maiorem non interuenire, Quod enim ex pacto nudo ſimplici poſt implementum, actio ei non naſcatur, à quo impletum eſt, eo id ſit, quod faciendum, aut implendum quicquam ei non eſt. propter quod actio detur, cum reſpectum mutuum pactum ſimplex non habeat. Neq; ad vtilitatem eius pactum ſpectat, à quo promiſſio nuda ſit, vt actionem ei pariat verum ad commodum eius cui promittitur. Cui actio accomodari implemento
111 ſecuto non poteſt, cum rem ipſam habeat † Atque ideo fruſtra peteret, quod intus habet. lege ſi quis ex argentarijs. §. prohibet. ff. de æden. lege. 1. §. interdictum autem. ff. vti poſſid. lege. 1. C. de aliena. iud. mutan. cau. fac. § æque verſic. quod genus inſti. de actio. cap. examinata de iudi. Barto. in lege naturalis. §. nihil commune nu. 6. in fin. ſupra de acq. poſ. effectum vero implemento facto, pactum nudum patit, Quem producti eius intereſt, cui interpoſitum eſt, exceptionem videlicet, ſi conuentum tui dicta lege iurisgentium. § igitur nuda. Quæ ratio in contractu innominato correſpectiuo ſilet. In quo implentis intereſt, actionem ſibi poſt implementum dari. per quam vt ſibi inuicem impleatur, aduerſarium compellat, ne fraudem ex fide ſua bona implendo, contra commodum ex fide ſua mala is ſentiat, à quo præſtita fides non eſt.

Ita ſi ſedulo rem expendimus maior implemento ſecuto contractus vnius virtus quam alterius non videtur, ſiquidem quod neceſſarium contrahenti vtriq; remedium eſt, vterq; producit. ad rem enim habendam, aut retinendam contractus vterq; conſulit.

112 Si dixeris † maiorem ſemper cõtractus innominati correſpectiui implemento ſecuto, potentiam videri. Quoniam actionem geminam profert, vnam præſcriptis verbis, aut de dolo, vt impleatur iuxta ea, quę habentur in lege cum mota Ibiq; Iaſ. nume. 26. C. de tranſactio. Alteram, quæ repetitionem dati, aut traditi habet, Ideſt condicionem ob cauſam, ſi pœnitentia is ducitur, à quo impletum eſt. Remq; ipſam recipere, quam ſibi impleri malit. dicta lege ſi pecuniam. Ibique no. ff. de conditio. ob cau. & alia ſupra relata. Quod aliter in contractu ſimplici innominaro eſſe, ſupra etiam monſtrauimus per tex. in dicta lege iurisgentium. §. igitur nuda. cum alijs ſupra commemoratis. Reſpondetur, de maiore hac circa repetitionem poteſtate, non recto æquove iure, eum quæri, quocũ repetitio exercetur. Quatenus ex perfidia ſua id ſit, qui
113 conuentioni parendum non duxit. † vnde cum culpa ſua incommodum omne contingat, ipſe ſibi conciliare vltro intelligitur. lege ſi fideiuſſor §. 1. Ibi ipſe ſibi neceſſitatem ſatiſdationis impoſuit. ff. qui ſat. cogan. lege ſi mulier in prin. Ibi quia hunc ſibi metum ipſa infert. ff. quod metus cau. & alia apud nos coacervata in reſpon. pro genero nu. 44. Regula huc vulgatiſſima ſpectat, de qua in capit. damnum de regul. iuris libro 6. cum alijs in reſpon. memorato comparatis numero. 87.

114 Quarta differentia ex Soci. hic deſinitur † in tertio. & quinto caſu quod in conuentione in nominata ſimplici cauſa non ſubeſt. Quę in correſpectiua ex modo

ipſo

ipſo meundi depræhenditur, ob cauſam quippè maniſestiſſimam contractus innominati correſpectiui conſum‑matur. Do, vt des, aut facias, & deinceps, alij. Inde à cauſa, & reſpectu ipſo, propter quem fiunt, correſpectiui à Docto. nuncupantur. Quos eoſdem vocabulo propiore ob cauſam contractus dicemus tot. titu.ff.& C.de condict. ob cau. & præcipuè in d. l. ſi pecuniam, vt dubitari non immerito poſſit, cur inter titu. de præſcript. verbis tractatus inſertus, de condi. ob cauſam non ſit, vel ex diuerſo in titu. de condi. ob cauſam ſpecies de præſcriptis verbis adiecta. ſed dici poteſt, niſi de repetitione dati in titu. de condi. ob cauſam non diſeri. Ea de re apposite magis in titulis alijs diſpoſitum in quibus repetitio diſceptatur, in tit. planè de præſcript. verbis. De actionibus præcipuè agi, quæ ex contractibus ipſis innominatis, & correſpectiuis exiſtunt. Atq; ideo vt impleatur, vel quod intereſt, præſtetur.

Quartam hanc differentiam circa cauſam, improbatam ſuperius habemus. Ibique demonſtratum, nec iure canonico obligationem naturalem ex contractu innominato ſimplici à cauſa nudo oriri. Iam opinione hac Socin. admiſſa, abſurda res conſequitur vt imbecillior cōtractus innominatus correſpectiuus quam ſimplex ſit. Quod ferendum non videtur. cum nudus minus correſpectiuus amictu cauſæ veſtitus, quam ſimplex ſit, cui veſtimentum vllum cauſæ non eſt.

Sed quæſtio in caſu hoc quinto, & contractibus
115 innominatis correſpectiuis occurrit. † Quid ita ſpeciali, & ipſi nomine prædiu ſimiliter, vt nominati non ſunt, cum ex vtraque parte res interueniat, aut factum, perinde vt in contractibus nominatis. Secundo cum actio ex contractu innominato implenti detur, vt ab altero impleatur. d. l. iuriſgentium in princip. verſi. ſed & ſi in alium. Nominatus dicendus contractus videtur Baldo iuniore autore in l. 1. num. 38. & num. 68. circa fin. ff. ſolut. matrimon. vbi quibus caſibus ex pacto actio nudo æditur, contractum id nominatum, non innominatum intelligi, vt qua ratione effectum, & vigorem contractus nominati habet, ita & nomen ferat, ob cauſam quippè aliam in contractibus innominatis pactio nuda non habetur, quam quod ſimilis eorum propter imbecillitatem eſt, cauſa plane imbecillitatis tacente, effectum quoque ſilere oportet, ne inter contractus id genus innominatos referatur. Validius vltra Bartol. iun. argu. fit, quod ab
116 effectu † non à verbis denominatio contractus trahitur, quoties verbis ipſis effectus repugnat. lege ſi tam anguſti. ff. de ſeruitu. l. penult. § fin. ff. de contrahen. emptio. l. ſi vno in princip. ff. loca. l. ſi olei. C. eodem titu. l. Lucius, ibique Docto. ff. depoſi. l. Lucius. ff. de donatio. l. ſi alienam in fin. & l. vbi ita donatur. ff. de donat. cauſ. mort. Barto. in l. cotem ferro. §. qui maximos. num. 3. ſupra de publica. & in diſputa. publicanus, & alia infinita.

Huc, & illud ſpectat, quæ effectum eundem habent, ſimpliciter inter ea conuenire Signotol. in conſ. 168. num. 9. per. l. ſi non ſortem. § indebitam, & l. ex his ff. de condict. indeb. l. prima in fin. & l. nihil refert. ff. de condi. ſine cau. l. fideicommiſſa. §. ſi cui. ff. de legat. 3. l. mulier poſt princ. ff. ad trebel. l. tertia. C. de inſtit. & ſubſtit.

Reſpondetur, ab impoſſibili factum, quominus contractus innominati correſpectiui nomen ſpeciale acciperent. Idque ob negociorum multitudinem, ſuper quibus contractus, & conuentiones nudæ in-
117 terponuntur. † Plura quippe negocia, quam vocabula ſunt, atque ideo negotio, cuique ſua inuenire, aut accommodare nomina non licuit. d. l. iuriſgentium in princip. lege 4. l. naturalis, & per totum. ff. de præſcrip. verbis. Quocirca nullo nomine contractus id genus innominati, & correſpectiui à iure gentium inuenti, & nomine relicti nudo ſunt.

Et quamuis non pluſquam quattuor commemorentur, communes tamen, & generales adeo ſunt, vt ad omnes conuentiones pertineant vltro, citroque obligatorias; Quibus nomen vllum deferri ſpeciale non potuit. Iſta eſt Socin. ſententia in quinto hoc caſu.

Neque mutant, quæ obſiſtere ante diximus. ideſt cauſam nominis deferendi non deeſſe, ideſt rei interuentum, implemento ab vno contrahente facto.

Quoniam ad nomen id ſpeciale inducendum non confert. Non enim contractus ob id dici nominatus poterit, qui re contrahitur. Quoties extra cauſam commodati, mutui, dotis, depoſiti, aut pignoris quid datur, aut traditur, vnde nomen vllum ſpeciale non occurrit, à quo vocari poſſit. Atque ideo niſi nomine conuentionis exprimi generali non poteſt.

Argumentum item Bald. nouelli non mouet, inter contractus nominatos pactum nudum connumerari quoties actionem producit, perinde quaſi imbecillitatis cauſa ſileat, propter quam factum eſſe ait, vt contractus innominatus æſtimaretur. Quoniam maior negatur, à cauſa id imbecilitatis factum. Imò enim quia ad manum inueniri vocabulum certum ſpecialevè non potuit, quod acciperet.
118 Secundo Bald. iun. argu. diluitur. † Quoniam ab accidenti, aut iure ſpeciali deducitur. Cuius haberi ratio non ſolet. l. 4. ff. de fideicom. liber. l. fin. C. de his, qui veniam ætat. impe. Barto. & alij in l. inter ſtipulantem. §. ſacram infra eodem, & in caſu ſcito Decius in conſi. 541. num. decimotertio. Quod repetitum eſt in conſ. 695. Curt. minor in conſ. 54. nu. 13. verſi. & quod potius.

Tertio Baldi iun. argum. admiſſo, vt propter infirmitatem nomine ſpeciali contractus deficiat. Atque ideo firmitate interueniente, nomen non deſit, Conſequens fiet, vt quibus caſibus ad actionem producendam ſpeciali quo iure contractus nominatus non ſufficit, cum minore puta, aut eccleſia rite minus perfectus, nominatus eſſe deſinat.

Quarto ſi contractum nominatum pactum nudum Bald. iun. putat ſuum erat, nomen indicare, quo efferri nominatim poſſet. At enim nomen aliud ab eo exprimi niſi generale conuentionis, aut pacti non poterat. Iam abſurda res videtur, vnum & idem pactum, & innominatum, & nominatum intelligi.
119 Non denique refragatur, † ab effectu, verbis contrario, non à verbis denominationem faciendam. Quoniam ad eum caſum argum. ſpectat, quo nomina non abſunt, & quo nomine duplici ſpecialiterque nuncupari contractus poteſt, vt ab eo nomen ducatur, cui effectus ipſe conſentit, verborum ratione non habita, quibus effectus ipſe reclamat. Cæterum vbi nomen vllum ſpeciale non reperitur, fruſtra de modo denominandi verba fiunt. l. 2. ff. de vſufr.

In caſu hoc quinto de effectibus contractuum innominatorum, & correſpectiuorum, tam circa obligationem naturalem, quam ciuilem Socin. non deſerit, verum ad ea quæſtionem reijcit, quæ ſcripta ab eo in ſuperioribus ſunt. Ideſt vtrum obligatio ante ex eis naturalis oriatur, quam impletum ſit, vel ſi oritur, vtrum effectus ſuos pariat.

Imperfectionis tamen reus Socin. eſt, qui niſi de iure contractuum correſpectiuorum ante implementum non dixit, quid autem poſt implementum valeant, tactum quicquam ab eo non eſt. At enim ex-
120 plicatum id ante habemus. † hoc eſt remedio vno, atque altero implenti ſuccurri, vel actione præſcrip-

ſis verbis, ex dolo, aut in factum, vt impleatur, aut
quod interest præſtetur iuxta ea, quæ habentur in lege
cum mota. C. de tranſactio. vel conditione ob cau-
ſam, quæ pœnitenti accommodatur, vt quod datum
ab eo eſt, repetat. d. l. ſi pecuniam. ff. de condi. ob cau.
121 & an † actio præſcriptis verbis ad contractum ip-
ſum reſcindendum datur. Iaſ. docet in l. ſi id quod au-
rum. col. fin. infra eodem, vbi non dari ait, niſi ſi actum
eſt, vt altero non implente, diſſolutio contractus fiat.
ita par contrahentis, vtriuſque conditio ante imple-
mentum eſt, vt pœnitere liceat. Agendi planè ius
neutri ante datur, quod implementum ab eo ſit. Ete-
nim ſi locum pœnitentia habet, quomodo actionem
aut iudicium inuitus quiſpiam implemento non fa-
cto patietur,

Videndum etiam in caſu hoc quinto, cum ad ſu-
periora eum Socin. refert, omnia enim agnoſcit, quę-
cunque ante ſcripta de contractibus innominatis cor-
reſpectiuis ſunt. l. aſſe toto. ff. de hæredit. inſtit. In ſupe-
122 rioribus plane ſentẽtia ab eo poſita, † ortum quidem
obligationis naturalis, nec ante implementum impe-
diri, verum inertem eam, eouſque fieri, vt nec ad ex-
cipiendum iure illo gentium ante ciuile ius prodeſſet.
Quam agnoſcere opinionem ſoleo. Imo enim quod ad
ius gentium attinet, vtilem obligationem hanc natu-
ralem ante implementum intelligi, & ad executio-
nem per manum regiam deduci.

Si dixeris, iniquum id & æquitati iuri gentium ad-
uerſarium videri, vt ante effectum contractus auferat,
quam ſuam ipſæ fidem liberet. Reſpondetur iniquita-
ti huic remedio præſentaneo occurri, vt conuenno-
ni, & ipſe correſpectiuæ pateat. Ea ratione tolera-
bili, & æquitatis maioris eſſe, ratum contractum ma-
nere, & contrahentem, vtrunque contractui exe-
quendo adſtringi, quam vt irritas pœnitentia alterius
fiat. Similiter vt in contractu nominato fit, quem
infirmare ob pœnitentiam non liceat, verum vt im-
pleatur, agendo excipiendoue petendum lege in ciui-
le, ibique Bald. C. de rei vendicat. l. cum te à ſpecia-
li argumentando. C. de pactis inter empto. & vendit.
lege ſi ea conditione. C. de reſcind. vendit. lege Iulia-
nus. §. ex vendito ff. de actio. emptio. Doctor. in l. fin.
ff. de condi. ob. cau. & in l. cum proponas. 2. C. de pa-
ctis. Si iure hoc dotati contractus nominati, & ab
ipſo iure ciuili ſunt, cur non idem iure gentium, &
ante ciuile ius conditum in contractibus innominatis
fuerit, cum æqua contractuum omnium conditio iux
ta innominatorum, atque nominatorum eſſet. Ea-
demque, & vnica ab omnibus obligatio orietur, na-
turalis ſcilicet. Quocirca melior Bal. Ian. opinio quam
Socini videtur, idem Galian. hic ſentit. num. 183. & ſeq.
verſus. nu. 41.

Satis in caſibus his, quinque de obligatione naturali
dictum poſt ciuile ius conditum eſt. Quid roboris
ſaluum ei factum in conuentionibus iuriſgentium per
ius ciuile ſit, vulnus à quo fatale propemodum acce-
pit, vt quæ ſola ad effectum iure gentium, & ante le-
ges ciuiles manu regia perducebatur, niſi cum obliga-
tione ciuili coniuncta executionem agendo per ius
ciuile non habeat. Cæterum quoniam præter con-
tractus iuris gentium, aliqui etiam introducti à iure
ciuili ſunt. De obligatione naturali ab eis deſcen-
dente, cuius vigoris ſit, in caſu ſexto Socin. diſerit.

Sed antequam ad caſum ſextum deſcendamus,
123 quæſtionem attingendam duxi, † vtra obligatio po-
tentior, naturalis, an ciuilis æſtimetur, in qua re caſus
diſtinguendi vnus, atque alter principaliter ſunt. Prior
ex parte rei, excipiendo, retinendo, aut compenſan-
do: Alter ex parte actoris conſiſtit. Circa primum,
potior naturalis, quam ciuilis videtur. Iure quippe ex-
preſſum non legitur, vt excipiendi, retinendi compen-
ſandivè ius ex ciuili ſola contra actionem competat.
Id quia æquitate exceptio nititur. lege qui æquitate ſu
pra de excep. doli. cũ alijs ſuperius relatis. Sed enim
æquitatis non videtur, propter obligationem ciuilem
ſolam, obligationem vtranq; ſubmoueri naturalem,
& ciuilem, & à vinculo ſimplici duplex ſolui lege cum
in adoptiuis in prin. Ibiq; Bal. C. de adoptio. §. ſi vero
inſti. eo. titu. Auctẽn. itaq; C. commu. de ſucceſ. ſe-
cundo ab æquitate naturali, aut iuriſgentium obliga-
tio ciuilis non oritur, verum a legibus ipſis, & earum
rigore interdum. lege legitima. ff. de pactis Bal. in lege
1. circa prin. ff. de condi. indebi. De quo cumulatius
dictum in ſuperioribus eſt. & in primo Soci. caſu. Na
turalem planè a fonte æquitatis, & naturæ manare pa
lam eſt. Idcirco abſurda res fuerit, excipiendi, & de-
fendendi ius aduerſus id propter obligationem ciui-
lem accõmodari, quod æquitatis, & naturæ debitum
iure eſt. & contra eum defenſionem iure duriori per-
mitti, Cui naturæ ratio æquitasvè fauent. Quocirca
vbi niſi ex naturali ſola agendi ius eſſet, Quamuis ad-
mitti id, & contingere non ſoleat, Ius idem proban-
dum nihilominus fuerit, exceptione eam obligatio-
nis ciuilis non lædi. & iniquum æquo præferri. Ratio
eadem compenſandi, & retinendi eſt, ne contra natu
ralem obligationem ex ciuili ſola detur.

E contrario quod ad ius excipiendi retinendi, &
compenſandi attinet, Potentior naturalis apparet.
Quæ ad excipiendum valet. d. § igitur nuda. Ea ratio-
124 ne † ſi quod debitum naturaliter eſt, ſoluitur, Repe-
tenti exceptio refragatur. lege ſi pœnæ in prin. lege na
turaliter. lege ſi non ſortem. §. libertus in prin. & lege
frater à fratre. §. quæſitum. ff. de condi. inde. lege ſed
& ſi § fin. cum lege ſeq. ff. ad macedo. lege militis co-
dicillis. §. veteranus. ff. de mili. teſta. lege naturales ſupra
titu. 1. lege ſi teſtamento. §. 1. Ibiq; glo. in verſicu. obli-
gatum, & lege fideiuſſor obligari. §. fideiuſſor infra de
fideiuſ. Idq; ex tex. etiam oſtenditur in d. § igitur nuda
Excipiendi quippe ius obligatio naturalis non produ-
ceret, ſi locum repetitio, & effectum habeat. ad quem
modum tex. illum ita Soci. hic inducit nume. 9. verſic.
ſecunda ratio. De effectu hoc repetitionis impedien-
da Guido etiam Papæ meminit in conſi. 12. nume. 6.
& in conſ. 81. in fine noui in dubij. Iaſ. in l. 1. numero.
13. verſicu. capio opinionem vltramontanorum. ff. de
condi. indebi. Ibiq; declaratur. & diſtinctio inter erro
rem facti, & iuris adhibetur.

Hoc amplius, non modo repetitioni eius obſtat,
quod debitum naturaliter eſt, ſi ſolutum ſit. verum
etiam compenſandi ius contra aliud inducit, quod na
turaliter debitum, & ciuiliter eſt. Per compenſatio-
125 nem † enim naturaliter debiti, retinere, & id licet,
quod iure debitum vtróq; eſt naturali, & ciuili. lege. 3.
§. pupillus. ff. de nego. ge. l. etiam. ff. de compenſa. Sali.
in lege filiæ nume. 22. quæſt. 7. C. Famil. her. Soci. hic
numero. 9. verſicu. ſecunda ratio. tex. Soci. profert in
lege. 2. & lege fin. ff. de compenſa. Qui ad rem non atti
nent. Deducendi item, aut detrahendi ius obligatio
naturalis mittit. veluti cum à poſſeſſor. bonæ fidei hæ-
reditas aufertur. Id enim in hæreditate reſtituenda de-
ducit, quod debitum ſibi naturaliter eſt gl. in lege ſi
quid poſſeſſor. §. 1. in verſiculo iuſtus. ff. de petitio.
hæredi.

Sed reclamaturus hic aliquis erit, Qua ratione ad
ius excipiendi ciuilem ſolam non valere diximus
Ita nec naturalem ne à vinculo ſimplici duplex rum-
patur. Etenim cum actio dictatur, neceſſario ob-
ligatio vtraq; præſupponitur naturalis. & ciuilis quam
vtranq; ad actionem neceſſariam procreandam eſſe,
declaratum in ſuperioribus habemus. Quomodo igi-
126 tur † ad obligationem vtranq; excludenda naturalis
vna valitura excipiendo erit. Reſpondetur, quod ad
ciuilem

ciuilem attinet, nihili eam in materia æquitatis faciē-
dam, qua exceptionem niti ante oſtendimus. De na-
turali autem, ſiquidem de repetitione agitur, nihil eſt;
ꝙ verba fiant. Quoniam vbi id repetitur, quod debi-
tum naturaliter erat, naturali obligatione neceſſario
repetitio deficit Quomodo enim naturaliter reſtitue-
re quiſpiam obligabitur, quod ipſi debitum naturali-
ter eſt. Ita obligatio hic ad vtilitatem repetentis non
plus quam ciuilis inuenitur.

Sin autē compenſandi ius ſpectamus, quo caſu ob-
ligationem vtranq; ſimul coniunctam in actione faci-
mus: Eo obligatio naturalis ſola fortior vtraq; eſt.
Quoniam quatenus ab actore naturaliter debitum
reo eſt, pro ſoluto in odium eius habetur l.4.C.de cō-
penſa. Atq; ideo perinde eſt, vt ſi ſolutum pro rata
id repeteret, quod debitum naturaliter erat. In quo lo
cum repetitioni non eſſe dictum ſatis eſt.

Secundò reſpondetur, obligationum hic naturaliū
concursū interuenire vnius ex parte agentis, & alterius
227 ex parte rei. † Sed maiore eam æquitate niti, quę reo
fauet; cum ad defenſionem ſpectet d. l. qui æquitate.
Proinde potiorem in concurſu hoc haberi obligatio-
nem oportet, quæ fauorabilior eſt Bar. in extrauag. ad
reprimendum in ver. non obſtantibus col.2. ante me-
dium verſi. ſed ſi lex antiqua Bal. in l. 1. q.3. ff. de offi.
cōſul. Bal. & alij in l. tinge rex otes. Ibiq; Iaſ. nu.26. in fi.
ff. de leg.1. Idem Iaſ. in l. ſi ruffinus nu.2. C. de teſt. mil.
228 Tertiò reſpondetur † fortiorem obligationem na-
turalem actoris propter coniunctionem ciuilis non
eſſe. Quoniam, quod ad effectus naturalis, qui reo cō-
petunt excipiendi videlicet, compenſandi, deducen-
di, & retinendi, læſionis quicquam à iure ciuili obliga
tio naturalis non accepit. d. §. igitur nuda. cum alijs an
te relatis. Vis omnis coniunctionis ciuilis cum natu
rali, ad actionem ſpectat. quæ ſine coniunctione naſci
ipſa nequit, vt dictum nec ſemel habemus. Itaq; cum
vigoris quicquam ad exceptionem, compenſationē
& retentionem excludendam obligationi ciuili à iu-
re tributum ciuili non ſit, effectibus eam naturalis ob-
ſtare non conuenit. Neq; acceſſionem curæ ciuilis ha
bendam, quæ ad effectus memoratos inepta eviden-
229 dos apparet. † ſimiliter vt ſucceſſione feudi per fra-
trem vtrinq; coniunctum, qui conſanguineus tantum
eſt, non ſubmouetur. Id quia ratio coniunctionis ma-
ternæ haberi in feudo non ſolet Bal. & Caſtren. in l. 1.
C. de legi. hæredi. idem Bal. in c. 1. in fi. de gradi. ſucceſ.
in feu. & alia apud nos relata in conſi. 186. nu. 3. vbi
230 notula non parca à nobis adiecta æque † cum per
fratrem ſoror ex ſtatuto excluditur, A fratre conſan-
guineo tantū ſoror ſubmouetur, quę cōiuncta vtrinq;
eſt. Quatenus ad rationem ſtatuti vinculum alterum
maternum non pertinet. ob id à vinculo metuendū
non eſt, quod in ſpecie inane controuerſia apparet vt
Capra ſcribit in conſi. 8. Deci. in conſi. 333. in fi. Soci.
Iun. in conſi. 67. num. 33. & ſequen. lib. 3. Idem Ca-
ſtren. ſenti in conſi. 196. in puncto quæritur num. 2.
lib. 1. vt aliud viſum Fulgoſ. ſit in conſi. 84. num. 3.
in fi. verſi. ſola videbatur inſiſtere dubitatio. quocum
Ruin. facit in conſi. 18. num. 6. lib. 3. Ratio eadem fa-
cit, vt potior fratre conſanguineo tantum frater non
ſit, qui ex vtroq; coniunctus latere eſt Bal. & Ca-
ſtren. in d. l. 1. C. de legi. hæredi. latius Roman. in
conſi. 411. Quattuor. Soci. in conſi. vltimo circa fi.
lib. 2. Quod repetitum eſt in conſi. 25. lib. 3. Tradit
idem Soci. in conſi. 89. num. 12. lib. 4. Crot. in l. re
coniuncti num. 6 ff. de lega. 3. Riminal. in conſi. 303.
num. 12. lib. 2. Curti. minor in conſi. 78. Alba in
conſi. 81. num. 9. & ſequen. Quibus in locis ad arg.
vinculi duplicis reſpondetur, non pluſquam vincu-
lum vnum in eo inueniri qui, & conſanguineus, &
Vterinus eſt, quod impertinens illud Vterini ſit. In
quo ratio ſtatuti non viget. Non me præterit, con-
trarium opinioni huic Anchar. videri in cap. 1. quęſt.

14. de conſtitutio. Cui adſcriptum à Pariſ. eſt in conſi.
59. num. 16. & ſequentium turba lib. 1. Imperfectam
etiam controuerſiam hanc atq; indiſſolutam Seuerinæ
reliquit in l. oēs populi nu. 214. q. 15. ff. de iuſti. & iure.
231 Eiuſdē loci, & illud eſt, † ꝙ ſcriptū apud Crot. legit l.
l. filiusfa. §. diui nu. 5. & nu. 161. 15. q. ff. de leg. 1. Ad bo-
na, quæ extra familiā exire teſtator vetuit, cum fra-
tre vtrinq; coniuncto conſanguineum inuitari.

Ad hæc non inſcite, & illud accedit, ꝙ ſcriptū apud
Fulg. eſt in cōſ. 36. col. fi. ver. ſed nec contra exiſtimo,
232 † in ſucceſſione fratris naturalis curæ duplex vinculū
non eſſe, cū impertinens in eo agnatio ſit. Atq; ideo
cum fratre vtrinq; coniuncto vterinum admitti.
233 Conſequenter his dicendum, † vt ineptitudine ob-
ligationis ciuilis ad effectus naturalis prohibendos de
monſtrata, pro nihilo eam omnino exiſtimandam.
Atque ideo potentiam maiorem in obligatione na-
turali actoris propter ciuilem cum ea connexam non
inueniri. Si dixeris, æqualem ſaltem naturalis vtri-
uſque conditionem videri. A pari planè victoriam
non exiſtere l. nam, & magiſtratus ff. de arbitr. l. non
ſolum §. 1. Ibique Bal. ff. de ritu nup. l. ille à quo
§. Tempeſtiuum ff. ad trebellian. l. ſi reus §. 1. infra,
titulo 1. l. generaliter verſi. verum infra de fideiuſſor.
l. 1. §. ſi quis in appellatione infra de appellat. Reſpon
detur, paritatem hic non contingere, verum vali-
diorem naturalem eſſe, quæ reo ſuffragatur, In quo
defenſio vertitur l. Arrianus ſupra titulo 1. l. fauora-
biliores infra de reg. iuris. Quo ergo fauorabilior na-
turalis rei obligatio eſt, Eo potentior. ſic quomodo
ſcriptum ante habemus. Idque in ſpecie etiā declara-
234 tur, † quod rei conditio potior in cauſa æquali eſt.
l. nam cum vterque ff. ne quis eum qui l. ſi duo ff. de
dolo. l. ſi minor 25. annis 2. in prin. ff. de minor. l. 3. &
ſeq. & l. pen. ff. de condi. ob turpē cau. l. viro atq; vxore
& l. cum mulier ff. ſolu. ma. l. cum pater § liberis ff. de
lega 2. l. apud celſum §. Marcellus ſupra de excep. doli.
tex. huc pertinet in l. qui accuſare C. de æden. in l. in are-
nam C. de inoffi. teſta. Ex quibus illa ſententia illa pro-
235 batur, † Potentius id eſſe, ꝙ fauorabilius eſt. Melior. n.
rei conditio nō eſſet, ſi potentior non ſit. Quæ maior
potentia niſi ab ęquitate, & fauore maiore nō petitur,
236 Apparet ex his † fortiorē ciuili etiā in compēſandi
iure obligationē naturalē eſſe. Idq; expreſſim, & Bal.
docet in d. l. 1. in prin. ff. de cōdi. indebi. in iure vero a-
ctionis ſiquidē ordinariū ius intuemur, neutra altera
ciſcens intelligitur, vere à ſe pecuniam deberi, quam
per iudicem ſoluere damnatus eſt, aliter quippe deſer
ta ab eo appellatio non fuerat arg. l. cum de indebito ff.
de proba. Confeſſio planè in iuditio em iſſa actionem
in factum aduerſus confitentem parit l. ſed & ſi poſ-
ſeſſori §. penu. in tex. & glo. ff. de iureiuran. Bar. in l.
vni. C. de confeſ. ſi robore hoc actionis ædendæ con-
feſſio eſt, longe magis tantundem probandum in pa-
cto erit, quod tacitam ſecumq; coniunctam confeſ-
ſionem habet cum ad actionem ipſam producendã
appoſitam magis promiſſio quam confeſſio apparet
ſiquidem obligationem, vnde actio oritur, confeſſio
non generat, ad genitam probat l. publia in fi. ibiq;
Bar. & Alex. ff. depoſi. l. in contractibus §. 1. C. de non
nume. pecu. l. pecuniæ C. de ſolutio. Bar. in l. triticum,
num. 4. infra eo. & in l. cum falſa num. 8. C. de iuris, &
facti ignor. videndum, an refelli arg hoc poſſit, eo ex
confeſſione actionem dari, quod obligationem effica
cem confeſſio probat. ſed cur ex obligatione tunc pro
bata actio non competit. Limitationem hanc Areti.
hic obſeruat num. 7. circa fi. verſi. ſuper iſto paſſu diffi-
cili per tex. in l. tale pactum §. 1. ff. de pactis. Cum Are-
ti. Galian. hic ſentit nu. 36. in quarta limitatione. Ve-
rius in d. rubri. nu. 209. & nu. 213. in fi. idem, & mihi vi-
detur, Quicquid Burigella hic obſtrepat nu. 34. circa. fi.
verſi. item quoad limitationem Areti.

Ex limitatione hac concluſio ipſa non mediocriter,
immo ratione fortiore adfirmatiua. roboratur, vt ip-
ſis ſibi diſplicere Doc. illi arguantur, à quibus conclu-
ſio admitti ipſa non ſolet. Etenim ſi ad actionem pa-
riendam efficax confeſſio eſt, in iuditio facta, vnde ob
ligatio non oritur, neq; ad obligandum verum ad
probandum ſpectat. an non ratio potior facit, vt tan-
tundem conuentioni tribui iudiciali debeat, quæ ad
obligationem præcipue reſpicit. proinde rationem
hic adferri diuerſitatis cupiam, quamobrem ius aliud
in pacto agnoſci, quam in confeſſione oporteat qua-
285 tenus † pro nihilo caſuum pendi diuerſitas ſolet, in
quibus ratio vlla ſpectari diuerſitatis nequit l. 1. §. q
Vulgo ſupra de vi & vi arma c. intelligentia de verb.
ſigni. c. conſuetudo 1. di. Calderi. in conſi. 1. de regular.

Si dixeris, rationem diuerſitatis inter confeſſionem
& pactum nudum videri, q non tanta confitendi, quã
ta promittendi facilitas. Reſpondetur, facilitatem pro
mittendi apud iudicem non intelligi cum ad iuditium
ipſum adiuuandum promiſſio ſpectet. ſecum enim co
gitare promiſſor poteſt, compellendi, & exequendi
ius magiſtratui eſſe. ſecundo reſpondetur, arg. remittẽ
do facilitatem maiorem in confitente, quam in pro-
286 mittente verſari Quoniam † errorem non raro con
feſſio habet, veluti quæ de facto alieno emanat l. de
ætate §. q iuſto ff. de interro. actio. l. cũ de indebito §.
1. ff. de proba. l. ſi poſt diuiſionem C. de iuris, & facti
ignor, no. in l. non fatetur ff. de confes. ſed & in facto
proprio error contingit, neq; in damno arcendo ob-
ſtat l ſed & ſi me putem §. cum iter ff. de condi. inde l. ſi
ubi liberum ff. de actio. empti l. error, & l. regula ff. de
iuris, & facti ignor. Bar. in d. l. non fatetur, & alia non
pauca. quæ erroris, aut facilitatis ratio in promiſſioni-
bus iudicabilibus non inuenitur. quas conſentaneas
eſſe iuri conſtat l. 5. in prin. infra eo, inſti. de diuiſ. ſti-
pula. & toto titu. ff. qui ſatis. cog & infra iudi. ſolui & l.
generaliter C. de epi. & Cler. Hoc amplius, vbi pro alio
promiſſio nuda in iuditio fit, eadem mouere, quæ in
pecunia conſtituta videtur cum illud præſtare adſtri-
ctus reus eſſet. toto ti. ff. & C. de conſti. pecu. §. de con-
ſtituta inſti. de actio. Inualeſcit arg. Namq; ſi vires con
ſtitutum habet pro eo interpoſitum, qui niſi nudo
pacto non tenetur, quid vbi per legem efficaciter quis
287 obligatur † quam hominis potiorem eſſe obligatio
ne conſtat l. frater à fratre verſi. porro. Ibiq; Bal. in vl-
timo nota ff. de condi. indebi. Soci. in conſi. 206. col. 2.
in prin. verſi. confirmatur iſta concluſio lib. 2. Deci. in
conſi. 194. colum. 2. poſt med. verſi. ſexto, & vltimo.

Actio

Digitized by Google

Actio tamen neceſſaria de conſtituta non eſt à prætore introducta, quandoquidem debitum per l.ante vertit verum ex pacto ipſo à l. veſtito actio proditur, vt Bar.docet in l.legitimum nu. 3. ff.de pactis.

288 Iam, quod ad reum principalẽ attinet † ex pacto eũ nudo in iuditio teneri, quotiens id promittit, cui faciẽdo tenebatur, Galian. hic admittit nu. 36. ex Bal.in d.l. tale pactum §. qui prouocauit colum. 5. verſi. quærit. glo.de eo.quamuis contra Galian.argumentetur. Quare niſi in fideiuſſore, aut eo, qui fidem ſuam pro alio interponit verſari controuerſia non videtur. Non modo autem in iuditio, ſed, & extra actionem in eo pactum nudum ædit, vbicunq; ſuper eo interponitur, quod alias præſtandum à promiſſore erat Bar. in d.l. legitima nu.3.de quo Galian.hic meminit d.num. 36. Qui nu.34.& ſeq.limitationes, & alias ad opinionem negatiuam ſubijcit.

Dixerit hic aliquis, opinionem Alex.affirmatiuam vt ex pacto nudo iudiciali actio naſcatur, Quotiens ad iuditium confirmandum reſpicit, contrariam textui videri in d.l.5.in prin.infra eo.in l.1.in prin.infra de prę
289 tor. ſtipula. & inſti. de diuiſ. ſtip. in prin. † vbi inter ſtipulationum ſpecies iudiciales enumerantur. Ergo neceſſaria ſtipulatio in iudicijs videtur. Aliter quippe quorſum iudicialem ſtipulationẽ introducere, ſi nuda in iuditio ſatis promiſſio eſt. Remedia enim inutilia lex non adfert l.non cogendum in fi. ff. de procura. l. hęc ſtipulatio §. diuus ff.vt lega.nomi.cauea.expreſſius in l.1.§.dixerit aliqnis ſupra de public.arg. hoc Galian. hic tangit non contra opi. Alex. verum aduerſus Bar. in d.l. legitima & indiſſolutum cogitandumque reliquit, facilem inquiens ſolutionem eſſe.ſi facilis, cur laboris fugitans tam leuis fuit. Quare ad tex.ita reſponderi eum poteſt.ob cauſam quidem neceſſariam ſtipulationes iudiciales proditas, vt earum oneri iudicij ſuſtentandi cauſa nolẽs quis ſubijciatur. Cæterum virtus per eas promiſſionis nudæ, & voluntariæ non excluditur. Quominus ſi vltro quis, & non interrogatus id in iuditio promittit, quod ad effectum, & robur eius pertinet, exequi, & præſtare idem debeat.

Neq; dixeris, neceſſitati huic conſuli ex pacto nudo potuiſſe, vt pacto promiſſio nudo in iuditio fieret. Quoniam à promiſſione volũtaria citra vllius petitionem, pactum nudum pendet. Itaq; ſi neceſſariam promiſſionem fieri lex conſtituit, non potuit per ſtipulationem id non efficere, quę alterius rogatu, & impulſu fit.

In neceſſitate hac ob promiſſiones iudicales ſtipulationem inducendi, ineptiæ Caſtren.apud Butigel. in d.rubri.oppugnantur nu.7.verſi.præterea, & ſubtilius adnotare, quod neceſſitatem à conuentionibus amouere extraiudicialibus videtur, in quibus neceſſitas maior
290 conſulendi vertitur † quod imbecilior extraiudicialis, q̃ iudicialis actus regulariter eſt, vt habetur in d.l.ſi cõuenerit ff.de iuriſd.om.iud.& in d.l.pacta nouiſſima ſed difficilis ſolutio non eſt, Cumulatiue, non excluſiue Caſtren.intelligendum. Hoc eſt vltra conuentiones nudas iuris gentium quæ extra iuditium fiunt, & in iudicialibus proſpiciendi neceſſitatem inueniri. Quam mentẽ Caſtrenſi fuiſſe, inde liquet, quod non cognitas, & præuiſas à iure gentium promiſſiones iudiciales inquit.vnde circa extraiudiciales, & cognitas non dubitat.verum iudiciales eis accumulat. Idq;, & Butigel.ſentit.

Argumento, & alio neceſſitatem hanc à Caſtren. animaduerſam in d.rubri.Bulgari.codit nu.2. in fi.ꝙ indignum relatu cenſui.

Præter neceſſitatem conuentionum extraiudicialiũ & iudicialium, neceſſitas altera circa fideiuſſionem,
291 in d.rubri.à Caſtren.obſcuatur. † fideiuſſio enim quãuis in vſu, & apud gentes ante.ll.eſſet. Cum nihil prohiberet, pro alio alium ſe adſtringere, Attamen niſi pacto id fieri nudo non poterat. ſiquidem nomen vllum proprium ſpecialevè inditũ fideiuſſioni nõ erat, vnde contractus nominatus diceretur. verum ſub nomine generali conuentionis, aut pacti fideiuſſio continebatur, Quæ generalis, & innominata conuentio ad actionem iure ciuili non valet. Nomen planè fideiuſſionis à iure ei delatũ ciuili eſt. à quo, & forma eius inſtituta, & præſcripta. Sed nec vocabulum hoc fideiuſſionis promiſſioni pro alio factæ à iure ciuili inditũ
292 ſimpliciter eſt, † verum cum ſubiecta ſtipulatio eſt. Qua remota, neq; nomen neq; effectus intelligi fideiuſſionis poteſt. l.1.§.his verbis ſupra titu.1.d.l.5. §. ſatis acceptio infra eo.l Blanditus C.de fideius. Inde fit, vt contractus nominatus iuris ciuilis fideiuſſio exiſtimetur, Cæterum ſi inuentum, & cognitum nomen hoc fideiuſſionis apud gentes fuerat, actionem vtique non minus atque contractus alij nominati iuris gentium pareret. Quæ declaratio ex Io. Fabri decerpitur inſti.de fideiuſ.in prin. Cui in d.Rubri. Galian. ſubſcribit nu.70. Nigri nu. 55. Fortunius in d. l. legitima num. 44 in fin. inter contractus tamen ciuilis iuris à glo. non connumeratur in l.ex hoc iure in glo.fi.ff.de iuſti.& iure.

Sed obſeruandum, rem impoſſibilem in declaratione hac verti. Dicitur enim citra ſtipulationem fideiuſſionem non contrahi neq; nuncupari, & propterea contractum hunc nominatum iurj ipſi ciuili tribui. Quod cum ita ſit, ante inductam ſtipulationem neceſſe eſt, quam nomen datum fideiuſſioni eſſet. Nempe ſi poſtea, ergo, & apud gentes nomen ipſum fideiuſſionis erat niſi ſi à iure eam ciuili compertam ſine ſtipulatione aſſerimus. iam cum dicimus, ſtipulatione fideiuſſionem nõ carere, neceſſario ſtipulationem inductam iam facimus. Quo admiſſo, quomodo fideiuſſionis introducta dici cauſa poterit, quæ orta nondum eſſet.

Quocirca propter fideiuſſionem in ſpecie, vti contractum iuris ciuilis nominatum excogitata intelligi ſtipulatio non poterit. verum nomine generali conuẽtionis iuris gentium in fideiuſſione animaduerſo, non magis propter eam, quam ob conuentionem quamuis nudam, & innominatam introducta dici ſtipulatio debebit. Conſequenter his dicendum, neceſſariam quidem in fideiuſſione ſtipulationem, Cæterum ob fideiuſſionem ipſam in ſpecie, & quaſi iuris ciuilis fœtum peculiarem, & nominatum non æque ſtipulationem inductam.

De ſtipulatione hac in fideiuſſione, verbis pluribus in d. rubi.Galian.diſſerit num.71.& num.142. Butigel. nu.8.verſi.non omitto tamen.verius num.214.aduſq; num.221. Iaſ.in l.lecta nu.28.verſi.decimo, & vltimo ff.ſi cer.per.Deci.in cõſ.93.nu.3.verſi.ſecũdo præmitto. Cremen. Sing.108.factus eſt, cõtractus emptionis.

Præter neceſſitates ſupra relatas, cauſas, & alias ne-
293 ceſſarias ſtipulationis producẽdæ, Doc.afferunt † in nouatione, vſuris, pœnis, & acceptilatione, quę adminiculo carere ſtipulationis nequeunt. vt apud Bal. Iun. in d.rubri.nu.3.& tribus ſeq. Locupletius Galian.num. 146.aduſq; nu.157. Ibiq; nu. 156. neceſſitatem aliam in pactis nudis extraiudicialibus commemorat, quæ proximè inſerta contractus nominatos ſunt, quotiẽs à coniunctione, aut cohærentia eorum non veſtiũtur, vt in caſibus in d.l. lecta apud poſteriores expreſſis. de quibus caſibus Bald. etiam iun. in d. rubric. meminit nu 6. ideſt cum circa pœnam, vſuras fideiuſſionem, & circa dotem patri reddendam in contractu nominato pactum nudum adijcitur. His enim caſibus, ꝙ cohærentia ipſa contractus nominati non efficit, hoc eſt pactum nudũ non operit neq; tepefacit, à ſtipulatione id perficitur.

In

Digitized by Google

In neceſſitate hac nihil aliud recentiores præſtant, quam, quod in ſpecie exprimunt, quod comprehenſum ſub genere erat. Ideſt ob conuentiones nudas, & innominatas iuris gentium ſtipulationem inuentam.

Secundo expugnationem eandem, atq; in fideiuſſione ſtipulatio, cauſa hæc neceſſitatis patitur. Quoniam quod cohærentia contractus nominati pactum nudũ non contegatur neq; caleſcat, iure id ſtatutum ciuili eſt. Vnde neceſſe erit dicere, ante id iure ciuili comprehenſum, quam origo ſtipulationis eſſet. etenim ſi ante ortam ſtipulationẽ dicimus vtique ob id inſtituta dici non poterit, quod nondum eſſet. ſed poſtea ſtipulationem comparatam quis doctoribus indicauit.

Apparet ex his, Poſteriores hallucinatos, qui propter pacta nuda ĩ ſpecie, hoc eſt propter aliqua nominatim inductam ſtipulationem putant, quod actionẽ non pariant. Cum in vniuerſum inuenta propter omnia ſit. Quotiens ad actionem conciliandam non valent.

Sed quo pellucida magis res fiat, nec ob conuentiones nudas iuris gentium neceſſariam ſtipulationem fuiſſe videtur. Cum in manu iuri ipſi ciuili eſſet, vigorẽ omnem ſtipulationis pacto nudo infundere, Rurſus qua ratione propter approbationem iuris ciuilis ad actionem ferẽdam contractus nominati valent d. l. iuris gentium in prin. an non ſatis fuerat, conuentiones etiam nudas agnoſcere, vnde actio oriretur d. l. legitima.

294 Vires tertio à ratione fortiore res accipit † facilius rei iam natę quid adiungitur, quam recens, aut noua comparetur l. ſi quis ſolutioni §. fi. ff. de vſuris l. ſi pater mulieris § ſi ff. de iure dot. l. ſi prioere in prin. ſupra, quod vi aut clam. vbi quamuis per liberum hominem actio alij non quæratur, quæſitæ tamen qualitas adijcitur. l. fi. §. pen. C. de dona ante nup. vbi quia propter nuptias donare matrimonio conſtante licet, multomagis donationi iam perfectæ inſinuationis qualitatem adijcere. tex. hoc non inſcitus ſpectat in l. vni. in prin. verſi. eſt enim conſentaneum C. de rei vxor. actio de quo etiã apud Iaſ. in l. ſi ſeruum ſtichum §. nunc videamus nu. 5. verſi. nota. iſtum tertium caſum infra eo. & quod ſcriptum ante habemus, facilius quid ampliari, aut extendi, quam recens induci. itaq; cum ad excipiendum conuentiones nudæ iuriſgentium proſint. Cur non, & actionis eis vis citra tantum ſtipulationis negotium, inſita.

Quartò caſus pleriq; incurrunt, quibus à iure ciuili pacta admiſſa nuda ſunt, de quibus apud Bar. in d. l. iuris gentium in prin. Cur tantundem in pactis omnibus receptum generaliter non eſt, Cur ad ſtipulationis inuentum ſub pactis alijs adiutum.

Reſponſio ad argumenta hæc ex Caſtren. colligi-
295 tur in d. rubri. huius titu. cum rationem adfert, † cur factum ſit, vt interrogationem ſtipulatio poſcat. hoc eſt quo expreſſior, & conſultior promittentis conſenſus appareat. Qui non æque certus, aut perſpicuus nullo interrogãte cognoſcitur. Non raro quippe vltro quis quid offert, ſpondet, quod acceptum iri non credit. Non promiſſurus, ſi admittendum putaret. quę nõ ſilet, quotiens interroganti, & petenti promiſſio fit. Pręſumptio enim repudiationis futuræ in re clara tacet l. continuus §. cum ita infra eo. Eo ipſo enim acceptatio oſtenditur, quod petitio, aut interrogatio fit, Soci. in conſi. 228. num. 5. in fi. lib. 2. Rationem hanc Caſtren. in eadem rubri. Soci. probat, & confirmat nu. 16. Cumulatius Galian. nu. 106. Qui arg. contraria refellit. Ratio hæc communis cum quæſtione, & diſceptatione controuerſa eſt. Eo pactionibus nudis vires tributas ſtipulationis non eſſe, quod ratio par conuentionis nudæ atq; ſtipulationis non eſt. Quoandoquidem conſilij, aut deliberationis maioris ratio in pacto nudo non vertitur. Eapropter rationis viſum non eſſe, eadem conuentionem nudam, atq; ſtipulationem robore confirmari.

Et quamuis rationem hanc conſilij, aut deliberationis maioris Recentiores pleriq; in d. rubri. mordeant. In quibus Bulgarij. eſt, nu. 6. Crot. num. 15. in poſteriore lectura. Alcia. num. 29. Nigri num. 121. At tamen apud Galian. ibi num. 106. & ſeq. turba argumenta, & rationes diſſoluuntur, quæcunq; afferri in Caſtrenſis rationem ſolent.

In qua re tamen moueri nos oportet, cauſam hanc minoris in pacto nudo, & maioris in ſtipulatione deliberationis finalem non eſſe cum generalis in pactis omnibus nudis, & ſtipulationibus non ſit. Quid enim prohibet, Certo fixoq; animi conſilio, quid cui non petenti promitti. fieri item poteſt, vt breui animi iudicio promiſſio interroganti fiat. Itaq; cum ad pactiones nudas, ſtipulationeſq; omnes ratio hæc maioris
296 minoriſuè deliberationis, non competat. † Dici finalis nequit. At impulſiua. finalis porro non aliter eſtimatur, niſi ſi ad caſus omnes diſpoſitionis generaliter cõueniat. Ita vt ea in caſu quo ceſſante, locum in caſu illo diſpoſitio non habeat. id quia finis, & cauſa, ob quã introducta diſpoſitio eſt, ab ea tunc abeſt, cum ratio ipſa tacet. Cæterum vbi ſpecialis cauſa eſt, nempe, quod ab perſonam, aut caſum quem ſingularem diſpoſitio inducta generalis eſt, finalis cauſa dici, aut ratio nequit. Cum ad caſus perſonaſuè omnes non trahatur, in quibus expreſſum; aut conſtitutum quid generaliter inuenitur. Quomodo enim finalis dici ratio poterit, quæ niſi ad perſonas, aut caſus quos ſpeciales non ſpectat, & ea etiam ceſſante, generaliter ius idem conſtitutum, & in caſibus perſoniſuè alijs inuenitur. in quibus ratio ipſa non contingit inde fit, vt ratione hac ſpeciali tacente, locũ diſpoſitio nihilo minus habeat. Quæ generalis, & communis caſuum, & perſonarum
297 omniũ eſt † ex tex. id declaratur in l. 1. §. ſexum ff. de poſtulan. vbi ratione turpitudinis calphurnialis ib matronis pudiciſſimis remota, ad officium tamen poſtulandi non admittuntur. Id quia finalis intelligi cauſa, aut ratio illa turpitudinis nõ poteſt, cum pudori honoriq; ſuo non paucæ conſulant itaq; cum aliarum etiam integritate non monente, prohibitio illa poſtulandi mulieres omnes generaliter appræhendat; dici non poteſt, Ratione diſpoſitionis tacente; & diſpoſitionem tacere, quæ generalis eſt, ratio vera ſpecialis, & impulſiua. Ex Bar. declaratio hæc decerpitur in extrauag. ad reprimendum col. 2. verſi. nec ex conũ. Bal. in l. 1. ibiq; Cagnol. colum. pen. ff. de orig. iur. Ex conſ. Bal. in l. 1. col. 5. verſi. adde, quod illa cauſa ff. ſolu. ma. in l. generaliter num. 3. C. de epi. & cleri. Corn. in conſi. 88. col. 3. verſi. & quando ratio. lib. 1. in conſi. 35. col. 4. in conſi. 177. colum. pen. verſi. nec ob. quod in contrarium lib. 4. Iaſo. in auctẽ. quas actiones num. 18. C. de ſacroſan. eccleſ. & in §. ſed haſtenus inſti. de mille teſta. in notulis porci. Scite hunc Bal. accedit in l. 1. nu.
298 15. circa fi. C. de ſeruis fugi. † Rationem non intelligi, at perſuaſionem quandam, quæ in quolibet caſu ſub genere compræhenſo non concludit, aut mouet. Atq; ideo contingentem, non neceſſariam rationem hanc perſuaſiuam, aut impulſiuã Bal. nucupat. Itaq; cũ ſpecialis ratio hæc minoris maiorisuè deliberationis in pactis, & ſtipulationibus inueniatur, & inſtantiã in caſibus permultis ferat, finalis eſtimari omnino nequit. Quatenus ius ipſum circa pacta, & ſtipulationes omnes ratione illa impulſiua deſtante inſtitutum generaliter ſit itaq; cum in caſibus alijs, in quibus ratio ipſa non mouet, ius idem nihilominus conſtitutum generaliter ſit. Quomodo à ratione illa eis argumentari ceſ-
299 ſante licebit. † Ceſſatio quippe habitũ rationis præſupponit l. manumiſſiones ff. de iuſt. & iure l. remittis ff. de

ff. de iureiuran. l. decem infra eo. vnde ceſſare ratio ne
quit, quæ non eſt. hoc eſt quæ cogitata intelligi in ca-
ſib is alijs non poteſt. Ad quos non applicatur. verum
illud obijci in caſibus alijs poteſt, eo ita conſtitutum,
quod ita viſum legi eſt, & quod fieri poſſet, vt ſub co
lore caſus ſuo ratione impulſiua, non compræhenſi,
ius aperiri ad caſus comprænenſos poſſet. Ita aptitudi
nis, & potentiæ in caſibus non compræhenſis habita
ratio videtur, propter quam ita generaliter ius intro-
ductum ob rationem ſpecialem impulſiuam, quæ
fuerit.

Conſequenter his dicendum, ratione etiam delibe
rationis minoris à pacto nudo remota, actionem ex
eo nihilomagis dari. Econtrario deliberationis in ſti-
pulatione maioris ratione tacente, non eo minus ex
ea actionem naſci. cum generalis minoris maiorisvè
deliberationis ratio non ſit. Atq; ideo coſtitutum ita
generaliter eſſe, quod fieri poſſit, vt minor, maiorvè
deliberatio interueniat, & rationem hanc minorisvè
deliberationis impulſiuam, non finalem intelligi, in
d. rubri. Alcia. obſeruat num. 29.

Inueſtigationem hãc cauſæ ad ſtipulationem com-
periendam verbis pluribus, & riſu democritico in ru
bri. prædicta Coras. proſequitur num. 8. & ſequen.
Quid enim ineptius, aut inſulſius ait, quam neceſſita
ti ſtipulationis inducendæ legem ſubijcere, vt eam in
uenire neceſſe habuerit. Et quamnis in caſibus pleriſq;
poſtquam inducta eſt, neceſſaria dicatur, origo tamen
& inuentio voluntaria fuit. Expreſſius adijcere pote-
rat, neceſſitatem hanc ſtipulationis inductæ adhiben-
dæ, non legi, at per legem contrahentibus imponi.
Sed enim ſannas has Coras. patitur. Rei cuius enar-
300 randæ cauſa, ſecundum † vt perſona eſt, ad quam
verba ſpectant, Ita ea accipienda l. ſed, & ſi ſuſceperit
§. 1. ff. de iudic. l. plenum §. equitij ff. de vſu, & habi. l. ex
militari ff. de mili. teſtam. l. penul. ff. de alim. & cib. le-
ga. l. quibus diebus § dominus. ib. q; Socin. In ſecun-
do nota. ff. de conditio. & demon. l. ſtipulatio iſta ha-
bere licere §. hi qui ſunt. ibiq; Iaſ. in ſexto nota. infra
eo. c. ſolutæ de maiori. & obe. c. ſi pater de teſta. lib. 6.
301 vnde † quotiens de neceſſitate in Principe, legevè
mẽtio ſit, De ea intelligi verba oportet, Cui adſtrictus
princeps legisq; aptior eſt. De neceſſitate nimirum,
quam munus ſuum in ſubditis moderandis iniungit.
Commodis enim ſubditorum, & publicis non mi-
nus ac ſuis conſulere, neceſſe princeps habet. l. vni. §.
pen. in fi. C de cadu. tollen. §. quam ob rem in auctẽ.
de reſti. & ea quæ parit, & quoad prouidendum ſub-
ditorum pater princeps habetur l. ſi quis filium C. de
inoffi. teſta. in auctẽ. vt ſi qui obli. in fi. & in auctẽ.
neq; virum. quod ex dote in fi. ſer. in c. 1. in ver. & bo-
na committentium nu. 81. in fi. quæ ſint regal. Neceſ-
ſe igitur principi fuit, vt quæ in rem ſubditorum ſti-
pulatio eſſet, eam compararet. Atq; in ſpecie neceſ-
ſitati id genus ſe obſtrictum princeps ipſe confitetur
in 1. conſtitu. C. in primis verbis. Hęc neceſſario cor-
rigenda eſſe, multis retro principibus viſa ſunt. & in
titu. ſequen. de iuſti. C. confir. §. ſed cum ſit neceſſa-
rium vbi neceſſariũ eſſe ait;, caliginem cõſtitutionum
ob earum multitudinem extirpare, & inſti. de gradi.
in prin. vbi neceſſariam graduum expoſitionem ait.
Quod genus exempla legere, & alia licet, quę verba
ad neceſſitatem, Quam principis munus expoſtulat,
referri oportet.

Præter cauſas neceſſarias ſtipulationis perquirendę
vtilitatis etiam cauſa non deeſt. Neceſſitas ad caſus
pertinet, Quibus per ius ſatis conſultum gentium
non erat. in conuentionibus nudis videlicet, Quibus
nomen vllum ſpeciale non inuenitur. Namque, &
ſi executionem manu regia haberent, Attamen quia
à iure ciuili agnitæ non ſunt, vti incognitæ, & nomi-
nis nullius, Proſpectum quantum ad eas dici per gen-
tium ius nequit. Ita neceſſitas in his ſubueniendi con
302 tingit. † vtilitatis plane cauſa ad conuentiones
etiam iurisgentium ſpectat, quæ ad actionem valent,
vtpote nominatas, & à iure ciuili receptas, & con-
firmatas d. l. iuris gentium in prin. Namque, & ſi ma-
xime neceſſaria quantum ad eas ſtipulatio non eſſet,
expers tamen vtilitatis ſuper eis adiecta non erit d. l. 5.
in prin. infra eo. Iuncta l. ſi ſtipulatus ff. de vſur. Quæ
vtilitas inferius explicabitur.

De nomine hic ſtipulationis videndum, quæ ne-
ceſſaria non eſt, verum ſuper contractu efficaci in-
303 terponitur, Quo nomine vocetur. † Caſtren. in d.
rubri. ſupra eo. in quarta queſtio. conuentionalem
hanc dicendam ſcribit. Ita ſtipulatio per ſe, & ſimpli-
citer non dicetur. cum per ſe, & ſola non conſiſtat,
verum ex conuentione pendeat, ad quam adiecta eſt.
Atque ideo à conuentione ipſa tanquam à materia
ex qua contrahitur, conuentionalis nuncupatur.
Ita nomen ei geminum datur, verum ex materia
conuentionis, vnde generatur. Alterum à forma
ex qua cõcipitur, interrogatione videlicet, & reſpon-
ſione. De qua ſtipulatione conuentionali tex. loqui
Caſtren. ſcribit in d. l. 5. in prin. infra eo. De ſtipula-
tione hac conuentionali text. etiam loquitur in d. l.
iuris gentium §. quod fere. Inſti. de diui. ſtipula.

Conſequenter declarationi huic Caſtren. dicen-
dum, A conſenſu, aut conuentione ſtipulantium
conuentionalem ſtipulationem non denominari, ve
rum à conuentione præcedente, ad quam accedit.
Conſequens item declarationi huic fit, conuentio-
nalem ſtipulationem non modo eam eſtimari, quæ
ad contractum nominatum, verum etiam innomi-
natum adiungitur. ſiquidem, & ſuper conuentione
antecedente tunc interponitur. Atq; ideo ad cauſam
æque neceſſariam atque vtilitatis, ſtipulatio hæc con
uentionalis accommodabitur. In conuentione enim
innominata neceſſariam ſtipulationis inueniendę cau
ſam oſtendimus. Proinde conuentionalem ſtipulatio-
nẽ diximus, tam quæ neceſſario, quam quæ com-
perta vtiliter eſt. Conſequenter, & tertio dicendum,
quæ nudæ à nomine, iuris gentium conuentiones
generales inueniuntur, à iure nomen haud melegonis
ciuili conſequi, vt ſtipulationum conuentionalium
nomine appellantur. quotiens ſuper eis interpoſita ſti
pulatio eſt. atque in d. rubric. & Nigri obſeruat.
num. 119.

Si dixeris, fieri non poſſe, vt ſuper contractibus no
minatis, & conuentionibus nudis, & innominatis ſti-
pulatio interponatur. idq; contradictionis ratione.
Quotiens in tempus præſens contractus nominari, &
conuentiones nudæ concipiuntur, cum neq; diem
304 neq; conditionem habent. † ſtipulationem planè, &
promiſſionem niſi ad futurum non reſpicere neq; ver
bis præſentibus fieri, ſed futuris, vt infra ea. l. §. ſi quis
ita, & d. l. 5. §. ſtipulatio. Namque ſi verbis præſentibus
ſtipulatio ſit, Iam non ſtipulatio, aut promiſſio, vnde
ad dandũ faciendumvè actio naſcatur. verũ cõtractus
305 perfectus, & ad executionẽ perductus erit † in quo
inepte actio conſideratur. quæ in id non competit, quod
apud petentem ſit l. ſi quis ex argentarijs. §. prohibet
ff. de æden. l. officiũ ff. de rei vendica. c. examinata de iu
di. Differt igitur inter contractus nominatos, & conuẽ
tiones nudas iuris gentiũ verbis pręſentibus cõceptas
& ſtipulationẽ, quod inter factũ, & promiſſionẽ de faciẽdo
l. in bonefidei cũ ibi no. ff. de eo, quod cer. loco l. ſi hæres. ff.
de actio. empti. l. ſi fideiuſſor. §. fi. & l. & ſi equo ff. de le-
ga. 1. ſcite Matheſila. nota. 46. nota, quod aliud, quomodo
igitũ ad cõtractus nominatos, & cõuẽtiones nudas iu-
ris gentiũ in præſentia verba conceptas ſtipulationem
applicabimus. Reſpõdetur, ratione obſeruationis eo-
rum

rum non inutiliter ſtipulationē adhiberi, quæ tractum
futurum habent. Euictionis puta nomine, vel ſi id ge-
nus contractus incurrit, a quo diſcedere ex cauſa qua
liceat. Quo caſu ad futurū ſtipulatio ſpectat. veluti cū
ꝑ ſtipulationem contractū perfectum, & ad rem ip-
ſam perductum ſeruaturum ſe neq; contra eum dictu
ros, aut venturos ſe contrahentes promittunt. Quod
ſtipulandi genus in vſu paſſim ad contractus omnes
ſub inſtrumentis eſt. Ad contractum item nomina-
tum admonen ſtipulatio poteſt, vt in ſpecie l. ſi ſtipu-
latus. verſi. verum ff. de vſuris.

306 Apparet ex his † recte ſuper contractibus nomina-
tis, & conuentionibus nudis iuris gentium ſtipulatio-
nem interponi. hoq; nomine ſtipulationem conuen-
tionalem nuncupari. Ita non à conſenſu, aut conuen-
tione ipſa, quæ in ſtipulatione contingit, verum à con
uentione antecedente ſuper qua interponitur, ſtipula-
tio ipſa conuentionalis dicenda, Caſtrenſi autore, erit.
Quæ declarat suo argumento, & illo adiuuari non leuiter
videtur, quod ſi à conuentione ipſa, quæ in ſtipulatio-
ne ineſt, conuentionalis nomen deducimus, Non re-
cte ſtipulationum conuentionalium ſpeciem ab alijs
iuriſconſultus diſtinxerit. Nulla quippè conuentiona-
lis dici ſtipulatio non poterit. Quatenus, & conſenſu,
& conuentione interrogantis, & reſpondentis cōſiſtit.
307 † Neq; conſenſu, & conuentione carere ſtipulatio
poteſt l. 1. §. pen. ff. de pactis. Ea propter verba illa d. l.
5. in prin. Conuentionales ſunt, quæ ex conuentione
reorum idest promittentium fiunt. Ad conuentionem
referri antecedētem oportet. Ita ad materiam, ex qua
ſtipulatio inducitur, non ad modum ipſum ſtipulan-
di, qui in conuentione ipſa immediata vertitur,
verba illa referri conuenit, quæ ex conuentione reo-
rum fiunt.

Secundò ad conuentionem immediatam ſtipula-
tionis, & quæ ad modum conueniendi, aut ſtipulandi
pertinet verba illa non referri, aliter etiam oſtenditur.
Quoniam ſi ad modum conueniendi, aut ſtipulandi
relatio admittitur, Conſequens fit, conſenſu conuen-
tionis, non verbis ſtipulationem contrahi. & à conſen
ſu, & conuentione nomen eius exurere. Quod a ver-
bis ipſis trahi palam eſt, vt hac l. in prin. & l. obligamur
§. verbis ſupra titu. 1.

Sed dicturus quiſpiam erit, declarationi huic, vt à
cōuētione præcedente conuentionalis nomē ſtipula-
308 tio ferat † ex particulā refragari, quę causā immedia
tā dicit l. ex hoc iure ff de iuſti. & iure l. ex eo tēpore §.
fi. Ibiq; Bar. ff de pecul. l. 1. §. ex incendio, ibiq; Bat. infra
de incen. Rui. naufra. l. non dubiū C. de ll. l. 1. C. ſi ſer-
uus extero. Eā ob rē ad conuentionē immediatā ſtipu
lationis, per quā fit, nomē ipſum conuentionalis ducē
309 dum. Secūdò † à modo ipſo concipiendi, & contra-
hendi, formam ſtipulatio accepit d. l. 5. §. ſtipulatio. vbi
à modo ipſo ineundi tanquā à forma, definitio ſtipula
tionis ſumitur. & à forma ipſa potiuſquā à materia
denominationem faciendā, cū à forma rei ſubſtantia
pendeat l. iulianus ff. ad exhiben. Atq; in ſpecie, à ver-
bis ipſis, quibus cōtrahit̄, quaſi à forma, nō à conſenſu
tāquā materia ſtipulationē vocari in rubri. ſ eo. Soci.
docet. nu. 15. in fi. verſi. ſed cōſidera. Reſpondet̄, causā
æque proximā in cōuentione antecedente, ſuper qua
ſtipulatio adhibet̄, atq; in modo ipſo ſtipulādi verſari
quatenus connexa hæc ſunt, res, & contractus, qui de
re fit. & vna ſimul vtrunq; concurrit.

Neq; monet, vice formæ modū ſtipulationis ineſſe
dę intelligi. Quoniā ſi modū hūc ſtipulādi ſpectamus
conuētionalis dici ſtipulatio nō poterit, at ſtipulatio
ſimpliciter, prout verborū obligatio eſt, in quibus mo
dus ipſe ſtipulationis cōtrahendæ cōſiſtit d. l. 5. §. ſtipu-
latio. vnde ratione modi cōtrahendi in denominatio-
ne hac ſtipulationis habitā conuentionalis nō eſſe li-
quet. Secundo reſpondetur, modi etiā ſtipulādi, & for
mæ ratione habita, à forma nomē acceptū. nimirū ſti
pulationis, quę à verborū forma obligatio verborū di
citur, & ab interrogante, qui ſtipulatur, ceu digniore
nomen adepta vnde ſtipulatio per prius appellat̄. Cō-
uentionalis autem ſecundo loco idcirco à re, aut ma-
teria nuncupata, quo planū fieret, nō per ſe principali-
ter, verum conuentionis alterius præeuntis cauſa ipſā
interponi. Quocirca cognomēti, aut nominis cuiuſ-
dam appellatiui vice vocabulum hoc conuentionalis
habetur. vnde ab alijs diſcretio eius fiat. Nomen planè
proprium.

Si dixeris, ſenſui huic Caſtren. particulā ex nō cōue-
310 nire, † de qua in d. l. 5. in prin. quæ ex cōuentione fiūt.
Quoniā ſi de conuētione antecedēte tex. intelligimus,
vtiq; nō ex cōuentione ꝑcedēte, at ſuper ea ſtipulatio
fit, vel in ea adhibet̄. Ex ea planè cōtractus factus prior
eſt nominatus, vel innominatus. Reſpondet̄, particulā
ex ad ſignificatū particulæ in nō raro in legibus perti-
nere l. cum miles § 1. ff. ex quibus cau. maior. Ibi item
ex omnibus reliquis caſibus reſtitutio facienda erit.
idest in reliquis l. filius §. 1. ibi id quod mihi ex eo teſta
mento relictū eſt ff. de inoffi. teſta. & illud ex toto ſatiſ-
faciā idest in totū, inſolidum. in quo ſignificatu, & de
particula inuenit̄ l. ſi ſeruus legatus §. huiuſmodi ff. de
lega. 1. ibi idq; & de hærede inſtituendo dicēdū exiſti-
maui. Ideſt, & in hærede. & illud, teſtimoniū de ſua re
dixit, idest in cauſa propria. & alia non pauca. inter
quas particulas de, & ex conuenire, nemo dubitat, nō
abſurde igitur, verba illa ita exponemus, conuētiona-
les ſunt, quæ ex cōuentione reorū fiunt idest in cōuē-
tione. In quo ſignificatu expreſſim tex. loquit̄ in d. l. iu
ris gentiū § ꝙ ferè. ꝙ fere nouiſſima pars pactorū ita
ſolet inſeri. Rogauit titius, ſpopondit Meuius. de ſtipu
latione enim meminit, quæ in fine contractus inſeri-
tur. Atq; de conuentionali.

Sensus igitur d. l. 5. in prin. verſi. cōuentionales. in de
claratione Caſtren. erit. In conuentionibus quibus vis
iuris gentium recte ſtipulationē inſeri. Eaq; ratione cō
uentionalē appellari, quaſi dicat, ſtipulatio quandoq;
nō p ſe principaliter, & ſimpliciter contrahitur, verum
conuētionis alterius præcedentis cauſa. Ad quē modū
rem excutiendo, ad differentiā ſtipulationis ſimplicis
quæ per ſe principaliter fit ſtipulatio dicenda conuen-
tionalis erit.

Defendi tamen Caſtren. ſenſus ita poterit, ſi id eum
ſenſiſſe dicimus, vt qua ratione ex libero cōtrahētiū ar
bitrio, & cōſenſu cōuentiones omnes iuris gentiū con
ſtant, cōtētioſis eo iure nō ortis, ita cōuentionales ſti-
pulationes dici, quæcunq; in caſibus iure gentiū cogni
tis interponūtur, hoc eſt ſiue ad cōtractus nominatos
ſiue ad cōuentiones nudas, & innominatas ſtipulatio-
nes adſtruant̄. ſenſus is Caſtr. ad ſtipulationes cōuētio
nales, verbis tex. nō cōuenit, vt ad conuentionē ante-
cedētē relatio fiat. Reſtrictionem quippe nimiā à ſen-
311 ſu hoc tex. accipit † qui generaliter de cōuētione lo-
quit̄ Vulg. l. de pretio ff. de publicia. vnde ſenſū omnē
reſtrictiuū ſermoni literario contrariū Bal. ait in cōſi.
371. in volumine capitulorū S. uliani nu. 1. verſi. &
ideo attentis verbis lib. 5. Secūdo res tex obſeruat, quæ
in ſtipulationē deducunt̄, & ſuper quibus ſtipulatio fit
312 inde † genera totidē ſtipulationū inquit, quot pene
rerū cōtrahēdarū genera, aut modi ſunt. quaſi dicat, ſi
modos omnes intuemur, quibus cōtractus fieri de re-
bus poſſunt, ad omnes cōuenire ſtipulatio poteſt. Qua
re quę in cōtractū vēditionis locationis, mutui, cōmo
dati, & deinceps alios venire res poſſunt, de eis contra
here ſtipulationē licet. veluti cū interrogāu vēdere qs
locare, cōmodare, mutuare, & deinceps pmitti, vel cū
id, ꝙ ſub cōtractu compraehēſū nominato eſt, in ſtipu
lationē repetit̄. vt in d. l. ſi ſtipulatus, ligenera ſeu mo-

di

Neq; mouet, ſtipulationem nullam conuentiona
lem ad modum hunc non inueniri, cum ex conuen-
tione, & conſenſu omnes fiant, & carere conſenſu
nequeant.d.l.1.§.pen.ff.de pactis. Atq; ideo non rectè
conuentionales ab alijs ſeparari. Quoniam inficias id
313 imus. Immo eiuſ ſtipulationes non deſunt, † Quæ
à iudicis exiguntur, Cuiuſmodi ſunt quæ prætoris
edicto, iudicisve officio præſtantur, De damno puta
infecto legatorum ſeu fideicommiſſorum præſtando
rum nomine, Rem ratam dominum habiturum.
& in vniuerſum iudiciales, & prætoriæ nomine voca
ri conuentionalium nequeunt. ſiquidem non ex con-
uentione libera, verum iudice, aut prætore cogente
interponuntur. Atq; ideo à iuris neceſſitate, non pro-
mittentium voluntate proficiſcuntur. Conſequenter
his dicendum, ratione iudicialium, prætoriarum, &
communium, & ob diſcrimen earum demonſtran-
dum, conuentionales nuncupari, non quod ſuper
contractibus, aut conuentionibus alijs adhibeantur.
Proinde interfuturũ non erit, ſimpliciter, & per ſe, an
conuentionis antecedentis cauſa, ſtipulatio fiat. vtro-
que enim caſu eadem nominis, ethimologia vertitur.
hoc eſt ex conuentione ipſa contrahentium ſtipula-
tionem fieri. Namque, & ſi maxime ſuper contractu
admota alio ſit, Ex conuentione tamen, & conſenſu
id partium contingit. Ita falſo obijcitur, ſtipulationis
conuentionalis vocabulum ſtipulationum commu-
ne omnium intelligi, Atq; ideo non rectè per ſe con-
uentionalium ſpeciem ab alijs ſemotam.

Apparet ex his, Tam, & ſi contractus, aut conuen-
tioni prior ſtipulatio inſeratur, Inde tamen conuen-
tionalem non dici, verum quod à libero contrahen-
tium arbitrio, aut conuentione pendet.

Summa nodi huius explicandi erit, Ad caſus om-
nes Qui iuri cogniti gentium erant, nominati vel nõ
contractus ſint, ſtipulationes accommodari. & quia
nullo hæ compellente, interueniunt, conuentionales
vocari. Quibus autem caſibus contrahendi paciſcen-
divè modus iure introductus gentium non erat, verũ
à iure ciuili inductæ ſtipulationes ſunt, Quoniam à
partium conuentione atq; voluntate non pendent cõ
uentionalium eas nomen non ferre.

Nomine hoc ſtipulationum conuentionalium ita
ennarrato, ad cauſam vtilitatis in ſtipulatione parien-
da redeundũ. Quam vtilitatem in ea poſuã ſtipulatio
314 ne diximus † Quæ ad cõtractum adſcripta nomina-
tum eſt.d.l.ſi ſtipulatus.ff.de vſuris. In qua re admiratio
non temere cognatione prima capere quempiã pote-
rit, Cui nam bono eſſe hoc genus ſtipulatio poſſit, cũ
& ea non iniecta, ad actionem tñ ædendam ſatis per
ſe nominatus idoneus contractus eſt d.l. iuris gentium
in prin. Sed enim ſrugi expertem, ſtipulationem hanc
non eſſe, in dicta rubrica, & per tex.in dicta lege ſi ſti-
pulatus. Caſtrẽ. uit vtilitas planè expoſita ab eo nõ eſt.

Quocirca vtilitatis huius enarrandæ cauſa, ſcien-
dum, caſus vnum atq; alterum in d.l. explicari. Prior,
quotiens per ſe, ſolaq; ſtipulatio fit, fundum dari, va-
cuamq; poſſeſſionem tradi. Caſus ſecundus in verſi.
verum. Ad ſtipulationem pertinet, quæ ad contractũ
nominatum adiecta venditionis eſt. Ad rem caſus
prior non attinet. vtpotè in quo neceſſitatis, non vti-
litatis cauſa vertitur. vnde in caſu ſecundo vtilitas in-
quirenda.

315 Rei cuius explicandæ cauſa ſciendum, † Certamen
inter contractus bonæfidei, & ſtricti iuris fructuum ra
tione contingere, ex quo tempore debeantur. In con-
tractibus enim bonæfidei illico debentur, vbi mora
facta traditioni rei eſt l. mora. §. in bonæfidei. l. videa-
mus in prin. & §. ſi actionem. ff. de vſur. l. Iulianus. §.
ſi fructibus. ff. de actio. empti. lege fructus. C. eo. titu.
In contractibus vero ſtricti iuris non à mora, ſed cum
litis facta conteſtatio eſt, deberi fructus incipiunt. l. cũ
fundus in prin. ff. ſi cer. pet. d.l. videamus. §. ſi actionẽ.
l. ſi filiusfamilias. § fi. infra. eo. Hoc ita, niſi in id, quod
intereſt, ſtipulatio committatur. Qualis ſtipulatio rẽ
tradi eſt. l. ſi rem tradi infra. eo. In ea enim ex mora
ipſa fructus non quaſi fructus, at intereſſe nomine ve-
niunt. l. ſi fundum infra. eo. Bar. in d. l. videamus. § ſi
actionem. Iaſ. in d. l. ſi filiusfamilias. §. fin. nume. 3.
infra. eo. Quicquid Atcia. obſtrepat in l. vnica num.
66. C. de Senten. quæ pro eo quod inter. Argumenta
cuius difficilia profligata non ſunt ſed locus hic diſce-
ptãdi non eſt. In obligatione planè rem dari, quaſi in
tereſſe deberi fructus nequeunt. Id quia ad quod inter
eſt, non committitur, verum dominij tranſlationem
habet. l. fi. ff. de condi. ob cau. l. ſi ita diſtrahatur. ff. de
contra. emptio. l. mortuo boue. § labeo. ff. de lega. 2.
ſi ſeruum. §. fin. l. vbi autem non apparet. §. fin. infra.
eo. Soci. in rubri. ſupra eodem num. 23. verſi. quarto
loco. Eam ob cauſam niſi poſt litem conteſtatam in
obligatione dandi fructus non veniunt. d. l. cum fun-
dus in prin. d. l. videamus. §. ſi actionem. Ibiq; Bar. &
d. l. ſi filiusfamilias. §. fi.

His ita prænarratis, dicendum ratione prima vide-
tur, vſui eam ſtipulationem non eſſe venditioni in d. l.
316 ſi ſtipulatus. inſertã, † Namq; in fructibus ibi, & par-
tu ancillæ diſceptatio vertitur. Quos facilius ex con-
tractu bonæfidei, quam per ſtipulationem deberi, de-
monſtratum mox habemus. Atq; ex tex. ipſo in fi. id
probatur, vbi actione ex empto fructus debentur, qui
peti ex ſtipulatu non poſſint.

Secundo ex ſtipulatu non aliter fructus vti fructus
debentur, niſi duo ſtipulatio complectatur, rem dari,
& vacuam poſſeſſionem tradi, ne inutilia verba illa
maneant, vacuamq; poſſeſſionem tradi. Quod ſecus
in contractu ipſo nominato venditionis eſt, in quo
ſatis rem tradi obligatio ad fructus poſt moram peten
dos eſt. vt in d. l. ſi ſtipulatus, & in alijs ibi relatis apparet.

Conſequenter his dicendum, Ab emolumento
omni circa fructus, vacuam ſtipulationem intelligi ad
contractum nominatum adiectam ſecundo ineptam
ſtipulationem hanc videri in contractu nominato in-
terpoſitam, aliter etiam ex tex. memorato d. l. ſi ſtipula
tus. declaratur. In quo offenſionem verbum dari ſu
ſtinet in ſtipulatione expreſſum cum rem venditam
dari emptor ſtipulatur. vt ad naturam contractus ven
ditionis, hoc eſt ad factum traditionis reſtringatur. nõ
317 etiam dominij tranſlationem denotet, † tradere enĩ
non dare venditor tenetur. ſi dominus non eſt l. ex em
pto in prin. ff. de actio. empti. ſi impropriè verbum
dari in ſtipulatione ob contractum nominatum, ſu-
per quo facta eſt, accipitur. Quid vtilitatis intelligi in
ea poterit. In qua re ingenio ſuo defeciſſe Caſtren. vi-
detur. Qui vtilitatem ipſam niſi in genere, & per re-
miſſionem non declarauit. Idq; præter morem ſuum,
Cui primæ in difficultatibus explicandis deferri ſolent
quare de vtilitate ipſa ſatis eum certũ fuiſſe vix credã.

Vtilitatem in ſpecie hac, in d. Rubri. Bal. iun. obſer
uat nu. 28. verſi. tertio quia. Ibiq; Soci. num. 18. circa
prin. verſi. probans ipſi eorum concluſionem. Iaſ. in
l. qui bis idem col. 3. in fi. in tertia limitatione infra eo.
Quam vtilitatem in actionum, aut remediorum nu-
mero ponunt, quod actio noua ex ſtipulatione vltra
actionem ex contractu nominato, ſtipulatori accedit
318 † Noſtra quippe intereſt, actiones plures habere. l.
habebat. ff. de inſtitor. l. quod in hæredem. §. eligere. ff.
de tributoria. l. non eſt nouum. ff. de actio. empt. l. Au
relius. §. fi. ff. de libera. lega. Quam vtilitatem Bar. etiã
notat in l. ſingularia nu 9. ff. ſi cer. pet.

Vtilitas planè in remedijs pluribus circa excluſio-
319 nem inuenitur, † quod vno perempto, renũciatione
puta, incolume alterum manet. l. 1. §. inter. ff. de

Ee ſucceſ.

ſucceſ.edic.l.quotiens duplici. infra de reg.iur. Ius idē in excluſione temporis ſeruādum, cum extincta vna actio per tempus eſt, ſi vita lōgior alteri ſit. Signorol. in conſ.10 nu.4.circa fi.verſ.ſ.ē nec obſt curſus anni.

Exemplo & alio excluſionem actionis vnius, in d.
320 rubr. Soci. cōmemorat, † quotiens per ſententiam iudicis excluſio ſequitur. vt ſi in actione vna liti actor reo abſoluto, ſuccumbat, ad alterā adeat. Quam vtilitatē in d.rubr. Nigri etiam agnoſcit.nu.107. Idē Soci. in conſ.84.nu.37.lib.2. Secundum quæ, locū exceptio habitura rei iudicatæ non erit, vbicunq; actione alia res eadem petitur. Idq; ad tex. ampliandos profuturū non mediocriter erit in l. cum quæritur. & in l. & an eadem. ſupra de excep. rei iudi.

321 Vtilitatem hanc recipiendā Soci. non puto, † vbicunq; factum ipſum per ſententiam perimitur, aut negatur. Actio enim omnis per ſententiam tollitur. verbi gratia actio furti in duplū, aut quadruplū dictatur. Si eum iudex ideo abſoluit, ꝙ admiſſum furtum non eſt. Ita factū ipſum furti per ſententiā excluditur. Ad conditionē furtiuam etiā ſententia trahitur, reiq; iudicatæ exceptionem aduerſus eam ꝑducit. Id quia per ſententiā id genus facti radix ſtirpitus ſuccidiitur, vt frutex, aut ramus ſupereſſe vllus nequeat. l. ſi duo. §. idem Iulianus. l. duobus. § ſi colonus. ff. de iureiuran. l. ſi quis cum totū. ſupra de exceptio. rei iudi. Signorol. in conſi.203 col.1. poſt med. Inde generaliter plus nimio vtilitas hæc expreſſa à Soci. eſt.

Præter actionum ſeu remediorum numerū, vtilitas & altera deſcendere ex ſtipulatione id genus poteſt contractui nominato ſubiecta. hoc eſt propter titulo-
321 rum pluralitatem. † Noſtra quippè intereſt, titulis pluribus rem poſſidere. c. poſt electionem de conceſſ. præben. Bar. in d.l. ſingularia.nu.9. Bal. poſterior in d. rubr.nu.29. Idem ex Oldra. probatur in conſi.23. vidi quæſtiones in fin. Caſtren. & poſteriores in d.l. qui bis idem infra eo. Deci. in l. nemo ex his. §. 1. infra de reg. iuris. Prolixius Calderi. in cōſ.7. de electio. Quid enim ſi titulus vtilis vnus non eſt. An non in rem noſtrā futurus alius erit Abb. in c. veniens.nu.18. de præſer. Gomeſ. in reg. de publican. reſigna.q.18. col.2. in fi. & ſeq. pag. 997. Caſſad. in regul. cancel. deciſ.21. num.5. & ſeq. fol. 35.

Supra actionum & titulorū numerum, vtilitas ter-
322 tia à robore firmiore exiſtit. † firmiorē quippè contractū nominatū ſtipulatio præſtat. l. ab emptione. ff. de pact. iuncta. l. emptor. in prin. eo. titu. Contractus enim nominatus iuriſgentiū ſicut conſenſu ſolo perficitur, ita conſenſu ſolo, re integra diſſoluitur. d. l. ab emptione. Atqui nō æquè facilè euertitur ſtipulatione interpoſita. Stipulationem quippè, & alterā reſolutio poſcit. d. l. emptor. Quam vtilitatem in eadem rubric. Bal. iunior refert nu.29.

323 Vtilitatem quartā † & ipſam in genere non cōtractuū nominatorum cauſa ſolūmodo in d. rub. Galiau. exprimit nu.140 vt ꝙ ſua intereſt, quiſq; ſtipuletur. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. infra eod. §. fin. inſti. de verb. obl. §. alteri. inſti. de inutil. ſtipul. De quo intereſſe Bar. meminit in l. vni. nu.8. in fi. nu.10. circa fin. verſi. nota ibi cuiuſcunq; nu.20. verſ. venio ad quartam. & nu.27. Eandem vtilitatem in genere, ſub d. rubr. Alcia. probat nu. 22. vbi clarā vtilitatis cauſam in ſtipulationē aſſerit, de qua in d. l. ſtipulatio iſta. §. alteri.

Ratio hæc Galiau. & Alcia. mihi non arridet. Quoniam ſenſus is dictorū textuum non eſt, vt rationem, aut cauſam ſtipulationis inducendæ afferant, verū vt ex diuerſo oſtendant, nō eo inuentā ſtipulationem eſſe, vt ꝙ ſua non intereſt ſtipulari concedatur. Rationēq; hanc ſtipulationis inueniendę nō eſſe, demonſtratur, ꝙ ſpecialis ratio hæc in ſtipulatione non eſt. verum
324 † ad conuentionē omnem generaliter cōpetit. Quæ firmitatem non aliter obtinent, niſi paciſcentiū interſit. l. 1. cum glo. l. fideiuſſoris. cum l. ſeq ff. de pact. Inde fit, vt in ſpecie quauis locū exceptio habeat, tua non intereſt. l. ex conuentione. Ibiq; Curt. poſt Ang. in tertio nota. C. de pact. l. ſi quis ex argētarijs. §. ex hoc ędicto. ff. de ędendo. l. fideicōmiſſa. § interdum ff. de lega. 3. l. prętoris. § fi. & l. qui bona. §. qui damni. ff. de dam. infec. l. 1. in prin. infra quorū appel. non recip. l. ſi procurator. C. manda. c. cum inter. 1. de electio.

Vtilitatem quintā ſtipulationis in d. rubr. Nigri ad-
325 fuit nu.119 † Quæ in veſtimento conuentionū nudarum iuriſgentiū vertitur. Inde nomen etiā non indecorū ſtipulationum conuētionalium adeptæ. Cum niſi vocabulo generali conuentionū non vocētur. Sed enim neceſſitatē hic, non vtilitatem ſolā interuenire, demōſtratum in ſuperioribus habemus. Eadem ratione non rectè niſi cauſam vtilitatis in caſibus à iuregentium perſpectis in d. rubr. Caſtren. nō obſeruat. Immo enim cauſa ꝓcipua ſtipulationis cōperiendę, à neceſſitate fuit, ne nudæ inanes cōuentiones manerēt. Quas à iuregentiū eſſe non dubitaſ, & de qua neceſſitatis cauſa mentio vberior facta in ſuperioribus eſt.

Quinta pars tractatus huius ad diuiſionē, aut diſtinctionē ſtipulationum ſpectat, quotuplex ſit ſtipulatio. Quæ diuiſio in tex. expreſſa legitur in d. l. 5. in prin. & inſtit. de diuiſ. ſtipula. Quam diuiſionem Longouallius etiam explicat in l. imperium. nu.73. ff. de iuriſdi. om. indi.

In qua re obſeruandū, mitius in prętorijs, quā in iu-
326 dicialibus ſtipulationib. agi. ſtrictim † enim aut durius non adeo ꝓ ſtrictę, ac iudiciales obligant. l. pœnales. §. omnes. ff. ad l. Falcid. vbi diuiduitatem ſtipulatio prętoria iudicatū ſolui ex capite ſolutionis, & defenſionis admittit. Ideoq; niſi victori contra victū, & niſi non defenſo contra eū non competit, à quo præſtita defenſio nō eſt. Quod aliter in ſtipulatione ſtatutum iudicialis eſt. iube enim duriores in ea introductū, vt lectionē non patiatur, atq; ideo culpā hæredis vnius, innoxij alij prętitant. ſi ab vno puta hęrede vēditoris defenſa res non eſt. Inſolidum. n. & alij obligantur, qui defenſioni nō defuerunt. l. cum ex cauſa. infra eo. Qui tex. in ſtipulatione duplę loquitur, quatenus iudicialis eſt ob res pręcioſas puta, vt Bar. ibi docet, & Caſtren. in d. l. 5. in prin. nu.2. in fi.

327 Molliores prę. orias † iudicialibus ſtipulationib. eſſe, Iaſ. etiam ſcribit in d. l. 5. in prin. col. pen. 10. Pla. in ſtit. de diui. ſtipula. col. 1. in fi. Rubeus in l. ſed & ſi quis §. quæſitū. nu.43. ff. ſi quis cautio. Idē ex Bar. oſtenditur in l. 4. §. cato in 2. q. Ibiq; Ang. a Perigl. nu.42. Bal. iun. nu.17. in fi. Bologni. nu.175. Galiau. nu.94. & pluribus ſeq. Crot. nu.115. Hormanno. nu.439. Buugel. nu 16.

328 Diuerſitatis huius ea eſt ratio, † ꝙ æquitatem prętor in primis colit. Eamq; curæ ꝓcipuè habet. l. 1. in prin. ff. de minor. l. æquiſſimū. in prin. ff. de bon. pol. ſecund. tab. §. emancipati. inſti. de hæred. quę ab inte. defer. Inde dicimus, à fonte eadem æquitatis naturalis naturalem, prętoriam vè obligationem manare. Siquidem niſi ad æquitatem naturalem prętor non ſpectat, vt Fortun. ſcribit in l. iurigen. §. prior att. nu.27. ff. de pact.

329 Diuiſionem alteram ſtipulationum † text. docet in l. 2. in prin. infra eod Qui ex dando partim, in faciendo alias conſiſtere ait, & an ſpecies tertia mixtarum videlicet inueniatur, quæ dationem & factū habeant, Bart. ibi cæteriq; tradunt. Idq; per concluſionum diſtinctionem Alcia. rem indicat.

330 Tertia ſtipulationibus diuiſio † accedit, quod diuiduæ quædam, indiuiduæ aliæ æſtimantur. d. l. 2. § item ſi in facto & §. ex his. dict. l. 4. §. cato. & l. ſtipulationes non diuiduntur. l. in executione. infra eod.

331 Quarta ſtipulationū diuiſio † legitur, ꝙ verè fictęq; interueniunt. Ex caſibus enim quinque fingi ſtipulatio

ſolet.

ſolet. De quibus mentio hic apud Bar. & alios fit, &
quos ſingulatim Alciat. hic commemorat. nu. 19. &
pluribus ſeq. Nigri num. 70. in fin. verſi. antequam ad
glo. deueniam. Caſus & alios quattuor Alcia. ſubiun-
git, quibus fictæ locus ſtipulationi eſt. Sed & caſus
alios præter Alciat. Nigri accumulat. num. 101. &
& ſequen. turba.

In ficta hac ſtipulatione prætereundum vnum nō
duxi, quod apud Bal. ſcriptum iuniorem eſt in l. 1. nu.
93. ff. ſolut. matri. & in tracta. de dote parte 6. priuil. 2.
332 † Locum ſtipulationi fictæ non aliter eſſe, quam ſi
habilitas extremorum interueniat à quo & ad quod.
iuxta l. bonorum infra rem ratam habe. De quibus
extremis apud Bart. in l. ſi is qui pro emptore. nu. 2. &
nu. 4. verſi. & eſt ratio. Iaſ. nu. 94. & num. 122. ſupra de
vſucapio. Signorol. in conſi. 217. nu. 3. Inde Bald. iun.
ait, in muto, qui dotem accipit, aut alij promittit, ſti-
pulationem ad vtilitatem mulieris ita fingi, ſi ſeruum
præſentem habet, opera cuius verè concipi ſtipulatio
queat. Quam opin. receptam Nigri hic aſſerit nu. 66.
& ſeq. Docto. enim fictionem hanc eo admittunt, quod
per ſeruum muti conſumari ſtipulatio poteſt. Ita fin-
gendi, & extremorum habilitatem in ſeruo locant.
333 Limitationem, † aut reſtrictionem hanc Bald. no-
uelli repudiandam omnino arbitror. falſo quippè fun
damēto nititur, habilitatem extremorum in ficta ne-
ceſſariam ſtipulatione eſſe. Quo pacto enim neceſſi-
tas hæc habilitatis admittetur. Cum verba ſtipulatio
ficta non deſideret, vt Bart. hic in prin. ſcribit Galiau.
num. 15. Nigri num. 39. verborum igitur neceſſitate in
ſtipulatione ficta remiſſa, nihil eſt, quod impoſſibili-
tatem verè ſtipulandi in muto adferamus, ſeruo eius
abſente, per quem verè fieri ſtipulatio poſſit.

Secundo ex verbis Nigri hic. d. nu. 39. opinio hæc
Bal. iun. confutatur. Cum inter abſentes etiam, fictam
hanc procedere ſtipulationem ait, per tex. in l. vnic. in
prin. C. de rei vxor. actio.

At enim habilitas extremorum intelligi in ſtipu-
latione nequit, quæ inter abſentes fingitur. Baldo item
iuniori Parpal. aduerſatur in d. l. 1. num. 19. ff. ſolut.
matrim. Cum ad tex. reſpondet in l. qui ad certum. ff.
loca. Quorum igitur ſerui præſentiam exigere, verbis
cuius opus non eſt. l. non cogendum. in fi. ff. de procu.

Secundo argumento inuicto Bald. iun. opinio pro-
ſternitur. In ſpecie enim controuerſa; in qua fictio
admittitur, habilitatem extremorum exigit. Vnde cū
dotem mutus accipit, aut pro muliere promittit, ſer-
ui eius præſentiam Bald. iun. exquirit, per quem verè
ſtipulatio fieri, aut promiſſio poſſit. Atqui præſuppo-
ſito falſo nititur, in ſpecie ipſa habilitatem extremo-
rum deſiderari, in qua fictio verſatur.
334 Cum ſatis † habilitas in genere ſit, tam & ſi in ſpe-
cie controuerſa abſit. Quare viuere fingitur, qui viue-
re deſijt. Quo caſu impoſſibilitas, aut inhabilitas in
ſpecie haud dubiè contingit. l. in bello amiſſi. de excu-
ſator. l. fin. in prin. infra de vaca. muner. Eo autem lo-
cum id genus fictio habet, quod fieri in genere poteſt,
vt ſuperſtes is ſit, quem incolumem lex fingit. Ita Bar.
docet in d. l. ſi is qui pro emptore. num. 26. & ſequen.
in l. eandem. in princip. infra titul. 1. in l. ſub conditio-
ne. colum. 1. infra de ſolutio. Salic. in l. ſi non ſinguli.
num 2. in fin. C. ſi certum petat. Alex. in l. 1. §. ſi vir ſu-
pra de acquiren. poſſeſſ. Socin. in d. l. 1. num. 24. ff. ſolu.
matrimo. Deci. in l. verum eſt. num. 3. infra de regul.
iuris. Iaſ. in l. 3. §. ex contrario. nu. 19. ſupra de acquir.
poſſeſſ. In genere porrò impoſſibile vertitur, ſi infantis
335 aut furioſi cuius conſenſum lex fingeret. † Cum in
genere conſenſus vllus infantis inueniri, furioſivè ne-
queat. d. l. qui ad certum. ff. loca. Inde etiam fit, vt ma-
iorem natu adoptare minori non liceat. Id quia fieri
id in genere, & per naturam nequit, vt maior quam
pater, filius ſit. Quare ſicut natura contingere id non
poteſt, ita nec per fictionem legis. l. ſi pater. in fin. & l.
ſequen. ff. de adoptio. §. minorem inſtitu. eodem titu.
336 Satis igitur † in ſpecie ſtipulationis circa mutum
fingendæ erit, ſeruum ei eſſe in genere poſſe, per quem
verè ſtipulatio fiat. Tametſi in ſpecie non habeat, in
qua ſtipulationis fictio vertitur. Quo magis admirer,
reſtrictionem hanc in perniciem mulierum Bal. no-
uel. excogitatam. Neque Nigri teſtimonium obeſt,
Doct. conſenſione Bal. iun. ſententiam receptā. Quo-
niam falſi teſtimonium hoc reuincitur. Neq; Doct.
verba, mentemvè timatus Nigri eſt. Eo enim ſtipula-
tionem fictam in muto admittunt, quod per ſeruum eius
fieri ſtipulatio poteſt. Ita habilitatem, & potentiā per
ſeruum ſtipulandi in genere obſeruant. Serui planè
interuentum nō poſcunt. veriſimiliter de eo mentio-
337 nem facturi, ſi eo cetere fictio nequeat, † Cum indi-
gna res non ſit, quę in ſpecie memoretur. l. item apud
Labeonem. §. ait prætor. infra de iniur. l. eos. C. de
aquæ ductu lib. 11.
338 Sexta tractatus huius pars in q̄ſtione ponitur, † vtrū
ad contractus appellationem ſtipulatio pertineat. De
qua re certamen non leue inter Doct. recentiores in-
primis, agitur, opinionem affirmatiuam, cōtractus ap-
pellationi ſtipulationem cedere, in d. rubri. ſupra eod.
Bal. poſterior amplectitur. nu. 58. Galiau. num. 122. &
ſeq. agmine. Coraſ. nu. 11. & ſeq.

Eadem opinione Fortunius vtitur in l. 1. §. ſed con
uentionum. nu. 6. ff. de pactis. Rubeus in l. non ſolum.
§. morte. nu. 486. ſupra de oper. noui nuncia.

Opinione diuerſam glo. probat in §. conuentiona-
les inſti. de diuiſ. ſtipul. cum text. nominat in l. Labeo.
ff. de verb. ſignif. & quamuis verba ipſa gl. affirmatiuā
in codice meo dicant, attamen effectus ipſe verbis re-
pugnat. Cum tex. adſert in d. l. Labeo. Qui ad negati-
uam ſpectat. Atq; in ſpecie ad negatiuę probationē
glo. ea à Coraſio profertur in l. frater à fratre. num. 3.
ff. de condi. indebi.

Opinioni huic negatiuę Bar. adſcribit in d. l. Labeo
§. contractum. Caſtren. & alij in l. fin. ff. de condi. ob
cau. Iaſ. post Alex & Areti. in d. l. 5. in princ. ff. eo. Crot.
in d. rub. ſupra eo. nu. 20. in 2 lect. Veri. nu. 381. qui in
exitu commentarij eſt. Cum opin. hac Cagnol. etiam
facit in l. ſi quis maior. num. 31. C. de tranſactio. Cum
Alex. refert in d. l. 5. in prin.
339 Apparet ex his † frequentiorem non dubiè opi. ne-
gatiuam eſſe. Veriorem etiā text. indicat in d. l. Labeo.
§. contractum. Ex quo text. limitatio opinionis huius
deſumitur, vt niſi in ſtipulatione locum lucratiua non
habeat, in qua vltro citroque obligatio non vertitur.
Cauſa alia ſtipulationis oneroſæ videtur. In qua & ſti-
pulatoris onus, ſeu obligatio inuenitur. Ad eā enim
tex. conuenit in d. §. contractum.
340 Quibus porrò caſibus † contractus vocabulum ad
ſtipulationē pertinet, propriè, aut largè id fiat, ad con-
tractum nominatum competit Bar. in l. 2. in fin. C. de
condi. ob cau. Caſtren. in d. rubr. ſupra eo. Ibiq; Alex.
in vltimis verbis. Galiau. nu. 121. Alcia. nu. 31. Nigri. n.
124. Verius n. 231. Crot. n. 16. in poſteriore lec. Coraſ.
n. 14 Fortun. in d. l. 1. §. ſed cōuentionū. nu. 6. ff. de pact.

Septima tractatus huius pars ad modū, aut formā
341 ſtipulationis concipiendæ ſpectat. † Quibus eā fieri
modis oporteat, & quę ad eam neceſſaria inducendā
ſint. In qua re ſermonē contrahentis vtriuſq; tex. no-
ſter initio expoſtulat. ſtipulatio nō poteſt confici niſi
vtroq; loquente. Inde genera quattuor perſonarū tex.
ſubijcit, à quibus contrahi ſtipulatio nequit. Mutum
videlicet, ſurdum, infantem, & abſentem.

Dicturus hic aliquis erit, illationē hāc quatuor per-
ſonarū ex dicto ipſo rectè nō ſequi. Qđ in locutione
conſiſtit, neceſſariā eam in ſtipulatione eſſe. At enim

ſurdo, infanti & abſenti locutio non deeſt. Reſpõde-
tur, non locutionem modo, ſed & auditum, intelle-
ctumque ſtipulantium in verbis illis textum poſcere,
342 quoniam exaudire ſe inuicem debent. † Exaudire
planè verbum auditum cum ſenſu, aut intellectu de-
notat, vt quod quis audit, intelligat. Idq; ex eo decla-
ratur, ꝙ infantis mentio fit, à quo intellectus abeſt. l.
cum pictor. §. pen. ibi quia iudicio carent. ff. de iudi.
l. nam. & ſi in fin. ff. de aliena. iudi. mutandi cau. fac. vbi
quod fraudis conſilium inire pupillus nõ poteſt. l. qui
iuraſſe. in prin. ff. de iureiuran. vbi periurium in pupil-
lo non cadit, quia ſciens non fallit. l. pupillus. ff. de acq.
hæredi. Ibi neque enim ſcire; neq; diſcernere talis ætas
poteſt, non magis quam furioſus. l. ſi. ſup. de manu. vin
dic. §. præterea. inſti. quibus non eſt permiſ. fa. teſta. Ibi
quia nullum eorum animi iudicium eſt. cap. fin. qui
matri. accu. poſ. c. ſunt qui opes. 17. q. 4. c. eos de con-
ſecra. di. 4. glo. in c. 1. in verſic. plenum de regular. lib.
6. De verbo hoc exaudire. text. etiam meminit in l. 2.
verſi. propter caſum. ff. de poſtulan. & in l. 1. §. fin. ſu-
pra titu. 1.

Secũdo hoc ipſo, ꝙ locutionẽ, & auditum tex. exi-
git, neceſſario loquentium & audientium intellectũ
343 præſupponit. † vtpote quo dempto, inanem ſermo-
nem eſſe, & auditum conſtat. l. Labeo. §. idem tubero.
ff. de ſupel. lega. inde voce carere furioſus dicitur, quo-
niam quod loquitur, non tenet. l. ſancimus. Ibique
Corn. C. ad Trebel. Iaſ. hic in primis verbis. & num. 7.
in ſ. nota. Crot. nu. 6. in fin. in poſteriore lectu. Galian.
in 4. nota. num. 16. Alcia. num. 30. & in audiente. d. nu.
16. Galia. tradit. Cauſa eadem præſentis eſt, quotiens
in actu quopiam præſentem quem fuiſſe dicimus.
Neceſſario eum & intelligentem præſupponimus.
Alioquin quorſum præſentiam ſpectare. Quid enim
344 differt, † præſens an non quis ſit, ſi quid agitur, non
percipit. l. diem proferre. §. coram. ff. de arbitr. l. 1. § 1.
Ibique Bar. ff. de authori. tutor. l. coram infra de verb.
ſignific. Alexand in conſi. 180. poſt princip. lib. 2. & in
conſ. 121. nu. 3. verſic. nam licet teſtis, lib. 3. Soc. in cõſ.
274. col 4. circa med. verſic. nec obſt. ſi dicatur, quod
quilibet lib. 2.

345 Conſequenter his dicendum, † tria ad ſtipulationẽ
conſumandam. l. huius primordio exquiri. Locutio-
nem, præſentiam & ſcientiam, ſeu intellectum eius, ꝙ
agitur. De locutione nõminatim tex. meminit. Præ-
ſentiam item exprimit, cum inter abſentes ſtipulatio
non admittitur. Intellectum quoq; exigi, declaratum
ante eſt.

346 Inde Doct. ſcribunt, † per nuncium, epiſtolamvè
ſtipulationem non confici. Idq; in nuncio dupliciter
ex tex. colligitur. Principio cum locutionem deſide-
rat. Quæ propriè intelligi verba conuenit, quotiens
intelligi propriè poſſunt. l. 1. §. ſi is qui nauē. ff. de exer-
citoria. l. ſi ita quis. §. ſi is cui. ff. de lega. 3. l. ille aut ille. §.
cum in verbis. l. nõ aliter. ff. de lega. 3. l. cum qui vecti-
gal. infra de verb. ſigni. c. 2. de tranſla. epi. c. in noſtra.
de iniur. c. propterea. cum ibi no. de verb. ſignifi. & alia
innumera. At enim per nuncium propriè quis non
loquitur arg. l. oſſa. in fi. ff. de religio. l. ſi pater. ſupra de
his quæ in frau. credi. Quas. ll. in ſententiam hanc in l.
hac Crot. profert. §. eadem autem. nu. 2. idem Galian.
hic probat num. 19. in quinto nota. Nigri num. 45. &
ſeq. Corai. nu. 20. Idque & iure illo notiſſimo, oſtendi-
347 tur, † qui per alium facit, ipſe feciſſe videtur. l. ita au-
tem §. geſſiſſe. ff. de adminiſt. tutor. reg. qui per alium
lib. 6. videtur plane verbum locutionem impropriã
fictionemque dicit. d. l. oſſa in fin. l. ſingularia in fin. ff. ſi
cer. pet. l. ſi duo. Ibique glo. ſcita. ff. de acquir. hæred. d.
l. ſi pater filio Ibique gloſſ. ſupra de his quæ in fraud.
credi. l. 1. §. deiecit ille. ſupra de vi & vi arma. l. in om-
nibus infra de capitiu. De quo tamen apud Iaſ. poſt
alios in l. ſi is qui pro emptore nu. 107. verſi. quarto &
vltimo inquantum Bart. ſupra de vſucapio.

Sed inductioni refragari huic videtur, quod ſcri-
ptum apud Decium legitur in l. 2. col. fin. C. de eden.
348 inter factum nuncij, & procuratoris referre. † Quod
enim per nuncium fit, à domino id actum propriè
intelligi. Quod aliter in facto procuratoris contingit.
Indeque fieri, vt nuncij confeſſio in iudicio facta no-
xia domino in iudicio alio fiat. Quod non perinde in
confeſſione recipi procuratoris ſolet. Idem Dec.
probat in c. ſignificaſti. in primo nota. de electio. Cor-
ſet. huc ſpectat ſing. 36. ſi nuncius. Nuncij vocem do-
mino tribui. Inde per nuncium facere conceditur, ꝙ
per ſubſtitutum non licet. l. pater ex prouincia. ſupra
de manu. vindic. Bal. in rubric. C. de exercitor. num. 4.
Alex. in l. quod quis num. 9. C. de procura. ſolutio. Ad
349 factum nuncij perfectum argumẽtum pertinet, † ꝙ
ad ius reſpicit Domini id enim propriè creditur. Quo
caſu locum habent, quæ obiecta contra ſunt. Cauſa
alia actus faciendi, ſeu ad ortum producendi eſt. ſiquè
enim per dominum fit. Ad quem caſum ſpectãt, quæ
ante relata pro hac ſententia ſunt. At enim de ſtipu-
latione concipienda quæſtio, hic tractatur. Itaque
cum locutionem exigat, per nuncium non explica-
bitur. Vox cuius domini verè, & propriè non eſt. Qua
reſponſione ad arg. refellendum Galian. hic vtitur in
quinto nota. nu. 19. Nigri num. 46. Crot. infra ead. l. §.
eadem autem nu. 2.

Ex Bart. reſponſio & ſolutio hæc innatur in l. mari-
tus. §. legis Iuliæ. infra de adul. In his, quę iuris ſunt,
350 † nihil referre, tale quid ſit, an pro tali habeatur. Idẽ
Bald. ſcribit inſtit. de hæredita. quæ ab inteſta. defer. in
prin. Quocirca ciuis verè, propriéque æſtimatur, qui
Ciuitate donatus priuilegio eſt; cum à iure ciuilitas
pendeat. Eadem ratione veritatem videtur verbum
in his dicit, quæ in iure conſiſtunt. l. quid tamen. §. ſi
arbiter. ff. de arbitr. l. ſeruum filij. §. 1. Ibique glo. a. &
Doct. ff. de lega. 1. l. 3. §. ex contrario. in fi. Ibique Ang.
ſupra de acquir. poſſeſſ. Cardi. in conſi. 56. no. 9. verſi.
tertius autem teſtis. & in conſi. 60 col. 2. circa med.
verſi. item ſtatuta. Iaſ. in l. clam. §. fin. num. 45. ſupra de
acquir. poſſeſſ. Locus igitur argumento eſſet, ſi ſtipu-
landi facultate per nuncium admiſſa, de eo quæſtio
tractaretur, vtrum quæ à nuncio facta ſtipulatio eſt,
à domino facta cenſeatur. Domini enim quantum
ad ius & iuris effectum dici propriè poſſet. At enim
de iure hic ſtipulationis factæ diſceptatio non verti-
tur, at de facto ipſo, quomodo fieri eam oporteat. In
qua re, factum nuncij, domini non eſſe, quis dubitet.
351 Ex text. etiam † reſponſio, & ſolutio hæc innatur in
l. cum hæredes in princip. ſupra de acquir. poſſ. Hæres
enim eadem ac defuncti perſona æſtimatur. l. hæres.
ſupra de vſucapio. l. hæredem. infra de regul. iur. in au-
then. de iureiuran. à morien. præſti. in princ. ſed enim
locum id in his non habet, quæ facti ſunt, & ex facto
conſiſtunt, de quo genere poſſeſſio circa acquiſitio-
nem eius eſt. Atque ideo ad hæredem non ambulat,
ſeu hæredi citra factum, aut apprehenſionem eius nõ
quæritur. d. l. cum hæredes in princip. eodem ſpectant,
quæ notari ſolent in §. ei qui inſtit. de inutil. ſtipul. filij
ſeruique vocem in his patris Dominique non intel-
ligi, quę ad factum pertinent.

Conſequenter his dicendum, cum locutionem,
aut verba in conceptione eius ſtipulatio poſcat, rectè
inferri, per nuncium eãm non contrahi, vox cuius ea-
dem ac Domini quantum ad factum non eſt.

Secundo illatio hec ex tex. ipſo aliter, & efficacius
confirmatur, ꝙ inter abſentes ſtipulationem non ad-
mittit. Neceſſario. n. ex verbis his per nunciũ prohibet
vſus cuius opus niſi inter abſentes non eſt. Quocirca
etiam & inter abſentes ſtipulandi facultas eſſet, nuncij

op era

312 opera in ſtipulatione non prohibita. Rurſus † ſtipu-
landi iure inter abſentes prohibito, denegatus nuncij
vſus intelligitur, per quem ad prohibitum peruenitur,
& illuſoria prohibitio fieret. l.nec timorem. in fi. ibiq;
gl. in fi. ff. quod metus cau. l. athletas. §. ait prætor. ff. de in-
fami. l. oratio. ff. de ſpōſal. l. magis puto. §. ſi pupillus.
ff. de rebus eorum. l. cum lex. infra de fideiuſ. l. legem.
C. de natu. libe. l. fi. C. ſi mancip. ita veneat ne proſti. c.
nuz de procurator. Cuius ſententiæ, & illud eſt, indire-
cte non permitti, ꝙ prohibitum directo eſt reg. cum
quid vna via. lib. 6. Eodē & illud ſpectat, prohibitio-
nem conſequentis ad antecedens neceſſariū trahi. l. ꝙ
dictum. ff. de pact. c. conſtitutus. & c. ex tenore de con-
ceſ. præben. Bal. in l. 3. §. ſed vtiſ. ff. de minor. & in d. l.
ſi pupillorū. §. ſi pupillus. ff. de rebus eorum. Signorol.
in conſi. 98. nu. 14. vbi cui ſequentia denegantur, & præ-
cedentia etiam denegata ait eiuſdem generis, & illud
eſt, de quo inferius circa epiſtolā in quarto arg. Ita in-
terpretationem habendam, ne illuſoria prohibitio, di-
ſpoſitiove fiat: eluſoria plane inter abſentes ſtipulan-
di prohibitio fieret, nuncij opera admiſſa.

Satis in his dictum de illatione circa nuncium ha-
bemus, ne ſtipulari per eum concedatur. Id quod du-
pliciter confirmatū ex tex. apparet. ſed & aliter ex his
et confirmatur, quę infra ſcripta circa epiſtolā ſunt.

De illatione nunc epiſtolæ videndum, nihilo ma-
gis per eam ſtipulandi ius eſſe. Idq; ex tex. noſtro con-
313 ſequi, † & primū quidem cū locutionem depoſcit,
Quæ ad epiſtolam abuſiuè competit. l. miles ad ſoro-
rem in fi. prin. Ibi ac ſi defunctus cum eo loquatur. ff.
de lega. 2. Quæ verba ac ſi, idem atq; dictio perinde
pollent. Ideſt perinde ac ſi defunctus cum eo loqua-
tur. l. ſed & ſi reſtituatur. in prin. ff. de iudi. Ibi perinde
autem habendum eſt, ac ſi ipſe adijſſet. l. cum qui. §. fi.
ff. de inoffi. teſta. Ibi perinde omnia obſeruari oporte-
re, ac ſi hæreditas adita non fuiſſet. l. ſi à domino. in
prin. ff. de peti. hæredi. ibi perinde haberi debebit, atq;
ſi de peculio ageretur. Quam dictionem perinde di-
ctionibus, & particulis alijs adijcere in vſu iuriſcon-
ſulti habent, velut dictioni quaſi. l. item veniunt. §. itē
eos. ff. de petitio. hæredi. Ibi perinde condemnandos,
quaſi poſſiderent. l. ſed & ſi lege. §. quod ait Senatus. ff.
eod. l. ſi quid in prin. ff. de lega. 3. Ibi perinde eſt, quaſi
poſtea cōparauiſſet. Scitus text. in l. ſi tertius. §. fi. ſupra
de aqua plu. arcen. Ibi quod autem is fecit, cui hæres
ſum, perinde extat, quaſi ego ipſe feciſſem, vt etiam
particulæ perinde dictio adiungitur. l. 2. §. ſed inter-
dum. ff. de minor. Ibi nam perinde obligatur, vt filiuſ-
familias. Quo modo loquendi, & Comicus vtitur in
heatum. Atque hæc perinde ſunt, vt illius eſt animus,
qui ea poſſidet. Ratione, & alia loquendi in eundem
ſenſum iuriſconſultos vti, lector ſtudioſus deprehen-
det. Dictionem planè perinde ad rem impropriè de-
monſtrandam ſpectare, non dubitatur. l. ſed & ſi lege.
§. perinde. ibiq; Ang. ff. de petitio. hæredi.
314 Secundò † locutionem impropriam per ſcripturā
contingere, ex tex. etiam declaratur in c. vbi periculū.
§. nulli de electio. lib. 6. vbi diſiunctim ad cardinales lo-
quendi, & ſcribendi prohibitio exprimitur, cum Pon-
tificis electio diſcutitur. Manifeſtum enim inde fit, nō
idem ſcribere atq; loqui eſſe. Quorſum namque diui-
ſim de eis meminiſſe, ſi idem vtrum libet poſſet. An
non ſupernacua alterius expreſſio fuerit. Cum ne ſil-
labam quidem inertem eſſe deceat gl. & Bal. in l. 1. in
prin. ff. quod metus cau. & alia apud nos relata in cōſi.
297. nu. 4. Atq; ita tex. illum in ſententiam hanc Soci.
hic profert in quarto nota. Alba nu. 49. & nu. 102.
315 Tertio † ſenſus duos corporis ſtipulatio poſtulat,
ſermonem, & auditum. De ſermone dictū eſt, in epi-
ſtola eum propriè non intelligi. Longè minus ad au-
ditum eum pertinere. Qui verborum, aut murmuris, vel
ſonitus, cuius motum exquirit, quem audire liceat.
Itaque ſicut per nuncium propriè vereq; loqui & au-
dire non dicimur, ita & minus per epiſtolam. Quæ
quod ad ſenſus corporis attinet, niſi ad viſum nō per-
tinet. Ex Soci. id iuniore confirmatur in conſi. 29 nu.
5. lib. 1. Quotiens neceſſarius ad actum auditus eſt, ra-
tionem eandem impediendi in epiſtola atq; in nun-
cio eſſe. Neutro quippe caſu corā quis loquitur. Atq;
ideo verbis inter præſentes, aut coram, remotis, intel-
ligi auditus nequit. Quid hic dicendū, vbi non modo
audiri, at exaudiri verba oportet. In quo verbo pluris
316 aliquid, quā in auditu ſimplici eſt. † Augumentum
enim particula ex dicit, ſimiliter vt particula de l. 1. in
prin. ff. depoſi. & in particula ex tex. id docet in l. 1. ff. de
lega. 1. in ver. exęquata. quod æquationem perfectam
denotat, vt la. Libi obſeruat nu. 11. Idq; ex verbis illis
per omnia declaratur. Atq; in verbo exaudire lat. hic
etiam notat in princ. Quo argumento vti & ad nun-
cium non admittendum licet. Quatenus quę nuncius
loquitur, dominus non audit.

Quarto cum prohibita ſtipulatio inter abſentes ſit,
illuſoria haud dubiè prohibitio fieret, ſi per epiſtolam
317 ſtipulari conceditur, † quæ abſentium introducta
cauſa eſt, vt inter abſentes per eam negocia gerantur.
l. conſenſu verſi. vnde ſupra tit. 1. l. fin. C. ſi quis alteri
vel ſibi. At enim admitti interpretationem non con-
uenit, vnde illuſoria prohibitio fiat. l. nec ei. §. eorum.
ff. de adoptio. l. 1. in fin. ff. de calumnia. l. ſi quis rem. &
l. nec in poteſtate. ff. de arbitr. l. ſi prętor. ff. de iudi. l. fin.
in prin. ff. ſi cert. pet. l. ſi ita; qs. §. is cui. ff. de leg. 2. l. fidei-
commiſſum. ff. de condi. & demonſt. & alia apud nos
cōgeſta in reſp. pro genero. nu. 61. Ius hoc & illud per-
tinet, de quo mentio facta circa nuncium eſt, ad ea
prohibitionem trahi, per quæ ad prohibitum perue-
nitur, neq; indirecto licere, quod vetitum directo eſt,
& ad antecedens conſequentis prohibitionem trahi.
318 Sed dubitari hic poteſt, † cum ad præſentem etiam
epiſtola ſcribi, & reddi præſenti poſſit. l. emptor. §.
Lucius. ibiq; Barto. ff. de pactis. æquè per nuncium in-
ter præſentes rem geri nihil prohibeat, vires nec ne
tunc habitura ſtipulatio ſit per epiſtolam, aut nunciū
inter præſentes contracta. Inde dubitandi naſci cauſa
poteſt, ꝙ rationes hic tacere prohibitionis videntur,
quæ in abſentia poſitæ, & defectu auditus ſunt. Cum
nuncij præſentis exaudiantur verba. Sed enim nec ra-
tam tunc ſtipulationem habendam magis erit dicere.
Siquidem locutionem cōtrahentium tex. poſcit. Quā
propriè & vere in contrahentium non epiſtolæ, aut
nuncij locutione accipiendam oſtendimus, vt pote
quæ domini vere quoad factum non ſit. Quare & ſi
maxime abſentię, & auditus ratio non interueniat,
ſatis tamen eſt, locutionem abeſſe, vt prohibitio lo-
cum ſtipulandi habeat. Iure enim vulgatiſſimo vti-
319 mur, quotiens † rationes plures diſpoſitio habet, ſa-
tis vnam ad eam confirmandam eſſe, vt aliæ ſubſi-
dant. l. cum hi. §. ſi prætor. ff. de tranſactio. l. libero-
rum. §. 1. ff. de infam. l. adoptiuus. §. ſeruiles. ff. de ritu
nupt. l. ſi non ſex elaſcentia. ff. de hæredi. inſtitu. l. ſi
ventri. §. in bonis. ſupra de priuileg. credit. l. ſeruus. ff.
hæredi. in princip. Ibi duæ ſunt enim cauſæ. ſupra de
ſtatu libe. l. ſi quis ad exhibendum. ſupra de exceptio.
rei iudic. §. ſi vero altera harum in auth. de nuptijs.
320 §. affinitatis inſtit. eodem titul. Cauſa eadem † im-
pedimentorum plurium eſt, quæ amoueri omnia
oportet, cum ſatis vnum ad diſpoſitionem infirman-
dam ſit. l. de pupillo. §. ſi in pluribus. ſupra de operis
noui nunciatio. l. j. §. ſi plura. infra ad Turpillia. l. cum
nouiſſimi. §. fin. C. de præſcriptio. triginta, vel quadra-
ginta anno. Bart. in l. fin. C. de canone fru. vrbis Ro-
mæ. lib. 11. Bald. in d. l. ſi non ſex elaſcentia. & alibi
in locis permultis Doct.

331 Secundo, nec inter præſentes per epiſtolam nun-
ciumve ſtipulationem contrahi, Aretin. hic in princip.
ſcribit, per text. in l. titius, iuncta glo. ff. de conſtit. pecu.
Cumulatius Ciot. in 1. nota. Alciat. num. 9. idque pro
explorato, vſque adeo Burgel. hic habet. num. 54. vt
de re hac controuerſiam fieri admiratus, ſcommate
illo Docto. cedat, quod à celſo paſſus Domitius labeo
eſt. l. domitius. ff. de teſtam. Admirandi cauſam eam
Burgel. affert, quod locutionem vtriuſque termi po-
ſtulauit, vacua à dubitatione omni quæſtio contro-
uerſa videtur, in qua neutrius contrahentis verba in-
teruenirent. Rurſus ſi modum hunc per epiſtolam,
aut nuncium ſtipulandi admittimus, conſequens fiet,
tantumdem, & inter abſentes probãdum. Quid enim
intereſt; inter abſentes an præſentes epiſtolæ, nuncijve
opera interueniat, quando quidem præſentia etiam
intercedente, verba tamen vlla præſentium non acce-
dunt. Sed enim in admirationem tantam venire Bu-
rgellam non decuit. A controuerſia quippe vacuam
rem non eſſe, ex his monſtrabitur, quæ circa tex. dicen-
tur in l. ſi procuratori præſentis infra eo. gl. in l. 3. C. de
inutil. ſtipul.

332 Ratio ex his † manifeſta differentiæ fit, quamobrẽ
contractus, aut obligatio verborum ſtipulatio dicatur
Conſenſus alij, aut conſenſu fieri contractus memo-
rentur. Eo enim verborum obligatio fertur, quod
verba contrahentium vltra conſenſum deſiderat, atq;
ideo per epiſtolam nunciumve non perficitur, quod
vtique denegatum non fuerat, ſi conſenſu ſolo conſu-
maretur, ſi quidem æque per epiſtolam, & nuncium,
atque verbis ipſis declarari conſenſus ſolet. Ea ratio-
333 ne † qui a conſenſu ſolo contractus pendent, & ex
conſenſu ſolo implentur, recte & vtiliter per epiſtolã,
ac nuncium explicantur nominati, vel non ſint. l. 2. ff.
de pactis. l. qui autem cum. l. ſeq. & l. titius. ff. de conſti.
pecu. l. fin. in princ. & §. 1. ff. mandat. l. 1. in fin. ff. de cõ-
trah. emptio. l. mulierem. ff. de ritu nupt. l. conſenſu ſu-
pra titu. 1. l. fin. C. ſi quis alteri, vel ſibi. l. ſi donatio per
epiſtolam C. de donat. cap. veniens qui cleri. vel vo-
uen. cap. ex parte de conuer. coniuga. glo. in l. illud in
fin. glo. magnæ. C. de ſacroſanct. eccleſ. Signorol. in
conſi. 33. num. 2. Imola in conſi. 78. num. 5. verſ. ſecun-
do pro hoc faciat.

Hic etiam videndum, epiſtolæ, nuncijve opera re-
mora, nihil inter ſtipulationem, & contractus differre,
334 qui conſenſu fiunt. † ſiquidem abſentibus non ma-
gis ex contractibus conſenſus, quam ex ſtipulatione
acquiri ius, idq; ex legibus & textibus mox relatis con-
ſtat, quibus epiſtolæ nuncijvè adminiculum ad firmi-
tatem contractus in abſentibus exquiritur, atq; in ſpe-
cie, ex text. id ſignificantius oſtenditur in l. etiam, & in
l. abſenti ſupra de donatio. in l. nec ambigi, & in l. ſi ali-
quid. C. eod. tit. l. qui abſenti ſupra de acquir. poſſeſſio.
Sed nec mortis cauſa donatio abſenti fit. l. inter mor-
tis ſupra de donat. cau. mortis. glo. in l. 1. C. eod. titu. &
in d. l. illud. C. de ſacroſanct. eccleſ. Roma. in conſ. 513.
num. 2. & apud nos in rub. ff. de lega. 1. nu. 89. in fin. vbi
diuerſa Albert. opinio ſuggillatur.

335 In abſentia † hac tamen vno caſu diſcrimen inter
ſtipulationem, & contractus alios vertitur, quod in cõ
tractibus conſenſus, pro abſente contractum admit-
tere, ſeu acceptare extraneus, & priuatus poteſt, ex qua
acceptatione abſenti ius quæritur, ſi ratum poſtea cõ-
tractum habet. l. ſi ego, & l. penul. ff. de nego. geſt. glo. 1.
in l. huiuſmodi. ff. de legat. 1. quam ſing. Salic. aſſerit in
l. 1. col. penult. q. 29. C. de actio. & oblig. tradit Bart. in
l. qui mihi donatum ſupra de donatio. Abb. in conſi.
55. num. 5. verſic. item, & ſecundo præſuppoſito lib. 1.
Dec. in l. poſt quam liti num. 27. C. de pactis, & in cap.
at ſi clerici in prin. num. 20. ante med. verſi. vnde Aret.
concludit de iudi. Cauſa alia ſtipulationis videtur, in
qua tertij, inutilis acceptatio eſt; Quatenus nec nun-
cij interuentus iuuat.

336 Inde Decij error proditur † in d. c. at ſi clerici num.
20. verſic. ſed reſponderi poteſt, per tertium, ſtipulatio-
nem abſentis factam acceptari, ſi negocium in ea re
abſentis gerendo, pro eo acceptet. An non pro do-
mino nuncius acceptat, qui nomine domini expreſ-
ſim ſtipulatur.

Sed enim per nuncium inter præſentes ſtipulatio-
337 nem contrahi, probari † ex tex. videtur in l. ſi procu-
ratori præſentis infra eod. vbi per procuratorem præ-
ſentis ſtipulatio contrahitur. Ratio eadem, immo for-
tior in ſtipulatione nuncij videtur, per quem domino
magis, quam per procuratorem acquiritur, ſiquidem
immediatè per nuncium, & citra ceſſionem domino
acquiritur. Quod ſecus in procuratore eſt, qui niſi per
ceſſionem domino non acquirit, vt glo. & Doct. not. in
l. multum in glo. magna. C. ſi quis alteri, vel ſibi. Con-
traria, etiam concluſioni prædictæ gloſ. videtur in l. 3.
in verſic. abſentiam. C. de inutil. ſtipular. vbi pro alio
præſente ſtipulari conceditur, quamuis eo id abſen-
te non liceat.

338 Solutio, ratio diuerſa † procuratoris extraneive, atq;
nuncij in ſtipulatione eſt. Procurator enim extraneua
ve negotium abſentis gerens eo ſtipulandi facultatem
pro domino habet, quod in procuratore ipſo, aut ex-
traneo ſubſtantia obligationis conſiſtit. Si quidem ad
procuratorem ipſum, aut extraneum verba ſtipulatio-
nis conferuntur, quamuis executio ad dominum ſpe-
ctet, verbi gratia promittis mihi dare titio. 10. l. cũ qui
§. iulianus. 3. ff. de conſti. pecu. & d. l. ſtipulatio iſta. §. ſi
ſtipuler infra eod. rectè eum expendendo. Quo caſu
339 † ad vtilitatem, aut nomine alterius ſtipulari conce-
ditur, dum in ſtipulatore modo ipſo radicem obliga-
tio capiat. Bart. & alij in l. ſtipulatio iſta. §. alteri in ſec.
oppoſi. ibiq; Iaſ. num. 11. infra eod. Bald. & alij in l. 1.
Abb. in conſi. 55. num. 5. verſic. item, & ſecundo præ-
ſuppoſito lib. 1. Curt. ſen. in conſ. 49. num. 64. circ. med.
verſi. & plus ſubijciunt Bald. & Aluarot. Qua ratione
inter abſentes per procuratorem contrahi ſtipulatio
non dicitur, cum ſibi præſenti, & ſubſtantiam omnem
acquiſitio fiat. Bald. in l. nihil. C. ſi quis alteri, vel ſibi.
Cauſa alia nuncij, qui ſubſtantia actus ad dominum
refert. Promittis domino 10. aut nunciat tibi domi-
nus per me, nunquid domum ei 100. vendis, ſi ille re-
ſpondeat vendo, perfectus contractus emptionis, &
340 venditionis erit, id quia † recte vtiliterve per nunciũ
contractus nominatus impletur, quia conſenſu ſolo
pendet, Quem per nuncium declaramus, l. qui autẽ
§. fin. cum. l. ſeq. ff. de conſti. pecu. l. 1. in fin. ff. de contra.
emptio. Differentiam hanc inter nuncium, & procu-
ratorem. gloſſ. & Docto. docent in d. l. multum in glo.
magna. ibique Bald. num. 7. C. ſi quis alteri, vel ſibi.
Specul. in titu. de procurat. §. vt autem. num. 5. & ſeq.
Caſtren. in l. ſi pupilli. §. 1. nu. 3. ff. de nego. geſt. Idq; ve-
rum, vſque adeo eſt, vt ſi in perſonam ſuam verba nũ-
cius conferat, mandati domino teneatur glo. & Do-
ctor. in d. l. multum Specul. in d. §. vt autem. nu. 5.

Conſequenter his dicendum, per magni circa con-
tractus nominatos, & ſtipulationem, inter nuncium
& procuratorem referre. In contractibus nominatis
quia inter abſentes per nuncium, & epiſtolam conſu-
341 mantur, per nuncium † immediatè, & citra ceſſio-
nis adminiculum, actio domino acquiritur glo & Do-
ctor. in d. l. multum. ibique Bald. num. 8. Spec. in d. §. vt
autem. num. 5. Per procuratorem vero, quia in perſo-
na ſua obligatio conſiſtit, ab ea vtilis citra ceſſionem,
non diuellitur. Cauſa longe diſſimilis ſtipulationis eſt,
quæ non ſimiliter per nuncium, atque procuratorem
conſumatur. Diuerſitatis huius ratio ex prædictis
pendet. Quoniam ſicut in perſona procuratoris ob-
ligatio

Digitized by Google

ligatio fundatur, & ſibi acquiritur. inter abſentes fieri ſtipulatio non dicitur, quæ à procuratore fit. cum ipſi ſibi obligatio quæratur quamuis eam cedere domino debeat. Qđ aliter in nuncio eſt, qui obligationis ſubſtantiam in dominum confert. Atq; ideo ipſi ſibi nihil quæritur. Ea ratione inter abſentes facta ſtipulatio dic. ut. Itaq; abſente domino vel non à procuratore ſtipulatio fiat, ad rem quantum ad robur eius non attinet. firmitatem quippè in caſu vtroq; obtinet. Diſcrimen niſi in modo acquirendi non vertitur. Quo-

332 niam vbi † domino præſente procurator ſtipulatur, Domino ipſi actio vtilis recta via citra ceſſionis circuitum, mox acquiritur. dicta l. ſi procuratori preſentis. Quæ neceſſaria ceſſio domino abſente eſt.

Ratio hæc ſtipulationis per nuncium non contrahendæ ad eum etiam caſum pertinet, Quo domino præſente ſtipulatio initur. Quoniam cum verba ſtipulatio deſideret, & in perſonam domini per nuncium referantur, Neq; verba domini propriè, & verè nuncij verba dicantur, fundamento, & forma ſua ſtipulatio deficit. vtpotè quæ neque in nuncio neque in domino robur, & ſubſtantiam capiat, Non in nuncio, qui ſibi nomine domini non ſtipulatur, at domino. Non in domino, Quoniam, & ſi maximè quantum ad conſenſum in eo fundetur, ſatis conſenſus tamen citra verborum ſolennia non eſt. Quæ nulla domini verè, & propriè interueniunt: quamuis pſens ſit.

Apparet ex his, quod ad factum, & ſtipulationem concipiendam attinet, per procuratorem eam facilius quam per nuncium conſumari. In contractibus vero nominatis æqualis vtriuſq; quantum ad facultatem ineundi conditionem videri. Aeque enim per vnum atq; alterum fiunt. De modo tamen contrahendi inter eos diſtat. vno in perſonam domini, In ſuam altero obligationis verba referente. Contractu item abſoluto, in modo acquirendi inter eos non conuenit, Quoniam ceſſionem procuratoris, non etiam nuncij acquiſitio depoſcit. vnde quod dictum eſt, per nuncium magis quam procuratorem quæri, ad actum perfectum attinet. in faciendo planè facilius res per procuratorem expeditur.

Diuerſitate hac inter nunciũ, & procuratorem ita enarrata, Argumenta non mouent, quæ obiecta ex diuerſo ſunt. & primum quidem tex. non mouet in dicta lege ſi procuratori præſentis infra. eo. Reſponſio enim ex differentia ipſa emanat inter procuratorem, & nuncium quod non æque per nuncium atq; procuratorem ſtipulatio contrahitur. Cuius diuerſitatis ratio expreſſa ante eſt.

Neque mouet, diſcrimen ibi inter ſtipulationem verti, quæ domino abſente, & præſente fit. Atq; ideo facilius in conſpectu domini, quam extra ſtipulationem admitti. Eadem ratione facilius per nuncium domino interueniente ſtipulationem concipiendam. Quandoquidem nomine domini actus fit. Quoniam

333 differentia hæc, † vtrum abſente, an præſente domino, per procuratorem ſtipulatio fiat, ad modum ſtipulandi non pertinet. Quominus vtroque caſu ad perſonam procuratoris verba ſtipulationis referri ſeu obligationis debeant. vt apud glo. & Doc. ibi verum ad modum acquirendi ſolummodo, differentia memorata pertinet, quod cedendi neceſſitas opus Domino præſente non eſt. Quod aliter dici eo abſente ſolet. Quæ in nuncio ratio ſilet, In perſona cuius fundari obligatio nequit. Atq; ideo Domino etiam præſenti inutili inutiliter ſtipulatur, Cuius verba vlla propriè vereq; non interueniunt.

Ad quem modum rem expendendo, Ex tex. in d. l. ſi procuratori præſentis cum glo. & Doc. ibi, ſententia hæc vltra Areti. & poſteriores, ſanequam adiuuatur. Eo enim ex ſtipulatione procuratoris, domino præſenti acquiſitio procedit, quod in perſona ipſius procuratoris ſubſtantia obligationis conſiſtit. Quod contra in nuncio contingere ante monſtrauimus. Ita à ratione tacente, quæ in procuratore vertitur, non mediocriter dictum hoc de nuncio adiuuat.

334 Glo. item non obſtat † in dicta lege. 3. in verſicu. abſentiam. C. de inutil. ſtipul. Quoniam quod ad tex. ſpectat, qui ſtipulationis vitium in abſentia ponit. Ideo que ius aliud à ſenſu contrario innuere, præſentia interueniente, videtur. Abſentiam tertij intelligit, qui ſibi ſtipulatus non eſt. & ius aliud præſentis ſentit. cum ab ipſo præſente ſcilicet, ſtipulatio interponitur. vel ſi ab alio, vbi in ſtipulantis perſona originem obligatio accipit. Idque ex tex. colligitur in dicta lege ſi procuratori præſentis. Quem in dicta lege. 3. glo. vocat. Inde glo. error in dicta lege. 3. non obſcure apparet. cum eam tex. illius rationem aſſerit, quod præſentia interueniente, a præſente ipſo facta ſtipulatio videtur. Conſequenter eo etiam caſu locum textui ſentit cum præſens ipſe non ſtipulatur. Aliter quippe vere ipſe faceret, non facere intelligeretur. Quemadmodo enim ad tex. illum competere ratio hæc poteſt. In quo ad tertios nepotem, & Iulianum, & quantum ad Iulianum extraneum verba relata ſtipulationis ſunt quo caſu inanem prorſus ſtipulationem eſſe vel à procuratore factam ſuperius monſtrauimus. dicta lege quæcunque gerimus ſupra titu. t. Eapropter quod in ſenſu contrario tex. ille innuit. Intelligi ita oportet, vel cum in ſtipulatione ipſa tertius extraneus interuenit cum in ſtipulãtis perſona radicem obligatio agit. Quo tamen caſu tertio etiam abſente, rata ſtipulatio haberetur: cum abſentia tunc non cadat.

Poſtremo ſi robur ſtipulationi nuncij ob domini præſentiam addimus, Quid ita vires habitura, domino etiam abſente non erit. An non æque per nunciũ abſens, atque præſens loquitur. Eam ob rem in copula ideſt coniunctione verborum ſummam omnem ſtipulationis Bal. ponit in l. 1. nu. 15. C. per quas perſo. nobis acq.

335 Quæſtio hic inepta occurrit. † teſtatum habemus, nec inter præſentes per epiſtolam, aut nuncium ſtipulationem contrahi. Conſequenter ciuilem ex ea obligationem non produci. vtrum naturalis ſaltem oriatur, Quæ eo dubitatio recidit, Pacti nudi iure ſtipulatio ne ſuſtineatur, quæ vigorem, vti ſtipulatio non habet. Naturalem obligationem naſci Bald. ſcribit in Authen. ad hæc nume. 6. in fin. C. de vſur. per tex. in lege iuriſgentium. §. igitur nuda. ff. de pactis, & arg. cap. quotiens cordis oculus. 1. quæſt. 7. Cum tex. affert in d. §. igitur nuda. pactum nudum in ſtipulatione inutili admittit. vnde obligationem naturalem conciliari, glo. ibi Doc. que not. Cum tex. autem vocat in dicto cap. quotiens. argumento à ſimil. ſententiam ſuam Bal. iuuat, vt qua ratione nihili abſentia in iuramento fit. Neque impedimento eſt, quominus abſenti ius ex eo quæratur, ita nec in obligatione naturali ſolennitatis verborum rationem ducendam. Quominus ex ſtipulatione deſcendat, Quæ per epiſtolam conſumata, aut nuncium ſit,

336 Sed enim in tex. oſtendiſſe Bal. videtur † in §. ſi quis ita. ibique Doc. infra ea. lege quo nec pacto nudo ſtipulationem vitioſam cõſiſtere expreſſum eſt. Ita generaliter plus nimio Bal. ſcripſit, pacti nudi vim ſtipulatione id genus ineſſe. Quam ob rem ad traditionem Doc. in d. §. ſi quis ita. Bal. reſtringi dictum oportet. quotiens in obſcuro res ad ſtipulationem tantummodo epiſtolæ ſcriptor, aut nunciũ mittens cogitauerit, an conuentionem ſimpliciter contrahere in animo habuerit. Siquidẽ in dubio res eſt, ad actũ cogitaſſe q̃s credit, q̃ firmitatẽ obtinet. Atq; ideo ſi vigorẽ vti ſtipulatio nõ hẽt, pacti iure defendat. l. 3. ff. de mili. teſt.

l. quo-

Digitized by Google

l.quotiens 1. infra eo. Si autem ad ſtipulationem ani-
mus reſtringitur, ſtipulationis puta expreſſione facta.
Promittis mihi epiſtola hac, aut per nuncium ſtipulan-
ti centum, tum vero pacti tute ſtipulatio non conua-
leſcit. Atq; ideo locum tunc Bal. dictum non habeat,
Id quia reſtrictione ad ſtipulationem admiſſa, à pacto
nudo conſenſus abeſt, ad quod cogitatum non eſt. Ea
337 ratione † vltra conſenſum mittentis effectus ſequi vl-
lus non poteſt. l. ſi quis nec cauſam, & l. non omnis, in
princ. ff. ſi cert. pet.

Declaratione hac Bald. ipſe vtitur in rub. C. de con-
ſtit. pecu. Alex. & alij in d. §. ſi quis ita, ibique Socin. nu.
8. Galiau. nu. 20. in vlt. not. Nigri nu. 25. Galiau. in rub.
ſupra eod nu. 104. Nigri nu. 89. per text. in d. l. iuriſgen-
tium. § quod fere. Cum traditione hac Iaſ. conſentit
in §. in perſonam. nu. 25. inſti. de actio. pro qua ſenten-
tia Bald. & Doc. alios, vltra recentiores, citatos habe-
mus in rubr. ff. de leg. 1. nu. 24.

338 Conſequens item præceptioni huic fit, † generaliter
plus æquo, & apud Crottum ſcriptum in rub. ſupra eo.
num. 10. in poſteriore lectur. inutilem promiſſionem
eſſe, quæ per epiſtolam, aut nuncium abſenti fit, nam-
que & ſi maxime de ſtipulatione ſentiat ex text. quem
profert in §. item verborum inſtit. eod. Attamen per-
petuum id non eſt, verum ad eum caſum tantummo-
do pertinet, quo ad ſtipulationem ſolam abſentis ani-
mus fertur.

339 Hicque circa contractus obſeruantiam, † qui con-
ſenſu inter abſentes nuncij epiſtolæve opera perficiun-
tur, ius contractum reuocandi non eſſe, conſeſſum, vt
acceptata epiſtola, aut nuncij relatio eſt, id quia in ea-
dem voluntate permãſiſſe mittens creditur, a quo re-
uocatio facta ante acceptationem abſentis non eſt, vt
Aretin. tradit in conſ. 17. nu. 1.

Sed quæſtio hic non contemnenda, nec infrequens
occurrit. Dictum eſt, contractus conſenſus, per epi-
340 ſtolam, aut nuncium perfici. Quid † ſi nullo epiſto-
læ, aut nuncij adminiculo, abſenti quid donatur. De-
inde per extraneum quempiam, cui mandatum non
ſit, donatio ipſa abſenti declaratur, & poſſeſſionem is
rei donatę adipiſcitur, vtrum ratam haberi donationẽ
oporteat. Ex differentia inter ſtipulationem, & con-
tractus conſenſus ſolutio pendere quæſtionis videtur.
Dictum enim eſt, per epiſtolam, aut nuncium contra-
ctus conſenſus expediri. Aliud igitur innuere text. vi-
dentur epiſtolæ, aut nuncij interuentu amoto, & nun-
cij certi operam neceſſariam receptum Guido Papæ
ait. q. 222. Cuius opinionis, & Areti. eſt in conſ. 17 col.
2. verſi. immo etiam dato. & col. 4. verſi. nec valet, ſi di-
catur, ad rem non attinere ait, apud donatarium rem
eſſe donatam, contra Bald. in l. nec ambigi in fin. C.
de donatio. Inde fit, vt per abſentem rata poſtea ha-
beri hoc genus donatio nequeat, idq; expreſſim in d.
conſi. 17. Aretin. ſcribit col. 5. verſi. ex nouo etiam ca-
pite, cum Are. Galiau. facit in rub. ſupra eo. nu. 194. qui
ſub nu. 67. Aret. conſ. profert.

341 Opinionem diuerſam, † quantum ad acquiſitio-
nem dominij, poſſeſſione rei donatæ ex voluntate do-
natoris accepta, non etiam quantum ad contractum
ipſum donationis, vt ex eo donator obligetur, & agi
cum eo poſſit, Bald. amplectitur in d. l. nec ambigi, ſed
& à contractu ipſo donationem hanc vtilem, quæ ci-
tra epiſtolam, aut nuncium ſit, declaratione eius per
tertium donatario facta, Roman. arbitratur in conſi.
295. Cui ſubſcriptum ab Auſferio eſt in deciſ. Toloſ.
q. 381. ita deciſio Toloſana cum deciſione Delphina-
tus pugnat, idem Rom. ſenſit in conſ. 353. nu. 10. verſi.
ſecundo quia non eſt dubium, vbi per alium denun-
ciationem donationis non admittit, quæ per epiſtolã
facta, aut nuncium fit, id quia menti id donationis ob-
ſtat, qui per epiſtolam eam fieri, aut nuncium voluit,
quo circa ante ius quæri donatario non poteſt, quam
ad eum epiſtola, nunciusvè peruenerit, atque ideo
mutari voluntas interea poterit, idque & in d. conſi.
295. in fin. Roman. ſcribit. Aliud igitur & in d. conſ.
353. Roman. ſentit, ſi nuncij certi, aut epiſtolæ admini-
culo non captato.

Veriorem Aret. Guid. Papæ, & Galiau. opinionem
arbitror. Quoniam vbi abſenti donatio fit, nemine
pro eo acceptante, ad pollicitationem ſpectare id ge-
nus donatio videtur, vel rationem eandem, atq; polli-
citatio habet, vnde abſenti ius non quæri incertum nõ
eſt toto titu. infra de acceptila. late poſteriores in rub.
ſupra eod. In pollicitatione planè, diſtinctio adhibita
apud Doct. non legitur, certior eius an non per tertiũ
motu ſuò, & citra promittentis iuſſum, factus abſens
ſit. Cui facta promiſſio dicitur. Quare reſtrictionem
nimiam cuncta pollicitationis materia à dicto hoc.
Rom. acciperet.

341 Hic etiam videndum, † quod dictum in epiſtola
eſt, ſtipulationem per eam non fieri, ad probationem
eius non trahi, quæ per epiſtolam fit, ita per epiſtolam
ſtipulatio quaſi facta probatur, quamuis per epiſtolam
non inducatur. l. publia in fin. ibiq; Bart. ff. depoſit. l. ea
quæ ff. de donat. inter virum, & vxor. Bart. hic in tertia
oppoſit. nu. 5. Galiau. nu. 67. Butigel. nu. 79. idem Barto.
probat in l. titius ſeio. ff. de conſtit. pecu. de quo pro
ſententia hac Alex. meminit in conſ. 78. poſt prin. lib. 1.

342 Secundo principaliter in parte hac ſeptuma † vltra
locutionem, & exaudiuum, ordinem etiam ſtipulatio
poſcit, vt interrogatio præeat, & reſponſio conſequa-
tur, quo ordine neglecto, irrita ſtipulatio fit, vt hic apud
Bart. num. 3. per text. in l. obligamur. §. 1. & in l. 1. C. de
viur. Quibus in locis cautum expreſſim eſt, ordinem
hunc faciendum. text. huc accedit in l. 1. §. verbis ſupra
tit. 1. ab ordine literæ colligendo, cum reſponſioni in-
terrogatio præuertitur, à quo ordine literæ recte ar-
gumentum deduci, tex. oſtendit in l. quotiens. ff. de vſu
fruc. in l. qui ſoluendo. 2. ibique glo. Angel. & Imola.
ff de hæredi. inſtit. in l. 1. infra de Albo ſcriben. in l. his
honoribus infra de vacatio. muner. Alex. in conſ. 130.
num. 3. circa med. verſic. quod autem ita ſe habuerit
mens teſtatoris. lib. 2. & alia non pauca textibus etiam
Bart. ſententia adiuuatur in l. 1. C. de contrahen. & com
mitten. ſtipul. & in §. ſi ſcriptum inſtit. de inutil. ſtipula.
Quas leg. in ſententiam hanc Butigella hic profert.
nu 42. Bart. etiam Caſtren. aſſentitur in rubr. ſupra eo.
q. 5. verius. nu. 223.

Obſeruandum in dictis Barto. cum ex ordine hoc
ſubſtantiam conſiſtere ſtipulationis ait, vt eo poſtha-
bito inanis ſtipulatio fiat, namq; quomodo ad ſubſtã-
tiam ſtipulationis ordo hic pertineat, declaratum à
Bart. non eſt, neque legibus id expreſſum ab eo prola-
343 tis inuenitur. Quare † ita ſuppleri Barto. conuenit,
eo ſubſtantiam, & formam in ordine hoc intelligi, quo
ordo ipſe introducitur, ita in ordine ipſo forma, &
ſubſtantia ineſt, vt pote quo prætermiſſo, actus ipſe
infirmatur. In eo quippe forma haud dubie, & ſub-
ſtantia neceſſario vertitur, ſine quo conſiſtere actus
nequit, & quo detracto, actus cunctus intercidit. l. 2. §.
ſed quia. C. de iura. calum. l. prolatam. C. de ſenten. l. or-
do. C. de execu. rei iudi. c. cum dilecta de reſcript. cap.
venerabili de offi. deleg. c. fin. de reſt. ſpol. Bald. in conſ.
466. Andreas in 3 q. lib. 1. in conſ. 274. quia de ſola nul-
litate, & in conſ. 286. ſuper primo puncto in prin. lib. 3.
Caſtren. in conſ. 89. quatenus col. 2. lib. 1. Geminian. in
conſ. 57. num. 2. Atq; in ſpecie ita Bar. Galiau. hic poſt
Aret. interpretatur. nu. 61.

344 Hoc ita, † ſi propter ſe, aut eandem cauſam ordo
exquiritur. Diſſimiliter atque ſi propter cauſam aliã,
verbi gratia cum interdicti recuperandæ, & accuſa-
tionis criminalis ob vim ſpoliato illatam cumulatio
fit

Digitized by Google

ſit. Ordinem hunc ius poſcit, vt de poſſeſſorio prius, quam de crimine pronuncietur l. ſi de vi. ff. de iudi. Ita in cauſa ciuili non propter ſe, at propter accuſationē ordo is adhibendus. Ex prætermiſſione eius, quia criminis prius dicta ſententia ſit, intercidere ſententia non ſolet. Quo circa appellatio interponenda, ne in rem aliter iudicatam abeat. l. vbique gloſſ. & Docto. C. de appellat. Dec. in c. cum ſpeciali col. fin. eodem tit. Fed. huc accedit in conſ. 71. ſatis videtur vbi cum quæſtioni vni præiudiciali altera permiſcetur, atque ideo intricatio, & perplexitas inducitur, opus appellatione aut ſi cumulatio admittitur, & ſimul de vtroq; cognoſcitur, per tex. in d. l. 1. C. de appella. in l. per minorem. ff. de iudi. & in l. fi. C. de ordi. iudi. Quod perpetuum ta-
345 men non eſt. † Quid enim ſi cauſa alia præiudicialis inſeritur, quæ ad iuriſdictionem reſpicit. De ea enim pronunciari ante omnia oportet. Aliter firmitatis quicquam ſententia non habet Bal. in conſ. 275. præmiſſo ſtatuto ciuitatis Veronæ. lib. 5. ex Barto. in l. multum intereſt. ff. de cond. & demonſtr. qui vitioſam ſententiam aſſerit, quotiens de iuriſdictione ſua iudici non conſtat. Ea ratione ſi creditum repoſcenti exceptio vſuræ obijcitur. De vſura apud iudicem, cognoſci ante omnia oportet, cui de ea re notio eſt, quod ſi ordini paritum huic non ſit, ſententia ſuper debito prius dicta, firmitatem non habebit. Id quia defectus tum iuriſdictionis in iudice ſæculari vertitur, ad quem vſurarum iudicium non attinet, vt in d. conſ. 275. Bald. docet.

Sed enim ſubſtantialem ordinem hunc interrogan-
346 di, & reſpondendi non videri, † ex text. arguitur in §. cum adijcitur infra ead. l. vbi cum adiectum quid interrogationi, aut detractum à promiſſione, ſeu reſpondente eſt, pro non facta ſtipulatio habetur, niſi ſi reſponſionis diuerſitas interroganti illico placeat, quo caſu alia, & noua contracta ſtipulatio dicitur. Quam ex complacentia naſci Doctor. aſſerunt. At enim in ſtipulatione huc noua, & circa id, quod adiectum, aut detractum eſt, interrogatione prior haud dubie reſponſio inuenitur, vt pote de quo verbum factum ſub interrogatione non eſt.

Secundo validius text. ille aduerſus concluſionem inducitur, quod in re ipſa ampliata, aut detracta nulla omnino interrogatio contingit, at reſponſionis acceptatio, quam complacentiam à Doct. vocari diximus. Itaq; ſi infirma ſtipulatio ab interrogatione omnino omiſſa non ſit, longè minus irritanda ob ordinis mu-
348 tationem videtur. l. 1. in fi. ff. de ventre inſpi. † vbi ſolemnitatis leuis omiſſio actum non perimit. Ergo multò minus obſtatura ſolemnitatis ocioſę peruerſio erit, eodem tex. ſpectat in l. vni. in prin. C. de rei vxor. actio. c. bonæ. 1. de electio. Quem tex ad hoc Abb. vocat in c. fi. num. 9. de procur. Dec. in cap. nouit num. 17. de iudi.

Argumenti huius ſolutionem ad ea Bar. reijcit, quę ab eo ſcripta in d. §. cum adijcitur ſunt. Quem tex. vna ſimul interpretatus cum. §. ſi quis ſimpliciter eſt, vbi opiniones glo. & Doct. controuerſas ante refert, quam arg. ipſum diluat, id quia pro opinionum diuerſitate, ſolutionum quoque varietas contingit. Diſſenſio pla-
347 nè glo. & Doctor. in relatione vertitur, † vtrum ad ſuperiora relatio fiat, in quibus ad qualitatem diuerſitas pertinet, tempus puta, aut conditionem, an ad ſequentia, in quibus circa quantitatem diuerſitas conſiſtit, an ad omnia haberi relatio debeat, ſi in qualitate, vel quantitate diuerſitas verſetur. Qualitatis diuerſitas circa tempus, aut conditionem incurrit, quotiens de tempore alio reſponſio meminit, quam quod compræhenſum ſub interrogatione eſt, vel cum pura interrogatio eſt, conditionem reſponſio habet, de qua diuerſitate tex. ſuperior loquitur, in d. §. ſi quis ſimpliciter. In quantitate diuerſitas inuenitur, vbicunq; plus minusvè in reſponſione circa ſummam pecuniæ, aut aliam, quam in ipſa interrogatione eſt, de qua diuerſitate text. poſterior meminit in §. ſi ſtipulanti, ſpeciei diuerſitas nota eſt, cum ſpeciem vnam interrogatio, aliam reſponſio habet, veluti cum pamphilum ſtipulanti ſtichus promittitur, & alia deinceps, de qua diuerſitate in §. ſed ſi mihi, ſed ad rem hæc non ſpectat. Contentio igitur gloſarum, & Doctor. eſt, ad præcedentiane, ideſt ad qualitatem, an ad ſequentia hoc eſt ad quantitatem, vel ad vtranq; referri textum oporteat in d. §. cum adijcitur. Cum interrogationi circa qualitatem, aut quantitatem adiectum quid aut deciſum ſit. vel an ad omnia relatio fiat, vt nihil referat, in qualitate, an in quantitate diuerſitas conſiſtat. Locumque textui in d. §. cum adijcitur in caſu vtroq; fore.
348. Eo planè de relatione hac † vſq; adeo inter gloſſ. & Docto. contenditur, quod à diuerſitate ipſa relationis diuerſitas, quoque ſolutionum argumenti deſcendit, namq; ſi ad ſuperiora hoc eſt ad qualitatem tex. referatur in d. § cum adijcitur, Concluſioni obſtaturus is non erit, qua ordinem circa interrogationem, & reſponſionem faciendum, & ab interrogatione ipſa ſtipulationem incipiendam, demonſtratum habemus, quoniam verum eſt, interrogationem circa rei ſubſtantiam anteire. Neque magni diuerſitatem reſponſionis fieri in qualitate conuenit. Quoniam per conſenſum, aut complacentiam ſtipulatoris diuerſitas hęc reformatur. Quod non perinde admitti in quantitate poterit, ad quam acceſſio facta in reſponſione eſt. Reformationem enim in corollario quantitatis ex cõplacentia ſtipulatio non recipit, id quia in quantitate ipſa ſubiuncta nulla prorſus interrogatio inuenitur, qui Petri ſenſus fuit, & qui eo pertinet, facilius id refor-
349 mari, † quod omiſſum omnino non eſt, quã quod omiſſum pœnitus ſit Barto. in l. cum quid num. 9. ff. ſi cert. pet. & in l. triticum in princ. infra eo. Crot. in d. §. ſi quis ſimpliciter. nu. 27. Burgel. num. 19. At enim omiſſa qualitas ad interrogationem omnino non eſt, quotiens ſub qualitate vna fit, quamuis aliquid ei in reſponſione accedat, aut decedat. Ratio alia quantitatis adiectæ videtur, quæ omiſſa omnino ſub interrogatione eſt.

Opinionem alteram Iacobo Butri. & Hugolino fuiſſe, Bart. refert Petro contrariam, vt ad ſequentia hoc eſt ad §. ſi ſtipulanti tex referatur in d. §. cum adijcitur, hoc eſt cum ad quantitatem diuerſitas ſpectat. Dictione aliquid opinio hæc nititur, quæ ſubſtantiam, non qualitatem dicit. Quare verba illa text. cum aliquid adijcitur, ad quantitatem referri, vti ad ſubſtantiam conuenit. Qua interpretatione admiſſa, difficilior argumenti ſolutio non paulo apparet, ſi quidem de quantitate adiecta verbum vllum factum ad interrogationem non eſt, atq; ideo ſine interrogatione facta ſtipulatio dicetur, neq; conualeſcere, aut reformari ex complacentia poterit. Quomodo enim in eo admitti reformatio poterit, quod ſub interrogatione comprehenſum omnino non eſt, ea ratione noua nunc in quantitate maiore omnino ſtipulatio erit, quę confici citra interrogationem nequit. Atque ideo opinioni huic Iacob. & Hugoli. non mediocriter Petri argu. & ratio aduerſantur, cum ad qualitatis diuerſitatem text. ipſum reſtringit in d. §. cum adijcitur.

Tertia Ioan. & Azo. gloſatorum opinio fuit, vt iuxta ad ſequentia, ac præcedentia text. applicetur in d. §. cum adijcitur. Conſequenter nihil intereſſe ad quantitatem, an qualitatem diuerſitas ſpectet, quam opin. à Dy. & alijs receptam Bart. aſſerit, eandemque nec ipſe repudiat, textuq; iuuat in l. 3. §. filius. ff. de lib. & poſt. vbi quæ in media diſpoſitione inſerta clauſula eſt, ad omnia trahitur priora, & poſteriora. At enim inter. §.

ſi quis

ſi quis ſimpliciter, & §. ſi ſtipulanti. tex. poſitus in d. §. cũ
adijcitur apparet. Ergo non magis ad vnum trahen-
dus, quam alterum erit.

Si dixeris, locum argumento Bart. non eſſe, vbicun-
que ratio eadem in omnibus non inuenitur, vt ad
350 omnia relatio fiat, quo caſu † ad ea relatio non fit, in
quibus ratio eadem referendi non vertitur. l. ſi idem
cum eodem. § fin. ibique Alex. num. 3. ff. de iuriſdict.
omn. indi. l. 1. §. deinde cum §. ſequen ff. de poſtulan. l.
1. à ſenſu contrario. C. de lib. præter. Barto. in d. l. 3. §.
filius. num. 7. ff. de lib. & poſth. in l. talis ſcriptura. §. fin.
num. 3. Ibique Aretin. num. 5. verſic. quinto, & vlti-
mo. ff. de legat. 1. & in conſi. 54. Angelus Maciæ nu.
4 verſic. volendo tamen. Abb. in conſ. 75. num. 4. lib.
2. Alex. in conſi. 48. circa princip. lib. 1. in conſil. 66. nu.
4. lib. 2. Et alia infinita. Rationem planè diuerſitatis,
cur ad qualitatem potius quam ad quantitatem rela-
tio fiat, à Petro adſcriptam oſtendimus. Reſpondet
Barto. eandem quantitatis, atque qualitatis rationem
conſtare. Rei cuius docendæ cauſa, Rationem in-
dagare oportet, quid ita conſtitutum ſit, vt priorem
reſponſione eſſe interrogationem oporteat. Ratio
planè adferri non alia poteſt, quam quæ ad certum,
& conſultum reſpondentis animum reſpicit, quod nõ
imprudens, aut inconſultus reſpondendo ſe obligat.
Qua ratione Caſtrenſem, Alexan. Socin. & alios vti
in rubr. ſupra eodem in ſuperioribus oſtendimus, vbi
impulſiuam tamen, non finalem eam diximus. Ra-
tio hæc non minus in quantitate, quam qualitate ad-
iecta inuenitur. Namq; quod vires in adiecto ſtipu-
latio habeat, ob interrogationem antecedentem fit,
& quamuis rei adiectæ mentio ſub interrogatione nõ
fiat, attamen ſatis eſt, ſuper alio interrogationem ante
ire, ex qua reſpondentis animus apparet, non ioci, aut
blandiendi, verum obligandi cauſa, à ſe reſpponderi.
Eam ob rem complacentia ſecuta, ad ſtipulationem,
& obligationem in adiecto reſponſio ſufficit, perinde
quaſi noua quædam, fictione iuris contracta ſtipulatio
videatur, ita textum intelligendum in d. §. cum adijci-
tur, cum gl. magna in § pen. & fi. huius. l. Bart. ait, ita-
que cum fictione iuris, noua hæc ſtipulatio nitatur;
æque ad quantitatem, atq; qualitatem accommodari
fictio poteſt.

Ex dictis his Bart. argumenti obiecti ſolutio ſponte
ſua emanat. Cum dicebatur, neceſſariam interroga-
tionem ſtipulationi non videri, atq; ideo caducam eſ-
ſe ab ordine neglecto non fieri per text. in d. §. cum adij-
citur, vbi rata in adiecto ſtipulatio interrogatione
nulla eſt; Negatur enim interrogatione ibi ſtipulatio-
nem deficere. Quæ vere ante vertit, & quamuis ſuper
alio quam adiecto, attamen effectum eundem conſul-
tæ reſponſionis in adiuncto, atq; in principali expreſſo
parit. Eo nomine pro eo res habenda, atq; ſi ſub in-
terrogatione comprehenſum additamentum ſit.

Si dixeris, verè ſuper additione factam interrogatio
nem non eſſe, ob id falſam concluſionem videri ge-
neraliter obfirmatam, interrogatione ſtipulationem
non carere. Reſpondetur, fictam in adiecto interroga
tionem verſari. Etenim cum vere in principali inter-
uenerit, eo per reſponſionem admiſſo, & ab interro-
gante admiſſo, & ad augmentum ipſum interrogatio-
nem factam lex fingit, idq; ex verbo videtur apparet.
Quod ad fictionem pertinere, teſtatum in ſuperiori-
bus habemus.

Roget hic aliquis, ſi ficta hæc ſtipulatio eſt, quid ita
inter ſtipulationes fictas relata à Bart. non eſt, qui niſi,
quinq; non enarrat. Reſpondetur, idcirco cum fictis
ſtipulationib. connumeratam hanc non eſſe, ꝙ ficta
ſimpliciter, & omnino non eſt, interrogatione de prin-
cipali ante facta, idque & Galian. hic animaduertit.
num. 16.

Sed contrarium declarationi huic Bar. eſt, quod no-
tatum in ſuperioribus habemus, impulſiuam, non fina
lem rationem hanc conſultioris ob interrogationem,
351 animi eſſe. † à qua argumentari non conceditur. l. 1.
§. ſextum. ff. de poſtul. Quomodo igitur ratio hæc ad-
mittenda in ſtipulatione de adiecto erit, qua tota Bar.
conititur. Reſpondetur, à ratione impulſiua, aut per-
ſuaſiua tacente non rectè ad diſpoſitionem perimen-
dam arg. deduci, vt ratione ea remota, locum diſpoſi-
tio non habeat, non idem in diſpoſitione ipſa cõpro-
352 banda, aut generaliter accipienda † In qua non ma-
le à ratione mouente colligimus l. illud. ff ad l. aquil. l. à
titio infra eo. & alia id genus, neq; locum tunc regula
contrariorum habet, eandem eorum diſciplinam eſſe.

Locus cui ratione diuerſa interueniente, non eſt, l. ſi
quis negotia. ff. de nego. geſt. l. ſi quis putans. §. 1. ff. com.
diuid. l. ſed & ſi ſocius. §. ſi abſenti. ff. pro ſocio. Bart. in l.
in fundo. num. 1. ff. de rei vend. & in l. inter ſtipulantem.
§. ſacram. nu. 4. infra eod. Dec. in l. ſecundum naturam.
nu. 2. infra de reg. iur. Iaſ. in l. & ſi contra in 2. nota. ff. de
vulg. & alia complura, at enim ratio eadem actus ex-
tinguendi, atq; ſuſtinendi non eſt. l. cum quidam. ff. de
lib. & poſt. reg. odia lib. 6. iuncta l. quotiens. 2. ff. de reb.
dub. & l. quotiens. 1. in fra eo.

Secundo ad arg. reſpondet̃, illud regerendo ex rõne
353 colligere tacente non licet, quæ impulſiua ſit, ergo † à
ſenſu contrario ius aliud probandum haud dubie erit,
quotiens ratio ipſa non ſilet, at mordet, aut vrget, ſi-
quidem vera, quatenus mouet, ratio ipſa inuenitur.

354 Tertio reſpondetur. † argumentandi ius à ratione
impulſiua non perinde, vt à finali eſſe, hoc eſt ad ſcri-
pturam ampliandam, aut reſtringendam, quæ ex ra-
tione finali ampliatur, cum ſpecialis diſpoſitio eſt. l. cũ
pater. §. fundum, ibiq; Bar. in fin. ff. de leg. 3. aut reſtrin-
gitur, ſi generale dictum, & ſpecialis ratio eſt. l. cum pa
ter. §. dulciſſimis. ff. de lega. 2. quem effectum amplia-
tionis, reſtrictionisve ratio impulſiua non parit. At
enim ampliatio reſtrictiovè in argumẽto Bar. non ver
titur, cum æque in quantitate, atq; qualitate tex. intel-
ligit in d. §. cum adijcitur, verum cum generaliter lo-
quatur, generaliter eum interpretatur, id quod per-
mitti, & in ſpecie odioſa ſolet, quatenus verborum
proprietas patitur. l. cum lege, ibique Aretin. circa prin.
ff. de teſtam. l. gallus. §. 1. ibi qui ex verbis concipi po-
teſt. ff. de lib. & poſth. l. qui lancem. ff. de auro, & arg.
lega. l. proſperit. ff. qui, & à quibus. l. ſi quis ſtipulatus ſit
ſtichum, ibi quærentibus reſpiciendus eſt ſermo ſtipu-
lationis infra eo. l. intereſt, ibi quantum lectio probat
infra de ſolutio. & alia apud nos coacta in l. 1. nu. 69. ff.
de leg. 1. Reſponſionem hanc tertiam Corn. ſenſit in
conſi. 84. col. 3. verſi. & quando ratio non eſt generalis
lib. 1. & in conſ. 35. col. 2. verſic. ergo patet, quod cum
iſta lib. 3. vbi ad ampliandum, aut reſtringendum ra-
tione vti impulſiua non licere, ſcribit idem Iaſ. admit-
tit in §. ſed hactenus inſt. de milit. teſta. Saluiol. in rubr.
ff. ſol. mat. nu. 91.

Quarto ratione validiore arg. refellitur, etenim ſi à
ratione impulſiua, & ſpeciali diſpoſitio generalis ad
eos caſus non reſtringitur, in quibus ratio ipſa ſolum-
modo vertitur, verum intelligi generaliter ſolet, quan-
355 to magis † generali interpretationi locus in caſibus
omnibus erit, ratio in quibus ipſa contingit.
356 Vnum hic etiam prætereundum non duxi † vbi-
cunque in dubio res eſt, impulſiua, an finalis cauſa,
aut ratio ſit, impulſiuam eam haberi Dyno autore in
conſ. 6. col. 2. in ſuper tex. in l. generali. § duas. ff. de vſu-
fru. leg. in l. cum tale. §. falſam, & in l. titio. §. ſed cũ an-
te nuptias. ff. de cond. & demon. & no. in l. 2. § fin. ſupra
de donatio.

Ex tex. in d. §. cum adijcitur, ita explicato colligere
id licet, facilius quid reformari, quam recens induci.

Prom-

Digitized by Google

Promptius quippe citra interrogationem veram ſtipulatio iam facta refingitur, quam noua omnino cōcilietur. Idq; in d. §.ſi quis ſimpliciter expreſſim Crot. obſeruat, & iuuat nu.27.& duobus ſeq. Butigel.nu.19. & præter cætera argumento Crot. vtitur num. 29. ꝙ
357 ex ratione fortiore † tex. conſtat in l. lecta verſic. dicebam ff.ſi cer.pet.vbi ob viciniam, aut cohærentiā alterius ſtipulationis, ſtipulationem lex fingit, A qua & interrogatio abeſt, & reſponſio. Longe procliuior ad ſtipulationem fingendam lex erit, à qua niſi interrogatio non abeſt. Adijciendum à Croto fuerat, & quæ non vicinia alterius ſtipulationis iuuatur, verum coniunctam cum ea atq; eadem propemodum eſt.

Sed contrarius ſententiæ huic Bar. videtur in l.iuris gentium §.adeo poſt med.verſi.Item vt ſcias ff.de pactis. ſolennitatem eandem in actu reformando, atq; eo producendo exquiri. Solutio. eadem hic ſolenni-
358 tas iuris fictione inuenitur.Idem quippe † fictio in ca ſu ficto, atq; in vero veritas operatur l.3. §.ait prætor ff de nego.ge.l.qui ad certum ff.loca.l. cum ex oratione in prin.ff de excu.tutor. l. qui vxorem ff. de iniuſto teſta.l.ſi ex pluribus infra de acceptila. l.1 .C. de his qui veniam ætatis impe.l.ſi.C.de Caſtren.pecul.lib.12.§.ſpō ſalibus verſi.ſi vero mulier. cum glo. in auctẽ.de ſanctis.epi.

Quo perlucida magis res fiat, Argumento vno oppugnandum tex. cenſui in d. §. cum adijcitur. in quo noua propter reformationem ſtipulatio aſſeritur. Cō
359 trarius enim textui illi tex. videtur † in l. non ſunt liberi in fi.ff de ſtatu.homi.vbi qui ampliatus partus naſcitur membris puta pluribus actus, partus nouus, aut diuerſus quam alij, non intelligitur. Remq; nouam ob additamentum non eſtimari, tex.etiam docet in.l. ſi ego §.quod tamen per alluuionem ff.de publicia in l.item ſi fundi.§.huic vicinus ff.de vſufruc. Dotē æque nouam acceſſio non facit l.4.ff.de iure dotium l.quod dicitur verſi.ſed ſi impenſis ff.de impenſ.Cauſa eadem legati eſt, quod nouum ab incremento non fit l. ꝙ in terum §.ſi quid poſt ff.de lega.1.vbi rei legatæ augmētum eius cedit,quod vtiq; non recte diceretur, ſi rem nouam ſeparatamvè in augmento admittimus. Quē tex.ita Ruin.inducit in conſ. 94.nu.7. lib.4. Peculium quoq; idem non ideo minus eſtimatur, quod maius factum, aut minus ſit l.peculium eſt §.ſi aere ff. de pecul. Idq; & ſenſu ipſo communi patet, Nouus enim homo ob adultam ætatem infans non dicitur. Neq; populum nouum numerus adauctus facit l.proponebatur.ff.de iudi. Neq; noua aliter ob inſtaurationem res dicitur, niſi extincta funditus ſit l item, quod §. ſi. ff.de in diem adiectio.Caſtren.in conſi.389. ſi conſideremus poſt prin. lib. 1. Quantum vero interſit, noua an non per receſſionem, aut deceſſionem res dicatur, textibus ipſis declaratur, qui citati mox ſunt. iure enim diuerſo nouæ atq; diuerſæ res cenſentur.

Textui etiam in d. §. cum adijcitur.non vulgariter, id obſtat, quod ſcriptum apud Alex. poſt Caſtren.
360 eſt in l ſcire debemus in vltimo nota.infra eo † eundem non etiam nouum libellum intelligi,cui adiectio qua facta ex cauſa eadem ſit. Longeq; facilius locum prædicta habent, vbicunq; circa qualitatem reformatio adijciendo, detrahendovè contingit, Anchar. in conſi.131.ad excluſionem colum. 2. circa med. arg.l. in delictis §.ſi detracta ff.de noxal c.3.de dilatio.& no. in l.edita C.de edendo. Quid ita igitur ſtipulationem nouam ob reformationem adijciendo, aut detrahendo, tex.aſſerit in d.§.cum adijcitur. Id quidem inprimis, quotiens ad qualitatem reformatio ſpectat.
361 Reſponderi ad arg.poteſt, † nouam proprie ſtipulationem reformatam non eſſe. Idq; ex verbo videtur percipi, quo in d. §.cum adijcitur.tex. vtitur. & quod ad fictionem pertinere, ſuperius oſtendimus. In hoc plane ſtipulationem aliam, aut nouam appellari ꝙ ſub ſtipulatione comprehenſa res adiecta non eſt
362 Secundò reſponderi,& melius poteſt,† nouam rem ex additione,aut diminutione in his non intelligi,quę ab vnius ſolummodo conſenſu, vel à natura ipſa citra partium factum pendent. Ad quem caſum ſpectant, Quæ obiecta ex diuerſo ſunt. Cauſam aliam ſtipulationis ampliatæ eſſe,Quem nouum ſtipulatoris conſenſum exquirit.vnde ſicut nouus conſenſus eſt, Ita ſtipulationem nouam efficit. Reſponſio hæc ex Galiau.percipitur in d.§.ſi quis ſimpliciter nu.14.verſi. Tertio infero.

Conſequentia duplex ex prædictis procedit. Prior, aduerſarium tex.in d.§. cum adijcitur.concluſioni nō eſſe, qua obfirmatum eſt,ad ſubſtantiam ſtipulationis ordinem hunc Interrogationis præmittendæ ſpectare quatenus ſuper principali interogatio anteuertit,quę ad rem adiectam propter complacentiam iuris fictione porrigitur.

Alterum conſequitur. Ad inferiora iuxta, ac ſuperiora tex.adaptari in d. §.cum adijcitur. Locumq; ei eſſe, In quantitate, vel qualitate reformatio ſtipulationis cōſiſtat ex crebriore gloſarū, Doc.que ſentētia.

Effectus planè ad omnia nec ne relatio fiat, breuis non eſt. Quod ſi ad omnia, limitatio tex.vtriuſq; ideſt § ſi quis ſimpliciter, & § ſi ſtipulanti per d.§ cum adijcitur.expreſſa inuenitur.ne inepte in ſtipulationem reſponſionis diuerſitas In qualitate quantitatevè efficiat vbicunq; ad diuerſitatem illam ſtipulatoris illico conſenſus accedit.Illico porro ob id adhiberi conſenſum
363 oportet, † ꝙ ſpacium inter interrogationem, & reſponſionem ſtipulatio non recipit §. qui præſens infra ea.l. & l.continuus in prin.infra eo.Cæterum ſi niſi ad ſuperiora,vt Petr. ſentit, relatio non fit, Non niſi tex. ſuperior circa qualitatem reſtrictionem in d. §.cum adijcitur.ſuſtinebit.Econtrario ſi ad §. ſi ſtipulatio poſteriorem relatio habetur,cum ad quantitatem diuerſitas reſponſionis pertinet.Non niſi In quantitate recipienda limitatio erit, ſic quomodo Butrig. viſum, & Hugolino eſt.Secundum quæ Petro. Butri. & Hugolino ad irritum ſtipulatio facilius quam Ioanni Azoni, & frequentiori Doc. parti deducetur.

Riſui tamen concluſionem hanc de ordine faciēdo vt ſtipulationē incohare Interrogatio debeat,Butigella hic habet nu.42.& in rubri.ſupra eo.nu.18.Quoniam de re controuerſia exercetur,quæ introducta p naturā eſt. Qua duce non reſponſionē anteire interrogatio non poteſt. Ea de re ſimiliter eos facere ait, Qui in re hac occupātur, vt ſi de eo dubitaret, maior natu quā pater filius ſit.Prior ne vita mors contingat, vel fructuū ſtoa ſequatur, vel cur ita in ordine hoc comparatum natura ipſa ſit.

Sed obſeruandū,ſenſū hunc Doc.non fuiſſe, Quem
364 Butigel.putat. † Eos quippe non latet, priorē reſpōſione interrogationē eſſe, ſi reſponſionē eam accipimus,quæ ad interrogationē datur. verum ad eum caſum cogitarunt, quo poſt promiſſionem factā, is, cui ſit promiſſorem interrogat, Ita ne, vt dixiſti,promiſtis.Quo caſu ex interrogatione ſubſecuta ratam fieri ſtipulationem non putant, reſponſione alia ad interrogationem non accommodata. Sentētiæ huic Io. Azo.Dyni. Bar.& aſſeclarū,vt ad inferiora, & ſuperiora tex.applicetur in d.§.cum adijcitur.Poſt Cuma. Soci.obſtrepit in d.§.ſi quis ſimpliciter in 4 nota.& pręceteris argumēto vno Soci.vtitur, ꝙ vrgens arbitratur. & ꝙ explicatius referemus.Namq;, ꝙ ad detractionē quantitatis attinet, De qua in d. §.ſi ſtipulāti. Ad eum fieri relatio nequit,vt ex cōplacētia in ſumma minore ſtipulatio quaſi noua conualeſcat. Duo quippe rela-
365 tioni tunc obſtant. Primum † quod verum non eſt, to, aut quantitate detracta, citra nouum, & præſen

tem

tem conſenſum, aut nouam complacentiam, ſtipulationem vitiari, vti expreſſum in d. §. cum adijcitur apparet. Immo enim firma quantum ad ſummam non demptam citra complacentiam aliam, ſtipulatio manet. Alterum, quod ſtipulationem nouam reformatione facta, text. aſſerit in d. §. cum adijcitur. At enim detractione quantitatis facta, firma in quantitate non deciſa ſtipulatio ipſa priſtina, citra complacentiam, remanet. Itaq; conſenſu nouo remoto, cauſa ſilet, propter quam alia, & noua dici ſtipulatio ſolet, qua ratione igitur ad inferiora circa detractionem quantitatis, referri text. non poteſt tam in regula quam in limitatione, ita nec circa adiectionem, ne difformiter relatio fiat, id eſt niſi in partem quantum ad §. ſi ſtipulanti, &. in totum quantum ad §. ſi quis ſimpliciter, vbi ex toto ſtipulatio perimitur, & niſi ex nouo conſenſu noua non inducitur, quod contra in d. §. ſi ſtipulanti eſt, vbi niſi in parte adempta non intercidit, neque noua in parte non ſubducta inducitur. Itaque ne difformitatem hanc tex. patiatur, in d. § cum adijcitur, tam in regula, quam in limitatione, opinio melior Petri videtur, vt ad §. ſi quis ſimpliciter tantummodo text. ipſe conueniat in d. §. cum adijcitur. Ad quem relatione facta, par ſemper determinatio contingit. l. iam hoc iure. ff. de vulg. l. ſi cio. § 1. ff. de annuis lega.

Sed à Croto arg. hoc determinationis imparis diſſol
366 uitur, Nouum non videri † difformem determinationem, & relationem admitti, quotiens ad diuerſa relatio ſpectat, quæ difformitatem, & rationem diuerſam habent. l. 2. ibique gloſſ. ff. de offi. proconſ. qui tex. ratione fortiore Socino obſtat, ibi enim idem vnumque verbum difformiter, & varie hoc eſt proprie, & improprie pro perſonis accipitur, ad quas refertur, quanto facilius in verbis pluribus ferenda difformitas erit, itaque cum de adiectione, & deductione text. loquatur in d. §. cum adijcitur, Nihil pugnat, quominus pro diuerſis verbis, quæ rationem diuerſam habent, relationem diuerſam, difformemvè admittat, vt quatenus adiectio vertitur, ad omnia relatio trahatur, inferiora, & ſuperiora. Cauſam aliam detractionis eſſe, quę inferioribus non competit, in quibus citra conſenſum nouum efficax de ſumma minore ſtipulatio ipſa manet, eam ob rem niſi ad ſuperiora circa detractionem, relationem non habendam.

Ex his declaratio, & reſponſio hæc defenditur, quæ
367 ſcripta ſuperius ſunt, † à ratione ſpeciem hanc cunctam relationis pendere; vt an ea fiat, in quibus ratio maior referendi vertitur, idque & gloſſ. probat in cap. ſtatutum in ver. locis. de reſcript. lib. 6. & in cap. 1. in verſi. ſic de poſtula. præla. eodem lib. Quæ ad formã vltimam eligendi, relationem perſtringendam electionis putat, quam text. admittit, id quia niſi ad formam vltimam ratio admiſſionis non conuenit. Quam tamen gloſſ. in verſic. de cætero. Doctor. inducunt. tradit Geminian. in cap. illi qui per gloſſ. 2. vbi 5. q. 5. Deci. in cap. ſecundo requiris. num. 3. de appellat. in conſil. 38. ante fine verſicu. non obſtat illud verbum ſaluum. Ratione igitur diuerſa in quantitate circa adiectionem, & detractionem interueniente, prout ratio ipſa fert, ita admitti relationem conuenit.

368 Rurſus illud † in relatione facienda ſpectandum, ad materiam ne ſubiectam accommodetur. l. iulianus, cum gl. ff. de hæred. inſtit. Iaſ. in l. diuortio in prin. num. 18. in fin. ff. ſolut. matr. ſed & commoditatis rationem in relatione habendam, vt non aliter admittatur, niſi fieri commode poſſit, Corſet. ſcribit ſingu. 34. clauſula, ea propter cum inferioribus circa detractionem quantitatis, text. non congruat in d. § cum adijcitur. Dicendum habemus ad ſuperiora circa detractionem, locum relationi non eſſe. E contrario cum ad inferiora circa adiectionem quantitatis relatio accom-
369 modetur, ad eam, atque ideo † ad inferiora, & ſuperiora relationem permitti, prout materia ipſa ſubiecta exquirit, & fert. Huc & illud ſpectat, vt fieri poteſt, diſpoſitionem interpretandam. l. gallus. §. 1. ff. de lib. & poſth. l. 1. §. lex falcidia, ibiq; Bart. & alii. ff. ad l. falcid.

370 Octaua tractatus huius pars † ad perſonas ſpectat, à quibus contrahi ſtipulatio poteſt, rei cuius cognitio difficilis non erit, perſonis cognitis, quæ ſtipulari non permittuntur. l. 1. ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iuris. Secundo rei huius docilitas iure illo notiſſimo habetur, quotiens prohibitionem quarundam perſonarum ad actum quempiam ius habet, permiſſas omnes intelligi, quæ expreſſæ in prohibitione non ſunt. l. mutus. §. cum quæritur. ff. de procur. l. nec non. §. quod eis. ff. ex quibus cau. maior. l. 1. ff. de reſtib. Cardi. in conſi. 139. nu. 16. Socin. iun. in conſ. 7. num. 2. verſi. ſimiliter etiam lib. 2.

Itaq; perſonæ obſeruandæ, quibus ſtipulandi iure interdictum per. l. hanc eſt, in qua genera quattuor
371 exprimuntur. † Infantes, ſurdi, muti, & abſentes. Circa infantes, contrarius textui huic text. videtur in l. ſeruum infra rem pup. ſaluam for. vbi per infantem, qui præſens ſit, & fari poſſit, non fruſtra citra vllam ſerui operam, ſtipulatio contrahitur, quamuis in eam ætatem intellectus non cadat, ad quem text. gloſſ. ibi reſpondet, iure id priuilegiario in ſtipulatione illa, rem pupilli ſaluam fore conſtitutum. Qua reſponſione glo. etiam vtitur in l. 1. in fi. in ver. creditur. ſupra tit. 1. Eam etiam Bart. hic poſt Dy. agnoſcit. Crot. nu. 50. & pluribus ſeq. in 1. lectu. Eandem reſponſionem gl. hic admittit in verſ. poſſunt, & in l. mulier infra eo. Rationem iuris huius priuilegiarij gl. & Bar. non adſcribunt, ex Iaſ. & Croto hic ratio ipſa percipitur, de quibus Nigri hic meminit. num. 129. quod ad pupilli ius conſeruandum, aut ſaluum faciendum ſtipulatio illa ſpectat. Gratioſiorem planè conſeruationis, quam acquiſitionis cauſam eſſe. l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iuris. l. ſi in emptionem. ff. de minor. l. videamus. §. actionem. ff. de vſuris. l. iuſto. §. cum qui ſupra de vſucapio. l. lex quæ tutores circa med. C. de admin. tutor. Rationem hanc Nigri hic non probat, ſi quidem & ad acquiſitionem ſtipulatio illa pertinet rem pupilli ſaluam fore. l. cum pupillus, & l. penult. infra rem pup. ſaluam fore.

Doct. etiam non modo rationem, ſed & opi. ipſam
372 à glo. Dyni, & Bar. improbant, † Quæ iure ſpeciali nititur, quod miſerorum profugium eſt.

Quare ſicut generaliter tex. noſter loquitur, ſtipulãdi ius infanti non eſſe, ſtipulationum diſtinctione non facta, rem pupilli ſaluam fore an non contineant, ita generaliter in ſtipulatione cum omni intelligendum,
373 neque text. refragari in d. l. ſeruum. † Quoniam in pupillo non infante loquitur. In pupillo inquam, qui proximus infanti eſt, nimirum qui maior quam annis ſeptem eſt, vt Socin. hic tradit in vltimo nota. Quo cum poſteriores ſentire Nigri hic teſtatur. nu. 132. Galiau. nume. 63. Eandem opinion. verbis non parcis, Butigel. hic tuetur. nume. 64. & ſequen. turba. Crot. num. 6. in poſteriore lectur. Quem ſui ipſius pœnitet, ab his diſcedendo, quæ in priore ab eo agnita lectur. ſunt, in ſententia hac contra gloſſ. Dyn. & Barto. Alciat. etiam hic eſt in quinto nota. num. 29. & ſequentium agmine. Coraſ. numero decimonono, ſed & infanti minori quam ſeptennio ſtipulandi ius acquirendum eſſe, dum intellectus tamen ab eo non abſit, Bellameræ viſum in conſi. vltimo in fin. Quæ Bellameræ opinio mirum, ni textui noſtro apertiſſimè contradicat, qui à ſtipulandi iure generaliter infantem excludit.

Sed

Sed neceſſario hic videndum, dictum eſt, ad pupil
lum infanti proximum tex. reſtringendum in d. l. ſer-
uum infra rem pupilli ſaluam fore. Quando infanti
374 proximus pupillus dicatur, † vt contra ſtipulandi,
& ſibi acquirendi, in nedum conſeruandi ius habeat.
glo. in §. pupillus inſti. de inutil. ſtipula. infanti proxi-
mum eum arbitratur, qui infra annum decimum, &
dim idiatum eſt. ſupra eam ætatem, pubertati proxi-
mum pupillum intelligi. ita qui annis decem minor,
& menſibus ſex eſt, infanti is proximus gloſæ erit.
Quod ad maſculum ius attinet. fœmina planè ab an-
nis nouem, & menſibus ſex infra, infanti proxima eſti
matur. gloſ. in l. 1. infra de nouatio. Quam Soci. no-
tamat in l. 1. §. adipiſcimur num. 6. verſi. Tu vero. ſu-
pra de acquiren. poſeſſio. Sed enim incogitate gloſ. in
d. l. 1. Soci. profert. Quæ verbum de hoc non facit.
Bar. ibi de re hac diſerit nu. 6. poſt glo. in l. pupillum in-
fra de reg. iuris.

Cum gloſ. in d. §. pupillus inſti. de inutil. ſtipula.
Bellame. pugnat in d. conſi. vltimo circa fi. vbi infanti
proximum eum demum arbitratur, qui menſibus ſex
ab infantia diſtat. ſeu qui maior quam annis ſeptem,
& dimidiato eſt. Quo tempore exacto, infantiæ pro
ximum dici deſinere. præterquam ſi tempore exi-
guo menſes ſex excedat. idq; iudicis arbitrio relinquē-
375 dum. Similiter † vt à iudicis arbitrio pendere ait,
quando pubertati proximus quis eſtimetur ex no. per
Bernat. Innocen. & Hoſti. in c. continebatur de de-
ſpon. impub. & Simo. in clem. ſi furioſus de homicid.
Cuius opinionis eſſe, & Coraſi. hic videtur num. vi-
geſimo qui infanti proximum eum credit. Qui an-
num circiter octauum agit. Sed enim iure ſuo loqui-
tur, teſtimonio vllo omnino non prolato.

Conſequens opinioni Bellame. ſit, diſpoſitionem,
quæ de eo meminit, qui proximus. infanti eſt, ad eum
non trahi, qui menſibus ſex ſeptēnium excedit. præ-
terquam ſi exiguus exceſſus arbitrio iudicantis ſit. quę
recipi opinio non ſolet.

Longe minus admittendum, quod in fi. conſi. vl-
timo Bellame. ſcribit, etiam minori quam annis ſe-
ptem ſtipulādi ius eſſe, ſiquidem, quod agit, intelli-
gat. Quoniam textui id noſtro, & vulgatiſſimæ Doc.
ſententiæ aduerſatur. Neq; intelligentiæ huius ratio-
nem tex. & Doc. habent. Quoniam cum iuditio in-
fans carere iuris interpræratione dicatur, perinde
eum habendum, quaſi iudicij experx prorſus ſit. Soci.
ſcribit in d. l. 1. §. adipiſcimur nu. 6. verſi. Secundum
præmittendum eſt ſupra de acq. poſ. Buttigella hic nu.
70. verſi. ratio vero quare.

Apparet ex his, cauſam, & rationem hanc infan-
tis ad ſtipulationem non admittendi, impulſiuam,
magis quam finalem videri. Niſi dicas, generalem eſſ,
& infantium omnium communem iuris ſaltem in-
terpręratione intelligi. Atq; ideo locum ei nunquam
non eſſe. Summa diſceptationis huius de infante, erit
376 † ſtipulandi ius nec ex priuilegio infanti competere.
Cauſam aliam maioris quam infante eſſe idq; non
modo ad conſeruationem, ſed, & ad acquiſitionem
pertinere, neq; intelligentiam in pupillo exquiri, vt
quod agit, cognoſcat. Non idem ex diuerſo proban-
dum, vt alij pupillus id genus obligetur. Cum ne qui-
dem naturalis contra eum obligatio inducatur l. 1.
Ibiq; no. ff. de nouatio. Alex. in conſi. 122. nu. 3. lib. 6.
vbi limitat, niſi ſi factus locupletior eſt. Ad quam ſen
tentiam ſeu limitationem tex. quadrat in l. hæredibus
in fi. ff. de dolo.
377 Locum id in obligatione legis non habet. † Per
quam non modo qui infante maior, ſed, & qui infans
eſt, adſtringitur., Verbigratia cum fidei ſacramentum
principi, aut Domino infanti à ſubditis, aut beneficia
rijs præſtatur. Par enim obligatio dominum ipſum,
quamuis iniuratum obſtringit. c. 1. in fi. de forma fide-
li. obligatione hac æque dominum infantem, atq; ma
iorem teneri, in d. conſi. vltimo circa fi. Bellame. ſcri-
bit. Secundum quæ, fortiorem legis, quam hominis
obligationem eſſe, non dubitatur. Idq; notatum, &
in ſuperioribus habemus per text. in l. frater, à fratre
verſicu. porro. Ibiq; Bal. in vltimo nota. ff. de condi.
indebit.
378 Hoc ita, † ſi per l. aut ſtatutum obligatio infantis, aut
pupilli iudicio carentis, & citra omne pupilli factum
mox inducitur. Aliter atq; ſi ex facto ſuo per l. aut ſta
tutum pupillus adſtringitur. Id enim in manu legi ſta-
tutovè non eſt, vt conſenſus naturalis defectum ſup-
pleant Deci. in l. bonorum. 2. nu. 3. C. qui admitti. Ad
paria igitur ſubditis facienda, rectè per. l. feudorum pu
pillus infans etiam, tenebitur, quatenus nullo id infan-
tis facto contingit.
379 Secundo † ad infantes legis ſcriptura non trahitur,
quæ odium habet, & in perſonam loquitur. Exempli
cauſa, cum ob immane patris ſcelus, qui manus atro-
ciſſimas vxori intulit, ab hæreditate matris filij ſubmo
uentur. Ad filios enim infantes excluſio non porrigi-
tur. Qui culpæ cuius eſſe rei nequeunt, vt author Soci.
eſt in conſi. 124. nu. 5. lib 3. per tex. in l. ſi ſine hærede. §.
lucius. Ibiq; glo. Dyn. & Bart ff. de admini. tutor.

Sed videndum in dicto hoc Soci. cauſam ſtatuti id
genus à culpa liberorum vlla non eſſe, verum à crimi-
nis atrocitate, de qua ætatis ratio liberorum non habe
tur. Quare ratio eadem infantium, ac maiorum eſt, &
380 vbi † ætatis ratio nihil facit, non minus ad infantes
atq; maiores conſuetudo, lex, ſtatutumvè trahitur, vt
Alex. docet in conſi. 65. nu. 6. lib. 6. Quod repetitum
eſt in conſi. 119. eo. lib. ex Guil. in l. ingenuum. ff. de
ſtatu. homin.

Neq; Socini opinioni glo. adeſt in d. l. ſi ſine. §. lu-
381 cius. verum aduerſatur. † Quoniam locum textui illi
putat, vt minores etiam conſuetudo illa appræhen-
dat, ſiquidem ex certa populi introducta ſcientia eſt.
Itaq; cum grauiſſimo populi totius conſilio æditum
ſtatutum cenſeatur, de quo Socin meminit, non po-
terit ad minores non trahi. Barto. item Socino non
ſuffragatur, vtpotè à quo verbum vllum factū de quę-
ſtione hac non ſit, vnde tex. illum in d. §. lucius, in ſen-
tentiam diuerſam, vt infantes etiam conſuetudo ap-
præhendat, Signorol. profert in conſi. 166. nu. 12. verſ.
nec obſt. ſi dicatur.

Hoc amplius ratio maior infantibus quam maio-
ribus obſtat, ſiquidem ſtatuti cauſam intuemur, quæ
non alia impellere ſtatuentes potuit, quam ne vſum-
fructum, & cõmodi quicquam per filios hęredes ex
bonis vxoris confectę pater conſequatur. At enim
quo natu minores filij ſunt, emolumentū vberius pa-
ter fert, ꝙ ſumptū tā magnū in minores non erogat.

Tex. item Socino refragatur in l. argumento. §. mu
382 liebri. ff. de auro, & argen. lega. † veſtib. muliebris le
gatum ad infantium etiam virginum veſtes pertine-
re, ꝙ mulieres omnes perhibeantur, quæcunq; ſexus
fœminini ſunt, cum ætatis in legato hoc ratio non
ducatur.

Ratione, & alia Soci. opinio proſternitur, cauſa ſta-
tuti id genus animaduerſa, vt ob iacturam filiorum,
matris quibus hæreditas aufertur, à ſcelere, tam hor-
rendo patrando mariti reuocentur argum. l. iſti qui-
dem in fi. ff. quod metus cau. Quæ ratio non minus
in filijs infantibus, quam natu maioribus ipuenitur.
Eo enim ſtatuta huiuſmodi æduntur, quo delinquen-
di occaſio maritis præcidatur. At enim ſatis ſtatuti
mentio non fit, ſi ad hæreditatem matris infantes
inniitantur. Rurſus quid ſi bene de matre meriti ma-
iores ſunt, rationis ne erit, deteriorem conditionem
eorum, quam infantium eſſe, à quibus meritis vl-

lis affici mater non potuit.

383 De abſentibus nunc videndum † Quibus ſtipulandi
ius ademptum ſimiliter vt infantibus apparet. Contra, quod ius tex Bar. objicit in l. 2. iuncta l. 4. ff. de ſponſal. in l. 2. per ſtipulationem ſponſalia contrahi, morisq; veteribus fuiſſe, vt ſtipulando vxores ſibi futuras obligarent. At enim conſenſu ſolo citra præſentiam, & verborum ſolennia in ſponſalibus contrahendis, tex. aquieſcit. Argumentum hoc à glo. dilui non hic. at in §. item verborum in ver. abſentes. inſti. de inutil. ſtipula. Bar. ait apposite magis ſcriptum à Bar. fuerat, argumentum hoc apud glo. hic non moueri. Quorſũ enim ſcribere, à glo. hic arg. non dilui, ꝙ nec factum ab ea ſit.

Secundam glo. ſolutionem Doc. agnoſcunt, Dupliciter ſponſalia conſiimari per ſtipulationem, & pactum, aut citra ſtipulationem, inter abſentes igitur vtiliter ea per ſimplicem conuentionem iniri. Cauſam aliam ſtipulationis eſſe. Atq; ideo ad conuentionem, quæ ſtipulando fit, tex. non pertinere in d. l. 4.

Ex qua ſolutione dictum vnum non ſpernendum
384 percipitur † dictionem taxatiuam ſubaudiendam in
l. non eſſe. Namq;, & ſi maxime ea conſuetudine veteres fuiſſe, tex. dicat in d. l. 2. vt per ſtipulationem ſponſalia contraherent. Taxatiue tamen id non accipitur, vt niſi per ſtipulationem id non liceat. Immo enim, & paciſcendo hoc idem effici, tex. docet in d. l. 4. Ratio eadem ſententiæ eſt, ne taxatiue verba eius intelligantur. veluti cum centum petitis, quinquaginta pręſtare reus iubetur. Taxatiua enim non ſubauditur, vt non pluſquã 50. debeat, & aliorum abſolutos 50. ſit. Quare, & alia 50. repoſci iuditio alio poterunt. gl. in l. linautem §. fi. in glo. fi. ff. de nego. ge. & in l. 1. C. ſi aduer. rem iudi. Signorol. in conſi. 17. nu. 2. Corn. in conſi. 49. col. 2. lib. 2. ius idem petitionis eſſe, vt in ſumma petita taxatiua nõ intelligatur, tex. probat in §. ſi minus inſti. de actio. vbi cum minus quam debetur, petitum eſt, reliquũ petendi facultas non adimitur. idq; & ad confeſſionẽ trahitur, vt ſi centum quis ſibi deberi aſſerat, taxatiua non ſubaudiatur, vltra. cap. debitum quid non eſſe Batto. & alij in l. & ſiquidem per illum text. C. de tranſactio.

Locum id, & in ſumma minore econtrario habet. verbi gratia cum 20. quis ſtipulatur, Taxatiue intelligi ſtipulationem non oportet, vt vires ſtipulatio non aliter habeat, quam ſi 20. promiſſa ſolida erunt. Immo enim, & ad ſummam minorem ſtipulatio porrigitur. veluti cum 10. reus promittit. vigorem enim in 10. ſtipulatio habet d. §. ſi ſtipulanti infra ea. l. in quem tex. offendiſſe Alcia. videtur, qui taxatiuam intelligi ad interrogationem de ſumma minori ait. ius hoc, & ad voluntatem vltimam producitur. verbi gratia cum ſumma certa cui legatur, quæ ſolida præſtari per. l. falcidiam nequit. Minor enim falcidia detracta, præſtanda. neq; taxatiuam legatum habet, vt minor non debeatur l. ſi quis teſtamento §. 1. ff. de lega. 1.

385 Locum prædicta ita habent † ſi enunciatiue, aut ci-
tra diſpoſitionem, de ſumma qua mentio fit. Cauſa alia erit, vbi per diſpoſitionem maior, minorvè ſumma exprimitur. vt puta cum decem quis apud quempiam deponeret, pactus eſt, nonne ſibi reddi. Taxatiuã conuentio hæc habet, vt non pluſquam nouem debeantur. l. rogaſti §. ſi tibi. ibiq; Caſtren. & Iaſ. ff. ſi cer. pet. Eque cum fundum quis, & dolia 80. in eo exiſtentia vendit. ſi plura ſunt, non pluſquam 80. venditioni cedunt. l. pen. §. fi. ff. de actio. empti.

In hac octaua parte, quæ ad perſonas ſpectat, qui-
386 bus ſtipulandi ius eſt, aut non competit † mutus re-
fertur. idq; à Bar. hic ampliatur, vt locum prohibitio habeat. quamuis ad motum labiorum ſtipulantis, aut interrogantis verba capiat. Quales bellum à gabrielis, & alios fuiſſe memorat. Cuius ampliationis eam rationem affert, quod non modo animi circa intelligentiam, ſed, & corporis inſtrumenta ſtipulatio aſciſcit. Nempe auditus, & linguæ. ita verba ipſa interrogantis, & promittentis lingua pronunciari, Auribusq; exaudiri, non motu percipi labiorum oportet. Secundum quæ neq; interrogãtis neq; reſpõdentis partes verbis ipſis ſuſtinere mutus poteſt, quocirca ad rẽ auditus in muto inutilis cũ intellectu erit. De auditu, neceſſarium, & ipſum ad ſtipulationem eſſe, tex. hic declarat in verſi. exaudiant, & cum ſurdum à ſtipulando repellit. idem ex tex. oſtenditur in l. 1. in fi. ſupra titu. 1. vbi loquendi facultas ſatis in ſurdo non eſt poſtquam auditus abeſt.

387 Apparet ex his † tria ad ſtipulationem neceſſaria,
ſermonem, auditum, & intellectum. De ſermone & auditu nominatim tex. noſter meminit, & in d. l. 1. §. fi. ſupra titu. 1. intellectum ſub verbo ipſo exaudire contineri ſuperius oſtendimus, & quia ſine eo perfici actus nequit. l. labeo §. idem tubero ff. de ſupel. lega. l. 1. §. pen. ff. de pactis l. ſancimus, ibiq; Com. C. ad trebel. Soci. & Iaſ. hic in primis verbis, & in ſecundo nota. Galiau. num. 16. in quarto nota. Crot. num. 6. in fi. in poſteriore lectu. Alcia. num. 30. Quæ cum ita ſint, fruſtra auditum, & per labiorum motum, intellectũ in muto obſeruamus. Coniunctim enim, aut copulate tria exquiruntur. Atq; ideo ſatis vnum ſine alijs non eſt l. ſi hæredi plures ff. de condi. inſti. l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit decem aureos. infra eo. §. ſi plures inſt. de hæredi. inſti. Quod locum, & in conditionibus pluribus habet negatiue adſcriptis l. quidam teſtamento, ibiq; glo. Bar. & alij. ff. de vulga. d. l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit decem aureos.

Secundo vitioſam id genus ſtipulationem eſſe, quæ ad motum labiorum intelligitur, argumento,
388 & alio Bar. oſtendit. † Capitis, aut humerorum
nutu ſtipulationem non contrahi, tex. Docet in §. ſi quis ita in ver. annuiſſet. Ibique glo. infra ea. l. Atqui rationem eandem intellectus habet, qui à motu labiorum deſcendit. Siquidem nonnili per nutum, aut ſingnum, & in motu labiorum intellectus verſatur. Quid enim intereſt, capite, humeris, an labiorum motu nutus, aut ſignum habeatur. Ratione igitur eadem intercedente, non poterit ius idem, & in labiorum motu non ſtatui l. illud ff. ad l. Aquil.

Tertiò argumento à ſimili ſententiam hanc Bar.
389 defendit. † Quibus caſibus ſenſum viſus, aut intelle-
ctum per viſum lex poſcit, intellectus ſatis ad modum alium non eſt, vt modo alio res cognoſci, quam per viſum poſſit. l. 1. in princip. & §. 1. ff. de his, quæ in teſta. delen. vbi deleta in teſtamento ſcriptura non dicitur, quæ legi poteſt. Sed quæſtionis eſt, quando legi poſſe ſcriptura dicatur. Reſpondet iuriſconſultus, ad luminum, aut oculorum ſenſum, legendi facultatem referri. vt oculis ſcriptura videatur. Ea de re ſatis non erit, aliunde id principi, à prioribus puta, aut poſterioribus, ſi quod deletum eſt, percurri, aut legi oculis nequit. Ratio eadem q. propoſitæ videtur, vt ſatis non ſit, ad labiorum motum ſtipulationis intellectum cognoſci, Quæ corporis ſenſum per auditum, & ſermonem expoſtulat.

Vſq; adeo porro ſenſus corporis neceſſarius ſtipulationi eſt, vt quamuis intellectu etiã carere neque-
390 at, vt monſtratũ ſuperius habemus † Attamen facilius
circa intellectũ quã verba, vinculũ, hoc legis ſoluatur, d. l. ſeruum infra rẽ pupilli ſaluam fore. Eodem text. pertinet in §. fi. inf. ea. l. vbi inepta ſtipulatio idcirco nõ fit, quod quæ verba audit, per ſe quis non aſſequitur, at interpretis opera. Ita per alium intellectus ſuppelletur,

tur, quod non æque receptum in auditu eſt. Quem
per alium non admitti, ex eo liquet, ꝙ per nuncium
ſtipulationem non conſumari, demonſtratum in ſu-
perioribus habemus. Ex tex. etiam id innatur in §. ſi
quis ita intra ca.l. vbi ex verbis conſenſus, aut intelle-
ctus promittentis admittitur. Quæ nominatim, aut
explicatim cũ non dicunt, verum per interpretatio-
nem, veluti cum per quid ni, reſponſio accommoda-
tur. Tex. etiam huc quadrat in l. 1. §.pen.ſupra titu. 1.
vbi non ideo minus vtilis ſtipulatio habetur, ꝙ id æta-
tis ſtipulator eſt. vt perfecte ſtipulationem non intelli-
gat, quem tex. ſub §. fi. non appoſite ſatis Bar. vocat.
Idq;, & Butigel. hic obſeruat nu. 45. & nu. 76.

Conſequenter his probandum, quod dicitur, tria
ad ſtipulationem neceſſaria, verba, auditum, & intel
lectum, locum ita circa intellectum habere, ſi ina-
nis omnino ſermo cum auditu, intellectu ipſo ſemo-
to, habetur, veluti cum per alium percipi intellectus
nequit. Cæterum parui illud faciendum, immediate,
an mediate intellectus teneatur, ita hoc inter ſenſus
corporis, & intellectum in ſtipulatione differt, quod
immediatos corporis eſſe ſenſus oportet, vt per ſe
quis, & immediate, vereq; citra natum, aut ſignum
loquatur, & audiat. Quod contra recipi circa intelle-
ctum ſolet. Quo contentum ius mediato eſt. idq; cre
briore Doc. calculo probari Iaſ. hic ſcribit num. ſecun
do Butigel. nu. 43. idem Soci. ait in ſecundo nota.
ſed perplexitatem verba ſua habent. vt Bar. aſſecutus
mentem non videtur, ſic quomodo inferius oſten-
demus.

Traditioni huic Bar. vt auditu interueniente, circa
intellectum, aut ſenſum facilius legis vinculum ſol-
391 uitur, vt intellectus ſatis mediatus ſit. † Soci. hic ob
ſtrepit in ſecundo nota. Tametſi pugnare ſecum vi-
deatur. Qui cum Bar. ipſo ſentire primum videtur,
quocum Doc. facere vulgo ait. At enim ab eo diſce-
dit, cum intellectum immediatum per auditum expo-
ſtular contraquam Bar. opinio non obſcure fert Con-
tra Bar. etiam Iaſ. hic argumentatur nu. 20. Nigri nu.
164. In Bar. ipſum tex. regeritur ab eo relatus in d. l. 1.
in fi. ſupra titu. 1. verbum exaudire perpendendo, per
quod ex auditu ipſo exigi intellectus videtur. Neq; in-
tellectum ſatis mediatum eſſe, qui nutu, aut ſigno quo
percipitur. Quid enim intereſt Soci. ait, omnino quis
non audiat, an auditus voces non teneat.

Nihilo magis Bartolo tex. ſuffragari in d. §. ſi quis
ita infra ea. l. Iaſ. hic Alcia. & nigri ſcribunt. Quando-
quidem, & ſignificationem certam, & affirmatam, &
ſtipulatori ipſi cognitam verba illa habent, quid ni,
latina, vel patria lingua efferantur. Atq; ideo ex audi
tu ipſo immediate intellectus eius conſequitur.

Tex. etiam refellitur in d. §. fi. infra ea. l. per auditum,
& ibi intellectum mox haberi, quamuis non contra-
hentis mox, ſed per interpretem ſenſus habeatur. De
quo apud Butigel. hic nu. 44.
392 Sed enim diſcedendum à Bar. non puto, † ſententiã
cuius frequẽtiorem Iaſ. hic aſſerit d. nu. 20. Butigel. nu.
43. quamuis perplexe Soci. loquatur. Qui receptã eam
primum aſſerit, verbis mox ſequentibus aliud ſentit.
facilius enim circa intellectum quam auditum, & ſer-
monem legis præceptum in ſtipulatione ſolui, teſtatũ
ante habemus, per tex. in d. l. 1. §. pen. ſupra titu. 1. Qui
appoſite magis ad rem facit, quam tex. in d. §. fi. textũ
etiam fortiore in d. l. ſeruum infra rem pup. ſalu. fore.
opinio hæc defenditur. vbi nihili intellectus penditur,
Dum verba tamen, & præſentia interueniant.
393 Conſequens his fit, † etiam inter diſtantes ſtipula-
tionem contrahi, qui inuicem ſe audiunt, non exau-
diunt; Dum ab amico tamen intermedio verborum
expoſitio fiat, vt Galiau. hic ſcribit nu. 50. Sed enim à
controuerſia vacuam illationem hanc Galiau. nõ cre
394 do. Quoniam exauditionem † tex. noſter expoſtu-
lat, & in d. l. 1. in fi. ſupra titu. 1. hoc eſt auditum cum in-
telligentia. Quid porro refert, non audiat quis omni-
no, an quod audit, non aſſequatur, vt hic apud Soci. in
ſecundo nota. Neq; Bar. & Doc. præceptio refragatur,
intellectum ſatis mediatum eſſe, Dum auditus modo
immediatus ſit. Quoniam de intellectu mediato ra-
tione verborum ſeu quantum ad verba Bar. & alij lo-
quuntur, qui ex verbis ipſis mox non ſequitur, non de
mediato à perſonis. hoc eſt qui à contrahentibus ipſis
non percipitur. Neq; tex. mutat in d. §. fi. infra ca. l. vbi
per aliam perſonam intellectus mediatus admittitur.
Eo .n. caſu conceſſum id legitur, quo per ſeipſum ha-
beri intellectus nequit. cum inter eos res agitur, linguę
quibus diuerſæ ſunt. Quo caſu per interpretem verbo
rum recipi explicatio ſolet. Quæ ratio ſilet, cum lin-
395 gua eadem contrahendi vtriq; eſt, inde † ex diuerſis
argumentari Galiau. apparet, quæ diuerſam omnino
rationem habent l. fi. ff. de calum. l. Papinianus exuli ff.
de minor. & alia compluria.
369. Quæ in muto narrata, & ſurdo ſunt, † fruſtra eos
nec ad labiorum agitationem ſtipulari, ampliationem
admittunt, vt ne quidem ex pacto ſtipulatio conſiſtat,
vtiq; quotiens per ſe ſtipulatio conficitur. hoc eſt ſu-
per contractu alio non interponitur, ita vt niſi ſtipulã-
di animũ nõ habeant, vt ex Bar. colligitur in d. §. ſi quis
ita nu 7 verſi. ſecũdo quæro. Ibiq; Galiau. nu. 48. ĩ. ea. l.
397 Sed dubitari hic põt. † Quoniã de muto, & ſurdo
Bar. loquitur vtrum coniunctim intelligi eum opor-
teat. vt non aliter ſtipulandi ademptum ius ſit niſi ſi vi-
tium vtrunq; contingat. Ne multis, diſiunctim verba
accipit Bar. conuenit. vt alterum vitium ſatis ad ſtipu-
lationem perimendam ſit, idq; per hunc tex. qui vtrun
que à ſtipulandi iure repellit. ſed diſiunctim magis de
vtroq; tex. loquitur in d. l. 1. §. fi. ſupra titu. 1. neq; de co
pula laborum dum, qua vſus hic Bar. eſt. Quoniam
398 † ſeparatim intelligitur, vbicũq; inter inſertas perſo
nas eſt. Per ſe enim quælibet, non propter alterã vna
ſpectatur l. 1. Ibiq; Bar. ff. de infamib. l. 3 §. lege Iulia. ff.
de teſtib. Bar. & alij in l. 1. ff. de iuſti. & iure Soci. in cõſ.
33. nu. 5. lib. 3. Deci. in conſi. 333. col pen. Eo planè de
muto, & ſurdo copulate Bar. loquitur, vt oſtendat, lo-
cum traditioni ſuæ in vtroq; eſſe.
399 Diſcrimen tamen † inter mutum, & ſurdum natu-
ra, & cum vertitur, qui altero demum vitio tenetur.
Cui vitium vtrunq; eſt, Mentis eum impotem lex du-
cit, furioſiq; ſimilem, & infantis habet. ita vt contra-
ctus cuius vis facultate careat. vt Coraſi. hic ſcribit
num. 16. per tex. in l. fi. infra de verb. ſigni. Ad quam
ſententiam tex. etiam vltra Coraſium, accedit in l. di-
ſcretis C. qui teſta fa. poſ. ibiq; Caſtren. nu. 2. intellectus
quicquam in eo non præſumi vſq; adeo ſcribit, vt pro
mortuo eſtimetur. Quem tex. in ſententiam hanc Pa
riſ. etiam adfert in conſi. 63. num. 5. & num. 12. lib. 4.
Sed nec principis iuſſu teſtandi ius muto, & ſurdo na
tura eſſe, in d. l. diſcretis. Doc. ſcribunt, id quia in ma-
nu principi non eſt, vt vitium naturæ diluat. per, quod
conſenſus abeſt.
400 Ratio hæc conſenſus deficientis facit † vt nec ma-
trimonium contrahat, qui neq; linguæ neq; aurium
officio fungitur id quia cum ab eo cõſenſus abſit, con
ſenſu carere matrimonium nequit l. nuptias infra de
reg. iuris. Quam ſententiam, & apud pontificij iuris
Doc. probari, verius tradit in l. ex facto num. 12. in
fi. num. 16. & ſequen. num. 19. & ſequen. ff. de vul-
ga. Pariſ. in d. conſi. 63. num. 1. & pluribus ſequen.
lib. 4.
401 Textu prædicta iuuantur † in d. l. fi. infra de verb. ſi-
gni. Qui præſentiam in muto, & ſurdo non admittit.
Quæ verba referri niſi ad animi iuditium ſenſumvè
nequeunt. Siquidem, quod ad corporis præſentiam

attinet, non minus in muto, & ſurdo, atq; in alijs contingit, Quibus vitium id abeſt. Ea ratione de præſentia neceſſario tex. loquitur, quæ coniunctam intelligentiam habet. l. coram eo. titu. Atq; ita tex. illum d. l. ſi. glo. ibi interpretatur, cum tex. nominat in d. l. corã. textus etiam ad prædicta applicatur in l. ſeruo inuito. §. ſi pupillo in fi. ff. ad trebel. Io. Fabri in §. quinimo inſti. de mili. teſta. De quibus in d. l. ex facto verius meminit nu. 17.

402 Opinionem diuerſam † ne matrimonij contrahendi iure mutus, & ſurdus cõiunctim, careat, Bal. probat. in l. vni. nu. 12. C. de confeſ. vbi a generandi vi animi quoq; ſenſum colligit. Atq; ideo pluris ei aliquid quã animali rationis experti tribuendum. Tam, & minoris quam homo perfectionis ſit. Quo Bal. dicto Galiau. hic vtitur nu. 59. Ibiq; apud canones canonum receptum ait in c. cum apud de ſponſal. Quorum ſententia in matrimonio, & apud forum cæſareum potior, vt aliud viſum legum doctoribus ſit in d. l. diſcretis. ſed enim niſi Cardi. Alexandri. in d. c. cum apud. opinionem hanc non agnoſcit. & ſententiam diuerſam iuris etiam pontificij Doc. crebriorem in c. l. ex facto verius teſtatur nu. 15.

Neq; magni Bal. ratio facienda, quæ in generandi vi ponitur. Nam, & Bruta idem valent, quorum conſtat matrimonium non eſſe. Ita per inſtantiam brutorum Bal. ratio proteritur. l. vt in ſimili tex. argumentatur in §. pauonum inſti. de rerum diuiſ.

403 Locum tamen † Baldi. Cardi. Alex. & Galiau. opinioni credam, ſi ſignis, aut coniecturis quibus intellectus depræhendi in muto, & ſurdo id genus poſſit. Ratio tum enim Doc. ſilet in d. l. diſcretis per illum tex. q intellectus expers præſumitur, in quo vitium vtrũq; ineſt. ſiquidem præſumptionibus alijs euidentioribus ſuis elidi præſumptio ſolet l. pen. ff. de reſti. in in. reg. Atq; in ſpecie muti, & ſurdi, ex tex. id declaratur in d. c. cum apud in fi. in c. tuę in c. cum dilectus. eo. ti. de ſpõſal. in c. ſufficit 27 q. 2. Ad quem caſum Bal. & Cardi. Alex. opinio pertinet. ſed expreſſius ex Cardi. id percipitur. Hoc etiam caſu Pariſ. loquitur in d. conſ. 63. nu. 4. & pluribus ſeq. lib. 4. Quare non accurate ſatis Cardi. Alex. mentem animaduerſam in d. l. ex facto verius habuit.

402 Ratione validiore limitatio hæc iuuatur † namq; à muto, & ſurdo, qui niſi vnico affecti vitio non ſunt, abeſſe intellectus non creditur, quominus contractus alios præter ſtipulationem, non perficiant. At enim præſumptiones contrarias præſumptio hæc admittit, vt poſt Caſtren. & Alex. Galia. hic ſcribit nu. 52. Quin etiam coniecturis id genus locus, & contra alios fuerit, qui aurium, aut linguæ vitio non tenentur. Quãto magis mentis ſanæ probatio recipienda in gratiam eius erit. Quem mutum, & ſurdum natura ædidit. Cum procliuior mentis ſanę, quam affectę probatio habeatur. Atq; ideo potiora teſtimonia ducuntur, qui bus incolumitas mentis defendi vtpote iuris quibus præſumptio ſuffragatur. qua mente ſana quilibet creditur l. nec codicillos ibiq; glo. & Doct. C. de codicil. c. fi. de ſucceſ. ab inte. Tradit Corn. in conſi. 219. col. fi. lib. 1. in conſi. 91. in fi. & in conſi. 261. colum. 9. lib. 4. Deci. in conſi. 448. num. 9. & tribus ſeq. Curti. Iun. in conſi. 151. num. 5. & in fi. conſi. & quamuis circa teſtes diſcordes obijci quid poſſit, Attamen vbi niſi iuris præſumptio non obſtat, Quia præſumptionibus contrarijs atq; validioribus ab ea diſcedatur, dubitandum non erit.

403 Ad mutum, & ſurdum natura † prædicta pertinent, vt animi iuditio vacare, & ſenſu credatur, Atq; ideo contractus factionem non habeat. Non idem probandum, ſi caſu quo fortunæ, aut morbo vitium id accedit. Intellectus tunc enim abeſſe non creditur. Atq; ideo contrahendi, & teſtandi facultatem non amittet, vt in d. l. ex facto nu. 19. & duobus ſequen. verius notat. Pariſ. in d. conſi. 63. nu. 1. & 2. lib. 4. poſt Iaſ. in d. l. diſcretis in fine primi nota. & col. fi. verſi. nun. quid autem mutus.

404 Limitationem, & alteram † ad prædicta Pariſ. ſubiungit in d. conſ. 63. nu. 9. vt quamuis matrimonij contrahendi iure id genus mutus, & ſurdus careat, Attamen ſi contractum ſit, ratum id habendum. Quam limitationem repudiandam omnino credo. verbis enim impoſita prohibitio haud dubie fuerit, ſi matrimonij robur admittitur. Rurſus ſi mentis impos omnino eſtimatur, Quemadmodum conſiſtere contractus poterit, conſenſu, & intellectu dempto, cum nul-
405 lus ſine intellectu conſenſus ſit. Conſentire † quippe ignorans non dicitur l. tres fratres ff. de pactis. l. cum aquiliana ff. de trãſact. l. mater ff. de inoffi. teſta. l. fi. §. idem quæſiji ff. de condi. indebi. l. 2. in fi. ff. ſolu. matri. l. ex maleficijs §. longe minus ſupra tit. 1. l. ad probationem C. loca. l. ſi ex maiore C. de exceptio. l. nec ignorans C. de donatio. c. placuit 38. di. Inde etiam dicitur, nullum errantis conſenſum eſſe l. ſi per errorem ff. de iuriſdi. om. iudi. l. 2. ff. de iudi. & alia compluria. & ſine intellectu conſenſum non interuenire neq; admitti, tex. docet in l. in quibuſcunq; ſupra titu. 1. in l. vbi non voce infra de regu. iuris. & inſti. de hæredum quali. & differ. in fi.

406 Neq; arg. Pariſ. aduerſatur † vtile matrimonium manere, Quod contrahære non conceditur l. patre furioſo ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iuris l. furor ff. de ſponſal. l. oratione in fi. ff. de ritu nuptiar. Quoniam ad matrimonium. ll. hæ pertinent, quod contractum vtiliter eſt, ante videlicet, quam mentecatus contrahens eſſet. In furore planè, aut mentis inſania morbo ve contractum, vt ratum maneat, textibus ipſis pernegatur, tantum abeſt, vt cum Pariſ. faciant.

SVMMARIVM.

1 *Stipulationes quinq; explicantur de quibus in §. cato tractatur, & ſeq. pluribus.*
2 *Stipulatio iter fieri tribus modis intelligitur, vbi declaratur & nu. 3. de intellectu diſputatur, & quæ ſit eius vtilitas.*
Seruitus iter fieri pro fundo alieno, ſeu ad fundi alieni vtilitatem conſtitui non poteſt neq; inter viuos, neq; ex voluntate vltima ſeruitutem puta legando ibidem. Verſi. Quocirca pro fundo alieno.
Seruitus realis vltra acquiri non poteſt quam neceſſitas fundi dominantis expoſtulet, ibid. verſi. Hoc amplius.
Seruitus realis alij competere, aut acquiri niſi fundi domino non poteſt, ideò dominus ſolus ſeruitutẽ realem vendicat, & ipſi ſoli confeſſoria competit, ibid. verſi. Sed nec alij, vbi pluribus comprobatur, & exornatur.
4 *Factum in his quæ ſunt facti poſt moram ad id, quod intereſt obligatio ſuccedit, vbi declaratur, ac locum habeat in obligatione quæ permixta ſit, & quæ incluſam dationem, aut obligationem aliam præciſam habet.*
5 *Exorbitatis, in exorbitantibus, quod conſtitum in caſu ſimplici eſt ad mixtum trahi non debet.*
Patientiam qui præſtare tenetur, an ad factum preciſe obligetur, ibidem.
6 *Itellectus l. loci corpus. §. ſi fundus ff. ſi ſeru. vendi.*
7 *Seruitutis ius quis ſtipuletur, an factum ipſum quid differat.*
8 *Interpretatio contra ſtipulatorem ex. ll. veteribus non fit quotiens ita interpretando inutilis actus fieret, vbi lex veteribus declaratur.*
9 *Factum, de quo facto intelligi tex. debeat in §. Cato.*
Seruitus ſine patientia tempore, aut præſcriptione acquiri non poteſt. ibid. verſi. Inde vidimus.
Quaſi poſſeſſio in iuribus incorporalibus nihil aliud niſi patientia

Digitized by Google

tientia aduerſarij ſine qua intelligi quaſi poſſeſſio non poteſt, ibid. verſi. inde Caſtren ſcribit.

10 *Interpretatio reijcitur quotiens factum ſuperfluũ ſequitur.*

Expreſſum dicitur, quod in antecedens, aut conſequens neceſſarium venit, ibid. verſi. Imò expreſſum habetur.

11 *Stipulatio iter, an ius etiam ſeruitutis itineris contineat.*

Opinio Doctorum hoc ipſo approbata creditur, quod non damnatur, ibid. verſi. Approbata enim.

Sententia approbata intelligitur à qua non appellatur, ibid. verſi. Huc & illud.

Dare verbum ad dominij, & iuris tranſlationem pertinet, ibid. verſi. ſi dixerit.

12 *Alternatiue natura ea eſt, vt inter æqualia aut parum diſtantia ponatur, & vna pars eius liquida ambiguam aliã declarat, vide num. 18. vbi declaratur.*

Voluntas morte finitur neq; hæredes ſequitur, ibid. verſi. Quæ voluntas.

13 *Intellectus l. pen. ff. de ſeru. ruſt. præd.*

14 *Glo. opinionem in §. Cato Author defendit.*

Seruitus Realis itineris intelligitur, quotiens de itinere fit mentio, veluti cum iter cui legatur, aut conceditur, ibid.

15 *Interpretatio reijcitur per quam imperfectionis iuriſconſultus notatur, vel imperfecta diſpoſitio maneret.*

Natura verborum adiuncti ratione mutatur, ibid.

16 *Reale ius duobus modis intelligitur.*

17 *Contemplatione cuius quid fiat magis inſpiciendum, quam factum ipſum.*

18 *Alternatiue natura eſt, vt inter diuerſa nõ æqualia ponat.*

19 *Connexa quæ ſunt pro vno habentur.*

Acceptari ex hæreditatibus duabus connexis vna ſine altera non poteſt ibid.

20 *Effectus. Ratio eius haberi non ſolet, quod effectum aliquẽ in re controuerſa non producit.*

Vinculum duplex in ſucceſſione feudi non conſideratur in quo ratio haberi alterius non ſolet veluti cum fratres concurrũt ex quibus cõiunctus vnus fratri defuncto ex vtroq; parente, conſanguineus alteri, ſeu ex latere patris tantum eſt, concurrunt ambo in feudo quia vinculum ex parte matris non rellevet quia debitum niſi agnatis non eſt, ibid.

21 *Impropriè locutionis iuriſconſultos arguere non licet, qui proprietatem verborum ſeruandam eſſe docent.*

Iuriſconſulti, quod ab alijs ſeruari præcipiunt longe magis ipſos præſtare oportet, ibid.

22 *Impropria locutio dici non poteſt quam loquendi vſus admittit, verbis enim ſignificationem conſuetudo tribuit.*

23 *Expreſſum dicitur, quod ab expreſſa ſequitur.*

24 *Stipulatio iter fieri, vel non fieri in ſecunda parte quam interpretationem admittat, & ſeq. pluribus.*

Glo. declaratio ad §. cato in verbo non fieri, ibid. verſi. ſed cauſa indaganda.

Relatio regulariter fit ad proxima ibid. verſic. Et quia ad proxima. Declaratur, num. 25.

Obligari ſibi ipſi quiſquam non poteſt, nec ſibi ipſi imperat num. 14. verſi. rurſus ſibi ipſi.

26 *Suppletio ex eadẽ oratione admittitur ſi id fieri poſſit, alias ex oratione alia etiam ſeparata ſit.*

27 *Extenſio etiam in pœnalibus permiſſa ne illuſoria diſpoſitio reddatur.*

28 *Intellectus diuinatiuus reijciendus.*

29 *Experimentum verorum ſermonum eſt vt rebus ſenſatis, & veriſimilibus conueniant.*

Extranea perſona ſubaudiri non debet, ibid. verſic. Rurſus perſonam ſubaudiri.

30 *Diuiſio Bar. ad §. cato impugnatur.*

Generalis locutio obſcuritatem parit, ibid. verſi. Quocirca in ſpecie.

31 *Venditorem non releuat emptorem de vitijs rei venditæ in genere, aut obſcure certiorem feciſſe.*

Obſcura ſtatuto ſe iuuare nemo poteſt, ibid.

32 *Vnum pro vno habentur quæ continuationem habent.*

Continuata quæ ſunt vna ſimul facta cenſentur, ibid. verſi. Quarto quæ continuata.

33 *Diuiſio Authoris ad §. cato.*

34 *Facti ſpecies ad §. cato.*

Ratio, ſine ratione cognoſci, aut ſciri quicquam non dicitur, ibid. verſi. Cognoſci quippè.

Pœna ab vno ex hæredibus promiſſoris, aut ab omnibus quãdo committatur, ibid. vbi ab omnibus committi deciditur in facto indiuiduo, quia ab omnibus factum videatur, quod in partes diuidi non poteſt.

Indiuiduitas operatur, vt contra hæredes omnes etiam culpa immunes pœna committatur non inſolidum, ſed pro portionibus hæreditarijs, ibid. verſi. Ex qua deciſione, & nu. ſeq. quod ampliatur, vt procedat etiam in contrauentione vera nu. 37 declaratur num. 87.

35 *Hæres defuncti perſonam ex portione ſua tantum hæreditaria repræſentat, præ alijs vti extraneus iudicatur.*

Obligationis defuncti qualitas ob perſonas hæredum non mutatur, vt deterior ſtipulatoris conditio ex perſonis hæredum fiat, ibid. verſi. Sed abiecturus iterum. Quod declaratur nu. 45 vt procedat in his quæ indiuidua tam in hæredibus, quam promiſſore ipſa ſunt etiam quo ad pœnam, vide num 49 & ſeq.

37 *Diuidua in obligatione ſi vnus ex hæredibus promiſſoris cõtraueniat contra eum tantum, & pro portione ſua hæreditaria ſtipulatio committitur.*

Pœna in factis diuiduis authores ſuos ſequitur, ibid.

Diuidua ſtipulatio quæ dicatur, ibid. verſi. Roganti adoleſcenti.

38 *Indiuidua ſtipulatio iter fieri, vel non fieri, vel per te non fieri neq; per hæredem tuum quominus l. cur dicatur, & quare diuerſum in ſtipulatione amplius non agi, aut rem ratam haberi*

Culpa vnius alijs non nocet, ibid. verſi. Culpa igitur.

39 *Intellectus §. cato in verſi Sed videamus.*

Socin. iun. intellectus ad § cato in verſi. Sed videamus reprobatur, ibid verſi. Sed quæret hic aliquis.

40 *Indiuidua ſtipulatio de rato, aut amplius non agendo in promiſſore ipſo principali eſt ne ratũ habere in partem poſſit, ideò inſolidum contra eum.*

Stipulatio, & pœna committitur, quamuis niſi ex parte non agat ratumue non habeat, vbi diuerſitatis ratio, & alia Soci. iun. reprobatur. num. ſeq. vide vſq; ad nu. 53.

41 *Teneri ex eo quis non debet cuius faciendi facultatem non habet.*

42 *Ratio, vt recipiatur generalis eſſe debet.*

43 *Conditio in forma ſua, & ex toto impleri debet.*

44 *Totum, à toto qui repellitur, & à parte quauis remotus creditur, ſimiliter, vt genere remoto ſpecies eius omnis remouetur.*

Rei appellatio ad totam non partem eius pertinet, ibid. ver. Atq; in ſpecie, vbi differentia conſtituitur inter diſpoſitionem negatiuam, & affirmatiuam.

Negatiua vis potentior, quam affirmatiua, ibid. verſi. Ad quam ſententiam.

45 *Pars, per oblationem partis debiti integra vſura currere nõ deſinit.*

46 *Ratio generalis legis non reſtringitur quamuis in caſu aliquo ſpeciali loquatur.*

47 *Alciati impugnatio.*

48 *Contradictio ne ſequatur ad caſum ſpecialem regula reſtringenda ſub quo poſita eſt.*

50 *Fidelitatis iuramentum hæredibus plurib. à domino relictis omnibus præſtandum.*

51 *Indiuidua iuriſdictio habetur quæ ſingulis competere niſi inſolidum non poteſt quomuis diuiduitatem ab vſu, aut adminiſtratione admittat.*

52 *Hæredis obligatio leuior, quam defuncti.*

53 *Stipulatio pœnalis non aliter dicitur niſi ſi pœne mentio facta ſit, quæ omiſſa, & quantitas tantum certa promiſſa ſi promiſſioni non paruerit.*

Intereſſe taxandi cauſa adiecta intelligitur, & quæ ſit vtilitas, & effectus, an pœnæ nomine, vel intereſſe expreſſa quãtitas cenſeatur, ibid. & ſeq. pluribus, vide nu. 62. 63. vbi

Digitized by Google

Argum. contraria omnino nu. 66.
Intereſſe probandi onus ſtipulatori non incumbit ſi eius, quod intereſt nomine adiecta pœna cenſetur, idem ſi de pœna mere tractetur, ibid. verſic. Sed dubitatio incurrit, vbi quæſtio altera explicatur vtrum à petitione pœnæ, aut intereſſe promiſſor excludatur ſi paratus ſit docere non intereſſe, vel tanti quanta pœna, aut pecunia certa eſt, in qua q. caſus duos Author diſtinguit.
54 Diſpoſitio ob cauſam aliquam introducta ad eam reſtringi debet, cum à cauſa ſua effectus omnis regi ſoleat.
55 Intereſſe nomine vbi promiſſa pœna intelligitur, ſi pluris intereſt, quàm in pœna ſit ſolidum intereſſe peti vltra pœnā pōt.
56 Iuramento alicuius ſtari ſi ſtatutū iubeat, probatio contraria admittēda, quod intereſſe ratio habita in ſtatuto videatur.
57 Fictio ſuper certo non incerto vertitur, ideo probationem contrariam non admittit.
58 Intellectus l. 2. § fi. ff. qui ſatiſd. cog.
Permiſſum videtur quod prohibitum non apparet, ibid. ver. Eapropter, quod denegatum.
59 Pœna vltraquam intereſt in contractibus præcipuè bonæ fidei non committitur.
60 Pœna vbi ad id, quod intereſt reſpicit ſupra duplum non admittitur, vbi limitatur interpoſito iuramento, Author tamen, nec dupli exactionem admittit ſi tanti no intereſt, niſi à ſciente pœna, tam immoderata adiecta ſit.
Pœna iure canonico difficilius committitur, quod ad intereſſe ſemper reſtringitur quāuis, ob id quod intereſt inſerta alias non videatur, ibid. verſic. Et difficilius iure canonico, vbi ampliatur iuramento etiam interueniente.
Pœna conuentionalis iure canonico inſpecto, an debeatur, ibid. verſi. Diſcuſſionem tamen, vide nu 73.
61 Pœnam meram, & rem conſequi an liceat.
62 Fruſtra verbum nullū adiectum intelligitur quid enim verbis opus quo nullus verum effectus ſequitur.
Formæ quicquam addere, vel detrahere non licet, ibid. verſi. Notabile hoc, vbi Author quo ad additionem dubitat.
Mandatū non ideo minus impleri dicitur, quod plenius, aut pinguius impleatur, ibid. verſi. A dubitatione tamen.
63 Intellectus l. fi. ff. de præto. ſtipul.
64 Denominatio a forma non à verbis fit, & ab effectu non à verbis contractus nomen accipit.
65 Forma, an per æquipollens impleatur.
66 Digeſtorum leges magiſtraliter, & doctrinæ vice non pro re nata adde, aliud in legibus Codicis, verſi. Senſus is ex Fulgo. iuuatur.
67 Narratiua, à verbis legis narratiuis quibus factum narratur arguere non licet
Ambiguum dicitur, quod intelligi multifariam poteſt, ibid. verſi. Hoc ita admiſſo.
Pluralitas vbi eſt ibi obſcuritas, ibid. verſi. Hoc ita admiſſo.
Ambiguum in lege ambigua fruſtra fundamentum ponitur, ibid. verſi. Hoc ita admiſſo.
68 Formam conditio, & modus faciunt.
Debet verbū neceſſitatē dicit, ibid. verſ. tertio verbū debet.
69 Dubium. In dubijs opinionibus illa præualet quæ diſtinctione iuuatur.
70 Pœna conuentionalis duplex, expreſſa, & tacita, & quid inter eas differat.
Expreſſum tacito potentius. ibid. vide num. 71. vbi aliquando tacitum expreſſo potentius.
71 Ratio diuerſitatis vbi non inuenitur, intellectus expertes ſunt qui differentiam, aut diuerſitatem introducunt.
Extenſio fieri ad caſum alium omiſſum non dicitur qui rationē eandem habet quin ſub ratione ipſa comprehendi dicatur ſicut ſpecies ſub genere verſ. Qua de cauſa.
72 Pœna conuentionalis intereſſe declarandi, aut taxandi nomine in dubio expreſſa intelligitur, Quod declaratur, & pluribus ſeq. vbi caſus plures recenſentur in quibus vice eius, quod intereſt pœna ſuccedit limitationes vide nu. 76. & ſeq.
73 Ius canonicum, quod æquum, & bonum ſecundum Deū eſt, Id ſtatuit ideo à foro conſcientiæ non diſcrepat nu. 73.
Verſ ſi dixeris vbi ratione comprobatur.
Canones ſpiritu ſancto impulſore à ſanctis Patribus editi verſi. ſi dixeris.
Conſcientia ius ab æquitate naturali, aut iuris gentium oritur, & ad terminos iuris ipſius naturalis, aut gentiū conſcientia forus reſtringitur, ibid. verſi. ſi dixeris.
Pactū nudū iure Canonico actionē Parit. ib. verſ. Qua rōne.
Ius Canonicum captionem in precio non reijcit, Aliud in foro conſcientiæ ibid. verſ. ſed obiecturus. vbi ratio.
74 Mercatores inter mercatores æquitatem coli conuenit ideo vltraquam intereſt pœna non exigitur.
75 Forma non ſeruata actus Corruit, & omne eſſe, & forma eſt inde fit vt forma ſublata, & ipſa res pereat.
76 Pœna conuentionalis ad id, quod intereſt fiſci fauore non reſtringitur cui promiſſa pœna, aut pars eius eſt notario pro fiſco ſtipulante vbi exemplo declaratur. ſed author limitationem hāc impugnat eo. nu. verſ. falſam limitationem, & nu ſeq.
Vnum tantum iudicatur vbi duo propter vnum ibid. verſi. falſam limitationem.
77 Indiuidua iudicis ſententia dicitur in qua non plusquam vnum capitulum licet diuidua quantitas ſit in capitulo ſententia expreſſa.
Correſpectiuū in correſpectiuis vno remoto alterum tollitur ibid. verſ ſecundo vbicunq;.
78 Pœna compromiſſi aduerſus eum committitur qui arbitro neglecto ad ordinarium iudicem adit.
Pœna contumaciæ an debeatur ſi partis nō intereſſit, ibi. vbi diſtinctio inter pœnam contumaciæ legalem, & conuentionalem, quam Author impugnat.
79 Pœna conuentionalis verum loco eius, quod intereſt ſuccedat intereſſe ipſum à contemptu Doctores diſcernunt, & diſtinguunt Author vero,
Pœnam ipſam conuentionalem omnino committi comprobat eod. num. verſ. quid igitur.
80 Pœna ex actu nullo non committitur, & in actu nullo contemptus intelligi non poteſt.
Pœna conuentionalis in compromiſſo nullo adiecta non committitur ibid. verſ. atq; Nominatim.
81 Pœna quibus caſibus ob actum nullum detur.
82 Pœna conuentionalis contemptus ratione non ob intereſſe, æſtimandum appoſita cenſetur, clauſula adiecta rato manente pacto.
83 Pœna conuentionalis exigitur etiam ſi non intereſt vbi de re agitur in qua intereſſe cōſiderari non poteſt.
Diſpoſitio ad eum caſum referenda ad quem congruere poteſt non ad impoſſibilem ibid. verſ. & quidem.
84 Dandi obligatio ad id, quod intereſt non ſuccedit ſed præciſa eſt ſecundum Ripam.
85 Pœna conuentionalis an cōmittatur interpoſito iuramento.
Iuramenti virtus ea eſt vt actum confirmet non ampliet, ideo conditiones, limitationes ac interpretationes omnes recipit quæcunq; in actu inſunt ſuper quo interpoſitum eſt ibid. verſ. vera limitatio.
86 Pecunia verbum proprie, & ſtrictim ad numeratam refertur large vero ſpeciem etiam continet declaratur nu. 88. vbi omnino vide. & duobus ſeq.
Pœnæ promiſſio ex pecunia an ſpecie fiat nihili intereſt nu. 8 in fi. & ſeq.
Improprie, & large verba accipiuntur ne otioſa remaneant ibid. verſi. neq; nouum id eſt.
87 Stipulatio facti indiuidui contra hæredes promiſſoris inſolidum quo ad pœnam committitur cum ex ſpecie pœna conſtat ſtichi puta, aut equo ideo indiuidua ſtipulatio tam à pœna quam facta ipſo principali iudicatur.
Diuiduæ ſtipulationis natura ea eſt, vt diuiduitatem non modo à pœna ſed, & à facto principali admittat ibid. verſ. ſi ſtipulationes.
89 Verba late interpratantur quatenus lata ipſorum ſignificatio patitur.

Extenſio

Extenſio non dicitur ſed propria comprehenſio vbi ſub genere aliquid tanquam ſpecies includitur, ibid.
Interpretatio Reſtrictiua contraria verbis, & ſermoni literario eſt, ibid. Verſi. conſequenter hic dicendum.
90 Pecuniæ ſignificatio triplex larga, ſtricta, & ſtrictior: declaratur.
91 Intellectum Socini autor impugnat ad §. cato quem generaliter intelligit in pecunia numerata, vel in ſpecie pœna conſiſtat.
92 Copula reo adſcribitur qui cum impedimentum remouere poſſet aliud non facit.
Volens pati dicitur à quo remota neceſſitas non eſt, ibi. verſ. hoc amplius.
93 Interpretatio ideo Inuenta vt dubiam vocabuli ſignificationem declaret non deleat.
94 Stipulatio vbi indiuidua ſi vnus ex hæredibus promiſſoris in eam cõmittat cohæredes alij quomodo teneantur inſolidũ an in partes hæreditarias limitatur nu. 99. 102. & ſeq. pluribus.
Generalis ſcriptura ſecundum aliam declaratur, & reſtringitur quæ in ſpecie loquitur ibid. verſi. iuxta nota. hoc vbi idem in verbis vniuerſalibus probatur. Ex quo colligitur limitatio ad plures iuris regulas. & ratio redditur.
Inſolidum an ex portionibus hæreditarijs in ſtipulationibus indiuiduis pœna committatur vno hæredum contrauenientem. ibid.
95 Intellectum duplicem in materia pœnali vbi verba patiuntur ille præfertur vnde initio pœna ſit
96 Singuli. Dictio ſinguli hæredes omnes diſtributiue non collectiue complectitur.
97 Pars legis per aliam declaratur generalis lex per aliam certam, & determinatam declaratur. ibid.
Præcedentia facilius determinãt ſequentia quam econtra ibid verſ id quidem inprimis.
98 Quoq; dictio implicationem continet.
99 Stipulatio vbi indiuidua ex offenſione vnius ex hæredibus promiſſoris contra hæredes omnes ex portionibus hæreditariis pœna nõ committitur vbicunq; ex offenſione vnius, aut pluriũ damnũ ſtipulator nũ ſentit ſi ſtipulationi ab alijs pariũ, vel ab vno ita ſit vt effectũ rei ſtipulator ita conſequatur ac ſi ab omnibus ſatisfactũ fuiſſet. vbi exẽplo declaruit.
Argumentum à ſenſu contrario ad limites ſenſus directi reſtringitur ibid. verſ ſed limitationi obſtare.
Alij facilius prodeſt ab alio factum quam, vt noceat, ibid. verſ Rurſus facilius.
100 Damni vitandi, & lucri inducendi ratio diuerſa.
101 Impletum à quo ſit olei no obſeruat vbicunq; pœnæ excluſio vertitur.
102 Stipulatio prætoria in ſtipulationibus prætorijs licet indiuiduis is tantum tenetur qui contrauenit vbi declaratur an inſolidum, vel pro parte vnus ex hæredibus contrauenions teneatur, & quid in promiſſore ipſo principali ſi pro parte contraueniat, vide nu. 104.
103 Æquitatem Prætor intuetur, & religioſe colit.
Legis beneficium nemini adimendum, idem in prouiſione hominis conſtitutũ, ibid. verſi. Neq; cõmodo prouiſionis ſuæ.
104 Inſolidum in cõtractibus bonæfidei hæres ſolus tenetur qui contrauenit, neq; ad cohæredum iniuriam offenſio vnius recidit, verſi. Limitationem tertiam, & nu. ſeq.
105 Actio ex teſtamento bonæfidei quo ad acceſſoria ſaltem habetur in quibus poteſtatem non minorem Iudicis officiũ atq; in bonæ fidei contractibus habet.
106 Hæres, ſeu cohæres in portione non hæreditaria pro extraneo habetur etiam in contractibus bonæfidei.
107 Indiuidua euictionis obligatio dicitur, & quia defendi res vendita in partẽ nõ poteſt, ita denunciari hæredes omnes venditoris oportet, vt litem defendãt, & vno ex eis non defendente pro portionibus hæreditarijs alij tenentur.
Ratio generalis dictum ſpeciale ampliat, & ad caſus omnes protendit in quibus ratio ipſa generalis mouet, ibid. verſi. Secundo Barto. latius nu. 128. quod ampliatur nu. 130. in ratione etiam non expreſſa, ſed quæ percipi coniectura ſolet vbicunq; non pluſquam vna afferri ratio poteſt.
108 Generalis diſpoſitio ad ea non trahitur quæ rationem eandem non habent, nec ad ea in quibus minor ratio verſatur, verſi Sed nec ad ea eod. nu.
109 Quodammodo dictio fictionem denotat, latius num. 134. in fi. & ſeq. vbi aliq. locutionem impropriam exprimit fictio in contractibus bonæfidei contra æquitatem locum non habet.
110 Lex licet generaliter loquatur reſtringi tamen debet iuxta titulum ſub quo eſt poſita.
111 Diuidua obligatio rem reſtitui dicitur.
112 Contrariorum vno poſito aliud ceſſat, quia ſimul ſtare non poſſunt.
113 Culpa ab eo non obijcitur qui vtilitatem ex ea percipit.
114 Dominus vbi ob colonum quid ſoluit à colono id repetit.
115 Actio in factum quibus caſibus pro alio ſoluenti ſine ceſſione detur.
Remedijs pluribus adiuuari noſtra intereſt, vt vno remoto aliud ſuffragetur, ibid. verſi Reſpondetur.
116 Exceptio cedendarum non ideo minus tutori vno conuento datur, q. vtilem tutelæ actionem in alios habeat ex quorũ adminiſtratione conuenitur, & ſoluere cogitur.
117 Pactum nudum iuris ſtricti eſt, & inter contractus innominatos refertur.
118 Stipulatio contractui bonæfidei interpoſita naturam eius induit, vt bonæfidei dicatur.
119 Inſolidum promiſſores plures in ſtipulationem diuiduã offendentes tenentur, & ſeq.
120 Lex. cum lege mitius quam cum homine agitur.
121 Hæredes ſinguli, an inſolidum teneantur quotiens omnes contrauenerunt.
122 Indiuiduum licet aliquid ſit vnde obligatio naſcitur non ſequitur indiuiduam etiam obligationem eſſe cum diuidua res eſt quæ ex. obligatione debetur.
123 Stipulatio iter fieri factum, & ſeruitutem continet, quod declaratur.
Patientiam ſolam prædij ſeruientis dominus præſtare tenetur, ibid. verſi. Factum hoc, vbi limitatur in quibuſdam caſibus præter patientiam ad factum quis tenetur.
124 Obligationem, an ſeruitutem perſonalem ſtipulatio contineat quid interſit, vbi differentias ſex, author recenſet.
Actio perſonalis niſi contra promiſſorem hæredeſvè eius datur, ibid. verſi. Cauſa alia obligationis perſonalis.
Seruitus perſonalis alteri cedi non poteſt, aliud eſt in obligatione perſonali, ibid. verſi. ſecunda differentia.
125 Libelli verba impropriè intelligenda ne inutilis fiat.
126 Factum, in facto iuris quicquam patri dominoue per filiũ, aut ſeruum non acquiritur.
127 Realis ſeruitus iudicatur quæ rei contemplatione permittitur, quia à re rei debita ſit.
Cauſa facti inſpicienda potiuſquam factũ ipſum, ibid. verſi. Contrarium caſui hic.
129 Perſonalis cõceſſio ad hæredes eius nõ ãbulat cui facta eſt.
131 Rationem vnam tantum reddi poſſe in dubio dici non debet.
Extenſio ceſſat quotiens dubitatur eadem nec ne ratio interueniat. ibid.
Rationes plures interuenire poſſe aſſerens eas exprimere debet, ibid. verſi. Hoc ita.
132 Diſpoſitio in dubio ad tale ſecundum quid nõ trahitur, quia propriè tale non dicitur quod eſt tale ſecundum quid.
133 Vſufructuarius, aut Vſuarius auctoritate propria fructus percipit poſſeſſione ei ſemel ipſi tradita.
Incertitudo inutilem diſpoſitionem reddit, ibid. verſi. Quocirca incerta quantitas.
134 Stipulatio itineris quando ſeruitutem realem, aut prædialem itineris conſtituat, caſus aliquot Author recolligit.
Diſpoſitio ad eum caſum refertur cui verba conueniunt ibid. verſi. Namq; cum ad ius.
Denominatio contractus à proprietate verborum ſumit quoties verbis nihil repugnat quominus ſecũdũ verba denominari

uari contractus poſſit ibid. verſ. Rurſus à proprietate.
Denominatio contractus ab eo non ſit ad quod accommodari verba non poſſunt ibid. verſ. neq; ab eo.
Contractus ſatis indicatur qualis denominatus à partibus eſt ibid. verſ. hoc amplius.
Videtur verbum fictionem denotat ibid verſ. ſi dixeris.
135 Fictus caſus in ſuperlatiuo intelligitur gemina dictione inſerta quæ fictionem ſignificat.
Fictionem homini inducere non licet ibid. verſi. fictionem planè. & verſ. non obſtat. vbi Ratio affertur.
Dictionem eandem ad plura etiam diuerſa trahi nouum non eſt. ibid. verſ. neq; nouum.
136 Statutum quo pæna illi imponitur qui contra obligationem aliquid agit ad eum non pertinet qui vere in obligationem non offendit ſed contra eam venire ex offenſione alterius intelligitur.
Statuta vere non ficte intelligenda ibid.
Fictus conſenſus qui ex ſilentio inducitur ad contractum mulieris confirmandum non ſufficit vbicũq; conſenſum propinquorum in contractibus mulierum ſtatutum deſiderat ibid. verſ. inde ſit vt conſenſus. vide nu. 139. vbi dr̃ locũ id inprimis habere vbi in perſonã non in rẽ ſtatutũ loquit̃.
137 Stipulatio iuris ſtricti non minus ac ſtatutũ videtur. ideo ad caſum ſtipulatio non trahitur.
138 Adęquationis ratione vbicunq; caſus duo ſimiles facti per legem antiquam ſunt lex noua quæ in caſu altero facta tantum eſt ad alterum quoq; quamuis fictum trahitur etiam in materia, pęnali ſed contra nu. 139. verſ. ſecundo ad argumentum vide nu. 141.
Statutum à iure communi interpretationem accipit ibid. verſ. quarto eum ita, quod declaratur nu. ſeq. verſ. neq; argumenta. vt ad eum caſum non pertinent quo per fictionẽ quid introductum iure communi eſt.
Pęna quæ hæredi imponitur defuncti necem non vlciſcenti ad fideicommiſſarium non trahitur, quamuis hæredis loco fideicommiſſarius habeatur.
140 Hæredis appellatione in materia odioſa, aut pænali fideicõmiſſarius non comprahenditur quamuis ficte, aut improprie hæres æſtimetur.
Conſuetudo iuri communi contraria ad caſum fictum nõ trahitur ibid. verſ. vltra Crotum.
141 Statutum iuri cõmuni repugnans ad caſum fictũ nõ trahit̃.
Extenſio etiam in materia correctoria ad caſum fictum permiſſa adequatione caſus veri, & ficti à iure communi facta ibid. verſ. ſed enim.
142 Adæquatio ſeu ęquiparatio vbi per omnia Reguleq; vice non ſit ſed in caſibus aliquibus ſolummodo, locus Argum. adæquatis ſeu ęquiparatis non eſt.
Extenſio ſit etiam in materia correctoria, & pęnali ob rationem expreſſam. ibid. verſ ſecundo expreſſius. quod limitatur nu. ſeq. quotiens ex. ll. alijs apparet extenſionem ad caſum alium non fieri.
143 Finalis Ratio indicatur quę generalis eſt, & caſus omnes complectitur.
144 Diuidui facti ſtipulatio contra offendentem tantum committitur, ideo cohæredes alij ex offenſione vnius non tenentur ſed nec amplius quam ex portione hæreditaria vbi ratio affertur inter pęnam facti diuidui, & indiuidui. in verſ. Roget hic aliquis. licet Aliud viſum modernis quibuſdam ſit vt ſolida pæna non ex portione ſolummodo hęreditariã committatur.
145 Actionem mero iure denegari, vel accommodari exceptione permiſſa quid referat.
146 Fictionis adminiculo vti non licet vbicunq; ſine fictione cõmode expediri res poteſt.
Pænam delicto correſpondere oportet, ne grauior quam pro delicto conſtituatur, ibid. verſi. Delicto enim.
147 Obligationis natura ex perſonis hæredum non mutatur, ſed locum id in diuiduis non habet vbi ratione probatur.
Totum, ſub toto partes includũtur in negatiua præcipue diſpoſitione in qua qui à toto excluditur à partibus eius omnibus excluſus creditur, ibid. verſ. Proinde mirum fateor.
148 Conditio diuiduitatem non recipit ideo ex toto implenda.
149 Pęne euitande, & lucri omittendi ratio diuerſa.
150 Ademptum ſub conditione pęne nomine ſi aliquid puta factum a legatario non erit, id ſub contraria conditione datum non cenſetur, ſed purum legatum remanet, aliud in contractibus conſtitutum.
151 Doli reus habetur qui promiſſa nõ implet, ſeu qui quod debet non facit, vel in promiſſionem ipſam aliquid agit.
Indiuiduus dolus habetur, qui committi in partem non poteſt, ideo indiuidua ſtipulatio dicitur dolum malum abeſſe, ibid. verſi. Dolo igitur.
152 Socini lectura deprauata quam Author emendat.
153 Diuidua amplius non agi ſtipulatio dicitur, ideò nonniſi à contrauueniente, & pro portione eius hæreditaria committitur, vbi limitatur quotiens ſuper ſpecie non pecunia ſtipulatio ipſa amplius non agi interponitur, vide nu. 156. vbi de eo agitur, an diuidua ſit ſuper re indiuidua interpoſita.
154 Obligatio facti ad id quod intereſt competit.
155 Sententia ſuper aliquo dicta ad antecedens omne neceſſarium trahitur, vbi idem ſi ſententia ſuper antecedenti lata ſit vt ad conſequens neceſſarium porrigatur.
Exceptio oppoſita ex progreſſu ad vlteriora reiecta intelligitur, ideo appellatio neceſſaria ex proceſſu hoc ad vlteriora eſt, ibid. verſi. Inde dicimus, vbi vim ſententiæ in proceſſu hoc ad vlteriora ineſſe oſtenditur.
157 Affirmatiua, an negatiua diſpoſitio indicetur rem, & effectum non verbo ſpectari conuenit.
158 Denominatio contractus ab effectu potius quam verbis ſit quotiens effectui verba repugnant.
Indiuidua triplici ratione cenſentur, ibid. verſi. Siquidem rationibus pluribus, vide nu. 181. & 183.
159 Ratio generalis diſpoſitionem ſpecialem ampliat, & num. 187. verſi. Ratio enim generalis.
160 Culpæ reus habetur qui remedio ſibi à iure permiſſo non vtitur, ſed & in dolo is dicitur qui iuris remediũ omittit.
161 voluntate, an culpa alicuius quid fiat nihil, intereſt.
Nolle facere dicitur qui facere ob culpam ſuam non poteſt, ibid. verſi. Eiuſdem generis tex. eſt.
Volenti damnum inferri non dicitur, ibid ver. volenti planè.
162 Diſtinctio ad res difficiles declarãdas plurimum prodeſt cũ proximus veritati habeatur qui bene diſtinguit.
Diuiduitas duplex ſecundum Cumanum legis, & hominis, ibid vbi exemplis declaratur.
Ratio illa recta indicatur quæ generalis eſt, alias impulſiua non finalis ratio æſtimatur, ibid. verſi. Secunda in reſponſione hac.
163 Indiuidua ſtipulatio de defendendo indicatur.
164 Ratio decidendi. §. cato. Cur ex facto vnius hæredis offendentis in ſtipulatione indiuidua ex qua inſolidum quiſq; obligatur cæteri teneantur, & ſequentib.
165 Fictio ad ea non pertinet quæ æquitati repugnant, cum fictionis inducendæ cauſa ab æquitate ipſa extitat.
166 Rõnes iuriſconſultorũ à glo. Doct. ue repudiari nouũ non eſt.
167 Hæredes defunctum pro portionibus hæreditarijs repræſentant, aliud in materia indiuidua conſtitutum.
168 Defuncti factum hæredi tribuitur.
169 Fictionum pluralitas reijcitur etiam in materia gratioſa, & latiſſimè interpratanda veluti in beneficio principis.
170 Hæreditas uiuentis non dicitur.
171 Pęna ceſſat culpa remota.
172 Vſucapio a defuncto capta per hæreditatẽ iacentẽ cõpletur.
173 Ratio deciſionis. §. cato. Cur in facto diuiduo inſolidum contra promiſſorem pęna committatur qui niſi in partem non offendit, ius aliud hæredum promiſſoris ſit in quibus is ſolus, & pro portione hæreditaria tenetur qui offendit, limitatur num. 174. & 176.
Culpa non imputatur faciendi poteſtatem non habenti, ibi. verſi. Culpa planè.
174 Inſolidum vnus ex pluribus promiſſoribus qui contrauenit, an teneatur.

Felle

175 Velle in dubio quis præſumitur q iure cautũ eſt,& nu.193.
177 Oppoſitio prima Bar. ad §.cato declaratur.
178 Acceſſoria ſtipulatio iure eodem, ac principalis cenſetur, quod limitatur ratione diuerſa interueniente,& exemplis pluribus confirmatur.
179 Alia limitatio, vbi pœna in acceſſorio verſatur, quam author ex Bart. impugnat.
Hypotheca bonorum curatoris non tollitur quamuis inutilis principalis contractus venditionis prædij minoris ſit, num. 178. verſi. Ex tex. etiam.
Obligatione ciuili in perſona minoris per reſtitutionẽ in integrum ſublata vtilis fideiuſſoris obligatio manet,ibid. verſic. ſententiæ huic.
Expreſſo viciato tacitum non tollitur ratione diuerſa interueniente,ibid. verſi. Idem ex tex. probatur.
180 Conditionale legatum ad hæredes non transfertur.
181 Oppoſitio ſecunda Bar. ad §. cato declaratur.
Indiuiduorũ genera tria Bar. diſtinguit, & quis ſit effectus, & vtilitas huius diſtinctionis, ibid. verſi. Cæterum, quia genera tria,& nu. 183 vbi aliter author diſtinguit.
182 Iaſonem in leuibus copioſum, & verboſum in difficilibus paucis contentum eſſe ſecundum Butigellam.
Sententia nulla pro eo lata cui actio non competit,ibib. verſi. Circa ſententiam.
184 Inſolidum commodatarij, vel depoſitarij eorumuè hæredes non tenentur,niſi id actum ſit, vel res totius reſtituenda facultatem habeant, vel dolo malo ab hæredibus depoſitarij res depoſita fuerit interuerſa.
185 Conſeruatio fauorabilior,quam acquiſitio, ideo licet alteri, per alterum acquiri non poſſit, ius tamen quæſitum, per alium conſeruatur.
186 Indiuidua obligatio rem tradi, diuidua obligatio rem reſtitui dicitur, difficilia hæc Bar. aſſerit, ad quæ ingredi, vt in profundum vaſtumq; mare Cynus dubitauit ipſo authore in Authen. hoc ita q. 2. C. de duob. reis, & ſeq. pluribus, vbi ad arg. contraria Cyni, Petri, & aliorum reſpondetur.
Diſtinctionis commoda, ibid. verſi. ex dictis Bar.
Dubium, in dubijs opinionibus illa præualet quæ diſtinguit, verſi. Inde ſit.
187 Obligatio rem tradi, & obligatio rem reſtitui ſimiles in eo ſunt, ſeu iure eodem cenſentur, q in vtraq; obligatio ad intereſſe variatur.
Obligatio rem reſtitui præciſa eſt quia rem reſtituere præciſe quis cogitur, & ſimilis obligationi eſt rem dari, quia dare quis abſolute cogitur, aliud eſt in obligatione rem tradi, quia rem omnino tradere non oportet ſed intereſſe præſtãdo liberatur, ibid. verſi Si dixeris, rationem diuerſitatis, vide nu. 212. & quid differat dari, an tradi alternatiuè quis ſtipuletur, vide nu. 214.
Obligatio præciſa ad diuiduitatem iudicandã an proſit, ibid. verſi. Reſpondetur, ad rem.
Exequatio ſtipulationum rem tradi, & factorum, an per omnia facta ſit, ibid. verſi. Eque contrarius, vide num. 189. verſi Secundo pro ſententia, vbi ideò indiuiduæ æſtimãtur, q à diuiſione earum ſtipulatio corrumpatur.
Ratio generalis dictum ſpeciale ad omnia extẽdit in quibus ratio ipſa mouet, ibid. verſi. Ratio enim generalis.
188 Extenſio ad caſum omiſſum ob rationem eandem ſit.
Omiſſus dici caſus non poteſt in quo ratio eadẽ mouet, ibid.
189 Indiuiduum iudicatur, quod vtilitatem tantam in parte ratione partis non affert quantã totũ reſpectu totius, & ſeq.
190 Cõmunio diſcordias parit, negligi præterea ſolẽt quæ in cõmunione poſſidentur, inde laudatur diuiſio quæ fratrum conſenſu ſit.
191 Indiuidua res ex mente contrahentium iudicatur quamuis diuiduitatem natura admittat.
192 Obligatio rem dari non tradi in legato præſtando verſatur.
193 Velle quis id creditur, quod iure expreſſum eſt.
194 Obligatio rem tradi preciſa, & abſoluta ſi tradere vẽditor poteſt, vbi declaratur non procedere in emptore quominus quod intereſt poſt moram rectè petat.
195 Obligatio rem reſtitui præciſa eſt, & re etiam perempta, ad rem ipſam actio datur licet in æſtimatione executio fiat, uide num. 209. & nu. 218.
196 Inſolidum hæredes tenentur, operi faciendo à teſtatore preſcripto.
Obligatio facti præciſa quæ ex uoluntate ultima contrahitur, ibi. Sed reipublicæ fauore id inductũ nonnullis uiſũ, ſed contra nu. 199.
197 Originalis contractus natura non accidentalis ſpectanda.
198 Intellectus l. uxorem §. agri plagam ff. de lega. 3.
Venditio, ac traditio ex uolũtate ultima hæredibus quibuſdam facienda diuiſionem omninò recipit, tam ex parte hæredũ legatariorũ, ut uni ex eis ex parte ſua emere liceat q ex parte hæredũ grauatorũ, ut niſi ex portionib hæreditarijs uẽdere, et tradere, atq; de euictiõe ꝓmittere debeat. ibi.
200 Dare ſemper hæres non debet, ubi iure ipſo ad legatarium dominium ambulat quo caſu traditio tantũ facienda ratione poſſeſſionis eſt ſecundum gl. q̃ ulibi non eſſe Bal. ſcribit.
201 Creditor debitorue ſui ipſius eſſe quiſpiam non poteſt.
202 Verba reſtringenda, ut eo reſpectu intelligantur quo prolata ſunt, & 209. uerſi. Idq;, & ratione illa.
203 Obligatio rem reſtitui diuidua eſt, in ſolutione dũtaxat indiuiduitas uerſatur, quod limitatur nu 259 Vide nu 217. ubi quamdiu res extat ad eã ſemper obligatio, & actio cõpetit, ad æſtimationem uero niſi re perempta non agitur.
Furis hæredes nonniſi ex portionibus hæreditarijs rem furto ſubtractam reſtituere tenentur, ibid.
204 Dolus ab eo committi dicitur qui non facit, q facere debet.
Dolus, de dolo tenetur qui depoſitum ſtatim non reſtituit, ibid. uerſi. Idq; ex tex. nominatim.
205 Inſolidum uerbum unumquemq; intelligitur.
206 Exceptio regulam declarat in quibus caſibus loquatur.
Exceptio inepta quæ ſub uerbis regulæ cõprahenſa non ſit, ibid. Verſi. Imo enim inepta.
207 Dolus in his præſumi ſolet quæ prohibita naturaliter ſunt, quinimo uerus is non præſumptus dolus dicitur.
208 Interpratatio legis ita ſit, ut ſecũdum eius principium tota intelligatur idem in ſtatutis interpratandis obſeruatur.
210 Obligatio in iudicis officio non uertitur.
Cauſa iuſta à dolo excuſat, ibid. Verſi. Ratio alia uidetur.
211 Extare præſumitur, quod ad hæredem perueniſſe apparet.
Extare apud hæredem res præſumitur, quam ad defunctum perueniſſe, & apud eũ fuiſſe cõſtat, ibid. Verſ. Sed & apud hæredem, q tamen in hærede author affirmare non audet, et aliud in hærede Cardinali uiſũ in cõſ. 119. col. 2. circa fi.
112 Indiuiduitas eodem modo, ſeu eadem ratione in obligatione ac in ſolutione iudicatur. Verſ Rei cuius explicande cauſa.
213 Tradi ſtichum an dari in genere quis ſtipuletur nihil intereſt utroq; enim caſu dominium transferri oportet.
214 Stipulatio fundi, aut alterius ſpeciei certe dandi tradendiuè mentione non facta ad dationem in dubio refertur, niſi natura contractus traditionem expoſtulet.
215 Indiuidua ſtipulatio ab obligatione, & ſolutione dicitũ ubicunq; uariatio in obligatione cõtingere ex natura eius põt, ut in obligatione rem tradi, & factorum in qua ad id, quod intereſt poſt moram uariatio ex natura eius ſit.
Actiones plures diuerſaſq; ex eodem facto oriri nihil prohibet, ibid. Verſi. ſecundo reſpondetur.
216 Velle contrahentes præſumuntur, q natura actus deſiderat.
218 Socinus à contrarietate defenditur dum re perẽpta ad æſtimationem actionem dari ſcribit, deinde ad rem ipſam ea extinctã obligationem durare ait.
220 Mora, & culpa alterius alteri nocere nõ debet etiam in indiuiduis, quod exemplo declaratur.
Inſolidum, & ſi unus ex ſocijs agat, ſocio tamen ita agendo non nocet, ibid.
Damnum ab eo ſarciendum culpa cuius factum eſt, ibidem. Verſi. Reſpondetur.
Raro quod accidere ſolet ſpectandum non eſt, ibidem. Verſi. Et in ſpecie.

Digitized by Google

L. 4. §. Cato. ff. de verb. obli.

1 PRæludiorum copia omiſſa, in quibus verbis pluribus poſteriores hic aliqui occupantur, illud prænarrandum cenſui † ſtipulationes quinq; in tex. noſtro verſari. Prima, iter fieri Altera non fieri. Tertia, per te non fieri neq; per hæredem tuum, quominus mihi ire agere liceat. Quarta, amplius non agi. Quinta, rē ratam haberi, ex ſtipulationibus memoratis indiuiduæ tres priores, diuiduæ reliquæ æſtimatur.

2 Prior † ſtipulatio iter fieri, intelligi trifariam poteſt. hoc eſt in iure tantum, ſecundo in facto tantum. tertio mixtim, in iure, & facto. Primus intellectus in iure tantum, ad ius ipſum ſeruitutis pertinet, vt ius ſeruitutis itineris, ſtipulatori fundi eius gratia, per fundū promiſſoris competat. Ita vt ius ſeruitutis realis fundo ſtipulatoris acquiratur. Atq; ideo vt ob fundi ipſius vtilitatem per fundum promiſſoris ire agereq; ſtipulatori, & ſucceſſoribus eius quibuſcunq; liceat, ad quos fundus perueniturus eius erit. Idcirco porro de fundo mentio ſtipulatoris facta in iure hoc ſeruitutis eſt, quod ſine fundo ipſo dominante acquiri ſeruitus realis non poteſt. Quocirca pro fundo alieno, ſeu ad fundi alieni vtilitatem ius hoc conſtitui ſeruitutis non poteſt neq; inter viuos, neq; ex voluntate vltima, ſeruitutem puta legando l. pecoris ff. de ſeruitu. ruſti. præd. l. 1. in fi. l. proprium in princi. & ſeq. §. 1. ff. cum prædior. l. & ſi maxime ff. de ſerui. lega. §. pen. inſti. de ſeruitu. ruſti. prædior. Cuma. in conſi. 158. viſis col. fi. circa med. Hoc amplius, ius hoc ſeruitutis realis, vti realis acquiri vltra nequit, quam neceſſitas fundi dominātis expoſtulet l. ergo. §. 1. & l. ſeq. ff. de ſerui. ruſti. præd. ſed nec alii competere, aut acquiri ius hoc ſeruitutis realis poteſt niſi fundi domino. Eam ob rem dominus ſolus ſeruitutem realem vendicat, eidemque ſoli confeſſoria accommodatur l. 2. §. 1. & ſequen. ff. ſi ſerui. vendi. vbi propterea ſubijcitur, fructuario ius ſeruitutis non eſſe, facultatem ſeruitute vtendi, dumtaxat habet. Eodem tex. ſpectat in d. l. 1. ff. com. præd. Idq; verum vſq; adeo eſt, vt ſatis non ſit, vtile ſuperficiei dominiū apud eū eſſe, qui ſeruitutē acquirere ſolo parat, in quo poſita ſuperficies eſt, niſi ſi, & ſoli quoq; dominiū habeat vt Iaſ. no. in l. ſi fūdū ſub cōdi. §. quiſ fundū in fi. ff. de leg. 1. ſed, & inſolidū fundi dominum eum eſſe oportet, qui realem fundo ipſi ſeruitutem acquirit. Quare fundo communi fruſtra Socius vnus ſeruitutem comparat l. ſi vnus ff. de ſerui. ruſti. præd. l. proprium in fi ff. com. prædior. Certum quoq; & determinatum eſſe fundum oportet, cui ſeruitus acquiratur l. pen. ff. de ſeruitu. ruſti. pred. De quo tex. plenius infra dicitur.

Secundus intellectus circa verba iſta, Iter fieri, vt ad factum referantur, quod factum ad itineris ſeu loci extructionem aptationemq; pertinet, per quem ire poſt modum liceat iuxta tex. in l. ſi iter ff. de ſeruitu. De quo facto, & tex. memorato mentionem hic Iaſ. facit col. 2. in prin. verſi. ego ſoleo intelligere. Ripa nu. 33. in fi. Alcia. nu. 13. quamuis aliqui in facto patientię verba iſta exaudiāt, iter fieri, de quo mox dicemus.

Tertius intellectus iſtorum verborum iter fieri, ad mixturam iuris, & facti pertinet. Ideſt, vt non ſolum ius ſeruitutis realis, ſed, & factum ipſum loci ſternendi aut aptandi, itineris poſtea faciēdi cauſa, ſtipulatio cōplectatur. Conſequenter, vt non ſolum ius ſeruitutis à promiſſore, in fundoq; ſuo conſtituatur, ſed, & locū ſeruitutis appatet, & inſternat. vnde iure ipſo ſeruitutis vti ſtipulatori liceat. In qua mixtura tex. iſtum accipiendum Caſtrenſi Alex. & poſterioribus frequentius placere. Iaſ. hic refert col. 1. in fi. verſi. tu aduerte. poſt glo. in ver. nō fieri in fi. De quo plenius infra dicemus.

Factum tamen in mixtura hac aliter Doc. accipiūt, qui ante nos fuerunt. Ideſt pro facto patientiæ, cui pręſtandæ tenet, à quo debita ſeruitus eſt, vt ex Alcia. hic percipitur nu. 13. Alba nu. 81. ꝑ no. in l. a. §. & harū ſupra eo. vbi ſecundū opi. Bar. & citramontanorū, iure obligationis, nō executionis, aut officio iudicis in ꝓmiſſione, aut iure ſeruitutis patientia venit. Sic factū patientię incluſum taciteq;, aut iure ipſo cōprehenſū promiſſio ſeruitutis habet. vtpote quæ patientia ipſa carere, & effectū ſine ea habere nō poteſt, ſic quomodo inferius videbimus.

Sed intellectū hunc circa factū, vt de facto patiētiæ ſtipulatio intelligat̄, inferius nō admittimus. videndū
3 igit̄, † ex intellectib. trib' memoratis qs potior habeat̄.

Sed antequā ad vlteriora ꝓgrediamur, vtilitas iſtorū ſenſuū veſtiganda, ideſt quid interſit, ius ne an factū an vtrunq; ſimul ſtipulatio cōtineat. Iaſ. in d. l. a. §. & harū nu. 22. verſi. expedita theorica, vtilitates duas cōmemorat ab Alex. animaduerſas. quæ ad factū patiētiæ ſpectāt. Prima vtilitas, in libello cōponendo cōſiſtit. Quoniā ſi opi. vltramōtanorū agnoſcimus, vt in obligatione factū patiētiæ nō ſit, at in executione iuris ſeruitutis veniat. ita vt patiētiæ præſtādæ obligatus is nō dicat̄, à quo debita ſeruitus eſt. verū compelli ſolūmodo in executione ad eam præſtādā poſſit, cū libellū actor iuris ſeruitutis cōſequēdi cauſa, cōponit, cauere debet, ne obligatū reum patientiæ præſtandæ dicat ne ve condemnari reū ad ſeruitutē cōſtituendā cū patientia petat. Quoniā ſi niſi iuri ipſi ſeruitutis conſtituēdo obſtrictus nō eſt, patientiaq; officio iudicis exequētis venit, quomodo mētio obligationis fieri in patiētia poterit in qua obligatio vlla nō verſat̄. Rurſus quomodo peti ab actore poterit, vt patientiā pręſtare reus condēnet, nemo enim aduerſariū ſuū in id cōdemnari recte poſtulat, cui pſtādo faciēdovè obligatus nō ſit.

Vtilitatē hanc Iaſ. damnat, vtpote quę ad apices iuris ſpectat. cuius ratio haberi in libellis non ſolet, quorū cauſa verba oſtendi lex patit̄, ne inutiles fiāt. vt plenius ibi apud eū, & apud eūdē in ſpecie in l. ſed, & ſi poſſeſſori §. itē ſi iurauero nu. 33. ff. de iureiurā. cū Bal. vocat in l. fi. in 1. oppo. C. de compenſa. & idē Iaſ. in l. ſi ſeruū § fi. nu. 4 ſ. eodē de quo etiā apud Feiy. in c. auditis nu. 3 circa med. de præſcriptio. Deciū in c. conſuluit. 2. nu. 5. circa med. de apella.

Secunda vtilitas apud Alexand. obſeruatur, quę in libello, & ipſa conficiendo verſatur, opinione Barto. & Citramontanorum recepta, vt obligatio iuris ſeruitutis ad patientiam etiam trahatur. Ita vt patientiæ præſtādę obligetur, à quo promiſſa, aut debita ſeruitus eſt. Actus enim difformis in libello incidit. quia aliter ius ipſum ſeruitutis, aliter patentiæ factū debet̄. Ius. n. ſeruitutis quia dationē continet, præciſū eſt. ad illudq; cōſtituēdū præciſe, aut omnino quis cogit̄. Cauſa alia patiētiæ eſt. Ad quā reū præciſe cōdemnari nō recte
4 actor peterat. Nāq; ſicut † ex facto patiētia conſiſtit, ita vt id fiat, peti præciſe nō poteſt, cū ad id, ꝙ intereſt obligatio poſt morā ſuccedat l. ſi procurator §. mādati ff. māda. l. ſi quis ab alio §. fi. ſupra de re iudi. l. ſtipulationes nō diuidunt̄ verſi. celſus l. cū ſtipulatus ſim. §. fi. l. ſi fundū, & l. ſi ꝓcurā l. quonēs quis infra eodē. Idq; locū & in promiſſione facti negatiui habet l. 2. §. itē ſi facto ſ. eodē glo. in l. ſi ita quis §. ea lege in ver. intereſt infra eod. De quo inferius dicemus in 7. nota. ſic diuerſo modo libellū cōcipi ratione iuris ſeruitutis, atq; patiētiæ oportet. Modūq; libellū circa factū cōcipiēdi, Bar. docet in d. l. ſtipul. nō diuidunt̄ nu. 40. & nu. tribus ſeq.

Vtilitatem hanc Alex. æque vt priorē Iaſ. nō agnoſcit. falſo enim eam niti pręſuppoſito ait, ꝙ præciſa obligatio hæc patientiæ præſtandæ nō ſit. Imo enim præciſam Iaſ. putat, ita vt pati omnino quis debeat, neq;, ꝙ

inte-

intereſt præſtando liberetur. Qua .n. ratione præciſa
obligatio reſpectu iuris ſeruitutis eſt, quam conſtitue
reo omnino is cogitur, à quo promiſſa eſt, ita præciſã
eſſe, & patientiæ obligationẽ oportet, aliter quippè nõ
niſi præciſa verbis obligatio ſeruitutis eſſet cõtra tex.
in l.2.in fi.C.com.de lega.c.cõmiſſa.§.1.de electio.lib.
6.l.eo res ipſas ſpectari, magis quã verba conuenit.l.
promittendo in prin.ff. de iure dot. Bal.huc non inſci
te pertinet in rubri.ff.de rerum diuiſ. in fi. mentem le-
gum eſſe, realiter determinare, non verborum tenus
diſputare. De quo dicto Iaſ. meminit in l.ſi filiusfam.
§. cum fundum nu.3. circa fi. infra eodem.

Quocirca ne illuſoriũ ius fiat, quo expreſſũ eſt, pręciſam obligationem eſſe, quæ ad ſeruitutem conſtituẽdam pertinet, cũ dationẽ contineat, quæ præciſa eſt.l. vbi aũt non apparet.§.fi.ſ. eo. Dicendũ neceſſario habemus, pręcisũ, & patiẽtiæ ipſius obligationẽ intelligi.

Neq; ad rem ius illud vulgatũ attinet, ad id, ꝙ intereſt poſt morã obligationẽ facti cõmitti. Quoniam ad obligationẽ reſtringitur ſecundũ Iaſ. quæ ex facto mero conſtat, non quæ permixta eſt, vt gl.no.in l.certi
condítio in prin.ff.ſi cer.pet. Aliter ẽt iuuari reſpon
ſio iſta Iaſ. poteſt, ꝙ exorbitans ius hoc videtur, vt ad
aliud obligatio cõmittatur, quã ꝙ promiſſum eſt arg.
5 l.2.§.1.ff.ſi cer.pet. in exorbitantibus † planè, ꝙ in ca-
ſu conſtitutum ſimplici eſt, trahi ad miſtũ non debet.
l.ſi ita ſcriptum in prin.ff.de lib.& poſth.l.vim paſſam.
§. præſcriptionem.l.mariti.§.quinquennium iuncta.l.
ſi adulterium cum inceſtu ibiq; no.infra de adul.Bar.
& alij in l.2.in prin.ſ. eo.& in l. certi conditio.§. quo-
niam.ff. ſi cer. pet.

tur. l. nemo rem ſuam infra eo. l. neque pignus infra
de reg. iur. Aut ad promiſſorē relatio ſtipulationis fit,
ne iter, ſeu locum itineris promiſſor inſternat, & fatua
id genus ſtipulatio videtur, vtpotè quæ noxia ſtipula-
tori potius, quam vtilis ſit.

Rurſus ſi ideo locum itineris adaptari ſtipulator no
lit, quod iure ſeruitutis vti præterea non cogitet, quor
ſum de itinere non aptando ſtipulari, an non ab itine-
re abſtinere, & citra id genus ſtipulationem licebit,
Atque ita ineptitudinis ſenſum hunc vel non fieri, ne
locus aptetur. Alba hic damnat nu. 84. in fi. & num. 92.
verſi. ſed abſurda videtur. vbi Iaſ. carpit, cui viſum ſit,
vt ad locum itineris non aptandum ſtipulatio hæc tra
hatur, vel non fieri.

Argumenti, & oppoſitionis huius formidine, ver-
ba iſta vel non fieri, aliter glo. interpretatur. ad iter
enim ſeu itineris aptationem referenda non credit. ve
rum vt ſtipulatio hæc non fieri imperfecta, ex verbis
illis repleatur, vel non fieri. 5. per te neque per hæredē
tuum, quominus per fundum tuum ire agereque li-
ceat. vti viſum Ray. eſt. ſecundum quam expoſitionē
ſuppleri verba ſtipulationis neceſſe eſt. non fieri, ſcili-
cet per te promiſſorem, quominus. I. Quem ſenſum
Bar. & maiori. Doc. parti placere diximus, & quo
admiſſo, ineptiæ ſilet, de quibus argumentū meminit.

Senſui huic Ray. glo. contradicit mentem cuius di-
lucide magis enarrabimus. Exempla duo facti indiui-
dui in tex. hoc ponuntur, ex quibus affirmatiuū vnū
eſt, iter fieri, alterū negatiuū vel non fieri. Deinde exē-
pla duo facti diuidui tex. ſubijcit, cum amplius non
agi, aut rem ratam haberi quiſpiam ſtipulatur. Ra-
tionem poſt modum differentiæ, aut diuerſitatis in-
ter ſtipulationes has facti indiuidui, & diuidui tex.
adijcit, cur indiuidua facta priora ſunt iter fieri vel
non fieri, & reliqua diuidua amplius non agi, & rem

ratam haberi, quoniam in priore caſu, cum iter fieri, vel non fieri quis ſtipulatur, hæredes promiſſoris omnes commiſiſſe in ſtipulationem videntur, quod præſtari.ſ.factum niſi inſolidum non poteſt. ſimiliter vt in illa ſtipulatione per te non fieri, neq; per hæredem tuum, quominus mihi ire agere liceat. Quæ ſtipulatio factum indiuiduum continet. ſiquidem ex parte quis ire agereq; non poteſt. Eapropter ſi ab hærede vno promiſſoris ire agereq; prohibetur, perinde eſt, vt ſi prohibitus ab omnibus ſit. Atque ideo in ſtipulationem commiſiſſe, aut oſtendiſſe hæredes omnes intelliguntur. Apparet ex his, exemplum illud ſtipulationis, per te non fieri, neq; per hæredem tuum, quominus.l.ad confirmationem ſeu probationem prioris ſtipulationis ſubiectũ perinde quaſi ſtipulationi priori ſimile quo planum fiat, indiuidua facta eſſe iter fieri vel non fieri, de quibus in priore caſu ſtipulationis. Conſequenter indiuiduitatem factorum, de quibus in priore ſtipulatione, argumento à ſimili Iuriſconſultus oſtendit, vt quemadmodum indiuiduum factum eſt, per te non fieri, neque per hæredem tuum, quominus.l.Ita indiuiduum factum illud æſtimetur, iter fieri Similitudo quippe inter facta hæc intercedit. Quid enim ſi promiſſione de itinere aptando facta, hæres vnus promiſſoris impedimento fuit, quominus aptatio loci fieret, cum fundi ſeruientis poſſeſſor inſolidũ forte eſſet ob adiudicationem in iudicio famil. herc. factam. an non ex impedimento vnius damni tantũdem ſtipulator accipit, quantum ſi illatum ab omnibus impedimentum fuerat, vt Horman. hic obſeruat nu.24.verſi.ſed conſidera in primis. Apparet ex his, recte a ſimili Iuriſconſultum argumentari, & oſtendere, indiuiduam ſtipulationem facti illius eſſe, iter fieri vel non fieri. At enim locus argumento huic à ſimili non eſſet, ſi exemplum. Secundum ſtipulationis in verbis illis vel nõ fieri, ad ſtipulationem illam pertinere ſupplendo dicimus, vel non fieri per te ſcilicet, neque per hęredem tuum, quominus.l.Siquidem expoſitione, & ſuppletione hac admiſſa, à ſimili argumentum non deduceretur. Verum ab eodem exemplo in caſu priore compręhenſo argumentatio fieret, cum idem eſſe nequeat, quod ſimile eſt.l.non poſſunt, & quod ibi no ff.de ll. l.quod nerua.ff.de poſi. l. ad ſimilitudinẽ.C.de epiſ.& cler.l.ſi idẽ.C.de codicillis. Ob id vt recta à ſimili Iuriſconſ. argumentatio appareat, dicendum non eſt, exemplum ſecundũ ſtipulationis, vel non fieri, de ſtipulatione illa, ſupplenda, accipiendum, vel non fieri, per te ſcilicet, neque per hæredem tuum, quo minus.l. Quia ineptè tunc à ſimili argumentum deſumeretur. Diciq; tunc poſſet, quod contra obijci rationem ſolet quę idem ac dictum habet, l.ſi.ff.de offi.procura.cęſ. & illud eſt, quod in oppoſitione ſua obſcurius glo.ſenſit, cum ait, ſed hoc exemplum videlicet, vel non fieri, quominus.l.non videtur bonum, quia inter hoc, quod hic exigitur, ideſt inter hoc exemplum iter fieri, & illud ſecundum vel non fieri, ſcilicet p me, quominus.l.quod expreſſum modo eſt, ad tex.ſupplendo, ſimilitudo infra adijcitur, aut fit in verſi.differentię.l.vt ſimilis ſtipulatio iſta iter fieri, vel non fieri, ſtipulationi illi dicatur, per te non fieri neque per hęredem tuum. l. Atqui eadem ſtipulatio non ſimilis erit, de qua in d.verſi differentiæ.l.ſi de eadem tex.intelligimus in verbis illis, vel nõ fieri.verbumq; exigitur hic obſeruãdum, quo glo.vtitur, quia inter hoc, quod hic exigitur. Senſus gloſſ. eſt, quia inter hoc factum, quod à ſtipulatore, ſeu per eum petitur, aut exigitur, vel quod exigitur. i.neceſſarium eſt ad ſeruitutem itineris, vel locus adaptetur.

Ad arg aut oppoſitionem hanc, expoſitionẽ Ray. tuendo, dupliciter glo.reſpondet. Primum, negando ſtipulationem negatiuam, de qua in verſi.differentię, pro ſimili adduci ad ſecũdum exemplum ſtipulationis negatiuæ, vel non fieri, de qua in principio tex. aut in priore ſtipulatione. verum ſtipulatio illa negatiua, de qua in d.verſi.differentiæ, per te non fieri, neq; per hæredem tuum.l. pro ſimili ad exemplum prius ſtipulationis inter fieri affirmatiuę, non ad exemplum ſecundum ſtipulationis negatiuę deducitur. Conſequenter ſenſus Iuriſconſulti in argumento ſuo à ſimili, erit, vt oſtendat, inter exemplum primum, & ſecundum ſimilitudinem interuenire, vt qua ratione indiuidua haud dubiè ſtipulatio eſt, per te non fieri neq; per hæredem tuum.l.Ita & illa iter fieri. Conſequens item ſenſui glo. vt exemplum ſecundum de quo in verbis, vel non fieri, repetitur in verſi.differentiæ cenſeatur, vt Bologni hic obſeruat nu.107. Sed non vacua à difficultate reſponſio hęc non videtur, quamuis ſatis eam ſibi placere glo. dicat, quoniam reſtrictio nimia per eam ſequitur, vt niſi ad exemplum primum ſtipulationis affirmatiuæ iter fieri, relatio argumenti à ſimili,
25 non fiat. Siquidem ad ſuperiora † omnia relatio fieri regulariter debet, ratione diuerſitatis vlla nõ reddita, cur ad vnum magis fieri, quam ad aliud debeat.l.3.§. filius autem.ff.de libe.& poſthu.l. talis ſcriptura.§.fin. Ibiq; Bar.nu.3.ff.de lega.1.l.fin.ff.de rebus dubijs.c.ſecundo requiris de appella.

Idq; locum, & in materia pœnali habere gl.placet in c.ſi poſtquam in ver.omnino de electio.lib.6.Rom.in l.fin.ff. de in ius vocan. cum alijs apud Gomez. relatis in reg.de annal.q.82.in prin.pag.666.de quo tamen apud Decium in d.c.ſecundo requiris in 6.limit.

Secundo expoſitio hæc Rayn. à gloſſ.& Doct. recepta, vel non fieri per te ſcilicet, & hęredem tuum, quominus. l. à congruere textui non videtur, quia ea admiſſa, ſuperfluum exemplum ſtipulationis eſſet, de quo in d.ver. differentiæ, vt potè ꝙ iam expreſſum in exemplo.2.ſtipulationis eſſet, à ſuperfluis planè lex abhorret.l.non cogendũ in ſi.ff.de procu.l.hæc ſtipulatio §.diuus.ff.vt lega.nomi.cau.§.quibus in 1.conſti. C.

Tertio ſuppletionem non modicã expoſitio iſta deſiderat, vel non fieri, videlicet per te, neq; per hęredem tuum, quominus.l.quæ tanta ſuppletio à diuinatione non abeſt.

Quarto tametſi ſuppletione carere verba ſtipulationis negatiuæ non poſſint, vel non fieri, vt potè imperfecta, attamen ab his peti ſuppletio debet, quæ in eadẽ expreſſa oratione ſunt, non à remotis, vt Iaſ.hic ſcribit col.2.cir.med.verſ.tertio, & fortius ex Bar.in l.4 §.eritque differentia infra vi bon. rap. ſed enim ex diuerſis Iaſ. argumentatur, ideſt à repetitione de qua Bar. loquitur, ad ſuppletionem, à perfecta oratione ad imperfectam repetitio enim qualitatis non fit, quæ ſub vna oratione poſita eſt, ad orationem aliam perfectã, & ſeparatam. Cauſa alia ſuppletionis vſq; quæ imperfectionem orationis denotat, & præſupponit. Superuacua alias quippè ſuppletio eſſet.

26 Quo circa melius dicendum, ex eadem † quidẽ oratione ſuppletionẽ habendam, ſi fieri id poſſit, aliter. n. ex oratione alia ẽt, & ſeparata admitti ſuppletionem oportet Rom.in conſ.170.ſciebant.nu. 4. vbi ex præcedentibus, & ſequentibus fieri ſuppletionem ſcribit idẽ Soc.ait in l.ſi quis in fundi vocabulo.n.3.poſt med. ver.quinimo dico tibi.ff.de leg.1.& apud nos in conſi. 147.nu.7.idem ex Alex probatur in conſ.190. num. 8. lib.6.Hicq; Galiau.obſeruandus.nu.6.qui ex fide bona Bar.non refert in d.§.eritq; differentia orationem imperfectã ex perfecta alia declarari, ſiue antecedat, ſiue ſequatur, ſiquidem de ſuppletione hac verbum Bart. non facit.

Sed enim in ſpecie ſtipulationis huius, vel non fieri, ſuppletio colligi ex priore capite, aut exemplo ſtipulationis affirmatiuæ poteſt, iter fieri, vt de itinere non facien

cien

Digitized by Google

ſciendo poſterior ſtipulationis pars intelligi poſſit, vel non fieri ſcilicet iter, ob id ab iis quæri ſuppletionem non conuenit, quæ expreſſa prius in ſtipulatione non ſunt, vel nõ fieri. ſ. per te, neq; per hæredem tuum. l.

Quinto quia pars vna alternatiuæ declarationẽ ab altera accipit. d. l. 1. ff. de reb. dub. vnde ſicut de itinere prior ſtipulationis pars loquit, ita de itinere in altera parte eam ſentire dicendũ habemus, quib. argumentis recentiores hic etiam vtuntur, quamuis non ita expreſſim loquantur.

Sexto ſi de ſtipulatione hac ſecundum expoſitionẽ gl. tex. ſenſerat, veriſimile eſt, æque extenſum eam initio eſſe, atq; extenſa eſt in ver. differentię, imò. n. neceſſaria magis extenſio inicio ipſo quam poſtea videtur. per no. in l. quiſquis. ff. de leg. 3.

Propter argumenta hæc tex. gl. in parte tertia aliter exponit, vt verba illa, vel non fieri, ad ſtipulationẽ illã non trahantur, quæ ſuppletionem tantam expoſtulat, non fieri per te, neq; hæredem tuum, quominus. l. verum, vt ſenſum alium verba iſta habeant, id eſt vt aliud quicquam non fiat, vnde impediri iter poſſit.

Si dixeris, nec expoſitionem hanc rectam videri, ſiquidem re ipſa perſpecta, eadem atq; expoſitio prior eſt, per te non fieri, neque per hæredem tuum, quominus. l. Etenim ſi promittis, factum quicquam non iri, vnde impediri iter poſſit, an non illud promittere intelligeris, per te non fieri, quominus ire mihi agere liceat.

Reſpondet glo. inter ſtipulationes iſtas diſtare, nihil quicquam aliud factum iri, quod impedimento eſſe itineri poſſit, & illam per te non fieri, neque per hæredem tuum, quominus. l. Quoniam generalior ſtipulatio illa eſt, per te non fieri, neque per hæredem tuũ. l. quam illa, nihil aliud fieri. Quomodo generalis magis ſtipulatio illa ſit, quam hæc, glo. non explicat. Puto ſenſum hunc gloſſ. fuiſſe, idcirco generaliorem illam fuiſſe per te non fieri, neq; per hæredem tuum. l. quod ad impedimentum omne ſpectat, tam quod à perſonis prohibentibus, quam quod ex obicibus, aut factis procedit, id eſt ſiue à promiſſore, aut hæredibus eius immediatè, ſiue ex facto, aut obice aliquo ſtipulator prohibeatur, quominus commodo vti itineris poſſit, loco puta itineris circum ſepto, vel corrupto, aut deteriore facto. Altera planè ſtipulatio, vel quid aliud non fieri, ſpecialis videtur, vt potè quæ impedimentũ omne non complectitur, etiam quod à perſonis fit, at illud ſolummodo, quod ex facto, aut obice aliquo contingit, veluti cum ita locus itineris, vel intercluditur, vel interrumpitur, vt ipſo vti itinere non liceat.

Sed enim inepta differentia hæc videtur inter ſtipulationem aliud quippiam non fieri, quod obſiſtere itineri poſſit, & illam per te non fieri, neque per hæredẽ tuum, quominus. l. quaſi ad impedimentum perſonarum ſtipulatio prior non trahatur. Etenim ſi ad impedimentum perſonarum non trahitur, an non illuſoria fieri ſtipulatio poterit, prohibitione à perſonis facta. Quo caſu quamuis ad impedimentum facti ſpectare ſtipulatio videatur, attamen ad impedimentum porrigenda etiam videtur, quod à perſonis fieret, ne
27 illuſoria † fieri ſtipulatio poſſit, ſi quidem & in pœnalibus permiſſa extenſio tum eſt l. 1. in fi. ff. de calumnia. l. ſi ſtipulatus fuero per te non fieri, ibiq; Bart. infra eo. cap. ſi ciuitas de ſen. excom. lib. 6. cum alijs apud nos relatis in rubric. ff. de leg. 1. num. 30. Vberius in reſponſo pro genero nu. 61. 77. Eam ob cauſam expoſitionem primam ſibi magis adblandiri gloſ. ait, vt non differat inter ſtipulationem non fieri, & illam per te non fieri, quominus. l. verum repetitio huius ad primam iter fieri comprobandam perſimili fiat.

Venio ad quartam partem glo. ob quam explicandam opponitur contra tex. & primam expoſitionem. glo. inquantum pro diuerſis ſtipulationes iſtæ habentur, iter fieri, vel per te hęredemq; tuum non fieri, quominus. l. Immo enim eædem ſtipulationes iſtæ videntur. Siquidem incluſam patientiam promiſſoris prior quoq; ſtipulatio habet, iter fieri, conſequenter promiſſa patientia intelligitur, ita vt per promiſſorem ipſum, neq; hæredem eius fiat, quominus itinere vti ſtipulatori liceat. Reſpondet glo. per magnũ inter ſtipulationes iſtas referre. Siquidem duo ſub ſtipulatione affirmatiua continentur. Primum, vt fiat videlicet iter, hoc eſt, vt locus itineris aptetur, aut inſternatur. Alterum, vt iter ipſum, ſeu itineris ſeruitus præſtetur, & iſtud eſt, quod dictum ſupra habemus, ad factum, atq; ius ſtipulationem pertinere iter fieri. Cauſa alia ſtipulationis eſt, per te non fieri, neque per hæredem tuum, quominus. l. quæ ad factum aptationis itineris non trahitur, verum ad impedimentum prohibendum reſtringitur, vt iter ipſum præſtitum, aut conſtitutum nõ impediatur. Hoc ita, vbi ſeruitute iam præſtita, aut cõſtituta, ita quis ſtipulatur, per te non fieri, neque per hæredem tuum, quominus. l. Cæterum vbi ſeruitute nulla introducta, ſimpliciter quiſpiam ſtipulatur, per alium non fieri, quominus ire ſibi, & agere liceat, in manifeſto differentia videtur inter has ſtipulationes iter fieri, & per te non fieri. l. quoniam poſterior hæc ad factum merum pertinet, vnde obligatio perſonalis naſci ſolummodo videtur §. ſed cum factum. inſti. de inutil. ſtip. Quod ſecus in ſtipulatione eſt iter fieri, quę & ius & factum complectitur.

Pars quinta & vltima glo. ſupereſt. Cuius explanandæ nomine opponitur contra differentiam, quæ mox enarrata in parte quarta eſt, inter ſtipulationem iter fieri, & illã per te non fieri, quominus. l. ꝙ ad impedimentũ prohibendũ, & conſequẽter ad patientiã pręſtandã poſterior hęc pertinet, per te nõ fieri, neq; ꝑ hęredem tuũ, quominus. l. perinde quaſi inclnia patientia in ſtipulatione priori non ſit iter fieri, verum ad itineris aptationem, & ius ſeruitutis ſolummodo ſpectet. Immo enim hoc ipſo ꝙ ſeruitutem ſtipulatio habet iter fieri, comprę henſa ſub ea patientia creditur, cum patientia hac carere ſeruitutem non poſſe teſtatum ſatis in ſuperioribus habeamus. Quod cum ita ſit, vera differentia hæc inter ſtipulationes iſtas non videtur. Eamque ob rem ſuperuacua ſtipulatio hæc videtur, per te non fieri, neq; per hæredem tuum quominus. l. vt potè quæ incluſa ſatis ſub priore videtur iter fieri.

Argumentum hoc à gloſ. præmeditatum in cauſa fuit, quamobrem ſolutionem, aut reſponſionem alteram ad quæſtionem propoſitam glo ſubiunxerit, in qua altera reſponſione conſiteri glo. videtur, diſcriminis quicquam inter ſtipulationes has non verſari, ſiquidem inter perſonas eaſdem interponuntur, vnde ſi ſtipulatio interceſſit iter fieri, & altera deinde ſubijcitur, per promiſſorem non fieri, neque per hæredem ſuum, quominus ire agereque ſtipulatori liceat, otioſa ſtipulatio hæc videtur, velut ſub priore ſatis compræhenſa. Si dixeris, vitio iuriſconſulto dandum, qui de ſtipulatione inutili tractet. Reſpondet glo. ſub dubio forte, inter perſonas diuerſas ſtipulationes has verſari, quia cum vno interpoſita forte ſtipulatio eſt iter fieri, & ab eo itineris ſeruitus præſtita, qui ipſa patientiæ, ne ve prohibeat, ex ſtipulatione adſtrictus ſatis ſua eſt, iter fieri. Altera vero per te non fieri, neq; per hæredẽ tuum. l. interpoſita cum alio eſt, à quo forte de impedimento ſtipulator metuebat, vt puta qui ius ſibi eſſe aut competere in fundo ſeruienti aſſerebat, aut iactitabat.

Ex iſta gloſſ. expoſitio duplex in verbis text. colligitur, vel non fieri. Prima, per ſuppletionem illam, per te videlicet; neque per hæredem tuum, quominus. l.

Quæ

Digitized by Google

Quæ expoſitio, & ſi admitti à glo. Bart. & Docto. frequentius ſoleat, attamen poſterioribus eam non placere argumentis, quinque ante oſtendimus. In Doct. quibus expoſitio hæc diſplicet Aretin. hic eſt. colum. 2. poſt med. Socin. col. 1. verſi. & quia iſta litera Angel. de Perigl. in tertio nota. cui Socin. iun. ſubſcribit num. 69. in fin. idem Iaſ. probat. col. 2. Bologni. num. 107. & num. 111. verſi. in eadem gloſſ. ibi vt præſtitum non impediatur. Butigel. num. 1. & nu. 4. qui extraneam adeo expoſitionem hanc putat, vt nimis magnam ſuppletionem, diuinationem, atque violationem literæ contineat.

Conuenireque inter Doct. videtur, verba hæc, vel non fieri, in Archetipo digeſtorum, aut in pandectis non eſſe, vt Socin. hic ſcribit poſt prin. latius Bologni. col. 7. in pluribus locis, & num. 108. verſi. at ſecundum nouum tex. vbi de viſu codicis originalis teſtimonium dat, vbi manifeſtum in verbis his, vel non fieri, verſari errorem putat, quatenus inſerta in pandectis non ſunt atq; ideo incaſſum à Docto. laboratum in ſenſu verſ. ab omnibus, & circa interpretationem ipſorum verborum, de Soc. & Bologni. Galiau. hic etiam meminit nu. 5. verba hæc in pandectis deſiderari Butigel. etiam hic aſſerit. num. 1.

Secundum expoſitionem hanc exemplum primũ tex. iter fieri, ius ſeruitutis itineris, & obligationem loci adaptandi continet. Alterum planè exemplum, vel non fieri, ſeruitutem vllam non habet, at facti ſimplicis, & perſonalis ſtipulationem, inter quæ longè diſtare declaratum ſatis in ſuperioribus habemus, ita Caſtren. & Alexan. hic explicant. De quibus Iaſ. hic meminit. col. 1. circa med. verſ. ſecundo diligenter aduerte. Butigel. num. 1. vbi dicta ipſa Iaſ. ad verbum refert, vſq; ad nu. 4. vt ſemel dicam, expoſitioni huic glo. aſſentiri ex his omnino non poſſum, quæ ſcripta ſupra circa confirmationem eius ſunt.

Secunda ex glo. in verbis iſtis, vel non fieri, expoſitio in parte eius tertia percipitur, vt ad ſtipulationem illã non referantur, quæ ſuppletionem tantam, nec ſine diuinatione deſiderat, ideſt vel non fieri per te, neque per hæredem tuum, quominus l. verum, vt ſenſum planiorem nulliuſq; ue, aut non tanti vaticinij habeant, vel non fieri ſcilicet aliquid, vnde vſus impediri itineris poſſit.

Sed enim ratione duplici conſiſtere, nec expoſitio
28 iſta poteſt. Principio quia apollinea, aut † diuinatiua, quam ius repudiat. l. ſi putator. ff. ad l. Aquil. l. ſi fideiuſſor. §. ſi cum debitor. ff. manda. l. fin. circa fin. C. de contrahen. emptio. cap. vt noſtrum, vt eccleſ. benefi. gloſſ. in l. quotiens. §. ſi colono. ff. de vſufru. & in l. filium quẽ in glo. 3. in princ. quæ refugium miſerorum expoſitionem, aut reſponſionem hanc aſſerit. Senſus planè diuinatiuus dicitur, quotiens in facto quid ſuppletur, de quo expreſſum quicquam in lege non eſt, quæ ſi permiſſa ſuppletio ſit, nulla lex, quã non deprauare, & lacerare, ita ſupplendo, liceat, quatenus ex facto ius oritur, vt Berengar. ſcribit in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 92. in ſecundo capite repetitionis, ſupra de acq. poſſ.

Secundo vltra diuinationis vitium, idem ſtipulatio hæc, atq; prior per omnia habebit. Quid enim intereſt, vtrum dicatur, per te non fieri, neque per hæredem tuum. l. an quicquam non fieri, quod vſui obſtare itineris poſſit, quemadmodum ante demonſtratum glo. refellendo habemus. Itaq; cum eadem, atque prior expoſitio hæc ſecunda gloſ. videatur, per quam ad ſtipulationem per te non fieri, neque per hæredem tuũ, quominus. l. Eiſdem, atq; prior rationibus, de quibus ante, & poſterior hæc euertitur.

Apparet ex his, gl. hanc tam difficillimam, tantoq; ſudore compoſitam in erroribus totam verſari.

Expoſitio tertia ab Aretin. hic accommodatur, & ipſa probabilior, textuiq; appoſita magis, vt ſicut exemplum primum ad acquiſitionem ſeruitutis itineris ſpectat iter fieri, ideſt itineris ſeruitutem competere.

Ita exemplum alterum negatiuum ad ſeruitutem eandem itineris perimendam, aut liberandam referatur, ideſt ne amplius iter fiat, aut ſeruitus itineris competat.

Senſum hunc Aretin. Socin. hic non ſpernit, col. 1. Conſequens ve ei fieri ait, vt vitioſa ſimilitudo nõ fiat, de qua in verſi. differentiæ, non enim circa idem ſimilitudo verſabitur, vt in ſtipulatione illa contingit, vel non fieri. §. per te, neque per hæredem tuum. l. de qua ſi exemplum ſecundum ſtipulationis intelligimus, vel non fieri. Similitudo prædicta facta circa idem inuenietur. Adijcere Socin. poterat, vacuam Aretin. expoſitionem à ſuppletionis, & diuinationis vicio apparere.

Hunc Aretin. ſenſum probabilem, præterquam in vno, Butigel. hic ait num. 4. verſi. circa vero intellectũ, quòd tex. generaliter loquentem reſtringit. Generaliter enim de ſtipulatione, vel non fieri. §. iter, tex. loquitur, ideſt vt iter non fiat, ſiue ius ſeruitutis itineris promiſſori competat, ſiue non competat. Aret. planè expoſitio ad eum caſum reſtringitur, quo itineris ſeruitus promiſſori competit, vt ea amplius nõ vtatur, quæ reſtrictio admittenda non videtur, vnde generaliter intelligi verba iſta conuenit, vel non fieri, ideſt ne iter aut commeatio à promiſſore fiat, ius vel non ſeruitutis, promiſſor habeat, à quo non fieri ſtipulator petit.

Si dixeris, generaliter intelligi verba iſta non poſſe, etiam ſi ius ſeruitutis non competit, ſiquidem priuatiua verba ſunt, iter non fieri, quæ habitum innuunt. l. manumiſſiones. ff. de iuſti. & iure. l. remittit. ff. de iureiur. l. ſi concubina in princ. ibiq; glo. in verſ. diuortij. ff. rerum amo. l. Titia in prin. ff. de annuis leg. cap. ſicut ex literarum de homicid. Reſpondetur ſecundum Butig. habitum alium intelligi quam ſeruitutis poſſe, veluti ſi mos promiſſori erat, ante ſtipulatoris ædes iter facere, & cum ſuſpectum eum, vel de amore, aut ob inimicitias haberet, ſtipulationem interpoſuit, ne illac deinceps iter faceret. Caſus iſte Butigel. idcirco animaduerſus ab Areti. non eſt quod neq; frequens ſit, neq; veriſimilis. l. iura. & ll. duabus ſeq. ff. de ll. ea quæ raro infra de reg. iuris. c. coram verſi. ſed ſiue. de offi. delega. cũ alijs apud glo. adſcriptis in clueras de reſpon. impub. Atq; in ſpecie, eo caſu, l. intelligendam, aut ſcripturam non eſſe, qui rarenter accidit, in d. c. coram Abb. ſcribit.

Expoſitionem quartam ad verba iſta vel non fieri. Soci. ſubiungit col. 1. in fi. verſi. vel etiam dicas. Quę indigens ſuppletionis eſt. vt præſupponatur, iter per fundum tuum meo proximum paſſim fieri, ex qua re damnum ego facio. veluti ſi conſitum prædium meũ arboribus frugiferis, aut vitibus ſit, & damnum in his accipere ab eis ſoleo, qui per fundum tuum iter faciũt quem ingredientes, vel exeuntes iuxta fundum meum facere iter ſolẽt. Pro qua expoſitione ouidianum illud Butigel. affert. Nux ego iuncta viæ cũ ſim ſine crimine vitæ. A populo ſaxis prætereunte petor. ſed Areti. magis ſenſus arridet, cum veriſimilior, tum quia ad facti obligationem ſolummodo ſtipulatio iſta vel non fieri ſecundum Soci. ſpectat, Areti. vero ad ſeruitutis interitũ eã trahit. Sed nec agnoſcendus Soci. ſenſus videtur, in quo facti alieni promiſſio vertitur. ne ab his per fundum promiſſoris iter fiat, quibus itineris ius eſt. l. ſtipulatio iſta in prin. l. inter ſtipulantem in prin. infra. eo. §. ſi quis alium inſti. de inutil. ſtipu. quod ſi iuris quicquam. alijs non competit, credibile non eſt, Dominum fundi id pati.

Expoſitio quinta ex ſenſu Alcia. & cum eo facientium

tiuum

Digitized by Google

tium accedit ad facultatem eundi vel non eundi, citra ſeruitutis ius, verba referendo iter fieri vel non fieri. De quo dictum ſatis in ſuperioribus habemus. In qua re cum Butgel.non conſentio nu.8.inquantum verba iſta vel non fieri, ad eum etiam caſum refert, in quo per fundum ſuum non iturum ſe quiſpiam promittit. veriſimilis quippe id genus promiſſio non eſt, vt facultatem quiſpiam per fundum ſuum ambulãdi ſibi adimat. Atq; ideo vti veri diſſimilis abijcienda.l.ſi ita quis in fi.ibi quod vtiq; nemo ſanus probabit.ff de euictio. l.tutta.2.§.qui inuita. Ibi non eſt veriſimile.ff.de lega.2. l.fideicommiſſa.§.ſi ſeruo.ff.de lega 3.Ibiq; Bal.no. factum id non præſumi, quod moris fieri non eſt. eodem tex. ſpectat in l. qui concubinam. §. qui fundum eo. ti. & quod Bal. ſcribit in conſ. ſciſmatis, poſt rubri. C.ſi quis aliq. te. prohi.§.ſed in contrarium nu. 17.Ex-
29 primentum † verorum ſermonum eſſe, vt rebus ſenſatis, & veriſimilibus conuenlant, ex Auerroe. Quare melior Areti. ſenſus videtur. qui ad factum etiam iuxta ac ius pertinet, vt æque loci muniẽdi obligatio, atq; ius ipſum ſeruitutis diſſoluatur.

Obſeruandum item in nouiſſima parte glo.cum ait ab alio forte ſeruitutem itineris præſtitam, quam ab eo, qui modo promittit, non impediturum ſe neque hæredem ſuum, quominus ſeruitute vti ſpoliatori liceat. Namq; idcirco glo. ita loquit, quod ocioſa alias ſtipulatio ſecunda videbatur, non fieri per te, neq; per hæredem tuum. I. ſecundum expoſitionem glo. ſiquidem nihil aliud ſtipulatio iſta niſi patientiam cõtinet. Patientia vero incluſa ſatis ſub ſtipulatione priori videtur iter fieri, quæ conſiſtere abſq; patiẽtia nequit. vnde vt ſtipulationis inutilis atq; ſuperuacaneæ oppoſitionem glo. effugiat, Inter perſonas diuerſas ſtipulationes adhibitas in dubio ſorte ait. Quæ expoſitio ex vaticinio conſtat. Rurſus perſonam ſubaudiri extraneam non oportet. l. ſi vnus.§.ante omnia.ff.de pactis. lege quicquid adſtringendæ, & l. ſi ita ſtipulatus. §. griſogonus infra eo. l. Paulus.ff.de rebus dub. l. qui hæredi in prin. l. ſub diuerſis.§.fi. l. cum ita datur.ff.de condi. & demon. vnde glo. etiam expoſitione admiſſa, quã repudiatam habemus, Aliter arg. dilui citra diuinationem poteſt. quod de ſtipulationibus iſtis iter fieri vel non fieri coniunctim tex.non loquitur.hoc eſt vt vna ſimul interpoſita vtraq; ſit, perinde quaſi altera carere vna nequeat. Quo caſu argumentum obſtat quod à ſuperflui vitio deducitur. ſed diſiunctim tex. loquitur. Cum vtrum libet quis ſtipulatur; Iter fieri, aut non fieri: Ita vt non pluſquam vna ſtipulatio fiat affirmatiua iter fieri, aut negatiua non fieri. Quo caſu ſuperflui Quicquam non inueniri, certum eſt.

30 Diuiditur † iſte tex. à Bar. in quattuor partes. In qua diuiſione dictum catonis ſub parte prima collocat. de ſenſu cuius dubitari ad verſi. vſq; ab omnibus putat. ſic verſiculum ab omnibus, à dicto catonis diſiungit. Sed enim placere nihil diuiſio, & opinio hæc Bar. nõ poteſt, vt catonis dictum verſiculum ab omnibus nõ complectatur. ſiquidem ad modum hunc mancus atq; imperfectus cato manet, declaratione vlla non ſubiectã, quando ab vno hærede; & quando ab omnibus cõmmitti pœna dicatur. Dictum enim imperfectum atq; obſcurum relatum ſolummodo, apud catonem inuenietur. Quotiens contra promiſſionem defuncti pœnalem factum quid ab hærede vno ex pluribus eſt, aut ab eo ſolo, qui contra quid fecit, aut ab omnibus pœnam committi. Quo dicto quid obſcurius, aut ambiguum magis, ſiquidem ſenſus eius haberi non aliter poteſt, niſi ſi planum fiat. quando ab vno, & quando ab omnibus commiſſa pœna cenſeatur. Quocirca in ſpecie rem declarari oportet, vt certa claraq; fiat. neq; ſatis eſt, in genere quid proponi. cũ obſcuritatem generalis locutio faciat. l. ſi ſeruitus. ff. de ſerui. vrban præd. l. in tradendis. ff.com. præd. l. ceruũ ff.ſi cer.pet. l. cum ſtichus infra de ſolutio. l.prætor edixit in prin. & §. quod autem prætor ait infra de iniur. l. ita fidei infra de iure fiſci. glo. in l. quotiens. 1. infra eo. Imola hic col.2.ante med. verſi. quid autem ſi pœna. & alia non pauca. Sed enim verſiculo ab omnibus ex dicto catonis detracto, generale, atq; ideo incertũ obſcurumvè catonis dictum apparet, ab vno, aut omnibus pœnam committi, expreſſione in ſpecie non adiecta, quibus caſibus ab vno, aut ab omnibus commiſſio pœnæ fiat. Qua incertitudine, & obſcuritate in dicto catonis admiſſa, inſutile id prorſus remanet nihil quippe intereſt, ſcriptum nihil quicquam à catone omnino non ſit, an ita obſcure, vt intelligi id nequeat.
31 l. de ætate.§.nihil. ff.de interro actio. Ideo ſatis † venditori non eſt, certiorem emptorem de vicijs rei venditæ in genere, aut obſcure facere. l. ea quæ commendandi.§.fi.ff.de contra emp. l. tenetur. §.fi. ff. de actio. emp. Ang.& poſteriores in l. paciſci. ff.de pactis in l. ſi quis cum aliter infra eo. curti. iun.in conſ.177.num.5. Inde fit, vt vires ſtatutum obſcurum non habeat, atq; ideo eo niti quiſpiam non poteſt Bal. in c. fi. col. fi. de conſti.deci. in conſ.540.in fi. Interprætetionem igitur, aut diuiſionem admitti Bar. non conuenit, vnde catonis ſenſus imperfectus redditur Alex. in conſi. 203.nu. 31.in fi. lib.7.

Secundo continuatio dicti catonis in verſi. ab omnibus ſine dubio vertitur. in quo quod dictum generaliter à catone eſt de pœna ab vno, aut omnibus committenda, in ſpecie demonſtratur, & docetur. vnde abſurda res videtur, continuatum ſermonem ſcindere, vt pars catoni, paulo pars autori legis tribuatur arg. gl. in c. tuæ fraternitatis in ver. ſectionem de præben.

32 Tertio quæ † continuationem habent. pro vno æſtimantur. l. meminiſſe. ff. de offi proconſ. l. ſed ſi manente ſupra de precar. freder. à ſen. in conſ.7.col. 1.in fi. late Bar. & alij in l. cum qui.§.in popularibus. Ibiq; Iaſ. nu. 9. ff.de iureiuran. Itaq; ſi dictum vnum continuationis ratione in verſi. ab omnibus intelligitur, nõ recte vnitas hæc diſſoluta à Bar. eſt.

Quarto quæ continuata apparẽt, facta vna ſimul omnia cenſentur Cyn.in l. teſtium. C. de teſti. Bart. in l.ſi plures infra de iniur. & in l. quærebatur. ff.de teſta.mil Imola in l.ſi pater captus. ff de vulga. refert Socin.in conſi.66.circa fin. lib. 1. Si vna ſimul facta creduntur, quæ continuationem habent, ergo à catone etiam factus verſi. ab omnibus intelligitur, qui ex præcedenti dicto deſcendit, & cum eo continuatur.

Quinto opinio hec Bart. contraria textui videtur, in quo ita ſcriptum à Catone eſſe Paulus teſtatur. At enim ſecundum Bar. non à Catone, verum à Paulo ipſo notata verba eſſent, de quibus in dict. verſic. ab omnibus.

Sexto à diuinatione ſenſus iſte Bar. nõ abeſt, vt in verſ. ab omnibus Pauli, non catinis verba interueniãt.

Septimo cum de ſuo ad catonis verba adijcere Paulus voluit, expreſſum id ab eo eſt, vt in verſi. ſed videamus. In quo ad perſonam ſuam verba refert. Conſequens his fit, ſuperiora omnia verba catonis eſſe. in quibus ad Paulum ipſum relatio vlla non fit. Qui minus enim de perſona ſua mentio in ſuperioribus facta, atque in ſequentibus ſit. l. ſtichum qui meus erit. ff. de lega. 1. vnic.§ ſin autem ad deficientis. C. de cadu. tolli.c. ad audientiã de decim. c. maiores de baptiſmo.

Octauo & vltimo ſi verſic. ab omnibus paulo ipſi arrogamus, quomodo veriſimile eſt, ſuum ipſius dictum in controuerſiam, aut dubitationem ab eo extinenti vocatum in verſi. ſed videamus arg. l. non ad ea. ff.de condi.& demon. & in ſpecie, dictum catonis ad verſic. vſque ſed videamus durare, ita vt verſic. ab omnibus appræhendat Socin. hic ſcribit col. 1. Soci.

iun.

Digitized by Google

iun.num.18.verſic.circa diuiſionem.

33 Eam ob rem in † partes ſex text. hunc partiendum accommodatius cenſui. vt in prima dictũ bimẽbre catonis referatur. cum in facto generaliter propoſito ab vno, aut ab omnibus committi pœnam ait. Sic primum membrum ad eum caſum pertinet, quo ab hęrede vno ſolummodo, alterum, quo ab omnibus pęna committitur. In ſecunda parte dictum illud bimẽbre, & generale à catone ipſo in ſpecie per diſtinctionẽ explanatur. In tertia diſtinctionis ipſius ratio aſcribitur. In quarta dubitatio in dicto catonis à Paulo legis authore mouetur. In quinta dubitatio illa eluitur. In ſexta & vltima quod dictum in parte quinta eſt, limitatur. Secunda ibi, ab omnibus, ſi id factum. l. Tertia ibi, differentiæ. Quarta ibi, ſed videamus. Quinta ibi, & paulus reſpondet. Sexta & vltima ibi, quamuis ipſe dominus.

34 Diuiſione ita impleta, facti † ſpecies ita proponi poteſt. In l.2.in prin. ſupra eo. diuiſio vna relata ſtipulationum eſt, vt aliæ quidem ex dando, aliæ ex faciendo conſiſtant. Deinde in §. 1. vſq; ad §. vltimum tractatum de ſtipulationibus eſt, quæ ad dationem ſpectant. De quo genere ſtipulationes ſeruitutum, & eorum ſunt, quæ in genere verſantur. quamuis factum etiam permixtum ſeruitutes habeant. Poſtmodum in §. fi. d. l. 2. de ſtipulationibus cœptum tractari eſt, quæ a facto pendent, ſeu quæ ſuper facto interponuntur. Quem factorum tractatum in §. hunc vſq; proſecutus Iuriſcõſultus eſt. verum ſatis animo meo factum in tractatu illo non videtur. Id quia caſus nonnulli ſpeciales in tractatu illo explicantur. In quibus tam ex parte hæredum promiſſoris, quam ſtipulatoris inſolidum pœna committitur. veluti in ſtipulatione illa, per te non fieri, neq; per hęredem tuum, quominus mihi ire agereq; liceat, & in ſtipulatione illa, mihi hęrediq; meo habere licere. Idcirco autem ſatis mihi tractatus ille non facit, neq; in eo animus acquieſcit, ꝙ generalis non eſt, neq; ſtipulationes omnes compræhendit, at duas tantũmodo, de quibus dictũ mox eſt.

Secundo in tractatu illo ideo animus non acquieſcit, ꝙ ratio vlla expreſſa non videtur, cur inſolidum ſtipulationes duæ, de quibus ante, committantur, tam ex parte hæredum promiſſoris quam ſtipulatoris.

Tertio imperfectus tractatus ille videtur. vtpotè in quo ſimpliciter dicitur, vno hæredum contraueniente, in obligationib. indiuiduis omnes teneri, ſed enim declaratio facta non eſt, inſolidum, an in partem omnes teneantur.

Proinde tractatum locupletiorem generalioremq; ſummopere ex pacto. In quo ratio ſtipulationis inſolidum vel non, committendæ adijciatur. Cognoſci quippè, aut ſciri quicquam ſine ratione non dicitur. l. pupillus ſi fari. Ibiq; Bart. in prin. ff. de acquir. hęredi. l. 1. §. pen. ſupra tit. 1. Bar. in l. admonendi. nu. 17. ff. de iureiuran. Iaſ. in l. 3. §. pure circa princ. ff. de libe. & poſth.

Reſpondet Iuriſconſultus, de ſpecie hac ſtipulationis factorum tractatum apud catonẽ generalius eſſe lib. 15. ſtorum. In quo tractatu generaliter, & regulæ vice procedit. Quotiens pœna certę pecunię promiſſa eſt, ſi quid aliter factum ſit, quam promiſſio ferat, deinde ꝓmiſſore vita functo, ex hæredibus eius vnus contra quam cautum, aut promiſſum ſit, fecerit, ſeu contra promiſſionem venerit, aut ab omnibus hæredibus pœnam committi pro portione hæreditaria, aut ab vno pro portione ſua dũtaxat. Sed inſtat conſultor, aut adoleſcens legum candidatus. Regulã quidem generalem teneo, aut ab omnibus, aut ab vno pœnam committi. Sed enim animi totus pẽdeo, obſcurior quippè traditio hęc generalis eſt, quam vt aſſequi eam liceat. Quocirca declarationem in ſpecie deſidero, quando ab omnibus, aut ab vno pœnę commiſſio fiat. Reſpondet Iuriſcõſultus, ab omnibus ſecundum catonem pœnam committi, ſi id factum, de quo cautum eſt, indiuiduum ſit. Cuiuſmodi factum illud eſt, quod ſtipulatio illa habet, iter fieri, vel non fieri. Ratio planè, quam ob rem in facto hoc indiuiduo ex contrauentione vnius hæredes ab hæredibus, omnib. ſeu ꝗ hæredes oẽs in portiones hæreditarias pœna committatur, illa conſtat, quia quod diuidi in partes non poteſt, ab omnibus quodammodo factũ videtur. Vnde contrauentione ab hærede vno in facto indiuiduo ſecuta, perinde res æſtimatur, vt ſi contra ſtipulationem, aut promiſſionem defuncti factũ ab hæredibus omnibus ſit. Quo caſu vera hæredũ omnium contrauentione interueniente, non ambigitur ab omnibus pœnam committi. Tantumdem dicendum, & in contrauentione ficta eſt, ratione eadem propter indiuiduitatem facti mouente.

Ex qua deciſione, indiuiduitatis effectus in hæredibus promiſſoris declaratur, quomodo locum habeat. Id enim indiuiduitas agit, vt contra hæredes omnes etiam culpę immunes, pœnæ commiſſio fiat. Quod vtique in facto diuiduo non admittitur. In quo is ſolus, atque ex portione ſua hæreditaria tenetur, a quo peccatum, ſeu factum contra ſtipulationem eſt. vt in verſi. ſeq. videbimus. Cæterũ non id indiuiduitas pręſtat, vt inſolidum contra hęredes omnes pœna committatur, ita vt ſolidam quiſq; pœnam debeat. Verũ niſi in portiones hæreditarias contra omnes hæredes pœna non committitur. Quod idem expreſſum legitur in l. in executione. §. inſolidum. infra eo. & latius de hoc apud Soci. iun. hic nu. 34. in quarto nota. Secũdum hoc, indiuidua facti indiuidui ſtipulatio eatenus habetur, quatenus indiuiduitas ipſa contigit. Indiuiduitas planè nonniſi cõtra hæredem, intelligitur, qui promiſſioni defuncti nõ paruit, vt in partem ſuã tantummodo peccaſſe non dicatur. Eoque nomine offenſum in totum, & ex parte hæredum omniũ promiſſoris exiſtimatur. Pœna vero pecuniaria, quia diuidua eſt, inſolidum contra ſingulos non committitur. Ita inſolidum quidem ſtipulatio contra hęredes omnes committitur, vt ſolida ab omnibus collectiuè non etiam diſtributiuè pœna debeatur.

Sed quęret hic aliquis, in ſtipulatione hac indiuidua, quam inſolidum committi neceſſe eſt, cur conſtitutum non eſt, vt inſolidum, & quoad factum, ſeu ſtipulationem, & quo ad pœnam contra hęredem committeretur, a quo in promiſſionem offenſum defuncti eſt, ne dolum, aut culpam ipſius alij præſtẽt, qui a crimine vacui omnino ſunt. An non tant id conſentaneum, & rationi videtur. Reſpondetur, fieri id non poſſe, vt inſolidum aduerſus hęredem vnum, qui contra fecit, ſtipulatio committatur. Quoniam & ſi maximè ex offenſione ſua cõueniatur. Attamen cauſa prima obligationis, & ſtipulationis committendæ a defuncti promiſſione deſcendit. Qua remota fruſtra de ſtipulatione, quę nõ eſt, per hęredes committenda diſceptatur. Itaq; nonniſi tanquã hæres ex promiſſione defuncti tenetur, quem repręſentat. Hæres
35 porrò † non pluſquam ex portione ſua hæreditaria defuncti perſonam ſuſtinet, pro alijs autem portionibus vti extraneus æſtimatur. l. Iulianus. in princ, infra eo. l. cum à matre. C. de rei vendica. glo. in l. 2. infra de prętor. ſtipula. Bar. & alij in l. 2. §. item ſi in facto nu. 2. in fi. ſupra eo. Iaſ. hic num. 8. verſi. tertio illa obligatio. Vnde qua ratione contra extraneum committi ſtipulatio alterius non poteſt, ita nec contra hæredem, qui contra fecit, quoad cohæredum portiones.

Sed obiecturus iterum quiſpiam erit. Nonne tollerabilius, vt niſi cõtra hæredem culpæ reum & ex portione ſua hæreditaria dumtaxat, quam contra omnes & innocuos ſtipulatio committatur. Reſpondetur, ob per-

Digitized by Google

ob perſonas hęredum qualitatem obligationis defuncti, non mutari, vt deterior ſtipulatoris conditio ex perſonis hęredum fiat.l.Emilius.ff.de minor.l.cui fundus.in fin. ff.de condi. & demonſtr.l.2.§. ex his ſupra eod.l.2.§ incertam. infra de prætor. ſtipul.l.ſi intra.C. de non numera. pecun. Sed enim niſi inſolidum ſtipulatio indiuidua committi contra defunctum, & ex contrauentione eius nō poterat, vtpotè quæ partem non admittit. Ergo & inſolidum eam committi contra hæredes oportet, ſed inſolidum committi niſi contra hęredes non poteſt, non contra extraneos. Vnde cum extraneus quoad partes aliorum is habeatur, à quo peccatum eſt, dicendum neceſſario erit, contra omnes commiſſionem ſtipulationis fieri, ne damnum ex perſonis hæredum ſtipulator ſentiat, & mutationem obligationis conditio propter hæredes ipſos in perniciem ſtipulatoris accipiat abſurda quippè res fuerit, vt niſi ex parte pœnam non auferat, quam ſolidam habiturus ex defuncti offenſione fuerat.

Conſequens prædictis fit. Diſcrimen inter factum principale ſtipulationis indiuiduum, & pœnam in ea inſertam verſari. Quoniam ad partem hæreditariam contrauentio non reſtringitur, vt non niſi aduerſus contrauenientem, atque ex portione ſua hæreditaria ſolummodo, ſtipulatio committatur, imò enim inſolidum contra omnes commiſſio eius fit, & inſolidum peccaſſe omnes finguntur, quemadmodum niſi inſolidum peccari a defuncto non poterat, & niſi inſolidum peccari ab omnibus diceretur, verum ſingulorum offenſio obſeruetur. Vtique ex facto vnius alij non tenerentur. Ita quod ad factum attinet, peccatum ab omnibus propter indiuiduitatem, & diſtributiuè creditur. Cauſa alia pœnæ eſt, quæ ſolida quidem ab omnibus, at non diſtributiuè, ſed collectiuè exigitur. In quia diuiduitatem recipit. Neq; ſolidam eam ab hæredibus ſingulis deberi par eſt. Quatenus nec pluſquam pœnam ſimplicem daturus defunctus fuerat, & qua ratione ex perſonis hæredum conditionem obligationis in perniciem ſtipulatoris alterari non docet. Ita nec in perniciem hæredum, vt pluris aliquid ab eis exigatur, quam a defuncto atque ex offenſione eius percepturus ſtipulator fuerat.

De qua re, hoc eſt niſi ex portionibus hæreditarijs pœnę commiſſionem non fieri, traditum hic apud recentiores legitur. Ruinum num.22. In quinto nota. Galiau. num. 15. & duobus ſequentib. Hormannorum num.91. ſequentium turba ad num. vſque 305. num.122. & pluribus ſequen. & num. 315. Butigel.nu. 21. & ſequen. in quarto nota. Socin.iun. nu. 57. Alcia. nu.4. in 1. nota. & nu. 34. verſi. ſed tu aduerte, & cumulatius de hoc Inferius videbimus in 1. opposi. Bar.

Monendi etiam hic ſumus, non paululum referre, vtrum inſolidum ſtipulationem committi, an inſolidum teneri hæredes dicamus. Namque vt inſolidum ſtipulationis commiſſio fiat, hæredes tamen inſolidum non obligantur, verum portionum hæreditariarum tenus. Diuerſum eſt cum inſolidum teneri hæredes aſſerimus. Idque Socin. hic iunior obſeruat nu.38. verſi. nec obſtant allegata ſupra. De quo vberius infra in tertio nota.

Obſeruandumq; in ratione hac Iuriſconſulti, cum ideo in ſtipulatione facti indiuidui ex offenſione vnius hæredis contra omnes committi pœna intelligitur, quia quod diuidi in partes non poteſt. Ideſt offenſio, aut contrauentio ipſa, quæ diuiduitatem non admittit, cum in partem fieri contrauentio nequeat, ab omnibus facta quodammodo videtur. Sic perinde res eſt, atque ſi offenſum vere ab hæredibus omnibus ſit. Obſeruandum inquam in ratione hac caſum contrauentionis fictæ caſui vero, ſeu caſui contrauentionis verę ſimilem haberi. Vt qua ratione hæredes omnes obligantur, vbi offenſum, aut contrauentum ab omnibus eſt, ita vbi contraueniſſe omnes finguntur.
36 tur. Conſequēs ſimilitudini, † aut comparationi huic fit inter caſum verum, & fictum, vt etiam in contrauentione vera non pluſquam ex portione hęreditaria hæredes omnes teneantur. Hoc ita, ſi contractus ſtricti iuris verſatur, qualis ſtipulatio eſt, de qua hic tractatur. De quo plenius infra diſceptabitur in ſexta opposi. Bar. & notatur apud certum hic nu.80. vſque ad nu.88. Galian. nu.60. in ſexta concluſione. Ruin. nu.62. plenius apud alia num. 116 qui ſententiam diuerſam crebriorem putat, vt inſolidū omnes ob contrauentionem veram teneantur, ob id à ſententia recedendū frequentiore non eſſe. Sed enim nu. 117. in fin. veram opi. hanc non credit. adeo vt conſtare ſecum non videatur. Sententiam item diuerſam, inſolidum omnes ob contrauentionem veram teneri, frequentiorem Horman. hic aſſerit nu.322. & pluribus ſeq. nu. maximè 327. Sed enim crebriorem ſententiam eſſe, vt niſi ex portionibus hæreditarijs hæredes ſinguli non obligentur, quotiens peccatum vere ab omnib. Soci. iun. hic aſſerit nu.157. verſi. concludes ergo.

Legum adhuc cādidatus inſtar, edoctus probe ſum quotiens, & quomodo aduerſus hæredes omnes ex contrauentione vnius ſtipulatio cōmittatur. Ideſt cū factum indiuiduū ſtipulatio habet, vt hæredes omnes ex portionibus tamen hęreditarijs ſolūmodo apprehendat, ſed enim explicandum id ſupereſt, quando & quomodo niſi ab vno hærede, aut contra hęredem vnum offendentem ſtipulatio cōmittatur. Reſpōdet paulus ex catone ipſo, quem refert, hęredem promiſ-
37 ſoris, † qui defuncti promiſſionem contempſit, ſolū tunc & non vltra portionem hæreditariam teneri, ſeu contra hęredem ſolū, qui peccauit, atq; ex portione ſua hęreditaria ſtipulationem cōmitti, & effectum habere, cū de eo cautum, aut promiſſum a defuncto eſt, ꝙ diuiſionem recipit. Diuiduorum enim aut ſeparabilium ſeparatam eſſe diſpoſitionem oportet. ob id rationis nō videtur, ex facto alterius diuiduo alium pręgrauari, cum authores ſuos tenere pœna debeat. l. ſancimus. C. de pœnis. tex. ſcitus in l. ſupra. §. apud ferocē. ſupra de aqua plu. arcend. Ibi & eſt iniquum, cum, qui non fecit, reſtituere id oportere, & illud Pſal. 68. Quæ non rapui, tunc exoluebam, & alia apud nos collecta in reſpon. pro Genero nu.91. & nu.469 Rogātu adoleſcenti, quæ factum diuiduum ſtipulatio habeat. Nō amplius agi ſtipulationē exempli vice ſubijcit. Indeq; fieri, vt diuidua etiam ſtipulatio habeatur, rem ratam haberi. Etenim cum amplius hæres vnus agit, aut petit contra quam promiſſum a defuncto eſt, ratum vtiq; non habet. atq; ideo in ſtipulationem, aut promiſſionem defuncti offendit. Atqui vltra portionē ſuam hęreditariam agere, aut petere hęres vnus nequit. Ergo nec vltra portionem hęreditariam ratum non habet. Conſequenter a diuiduitate amplius non peti, & rem ratam haberi ſtipulationis diuiduitas ſequitur.

Denuo adoleſcens vrget, ſatis mihi adhuc de ſpecie controuerſa non liquet, cur ius aliud, diuerſumq; ſtatutum in ſtipulationib his ſit. vt in ſtipulationibus iter fieri. vel non fieri, contra hęredes omnes ex portionibus hęreditarijs ſtipulatio cōmittatur. Cauſam aliam ſtipulationis eſſe amplius non agi. quę niſi contra hæredem non cōmittitur, a quo eſt ventum ſit atq; ex portione eius hęreditaria. Reſpondet Iuriſcon. differētiæ, aut diuerſitatis rationem eā eſſe, ꝙ in priore caſu, ideſt in ſtipulatione iter fieri, vel non fieri, hęredes omnes cōmiſiſſe videntur, ꝙ niſi inſolidū præſtari nō poſſit. Ideſt inſolidū, ideo ab hęredibus omnib. cōmiſſa ſtipulatio facti indiuidui videtur, ꝙ pręſtari, aut impleri factum niſi inſolidū non poteſt, ſic verba illa, ꝙ niſi inſolidū pręſtari nō poterit, ad cauſam ſeu rationem

redden-

Digitized by Google

reddendam pertinent, quamobrem conſtitutũ ſit, vt
cõtra hæredes omnes cõmiſſio ſtipulationis de facto
indiuiduo, fiat. Rationẽ hanc diuerſitatis, idcirco con-
tra hæredes omnes ſtipulationem facti indiuidui cõ-
mitti, ꝙ niſi inſolidũ præſtari factum nequeat, argu-
mento a ſimili Iuriſconſultus ſeu cato cõfirmat. pro-
ut inquit videre in ſtipulatione illa eſt, per te nõ fieri,
neq; per hæredem tuum, quominus mihi ire, agere li-
ceat. Indiuidua enim haud dubiè eſt, quia in partem
præſtari factũ patientiæ non poteſt, vt in partem tan-
tummodo ire me agereq; patiaris. Vnde qua ratione
indiuidua illa eſt, quia accõmodari patientia in partẽ
nequit. Atq; ideo ex impatientia, aut contrauentione
vnius hæredis ꝯ omnes committitur, ita ſeruandum,
& in ſtipulationibus caſus prioris erit, quæ indiuiduæ
non minus atq; iſta ſunt, per te non fieri neq; per hę-
redem tuũ. l. Siquidem neceſſario incluſam patientiã
ſtipulatio, & illa habet iter fieri, vti nec ſemel dictũ in
ſuperioribus habemus. Eque patientiã incluſam, & il-
la ſtipulatio habet, vel non fieri, quæ ad intermitionẽ
ſeruitutis ꝑtinet; vt patiatur ꝓmiſſor libertate ſua ſti-
pulatorẽ frui. Quatenus ab itinere abſtineri in partem
non poteſt.

Videndum in ratione hac differentiæ. mancũ atq;
imperfectum Iuriſconſultũ videri. Qui differentiæ ra-
tionem daturũ ſe dixit, cur tam variè conſtitutũ in ſti
pulationibus his ſit. At.n. ratio hæc demonſtrata di-
uerſitatis non vſ. Tantum ratio expreſſa apparet, cur
aduerſus hæredes omnes ex contrauentione vnius in
priore caſu ſtipulatio cõmittatur, quia videlicet niſi
inſolidum præſtari factũ non poteſt. Enimuero ratio
vlla ſubiecta non eſt, cur diuidua ſtipulatio in caſu po
ſteriore ſit, cum amplius ſe non acturũ quiſpiã canit.
atq; ideo niſi cõtra hęredẽ ſolũ, a quo offenſum ſit, &
ex portione ſua hẽditaria cõmiſſio ſtipulationis fiat.

Vnde ſuppleri Iuriſconſultũ in ratione hac differen
tiæ demonſtrãda oportet. A ratione ſtipulationis in-
diuiduæ ceſſante rationem diuiduitatis in ſtipulatio-
38 ne amplius non agi, deſumi. Ratio enim, cur † indiui-
dua ſtipulatio dicatur, iter fieri vel non fieri, vel per te
non fieri neq; per hæredem tuũ, quominus. l. illa eſt,
ꝙ peccari niſi inſolidũ non poteſt, quominus damni
tantum ex contrauentione vnius hęredis quantũ ex
contrauentione omnium ſtipulator ſentiat, quæ ratio
expreſſa apud Iuriſconſultũ eſt in l. in executione. ver.
ꝙ ſi ſtipulatus. ff. eod. Ratio hæc in ſtipulatione ſilet,
amplius nõ agi, aut rem ratam haberi: In qua ſi hæres
vnus tantummodo ratũ non habet, quia ex parte ſuã
agat, aut petat, damni tantũ ex petitione partis, quan-
tum ex petitione totius ab hæredibus omnibus facta
ſtipulator non ſubit. Rationem hanc Crotus hic aſ-
fert nu. 26. in octauo nota. Rationem eãdem ſentire
Soci. etiã iun. hic videtur. nu. 51. in 7. nota. Alcia. nu. 8.

Altera etiam & ipſa expreſſio reddi ratio poteſt. Id
circo contra hæredes alios ratum habentes ex offen-
ſione vnius pœnã non committi in ſtipulatione illa
amplius nõ agi, ꝙ rem apud ſtipulatorem extare ne-
ceſſario innuitur. Proinde hærede vno promiſſoris ex
portione ſua rem petente; & contra promiſſionẽ de-
functi veniente, in culpa ſtipulator in ius vocatus de-
præhenditur, ſi exceptione vſus non eſt, quæ ex ſtipu-
latione deſcendit, & hæredem petentem non ſubmo
uit, hoc eſt promiſſioni reclamare defuncti non licet.
Lex qua perſona. ff. de reg. iur. ꝙ ſi ſolidum hæres vnus
petit, æque quoad portiones repelli aliorum poteſt.
Culpa igitur in ſtipulatore admiſſa, rationis non vide-
tur, culpam vnius pernicialem alijs fieri. l. inter cohæ-
redes §. quod ex facto. ff. famil. herc. l. ſi ex duobus. in
fi. ff. de nego. geſt. l. cum duobus. §. fin. & l. ſeq. ff. pro ſo-
cio. l. ſi rem hereditariam. in fi. ff. de euictio. l. quod quis
ubi. infra de reg. iur. reg. damnum lib. 6. & alia in d. re-

ſpon. pro Genero comparata num. 87. & ſeq. De qua
ratione cumulatius infra diſſeremus in 2. nota.

Ratio tertia ex Soci. hic colligitur. col. 3. circa prin.
verſi. ex qua ratione tacitè colligebat ratio. Sed enim
plena æque non eſt. verũ eadem atq; dictum videtur.

Pars quarta text. noſtri ſequitur in verſi. ſed videa-
39 mus. cuius † enarrandæ cauſa, finem apud Iuriſcon-
ſultum quærendi, dubitandivè iuuenis non facit. Ra-
tio differentiæ in parte tertia, & in verſi. differentia ex-
plicata eſt, vnde diuerſitas inter ſtipulationes memo-
ratas exiſtat, iter fieri, vel non fieri, & amplius nõ agi.
Rurſus argumẽto a ſimili demonſtratũ, indiuiduas ſti
pulationes ꝑnarratas haberi iter fieri, vel non fieri.
Quæ ſimilitudo ex ſtipulatione illa deducta, per te nõ
fieri neq; per hæredem tuum, quominus. l. Sed enim
a dubitatione vacuum argumentum id a ſimili non
videtur, ꝙ ſimilis ſtipulatio hæc per te non fieri, neq;
per hæredem tuum. l. Stipulationibus illis videatur,
iter fieri, vel non fieri, vtpotè in quibus mentio vlla
habita de hęredibus promiſſoris non eſt. Qua propter
ſimilior ſtipulatio hæc, per te non fieri, neque per hæ
redem tuum. l. ſtipulationi illi videtur. Titium hære-
demq; eius ratum habiturum, in qua expreſſio de hæ
redibus promiſſoris ſit, & hanc dubitandi rationem la
tius hic Ripa explicat nu. 6. Sed videamus igitur iuue-
nis ait, ne non idem hic ſit, ideſt ne ius idem contine-
re ſtipulatio iſta non videatur, de qua dictum mox
eſt, per te non fieri, neq; per hæredem tuum, quomi-
nus. l. quod in illis ſtipulationibus, iter fieri, vel non
fieri. Sed magis idem ſeu idem potius ius ſeruandum
in ſtipulatione hac videatur, per te non fieri, neq; per
hæredem tuũ l. quod in illa, Titium hæredemq; eius
ratum habiturum.

Ad hæſitationem hanc paulus ipſe autor legis in
parte quinta reſpondet, non idem eſſe. Ideſt ius idem
ſeruandum in ſtipulatione proxima, per te non fieri,
neque per hæredem tuum. l. atque in illa non eſſe, Ti-
tium hæredemq; eius ratum habiturum. Atque ideo
diuerſas, non ſimiles ſtipulationes has eſſe. cum indi-
uidua vna, diuidua altera æſtimetur. Diuidua enim il-
la cenſetur, Titium hæredemque eius ratum habitu-
rum. Eamque ob rem fit, vt in hac ſtipulatione is de-
mum teneatur, qui ratum ſolus ex hæredibus promiſ-
ſoris non habuit. Diuidua quoq; ex parte hæredem ſti-
pulatoris ſtipulatio hæc iudicatur. Quo circa ſi hære-
dibus pluribus relictis ſtipulator deceſſit, & ab vno ſo-
lo petitum a promiſſore, ſeu hæredibus eius ſit, hęredi
ſoli ſtipulatoris ex ſtipulatione defuncti actio accom
modatur pœnæ conſequendæ cauſa, a quo petitum
fuerit. Cuius ſententiæ Marcellum quoq; Iuriſcon-
ſultum eſſe paulus ſubijcit.

In q. hac, de qua in d. verſi. ſed videamus. l. obſeruã-
dum eſt, queſtionem quidem a paulo explicatã iuriſ-
conſulto eſſe. Cæterum ratio vlla diuerſitatis aſcripta
non legitur, cur ſuperiorib. ſtipulationib. iter fieri, vel
non fieri ſimilior magis ſtipulatio dicaĩ per te nõ fieri
neq; per hæredem tuũ. l. quam illi, Titiũ hæredemq;
eius ratũ habiturũ. Vnde dicẽdũ, ſatis rõne pænarra-
tam vilam paulo eſſe, de qua in d. verſi. differentiæ, ꝙ
niſi in ſolidum præſtari factũ promiſſum non poteſt.
Quæ ratio ſupplendo ampliata atq; confirmata a no
bis fuit. verſi. videndum in ratione hac differentiæ. l. ot

Secundo obſeruandum in verſi. ſed videamus. Co-
dices enim nonnulli reſponſionem pauli affirmatiuè
legunt, & Paulus reſpondet, idem eſſe. vt glo. hic ob-
ſeruat in verſi. ipſo ſed videamus, & Bart. col. 1. verſi.
ſequitur verſi. ſed videamus. quamuis litera vulgatior
negatiuè legat & Paulus rñdet, non idem eſſe. Lectio-
ne planè affirmatiua admiſſa, mutari ſententiã opor-
tet, vt circa ſtipulationẽ proximã, per te non fieri, neq;
per hæredem tuũ. l. dubitatio non fiat, verum ſimilis
ſtipula-

ſtipulationi habeatur iter fieri, vel non fieri, an illi, Titium hæredemq; eius ratum habiturum verſari enim dubitatio circa ſtipulationem proximam non poteſt, per te non fieri, neq; per hæredem tuum. l. affirmatiuæ reſponſionem Pauli legendo, & Paulus reſpondet idem eſſe, quod in ſtipulatione de rato. Conſequens enim fieret, ex reſponſione hac, diuiduam ſtipulationem eſſe, per te non fieri, neq; per hæredem tuum. l. ſi idem in ea eſſe ius dicimus, atq; in ſtipulatione de rato, ſi dubitatum circa ſtipulationē ipſam dicimus per te non fieri, neq; per hæredem tuum. l. vnde reſponſione Pauli affirmatiuæ admiſſa, referri dubitationem, de qua in verſi. ſed videamus, ad ſtipulationem amplius non agi oportet, ſecundum glo. quam Bar. ſequitur, vt ſenſus ſit, ſed videamus ne non idem hic ſit .ſ. cum amplius agi ſtipulor, quod eſt, cum ſtipulor per te non fieri. l. quod vtiq;, & ſine controuerſia non idem eſt, ſed magis idem, quod in illa ſtipulatione de rato, Titium hæredemq; eius ratum habiturum, & idem vere eſſe reſpōſum à Paulo eſt, cū diuidua vtraq; ſtipulatio ſit. Tam ex parte hęredum ſtipulatoris quā promiſſoris, atq; ex diuiduitate ſtipulationis amplius non agi, diuiduitatem ſtipulationis de rato exiſtere, demonſtratum ante eſt.

Senſus iſte à verbis, & mente tex. omnino abhorret. Principio quoniam ex pronomine, aut aduerbio hic quæſtio proponitur, ſed videamus ne non idē hic ſit. Quæ dictio ad proxima refertur ſecundum Grammatiſtas, qui differre inter pronomina putant hic, iſte & ille, & not. Areti. in l. duobus. §. idem Pomponius in ſecundo nota. ff. de iureiuran. Atqui ſecundū ſenſum hunc ad remota relatio fieret, ideſt ad ſtipulationem amplius non agi, quæ poſita ante ſtipulationem eſt, per te non fieri, neq; per hæredem tuum. l. Secundo quęſtionem vocari res non ſolet, quæ clara ſit. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de lega. 3. l. continuus. §. cū ita infra eod. Sed enim pro expedito text. habet, diuiduam ſtipulationem eſſe amplius non agi. Quod cū ita ſit, credibile non eſt, in controuerſiam deductum, ius ne idem in ſtipulatione hac, non ſit amplius, non agi, atq; in illa, per te non fieri, neque per hæredem tuum .l. an potius idem, quod in alia diuidua, Titium hæredemq; eius ratum habiturum. Dicendum igitur videtur, circa ſtipulationem proximam, per te non fieri, neq; per hæredem tuum. l. hæſitationem aſcriptam. In qua dubitationis pluſculum incurrere videbatur, ſimilior ne ſtipulationis haberetur, Titium hæredemq; eius ratum habiturum, ꝙ hæredis mentio ſub vtraq; fit. Senſus ex prædictis gloſ. totius habetur in d. verſi. ſed videamus.

Tertio obſeruandum, verſi. hūc ſed videamus, ſeu dubitationem in eo propoſitam aliter apud Socinū iuniorem hic intelligi nu. 20. quam apud glo. & Doct. Ideſt, vt in ſtipulatione amplius non agi quæſtio ſemper procedat, vtrum ſimilis ſtipulationi ſit, per te non fieri, an non. Atq; ideo in quæſtione ipſa proponenda, & interrogando, mentio de ſtipulatione non fiat, Titium hæredemq; eius ratum habiturum. Conſequenter verba illa, ſed magis idem, quod in illa, Titiū hæredemq; eius ratum habiturum, interrogatiuè non intelligentur, ita vt ad quæſtionem inducendam pertineant, verum legenda affirmatiuæ, & pro deciſione, aut reſponſione quæſtionis erunt, vt ſenſus ſit, ſed videamus, aut dubitari poteſt, vtrum ſtipulatio hæc amplius non agi ſimilis illi fiat, per te non fieri, neq; per hæredem tuum. l. ita vt quæſtionis verba vlterius non trahantur. Deinde reſponſum à Paulo Iuriſconſulto ſit, idem non eſſe, quod in illa ſtipulatione, per te non fieri, neq; per hæredem tuum .l. ſed magis idem, ꝙ in illa, Titium hæredemq; eius ratum habiturum.

Si dixeris, verbis, & menti textus ſenſum hunc repugnare, quatenus reſponſio ipſa in verbis illis exprimitur, & Paulus reſpōdet non idē eſſe. l. atq; ideo verba illa, ſed magis idem, quod in illa Titium .l. interrogatiuæ neceſſario, non affirmatiuæ, aut deciſiuè legenda. Ne eandem iteratam reſponſionem dicamus.

Reſpondet Soci. iu. verba illa, & Paulus reſpondet, ocioſæ, aut ſuperuacuè ab excuſſoribus adiecta, atq; ideo à codice delenda. Idq; multo iam tempore à ſe factitatum teſtatur, vtpotè quæ in Archetypo digeſtorū deſiderantur, ſed & à codicilibus nonnullis fide nō indignis verba illa abeſſe relatum à nōnullis ait. Idem Socin. iun. ait nu. 38.

Si dixeris, quid cauſæ impellere Soci. iu. potuit, vt ad eum modum textum, ita legat, & interprætetur verba non pauca detrahendo, ideſt verſi. illū totū, & Paulus reſpondet non eſſe idem. Reſpondet Soci. ipſe, eo ita ſe adductū, qm̄ negatiuę Pauli reſponſionem legēdo, & Paulus reſpondet, nō eſſe idem, neceſſe eſt ad ſtipulationē per te non fieri, neq; per hæredē tuū .l. Sed .n. cū deciſum à Catone ſit, ſtipulationē hanc indiuiduā eſſe, idq; verū ſit, credibile non eſt, hęſitatū quicquam circa ſtipulationem hanc apud Paulū eſſe, indiuidua, necne ſit. Quocirca ad ſtipulationem amplius nō agi, applicanda quæſtio, & interrogatio videtur, id quia in ea ratio vlla adiecta à Catone non eſt, quā ob rem diuidua ſit, aut niſi ab hærede vno nō cōmittatur, à quo peccatū ſit. Tantummodo dictū ſimpliciter eſt, nōn ſi ab hærede vno eā cōmitti. Id ꝙ Paulus obſeruans nō immerito in cōtrouerſiā ſtipulationē ipſam vocauit, poſtq̄ iā perfunctorie circa eā verſatus Cato apparet.

Sed quæret hic aliquis, quæ nā dubitandi ratio mouere Paulum potuit, vt videndum putauerit, ſimilis ſtipulatio iſta amplius non agi, ſtipulationis necne illius eſſet, per te non fieri, neq; per hæredem tuū .l. Reſpōdet Soci. iu. dubitandi cauſam inde exiſtere, ꝙ verbis negatiuis concepta ſtipulatio vtraq; eſt, amplius non agi, & per te nō fieri, neq; per hæredē tuū. l. Hæc Soci. iu. ſententia eſt circa verſi. hunc ſed videamus, quāuis non pari ordine, at obſcurius rem enarret.

Senſum hunc admittere Soci. iun. prorſus non valeo. Principio ꝙ naturæ dictionis hic repugnat, ſed videamus, ne non idē hic ſit, quā ad proxima referendā, ex Aretino demonſtratū habemus, ob id ad ſtipulationē proximam, per te non fieri, neq; per hæredē tuū. l. non ad remotam applicari quæſtionem conuenit.

Secundo recta idoneavè cauſa non videtur, propter quam impulſum ſe Soci. iun. aſſerit, vt ita tex. interprætetur. Ideſt quia occupatus cato circa ſtipulationem amplius non peto, ſimiliter non eſt, vt in ſtipulatione iter fieri, vel non fieri. Siquidem non æque declaratum à Catone eſt, cur diuidua ſtipulatio ſit, amplius non agi, atq; factitatum ab eo circa indiuiduitatem ſtipulationis eſt iter fieri, vel non fieri. Cuius indiuiduitatis ratio expreſſa à Catone eſt, eoq; amplius exemplo à ſimili confirmata. Rurſus idoneam cauſam, aut rationem hanc Soci. iu. Cur ita tex. legat, aut interprætetur non eſſe aliter etiam oſtenditur, ꝙ pro expedito cato habuit, diuiduam ſtipulationem hanc perſpicue magis eſſe, quam vt declarationis indigens vllius foret, quocirca in dubitationem vocari à Paulo non oportuit, ꝙ liquidum prorſus eſſet.

Tertio ad rem Soci. iun. cauſam non attinere, aperte demonſtratur, ꝙ nec a Paulo ipſo explicatum eſt, quamobrem diuidua ſtipulatio ipſa habeatur amplius non agi, neq; diuerſitatis ratio à Paulo ſubiecta vlla eſt, cur diuidua magis ſtipulatio ſit, amplius non agi, q̄ illa iter fieri, vel non fieri, & per te non fieri, neq; per hæredem tuū. l. Ita in Soci. ipſum iu. ratio regeritur, qua ad interprætationem adductū memoratā ſe ait.

Quarto per ſenſū hunc Soc. iu. imꝑfecta Pauli dubitatio manet, ſed videamus ne nō idē hic ſit, quid .n. ēſus

Digitized by Google

colligi ex verbis his, tam circuncisis poteſt. Rurſus contraria naturæ quæſtionis, & interrogationis verba hæc erunt, eo enim interrogatio, & quæſtio proponitur, quo certior interrogantis animus fiat. At enim quomodo præſtari certitudo poterit, ſi imperfectam atq; adeo obſcurã interrogationem hãc agnoſcimus.

Quintò ad ſimilitudinem interrogatio pertinet, cui ſtipulationi ſimilis ea ſit, quum interrogatio exprimit. At enim niſi ſtipulationem vnam interrogatio non commemorat. Quare ab interrogandi more, & natura alienus ſenſus hic Soci. iun. videtur.

Sextò aliena etiam à reſpondentium more ad Socin. iun. ſenſum, reſponſio inuenietur. Quæ citra declarationem aliquam per aduerſatiuam ſubijcitur, ſed magis idem, quod in illa ſtipulatione titium hæredemq; eius l. quæ verba ad interrogationem magis ſpectare non dubitatur, vtpotè quæ ipſam perficiunt, & declarant, & ſine quibus imperfecta prorſus inuenitur, expreſſione vnius tantummodo facta, cum duo ſaltem ſimilitudo aſciſcat.

Septimo à veriſimili prorſus Socin. iun. ſenſus abhorret, quo Archetypo pandectarum adiecta verba illa aſſerit, & Paulus reſpondet, non idem eſſe. Non rectè tamen ſenſum hunc Soci. ſibi iun. tribuit, quem patrui fuiſſe ex commentario eius hic liquet colu. 2. in fi. verſi. vnde ſequendo literam originalem.

Pars ſexta atq; vltima ſupereſt. Diuerſitatem, & rationem eius inter ſtipulationes prænarratas indiuiduas teneo. Cæterum quia dictum eſt, ſtipulationem prædictam amplius nõ agi, ſeu Titium hæremq; eius ratum habiturum, diuiduam in hæredibus tum promiſſoris eſſe, illud explanari cupio, vtrũ diuiduitas hæc perpetua ſit, ita vt locum non in hæredibus ſolũ propromiſſoris, ſed & in promiſſore habeat. Verbi gratia ſi niſi ex parte non agat, aut petat, ratumq; non habeat, vtrum nonniſi in partem ſtipulatio committatur, ex parteq; ſolummodo pœnã promiſſor debeat. Monebat, quòd ratio eadem principalium debitorum, atq; hæredum eorum videtur, cum ex perſonis hæredum conditio mutari obligationis non debeat. l. 2. §. ex his ſupra eodem, & alia ante relata. Atq; in ſpecie, ab hæredibus pluribus ad principales debitores plures rectè argumentum deduci, ex Bar. hic colligitur nu. 6, Iaſ. nu. 19. in fi. per tex in l. ſi duo verſi. ac ſi ipſi ff. depoſi. glo. in l. 1. §. ſi apud duos eodem titu.

Ratione hac dubitandi non obſtante, ius aliud in promiſſore principali ſeruandum tex. ait. Ideſt indiui-
40 duam ſtipulationem † de rato, aut amplius non agendo in promiſſore ipſo principali eſſe, ne ratum habere in partem poſſit. Atq; ideo inſolidum contra eum ſtipulationem, & pœnam committi, quamuis niſi ex parte non agat, ratumvè non habeat.

Diuerſitatis ratio inter principalem debitorem, & hæredes eius illa videtur, quod vitio grauiori principali dandum, ſi fidem lædit, quam hæredibus eius videtur, ſiquidem fidem principalis ſecutus ſtipulator apparet, quod notum eum haberet. Quod non æque dici in hæredibus poteſt, qui incerti ſunt, vnde incogniti quiſquam fidem ſequi non dicitur. Ratio hæc diuerſitatis ex Alciat. hic percipitur numero 28. verſi. nec obſtat argumentum. Idem Alciat. ſentit nume. 112. & 115.

Rationem alteram diuerſitatis inter principalem promiſſorem, & eius hæredes, Soci. iu. hic adijcit nu. 60. in decimo nota. quoniam vna in promiſſore atq; ideo indiuidua obligatio verſatur, quæ ampliationem eo mortuo recipit, & creſcit. Interq; hæredes diuidit. l. 1. C. ſi certi. petat. Inde fit, vt cohæredi imputari non poſſit, à quo impletum ex parte ſua eſt, & promiſſioni defuncti paruit, ſi pro parte etiam cohęredis alterius
41 non impleuit, cum id facere nequeat, ob id teneri † ex eo non debet, cuius faciendi facultatem non habet argumen. l. ſi vehenda. §. idem iuris. ff. ad legem Rhod. de iact. l. 1. in fi. C. de annali excep. Idem præter Socin. iun. ex tex. oſtenditur in l. arbiter. r. in princip. ff. de arbitr. in l. 1. ff. de inoffi. teſta. l. ſi quid poſſeſſor. §. pen. ff. de peti. hæredi. in l. cum quidam. §. ſi pupillo. ff. de vſur. in l. promittendo. §. ſi à debitore. ff. de iure dot. in l. ſi maritus in princip. infra de adul. l. non ideirco. C. de reſcind. venditio. c. quia diuerſitatem de conceſſio. præbend. & in cap. 1. §. ſoler. Ibiq; glo. in verſi. potuerit de reſtitu. ſpolia. lib. 6. & id genus non pauca. Sed quomodo pro parte cohæredis cohæres implere alter nequeat, Socin. iun. non aperit. Euidens porro implendi impotentia videtur, quòd in facultate cohæredis non eſt, cohæredem amplius agentem, contraquam promiſſum à defuncto eſt, prohibere, quominus amplius agat. Quæ ratio in promiſſore ſilet. In cuius poteſtate eſt, ad integrum implere, quod ſi non efficit, culpa illi adſcribitur. Eam ob rem ſi in partem tantummodo implet, excuſandus pœnæ non erit.

Rationi huic Soci. iun. aſſentiri non poſſum, quòd ea admiſſa, conſequens fit, ex contrauentione hæredis vnius in facto indiuiduo cęteros, nec ex portionibus hæreditarijs teneri. Id quia in arbitrio, aut poteſtate eorum non fuit, quominus contra promiſſionem defuncti cohæres veniret, ſtipulatorem puta impediendo, ne ſeruitute promiſſa vteretur.

Secundò generalis ratio hæc Soci. iunioris non eſt. Quid enim ſi de pecunia certa ſtipulatio interpoſita amplius non agi eſt. Non ne ſi contra eam hæres vnus promiſſoris venit, qui ex parte ſua pecuniam petit, ab alijs prohiberi cohæredibus poteſt, quominus amplius agat, pecuniam videlicet ſtipulatori offerendo. Si dixeris, nihili prohibitionem hunc faciendam, per quam non prohiberi hæres agens verum conſequi id dicitur, quod petebat. Rurſus prohibere eum cohæredes non intelliguntur quominus agat, verum agendi cauſam implere, & de ſuo ſatis agenti facere. Ad quem modum indiuidua potius dicẽda ſtipulatio hæc de rato erit, quæ ad damnum aliorum ex offenſione vnius recidit. Reſpondetur, curæ damnum hoc non eſſe, quatenus repetitionem, aut reſtitutionem eius familiæ iudicio herciſcundæ habent. l. his conſequenter. §. fi. ff. famil. herciſcun. l. 2. § fi. ſupra eo. l. in executione. §. quod ſi ſtipulatus infra eodem. Itaque cum generalis ratio hæc Soci. iunior. non ſit, quæ caſum prædictum non complectitur, admitti eam non
42 conuenit. Generalem † quippè eſſe rationem oportet. l. r. Ibiq; Bald. & Cagnol. ff. de origin. iur. l. regula. § fi. ff. de iuris, & facti ignor. Barto in l. tranſigere. numero 4. C. de tranſactio. Com. in conſil. 88. colu. 3. in fi. lib. 1. & in conſil. 53. colum. fin. lib. 4. Iaſon. hic colum. 14. in fi. verſic. poſtea dum Barto. dicit, & in l. ſi is qui pro emptore nu. 91. ſupra de vſucapio. vniuerſalem item rationem Areti. poſcit in l. ſi is qui poſt prin. ff. de teſtam.

Ratio tertia diuerſitatis ex Socin. ipſo iun. elici hic etiam poteſt nu. 228. quæ eadem, atq; ratio Hotman. hic eſt nu. 446. & ſeq.

Quartam diuerſitatis rationem inter promiſſorem, & hæredes eius Bald. hic nouella. aſſuit num. 3. in vltimo nota quod ſub conditione pœna debetur, ſi obligationi obtemperatum, aut promiſſioni non erit, vt hoc text. licet ipſe non dicat, ſi quid aliter factum ſit. Conditionem enim ſi particula facit. l. 1. Ibique Bartol. quæſtio. r. ff. de conditio. & demonſtratio. vnde cum obligatio non pluſquam vna in promiſſo-
43 re ipſo ſit, in forma † ſua ad vnguemque, ſeu ex toto impleri conditionem oportet. l. qui duobus, & l. cui fundus. ff. de condi. & demon. d. l. in executione. §. pen. inf. eo. cum alijs apud Ang. relatis in cõſ. 168. teſtator

nu. 2.

ſiu.s. poſt med. Deci. in c. de appellationibus in ſecundo nota. verſi. Secundus caſus. de appella. ſatis igitur conditioni feciſſe promiſſor non dicitur, à quo impleta ad integrum non eſt, cum ne quidem ex tantulo præterire eam liceat. Quæ ratio in hæredibus promiſſoris ſilet. In quibus pro numero eorum obligationes plures verſantur, ob id ſatis videtur, in ſuam quemq; portionem conditioni parere. Ad vnguem quippè impleta ab vnoquoq; dicitur.

Si dixeris, ad conditionem affirmatiuam rationem hãc pertinere, vt impleri ex toto à promiſſore debeat. Rationem aliam conditionis negatiuæ videri, ſi factũ non erit, aut paritũ conditioni non erit. Perinde quaſi implementum negatiua non habeat. Aliud quippè facere, aut implere, atq; non facere videri. Reſpondetur, etiam in conditione negatiua implementum plenum intelligi. Cum fundum puta, aut rem quam aliã non petere quiſpiam promittit. Ad partes enim fundi omnes promiſſio trahitur ne totum, aut partem quã
44 petere eius liceat. Qui enim † à toto repellitur, & à parte eius quauis remotus creditur l. 2. ff. de vſufruct. l. ſi quis cum totum ſupra de exceptio. rei iudi. ſimiliter, vt genere remoto, & ſpecies eius remota omnis apparet. l. iuriſgentium. § ſed ſi fraudandi, ſecundum vnum ſenſum. Ibiq; Bartol. num. 1. & ſequen. ff. de pactis. l. 1. ff. de tranſactio. l. 1. quod ait. ff. de aleator. l. duobus. §. colonus, & §. ſeq. ff. de iureiuran. l. fi. §. fi. ff. de fundo inſtruct. l. 1. in fi. ff. de ſuis, & legi. l. filius in fi. ff. de donatio. l. ſi cauſa cognita. C. de tranſactio. l. fin. C. de vſuris rei iudi. §. pen. inſti. de ſucceſſio. cogna. Promiſſore igitur à fundi totius petione excluſo, non poteſt excluſio hæc ad partes omnes fundi non trahi. Atq; in ſpecie, & nominatim, promiſſionem de toto non petendo factam, ad partes eius ſingulas trahi, ex tex. declaratur in l. ſi vnus. §. item ſi pactus. ff. de pactis, quem tex. ad hoc Ruin. vocat in conſi. 48. num. 14. lib. 2. Ibiq; rationem fortiorem ſcripturæ, aut diſpoſitionis negatiuæ, quam affirmatiuæ ait, vt ad partes omnes negatiua trahatur. Id quia rei appellatio ad totam non partem eius pertinet. l. de pupillo. §. qui nunciat ſupra de operis noui nuncia. l. ſi in rem. Ibiq; glo. ff. de rei vendi. l. ſi defenſor. §. qui interrogatus ff. de interrogat. actio. l. legato vxori. Ibiq; Barto. l. titia cum teſtamento. §. 1. Ibiq; Bal. ff. de lega. 2. Cauſam aliam diſpoſitionis negatiuæ Ruin. ait, in qua rei appellatio non modo ad totum, ſed & ad quemlibet eius partem trahitur d. l. ſi vnus. §. item ſi pactus, facilior igitur pœnæ commiſſio ex contrauentione partis in diſpoſitione negatiua, quam affirmatiua erit. Ad quã ſententiam, & illud quadrat, potentiorem negatiuæ vim, quam affirmatiuæ eſſe glo. in l. hoc genus. ff. de condi. & demon.

Dici etiam poteſt, conditionem hic affirmatiuam verti. Namq; cum ex conditione negatiua pœna promittitur, ſub conditione contraria, & affirmatiua pœna ſilet, ſi paritum promiſſioni erit. l. aliquando in fi. ff. de condi. & demon. l. ſi pecuniam. ff. ſi cer. pet. l. ſi poſt mortem. §. 1. ff. de lega. 1. Quare inſolidum pareri cõditioni oportet, vt pœna quieſcat.

Conſequens declarationi, & rationi huic diuerſitatis à Bal. nouel. adſcriptæ ſit, diſcriminis quicquam inter promiſſorem, & hæredes eius, re ſedulo expenſa, non videri. Qua enim ratione inſolidum contra promiſſorem ex contrauentione in partem, in ſtipulatione hac amplius non agi, pœna ſolida committitur, quia non pluſquam obligatio vna pœnæ eſt ſub conditione debitæ, ita dicendum, & contra hæredes eius erit, obligationem totam ſingulorum, in ſingulis obſeruando. Quoniam ſi partẽ ſui totius quis petit, vtiq; inſolidum quoad totum eius, pœna cõmittitur. Exempli loco ex hæredibus duobus niſi partem minimam ſuæ portionis, non portionem totam vnus petit. Inſolidum contra eum ex parte dimidia, in qua totum ſuum eſt, pœna committetur. Iſtud Alciat. hic ſentit nu. 55. & in d. l. 2. §. ex his nu. 13. ſupra eo. Sed inferius tamen refellitur.

Sed enim diuerſitati huic, & rationibus eius inter promiſſorem, & hæredes, non leuiter ius illud refragatur, de quo memoria habita in ſuperioribus eſt, ex perſonis hæredum conditionem, & qualitatem obligationis non mutari. l. 2. §. ex his ſupra eo. & alia ſupra relata. Itaq; ſi indiuiduam in promiſſore ipſo ſtipulationem amplius non agi, aut peti aſſerimus. Cur diuiduitatem admiſſura in hæredibus erit. An non deterior ſtipulatoris conditio ad modum hunc fiet. Qui pœnam ſolidam ex contrauentione, vel tantula conſecuturus à promiſſore erat. Ab hæredibus plane non pluſquam vnius cuiuſq; contradictio, & portio eius hæreditaria fert.

Argumentum hoc, & ſecundam tex. partem contingit, in qua expreſſum eſt; facti etiã indiuidui pœnã ex contrauentione vnius hæredis vltra portiones hæreditarias contra omnes non committi. An non alteratio iura, & hic ex perſonis hæredum obligatio accipit, ſiquidem inſolidum contra promiſſorem, & facilius, quam in facto diuiduo pœna committitur. Vires argumentum hoc ab his accipit, quæ in d. §. ex his ſcripta apud Alciatum ſunt num. 13. mentio quorum inferius fiet.

Ad argum. hoc reſponſio ex Bart. hic patet nu. 18 in fi. & in d. §. ex his in prima oppoſitio. Locum ar-
45 gumento † in his eſſe, quæ indiuidua, tam in hæredibus, quam promiſſore ipſo ſunt. Ius aliud, rationemq; aliam diuiduorum eſſe, in quibus tametſi diuiduitatem natura admittat, attamen indiuidua iure ipſo ciuili quantum ad promiſſorem habentur, vt partem non præſtet, neq; partis ei præſtatio proſit. l. tutor. §. lucius. ff. de vſur. vbi per oblationem partis debiti, integra currere vſura non deſinit. Ita niſi debitum ſolidum detur, aut offeratur, vſurarum damno ne quidẽ ex tantulo debitor eximitur. Quod aliter in hæredibus promiſſoris eſſe, tex. hic in fi. probat. Pro diuerſitate hac inter ſtipulationes diuiduas, & indiuiduas, vt niſi ad indiuiduas argumentum pertineat, ꝙ deſumptum ex tex. eſt in d. l. 2. § ex his, glo. citatur in l. legatarius in prin. ff. de lega. 1. ſed & tex. ſententiæ huic ſeruit in l. 2. §. incertam infra de prætor. ſtipula. Reſponſio, aut ſolutio hæc recepta à Doct. videtur, vt hic apud Imolam in tertio nota. Ang. de Periglis nu. 4. in vltimo nota. Crot. nu. 28.

Ex reſtrictione hac argumenti, ſeu regulæ, de qua in d. §. ex his, confutatum argu. apparet, non ſolum, quod ad partem nouiſſimam tex. noſtri pertinet, ſed & quod partem eius ſecundam ſpectat. Quod ad partem extremam tex. attinet, facilior reſponſio liquet. Quoniam diuidua res ex parte omni verſatur. Ideſt tã in facto principali, quam in pęna, ſeu tam in obligatione primaria ratione facti principalis, quam in ſecũdaria pœnæ nomine. Dubitatio maior in parte ſecunda verſatur in verſic. ab omnibus, vbi in facto indiuiduo nonniſi ex portionibus hæreditarijs pęna debetur. Sed enim, & ſi maximè indiuiduum factum principale ſit, ſatis tamen eſt, diuiduam pęnam eſſe, ne vltra portiones hæreditarias debeatur.

Conſequens his ſit, regulam, de qua in d. §. ex his, ex perſonis hęredum qualitatẽ obligationis non mutari, ad ea reſtringenda, quæ indiuidua omnino ſunt æque in hæredib. atq; defuncto, aliter atq; ſi indiuiduũ quid reſpectu defuncti ſit, quod in hæredibus diuiſionem recipit. Rurſus ſatis non eſt, indiuiduã rem quantum ad factum principale, aut obligationem primariã, & in hæredibus eſſe, ne alteratio obligationis inducatur,

Digitized by Google

niſi ſi indiuidua in hæredibus, & quantum ad pœnam
ſeu obligationem ſecundariam ſit, quæ, ad pœnam
ſpectat, vt hoc tex. probatur.

Et quamuis à declaratione, & reſtrictione hac Al-
ciat. hic diſcedat num. 55. & in d. §. ex his num. 13.
Attamen repudiandam declarationem nôn cenſeo.
Ratio enim præcipua Alcia. eſt, ꝙ generaliter, & re-
gulæ vice tex. loquitur in d. §. ex his, ex perſonis hære-
dum conditionem obligationis non immutari, vnde
etſi in obligationibus indiuiduis tex. loquatur in d. §.
ex his, reſtringi tamen regulam non oportet, vt Bart.
tradit in l. regula. ff. de iuris, & facti ignor. Bald. in l.
conuenticulam circa princip. C. de epiſco. & cleric.
Quibus in locis habetur, rationem generalem legis
46 † non reſtringi, tametſi in caſu ſpeciali lex loquatur.
Ad tex. hunc Alcia. hic reſpondet d. num. 55. & ſeq.
ex præſumpta contrahentium volũtate id fieri, vt in-
ſolidum promiſſor teneatur in facto diuiduo, quia cũ
ſub conditione pœna adijcitur, ſi petitum amplius
ſit, vel ratum non habeatur, ſenſiſſe ſtipulator credi-
tur, vt ſi peccatum à promiſſore ipſo ſit, pœnæ totius
commiſſio fiat. Id quia durius cum eo agitur, qui
contra ſuam promiſſionem venit, vt hic apud Iaſo.
alios. Rurſus principalis ipſe promiſſor ſicut totũ ha-
bet, ita actum ab eo intelligitur, vt pœnam totam cõ-
mittat. Quod contra in hæredibus eſt, qui niſi portio
nes hæreditarias non habent, ob id actum cenſetur, vt
non pluſquam ex portionibus hæreditarijs cõtra eos
pœnæ commiſſio fiat. Quod cum ita ſit, alteratio vl-
la obligationis in hæredibus non inducitur. Immo
enim eadem ſemper obligationis conditio tam in hę
redibus, quam in promiſſore, aut defuncto verſatur.
Defunctus enim inſolidum ideo tenebatur, ꝙ ſolidum
promiſit. Eque inſolidum hæres quiſq; in eo, quod de-
bet, tenetur, vnde cum niſi ex portione hæreditaria
non teneatur, ex toto, quod debet, obligatur.

Mirum ſatisfacere nequeo, quomodo à recepta
Doct. ſententia ex ratione prænarrata diſcedendum
47 Alcia. † crediderit. Tantum enim abeſt, vt ſententiã
ipſam Doct. Alcia. rationes oſtendant, vt eam non
obſcure confirment. In rationibus enim memoratis
diuerſitas obligationis defuncti, atq; hæredum non ne
gatur. Immo enim confirmatur, ſic imprudens Alcia.
in Doct. ſententiam eandem etiã confirmando, ruit.

Neq; ad rem attinet, mutationem vllam obligatio-
ois circa defunctum atq; hæredes non induci, cum to
tum, quod debetur, vtrimq; præſtetur. Namq; vt id cõ-
fiteamur, illa tamen diuerſitas ſubeſt, ꝙ tantum in to-
to hæredum quantum in toto defuncti non eſt.

Ad rem item Alcia. argumentum non attinet, ge-
neraliter regulam intelligendam, de qua in d. §, tex. his,
quamuis in caſu ſpeciali tex. ille loquatur, ideſt in obli
gationibus indiuiduis. Conſequenter tantundem pro-
bandum, & in obligationibus diuiduis eſſe. Reſponſio
48 enim in prõmptu eſt, † nouum non eſſe, ad caſum
ſpecialem regulam reſtringi, ſub quo adiecta eſt, ne le
gum contradictio ſequatur, vt glo. tradit in §. fratris
in ver. cuius inſti. de nuptijs. Ita Butigel. hic reſpondet
nu. 114. in fi. Soci. Iun. nu. 61. quamuis mentionem
de Alciato faciet.

Secundo ad argum. vltra Butigel. & Socin. Iun. re-
ſpondetur à ratione generali ad regulam generalem
Alcia. argumentari, cum Bart. citat in d. l. regula, &
Bald. in d. l. conuenticulam. Sed enim argumen. hoc
Alcia. ipſe patitur. Quoniam verum eſt, rationem ge
neralem ad dictum ſpeciale non reſtringi, quominus
generaliter effectum producere ratio generalis vide-
licet, in quibus locum ratio ipſa generalis habet, ſiqui-
dem vbi ratio generalis ſilet, locum diſpoſitio oon ha
bet. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. c. cum ceſ-
ſante de appella. ſed enim locum ratio generalis, de
qua in d. §. ex his, in factis diuiduis non habet. In qui-
bus ratio diuerſa, quam io indiuiduis vertitur. Diuer-
ſitate igitur rationis interueniente, ius quoq; conſtitui
diuerſum conuenit. l. 3. §. 1. ff. de iniuſto teſta. l. is cui. §.
ſatisfactionis. ff. vt in poſſeſ. lega. l. interpoſitus C. de
transactio.

Alterationem ſecundo ex perſonis hæredum obli-
49 gatio ſuſtinet, † Quotiens rei natura nullo cuius in-
commodo id poſtulat. Exempli cauſa hæredes miles
vnum ex rebus Caſtrenſibus, alterum ex paganicis fa-
cit. Eo vita functo, qui ob cauſam creditores Ca-
ſtrenſem ſunt, cum hærede Caſtrenſium, qui ob cau-
ſam aliam, cum altero experiuntur, vtiq; ſi ſatis ſin-
gula ſingulis bona ſunt. Aliter quippè diſcetio hæc
bonorum non admittitur. At enim locum in milite;
aut teſtatore ipſo diſtinctio hæc bonorum non habet.
Immo enim ſi ſatis ab eo creditoribus non fit, in ar-
bitrio eorum eſt, vtrorum bonorum induci poſſeſ-
ſionem malent. l. ſi certarum. Ibiq; Bald. in ſecundo
nota. ff. de milita. teſtamen. Imola in l. ex facto in fin.
ff. de hæredi. inſtit. Capit. deciſ. 198. nu. 2.

Locum tertio text. non habet in d. §. ex his. Quo-
tiens alterationem in hæredibus neceſſitas exigit. Ve-
50 luti † cum hæredibus pluribus relictis vita dominus
cedit. Singulis enim iuſiurandum præſtari fidelitatis
oportet, quoniam ſi niſi vni non detur, profuturum
id alijs non erit, neque præſtitum dici alijs poterit, &
cum apud ſingulos iuriſdictio ſit, ratio maior in vno,
quam alijs non vertitur, cur vni magis præſtari, quam
alijs debeat Bartol. in l. cum vnus ff. de alimen. & cibã
lega. Bal. in l. 1. num. 18. quæſtio. 22. ff. de rerum di-
uiſio. Cumulate Iaſon. in l. de pupillo. §. ſi plurium
colum. 3. & duabus ſequent. ſupra de oper. noui nun
cia. firmamus in ſuo promptuario in verſi. iuramen-
tum fidelitatis numero 16. vt aliud Guidoni viſum
Papæ ſit in conſi. 207. Sed enim ad limitationem pri-
mam pertinere limitationis huius tertiæ caſus vide-
51 tur. Siquidem † indiuidua iuriſdictio habetur, quæ
ſingulis competere niſi inſolidum non poteſt, quam-
uis diuiduitatem ab vſu, aut adminiſtratione admit-
tat Bartol. in l. ſi vni numero 7. ſupra de re iudic. & in
conſi. 189. primo quæritur num. 8 cum alijs apud So-
cin. collectis in conſi. 272. nu. 2. lib. 2.

Locum quarto non habet, vbicunq; ratio eadem
hæredis, ac defuncti non eſt, vt in l. filius. §. 1. cum
gloſ. ff. de inoffic. teſtamen. vbi legato hæres noo ca-
ret, in teſtamento relicto, quod per quærelam inof-
ficioſi defunctus impugnabat, ſi proſecutus hæres que-
relã ſit, & ſuperatus in ea eſt, at enim à defuncto ipſo
ablatum legatum fuerat, ſi quod datum ei fuiſſet, li-
tem eo amittente. Id quia litem inſtitotam proſequi
neceſſe hæres habet auctẽn. qui ſemel. C. quomo. &
quan. iudex. Quæ in defuncto ratio ſilet, qui ad quæ-
relam inferendam non adigebatur.

Ad limitationem hanc tex. etiam applicatur in Lex
pollicitatione, & in l. penult. infra de pollicitatio. Vbi
52 minor, † aut leuior hæredis obligatio, quam in defun
cto fit. Namque ſi in pollicitatione operis reipublicæ
facta bona non ſuppetunt. Ex parte quinta patri-
monij pollicitator, hæres dimidia parte minus hoc eſt
ex parte decima conuenitur. Id quia grauior pollicita
toris offenſio, qui fidem ſuam fallit, quam hæredis
eius eſt, vt gloſ. ibi notat. Ex qua ratione ratio etiam
diuerſitatis tex. noſtri in fin. percipitur, cur indiuidua
in promiſſore ſtipulatio ſit, quæ diuiduitatem in hære-
dibus eius recipit.

Limitatio quinta ex text. deſumitur in l. adopti-
uum. §. 1. ff. de iure dotium, ne locum in obligatio-
oe habet, cuius diſſoluendæ poteſtatem hæres habet.
Locum tamẽ textui illi iure canonico non crederem,
cui in ſpecie ſtari iuramenti oportet.

Alia

Alia nec pauca diſeri de materia hæc poſſent. vtrū ex perſonis hæredum augmentum obligatio capiat. Sed locus hic diſceptandi non eſt.

Quartam diuerſitatis rationem, cur diuidua ſtipulatio in hæredibus promiſſoris ſit, quę indiuidua in promiſſore eſtimatur, Soci. hic adfert in nono nota. vbi dicemus. Ratio quinta adiecta, & à nobis eſt circa fi. ſexti nota. vbi etiam videndum.

Circa primum nota. Soci. poſt Areti. ex verbis tex.
53 ibi pœna certæ pecuniæ. ſtipulationem † pœnalem non aliter dici niſi ſi mentio facta de pœna ſit, quod ſi expreſſio facta de pœna non ſit, at quantitas ſolummodo certa promiſſa ſi paritum promiſſioni non erit, intereſſe eam taxandi cauſa, adiectam intelligi. Priuſquam ad excuſſionem notabilis veniamus, effectus, indagandus, qui naſci ex diſceptatione hac ſoleat. hoc eſt quid interſit, pœnæ ne, an intereſſe nomine expreſſa quantitas cenſeatur.

Vtilitas, aut effectus triplex verſari in quæſtione hac poteſt. Primus effectus, quod ſi pœnalis diſpoſitio habetur, ita vt pœnam meram, non intereſſe contineat. non ideo minus debita pœna dicitur, quod ſtipulatoris non interſit. Ratio quippe intereſſe haberi in pœna non ſolet quam exigere ſtipulator permittitur, tam, & ſi nihil quicquam ſua interſit l. ſtipulatio iſta §. alteri infra eodem §. ſi quis alij inſti. de inutil. ſtipula. ius aliud ſeruandum ſi eius, quod intereſt, nomine adiectam quantitatem pœnamvè dicimus, intereſſe tum enim remoto, pœna, aut quantitas non debetur. vt pote cauſa ceſſante, propter quam pœnæ, aut quantitatis facta promiſſio eſt l. adigere §. quamuis ff. de iure patro. c. cum ceſſante infra ad appella. affectus iſte ex Ioan. And. colligitur in c. 2. depoſi. quem Roma. ſequitur in d. l. ſtipulatio iſta §. alteri. Crot. hic num. 7.

Sed dubitatio incurrit circa effectum hunc, ſiquidē intereſſe nomine aſcriptam pœnam, aut quantitatem certam dicimus, vtrum intereſſe probandi onus ſtipulatori iniungatur, cum niſi intereſſe nomine debita pęna non ſit. Ne multis, probandi id onus ſtipulatori non iniungitur. Quoniam ob rem aliam pœnæ certæ promiſſio, aut ſtipulatio non fit intereſſe nomine, niſi vt probandi neceſſitate ſtipulator ſubleuetur l. fi. infra de prætor. ſtipula. § fi. inſti. de ver. obl. Conſequens his fit, quod ad probandi onus ſpectat, nihil referre, vtrū pœnæ meræ, an eius, quod intereſt, nomine, adiecta pęna cenſeatur. Neutro enim caſu intereſſe probandi onus ſtipulatori incumbit.

Sed quęſtio altera hic incidit. quamuis intereſſe probandi neceſſitate ſtipulator releuatur, quotiens pecuniæ, aut pœnæ certæ, eius, quod intereſt, nomine promiſſio fit, vtrum à petitione pęnæ, aut quantitatis excludi ſtipulatorem oporteat, ſi paratus docere promiſſor eſt, ſtipulatoris non intereſſe, vel ſi interſit, tanti non intereſſe, quanta pœna, aut pecunia certa eſt, in quæſtione hac caſus duos diſtingui oportet. Primus caſus eſt, vbicunq; ſtipulatoris omnino non intereſt. Qui caſus vacuus à dubitatione prorſus videtur, pœnam non deberi, ſiue de pœna facta mentio ſit, ſiue quātitas certa ſimpliciter promiſſa appareat, ſi contra quid factum promiſſionem erit, pęnæ mentione nō habita. vnde ſi probare promiſſor poſſit, ſtipulatoris omnino nō intereſſe, vt pęna debeatur, audiendus admittendusq; erit. neq; pœnæ, aut quantitati adſtrictus ſoluendæ erit, ſi probationem id genus impleat, nihil quicquam ſtipulatoris intereſſe, vt habetur apud Bar. & alios hic in nona oppoſi. idque pro expedito apud Io. And. habetur in d. c. 2. depoſi. apud Roma. in d. l. ſtipulatio iſta §. alteri Crot. hic nu. 7.

Secundus caſus eſt, quotiens ſtipulatoris quidem in aliquo intereſt, paritum promiſſioni eſſe. Cæterum tantum intereſſe non eſt, quanta pœna, aut quantitas promiſſa ſit. Quo caſu referre videtur, vtrum quātitas certa promiſſa ſimpliciter ſit, ſi impleta promiſſio non erit, pęnæ mentione nō habita, an expreſſum de pœna in quantitate ſit. Priore caſu debita quantitas tota non videtur, at quatenus ſolummodo intereſt. Poſteriore caſu debita pœna ex toto videtur, quamuis tanti non interſit, vt Bartol. hic nota. in dicta nona oppoſitio. in fi. Angel. de Perigl. num. 37. Crot. num. 49. & num. 113. Aleiat. numero 164. & nume. 182. in fin. Hormannoc. numero 366. Socin. iunior numero 190. Idem Bolognin. ſentit num. 60. vbi cum promiſſum intereſſe certum eſt, totum petendum putat, & ſi tanti non interſit. Ibq; ex gloſis duabus, & Bartol. vnde ſi promiſſum intereſſe ſub vocabulo pœnæ eſt, totam petendam pœnā cenſet. Bar. qui refert in dicta nona oppoſi.

Opinioni hæc placere mihi non poteſt, vt pœna ſolida debeatur intereſſe æſtimandi cauſa adiecta, ſi ad aliquid tantummodo interſit. Quoniam ob cauſam aliam pœnæ promiſſio intereſſe nomine non ſit, quam vt intereſſe probandi oneri, quod difficillimum habetur, ſtipulatori eximatur d. l. fin. infra de prętor. ſtipul. §. fin. inſti. de verbo. obliga. Barto. in l. 2. circa fin. C. de reſcind. venditio. Deci. in conſi. 322. in ſecundo dubio, ob id cauſam ſuam egredi pœnæ adiectio non debet, quominus ſi contra probare promiſſor velit, ideſt tanti ſtipulatoris non intereſſe, quanta pœna eſt, admitti probatio eius debeat. Quandoqui-
54 dem, † quæ ob cauſam aliquam introducta diſpoſitio eſt, reſtringi ad eam debet cum à cauſa ſua effectus omnis regi ſoleat l. cancellauerat. ff. de his, quæ in teſtamen. delen. l. cum tale. §. falſam. ff. de conditio. & demonſtra. l. in agris. ff. de acquiren. rerum domi. Socin. in l. 1. numero 39. ff. ſoluto. matrimo. & in l. cum auus numero 39. circa fi. verſicu. hoc ſuppoſito conſidero. ff. de condi. & demon. Proinde extra cauſam ſuam trahi pęnę adiectionem non conuenit, quo minus admitti audiriq; promiſſorem oporteat, ſi paratus docere ſit, tanti ſtipulatoris non intereſſe, quantum in pœna eſt.

Secundo argumento minimè leui confirmari opi-
55 nio hæc videtur. Quibus caſibus † eius, quod intereſt, nomine promiſſa pœna intelligitur, ſi pluris interſit, quam in pœna eſt, peti intereſſe ſolidum vltra pęnam poteſt glo. Bal. & alij in l. fi. in glo. 2. in fi. ff. ſi quis in ius voca. non ierit. Roma. in conſi. 510. num. 19. in fi. Soci. in conſi. 253. colum. pen. poſt med. lib. 2. Idem Ang. de Perigl. hic ſentit num. 50. Galiau. nu. 98. Expreſſius idem Galiau. in l. 2. §. fi nu. 2. ſupra eo. quamuis de glo. memorata mentio habita apud Angel. & Galiau. non ſit, de quo etiam apud nos in reſpon. pro Genero num. 281. itaq; ſi quod pluris intereſt, exigere id licet, quamuis minus in pęna ſit, ius idem ſeruandum è contrario erit, vt ſi minoris interſit, peti pœnā vltra quam interſit, non oporteat, vt eadem ſit contrariorum diſciplina. l. 1. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. Ita in ſpecie hac controuerſa Socin. argumentatur in d. conſi. 253. colu. pen. verſi. ſed præmiſſis non obſtantibus lib. 2. Quem Ripa hic ſequitur num. 8. circa fi. opinionem hanc Bald. hic nouell. amplectitur num. 32. eamq; menti conuenire tex. ait in d. l. fin. infra de prætor. ſtipula. Cum eadem opi. Galiau. etiam facit in d. l. 2. § fin. num. 9. ſupra eodem, ex Roman. etiam ſententia hæc non obſcurè iuuatur in d. conſil. 510. num. 12. verſic. dico tamen, & nu. 18. vbi vltra quam interſit, ita pęnam exigi conuentionalem poſſe putat, ſi ſciens quiſpiam tanti non intereſſe, pęnam maiorē promittit. Culpa .n. ſcienti aſcribēda. Aliud igitur, nec obſcure, Roma. ſentit atq; innuit, ſciētia hac remota, veluti cū à futuro euentu intereſſe pēdet. Ex Decio ēt

Digitized by Google

opinio hæc adiuuatur in c. propoſuiſti nu. 4. in fi. verſi. ſed poteſt reſponderi de proba. vbi cum iuramento
56 † cuius ſtari ſtatutum iubet, probationem contrarii admittendam idcirco putat, quod intereſſe ratio habita in ſtatuto videtur. Quocirca intentionis eius fuiſſe non videtur, vt locupletior pars ex iuramento falſo fiat. Ratio eadem in pœna verſatur, quæ loco eius, quod intereſt, adiecta cenſetur, vt ſi tanti nõ intereſſe, quanta pœna eſt, oſtendere promiſſor velit, audiri eū oporteat ne locupletior ſtipulator ex pœna grauiori fiat, maiorem enim pœnā in hoc conſtituiſſe promiſſor cenſetur, q̃ tanti interfuturum actor diceret. vnde rationis non videtur, ex dicto falſo commodum ſtipulatorem conſequi. Rurſus in hoc pœna promiſſa maior eſtimatur, quod credibile forte eſſet, tanti intereſſe futurum. Quocirca ſi tanti poſtea non interfuiſſe paratus monſtrare promiſſor ſit, cur non eum audiendum dixerimus.

Opinioni huic Alcia. etiam hic fauet ſecum non conſtans nu. 48. verſi. Secundo contra eam vrget tex.

Tertiò argumentum à ratione fortiori concepta opinio hæc confirmatur, ſi fauor ſtipulatori, aut actori præſtatur, vt de intereſſe maiori quam pœna eſt, doceat, ita vt pluris reus, quam pœna ſit, condemnetur, & ſolidum intereſſe preſtet, vti dictum in argumento proximo habemus, Quanto magis fauore hoc dignum reum dicemus, vt ſi pluris aliquid in pœna ſit, quam intereſſe poſcat, pluris huius abſoluatur l. arrianus ſupra titu. r. l. fauorabiliores ff. de reg. iur.

Quartò ſententiæ huic non mediocriter regula notiſſima adminiculatur, de qua in l. quæ de tota ff. de rei vendica. ius idem partis atq; totius eſſe. Qua enim ratione indebita pœna dicitur, vbicunq; omnino non intereſt. ita ius idem probādum erit, vt vbi intereſt quidem, at non tanti, quantū in pœna continetur, in parte ſolūmodo teneri reus debeat, in qua actoris intereſt.

Quintò, quod pœna tota debeatur, quæ loco eius, quod intereſt, ſuccedit, aut ideo fit, quod tanti intereſſe ius præſumat, aut fingat, vel dubij euentus ratione, quod pluris, minorisvè intereſſe poterat iuxta tex. in l. de fideicommiſſo C. de tranſac. ſi ex præſumptione iuris id fit, probationem contrariam præſumptio recipit l. fi. in prin. ff. quod metus cau. l. nuptura in fi. ff. de iure dot. ſi ex fictione inductum id aſſerimus quod tanti intereſſe lex fingat, dici id non poteſt. Quo-
57 niam † ſuper certo, non incerto fictio vertitur. Ea de cauſa probationem contrariam non admittit glo. in l. fi. in prin. in ver. præſumptioni ff. quod metus cau. in l. ſi duo in glo. fi. ff. de acq. hæredi. in l. conficiuntur in prin. ff. de iure codicil. in l. ſiue poſſidetis in glo. fi. C. de proba. in l. vni. §. accedit in ver. præſumatur C. de rei vxor. actio. Bar. in l. ſi is qui pro emptore nu. 21. in definitione fictionis ſupra de vſucapio Iaſ. in §. fuerat nu. 55. inſti. de action. At enim probationem hic contrariam admitti, ſi pluris ſua intereſſe quam pœna eſt, ſtipulator doceat, teſtatum ante habemus. Eque euentus dubij ratio dici habita non poteſt, vtpotè quo, admiſſo, quod amplius intereſt, quam in pœna ſit, conſequi ſtipulator non poſſet d. l. de fideicommiſſo, & l. ſi pater puellæ C. de inoffi. teſta.

Bartoli item autoritas hic non mouet in fine nonæ oppoſi. Quoniam dictum ſuum non obfirmat. Immo enim incertum in eo ſe innuit, cum ad ſolutionē adeundum aliam ait. Sed noxium magis Bar. teſtimonium eſt in l. cum ſtipulatus ſim mihi à proculo circa fi. infra eo. vbi id aſſeueratum ab eo legitur, in quo anceps hic videtur. Quare reſponſionem aliam Bar. audiet, A iure alienam opinionem eius ex his conſtare, quæ contra eum ſcripta ante ſunt. Reſponſio. eadem ad teſtimonia aliorum infirmanda valet, quos cum Bar. ſentire ſupra demonſtrauimus.

Bartoli tamē, & aſſeclarum eius opinio textu iuuari
58 videtur † in l. 2. §. fi. ff. qui ſat. cog. vbi qui reum iudici fideiuſſor non ſteterit, quanti res eſt, condemnatur. Id eſt quanti vere, & communiter intereſt. Neq; quantitas ſimpliciter debetur, quæ ab iudicis arbitrio pendeat, vt pluris minorisvè condemnet. Hoc ita, niſi ſi quantitas certa inſerta fideiuſſioni ſit, ſi ſtatus reus non erit. Quo caſu à quantitate ipſa expreſſa non diſceditur, tanti, vel non interſit. Neq; veri tunc, aut communis ratio intereſſe habetur. Ecce vbi quantitas promiſſa certa eſt, ſolidam eam deberi, etiam ſi tanti non interſit. Per quem tex. ratione ſortiore opinio confirmari Bar. videtur. Quoniam ſimpliciter tex. loquitur, cum quantitas promiſſa certa eſt. Atq; ideo etiam ſi pœnæ factum verbum non ſit. Lōge magis ius idem ſeruādum, cum pœnæ mentio in promiſſione ſit. Quo caſu Bar. opinio verſatur. Per quem tex. ad opinionem Petr. à bella pertica adhæret in l. & ſi poſt tres nu. 11. ff. ſi quis cautio.

Reſponderi poteſt. vltra intereſſe cauſam, contumaciam, & neglectum iudicis contingere, apud quem ſtatus reus non eſt.

Secundò, & melius reſpondetur. Diſcrimen in tex. illo conſtitui, quantitatis certæ expreſſio facta an non ſit. Quoniam vbi quantitas non exprimitur, quod vere, & communiter intereſt, id demum debetur. Atq; ideo probationem eius, quod vere intereſt, præſtare actor compellitur. Cauſa alia videtur, cum expreſſio facta quantitatis apparet. Ibi enim de intereſſe hoc docere actor non cogitur. Id quia impleta probatio eius per quantitatem ipſam expreſſam intelligitur d. l. fi. infra de prætor. ſtipula. cum qua facere tex. videtur in d. l. 2. §. fi. ff. qui ſat. cog. Referto enim vtrubiq; liquet, expreſſio quantitatis facta an non ſit. Cæterum vbi minoris intereſſe, quam quantitas inſerta loquitur, docere promiſſor conſtituit, audiri eum nec ne oporteat, verbum tex. ille non facit. Atq; ideo caſus is vti omiſſus iuri relinquendus communi videtur l. ſi extraneus. ibiq; Iaſ. in 1. nota. ff. de condi. ob cau. l. ſi cum dotem in prin. l. ſi vero §. de viro ff. ſolu. ma. l. commodiſſime ff. de lib. & po. l. ſi ſeruum §. non dixit prætor ff. de acquir. hæredi. & alia eiuſmodi. Quare ſi mentem, & ſenſum d. l. 2. §. fi. obſeruamus, nihil aliud, niſi ad intereſſe ius, & probationem eius ſpectare videtur. Quod videlicet intereſſe debeatur, commune ne, & verum, an ſingulare. Quæ diſceptatio ad eum caſum reſtringitur, quo expreſſio vlla facta quantitatis certæ non eſt. qua facta, diſputatio, & controuerſia hæc ſilet, cum expreſſim declaratum id ſit. Hoc etiam caſu, cum declaratio facta quantitatis eſt, probandi onus actori remittitur, tanti ſua intereſſe. Enimuero ſi probationis contrariæ onus ad ſe recipere promiſſor velit, tanti ſua non intereſſe, prohibitum id textu illo non legitur. Ea propter, quod denegatum non apparet, permittendum id videtur l. mutus §. cum quæritur ff. de procura. l. nec non §. quod eis ff. ex quibus cau. maior. l. 1. ff. de teſtibus c. inter corporalia. Ibiq; no. de tranſla. epi. c. ſane circa fi. ibiq; gl. fi. quæ cõſimiles adijcit, is q. 3. Eodem, & illud pertinet, quod non mutatur, cur ſtare prohibetur l. ſancimus C. de teſta. l. fi. C. de noua. l. præcipimus in fi. C. de appella.

Tertiò reſpondetur, Petro potius à Bella pertica, & Bartolo tex. refragari in d. l. 2. §. fi. in quantum cū tex. eum conſentire diximus in d. l. fi. infra de prætor. ſtipula. Quem cõtrarium Bartolo eſſe à Bal. hic iuniore ſcriptū diximus nu. 12. Cauſa. n. cõſilij, vt quātitas certæ promiſſioni inſeratur, ea eſt, vt probandi faſce ſtipulator leuetur, vnde cauſam illam egredi tex. non debet, vt ſi contra probandum promiſſor cenſuerit, audiri non debeat l. cancellauerat. ff. de his quæ in teſtam. delen.

Quar-

Quatto vbicunq; intereſſe nomine quantitas, aut pœna certa exprimitur, ſi factum quid non erit, aut factum quid contra erit, dici non poteſt, tanti vere intereſſe, quatenus in futurum pœna confertur, quod incertum apud nos eſt. l. non quemadmodum. ff. de iudi. l. reſpiciendum. ff. ſi cer. pet. quod cum ita ſit, niſi præſumptione tenus tanti intereſſe non apparet, quantum expreſſum in pœna eſt. Præſumptioni planè id inſitum, vt probationibus contrarijs ælidatur. l. fi. in princ. ff. quod metus cau. & alia apud nos relata in reſpon. pro genero nu. 244. de quo etiam dictum ante habemus.

Summa diſceptationis in effectu hoc primo, quid interſit, pœnæ, an intereſſe nomine expreſſa quantitas cenſeatur ea erit, equiorem, & veriorem ſalutiq; tutiorem opinionem contra Petrum à bella pertica in d. l. & ſi poſt tres num. 11. & Bar. hic in 9. oppo. eſſe, vt non plus q̃ interſit, a promiſſore exigatur, ſi tanti non intereſſe, quantum in pœna eſt, non obſcurè edoceat. Quę vacua opinio à controuerſia omni in bonę
59 fidei † contractibus habetur. In quibus vltra quam interſit, pœna non committitur, quæ vice eius, quod intereſt, adſcripta ſit, vt Alex. authore Socin. hic inn. ſcribit nu. 140. per tex. in l. ſeruus ea lege. ff. de ſeruis expor.

Satis in his dictum de effectu primo habemus, quid differat, ad pœnam meram, an id, quod intereſt, quantitas pertineat in promiſſione adiecta. In quo ſanè effectu quæſtiones enarratæ vna atq; altera ſunt, non minus fructuoſæ, quam neceſſariæ, & quæ non infrequentes in iudicijs verſantur.

Effectum ſecundum, ſeu differentiam alteram inter pœnam meram, & id, quod intereſt, Soci. hic iun.
60 adſcribit nu. 25. ꝙ vbi † ad id, quod intereſt, pœna reſpicit, ſupra duplum non admittitur. l. vni. C. de ſenten. quæ pro eo, quod inter glo. & Bar. in l. ſtipulatio iſta in prin. in verſi. ea res infra eo. Pœna vero ad quadruplū permittitur, vt ibi habetur, & cumulatius apud Roma. in d. conſi. 510. nu. 9. in ſecundo dubio.

Hoc ita, niſi ſi iuramentum in pœna interpoſitum conuentionali ſit, ibi enim, & ad quadruplum trahi pœna poterit, quamuis ad intereſſe reſpiciat, vt Anchar. docet in conſi. 148. apud antiquos nu. 3. Roma. in d. conſi. 510. num. 12. verſi. vnus tamen eſt caſus, Curti. in l. ſi quis maior nu. 53. ibiq; Parpal. num. 70. C. de tranſactio. Petrutia in l. 1. nu. 294. ff. de iureiuran. Sed & quadruplo maiorem propter iuramentum pęnam admittendam, in d. l. vni. C. de ſen. quæ pro eo, quod inter. Rebuſo viſum nu. 572.

Dupli tamen nedum quadrupli exactionem non admiſerim, ſi tanti non intereſſe appareat, ne iniquitatis vinculum per iuramentum nectatur, præterquam ſi à ſciente pęna adiecta, tam immoderata ſit. Ad quē ſcientiæ caſum reſtringenda limitatio videtur. Aliter quippè dupli, aut quadrupli conſideratio ſilet, quomodo enim duplo, aut quadruplo amplius promitti intereſſe poterit, ſi ſimplū ignoratur. Ad quam reſtrictionem conferre tex. videtur in c. ſuam cum ibi not. de pœnis, & difficilius iure canonico pœnam committi, aut deberi, ex eo oſtenditur, ꝙ ad intereſſe ſemper reſtringitur, tametſi ob id, quod intereſt, inſerta alias nō videatur, vt hic apud Ang. de periglis nu. 41. Crotum num. 9. in fi. Bologni. nu. 65. aduſq; nu. 72. Galiau. in l. 2. §. item ſi in facto nu. 5. ſupra eo. Alex. in conſi. 51. num. 7. lib. 4 Quod tamen Doct. alterius conſil. eſt. Idem Deci. admittit in conſi. 138. num. 7. circa prin. vt aliud Decio viſum ſui diſſimili ſit in conſ. 298. nu. 1. in fi. Itaq; ſi debita pœna iure canonico non eſt, perinde quaſi ſaluti contraria, nihili iuramentum faciendū c. cum contingat de iureiuran. c. 2. de pactis lib. 6. reg. non eſt obligatorium cod. lib. Diſcuſſionem tamen longiorem id poſtulat, debita iure canonico necne pęna conuentionalis ſit. Neq; enim me præterit, Doct. pleroſq; à ſententia memorata diſcedere, ſed enim ad rem diſceptatio hæc non attinet. Quoniam ad pœnam meram ea ſpectat. Quod intereſſe pertinet, amplius quid deberi nomine eius quomodo poterit, quā vere interſit. An non ad pœnam id habebit, quod vltra quam interſit, præſtatur.

Effectus tertius, pœna mera, an ꝙ intereſt, in quantitate verſetur, ꝙ vtrunq; petere, & pœnam meram, & rem conceditur. l. ſi quis rem ff. de arbitr. Ius aliud intereſſe, ſeu pœnę eſt, quæ ad id, quod intereſt, competit, in alterutro enim acquieſcere ſtipulatorem oportet, præterquam ſi pluris aliquid intereſt, quam pœna habet. l. prædia. ibiq; no. ff. de actio. emptio. & alia in d. reſponſo pro genero collecta nu. 281. Tractatum ta
61 men prolixiorem, & illud poſtulat, exigere † an non vtrunq; liceat, & rem, & pęnam meram, de quo apud Bar. in l. ita ſtipulatus num. 26. aduſq; nu. 33. ibiq; Socin. iun. num. 191. & pluribus ſeq. Petr. à Bella pertica in d. l. & ſi poſt tres num. 40. Doct. in l. reſcriptum. §. ſi pacto. ibiq; Petr. Aluaro. num. 29. ff. de pactis. Plumbin. in l. ſi quis à ſocio num. 8. & pluribus ſeq. ff. pro ſocio. Ang. in l ſi inſulam num. 59. & ſeq. ibiq; Nigri num. 244. infra eo. Bologni. hic nu. 43. Alcia. nu. 48. verſi. tertio dico.

Effectibus, & diſcriminibus his tribus ita explicatis, ad nota. ipſum deſcendendum, quod ex tex. hoc Soci.
62 colligit, ſtipulationem pœnalem † non aliter intelligi, niſi ſi pœnæ facta expreſſio ſit. Id enim verba illa text. indicant, pœna certæ pecuniæ promiſſa, ſi quid aliter factum ſit. l. à ſenſu contrario argumentando, vel vt momenti aliquid verbum ipſum pœna habeat. Quorſum enim de pœna meminiſſe, ſi & ea detracta, tantundem pecuniæ certæ expreſſio efficit. Quare ne inutile verbum id pœna fiat, dicendum eſt, neceſſariā pœnæ expreſſionem videri, vt pœnalis ſtipulatio æſtimetur. Cum verbum nullum fruſtra adiectum intelligatur. l. 3. §. 1. cui initium eſt, nec fruſtra. ff. de iureiur. l. legem. ff. de contra. emptio. l. ſi quando in prin. ff. de lega. 1. & alia apud nos relata in reſpon. pro Genero num. 46. & num. 312. & num. 340. & pluribus ſeq. quid enim verbis opus, quæ rerum effectus nullus ſequitur. l. fi. C. qui admitti. l. fi. C. de dona. Cæterum vbi pecuniæ certæ citra pœnæ expreſſionem, mentio fit, intereſſe ea limitandi, aut declarandi, non pœnæ cauſa, facta creditur, quo intereſſe probandi onus ſtipulatori leuetur d. l. fi. infra de prætor. ſtipula.

Notabile hoc ex text. ſignificantius decerpitur in §. fi. inſti. eo. titu. vbi poſtquam pœnæ ſtipulationi adijciendæ conſilium tex. dedit, modum, & formam ſtipulandi docet. In qua pœnam nominatim exprimit. Proinde non neceſſaria dici pœnæ expreſſio non poteſt, ſiquidem formæ detrahere quicquam non licet, vt habetur in l. 2. ff. de lib. & poſthum. Adijcere Soci. poterat, non modo formæ quicquam nō detrahi, ſed nec apponi. Deceſſionem enim atque acceſſionem forma neſcit Bal. teſte in l. fi. num. 4. C. de ſuis, & legiti. in aucten. qui ſemel num. 17. verſi. & ideo ſtatuta. C. quomo. & quan. iud. Deci. in c. prudentiam in prin. in quarto nota. de offi. delega. in c. de appellationibus num. 5. verſi. tertius caſus de appel. Horman. hic num. 41. Iaſ. in l. 1. nu. 25. ff. de libe. & poſthu. in l. in conuentionalibus colum. 1. infra eo. in l. ſi vnus nu. 2. C. de teſta. A dubitatione tamen vacuum dictum hoc non videtur, formæ apponi quicquam non poſſe, ſiquidem impleri mandatum non ideo minus dicitur, ꝙ plenius, aut pinguius impleatur. l. ſi quis mihi bona. §. ſed ſi mandatur. ibi ꝙ ſi ex parte. ibiq; Bal. Imola, & alij. ff. de acq. hæredi. & alia id genus, tex. in d. §. fi. inſti. eo. pro ſententia nota. huius validius Hormanno.

hic

hic inducit nu. 38. vbi tex.& alios profert, & nu. 37. tex. expendit in l. quotiens quid infra eo.tex. etiam, & alios in ſententiam hanc Alcia. hic affert in ſeptimo nota. Quoniunos à nota.hoc eum Hotman. Alcia. diſſentiat. cum eo tamen Bologni. hic facit nu. 10. in fi.
63 Crot.num. 8 ſenſus † ex nota. hoc tex, declaratur in d.l.fi.infra de prætor.ſtipul.vbi rationem, aut modum oneris intereſſe non probandi per adiectionem quantitatis tex. docet, vt non aliter locum conſilium tex. illius habeat, niſi ſi mentio, aut adiectio quantitatis facta ſimpliciter ſit, pęnæ verbo detracto. vtpote qua expreſſa, fruſtra de eo, quod intereſt, diſceptatio fit. Pęna quippe tum mera verſatur, in qua intereſſe haberi ratio non ſolet. Quocirca debita ea non ęo minus dicitur, ꝙ omnino non interſit.

Notabili huic Soci.& illationi, quæ ex eo ad tex.fit in d.l.fi.contrarius Bat.non obſeure eſt, in l.a.§. item ſi in facto nu.2. ſupra eo.vbi pęnæ nominæ quantitatem expreſſam in d.l.fi putat, tam, & ſi pęnæ verbum factum in ea non ſit. Conſequenter ſi intereſſe probandi oneri tunc eximi ſtipulatorem dicimus, cum ad intereſſe quantitas ſpectat, longe magis cum ad pęnam in qua intereſſe vllius haberi ratio non ſolet.

Secundò notabili huic Socini glo.cum Bat.contra dicunt in l.fi.§.fi. ff.de eo per quem factũ erit.vbi cum pecuniam certam ſimpliciter, & citra pænæ verbum, fideiuſſor promittit, ſi ad iuditium reus non venerit, pęnalis promiſſio habetur, & quamquam à glo. Bar. recedit, in quantum vtrunq; recte, exigi glo. putat, & pęnam, & quod intereſt. Cum gloſ. tamen in eo nõ pugnat, quod pęnalem ſtipulationem hanc ait.

Tertio contra nota. hoc tex.opponitur, quem cæteris potiorem Soci. ait in d.l.in executione §. ꝙ ſi ſtipulatus infra eo. Vbi pęnæ nomine promiſſa quantitas intelligitur. quamuis verbum factum de pęna non ſit cauſa planè quamobrem tex.illum meliorem Soci, putet, expreſſa ab eo non eſt. Rei huius ratio afferri triplex poteſt. Prima, quod ad quantitatem ſolidam cõmiſſio ſtipulationis fit. Quotiens hęres vnus promiſſoris in ſtipulationem offendit, per te non fieri, neq; per hæredem tuum l. Quod ad naturam ſtipulationis pęnalis accedit. in qua pęna tota debetur, tam, & ſi tanti non interſit. Eam ob cauſam eius, quod intereſt, nomine adiecta quantitas non dicitur, quoniam non in ſolidum verum pro intereſſe modo commiſſio tunc ſtipulationis fieret. Ad quam inductionem ſi cogitatũ à Soci.fuit, cum meliorem tex. aſſeruit in d. §.quod ſi ſtipulatus. non recte ſenſiſſe eum credo. Idcirco enim ex toto ibi ſtipulatio committitur, quod intereſſe probandi neceſſitas ſtipulatori non imponitur d.l.fi. infra de prætor. ſtipula. Quocirca conſequens non fit, quãtitas ſolida debetur, ergo pœna vertitur. Cum, & idẽ circa intereſſe contingat, Probatione alia nagatiuæ, non præſtita, tanti non intereſſe, ſecundum ea, quæ dicta ante ſunt.

Ratio ſecunda, cur appoſitæ magis notabili ipſi tex, obſtet in d.§. quod ſi ſtipulatus, quod verba ibi exprimuntur, quæ ad ſtipulationem pęnalem accommoda magis ſunt, & ſi aduerſus ea factum ſit, tantum dari. Quibus verbis in ſtipulatione pęnali cõcipienda tex. vtitur in d.§. fi.in fi.inſti.eod. Ibi ſi aduerſus ea factum erit. Sed nec ratio hæc mihi placet. Immo enim retorqueri in Soci. poteſt, Quoniam ad ſtipulationem pęnalem iudicandam verbis his contentus tex. non eſt, in d. §. fi. niſi ſi, & pęnæ expreſſio fiat.

Tertio meliorem tex. illum exiſtimare per glo. ibi in ver.dari. Soc.potuit, quæ ad pænam quãtitatem illã expreſſim refert. ita tex. illum iuncta glo. Bologni. hic obſeruat nu. 10. verſi. ſed pro certo mirandum eſt. Sed enim Socino, & Bolognin. inductioni contraria glo. illa videtur. Quæ ad tex. ſuppellet, vt pęnæ facta mentio ſit. ſi ſedulo glo. intuemur. Ita pęnalem glo. non aliter ſtipulationem admittit, niſi ſi expreſſio facta pęnę ſit. Ad quem modum rem expendendo, notabili ipſi adminiculari tex. ille videtur, tantum abeſt, vt ab eo notabile ipſum lædatur.

Præter Soci. tex. alios morſicantiores contra nota. ipſum Crot. hic non paucos nominat in 1.nota. in ſecunda lectu. tex. videlicet in l.duo ſocietatem ff.pro Socio.in l.ſi is qui.cc.§.eum ita ff.de rebus dub.in l.obligationum fere §.fi. ſupra titu. 1.in l.ita ſtipulatus verſi. ꝙ ſi ab initio infra eo.in d.l.fi.infra de prætor.ſtipula.aliter tex.illum inducendo, in §.alteri in fi. inſti.de inutil. ſtipula. Quos tex. omnes ad eundem modum Crot. ipſe inducit. ꝙ & ſi pœnæ verbum factum in eis non ſit, pęnalis nihilominus ſtipulatio eſtimatur.

Vltra Crotum, tex.& alios pro ſententia hac notabili aduerſaria Alcia, hic affert nu.45. in ſeptimo nota. Quos de Ruino hic mutuatus in 1.nota.eſt.tex. ſcilicet in l.1.§. item ſi ita.ff.ad l.falc. in l.continuus §.pen. ff.eo.& in l.ſãcimus iũcta gl.in ver.ĩferat.C.de fideiuſſor & num. 47.tex.etiam Alcia. profert in d. §. alteri in fi. Crębrioremq; opinionem hanc aſſerit. Quod idem, & Ruin. hic affirmat in 1. nota. Hotmanno. nu. 37.

Supra tex. memoratos, argumento etiam nõ molli opinionem hanc Alcia.confirmat, quod à forma,
64 † non à verbis nomen contractus accipit. l.inſulam ff. de præſcrip. ver.vbi innominatus contractus à forma eius in eo expreſſa denominatur, quamuis ad venditionem verba ſpectent, vendo tibi inſulam, vt aliam reficias Contractus enim innominatus dicitur, facio, vt facias, non venditio. Atq; ideo actione vtendum, quam contractus innominatus parit. Ad ſententiam aliam tex. illum vocari mos.eſt, ab effectu non à verbis contractum nominari, vbicunq; contrarius verbis effectus eſt. Cuius generis textus, & alijs, & Doc. teſtimonia apud nos referuntur in reſpon.pro genero nu, 109.176.& nu.205. à forma porro ſeu ab eo, quod formam imprimit, non à verbis denominationem faciendam, ex Signorolo vltra Alcia. oſtenditur in conſi. 167. nu.25.in fi.per tex.in l.2.in prin. & §. poſtea ff. de origi.iuris.& in l.1.§.nam qui C.de veteri iure enucle. idem. Ang.agnoſcit in conſi.114. quidam petijt executionem col.2.ante fi. vbi amplius ſcribit, à forma potiuſquam ab effectu denominationem fieri, vbicũq; inter formam, & effectum non conuenit. Quod aſſeuerandum tamen dictum non cenſui.in ſententia hac à forma nomen actus deduci, Crotus quoq; eſt in l. 1. §. ſi quis ita in quinto nota nu.6.& duobus ſeq. ſupra eo.Sed enim ad pęnam ſtipulandi forma competit, vbicunq; pecunia certa promittitur, ſi contra promiſſionem, aut aliter quam promiſſum ſit, factum quid erit.

Argumentum hoc Alcia.difficile profligatu nõ eſt. Quandoquidem non minus intereſſe eſtimando, aut decernendo, atq; pęnæ ipſi forma hæc ſtipulandi congruit. Quid enim prohibet, ad formam hanc, in ſtipulationem intereſſe deduci.ſi contraquam promiſſum eſt factum quid, erit tantum, quod intereſt nomine dari.

Secundo ex Alcia.ipſo ſecum non conſtante arg. eius refellitur. Cum argumento ſuo abſoluto, ad tex. reſpondet in d.§.fi.inſti.eo. quem ad nota.ſuum confirmandum Soci.vocat, ſtipulandi ibi formam verſari; de qua demi quicquam non poteſt. Atq; ideo pęnæ neceſſariam expreſſionem eſſe, quæ inſerta ibi legitur. negat enim Alcia, ad formam expreſſionem ipſam pęnæ ſpectare. Quatenus in ſtipulatione omitti pęnali poteſt d.l.continuus §.pen ibiq; Dyn.& Alberi.infra eo.cum vſitatius, & elegantius tex.ait, vt ad eum modum pęnæ ſtipulatio conſumetur. Quæ ſane verba ad conſilium, non ad neceſſitatem ſpectãt. Itaq; ſi neceſ-

ſaria

Digitized by Google

facta pęnę adiectio, aut expreſſio in ſtipulatione pęnali non eſt. Neq; formam certam habet, quomodo a forma ipſa arg. colligere Alcia. potuit.

Si dixeris, formam in pęna exprimenda, nõ in verbis alijs ab Alcia. negari. Reſpondetur, qua ratione pęnæ mentiodem ſuperuacuam Alcia. ait ita, & in verbis alijs dicendum, Dum ęquipollentia modo interueniant. Quod vtiq; non liceret, ſi ad formam verba per- 65 tinere alia contendimus. Ad vnguem † enim ſequi verba oportet, in quibus forma eſt, neq; ſatis æquipollentia habentur Bart. in l. legitimos ff. de legit. tutor. in l. prætor ait in prin. ſupra de oper. noui nuncia. & in l. fi. §. omnē. C. de admini. tutor. De qua re tamen altercatio non leuis inter Doct. vertitur, vt non modo cum alijs alij ſed, & ſecum plerią; pugnent. In quo certamine componendo caſuum diſtinctione vti cũ declarationibus ſoleo.

Contra nota. hoc Soci. tex. & alios præter Crotum & Alcia. Hormanoc. hic ſubiungit in l. litigatores in fi. ff. de arbitr. in d. l. in executione. §. item ſi ita. Ibi niſi totus fundus detur; pęnam tota committitur. in l. ſtipulationes non diuiduntur §. ſi quis ita infra eo. in l. nouiſſima infra iudi. ſolui. in l. 1. C. de his quæ poenæ nomi. & in §. fi. inſti. de lega. ſed & fortius atq; nullo glo. adminiculo; tex. inducit in d. l. ſancimus C. de fideiuſſor.

66 Apparet ex his, iure † diuerſo, quam nota. hoc primum habet, frequentius Doc. vti. Hoc eſt pęnæ expreſſione ſtipulationem carere pęnalem poſſe, dum in verba tamen concipiatur, quæ ad pęnam competunt aut accommodantur. In qua opinione Areti. hic eſt in 1. nota. De quo in eodem nota. 1. Soci. etiam meminit.

Sed enim ad tex. hunc reſponſionis quicquam datum ab Areti. non legitur. Ad quem Areti. partes ſuſcipiendo, Soci. ipſe reſpondet, verba tex. huius iuriſconſulti eſſe, non, quod in ea concipi ſtipulatio debeat Senſus Soci. eſt, formam hic ſtipulationis pęnalis non præſcribi. factum tantummodo à iuriſconſulto proponi, vt promiſſione ita facta, vt propoſitũ eſt, aut ab omnibus hæredibus pęnam committi l. proinde à verbis his argumentari iuriſconſulti non licet, quominus ad pęnã trahi ſtipulatio poſſit, in qua verbum de pęna factum omninò non ſit.

Reſponſio hæc Soci. ſenſum duplicem admittit. Prior. factum id genus, de quo in tex. à iuriſconſulto per ſe præſupponi. non, quod ita vere occurrerit, aut ei propoſitum ſit, alter. quod ita vere caſus inciderit, ad quem reſponſum ita eſt. Priore caſu tuta Soci. reſponſio non videtur. Quoniam, & ſi maxime iuriſconſulti verba ſint, attamen præſuppoſita eius deciſio nititur. hoc eſt, vt locum tum deniq; habeat ſi ad eum modũ concepta ſtipulatio ſit, de quo præſuppoſitum loquitur. ſenſus is ex Fulgo. iuuatur in Rubri. C. de ſeruis fugi. in fi. Deci. in. l. 1. circa prin. C. de bon. poſ. contra tab. digeſtorum leges magiſtraliter, & doctrinæ vice, non pro re nata æditas, quod aliter in legibus C. aiunt.

Poſteriore caſu, vt factum à conſultore propoſitũ, per iuris conſultum referatur, ad idq; datum reſponſum ſit, tolerabilior Soci. reſponſio, & probabilior videtur. Non ideo neceſſe eſſe pęnæ mentionem in ſtipulatione pęnali facere, quod expreſſio eius facta in caſu propoſito, & per tex. commemoratos eſt, quoniam, & ſi huiuſmodi factum acciderit, quo expreſſio facta pęne eſt, conſequens tamen non ſit, ius idem ſeruandum non eſſe, vbi idem, per omnia caſus non 67 eueniat. Ideo dicimus argumentandi ius † à verbis legis narratiuis non eſſe, quibus factum narratur gloſ. & poſteriores in l. vni. C. quando non peten. par. Ibiq; Iaſ. col. 8. nu. 22. verſi. & propterea tu iuuenis. Calderi. in conſi. 1. col. 3. in fi. verſi. Sed, & ego reſpondeo. de dona. inter virum, & vxor. ad hunc poſteriorem modum, reſponſionem hanc intelligere Bo.ogni. hic videtur, num. 10. verſi. nec obſtant iura. Sed, & vtrunq; intelligendi modum. Hormanno. hic agnoſcit num. 38. in prin.

Hoc ita admiſſo, vt ſenſum duplicem tex. hic admittat, cum mentionem de pęna facit, conſequens fit, ad notabile ipſum confirmandum non recte tex. ipſum induci. vtpote ambiguum, & obſcurum. Ambiguum quippe id eſtimatur, quod intelligi multifariam poteſt l. veteribus, ibiq; glo. & Bal. in vtraq; lectu. ff. de pactis l. qui ex pluribus infra eo. l. quotiens in ſtipulationibus hoc eo. titu. iuncta l. quotiens idem ſermo infra de reg. iuris l. ita fidei infra de iure fisci e fi. circa fi. Ibiq; glo. & Doc. de reſcrip. vbi incerta citatio eſtimatur, cum ad locum quis citatur, qui villarum plurium cõmunis eiuſdem prouinciæ eſt, vbi enim pluralitas, ibi obſcuritas Bal. in l. hac conſultiſſima in prin. nu. 4. C. qui teſta fa pot. & alia infinita, atq; in ſpecie, fruſtra in lege ambigua fundamentum poni, Bar. tradit in l. in ambiguo ff. de rebus dub.

Negocium grauius in tex. profligando ſubeſt in d. §. fi. inſti. eo. vbi poſt conſilium de pœna adijcienda, forma ipſa ſtipulationis pęnalis concipiendæ ſubijcitur, in qua pęnæ mentio fit. Si ita factũ non erit, decem pęnæ nomine, dare ſpondes. A qua forma recedere nec addendo licere, ex Bal. demonſtratum ante habemus in l. fi num. 4. C. de ſuis, & legi. cum alijs ſupra collectis, tam, & ſi controuerſum Bal. dictum in adiectione exiſtimem, per quam vberius forma adimpletur. formã planè in d. §. fi. circa pœnam exprimendam verſari, tripliciter Horman. hic oſtendit num. 38. in fi. verſi. quarto, & vltimo. Principio, conditionem in tex. illo 68 obſeruat, ſi ita factum non erit, à qua † conditione formam ſequi non dubitatur l. prætor ibiq; Bar. ff. de colla. bonor. Bal. in auctẽn. matri. & auiæ nu. 3. in fi. C. quã mul. tutelæ offi. fungi po. Deci. in rubri. de proba. num. 14. circa prin. in c. de appellationibus num. 4. verſi. ſecundus caſus in fi. de appella. Secundo dictionem ita Hormano. ſpectat, ita adijci pęna debet. Quæ dictio ad modum etiam, & formam pertinet l. libertas §. 1. ibi iſto enim modo. ſupra de manu. teſta. Bar. in l. quibus diebus §. termilius nu. 4. ff. de condi. & demon. in quo argumento, pro forma modum Horman. habet, ſiquidem ad modum tex. memoratus, & Bar. ſpectant. ſed contrarius Hormanno dictio Alex. videtur in conſi. 24 num. 2. lib. 4. qui, per modum formam induci non aliter putat, niſi modo omiſſo, ad irritum actus deducatur, per tex. in l. ſtatutis C. de ſenten. ex peri. aut breui reci. iuncta l. 2. eo. titu. Quæ res diſcuſſionem longiorem poſcit. Tertio verbum debet Horman. intuetur, ita adijci pęna debet, quod verbum neceſſitatem dicit glo. & Doc. in l. ſæpe ff. de offi. pręſid. Ex tex. id vltra Hormanno. probatur in l. 1. §. 1. ibi eodem iure vti debet ſ. quod quiſq; iuris. l. prætor in prin. his adiunctis, quæ apud Doc. ibi no. ff. de æden. glo. in c. propoſuit in ver. non debet. de appella. & in clem. 2. in verſi. debeant. de ſtatu. mona. quæ tex & alios conſentiens dat. ibiq; iure ſpeciali fieri ait, quotiens ad honeſtatem verbum hoc trahitur.

Ad tex. in d. §. fi. inſti. eo. reſponſionis quicquam, per Soci. non accommodatur. qui tamen reſponſionis indigens magis quam tex. hic erat, Quatenus nota. hoc fortius ex tex. illo iuuari. Soci. ipſe aſſerit. Immo enim in cauſa tex. ille fuit, quamobrem ad diſtinctionem aditum à Soci. eſt, & per diſtinctionem ſedandã controuerſiam duxerit. vſq; adeo porro à tex. Soci. timuit in d. §. fi. vt ſecundum eum intelligendum tex. crediderit in d. l. infra de prætor. ſtipula. hoc eſt vt neceſſaria in eo pęnæ mentio in quantitate certa ſit. vt-

pote

pòſt qua omiſſa, pœnalis intelligi ſtipulatio nequeat.
Atq; in diſtinctione ſua, vbi expreſſio facta pœnæ nõ
ſit, eam tamen ſubaudiendam putat.
Non ab re autem in diſſenſione hac concillanda di
69 ſtinctionis opera Soci. vſus, qꝫ ad † textuum, Doct. q;
certamina componenda remedium præcipuum di-
ſtinctio exiſtimatur. Quam in dubijs ſequi opinioni-
bus cõuenit l. ſi finita § illud ſupra de dam. infec. l. adeo
§. cum quis ſupra de acq. rerum domi. §. cum ex alie-
na inſti. de rerum diuiſ. & omnino, contradictionem
ſeu contrarietatem textuum, & opinionum excludi di-
ſtinguendo oportet l. item videndum in fi. prin. ff. de
peti. hæredi. quem tex. in ſententiam hanc Ang. vocat
in conſi. 376. nobiles viri nu. 2. ver. ſed ſi ſalua ratione.
Tradit Alex. in l. 1. ff. ne quis eum qui in conſi. 141. nu.
7. lib. 2. in conſi. 121. nu. 3. lib. 5. Sed planius diſtinctio-
nem enartandam Soci. cẽſui, vt permagni referat,
pœnæ mentio in quantitate certa adijcienda, an non
fiat. Siquidem expreſſio pœnæ ſit, contumatiæ, aut cõ-
temptus coercẽdi cauſa, factum id credatur atq; adeo
pœna mera exiſtimetur, vt no. in l. ſi duo ff. ſi quis cau-
tio. ſin autem verbum factum de pœna non ſit pœna-
lem quidem ſtipulationem per text. intelligi in d. l. in
executione §. quod ſi ſtipulatus infra eo. & in d. l. fi. in-
fra de prætor. ſtip. Cæterum pœnam hanc meram nõ
eſſe, verum in id, quod intereſt, ſuccedere. atq; ideo
intereſſe ipſius taxandi, aut eſtimandi cauſa expreſsã
quantitatem cenſeri per d. l. ſi duo ad quem caſum di-
ctum Io. And pertinere, & reſtringendum putat in
reg. bonafides lib. 6. quod pro ſing. Roma. habet in d. l.
ſtipulatio iſta §. alteri. Diſtinctioni huic Soci. ſubſcribe
re Alcia. hic videtur, ſi ſedulo expenditor, num. 50. ver.
vnde tu pro reſolutione. vt aliud eidem placere num.
47. videtur.
Summa diſtinctionis Soci. eſt, pœnam duplicem
70 † conuentionalem eſſe, expreſſam, & tacitam, inter
easq; differre, quod potentior expreſſa quam ſubaudi
ta eſt, ſiquidem debita expreſſa omninò eſt, interſit,
vel non. Quoniam ad contumaciam compeſcendã,
non ad intereſſe ſpectat. Tacitam vero infirmiorem
Soci. pœnam putat. neq; aliter eam præſtandam, niſi
interſit. poſtquam ad id, quod intereſt, compecit. Neq;
nouum id exiſtimandum, vt potentius tacito expreſ-
ſum ſit l. cum ex filio §. 1. ff. de vulga. l. continuus §. cũ
ita infra eo. Inde fit, vt ſubſtitutioni expreſſæ tacita ſuc
cumbat, quæ in iure accreſcendi cõſiſtit l. fi. in prin.
ibiq; glo 3. ff. de vulga. l. vni. §. 1. & §. pro ſecundo. C. de
cadu tollen. auten hoc amplius C. de fideicom. Bar. &
alij in l. re coniuncti in tertia q. ff. de leg. 3. Conditio itẽ
ſi ſine liberis deceſſerit, fideicõmiſſo inſerta fortior
quam tacita eſt, de qua in l. cum auus ff. de condi. & de
mon. vt glo. no. in l. ex facto §. ſi quis rogatus 1. in ver.
voluntate ff. ad trebel. & in l. generaliter §. cum autem
in ver. ſobole C. de inſti. & ſubſti. tex. huc ſpectat in l.
expreſſa infra de regul. iur. & huiuſmodi ſexcenta.
Sed diſtinctioni huic inſultaturus quiſpiam erit, ſti-
pulationem pœnalem tacitam admittendam, ſeu pœ-
nam ſubaudiendam in ſtipulatione non videri, quæ
expreſſa non ſit. Quatenus ad id, quod intereſt, pœnam
ipſam ſuccedere Soci. ait. Illuſoria quippe ſubauditio
hæc videtur. poſtquam non pœnæ, ſed intereſſe effe-
ctum pœna hæc ſubaudita habet. an non, & citra pœ-
næ ſubauditionem, circuituq; hoc ſubauditionis amo
to, tantundem præſtatura quantitatis certæ adiectio
erit, vt eius quod intereſt nomine adſcripta cenſeatur
Reſpondetur, innanem circuitum, aut ſubauditionẽ
pœnæ ob intereſſe probationem non fieri. Quoniam
ſi intereſſe non pœnæ nomine adiectam quantitatem
dicimus, probari id neceſſe eſt. d. l. fi. infra de prætor. ſti
pula. d. §. fi. ibiq; glo. in ver. probare inſti. eo. ti. de verb.
ob. glo. ri. in c. delectu de foro compe. Abb. in conſi. 7.
col. 3. poſt med. verſi. quid plura de iure canonico l.
lib. 2. Quæ probandi neceſſitas in pœna non eſt d. l. fi.
infra de prætor. ſtipula. & d. §. fi. inſti. eo. de verb. obli.
§. alteri inſti. de inutili. ſtipul. vtilitate igitur in circuitus
interueniente, parui eum fieri non conuenit l. ſi vſuſ-
fructus mihi ff. vſufruc. quem caueat. Bar. & alij in l. 1.
ff. de lega. 1. Deci. in l. cum fundus §. ſeruum tuum nu.
5. ff. ſi cer. pet.
Conſequens declarationi, & traditioni huic Soci.
fit, cum quantitas certa eius, quod intereſt, nomine ex
preſſim adijcitur pœnæ verbo non facto, intereſſe pro
bandi onus nihilomagis eximi. Hæc enim conſequen
tia neceſſario ex Soci. diſtinctione emanat quoniam
ſi ad neceſſitatem intereſſe probandi remittendam ex
preſſionem valere quantitatis dicimus quæ intereſſe,
facta cauſa ſit. Quorſum pœnam ſubaudire. Hoc ipſo
igitur, quod ob probandi onus leuandum pœnam ſub
audiri Soci. ait, non obſcure innuit, ſubauditione ipſa
remota, intereſſe probandi onus à ſtipulatore ſubeũ
dum. Rei cuius illa videtur ratio, quod initio ipſo de-
clarari, aut taxari ob incertitudinem eius nequeat.
Conſequens item diſtinctioni huic Soci. fit, non re
cte de tex. in d. l. fi. infra de prætor. ſtipul. Decium ſenſiſ
ſe in c. cum venerabilis num. 14. in fi. verſi. putarem ta
men de exceptio. qui è contrario quam Soci. hic pu-
tat, intereſſe taxandi, non pœnæ cuius gratia quantita-
tem ibi expreſſam ſcribit. Sed enim rectius Socino De
cium ipſum ſcripſiſſe puto.
Diſtinctioni, & differentiæ huic Soci. inter pœnam
expreſſam, & tacitam aſſentire prorſus nequeo, vt in-
ter pœnam expreſſam, & tacitam differat. Principio
enim iuri illi notiſſimo reclamat, parem taciti vim
70 atq; expreſſi eſſe l. cum quid ff. ſi cer. pet. ſed, & † caſus
non pauci incurrunt, quibus potentius expreſſo tacitũ
eſt, vt apud Doct. in l. 1. per illum tex. ibiq; Iaſ. num. 6.
in 1. nota. C. qui admitti. Iaſ. in l. ſi conſtante in prin.
num. 156. verſi. tertio in quantum Bar. ff. ſolu. ma. iuris
igitur regula diſtinctioni huic refragante, Soc. erat, ra-
tionem quam diuerſitatis inter pœnam expreſſam, &
tacitam afferre. Quid ita ad intereſſe tacitam magis re
ferri, quam expreſſam oporteat. Ratione planè diuer-
ſitatis vlla non reddita, merito illud Soci. audiet, quod
ſcriptum apud Bal. eſt, in l. centurio in fi. primæ q. ff. de
vlga. intellectus expertes eos eſſe, qui differentiam, aut
diuerſitatem introducunt, vbi ratio vlla diuerſitatis,
non liquet. Diuerſos quippe caſus ſola diuerſitatis ra-
tio efficit. Quæ vbi eadem inuenitur, ijdem, aut ſimi-
les, non differentes exiſtimatur l. non poſſunt ff. de ll. l.
3. in fi. ff. de offi. præſid. l. non ſolum §. qui primipilum.
Ibi recte adaptans omnibus ſimilibus capitulis ff. de
excuſa. tutor. Bal. in l. neq; in fi. ff. de ll. in illud num. 4.
C. de ſacroſan. eccleſ. in l. 1. num. 21. in fi. C. de furtis.
Alex. in l. gallus §. & quid ſi tantum num. 11. ff. de lib.
& po. Qua de cauſa extenſio fieri ad caſum alium
omiſſum non dicitur, qui rationem eandem habet. ve
rum ſub ratione ipſa comprehendi ſimiliter, vt ſpe-
cies ſub genere dicitur Bal. in l. omnes populi nu. 25.
ff. de iuſti. & iure. per glo. in c. ſæpe verſi. quid ergo de
tempor. ordi. lib. 6 Eodem Bal. ſpectat in l. quod ve-
ro contra colum. 1. verſi. item veriſimile eſt ff de ll. vbi
proprium ſtatuti intellectum, non extenſionem ait,
vbicunq; ratio eadem in caſu alio vertitur, per tex. in
l. nominis, & rei §. verbum ex legibus infra de verb. ſi
gnifi. & alia de quibus apud nos in conſi. 183. num. 3.
& in tracta. de antiq. tempor. parte 1. num. 10. vberius
parte 4. num 46 & num. 107. in ſeptima limitatione.
Atq; in ſpecie, & nominatim Soci. diſtinctioni con-
traria glo. eſt in l. reſcriptum § ſi pacto in fi. glo. magna
ff. de pactis. Quæ ius idem pœnæ tacitæ atq; expreſſe
ait. Socino etiam Soc. hic num. & nepos eius refragatur
num. 24. Horman. num. 44. Alcia. num. 47. Tametſi
ſecum

Digitized by Google

ſecum diſſidere num. 50. videatur.

Secundo cauſa ita diſtinguendi à tex.pendet in d.§.fi.in u.co. Quem fortius cæteris Aretino repugnare, Soci.ait. At enim dum textui illi diſtinguendo, eripi Soci.ſtudet, in eum offendit.ſiquidem conſilium illud pœnæ adijciendæ ob cauſam aliam, quam intereſſe, non datur.ne incerta de eo ſtipulatio fiat atq; ideo ꝓbandi neceſſitas ſtipulatorē ipſum teneat. aliter opus conſilio huiuſmodi non erat. itaq; cum propter id, ꝙ intereſt, pęnæ adijciendæ conſilium detur, & in ſtipulatione cōcipienda pœnæ ipſius mentio fiat, qd ita intereſſe declarandi nomine expreſſa dici pœna non poterit. Immo enim intereſſe magis, propter, quod adijcitur, quam pœnæ ipſius haberi ratione oportet l. iſti quidem in fi. ff.quod metus cau. l.ſi procuratorem dedero in prin.ff. manda.l. 4. §. ego vtrunq; ff. de pactis dotal.l.ſeruo legato §.ſi teſtator ff.de lega. 1.l. cum pater §. donationis ff. de lega. 2. l.fideicommiſſa §. plerunq; & § ſeq. ff.de lega.3.& eiuſmodi ſexcenta. Itaq; & contra Soci.animaduerſum Hormanno. hic habet nu 44.

Tertiò ad diſtinctionem ſuam Io.And. diſponere, atq; impellere Soci. ſtudet, hoc eſt, vt ad pęnam taciꝰ tam dictum eius reſtringatur.quo eius, quod intereſt, nomine adiectam pęnā aſſerit. Enimuero dictū ipſum Io.And.non obſcure corrumpit, quod ſe interpretari ait. Socini quippe interpretationem non patitur, cū de pęna expreſſa loquatur, loco eius, quod intereſt, eam ſuccedere.in pęna item expreſſa Roma. Caſtren. Alex. Soci. ſecum diſſidentem Deci. Bologni. Ruin. Crot.Hormano.Galiau.Soci.iun. Alcia. & Rebufum Socino hic obſtare, in reſponſo pro genero oſtendimus nu.281.verſi.in re planè dubia.

72 Conſequenter his dicendum, pęnam † conuentionalem intereſſe declarandi, aut taxandi nomine expreſſam in dubio exiſtimari. Quæ locum ſententia in primis habet, vbicunq; vtilis alioquin, & ſine pœna actus inuenitur. Dici enim tunc nequit, contumaciæ purgandæ cauſa, pęnam interpoſitam.ſiquidem credibile non eſt, contemptui habitum actum iri, quem viribus conſiſtere promiſſor non ignorat, vt Alcia. hic obſeruat.num.53. de quo memoria in d. reſponſo babita, & apud nos eſt, num. 281.poſt, med.verſi. quam opinionem.

Locum ſecundo præcipue habet, vbicunq; commodum, & effectum ſtipulationis conſecutus ſtipulator eſt. Neq; damni quicquam ob implementum tēpore ſuo non factum ſtipulator ſenſit, ibi enim rationis non videtur, pęnam deberi. Quod vtiq; fierit, ſi meram verſari pęnam dicimus, ita Galiau. hic ſentit nu. 19. verſi. octaua cadit dubitatio.ita à ſenſu contrario cum Bar. facere Galiau. videtur in nona oppoſi. in fi. ſatis eſſe, ſi aliquod interſit, vt pęna ſolida exigatur. Quam damnatam opinionem ſupra habemus.

73 Locum facilius tertio iure †canonico habebit. Quo niſi quatenus intereſt, pęnam conuentionalem non deberi, quæ ſolida alias debita iure ciuili eſſet, ſuperius oſtendimus, ibiq; & Decium mutatum retulimus. Cōtrarius etiam ipſi ſibi in ſpecie hac, & Iaſ.inuenitur. qui in § ſed iſtæ num. 111.inſti.de actio.non aliter pęnam conuentionalem in foro conſcientiæ debitum putat, niſi ſi partis interſit, & quatenus intereſt.ex Ang.in cōſ. 43.fratres ſeruorum in fi. Quod idem, & Roma. admittit in conſi.510. num.21. verſi. quædam vero eſt, pęna. Sed enim aliud Iaſoni viſū in cōſi.49. poſt prin. lib.4.vbi, & iure canonico pęnam recte exigi conuētionalem ſcribit.

Si dixeris, contradictioni Iaſonem eripi, quod iure canonico, non in foro ſalutis, aut conſcientiæ pęnam conuentionalem deberi in d.conſi. 49.ait. In d. vero §. ſed iſtæ.de conſcientia eum loqui. Reſpōdetur, tantundem vnum atq; alterum pollere.ſiquidem, quod æquum, & bonum ſecundum deum eſt, canonicum ius ſtatuit Anto. de Butr.in procemio decretal.num.41 ſanctoq; Spiritu impulſore, à ſanctis patribus canones ędīti c.ſi quis Diaconus in prin. 50. di.idq; ratione etiam declaratur.quod ab æquitate naturali, aut iuriſgentiū conſcientiæ ius exiſtit.& ad terminos ipſius iuris naturalis, aut gentium conſcientiæ forus reſtringitur. Bal. in l.1.in fi.C.de vectigal.& commiſ. Abb.in c. 1.in fi.de reſti. in integ. Deci.in c.1.nu.18.in fi verſi. quarta concluſio.& in c.quæ in eccleſiarum in fine ſexti nota. de conſtitutio.originem planè eandem hoc eſt ab æquitate naturali, aut iuriſgentium, & canonicum ius ducit.c. dilecti. ibiq; no. de iudi. Qua ratione actionem ex pacto nudo canonicum ius tribuit c.1. & 3.de pactis inde Bal.ſcribit in l.fi.in prin.num.9. C. de iure delib.contrarium iuri canonico eſſe, quicquid naturali iuri repugnat itaq; ſi à foro conſcientiæ, intereſſe amoto, pœna conuentionalis abhorret, ergo, & à iure canonico. Quod cum ita ſit, contradictionis vitio eximi Iaſ. nequit.

Sed obiecturus quiſpiam erit, immo enim inter ius canonicū, & conſcientiæ differre. Quoniam captionē in pretio canonicū ius non reijcit c.pen. de emp.& vēdi. Quod aliter in foro conſcientiæ dicitur Bal. in c. ſi proponente de reſcrip. Paul.Oria.in l.1.num. 114 ff.de offi.eius. Reſponderi poteſt, mali grauioris excludendi cauſa id ferri.ne ſi ob læſionem quamuis cōtractus reſcinditur, ex litibus lites fiant. Ex malis enim pluribus, quod leuius eſt, agnoſcendum l. 1.§. totiens verſi. ſed ſi incertum ff. de ventre in poſ. mitten.l. ſed ſi is §. an autem ff. de carbo.edic.l.2.ibiq; Deci.& Iaſ.in fi. C. eo.titu.l.ſi procurator rei ſupra de excep.doli.l.quotiēs nihil infra de reg.iuris c. veniens qui Cleri. vel vouen. c.duo mala c. duo nerui 13. diſt. & alia id genus.

Locum quarto præcipue habebit, quatenus cum intereſſe pęna concurrit, vt compenſatio cum eo fiat, hoc eſt ne quod intereſt ex toto, & pęnam ſolidam ſtipulator auferat. verum compenſatio pro rata fiat. & niſi quod pęnæ ſupereſt, nō debeatur l.ſi quis à Socio, & ibi no.ff. pro ſocio. Areti.hic num.29. verſi. in contrarium. Bologni.nu.152.

Sed nec, quod amplius in pœna eſt, deberi ſi minoris intereſſe promiſſor doceat, declaratum in ſuperioribus habemus.

Locum quinto in re maxime habet. in qua eſtimationem intereſſe non admittit.ibi enim intereſſe moderandi nomine, ne ad infinitum res habeat, adſcripta pœna cenſetur. veluti cum à procuratore alterius in ſeruitutem quis vocatur.ſatis enim à procuratore dari, & quantitatem promitti certam oportet, ſi ratam rem dominus non habeat. Eo autem quantitatis certæ promiſſio fit. Quoniam ſi quanti intereſt, promiſſio fiat, ad infinitum res procedet. cum eſtimationem libertas non admittet. Ita immenſum eius quod intereſt peti nomine poterit.l.procurator 2.§.fi. infra rem ratam hab. Ad quam ſententiam tex.confert in l.4.infra de cuſto. reorum. vbi cum in cautione, aut decreto iudicis de reo exhibendo, quantitas expreſſa certa non eſt, ſtatus reus non erit, modum ipſum pecuniæ, aut mulctæ ſtatui à iudice oportet, ne ad infinitum res excurrat, cum modus decerni intereſſe, nequeat. quotiens criminis cauſa exhibitionem fieri rei oportet.

74 Sexto ad † mercatorum curiam concluſio hæc pertinet. Inter quos ſicut æquitatem coli conuenit Bar.in l.ſi fideiuſſor §.quædam, & in l.quintus ff.manda. Soci. in rubri.ſupra eo.num.6.in fi. Iaſo. in l.electa in ſeptimo nota.verſi.quartus caſus ff.ſi cer. pet. Ita vltra quā interſit, exigi pœnam non conuenit Ang in cōſi. 219. arbitror. Areti.hic colum.1. Crot.num.9. Deci. in l. in omni-

Digitized by Google

omnibus quidem num. 4. infra de regul.iuris. vt aliud
viſum Iaſoni ſit in l.2.§.item ſi in facto num.17. ſupra
eo. Locum ſeptimo pudoris, ſeu honeſtatis iure præ
cipue habet. ſiquidem viro indignum bono videtur,
cum ſua non interſit, ad pęnam aſpirare, vt Crot. hic
ſcribit num. 10.inde cautelam Io.de Ana. memorat,
vt de probitate hac interrogatio fiat, Bonus an non ſit
qui pœnam exigit. ſed enim interrogationem hanc
Deci.non agnoſcit,neq; ad eam vti captioſam reſpon
dēdum credit in l.ſemper in contractibus nu.10. infra
de reg.iuris.

Octauò à dubitatione res vacua in fideiuſſore vide-
tur à quo promiſſio facta pœnæ eſt.Eius enim, quod
intereſt nomine, non propter contemptum principa
lis, facta promiſſio intelligitur Iaſ.in l.fi.§. fi.ff.de eo,
per quem factum erit.

Nono in ſtipulationibus prætorijs etiam extra diffi
cultatem res ponitur. in quibus vice eius, quod inte-
reſt,pęna ſuccedit Bar. in l. 2. §. fi.ff.ſi quis in ius voca.
non ierit Bar. & alij in d. l.2. §. fi. ſupra eo. Iaſ. in d.l.
fi.§.fi.in fi.ff.de eo,per quem factum erit.

Ratio eadem contractuum bonæfidei eſt, vt loco
eius, quod intereſt, & in eis inſerta pęna cenſeatur,
atq; ideo non amplius quā interſit,eam exigi,vt poſt,
Alex.Soci. hic iu.notat nu.140.per tex.in l.ſeruus ea le
ge ff.de ſeruis expor.

Sententia hac ita inſtructa,eius,quod intereſt,nomi
ne expreſſionem factam pœnæ intelligi. Reliquum il
lud ſupereſt, vt ad tex. reſpōdeatur in d. §.fi. inſti.eo. à
quo vſq; adeo timuiſſe Soci.oſtendimus, vt ad diſtin-
ctionem adiecerit,quam iuri contrariam declarauimus.
ſententiæ enim in hoc reſragari memoratæ videtur,
quod neceſſariam pœnæ expreſſionem ex his præſup
ponit, quę circa inductionem eius ſcripta ſuperius,
ſunt,formam ſtipulationis ita ex pęna concipiendæ,
multiplieiter expendendo. At qui neceſſaria expreſſio
hæc pœnæ non videtur, ſi eius, quod intereſt, cauſa
adiecta quantitas creditur. Quorſum enim de pœna,
meminiſſe, ſi, quod intereſt, non pęna vertitur. Eam
ob rem nonniſi pœnæ mentione omiſſa, ad id, quod
intereſt,quantitatem referendam, in diſtinctione ſua
Socino viſum,tam,& ſi,& pęnam tunc quoq; ſubau-
diendam exiſtimet.

Sed enim ſententiæ huic tex. ille fauet, potiuſquam
obſtat.ſiquidem ob id,quod intereſt limitandum,aut
taxandum pœnæ exprimendæ conſilium datur,vt in-
tereſſe probandi onere ſtipulator leuetur, l. ſi infra de
prætor ſtipula.

Non obſtat,ſupervacuam pœnæ mentionem vide
ri,ſi in id,quod intereſt,ſuccedere eam,dicimus quam
tamen neceſſariam tex.ille ſentit in d. §. fi. Quoniam
neceſſitatem hanc non admittimus. vt hic apud Hor-
manno.num. 44. & tribus ſeq.Sed, & tex. ipſum re-
torquet num.46. ſed optima reſponſionum videtur,
exemplum ibi,non formam ſtipulationis pœnalis in-
ſeri. Quatenus ad iritum actus non deducitur, ad eū
modum ſtipulatione non conſumata, quod propriū
75 formę eſt,ſine † qua conſiſtere actus nequit, cum eſ-
ſentiam ab ea capiat l.iulianus §.ſi quis rem ff.ad exhi
ben.l.ſeiæ circa fi.ff.de auro,& arg. lega.& omne eſſe,
ex forma eſt,Cuma.in conſi.139.hoc maxime col. fi.
per tex.in c. in ciuitate de vſur. & illud Ouidij 1. Meta
mor.Rudis indigeſtaq; moles, nec quicq̄ niſi pondus
iners.Inde fit,vt forma ſublata,res quoq; ipſa pereat.l.
repeti.§. 1.ff.quibus modis vſuſruc.amit.§.fi.in fi.inſti.
de vſuſruc.Atq; in ſpecie,ad formam ſtipulationis pę
nalis verba non pertinere,de quibus in d.§.fi. Soci.hic
iun. aſſerit num.23. Alcia.num.45.in fi.

Limitationem concluſio admittit, ne locum in fi-
76 ſco † habeat, cui promiſſa pœna, aut pars eius ſit,no
tatio pro fiſco ſtipulante, veluti cū in pace inter duos
componenda neuter alterum offendere ſub pęna pro
mittit, quæ fiſco partim applicari, partim offenſo,
debeat.Quod enim ad fiſcum attinet, inquiri id non
ſolet,eius nec ne interſit.ita Galiau.ſcribit in l.2.§.item
ſi in facto num.3.ſupra eo. ex tex.in l. arbiter intra cer
tum iuncta glo. 2.in fi.ibiq; expreſſius Bar.ff.de arbitr.
vnicam demum glo.tex.ille habet. Quam glo. à ſenſu
contrario Galiau. Inducit. Idcirco enim fiſco pęnam
non deberi ab arbitro irrogatam glo. ait, quód alteri
paciſci nemo poteſt.ius igitur ſeruandum aliud putat,
ſi ſtipulatus notarius pro fiſco ſit, quem ſtipulari alij,
poſſe ambiguum non eſt,l.2. infra rem pupil. ſaluam
fore.& in pœna conuentionali in contractu pacis ad-
modum memoratum inſerta Bar.loquitur in l. 1.in fi.
infra de iure fiſci vbi fiſco pœnam deberi ex parte di-
midia putat, ſiquidem pro fiſco ſtipulatus notarius eſt.

Falſam limitationem hanc Galiau. exiſtimo, vt in-
tereſſe tacente, pœna fiſco debita conuentionalis ſit.
Quoniam cum propter partem ſeu partis contempla
tione fiſco quæſita pœna dicatur, abſurda res videtur,
fiſco pœnam deberi, quæ debita parti non ſit, cuius
adiecta contemplatione eſt. Quoniam, & ſi duobus
maxime applicari pœna debeat, attamen quia vni,
propter alterum ſeu contemplatione alterius applica
tur, pęna vnica eſtimatur.vbi enim duo propter vnū,
ibi vnum tantum iudicatur l.qui libertatis §. ſeruus ff.
de euictio.l.iulius paulus,& l.cum ſeruus ff.de condi.&
demon. quas.ll. in ſententiam hanc Caſtren. citat. in
conſi.99.quia per ſupra ſcriptos excellentiſſimos in fi.
lib.1.itaq; ſi pęna vnica verſatur, diuiſio admittēda in
vnitate non videtur, vt fiſco debita, parti vero debita
77 non ſit,inde dicimus † indiuiduam iudicis ſententiā,
dici,in qua non pluſquam vnum capitulum vertitur,
licet diuidua quantitas ſit in ſententiæ capitulo expreſ
ſa l.in hoc iudicio ff.communi diuid. l. pen. C. quam.
prouo.nō eſt neceſ. Bar.& alij in l.fi.ff.de iur. om. iudi.

Secundò vbicunq; contemplatione alterius, quid
inducitur, vno remoto alterum quoq; tollitur ſiquidē
alterum altero carere in correſpectiuis non poteſt l.
etiam § ex cauſa ff.de minor.l.cum venditor ff. de re-
ſcin. vendi.l.clemens § 1.ff.de hæredi. inſti. l. ſi minor.
ff.de lega.1.l.pamphilo § fi.ff.de lega.3.l.filio §.matri.l.
alumnę §. ſeia, & l. alteri ff. de adim. lega l. fi. infra de
acceptila.Freder.à ſen.in conſ.237. factū eſt tale,quidā
nomine Thomeus colum.2.Abb.in conſi.61. num.2.
verſi.moueor lib.2.Alex in conſi.111.colum.3.verſi.&
attento, quod illud capitulum lib.3. Curti.ſen.in cōſi.
37.num.3.vnde ſi contemplatione, & reſpectu partis
adiecta pœna conuentionalis eſt,& quantum ad par-
tem,illa ceſſat, q̄ ſua non interſit,nō poteſt,& in fiſco
non ſiſtere.

Tertiò ex textu opinio,& limitatio hæc Galiau. re-
fellitur in l.2.in fi.ff.ſi quis in ius voca.non ierit. vbi cū
partis, aut litigatoris vnius reſpectu,pœna,aut mulcta
fiſco debetur,idest,ob litigatoris contumaciam,ſi par
tis ipſius non intereſt, admiſſam contumaciam eſſe,
quia feriaticus dies fuit, nec fiſco pœna applicatur.
idem ex tex.iuuatur in c.1.ſecundum vnum intellectū
de dolo, & contu. Quos tex.in ſententiam hanc Ro-
ma.vocat.in conſi.510. num.5.verſi. aut non refertur,
idem Abb.admittit in c.cum dilectus num. 13. de ar-
bitr.vbi tex.alium citat in l.ſancimus §.pen.C. de fide-
iuſ. quem deciſio neapoli.ſequitur deciſ. 135.nu. 4. &
quamuis in pœna legali ſolummodo, Roma. id ad-
mittat,attamen ius idem,& pœnæ conuentionalis eſ-
ſe inferius oſtendemus.

Conſequens his fit, limitationem hanc Galiau. in
ampliationem vertendam. Intereſſe partis ceſſante,
nec fiſci nomine pœnam conuentionalem committi.

Neq; ad rem glo. Bar.q; attinent,teſtimonijs quo-
rum limitatio Galiau. nititur. Quoniam ad ſpeciem
contro-

controuerſam non attinent, cum partis non intereſt. neq; in caſu hoc loquuntur.

Sed ſententię huic, pœnã contumaciæ non deberi, ſi partis non intereſt, obſtare tex. videtur, in l.ſi quis rẽ
78 ff. de arbitr. vbi † aduerſus eum compromiſſi pœna committitur, qui arbitro neglecto, ad ordinarium iudicem adit. ſed intereſſe de re hac aduerſarij non videtur ſiquidem ius ſuum conſequi non minus apud ordinarium atq; arbitrũ poterit. Inde glo. ſcribit, vtrunq; tum peti, & rem, & pęnam, id quia vice eius, quod intereſt, pęna non ſuccedit. verum contumaciæ coercendæ cauſa aſcripta cenſetur. quid ita igitur ſcribi apud Roma. & Abb. potuit, etiam in contumaciæ pœna, quod intereſt, ſpectari. glo. in d. l. 2. in fi. ff. ſi quis in ius voca. non ier. referre putat, vtrum à prætore, vel iudice, an à partibus pœna hęc cõtumaciæ imponatur. ſiquidem à prætore, locum textui eſſe in d. l. 2. in fi. vice intereſſe pœnam ſuccedere. atque ideo non aliter deberi, quam ſi interſit. Sin autem ex conuentione partium adiecta pœna ſit, ius aliud ſeruandum; ideſt, intereſſe vllius rationem non haberi qua diſtinctione vti Roman. quoque videtur in conſil. 510. ita. 5. vbi referre inter pęnam contumaciæ legalem, & conuentionalem putat. Quæ gloſ. diſtinctio ſaporis quicquam non habet. Caſus quippe diuerſos ſolummodo inducit, ratione diuerſitatis vlla non aſcripta. Secundo ius idem, & pœnæ contumaciæ conuentionalis eſſe ex Abb. declaratur in d. c. cum dilectus num. 13. de Arbitr. deciſ. Neapoli. 135. nu. 4. Tertio grauior contumacia videtur, quæ contra iuſſum magiſtratus, quam aduerſus cõuentionem partium admittitur l. prætor dixit §. fi. infra de in iur.

Neq; ad rem tex. attinet in l. ſtipulatio iſta §. alteri infra eo. quo gloſ. diſtinctio fundatur vbi, quod intereſt, ſpectari in pœna conuentionali non ſolet. Quoniam ad eum caſum tex. ille pertinet, reſtringique debet, in quo verſari, aut intelligi intereſſe nõ poteſt, ſiquidem vbi intereſſe cadit, vice eius pœnam conuentionalem ſuccedere ſatis ſuperque teſtatum ſuperius habemus. cum nihil differre inter pœnam tacitam atque expreſſam contra Soci. oſtendimus, & ad eam cauſam tex. illum reſtringendum, quo intereſſe, non cadit, oſtenditur, quod vbi intereſſe verſatur, quia ſtipulatoris intereſt, alij dari, aut fieri, locum tex. ille non habet, vt eadem l. apparet §. ſi ſtipuler, & § ſeq. gloſ. in d. §. alteri in ver. nihil intereſt. Ibique Docto. Quinetiam ſatis eſt, poſt ſtipulationem intereſſe, quãuis cum ſtipulatio fit, non interſit, vt late Iaſ. ſcribit in l. 1. num. 18. ad finem vſq; commentarij ff. de pactis, & in d. l. ſtipulatio iſta. §. alteri num. 20. per tres colum. infra eo. inde etiam fit, vt vigorem ſtipulatio pœnalis habeat, quia ad commodum ſtipulatoris, non alterius pœna ſpectat. in qua perquiri non ſolet, vtrum ratione principalis ſeu eius, quod in ſtipulatione deductum principaliter eſt, ſtipulatoris interſit, dũ ad eum modo pœna pertineat. Quocirca momenti vilius, & in pœna ſtipulatio non eſſet, ſi, & in pœna ſtipulatoris non intereſſet, ꝙ alteri puta applicanda, & ipſa eſſet. ratio enim tum eadem in pœna, atq; in re ipſa principali verteretur.

Declaratione igitur hac ad tex. in d. §. alteri ita admiſſa, vt ideo, quod intereſt, in pœna conuentionali non ſpectetur, quia intereſſe in re ſeu ſtipulatione principali non cadit, glo. differentia, vtrum à prætore, an à partibus ſeu partium conuentione in compromiſſo pœna contumaciæ ſtatuta ſit, euerti videtur, inquantum ex tex. eam iuuat in d. §. alteri. Conſequens quippe non ſit, vbi intereſſe non cadit, ratio eius haberi in pœna conuentionali non ſolet, ergo etiam vbi verſari, & cadere intereſſe poteſt. de quo genere pœna conuentionalis videtur in compromiſſo expreſſa. quæ intereſſe compromittentium adijci cauſa potuit. vtpote cum eius interſit, arbitri ſententiæ ſtari, pro quo lata erit. Quod contra in d. §. alteri eſt, vbi ſtipulatoris non intereſt, vt alteri detur. Apparet ex his, ex diuerſis gl. argumentari in d. l. 2. §. fi. in gloſ. 1. ff. ſi quis in ius voca. non ier. cum tex. vocat in d. §. alteri ideſt ex pœna conuentionali ſuper ſtipulatione de dando, aut faciendo alteri, ad pœnam conuentionalem in compromiſſo inſertam, vt ipſi ſibi, non alij detur, aut fiat. ſiquidem ratio euidens diuerſitatis in caſibus his interueniat. intereſſe in vno accedente, ꝙ ſecus in altero caſu eſt. l. fi. ff. de calum.

Sed enim in ſolutione hac, & ſi colorata acquieſcere adhuc animus nõ poteſt. Quoniam in ſpecie hac
79 controuerſa, vtrum loco † eius, quod intereſt, pœna conuentionalis ſuccedat, intereſſe ipſum à contemptu Docto. diſcernunt, & diſtinguunt. vt ſiquidem cõtemptus puniẽdi cauſa, interpoſita pœna ſit, vice eius, quod intereſt, adiecta non cenſeatur. Sed enim in pœna contumaciæ quæſtio noſtra verſatur, ſiue à iudice impoſita, ſiue à partibus in compromiſſo ſit, ſi partiũ arbitri ſententiæ, aut mandato non erit per tex. duos contrarios in d. l. 2. §. fi. & in d. l. ſi quis rem. Quo pacto igitur in pœna hac contumatię ratio habenda intereſſe erit. Quam tamen habere tex. videtur, in d. l. 2. §. fi. ff. ſi quis in ius voca. non ier. & ſi ratio intereſſe partis in pœna ibi habetur à prætore aſcripta, longe magis ius idem probandum videtur, cum à partibus ipſis ſeu conuentione earum pœna hęc ſtatuta contumaciæ eſt. ſiquidem in partibus ipſis, non in iudice intereſſe hoc verſatur. Atqui intereſſe huius ratio non habetur in d. l. ſi quis rem ff. de arbitr. vbi indiſtinctè pęna conuentionalis in compromiſſo deducta committitur, quotiens arbitro contempto, ad ordinarium litigator vnus ſe confert, diſtinctione vlla non adhibita, litigatoris alterius interſit necne.

Quid igitur dicendum in certamine hoc iſtarum legum, ideſt, d. l. 2. §. fi. ff. ſi quis ius vocan. non ierit, & d. l. ſi quis rem. Ego credo pœnam conuentionalem, quæ ad contumaciam plectendam ſpectat, omnino committi, interſit, vel non. d. l. ſi quis rem. Labor omnis in text. vitando ſubeſt in d. l. 2. §. fina. Sed enim ſententiæ huic obſiſtere text. ille non videtur ſiquidem non ea ratione pœna ibi non committitur, quod partis non interfuit, in iudicio litigatorem alterum affuiſſe, verum quod feriaticus dies fuit, in quo etiam ſi præſto in iudicio litigator fuerat, profutura tamen præſentia eius non erat, cum dies ſeſſionis non eſſet. Itaque non ea ratione text. nititur, quod partis non interſit, in iudicio reum affuiſſe, verum, quod nullus omninò ſiſtendi actus per iuſtitiam fuiſſet. Sic nullitate actus, non intereſſe defectu, aut remotione pœna ibi non committitur. Inde fit, vt ſi vigorem, ſeu vires habiturus actus ſiſtendi erat, locum pœna haberet, tametſi partis non intereſſet.

Conſequenter his dicendum, permagni referre vtrum dicamus, ideo partis non intereſſe, quod nullus actus ſit, an quia ob aliam cauſam non intereſt, quamuis vtilis, aut validus actus appareat. Priore caſu cum nullus actus eſt, in expedito res eſt, pœnam omnino non deberi, etiam ſi intereſſe taxandi cauſa
80 adiecta non ſit, verum ob contemptum, quia † ex actu nullo committi pœna non ſolet, neque in actu nullo intelligi contemptus poteſt. l. 1. §. fin. cum legib. duabus ſequen. ff. ne quis eum qui, vbi pœnam eximentis vocatum in ius, non ſubit, qui eum eximit, qui in ius vocatus legitimè non eſt, venia puta non petita, & quæ ſcripta apud Crotum hic ſunt numero 12. ex alienatione nulla pœnam non committi, & alia non pauca. Idque ex eo iuuatur, quod pro eo actus nullus habetur, ac ſi factus non ſit. l. 1. ff.

ſi quis in ius vocat. non ier. l. ſi. ff. de diuor. l. 3. in ſi.
ff. de ſerui. vrba. prædior. & ſexcenta id genus. Atq;
nominatim pœnam conuentionalem in compro-
miſſo adiectam non committi, quotiens vires com-
promiſſum non habet cum ſeruo puta factum, ex tex.
oſtenditur in l. licet. §. ſi ſeruus. ff. de pecul. l. apud cel-
ſum. § item quæritur. 1. iuncta gloſ. in verſicu. pro-
futuram ſupra de exceptio. doli. vbi gloſ. ait, impu-
ne arbitrum contemni, qui ſententiam nullam, aut
viciosam tulit, refert Curti. ſenior in conſi. 5 2. nume-
ro 10. in ſi.

Poſteriore caſu cum vtilis actus inuenitur, verum
partis non intereſt, pœnam committi, veluti quod
damni quicquam ex contumacia non fecit, pœnæ
excuſari contumax non debebit. Id quia ratio eius,
quod intereſt, haberi in pœna non ſolet, quæ impo-
ſita ob cõtemptum ſolummodo eſt, vnde id demum
inquirendum, contemptus, inſecutus, necne ſit. Ad
quem caſum tex. pertinet in d. l. ſi quis rem. Ibi enim
quia vtile compromiſſum erat, ſi arbitro neglecto, ad
iudicem aditur, pœnæ locus omnino eſt, interſit litiga-
toris alterius, vel non.

Apparet ex his, ſpeciem hanc controuerſam non
percepiam ſatis gloſ. fuiſſe in d. l. 2 § ſi. & Roman in
d. conſi. 5 19. num. 5. cum differre inter pœnam con-
tumaciæ putant, quæ à iudice appoſita, & à partibus
ſit. Cum eadem ſit vtrubique ratio, ne ſpectari debeat,
interſit an non, verum vtilis, nec ne actus ſit. Cum de-
claratione hac facere poſt ſcripta hæc Caſtren. legi in
conſi. 95. conſiderandum eſt colum. 1. in ſi. & nu. 4.
lib. 1. per tex. in l. ita demum. ff. de arbitr. & in l. 3. C.
eodem titu. Idem ex gloſ. probatur in l. diem profer-
re §. ſtari in gloſ. 3. & in l. qualem in glo. 2. ff. eo. titu.

Conſequens his ſit, caſum vnum interuenire à con
trouerſia omni vacuum, in quo locus pœnæ non ſit
neque conuentionali, neque à iudice impoſitæ, ſiue
intereſſe, ſiue contemptus nomine impoſita pœna
dicatur. Id eſt vbicunque viciolus, aut inutilis actus
eſt, ſuper quo interpoſita pœna ſit, cum ius idem non
81 entis atq; inualidi ſit. Caſus tamen † nonnulli inter-
ueniunt, quibus ob actum nullum pœna datur, quo-
tiens melior alias delinquentis, quam innoxij condi-
cio fieret, de quibus apud nos in tracta. de antiquita.
tempo. parte quarta numero 105. verſicu. pro hoc
gloſ. ad Venetam impreſſionem, & apud Cagnol. in
l. ſi. numero 74. C de pactis, vbi etiam ex actu nullo
pœnam committi ait, vbicunque factum ipſum lex
coercet.

Limitatio ſubijci ſecunda poſſet, Bartol. opinione
hic admiſſa in fine nonę oppoſitionis, vt quanti inter-
ſit ſpectari non debeat, dum in aliquo tamen, vel tan-
tulo interſit. Sed enim repudiata ſupra Bartol. opi-
nio eſt, vbicunque tanti non intereſſe promiſſor o-
ſtenderet, Quocirca in ampliationem mutari limi-
tatio, & hæc poteſt, vſque adeo eius, quod intereſt,
nomine pœnam inſertam conuentionalem intelligi,
vt ſatis non ſit, ex aliquo intereſſe, niſi ſi tanti interſit,
quanta pœna eſt, vtique cum tanti non intereſſe, pro-
miſſor docet. De quo dictum ſatis in ſuperioribus
habemus.

Limitatio tertia adnotata apud Hormannoc. hic
legitur numero 347. ne locum concluſio habeat, vbi-
cunque ſuper facto pœna conuentionalis adijcitur.
Ibi enim contemptus cohibendi, non intereſſe taxan-
di cauſa interpoſitam pœnam cenſeri. A qua limi-
tatione rectiſſimè Socin. hic iunior diſcedit numero
189. Siquidem è contrario, quam Hormannoc. pu-
tet, dici in facto oportet, loco eius, quod intereſt, a-
diectam regulariter pœnam intelligi. Idem Alcia. hic
ſcribit num. 48. verſicu. ſecondo modo. Io. à Zanis
inter conſil. Alex. in conſi. 51. num. 4. lib. 4. deciſio
Neapoli. 135. nu. 4. Ripa hic num. 8. in ſi.

Limitatur quarto apud Socin. iunior hic numero
82 24. verſic. putarem tamen, ne locum habeat, † clau-
ſula interpoſita, rato manente pacto, iuxta l. qui fidem
ff. de tranſactio. ad contemptum tum enim coercen-
dum, non ob intereſſe æſtimandum adiecta pęna cen
ſetur. Id quia quod ad rem principalem, & acceſſoria
eius ſpectāt, ratum pactum manere ſtipulator voluit,
vnde ad pœnam meram referenda ſtipulatio videtur.
Rurſus ſi vtrunque conſequi ſtipulator voluit, & rem,
& pœnam, ergo ad intereſſe trahi ſtipulatio non de-
bebit. Quoniam ſi ad id trahitur, conſequi vtrunque
non poterit, per ea quæ ſcripta inicio quæſtionis huius
ſunt circa tertium effectum, quid differat, vtrum inte-
reſſe taxandi, an contemptus puniendi cauſa, interpo-
ſita pœna dicatur.

83 Limitatur quinto, ne locum in re † habeat, in qua
verſari intereſſe non poteſt. In ea enim nomine eius,
quod intereſt, adiecta intelligi pœna non poteſt. Quo
circa pœnam exigere non ideo minus ſtipulator pote-
rit, quod ſua non interſit. Ad quem caſum tex. perti-
net in d. l. ſtipulatio iſta. §. alteri infra eodem. Caſum
hunc ſentire Soci. hic iun. videtur num. 24. Expreſſius
Caſtrenſ. in d. conſi. 95. nu. 4. & quidem ratione inui-
cta limitatio hæc nititur, quod ad eum caſum referri di-
ſpoſitionem oportet, ad quem congruere poteſt, non
etiam ad impoſſibilem. l. gallus. §. 1. ibi, vt eo caſu va-
leat, qui ex verbis concipi poteſt. ff. de liber. & poſthu.
l. ſi quis ita. ff. de condi. inſtitutio. l. hæredibus. §. ſi. ff. ad
trebellian. l. ſtipulatio iſta. §. hi qui. 2. infra eo. l. lucius.
§. pen. infra ad municip. Itaq; ſi ad id, quod intereſt,
referri pęna non poteſt, non poterit contemptus no-
mine interpoſita non cenſeri, vt eo caſu valeat, qui ex
verbis concipi poteſt,

Sed obſeruandum circa tex. in d. §. alteri, quo limi-
tatio hæc nititur. Nāq; ad obligationem dandi apud
Ripam hic reſtringitur nu. 8. in ſi. In qua locum tan-
tummodo habere limitatio poteſt, vt ad contemptū,
84 non ad id quod intereſt, pęna referatur. Id quia † in lo
cum eius, quod intereſt, dandi obligatio non ſuccedit, cū
præciſa dandi obligatio ſit, neque intereſſe præſtatio
promiſſorem liberet. l. ſi ita diſtrahatur. ff. de contra.
emp. l. mortuo boue. §. labeo. ff. de lega. 2. l. ſi ſeruum.
§. ſi. & l. vbi autem non apparet. §. ſi. infra eo. Cauſa
alia obligationis facti erit ſecundum Ripam. In qua
ſicut loco eius, quod intereſt, poſt moram obligatio ipſa
ſuccedit. l. ſtipulationes nō diuiduntur ver. celſus. j. eo.
Ita pęna ſtipulationi facti adiecta, ſi factū id non erit,
vice eius, quod intereſt, ſuccedet, atq; ideo ob contem-
ptum coercendum adiecta non intelligetur. Iſta eſt
Ripæ mens in reſtrictione ſua.

Sed enim hallucinatum in reſtrictione hac Ripam
puto, & cui expreſſim tex. reſiſtit in d. l. ſtipulatio iſta. §.
ſi ſtipuler, & §. ſeq. Ibiq; gl. in ver. fieri. Ex quibus §§.
apparet, diſcrimen vllum non eſſe, vtrum ad dationē,
an ad factum ſtipulatio ſpectet, quæ ad vtilitatem alte
rius ſit, neutro enim caſu vigorem ſtipulatio habet, ſi
ſtipulantis non interſit. Quocirca ſi pœna adiecta ſti-
pulationi facti ſit, in quo ſtipulatoris i. ō interſi, vt alij
fiat, intereſſe taxandi cauſa, quod non eſt, adiecta dici pę-
na non poterit. Quomodo .n. taxari intereſſe poterit,
quod non eſt. l. 2. ff. de vſufr. l. eius qui vel ſi. quas vero. ff. ſi
cer. pet. Conſequenter his dicendū, locū limitationi ge
neraliter eſſe in ſpecie d. §. alteri, vt ad cōtemptū pęna
referatř, ſiue ex dādo, ſiue ex faciēdo ſtipulatio cōſiſtat.

Neq; ad rem argumen. Ripæ attinet, ad id, quod
intereſt, in factis obligationem ſuccedere, atque ideo
intereſſe taxādi cauſa adiectam penam intelligi. Quo-
niam locum argumentū eo caſu habet, quo intereſſe
verſatur, aut cadit. l. cū ipſi ſibi fieri quiſpiā ſtipulatur.
Ceterum vbi alij, aut extraneo fieri quis ſtipulatur, &
ex ea

Digitized by Google

ex ea ſtipulatione commodi aſſequi quicquam non poteſt, ſicut irrita atque inutilis ſtipulatio ideo eſt, quia ſtipulatoris non interſit, ita ad id, quod intereſt, ſuccedere obligatio non poterit. Conſequenter ſi pœna adiecta ſtipulationi huiuſmodi ſit, loco eius, quod intereſt, dici adiecta non poterit, cum intereſſe non cadat. Atq; ideo ad contemptum neceſſario referenda pœna ita erit. Quod cùm ita ſit, par dationis atq; facti in limitatione hac erit.

Limitationem tamen alteram, & ipſam veram atque vtilem tex. accipit in d. §. alteri. In qua debita pœna co[n]temptus ratione non eſt, quamuis intereſſe nõ cadat, & erit ſublimitatio limitationis huius quintæ, videlicet, vt locum non habeat, quotiens directo is non contemnitur, aut offenditur, ad quem negocium principaliter ſpectat, at per indirectum, quia pœna ei promiſſa non ſit. Ibi enim locus pœnæ non eſt, ſi eius non interſit, cui promiſſio facta pœnæ ſit, poſtquam contemni, aut offendi non dicitur, verbi gratia compromiſſum à fideiuſſore de re ſit, in qua fidem ſuam pro alio accommodauit. Conuentumque eſt arbitri ſententiæ ſub pœna pareri, vetuit arbiter. à fideiuſſore peti. ſi à reo principali petitur, locus pœnæ non erit. Id quia fideiuſſor non offenditur, aut contemnitur, cum quo factum compromiſſum eſt, ob id ratione contemptus committi pœna non poteſt, & quamuis reus principalis contemnatur, attamen contemni directo non dicitur, cum nihil quicquam geſtum cum eo ſit, quod ad compromiſſum attinet, ſic per indirectum offenſio ſit, fideiuſſore omiſſo. Eque ratione intereſſe committi pœna conuentionalis, ſeu compromiſſa non poteſt. Quoniam fideiuſſoris nõ intereſt, ſi à reo, aut debitore principali petitur, cum repeti à fideiuſſore quicquam nequeat. Sublimitatio hæc ex text. deſumitur in l. aduerſus. ff. de arbitr. quem tex. ad hoc Caſtrenſ. profert in d. conſi. 95. numero 4. lib. 1.

85 Limitatur ſexto, ne † iuramento interpoſito locum habeat. Ibi enim pœnam exigere conuentionalem licet, quamuis non interſit, vt Parpal. ſcribit in l. ſi quis maior numero 72. C. de tranſactio. ex Roman. in conſil. 510. numero 12. circa fin. vbi ratione fortiori Roman. id probat. Namque ſi exigi pœna poteſt hominis contempti cauſa d. l. ſtipulatio iſta. §. alteri infra eodem. l. cum pœna, & l. ſi quis rem. ff. de arbitr. Longè magis vbi maieſtas diuina negligitur. l. Manicheos. C. de hæreti. c. vergentis eo. tit.

Vera limitatio hæc non videtur. Quoniam vbi loco eius, quod intereſt, adiecta pœna creditur, augeri obligatio ob iuramentum non debet, vt ad pœnam meram pertineat, & quæ debita intereſſe etiam remoto dicitur. Ea enim iuramento virtus eſt, vt actum confirmet, robur q; ei adijciat, non etiam, vt ampliorem præſtet. Atque ideo conditiones, limitationes, atque interpretationes omnes recipit, quæcunque in actu inſunt, ſuper quo interpoſitum eſt. l. ſi. ff. qui ſat. cogan. l. fina. in princip. infra ad municip. l. fin. C. de non numerata pecunia. Oldrad. in conſil. 238. cum mulier, & in conſilio 278. licet quantum ad clauſtrales verſicu. venio ad tertiam quæſtionem Bartol. in l. titia. §. imperator in fi. ff. de lega. 2. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum numero 31. ff. pro ſocio. Bellamera. in conſil. 24. colum. 3. in princip. Curti. ſenior in conſilio 1. numero 8. & in conſi. 3. numero 2. quod Vincen. à Paliotis conſil. eſt, Deci. in l. ſi conuenerit nu. 7. ff. de iuriſd. om. iud. Itaq; ſi natura pœnæ conuentionalis fert, vt loco eius, quod intereſt, ſuccedat, alterari naturam hunc propter iuramentum non conuenit, vt intereſſe etiam remoto, debeatur.

Neq; ad rem attinet, diuinam maieſtatem iuramento non obſeruato lædi. Quia ob contemptum hunc interpoſita pœna non eſt, verum ob intereſſe cauſam vt eius probandi onus ſtipulator non ſubiret, ob id vltra quam natura pœnæ, & partium conſenſus fert, virtutem extendi iuramenti non decet.

Notabile ſecundum Socin. ad gloſ. expoſitionem pertinet in verſicu. certæ pecuniæ. Per quam expoſitionem id ex text. percipitur, locum ei non modo cum in pecunia numerata, verum etiam in ſpecie, aut corpore aliquo pœnæ promiſſio ſit. Cæterum quo planior gloſ. expoſitio, & ratio ita exponendi fiat. Oppoſitione in textum vtendum, & opponendo gloſ.
86 mens declaranda. Pecuniæ enim † vocabulum ad numeratam proprie, & ſtrictim refertur. l. 1. in princip. iuncta. l. ſed Iulianus. § mutui. ff. ad macedon. ex quibus legib. ſimul coniunctis hoc Bartol. præcipit in l. talis ſcriptura in princip. ff. de lega. 1. Idem ex text. oſtenditur in l. 1. C. de probatio. in §. item precium inſtitu. de emptio. & vendi. tradit Roman. ſingul. 207. tu habes gloſam, Corne. in conſil. 229. columna. 2. in fin. lib. 4. Ruin. in conſilio 74. numero 8. lib. 4. & in conſilio 8. numero 10. lib. 5. Itaq; cum de pœna pecuniæ certæ text. meminit, excluſa pœna videtur, quæ in ſpecie ſit. l. cum prætor. ff. de iudi. l. in fideicommiſſi. §. cum pollidius. ff. de vſuris. l. ex eodem ff. de teſtibus. l. cum ita ff. de conditio. & demonſtratio. l. eum qui ita. §. qui ita infra eodem cap. nonne de præſumptio. At enim iuri rationivè conſentanea excluſio hæc non videtur, vt diuerſum pœnæ in pecunia, atque in ſpecie ius ſit, cum ratio vlla diuerſitatis non vertatur l. 3. §. 1. ibi, nec ratio diuerſitatis reddi poteſt. ff. de iniuſto teſtamen. Quid enim refert, ex ſpecie, an ex pecunia pœna conſiſtat. Ad argumentum hoc gloſ. animaduertens, timoreque eius impulſa verba text. ita exponit; certæ pecuniæ. Ideſt pœna certa. Cui expoſitioni vulgo à Doct. ſubſcribi Socin. hic ait. Conſequenter expoſitioni huic dicendum, nihil intereſſe, ex pecunia, an ſpecie pœnæ promiſſio fiat.

Si dixeris, momenti nullius per expoſitionem hanc pecuniæ verbum fieri, contra text. in l. 3. §. 1. ff. de iureiuran. l. hanc legem. ff. de contrahen. emptio. l. ſi quando in princip. ff. de legat. 1. Neque verbum vllum quamlibet minimum iners manere conuenit gl. in cap. ſolitæ in verſicu. tamquam de maiori. & obedien. Bal. in rubric. C. de contrahen. emptio. quæſtio. 9. & alia apud nos relata in conſilio 297. numero 4. Reſpondetur, ab effectu vacuum verbum hoc pecuniæ non intelligi. Quoniam large in expoſitione hac accipitur, vt ſpeciem etiam appræhendat iuxta text. in l. litigatores. §. 2. ff. de arbitr. & in l. pecuniæ verbum infra de verborum ſignificatione. Immo enim effectum maiorem ad modum hunc producet, quam ſi ſtrictim ad pecuniam numeratam ſolummodo applicatur. Neque nouum ideſt, improprie verba, & large accipi ne inania iaceant. l. hæredes. §. fin. ff. ad trebellian. cum alijs apud nos collectis in conſilio 20. numero 9. in conſilio 105. numero 7. in conſilio 118. numero 19. in conſilio 135. num. 24. in conſilio 201. num. 13. in conſi. 172. numero 7. Vbetius in conſi. 297. num. 4.

In expoſitione hac Socin. non acquieſcit, vtpotè ex qua offenſio verbi pecuniæ ſequitur. Atque vltra verbi læſionem, propriè, & ſtrictim pecuniæ verbum ad tex. ipſum melius accommodari, ratione non incolorata Socin. argumentatur, quod propriè, & ſtrictim in pecunia numerata text. intelligendo, ad partes eius omnes pœna conueniet. Ideſt ad ſtipulationes tam diuiduas, quam indiuiduas, de quibus omnibus textus loquitur. Quod ſecus erit, ſi large pecuniam accipimus, vt ſpeciem etiam appræhendat. Quo caſu ad ſtipulationes accommodari diuiduas

Digitized by Google

non poterit. Quod vt magis clareat, monendi ſumus.
87 Quod expreſſum in tex,† noſtro eſt, ſtipulationem facti indiuidui contra hæredes promiſſoris niſi in portiones hæreditarias ex oſtenſione vnius quantum ad pœnam non committi. Locum tum deniq; habere, ſi diuidua pœna eſt, veluti quæ in pecunia, aut quantitate alia ponderis, numeri, aut menſuræ cōſiſtit. Ratio alia eſt, cum ex ſpecie pœna conſtat ſticho puta, aut ęquo. Hæc enim pœna inſolidum contra hæredes omnes, non ex portionibus hęreditarijs, vno oſtendēte committitur. Atq; ideo indiuidua ſtipulatio ęque à pœna, atq; facto ipſo principali æſtimatur, vt Bartol. hic docet. quæſtio. Angel de Perigl. num. 43. Bal. nouella. num. 14. Galiau. num. 49. Hormanno. num. 413. Alcia. num. 175. Ita indiuiduitas maior in ſtipulationibus indiuiduis, cum & pœna ipſa indiuidua eſt in ſpecie conſtituta, conſequenter, quod ad ſtipulationes indiuiduas attinet. Dubitandum non eſt, quin ad eas pœna adaptetur, quæ promiſſa in ſpecie ſit. In eo tamen adaptatio non cadit, quod de pœna in hæreditarias diuidenda expreſſum in tex. eſt. Diuiſionem hanc ſpecie non admittente.

Quod ſi ſtipulationes diuiduas obſeruamus amplius non agi, rem ratam haberi, de quibus etiam tex. meminit, ad eas competere pœna non poterit, quæ in ſpecie ſit. Atq; ideo ad omnes tex. huius partes gl. expoſitio non accommodabitur. Idque ita demonſtratur, ſtipulationis diuiduæ natura ea eſt, vt diuiduitatem non modo à pœna, ſed & à facto principali admittat. Quam ob cauſam nonniſi hæres obligatur, qui contra defuncti promiſſionem venit. Alij plane qui ratum habent, & à quibus actum amplius non eſt, omnino non tenentur, vt hoc text. Enimuero Locus iuri eſſe huic non poterit, ſi indiuiduam pœnam facimus, veluti cum ex ſpecie pendet. Quæ enim indiuidua pœna eſt, non contra hæredes omnes committi inſolidum non poteſt, ſic quomodo mox teſtatum ex Bartol. hic, & alijs habemus in 1. quæſtio. Neque diuidua quantum ad pœnam tum dici ſtipulatio poteſt. Cęterum ſi glo. expoſitionem non repudiamus, & generaliter, aut large pecuniam hic pro ſpecie etiam accipimus, indiuiduam quantum ad pœnam ſtipulationem facimus. Atque ideo ad eam applicari text. noſter non poterit, vt niſi ab eo non committatur neque debeatur, à quo offenſum in ſtipulationem ſit. Immo enim contra omnes hæredes, & quidem inſolidum ex offenſione vnius non committi pęna non poterit.

Sed obiecturus hic aliquis erit, tu dicis indiuiduam quantum ad pœnam ſtipulationem fieri, vbicunque in ſpecie promiſſio facta pœnæ eſt. At enim præſuppoſito falſo interis, cum diuidua in ſpecie etiam pœna videatur, vt ex parte offendentis ſpeciem ipſam pœnæ nomine promiſſam pro indiuiſo ſaltem ſtipulator habeat. Ita & à facto principali, & à pœna diuiduitatem ſtipulatio habebit. Reſpondetur, indiuiduitatem in ſpecie hac aliter animaduerti. Ideſt, ꝙ in rebus diuerſis ſolutionem accipere ſtipulator compellitur. Quam indiuiduitatem text. obſeruat in l. in executione. §. pro parte infra eodem. Diuerſitatem plane ſolutionis Socin. demonſtrat. Quoniam pro parte hæredis offendentis hoc eſt amplius petentis, & ratum non habentis, loco eius, quod petit, & euincit, pœnam in ſpecie ſtipulator conſequitur. Ex parte vero cohæredum, qui promiſſioni defuncti parent, & qui in ſtipulatione diuidua factum alterius non pręſtant, rem ipſam principalem hoc eſt pecuniam ſtipulator habebit, quam à ſe petitum amplius non iri defunctus promiſit. Indiuiduitate igitur ob ſolutionum diuerſitatem admiſſa, ad ſtipulationes diuiduas competere text. noſtri deciſio ſecundum gloſ. expoſitionem non poterit, vt nonniſi hæres teneatur, à quo pe catum ſit. Immo enim, & alios obligari neceſſe erit, diuiduitatem pœna non recipiente.

Quod ſi proprie, & ſtrictim pecuniam accipimus, & ſpeciem ab ea amouemus, ad partes, & ſtipulationes omnes, de quibus in tex. tam diuiduas quam indiuiduas pœna hęc quadrabit. Quandoquidem indiuiduitatis ratio ſilet, quæ a varietate ſolutionis pendet, vt in rebus varijs ſolutio fiat.

Si dixeris, in pecunia etiam numerata text. interpretando indiuiduitatem hanc contingere, quæ ex rerum diuerſarum ſolutione ſpectatur. Quid enim ſi fundum, aut ſpeciem quam aliam amplius ſe non petiturum defunctus promiſit. Qui euictus ex parte hæredis vnius ſit. An non loco partis euictè pœnam in pecunia numerata ex portione hæredis offendentis, & quo ad cohæredes alios non contrauenientes, reliquas fundi partes habebit. Reſpondetur, verum id eſſe, vbi ex ſpecie res ipſa conſtat, ſuper qua ſtipulatio interpoſita amplius non agi, aut rem ratam haberi eſt. Cæterum ad eum caſum neceſſario textum noſtrum reſtringendum, quo ſuper pecunia numerata ſubiecta ſtipulatio diuidua eſt, vt ex Barto. mox Socin. probat.

Secundo indiuiduitatem hunc pœnæ, quæ de ſpecie aliqua interpoſita in ſtipulatione diuidua ſit, ex Bartol. Socin. confirmat in l. ſtipulationes non diuiduntur in tertia quæſt. infra eodem, vbi indiuiduam ſtipulationem amplius non agi. exiſtimat, vbicunque ob ſpeciem aliquam, quæ apud ſtipulatorem erat, amplius ſe non acturum quiſpiam promittit. Idque ratione illa, ne diſformitas aut varietas in ſolutionibus admittatur. Hoc eſt ſpeciem ex partibus non contrauenientium, pecuniam pœnæ nomine, & loco partis euictè, ex portione hæredis offendentis ſtipulator conſequatur. Ratio eadem eſt, cum ex pecunia numerata res principalis, in ſpecie pœna conſiſtit. Diſformitas quippè vtrubiq; ſolutionum vertitur. Meditandam tamen inſpectionem hanc ypotè nouam Soci. relinquit.

Nonnulla in dictis Socin. circa nota. ſecundum vi-
88 denda. Primum, pecuniæ † vocabulum ad numeratam ex proprio ſtrictovè ſignificatu referri. Bartol. authore in d. l. talis ſcriptura. Sed enim quod ad ius commune attinet, lata dictionis huius ſignificatio videtur, vt res, ſeu bona omnia complectatur d. l. litigatores. §. 2. ff. de arbitr. d. l. talis ſcriptura in princip. l. nam quod §. fina. ff. ad trebellian. d. l. pecuniæ verbum infra de verbor. ſignificatio. l. 2. circa fin, C. de conſtit. pecu. Rationem ſignificationis huius latæ Imola hic affert colum. 2. poſt princip. Quoniam ad pecuniam reduci omnia poſſunt. l. quiſquis. ff. de lega. 3. l. ſi ita fideiuſſorem accepero infra de fideiuſſor cap. totum 1. quæſtio. 3. Quid ita igitur latam pecuniæ ſignificationem ad numeratam perſtringimus.
89 Immo enim † late accipi verba oportet, quibus lata ſignificatio eſt, quatenus ſignificatio ipſa patitur. l. cum lege. Ibique Aretin. circa princip. de teſtamen. l. gallus. §. 1. Ibi qui ex verbis concipi poteſt. ff. de liber. & poſthum. l. qui lancem. ff. de auro, & argen. lega. l. alienatum. §. 1. infra de verborum ſignificatio. l. quotiens idem ſermo infra de regul. iuris. Quos duos text. in ſententiam hanc Anchar. vocat in conſ. 187. apud me nu. 2. & ſi generis loco pecunia habetur, & res omnes quaſi ſpecies cōprehendit, propria hæc comprahenſio citra omnem extenſionē dicitur. l. quę conditio. Ibiq; Soc ff. de cōd. & dem. l. ſēper in generalibus infra de regul. iuris. Bartol. in rubri. ff. ſolu. matrimo. 12. Crot. num. 64. Niconitius num. 162. Conſequenter his dicendum, non rectè de ſignificatione vocabuli pecunia. Socinum cenſere, cum niſi pecuniam numeratam ex ſignificatu proprio, & ſtricto ce-

dere

dere ei ſcribit. Immo enim improprie vocabulum ipſum generale intelligere Socin. ipſe videtur, cum illud reſtringit. Contrariam quippè ſermoni literario, aut verbis interpretationem reſtrictiuam Bald. ait in conſilio 371. in volumine numero 1. circa fin. lib. 5. gl. huc vltra Bald. accedit in l. non dubium in glo. 2. C. de legib. quæ immutari ſignificationem ait, vbicunq; quod poſitum generaliter verbum eſt, reſtringitur.

90 Solutio. Triplex † pecuniæ ſignificatio à iure tributa communi legitur. Larga ſtricta, & ſtrictior. Larga, vt rem omnem complectatur, vt in legib. mox ante relatis, ſtricta, qua res omnes denotat, quæcunque pondere, numero, menſuravè conſtant, ſtrictior ad pecuniam numeratam reſtringitur. Significatio hæc triplex apud gloſ. percipitur in d. l. ſed Iulianus. §. mutui in verſicu. mutuam. ff. ad macedonia. & in l. 2. in gloſ. penult. C. de conſtitu. pecu. Bartol. in d. l. talis ſcriptura.

Vſu planè communi dicendi perſpecto, ad numeratam pecuniæ vocabulum coarctatur, Bartol. in d. l. talis ſcriptura. Conſequens vſui huic loquendi fit, ſignificationi latæ pecuniæ derogatum, per vſum loquendi communem eſſe. Inde conſequentia altera neceſſario emanat, quibus caſibus, aut legibus largè pecuniæ verbum expreſſum inuenitur, locum id hodie ex communi loquendi vſu non habere. Atque per vſum ipſum loquendi leges abrogatas ipſas intelligi. Idque nominatim circa d. l. talis ſcriptura, Bartol. ibi docet. Iaſ. num. 20.

Conſequentia tertia ex his deſcendit, tempeſtate iuriſconſultorum communem hunc loquendi vſum pecuniæ reſtrictiuum non fuiſſe. Quod à vaticinij ſuſpitione non abeſt.

Sed obſeruandum, tametſi vigori vocabuli huius detractum, per vſum loquendi communem ſit. Attamen non ita omninò leges abolitas dicendum, quibus ad res alias, quam pecuniam numeratam dictio hæc trahitur. Quoniam, & ſi maximè ex vi id compræhenſiua, aut ex ſignificantia verbi non fit, per extenſionem tamen atq; rationem eundem permiſſum id exiſtimandum, vt in ſpecie d. l. quiſquis. ff. de lega. 3. & in alijs apud glo. ibi relatis, & eiuſmodi occurrere non pauca poſſunt.

Conſequentia quarta ſubiungitur. fruſtra pro ſingulari apud Homa. traditum. d. ſingul. 207. tu habes gloſ. in materia ſtricta ad pecuniam numeratam vocabulum eius perſtringendum, id quod ſcriptum, & apud Ruinum legitur in d. conſil. 74. num. 8. lib. 4. & in d. conſi. 8. num. 10. lib. 5. etenim ſignificatum non pluſquam vnum, & ipſum ſtrictum per communem loquendi vſum pecunia habet, præcipui quicquam in materia ſtricta magis quam in vocabulis alijs circa pecuniam non erit. Commune enim æque pecunię atq; dictionum aliarum ius illud vulgatum erit, a propria diſcedendum ſignificatione non eſſe.

Secundo contra Socin. obſeruandum. Namque vſu etiam communi dicendi remoto, & triplici pecuniæ ſignificatu perſpecto, largo, ſtricto, & ſtrictiore. Non rectè ad ſignificantiam ſtrictiorem hoc eſt ad pecuniam numeratam reſtrictionem à Soci. fieri. Quoniam niſi in materia ſtricta odioſavè locum reſtrictio non habet, veluti cum tertij ius læditur, vt apud Bart. in d. l. talis ſcriptura. Roman. d. ſing. 207. Ruin. in d. conſilio 74. & conſil. 8. At enim odium, aut præiudicium alienum hic non vertitur, verum ipſorum contrahentium, & à voluntate eorum contractum. A quorum arbitrio pendet, quam velint pœnam imponere in ſpecie, aut in pecunia numerata. Itaque ſi pœnam in ſpecie contrahentes adijciunt, damni quicquam cauſari non poſſunt, iuxta illud, fraudem iniuriamque volenti non fieri. l. quamuis. ff. de in ius vocan. l. ſi rem. §. omnis in fin. Ibique gloſ. in verſic. deceptus. ff. de pignor. actio. l. 1. in fin. de actio. empti. l. non videtur fraudare infra de regul. iuris, & alia eiuſmodi.

Si dixeris, ratione præiudicij, aut odij reſtrictionem hanc dictionis pecuniæ à Socin. non fieri, verum quod ad ſtipulationes diuiduas, alias pœna competere in ſpecie nequit, cum indiuidua tunc ſtipulatio quantum ad pœnam indiuiduam neceſſario appareat, ne ex rebus diuerſis ſolutio contingat, infirmus argumentum hoc diluitur.

Tertio ſignificatu etiam pecuniæ ſtrictiore per vſum dicendi vulgarem admiſſo, locus Socin. inſpectioni nihilomagis videtur, vt ſtrictius ad pecuniam numeratam in ſpecie odioſa relatio fiat. Quoniam ad rem dubiam id pertinet, cum pecuniæ mentio in re dubia fit, vt quam minimum poſſit, odium admittatur. l. cum quidam. ff. de liber. & poſthum. l. arrianus ſupra titu. 1. l. quicquid aſtringendæ infra eodem regul. odia lib. 6. Cauſa alia eſt, cum in ſpecie nominatim pœna exprimitur. Quo caſu nihil eſt, quod in re clara à verbis diſcedamus l. 1. §. ſi is qui nauem. ff. de exercitor. l. ille, aut ille. §. cum in verbis. l. non aliter ff. de lega. 3. l. continuus. §. cum ita infra eo.

Si dixeris, Socinum id non latuiſſe, neque eam ei mentem eſſe, vt pœnam in ſpecie improbet. Cęterum diuiduam tunc in pœna ſtipulationem non intelligi, ne in rebus diuerſis ſolutio admittatur, atq; ideo ad ſtipulationes diuiduas pœnam hanc in ſpecie, non accomodari. Reſpondetur, diuiduam non ob id minus ſtipulationem æſtimari, quemadmodum mox paulo demonſtrabimus.

Quarto monendi ſumus, cum reſtrictione vna in pœna ſe vti Socin. credit, quam ad pecuniam numeratam perſtringit, reſtrictionem duplicem à ratione eius neceſſario ſequi, ideſt vt & in pecunia numerata res ipſa principalis conſiſtat, ſuper qua ſtipulatio interpoſita diuidua eſt amplius non agi, aut rem ratum haberi. Idq;, & Socin. ipſe non diffitetur, cum Bartol. nominat in d. l. ſtipulationes non diuiduntur in 3. quæſtio. eadem quippe indiuiduitatis ratio vtrubique vertitur, quæ à difformitate ſolutionis pendet. Enimuero gemina hæc, reſtrictio in tex. hoc non videtur, vt locum in ſtipulationibus diuiduis non aliter habeat, niſi ſi ex pecunia vtrunq; conſiſtat, & principale, & acceſſorium, quod in pœna eſt. Cum ſimplex quidem reſtrictio ſoleat. l. 3. in fi. ff. de offi. præſid. l. de pretio. ff. de publicia.

Quinto opinione hac, & ratione Socin. admiſſa, ad pœnam in ſpecie, ob id trahendum tex. non eſſe, quod ad ſtipulationes diuiduas non applicabitur. Cōſequēs fit, nec ad indiuiduas pœnam hanc in ſpecie, ad modū in textu commemoratū accommodari, hoc eſt vt ſi in partes hæreditarias hæredum, commiſſio pœnæ non fiat. Immo enim inſolidum aduerſus omnes, & quidem diſtributiue pœna ipſa committenda neceſſario erit, quæ diuiſionem in portiones hæreditarias non patitur. Quod cum ita ſit, reſtrictioni duplici circa ſtipulationes diuiduas à Socin. introductæ tertia etiam ad indiuiduas, & circa commiſſionem pęnæ in partes hęreditarias, accedet, vt ad pecuniam numeratam, & in ſtipulationibus indiuiduis circa partes hæreditarias reſtrictio fiat.

91 Proinde inſpectionem † hanc Soci. in ſtipulationibus diuiduis probandam omnino non arbitror. Atque ideo generaliter textum accipiendum, in pecunia numerata, vel in ſpecie pœna conſiſtat. Neque Socin. argumentum, aut ratio mouet, fieri non

poſſe, vt diuidua ſtipulatio quantum ad pęnam æſti-
metur, quæ indiuidua ſit. Quoniam, & ſi indiui-
dua ſpecies, per naturam ſit, diuiduitatem tamen à le
ge, per quotas, aut portiones indiuiſas recipit. & quam
uis indiuidua per legem etiam ſpecies eſtimetur. atta-
men ex mente id contrahentium ſit, quod veriſimile
non ſit, id contrahentes, ſenſiſſe, vt in rebus diuerſis ſo
lutio fieret. Ad quem modum aliud pro alio credito-
ri inuito ſolueretur. ſiquidem loco partis in re vna per
hæredem offendentem euictè pęnam in re accipere
alia cogitur. Quod iuri nõ congrit l. 2. §. 1. ff. ſi cer. pet.
at enim indiuiduitatis huius q̃ a cauſa prænarrata exi-
ſtit, rationem haberi non oportet. vtpote quæ ſtipula
toris ipſius culpa contingit. Cui liberum fuit, incom-
modo, & abſurdo huic ſolutionis ex rebus diuerſis ad
mittendæ, ſe eripere hęredem amplius petentem, & ra
tam defuncti promiſſionem non habentem, per exce
ptionem ſubmouendo, aduerſus defuncti promiſſio-
nem venire tibi non licet. Immo enim ratam eam
habere neceſſe habes, cum perſonam eius ſuſtineas l.
filiusfamilias §. cum patet. ibiq; gloſ. in ver. exhæreda
tos ff. de lega. 1. l. ſi tertius in fi. ſupra de aqua plu. ar. l. 1.
in prin. ſupra de exeptio. rei iudi. l. ex qua perſona infra
de regul. iuris l. pen. C. de reſti. mili. l. cum à matre C.
de rei vendica. l. venditrici C. de rebus alie. non alie. &
alia non pauca. in culpa igitur ſtipulator fuit, ſi contra
hæredem promiſſoris exceptione vſus memorata nõ
eſt, atq; ita excipiendo à iuditio eum non depulit. Cul
92 pæ † quippe reus dicitur, qui eum incommodum cui
ſubtrahære ſe poſſet id non fecit l. ſed, & ſi per præto-
rem §. hæc clauſula ff. ex quibus cau. maior. l. qnibus
diebus in prin. ibq; Soci. in tertio nota. ff. de condi. &
demon. l. qui poteſt facere ibiq; poſteriores. infra de
regul. iuris c. fi. de electio. c. 2. Ibiq; Deci. in quarto
nota. de teſtibus. c. vni de cuſto. euchari. c. cum ſit ro-
mana de appella, & alia apud nos comparata in re-
ſpon. pro genero num. 89. Hoc amplius, incommo-
dum hoc ſolutionis diſſormis ipſe ſibi conciliaſſe ſti-
pulator intelligitur, culpa cuius euenit, exceptione ab
eo non oppoſita. volens enim pati dicitur, à quo remo
ta neceſſitas non eſt, quam remouere licebat l. ſi fide-
iuſſor §. 1. ibi ipſe ſibi neceſſitatem ſatiſdationis impo-
ſuit ff qui ſat cog. l. ſi mulier in prin. ibi quia hunc ſibi
metum ipſa infert ff. quod metus cau. & alia in d. re-
ſponſo collata num. 44 Culpa igitur in ſtipulatore ad-
miſſa, qui neglectui defenſionem ſuam habuit, neq; à
iudicio petentem excluſit, fruſtra indiuiduitatem inde
cauſatur, quod in rebus diuerſis accipere ſolutionem
cogitur. reg damnum lib. 6. & alia in reſponſo prædi
cto accumulata num. 87. ſed, & in re eadem ſolutio-
nem detrectaſſe ſtipulator eſtimatur, culpa cuius fa-
ctum eſt, quominus in re eadem ſolutionem habe-
ret l. 1. ibiq; gloſ. in verſi. pacto C. de natural. lib. &
alia in d. reſpon. adſcripta num. 90. atq; in ſpecie, ita
argumentum hoc indiuiduitatis à Soci. animaduer-
ſum. per Doc. hic euertitur, Bologni. num. 41. Ruin.
num 19. Galiau. num. 22. Ripani num. 9. in fi. Alcia.
num. 39. in ſexto nota. Sed, & à Socino ipſo argum.
ſuum ita hic diſſoluitur num. 10. circa fi. verſi Quam
opinionem limitat hic Ang. Conſequenter his dicen-
dum, ad rem non attinere diuiduitatem an non per
naturam res admittat, quatenus ſtipulatoris vitio in
comodum omne accidit. vbertus tamen de indiuidui
tate circa ſpecies inferius diſſeremus.

Conſequens item prædictis ſit, vt qua ratione Soci.
inſpectio damnatur, ita, & Bar. opinio infirmetur in
d. l. ſtipulationes non diuiduntur in tertia quæſtio.
Eandem enim rationis notam, & Bartol. dictum pa-
titur. ſiquidem non minus culpæ, & vitij in ſpecie
Bartol. atque Socin. ſtipulator, tenetur, qui reme-
dio, & beneficio iuris vſus excipiendo non eſt. Hicq;
videndum, quod de ſpecie indiuidua Bartol. & Soci.
ſcribunt, ad quantitatem etiam diuiduam grani, vini,
olei. l. pertinere, ſi vera eorum opinio ſit. Rationem
enim eandem ſolutionis diſſormis in quantitate atq;
in ſpecie verſari clarum eſt, ſi principale in grano, vi-
no. l. & in pecunia numerata pęna ſit, viceq; contraria
ita reſtrictionem non ferendam Bartol. Sociq; opi-
nio habet.

Conſequenter his dicendum, generaliter, aut large
in tex. hoc pecuniæ verbum intelligendum atque vbi
ad pecuniam numeratam ſignificatu eius ſtrictior,
ſpectaret, ad res alias tamen ob rationem eandem
tex. ipſum producendum l. illud ff. ad l. aquil. Atque
ideo non ideo minus diuiduas ſtipulationes in odium
ſtipulatoris indiligentis, aut exceptionem non oppo-
nentis intelligi, quod indiuidua pęna ſit. Eoq; nomine
cohæredes innocuos ob contrauentionem vnius om
nino non teneri.

Illud tamen prætereũdum non ſenſui, quod circa
expoſitionem glo. Soci. ait, à Docto. ei ſubſcribi. Id
quod, Ripa hic teſtatur num. 9. Namque de Bartol.
hic non meminerunt quæſtio. 1. vbi non ita genera-
liter verbum pecuniæ interpręta tur, verum ad ea re-
ſtringit, quæ diuidua ſunt. ita Gloſæ contrarius Bar.
videtur, qui in ſpecie pœnam non admittit. Quare
aliter atque expreſſius res hæc declaranda, vt inter ſti-
pulationes diuiduas, & indiuiduas differat. ſiquidem
diuiduæ ſunt, locum habeant, quæ ſcripta ante ſunt.
Hoc eſt ad rem nõ attinere, in ſpecie indiuidua, an in
pecunia numerata pęna conſiſtat. idque ob ſtipulato
ris culpam à quo oppoſita exceptio non eſt. ſin autem
indiuidua ſtipulatio occurrit, neceſſariam Bartol. re-
ſtrictionem videri, vt ad rem diuiduam pecunię pęna
hactenus referatur, vt in portiones hæreditarias com
miſſio pęnæ fiat. Locum quippe diuiſio hæc in por-
tiones habere hæreditarias non poteſt, vbicunque ex
ſpecie indiuidua pęna conſiſtit, neque culpæ quic-
quam adſcribi ſtipulatori poteſt. Secundum quæ, mi-
nus ad ſtipulationes indiuiduas quam diuiduas pęna
indiuidua conueniet contra quam viſum Socino ſit.
Quoniam effectum ſuum diuiduitatis propter culpã
ſtipulatoris diuiduæ nõ amittunt quamuis indiuidua
pęna ſit, quod ſecus circa indiuiduas reperitur. vbi in-
diuidua pęna eſt, in ſolidum tum enim non ex portio-
nibus hæreditarijs commiſſio eius fit.

Poſtremo in expoſitione hac gloſ. notandum,
Quam à Docto. agnoſci Soci. Ripaque aſſerunt.
Namque tex. ab ea non tam exponi, quam corrum-
pi videtur. Qui cum de pecunia mentionem faciat,
Pecuniæ tamen verbum de expoſitione ſua gloſ. de-
mit. Pecuniæ certæ pęnæ promiſſa, id eſt, pęna quæ in-
terpretatio recipi an certa ſolet. Eo enim inprimis
93 inuenta † interpretatio eſt, vt dubiam vocabuli ſigni-
ficationem aperiat, non deleat gloſ. a. in l. 1. ff. de ori-
gin. iuris Bartol. in l. omnes populi num. 53. ff. de iu
ſti. & iure ex Bal. id probatur in auften. at qui ſemel
num. 3. C. de probatio. expoſitiuam declarationem
non peremptiuam, aut perimentem eſſe oportere. per
tex. in c. fi. de probatio. Qui ad rem non conducit. Cna
ri tex. debuit in c. cum delecti. Ibi cum excuſationes hu
iuiuſmodi de accuſa. ſolutio. Eo pecuniæ verbum prę
termiſſum à glo. eſt, quo planius fieret, ad pęnam om
nem textum pertinere ex quacunq; re conſiſtat, pecu
nia numerata, quantitate, aut ſpecie imperfecta, tamẽ
vel generalior expoſitio hæc in ſpecie apparet, ſi ad ſti
pulationes eã indiuiduas, & in quo caſu tex. loquitur,
applicamus, vt niſi in portiones hæreditarias commiſ-
ſio pęnæ non fiat. Immo enim in ſolidum eam fieri ne
ceſſe eſt, vbicunq; in ſpecie promiſſa indiuidua ſit, quę

res

Digitized by Google

res in cauſa fuit, quamobrem ad rem diuiduam verbum pecuniæ reſtringendum Bar.crediderit.

Tertium Soci.notabile ad declarationem tex. ſpe-
94 ctat in l. 2. §. fi. ſupra eo. vbi † hærede vno promiſſoris in ſtipulationē indiuiduam committente, qualis ea eſt, per te non fieri, neq; per hæredem tuum, quominus.. cohæredes alios teneri, ſcriptum ſimpliciter eſt. Cæterum declaratio obligationis huis facta non legitur. Quomodo teneantur, inſolidum, an in partes hæreditarias. Proinde ſecundum tex. hunc in ſpecie loquentem, generalitatem declarari tex. oportet in d. §. fi. vt nonniſi ex portionibus hæreditarijs hæredes adſtringantur, à quibus culpa abeſt. ſeu à quibus peccatum quicquam non eſt. Quam declarationem gloſ. etiam expreſſim ibi adſcribit in ver. cohæredes. Declaratio eadem communis, & legum conſimilium eſt. Quibus obligationis modus expreſſus in ſtipulatinibus indiuiduis non legitur. vt in l. inter cohæredes §. quod ex facto ff. famil.her. l.3.in. fi. l. in executione §. ꝙ ſi ſtipulatus hoc eo.titu.

Iuxta nota. hoc ſpecies facti accommodari ad tex. poteſt in l. non eſt nouum in l.ſed & poſteriores ff. de ll. Rurſus ex notabili hoc notabile, & aliud ſequitur. generalem ſcripturam ſecundum aliam declarandā, & reſtringendam, quæ in ſpecie loquitur. ſimiliter, vt tex mox relati, in quibus ex facto vnius hæredes alios obligari expreſſum generaliter eſt, reſtrictionem à tex. hoc patiuntur, vt ad portiones hæreditarias obligatio hæc per ſtringatur. quæ ſententia ex tex. iuuatur in l. 2. §. ſi quid autem C. de veteri iure enucle. in c. cum apoſtolica de his, quæ fiunt à præla. in c. pen. 33. q. 2. Quos tex. in ſententiam hanc Calderi. vocat in conſi. 2. col. 3. circa fi. de dona. inter virum, & vxor.

Ampliatur notabile hoc, vt ad verba etiam vniuerſalia legis vnius pertineat, quæ, & ipſa reſtrictionem à verbis ſpecialibus legis alterius patiuntur gloſ. in c. pen. de autori, & vſu pallij. Quæ dictionem vbicunq; vniuerſalem ad eccleſias prouinciæ archiepiſcopi propter tex. alios reſtringit, qui in ſpecie ita reſtringēdo loquuntur. gloſ. ſimilis in c. 2. in glo. ſ. 1. de ſen. excom. Quæ dictionem quocunq; modo per tex. reſtringit in c. cum illorum eo. titu. tradit Geminia. in conſi. 92. nu. 2. in conſi. 131. ante fi. Alex. in l. 1. nu. 9. in fi. ibiq; Nigri nu. 16. ff. de lega. 1. Iaſ. in l. quodcunq; in prin. nu. 4. inf. eo. Curt. ſen. in cōſ. 49. nu. 43. addo gl. in §. in perſonā in ver. de conſtituta. ibiq; Iaſ. nu. 29 inſti. de actio.

Inde limitatio regulæ percipitur, qui totum dicit, nihil excludit l. Iulianus in prin. ff. de lega. 3. l. fi. ff. de penu. lega. l. ſcribit in prin. ff. de auro, & argento. lega. Excluſa enim ea cenſentur, quæ per ſcripturam aliā excluſa in ſpecie apparent. Limitatio hinc, & altera regulæ alterius deſumitur, falſam in totum diſpoſitionem vniuerſalem eſtimari, quæ falſo ex aliquo inuenitur l. ſi ſeruus §. ſi plurium ff. ſi quis cautio. l. ſi is qui ee. §. vtrum ff. de rebus dub. locum quippe eo caſu nō habet, quo per ſcripturam aliam ſpecialem reſtrictio diſpoſitionis facta vniuerſalis reperitur, falſa tū enim ex toto non dicitur. aliter quippe falſæ regulæ omnes in caſibus exceptionum eſſent. per quas limitatè, & reſtrictè regulæ ipſæ ſunt. ibiq;, & Ripa obſeruat in l. 1. nu. 16. & ſeq. ſupra de interdic.

Ratio notabilis huiuis illa eſt, ꝙ niſi per l. ſpecialem reſtrictio l. generalis, aut vniuerſalis fiat, Correctio, & contrarietas inter. ll. ipſas neceſſario incurrit. Cuius amouendæ cauſa reſtrictionem hanc admitti oportet, vt à lege ſpeciali, quæ generalis, & vniuerſalis eſt, reſtringatur l. inter omnes cum gloſ. ff. qui ſat. cogan. inſti. de dona. in prin. & l. fi. in verſi. omnes effectus. Iunctis vtrubique gloſis C. de donatio. cau. mortis, & alia apud nos collecta in reſponſo pro genero nu. 83.

Notabili huic à Cyno, & alijs quibuſdam reclamari, vt inſolidum, non ex ex portionibus hæreditarijs pęnæ cōmiſſio in ſtipulationibus indiuiduis ex offenſione vnius fiat, ex Imola hic, Socin. refert. & quamuis contradictionis huius rationem vlla Imola non afferat ideſt quam ob rem contra Cyno viſum, & alijs quibuſdam ſit. Textum tamen Socin. profert, vnde in opinionem diuerſam Cyno. forte impelli cum alijs potuerit. in l. hæredes §. an ea verſi. igitur quia ſinguli inſolidum tenentur, & §. ſequent. cui initium eſt in illa ff. famil. hercis. vbi inſolidum pęnam committi expreſſum eſt, ſi inſolidum, ergo non in portiones hæreditarias. De quo tex. inferius etiam Socin. meminit nu. 19. in quarta, & quinta oppoſi Bar.

Ad illos tex. Imolam hic reſpondentem Socin. refert inſolidum verbum ad pœnam, non ad hæredes ſpectare. hoc eſt, pęnæ non hæredum ratione inſolidum verbum in ſtipulatione adiectum, vt in ſolidum pœna committatur, ita vt debita ex toto ſit. At non vt hæredes ſinguli pęnæ ipſi ſolidæ inſolidum adſtringantur. quos niſi ex portionibus hæreditarijs non teneri, textu expreſſum noſtro eſt. Reſponſionem hanc præterquam, quod contradictionis pellendæ cauſa repudiari non poteſt, per tex. etiam memorati rationē de qua in d. §. in illa. ab Imola confirmari Soc. ait, cum inſolidum pęnam committi ideo ait, ne factum vnius alijs noceat. falla quippe ratio eſſet, ſi hæredes, ipſos inſolidum verbum reſpiciat. vt inſolidum contra omnes pęna committatur. Noxium tum enim hæredibus alijs factum vnius erit.

Si dixeris, immo inſolidum contra omnes ex eo committi pęnam videri, quod cautiones indemnitatis vltro citroque præſtandas tex. ait. vt ſi damni quicquam ob offenſione acceptum aliquorum ſit, per quos promiſſioni patitum defuncti non, erit à culpæ reis, farciatur quæ ſuperuacua cautio videtur, ſi onèroſum alijs factum aliorum non ſit. Reſpondetur. ob damnum portionum hæreditariarum cautiones illas mutuum interponi. Damno enim ex portionibus hæreditarijs ſiuæ dubio innoxij afficiuntur. Itaque cum ſpecialis ratio hæc inueniatur, ne factum vnius ad iniuriam alienam recidat, neque ad eum caſum comperat, quo ſolida contra hæredes omnes pęna committitur cum damnoſum tum alijs factum vnius ſit, nouum videri non debet, ex ratione ipſa ſpeciali dictum ipſum legis quamlibet generale reſtringi l. credendum in prin. ff. qui pet. tutor. l. cum pater §. dulciſſimis ff. de lega. 2. & alia, de quibus in corollario reſponſi pro genero nu. 98. vbi, & in ratione tacita ampliatum id habemus. de quo etiā in reſponſo ipſo nu. 416. & duobus ſeq.

Videndum in dictis his Soci. aliud enim non præſtat, quam, quod Imolæ verba nec ex fide ſatis bona recenſet, Cynum enim notabili huic contradicentem ab Imola referri ait. At enim Cynum cum notabili hoc ſentientem alios planè cum notabili hoc pugnātes à Cyno ipſo proferri, Imola hic in nota. 2. aſſerit. ita etiam, & fide meliore Imolam Hormanno. hic refert. num. 78. qui, & Cyno ipſi non Imolæ reſponſionem memoratam à d. §. in illa tribuit. & quidē vbi vera Imolæ lectio inuenta non eſſet, cui fidem feceris, in textum hunc tam perſpicuum Cynum oſtendiſſe, vt inſolidum, non in portiones hæreditarias ex peccato hæredis vnius pœnā committi ſenſerit. Quod idem expreſſum, & in tex. eſt in l. ad ea §. fi. ꝭ de regul. iuris.

Secundò ex fide Imolā Soci. non refert. Cum ratione memorata, ne factū vnius alijs noceat, reſpōſionē iuuari ait quam per Imolam reditam ad text. ait in d. §. in illa. Hunc enim confirmandi modum codex meus apud Imolam non legit. tantum reſponſionem illam affert, inſolidum verbum ad pęnam, non ad hæ

redes

Digitized by Google

redes pertinere. hoc eſt,pœnam , non hæredum obligationem diſtributiue ex verbo illo determinari. atq; ideo inſolidum pœnam ab hæredibus omnibus collectiue tamen,non diſtributiue à ſingulis deberi. vt mirari ſatis nequeam,perperam adeo apud Soci. Imolam nominatum ſed aliud omnino Soci. tunc agere credendum dſt.

Tertiò poſtquam Imolæ accepta confirmatio reſponſionis ferri prorſus nequit , Socini eam fieri neceſſe eſt. At enim errorem non ferendum confirmatio hæc per rationem prædictam habet. Retorcutionemq; eius Soci. patitur. Eo enim niſi ex portionibus hæreditarijs in d.§.in illa hæredes non teneri ait , quod ſi inſolidum tenerentur , falſa ratio tex. eſſet ne perniciale alijs aliorum factum ſit, eamq; ob cauſam cautiones de indemnitate , mutuas interponi. Immo enim quo efficacius , & amplius ex facto aliquorum alijs obliganrur, eo maior ita cauendi neceſſitas l. 2.§. pomponius ff. de carbo. ædic. c. vbi periculum de electio.lib.6.

Si dixeris ineptam ad hunc modum rationem illã videri ne factum vnius damno alijs fiat.perinde quaſi nihil.ſit , ad quod applicari ratio ipſa poſſit. Reſpondetur , ſenſum tex.illius animaduerſum Socinum nõ habuiſſe. ſiquidem ad rationem dicti verba illa non pertinent verum ad rationem rationis. Rei cuius enarandæ cauſa ſciendum tria ibi contineri. Primum, cautionum præſtandarum neceſſitatem ſecundo rationẽ neceſſitatis huius , per quam obiectioni tacitæ occurritur. Tertio rationis rationem. Primum , hoc eſt cauendi neceſſitas declarationis indigens cuius non eſt, cauendi ſcilicet neceſſitatem per tex. iniungi. In ſecundo dicendum videbatur, neceſſarias cautiones non videri.perinde quaſi ſecũri ſatis iure ipſo , & citra vllam cautionis opem cohæredes alij innoxij ſint. quorum ius lædi ex facto alieno non ſolet. obiectioni huic reſpondetur , Immo neceſſarias cautiones propter Indiuiduam defuncti promiſſionem eſſe , in qua locum ius illud non habet, ex facto vnius aliũ non prægrauari. Ex qua reſponſione ratio neceſſitatis cauendi percipitur idcirco ita viciſim cauendum , quod ex offenſione vnius contra alios ſtipulatio , & pęna committitur. Rationis huius ita cauendi ratio demum exprimitur , ne cauendi neceſſitate remiſſa, fundi, & detrimento alijs aliquorum offenſio fiat,à qua declaratione alienus hic Hormano,non eſt nu. 78. verſi,ſed contra iſtum tex.

Quartò reſponſio ad d §.in illa ſpectanda. Hoc eſt , ad pęnam dictionem inſolidum referri, & pęnæ modum non hęredum obligationem à verbo inſolidum determinari cum inſolidum cõmitti ſtipulatio dicitur conſequens enim reſponſioni huic fit, non paululum differre, vtrum ſcriptũ ſit,inſolidũ pœnã contra hæredes omnes, an inſolidum contra hæredes omnes pœnam cõmitti. Quoniam vbi ad verbum pœnã inſolidũ dictio adiungit,nõniſi pęnã determinat. ſolidã eã deberi,quod ad obligationem hæredũ attinet , ad naturã obligationis hęreditariæ eã intelligẽdã, vt in portiones hæreditarias diuidat l.ea quæ,& l.licet C. famil. her.l.1.C.ſi cer.per.l.2.& fi.C.de hæredi.actio. Sinautẽ ad verbum hæredes inſolidum dictio adhæret , veluti cũ dr̃ inſolidum contra hæredes pęnã committi,tum vero in ſolidum ſingulos adſtringi. Diſtinctioni,& diuerſitati huic aſſentiri non poſſum, vtpote quæ ad caſuum diuerſitatem ſolummodo ſpectat,rationẽ diuerſitatis vlla non expreſſa. Quod genus recipi reſponſio non ſolet Bar.hic in noua oppoſi.Crot.in rubri ff. ſolu.ma.num. 12. an non vtroq; caſu ad pœnam referri dictio inſolidum poteſt. Atq; vbi mentio facta hæredum non fit,an non ſubauditio neceſſario eorum erit à quibus eam deberi neceſſe eſt.

Secundò reſponſioni , & diſtinctioni huic quam apertiſſime, & ratione fortiori tex. refragatur in d.l.ad ea in fi.infra de reg.iuris vbi quamuis ad verbum hæredes dictio adſcripta in ſolidum ſit,inſolidum hæredes teneri,in portiones tamen hærediraria obligationem diuidi tex. ait.ſi diuiſio hæc in partes hæreditarias tum quoq; fit , cum niſi ad hæredes dictio ipſa in ſolidum , non reſpicit , Quanto magis ius admittendum idem erit, cum ad ſtipulationem ſimpliciter adiecta inſolidum dictio eſt , quo caſu ad penam referri facilius poteſt .

Quintò in dictis Soci.& notabili hoc tertio videndum. Innuere enim, & ſentire videtur. inſolidum pœnam contra hæredes ſingulos committendam, ſi declarata res aliter per tex. noſtrum non fuerat. Cum p̱ limitatonem eius tex. quoq; limitari , & reſtringi ait in d.l.2.§. fi. ſupra eo. Quaſi dicat , ius aliud, limitatione hac tex. noſtri remora , ſeruandum, ſed enim tantundem probandum , & tex. noſtri declartione tacente non dubitem, idque ob ius illud notiſſimum , vbi-
95 cunq; † ſenſum duplicem in ſpecie pœnali verba ferunt , potiorem eum habendum, vnde mitior pęna fit l.ſi præſes , & l. interpretatione infra de pęnis l. quotiens nihil infra de reg. iuris.l.hæ enim in prin.ff. de ſuſpec.tutor Bal.in l fi.C.de ædili.actio. Areti.in cõſi. 31. num.6. verſi.ad ſecundum dicimus. & in conſi. 80.ſicut decet num.6. verſi. & licet prædicta ſatis oſtendãt animum. leuior planè non dubie obligatio pęnalis inuenitur,ſi ad pęnam, non etiam ad hæredes inſolidũ, dictionem applicamus .

Sed videndum hic, ad tex. declinandum in d. §. in illa prędicta valere. Cęterum nõ illa facilis ſolutio tex. videtur in §. præceden. ibi igitur quia ſinguli inſolidũ
95 tenentur dictio enim † ſinguli hæredes omnes diſtributiue non collectiue neceſſario apprahendit l.ita vulneratus in fi.ff.ad l. aquil. l.vel ſingulis ff. de vulga.§. 2. inſti.de duobus reis. Bal. in conſi. 461. inter ioannem circa fi. lib.1.ſi inſolidum hæredes ſinguli tenentur,ergo non ex portionibus hæreditarijs

Secundò in d.§. an ea verſi.igitur quia ſinguli pęnæ verbum non fit. Hæredum dumtaxat memoria habetur ad quos referri ſolos poteſt igitur quia ſinguli inſolidum tenentur. Ita hæredes ſingulos inſolidum verbum determinat. Ea propter expreſſiora verba videntur , quam , vt interpratationis quicquam admittant l. continuus §. cum ita infra eo. l.quotiens §. ſi duo ff. de hæredi inſti.l.iam hoc iure §. fi. ibique Bartol. ff.de vulga.l.non aliter ff.de lega.3.ad mitti enim interpretatio poſſet,ſi dictum ſit , heredes omnes, aut hæredes indefinite,inſolidũ pœnæ ſubiacere. Collectiue quippe intelligi , dictio inſolidum poſſet. Hoc eſt , ab omnibus ſimul , & ex hæreditaria cuiuſq; portione pęnã præſtandam. Cęterum ſenſum hunc ſinguli dictio nõ ſuſtinet , quæ diſtributim atque diuiſim neceſſario accipitur .

Tertiò ſolidum ab hæredibus ſingulis deberi , verba etiam ſequentia indicant. Quibus litis eſtimationem ab hærede vno pręſtitã , à cæteris pro ſua cuiuſq; portione ſoluenti reſtitui,expreſſum eſt, ita ab hærede vno totam litis eſtimationem deberi , non obſcure tex.loquitur. Quoniam ſi niſi ex portione ſua hæreditaria debita eſtimatio non ſit, vtiq; vltraquam debuerat,ſolutum ab eo non fuiſſet l.3.ff.de compenſa. l. cũ de indebito ff. de probatio. Qua igitur ratione hæredes ipſos in d. §. an ea. inſolidum dictio ſpectat, & determinat,ita dicendum , & in §. in illa ſeq.erit.vt pars
97 † vna legis per aliam declaretur l. ſi. quis ex argentarijs §. ſi initium ff. de ædem. l. verum. ibiq; Ang. ff. de petitio.hæredi.l.quemadmodũ §.hęc verba.ibiq; Bal. ff.ad l.aquil.l. hæredes palam. §.ſed ſi notam.ibi ex vicinis ſcripturis ff. de teſtamen. & alia non pauca , &

cum

Digitized by Google

cum certa determinatio in d.§.an ea. ſit, ideſt, hæredes ſingulos per dictionem inſolidum determinari, à tex.ipſo certo, & determinato tex.generalem declarari, qui ſequitur, oportet Bal. poſt Cy. in l. legatorum petitio §. fi. per illum tex.ff.de lega. 2. & per tex. in l. ſi cum fundum infra de verb. ſigni. Eodem tex. ſpectat in l. cohæredi §. qui diſcretas ibiq; Bal.Imola,& poſteriores ff.de vulga.id quidem inprimis, quod validiora præcedentia ad ſequentium determinationem, quam ex diuerſo ſequentia ad præcedentia determinanda ſunt l.filium ff.quan. dies lega.ced.glo.& Bar.in l. quiſquis in glo. 1. ff. de lega. 3. Bar. in l. auia ff. de condi. & demon.

Quartò dictionem inſolidum in d. §. in illa.ad hæredes ſingulos,non ad pœnam referendam, ex dictione quoq; oſtenditur. in illa quoq; ſtipulatione hæredi proſpiciendum, qua promiſſio facta à defuncto eſt, neq; per ſe, neq; per hæredem ſuum. l. Dictio quoq;
98 † implicationẽ habet l. 2. ff.de pactis l.ſeruum quoq; in prin. ff.de procura.l. pupillus §.ipſe quoq; ff. de autorita.tutor. l. ſuus quoq; ff.de hæred.inſt.l. ex maleficijs §.is quoq; ſupra titu.1. Bar.in l.fi.col. 1.in fi. verſi. tu vero dic.ff.de eo quod cer.loco. Areti.in l.1.in prin. nu.16. in fi.ibiq; Soci. nu. 31. ſupra de acq. poſ. & alia compluria.Si implicat, ergo præcedentia omnia, & qualitates eorum ad ſequentia repetit Oldra. in conſi. 103.quæſtio.eſt, nu.4. Areti.in conſi.67.col.1.in fi.ver. ex quo videretur poſſe dici. Horman.hic nu.79. hicq; locum præcipue obtinet, vbicunq; rem,ſuper qua diſponitur,non actum ipſum diſponendi, implicatiua ſpectat Areti.in conſi.157.copioſe col.fi. at enim obligationem ipſam iam contractam, ſuper qua diſponitur, & cautionem interponendam præcipitur, implicatiua quoq; in d. §.in illa. reſpicit.Repetitione igitur præcedentium admiſſa, ſicut hæredes ſinguli inſolidũ obſtricti in §. præcedenti ſunt, ita dicendum, & in §. ſeq. erit.

Quintò tex. pro ſententia hac Hormanno. hic expendit nu.79.in d.l. in executione §.quod ſi ſtipulatus. cum rationem affert, quam ob rem ex prohibitione vnius,hæredes cæteri promiſſoris tenentur, ꝙ in partem ſcilicet fieri prohibitio nequit.Qua ratione igitur, in partem prohiberi ſtipulator non poteſt, ita in partem etiam contra hæredes alios inducenda obligatio non videtur adijcere Hormanno. poterat, vt peccato pœna reſpondeat l. ex facto §. iulianus. ibiq; Alex. in ſecundo nota. ff. de vulga. l. reſcriptum, & l. hæres qui tacitam ff. de his quibus vt indign. l paulus ff.ad l. falci.l.ſancimus C.de pœnis. c. quæſiuit de his quæ fiunt à maiori parte capi.ad quam ſententiam appoſite tex.quadrat in c. vni.de vaſal. qui contra conſti.lot.ibi ſi totum, totum perdit, & ſi partem, partem perdet. itaq; ſicut peccari niſi in totũ non poteſt,ita,& in totũ contra ſingulos committenda pœna videtur. Miror, tex.noſtrum ob oculos animaduerſum apud Hormã. non eſſe,qui rationem eandem hæredes alios ex facto vnius adſtringendi affert, quia, quod in partes diuidi non poteſt, ab omnibus quodammodo factum videtur.

Ad argumenta hæc reſponſum apud Horman. hic legitur nu.80.& primum quod ad tex.attinet in d.§.in illa reſponſione alia, atq; ſuperiore Cy.Imolæ,& Soci.vitur.textum illum ſecundum hunc accipiendum, inſolidum ſtipulationem committi, vt inſolidũ pœna debeatur,ex portionibus tamen hæreditarijs. vt leges alioquin.pugnantes in gratiam redigantur, interq; eaſq; conueniat l.vni.C.de inoffi.dot.l.pręcipimus in fi.C.de appella.c.cum expediat de electio. lib. 6.tex.ſignificantior in §.fi. Ibi vt omnibus modis cõcordãtę legum ſeruentur in aucten. de exhiben. reis.

Ex tex.reſponſionem hanc contineat in d.l.ad ea in fi.infra de reg.iuris vbi quod dictum eſt,ex dolo defuncti inſolidum hæredes conueniri, non in id tantũmodo, quod ad eos peruenit, ad portiones hæreditarias limitatur. ſi vbi hæredes inſolidum dictio ſpectar, reſtrictionem hanc admittit. Quantomagis vbi ſtipulationi ſimpliciter adiungitur, & inſolidum eam committi expreſſum eſt,reſtrictio probanda eiuſmodi erit cum referri ad pęnam poſſit.

Si dixeris, reſponſionem hanc Horman.eandem, atq; Cyni, Imolæ,& Soci. videri.ſiquidem, & ad pęnam determinandam in reſponſione hac, inſolidum dictio ſpectat. Reſpondetur. Immo diuerſam Horman.reſponſionem videri.Quoniam referre non putat, vtrum ad verbum hæredes, an ad pęnam inſolidum dictio adiungatur,quod aliter Cy.ſentire,& Imola cum Soci. videntur,quod ſi non aliam Cyno, Imolæ,& Soci.fuiſſe ſententiam dicimus,eadem vtiq; Horman.atq; ipſorum reſponſio,erit.

Ad tex.in d. § an ea. quẽ acrius textui obſtare huic oſtendimus. Reſpondetur ad obligationem primitiuam ſeruitutis, & ipſam indiuiduam eum pertinere. Hæredem enim vnum quemq; inſolidum obligatio ipſa primitiua neceſſario tenet.vtpote indiuidua,vnde ſicut ab hęrede vno promiſſoris conſtitui inſolidum nequit,qui dominus inſolidũ fundi nõ eſt,cui ſeruitus ipſa imponatur.Ita inſolidum per litis eſtimationem pręſtatur,vt apud Alex.& Areti. in l.2. §.ex his ſupra. eo.ibi enim Areti.nu.12.ſuper glo. in ver.actionẽ. tex. intelligit in d.§.an ea.vbi ob ſeruitutem conſtituendã cum hærede vno actum promiſſoris eſt, Cæterũ quia ius ſeruitutis conſtituendæ inſolidum ei non erat,litis eſtimationem per ſententiam ſuſtinuit in qua reſponſione,& Hormanno.hic acquieſcit d. nu. 80.

Sed enim non perinde mihi in reſponſione hac animus acquieſcit.Quoniam diuiduitatem litis eſtimatio habet, & loco eius, quod intereſt, ſuccedere videtur. ob id in partes diuidenda hæreditarias videtur, vt hoc tex.in quo pœna diuidua,& quam loco eius, quod intereſt, cedere in ſuperioribus oſtendimus, vltra portiones hæreditarias non debetur. Reſponderi poteſt, rationem diuerſam obligationis ſeruitutis conſtituendę atq; facti meri eſſe in facto enim mero ad id, quod intereſt,poſt moram obligatio ſuccedit l. ſtipulationes non diuiduntur ver. celſus infra eo. quod aliter in obligatione ſeruitutis conſtituendæ eſt. factum enim merum non habet.ſed cum iure mixtum,quod in fundo ſeruitute, & dominante cõſiſtit inde fit, vt præciſa obligatio in facto hoc ſeruituris conſtituendæ propter iuris mixturam eſtimetur Iaſ.in d.l.2. § & harum nu.23.verſi.ſecunda, & fundamentalior vtilitas ſupra eo.itaq; quod litis eſtimatio ab hærede vno præſtetur ex natura obligationis non fit, quod litis eſtimatio ex promiſſione ſeruitutis contingit. Immo enim ius ipſum ſeruitutis conſtituendæ in obligatione eſt, qua ratione igitur pro parte conſtitui ſeruitus non poteſt, verum inſolidum conſtitui eam oportet.ita, & ſolidam litis pręſtari eſtimationem oportet. quæ ad executionem ipſius ſeruitutis pertinet, non loco eius quantum ad obligationem ſuccedit. Ratio alia eius, quod intereſt,& pœnæ apparet,ex obligatione enim legis,quod intereſt, debet,& loco obligationis facti poſt moram ſuccedit. Pœna item ex obligatione ipſa hominis, debetur. vtpote in ſtipulationem expreſſim deducta. itaq; cum ex obligatione, quod intereſt, & pœna debeatur, & diuiduitatem admitant, ſecundum naturã ſuam diuiduam promiſſio facta de eis creditur.

Secundò expreſſius reſpondetur. Pœna, & quod intereſt, per ſe ſpectantur, vt pote in quibus ſua, & ſpecialis obligatio vertitur. Ex eaque petitio de eis fit, Ea propter ad naturã ſuã, & ꝑ ſe iudicãtur, vt niſi ex portionibus hæreditarijs, tanquam diuidua non debean-

Digitized by Google

beantur, quod ſecus in litis ęſtimatione propter ius ſeruitutis contingit. Per ſe enim, & ex obligatione ſua non debetur. Atque ideo per ſe quaſi diuidua non ęſtimatur, verum niſi iuris ipſius ſeruitutis, in quo ſolo obligatio inuenitur, ratio non habetur. Cum in executionem eius litis eſtimatio debeatur. Eam ob rem ſeruitutis ſolummodo natura ſpectatur, quæ indiuidua eſt, & in qua ſola obligatio inuenitur. obligationis planè natura in litis eſtimatione conſiderari non poteſt. in qua nulla obligatio ſit. l. a. ff. de vſufr.

Poſtremum denique argum. non mouet, quod ex ratione tex. noſtri. & d. l. in executione §. quod ſi ſtipulatus deſumitur. ſicut peccari niſi in totum ab vno nō poteſt, ita pœnam totam deberi ad pęnæ enim debitum pertinet vt quemadmodum peccari in partem nequit, ita ſatis in partem deberi pęnam non ſit. Cæterum non id ratio efficit, aut ſuadet, vt ſolida ab omnibus pęna debeatur, itaque ſicut limitata rationis huius vis ad pœnæ obligationem inuenitur, vt ſolida debetur, limites egredi eius non debet l. in agris ſupra de acq. rerum domi. ſatis igitur erit, ſolidam ſtipulatori pœnam deberi, quāuis ex portionibus hæreditarijs inter hæredes diuiſio eius fiat. Idq; ex tex. noſtro apertiſſime declaratur.

99 Quod dictum eſt, ex peccato † hæredis vnius promiſſoris contra hæredes omnes ex portionibus hęreditarijs ſtipulationem indiuiduam in pęna committi. Limitatum apud Caſtren. hic inuenitur nu. 5. ne locū habeat, vbicunq; ex offenſione vnius, aut plurium damni quicquam ſtipulator non ſentit, ſi ſtipulationi ab alijs paritum, immo, vel ab vno ita ſit, vt effectum rei perinde ſtipulator conſequatur, atque ſi ſatis ſtipulationi factū ab hæredibus omnibus eſſet. verbi gratia inſulam ſub pęna ædificatam à ſe iri defunctus ꝓmiſit. Quod diuiduitatem factum neſcit, ab hærede vno ædificatur. Locum pęna contra quemquam non habebit ſiquidem commodi non minus ex ædificatione vnius ſtipulatori contingit, atque ſi ab omnibus facta ædificatio fuerat. Quam limitationem ex tex. noſtro, & ſenſu eius contrario probari. Caſtren. ait. Ad eandemq; Soci. hic in tertio hoc nota. accedit. Galian. nu. 4. & nu. 19. Butigel. nu. 15. verſi. ſubijcit. Alcia. nu. 16. in fi. Horman. nu. 86. in fi. qui tex. pro ea profert in l. 2. § ñ. ſ. co. & in l. ſi ita fuero. §. ſeruus duob. ſ. de manu. teſta. citari text. debuit in l. ſi ita fuerit ſeruus duobus.

Sed limitationi obſtare huic videtur, quod ad limites ſenſus directi ſenſum reſtringi contrarium oportet Caſtrenſis in conſi. 106. incipiendo à ſecundo lib. 2. vbi cum ſolemnitas qua præſcripta in alienatione minoris quam annis 20. per ſtatutum eſt, argumentū à ſenſu contrario vltra limites ſenſus directi non ducitur, vt ſi maior annis 20. minor tamen quam annis 25. alienat, iuris communis opus ſolemnitas non ſit. Quoniam in ſenſu directo verbum vllum de maiore annis 20. non fit. ob id limites ſenſus directi in minore annis 20. egredi ſenſus contrarius non debet. vt neceſſaria in eo iuris communis ſolemnitas non ſit. Idem ex Areti. probatur in l. qui in poteſtate colum. pen. circa prin. ff. de teſta. Qua ſententia Deci. vtitur in l. 1. nu. 38. ff. de offi. eius, & in locis alijs, de quibus apud nos in conſi. 103. num. 11. in conſi. 203. nu. 9. in conſi. 236. num. 11. in fi. in conſi. 289. num. 1. in fi. at enim fines ſenſus directi in limitatione hac excedere Caſtrē. alijque videntur. ſenſus quippe directus tex. noſtri habet, in ſtipulationibus indiuiduis contra hæredes omnes ex portionibus hæreditarijs pęnam committi, quia quod in partes diuidi non poteſt, ab omnibus quodāmodo factum videtur. ſenſus planè directi huius contrarius erit, Rationem aliam ſtipulationum diuiduarum eſſe, quæ partium diuiſionem admittunt, & in quibus conſequentia illa non mouet, vt ex offenſione vnius peccatum ob omnibus cenſeatur vnde ſicut ad ſtipulationes indiuiduas ſenſus directus ſpectat, ita ad diuiduas ſenſum reſtringi contrarium oportet, vt diuerſum earum, atque indiuiduarum ius ſit. Enimuero diuidua in limitatione Caſtren. per ſenſum contrarium, ſtipulatio non vertitur. verum indiuidua, quia pro parte ædificari domus nequit, vt domus dicatur, & formam ſuam habeat à qua eſſentia omnis exiſtit l. non ſunt liberi ff. de ſtatu homi. l. mulieris §. 1. infra de verb. ſigni.

Solutio. ſenſum contrarium ex ratione, & mente colligi tex. oportet. Eo enim ex offenſione vnius in ſolidum contra omnes collectiue pęna committitur, quod peccari in partem non poteſt. Atque ideo damno ſtipulator non minus afficitur, atque ſi peccatum ab omnibus ſit, & peccatum ob omnibus, quodammodo videtur. Quam damni totius rationem expreſſius tex. enarrat in d. l. in executione §. quod ſi ſtipulatus. ibi quoniam licet ab vno prohibear, non tamen in partem prohibeor. Ita damnum ſolidum ex peccato vnius in re diuidua, & in ſenſu directo lex obſeruat, ſi verba, & mentem eius intuemur. Aliud igitur per ſenſum contrarium, non obſcure ſentit, ſi damnum ex offenſione vnius, aut aliquorum non contingit.

Secundò aliter ſenſum hunc contrarium vltra Caſtren. & ratione virili magis, deducere licet. Etenim ſi ad ſtipulationem indiuiduam ex toto committendam vnius offenſio valet, quotiens incommodi tantum ab vnius, quantum ab omnium peccato ſtipulator ſentit, vt hoc tex. & d. l. in executione §. quod ſi ſtipulatus an non ratio validior facit, vt ad abſolutionem, & commodum aliorum fidei vnius præſtatio proſit, vnde ſtipulationis totius effectus æque ſequitur, atque ſi promiſſio impleta ab omnibus ſit. Cum potior odio fauor habeatur l. in ipſius. Ibique Bal. in ſummario C. famil. hær. c. cum dilecti de donatio. Ruſſus facilius alij prodeſt, quod factum ab alio eſt, quam noceat, l. ſi hæres. ff. famil. hær. l. denunciaſſe §. pen. infra de adul. & alia apud nos adſcripta in conſi. 206 colum. 1. Apparet ex his, ſenſus directi limites in argumēto hoc à ſenſu cōtrario non excedi. Directus enim id habet, peccatum hæredis vnius perniciale alijs fieri, vbicunque damni tantum ſtipulator habit, quantum ab omnium offenſione laturus fuerat, ſenſus contrarius ex diuerſo dicit, factum, aut implementum vnius vtile alijs fieri, quotiens emolumenti tantum ab eo ſtipulator percipit, quantum ab omnium habiturus implemento fuerat.

Tertio præter Caſtren. & alios, à ratione etiam ceſſante perſpicue magis limitatio hæc declaratur. Ratio enim hæredes alios ob culpam vnius adſtringendi à damni indiuiduitate exiſtit. Quod tantum à peccato vnius, quantum ab omnium offenſione infertur. vt nihil interſit, ab vno peccatum, an ab omnibus ſit. vt hoc tex. & d. l. in executione §. quod ſi ſtipulatus. Ratio hæc ſilet, vbicunque vno implente, ex omiſſione aliorum detrimenti quicquam ſtipulator non patitur verum ſtipulationis totius effectum per vnum conſequitur. Ratione igitur odij illius tacente, qua factum vnius alios onerat, & odium ceſſare ipſum conuenit. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. l. per retentionem C. de vſur. & in cauſa odij ceſſante Bar. & alij tradunt in l. titia ſcio §. 1. per illum tex. ff. de lega. 2. Corn. in conſi. 249. col. 5. lib. 3. Aliter porro interpretantibus, lucrum per iniuriam, & alieno incommodo ſtipulator auferret. Quod ratio naturalis non patitur l. nam hoc natura ff. de condi. indebi. l. ſi mulieri ſoluero ff. ad velleia. l. quotiens ff. de iure dot. l. ſi minoris in fi. ff. de admini. tutor. l. fi. C. pro emptore.

Limitationi huic Caſtren. tex. obſtat, quem pro limi-

Digitized by Google

limitatione ipſa Soci. profert, in d.l.ſi ita fuerit 1.ſupra de maun. teſta. vbi nonniſi ædificâti, & conditionem imp enti conſtructio domus prodeſt, at enim, & non ædificationibus vtilis conſtructio futura per limitationem hanc erit. vnde turbidam limitationis huius rem ex tex. illo fieri, notula hic Soci. loquitur.

Soci reſpondetur. cum limitatione hac tex. memoratum non pugnare. Rationemq; diuerſam non paulo exillius, atq; limitationis huius eſſe, in tex. illo idcirco conſtructio vnius vtilitatem alijs non affert, ꝙ nec onerosa omiſſio eſſet, ſi ipſi impleant. Neq; rationis videtur, vt ex facto alieno commodum ſentiant. vnde nec incommodo afficiuntur. ita lucri meri omiſſio ibi vertitur, ne ab implemento vnius commodum alij auferant. Damni hic vitandi cauſa contingit, ne pęnam alij ſtipulatori dent, cuius omnino non intereſt conſtructione domus ab vno facta. Quocirca à dam-
100 no † excludendo ad lucrum faciendum non recte argumentum deducitur. Ad damnum pellendum vtile alijs factum vnius in limitatione hanc Caſtren. eſt, ergo, & ad lucrum acquirendum Alia enim damni vitandi atq; lucri inducendi ratio l at ſi quis §. ſed ſi adita ff. de religio. iuris ignorantia, & l.regula in prin. ff. de iuris, & facti ignor. l. profecticia §. ſi pater repudiauerit ff. de iure dot. l proculus 2. ſupra de dam. infec. l.ſi is cui § fi. infra de furtis l.fi. C. de codicil. l.fi. §. licentiam C. de iure delib. l.fi. C. de acq. poſ. Quocirca iuſta cõſequentia non eſt, ad lucrum alij quærendum. vtile conditionis implementum non eſt ab vno factum, ergo nec ad damnum pellendum, ꝙ ex defectu conditionis domo ædificata excluditur.

Secundo reſpondetur, conſenſionem inter limitationem, & tex. illum inueniri, ſi quidem rem ipſam, & rationes vtriuſq; iuris ſedulo ſpectamus eo enim vtilitatem alijs vnius implementum in tex. prædicto non affert, ꝙ ad implementum omnium teſtator cogitauit. Neq; alijs, quam à quibus implementum eſſet, legati accedere emolumentum voluit. Ea ratione ob conditionis defectum ius alijs non quæritur, à quibus impletum non eſt, Ratione eadem conditionis deficientis in limitatione hac contra alios, à quibus ædificata domus non eſt, pęna non committitur. Quoniã ſub conditione facta promiſſio eſt. ſi facta ædificatio non eſſet, qua ab vno facta, conditione ſua defecta promiſſio appatet. Neq; ad rem attinet, extractam ab
101 alijs domum non eſſe. Quoniam à quo † impletum ſit, lex non obſeruat, vbicunq; pęnæ excluſio vertitʻ Bar. & alij in l.cum ſeruus infra eo. Deci. in conſi. 58. colum. 2. in fi. verſi. nec ob aliud Iaſ. in l. 2. q. 25. & ſeq. C. de iure emphi. Arimi. apud Ang. malefi. in verſi. nec non ad denunciationem nu. 34. circa fi.

Tertio manifeſta magis diuerſitatis ratio ex his apparet, quę in primo nota. ſcripta habemus, & ex quibus vacua res à controuerſia omni redditur. Hoc eſt, vice eius, quod intereſt, adſcriptam pęnam intelligi. At enim ſtipulatoris nõ intereſt, contra alios pęnam committi. Quatenus extructam ab vno domum habet, ſi dixeris impurdẽter ſaltem tex. in d.l. ſi ita fuerit. pro limitatione hac à Soci. & Horman. vocatum. qui ſi non obeſt, certe nec prodeſt. Reſpondetur circa fi. prodeſſe vbi ex voluntate teſtatoris alteri alterius implementum proficit. at enim contrahentium mens fuit, vt ſatis eſſet, domum ædificari. à quocunque id factum eſſet.

Limitatio ſecunda ad ſtipulationes prætorias quã-
102 uis indiuiduas ſpectant † in quibus niſi is non tenetur, à quo pecatum eſt, l. pęnales §. Iulianus ff. ad l. falci. l. 2. § incertam infra de prætor. ſtipula. Bal. hic q. 2 Ang. de Perigl nu. 42. Bal. iunior nu. 17. in fi. Bologni. num. 175. Galiau. num. 94. & pluribus ſequen. Crot. numero 79. in fi. & numero 115. Horman-no. numero 439. Butigella numero 101. & num. 160.

Videndum in limitatione hac, quomodo contra offendentem ſtipulatio prætoria, & ipſa indiuidua cõmittatur, vtrum inſolidum, an ex portione ſua hæreditaria ſolummodo. id enim à Bar. declaratum expreſſim non eſt. Mentem cuius varie Doc. intelligunt. Cuma. enim. Imola. Alex. & Areti. id ſentire Bar. credunt vt non vltra portionem ſuam hæreditariam offendẽs teneatur. Quam mentem inde percipiunt, quod nu. 23. ſub regula eadem caſus omnes ſtipulationum prætoriarũ collocat. l. ſiue dationẽ ſiue factum diuiduum; vel indiuiduum ſtipulatio prætoria contineat. Caſu quippe omni niſi eũ adſtringi non putat, à quo factũ contra ſtipulationem ſit. Itaq; ſicut facta omnia iuxta diuidua atq; indiuidua ſub determinatione, & regula eadem ponit, ita eandem omnium cauſam eſſe, atque diſciplinam ſentit l. iam hoc iure ff. de vulga. Sic Horman. hic poſt, alios explicat num. 451. Soci. Iun. num. 234

Mentẽ hãc Bar. circa portiones hæreditarias, aliter Ruin. hic percipit nu. 82. ꝙ inter promiſſorem, & hæredes eius differre Bar. putat. Inſolidum enim teneri, à quo peccatum niſi in partem contra ſtipulationem prætoriam non ſit. Cauſam aliam hæredum eius ait. ita non portionem hæreditariam hæredes Bar. teneri putat. Ad eundem modum Bar. mentem Butigel. hic aſſequitur nu. 161. & quod dicitur, ex toto in promiſſorem ſtipulationem committi, quamuis ab eo peccatum niſi io partem non ſit, in ſtipulatione diuidua intelligi neceſſario debet. ſiquidem in partem peccari cõtra indiuiduam nequit.

Si dixeris, limitationem hanc ſecundam circa ſtipulationes prætorias, ad indiuiduas pertinere. Quatenus ius idem indiuiduis etiam non prætorijs eſt. Reſpondetur. ſatis eſſe, inter hæredes diſtinctione in ſtipulationibus prætorijs Bar. non vti, diuiduæ, an non ſint verum ius idem omnium eſſe, vt niſi is hæres non teneatur, à quo peccatum eſt conſequenter id eum ſentire, cum inter primiſſorem diſtare, & hæredes eius putat, vt niſi ex portione hæreditaria indiuiduis etiam hæres non teneatur ita vt ſimiles prætoriæ indiuiduæ non prætorijs diuiduis eſtimentur. vnde ſi inſolidum hæres vnus offendens obligaretur. vtiq; inter principalem, & hæredem eius offendentem in ſtipulationibus prætorijs non intereſſet.

Eandem ſententiam Bartolo fuiſſe, vt niſi pro portione hæreditaria in ſtipulationibus prætorijs hæres non teneatur, à quo peccatum ſit, pro expedito Bologni. hic habet nu. 175. adusq; nu. 183. Quomodo autem Bartolum id ſenſiſſe putat, declaratum à Bolognino non eſt. Mentem hanc Bar. pro explorata etiam Alcia. hic habet declaratione eius vlla non facta, num. 181. poſt, med. verſi. ſecundo confutatur. licet cum Bar. pugnet.

Eiuſdem ſententiæ non pluſquam ex portione ſua hæreditaria hæredem conueniri, Caſtren. hic eſt nu. 5. & in l.2. circa fi. prin. infra de prætor. ſtipula. Ang. de Periglis hic nu. 51. quam opinionem frequentiorem Soci. hic iun. aſſerit nu. 234. in qua opinione eſſe, & Ruin. hic videtur nu. 82. quamuis non ſatis ei de re liqueat, & animi pendeat.

Opinionẽ diuerſam, hoc eſt, inſolidũ contra hæredẽ culpæ reũ ſtipulationẽ cõmitti Imola. Cuma. Alex. Areti. & Soci. hic probant in ſecũda q. Bar. Bal. iu. nu. 15. & nu. 17. in fi. Horman. nu. 452. Crot. nu. 115. Butigella nu. 162. Alcia. d. num. 181. & pluribus ſeq. Soci. iun. nu. 234.

In certamine hoc Doc. ad diſtinctionẽ Galiau. hic adijt nu. 98. vt ſiquidẽ cõmodo omni ſtipulationis ex peccato hęredis vnius ſtipulator caret, locum Cuma. Imolę, & cũ eis faciẽtiũ opinio habeat, hoc eſt, ſolidã

ab

ab hærede offendente pęnā deberi. ſin autē cōmodū totū ex contrauentione vnius ſtipulatori nō eripiī, tū vero Bar. opinionē præualere non pluſquam in portionem hæreditariam obligationem induci, à ratione aliena diſtinctionem hanc non credam, ſi exēplo quo declarari pars prior diſtinctionis huius poſſit hoc eſt, in partem peccari contra ſtipulationem indiuiduam ita poſſe, & cōmodo cuncto ſtipulationis ex peccato in partem, ſtipulatorem non fraudari.

Cuma. Imolę. Alex. Areti. & cum eis facientiū ſententiam veriorem, æquiorem, & crebriorem arbitror, vt vulgatiorem Bar. opinionē Soci. iun. dixerit hoc eſt inſolidum ab hęrede vno pœnam præſtādam, à quo cōtra ſtipulationem prętoriā offenſum indiuiduā ſit, quam opi. ex his etiam iuuari apparet, quæ in limitatione ſcripta tertia ſunt inſolidum hæredē offendētem in contractibus bonæ fidei obligari. id ꝙ cauſā ob aliam, niſi æquitatis non ſit, quā maiorem fidei bonæ contractus exquirit.

Cæterum quo planior res fiat. Quoniam diſcrimē omne inter prætorias ſtipulationes, & alias, ab ęqui-
103 tate † proficitur, quam vnam prætor intuetur, religioſeq; colit. l. prætor §. 1. ff. de æden. l. ſeruum §. æquū ff. de procura. l. 1. in prin. ff. de minor. l. æquiſſimum in prin. ff. de bon. poſ. ſecun. tabul. §. emancipati inſti. de hæredi. quæ ab inte. deſer. glo. in l. 1. in prin. ff. de inſtitor. Ratio hic facere æquitatis non videī, vt inſolidum hęres vnus offendens adſtringaī. Quoniam, aut pluris ſtipulatoris quam ex portione hæreditaria offendentis non intereſt, & iniquum tunc videī, ſolidam pœnam dari, aut pluris intereſt. Quo caſu, ꝙ amplius refert, cōſequi non ꝓhibeī, ſiquidem loco eius, ꝙ intereſt, pęnā cedere, in primo nota. probauimus ibiq; reſponſum noſtrum pro genero relatum nu. 281.

Reſpondei, æquitati ipſi refragari, ſi inſolidū offendens nō teneī, quoniā eo pœnā inſeri in ſuperioribus oſtendimus, vt intereſſe ꝓbādi oneri ſtipulator eximaī l. fi. ff. de prætor. ſtipula. §. fi. in ſti. hoc eo. ti. de ver. obli. itaq; cū tanti initio æſtimatum intereſſe ſit, quanta pęna eſt, æquitatis ratio non patiī, ab æſtimatione conuētadiſcedi, cum tanti intereſſe, credibile ſit, quantum viſum contrahentibus eſt, neq; commodo prouiſionis, ſuę fraudari ſtipulatorē conuenit, namq; ſi legis cuicquam adimi beneficium non docet l. ſi arrogato ff. de adoptio. l. ſi ſeruo ff. de hæredi. inſti. l. ſed ſi plures §. in arrogato ff. de vulga. l. omnes exceptiones ſupra de except. & alia non pauca. Longe. minus ſuo quempiam fraudari beneficio cōuenit, ideſt, ꝙ ſua ſibi paratū ꝓuiſione eſt, ꝙ legis fortius prouiſione habeī l. cum ex filio §. filio l. ex facto §. item quęro ff. de vulga. l. & habet. §. cum quis ff. de præcario. l. pen. C. de arbitr. l. fi. C. de pactis conuen. & alia compluria. itaq; ſi tanti non intereſſe offendens aſſerit, atq; ideo iniquum videri, pluſquam interſit, exigi, probationē ipſe negatiuę huius præſtet, tanti nō intereſſe, per ea, quę cumulate ſatis dicta in nota. 1. ſunt.

Quod ſi Bar. opi. agnoſcendum quiſpiā putet. vltra portionem hæreditariam offendentem non cōueniēdū, ad pœnā eam reſtringi diuiduā oportet. Cauſa alia pęnę indiuiduæ erit. quæ non inſolidum cōmitti non poteſt, vt Ang. hic de Perigl obſeruat nu. 46. aduſq; nu. 51. idq; ex Bar. etiam, & alijs hic iuuaī in 1. q. ad pęnā indiuidā tex. noſtrū non pertinere, quo niſi ex portionibus hæreditarijs pœnā nō cōmitti expreſſū eſt quā declarationē, & Ang. ipſe de perigl. hic ꝓbat nu. 43. Bal. iun. nu. 14. Galiau. nu. 89. Horman. nu. 413. Alcia. nu. 175. De quo etiam ſuperius dictum circa prin. not. ſecundi habemus.

104 Locum ſecundo Bart. opinio † in promiſſore ipſo principali non habet. Equitate quippe indignus ꝓtoria eſt, quem ꝓmiſſioni ſuæ, & immediatæ obſtrepere nō puduit. vt Bar. ipſe hic ſcribit q. 2. nu. 22. in fi. verſi. niſi reſtat videre. Caſtren. nu. 5. circa prin. Ruin. nu. 82. Hormano. nu. 446.

Limitationē tertiā in contractibus bonæ fidei tex. noſter admittit. in quibus hæres ſolus inſolidūq; teneī, à quo peccatū eſt, neq; ad cohæredū iniuriam vnius, offenſio ad aliquid recidit. l. in cōmodato § ſi ex facto ff. cōmoda. l. in depoſiti. cū l. ſeq. ff. depoſi. Bar. in l. ſi ſeruus. §. ſi plurium in fi. ff. ſi quis cautio. idē Bar. & alij hic in quinta oppoſi. Horman. nu. 86. ver. tertio niſi ſimus. & nu. 571. verſi. ex quinta oppoſi. Crot. nu. 57. in 1. lectu. & nu. 25. in poſteriore lectu. Alcia. nu. 181. verſi. ſecundo confutatur.

Limitationi huic tertiæ Ang. hic de peril. cōtradicit nu. 19. aduſq; nu. 24. ꝑ tex. in l. hæredes § an ea. & §. ſeq. ff. famil. hær. vbi cautiones indemnitatis eo viciſſim inter cohæredes circa ꝓmiſſionē defuncti indiuiduam ꝑſtanī, ꝙ onerosum alijs factū vnius eſt, à quo ꝓmiſſioni paritum defuncti non ſit. generaliter planè id ita expreſſum textibus ijs eſt, neq; diſtinctio adhibita, ex bonæfidei, an iuris ſtricti contractu facta ꝓmiſſio ſit.

Secundò tex. Ang. expendit in d. l. hæredes §. an ea verſi. contra ſi ꝓmiſſor viæ ibi idem dicendū eſt. l. qui ꝙ dictū in ꝓmiſſione ſeruitutis viæ eſt, cautiones ob eam interponendas, ad legatum etiā viæ porrigit. propter, ꝙ actionē ex teſtamento dari non dubitaī l. 1. §. 1. l. 2. §. 1. C. com. de lega. §. noſtra inſti. de lega. Actio
105 † planè ex teſtamento fidei. bonę quoad acceſſoria ſaltem habeī. in quibus poteſtatem non minorem iudicis officium atq; in fideibonæ contractibus habet l. titia ſeio. §. 1. de lega. 2 l. in minorum ibiq; no. C. in q. bus cau. in integ. reſti. nō eſt, neceſ. & alia apud Soci. adſcripta in conſi. 133. nu. 8. lib. 2. ꝙ repetitum legitur in conſi. 174. lib. 2.

Ad tex. ex diuerſo prolatos in d. l. in cōmodato. §. ſi ex facto in d. l. in depoſiti. & l. ſeq. Ang. ipſe reſpondet, ad obligationem rem reſtitui eos pertinere, quæ diuidua eſt, quāuis indiuidua ſolutio ſit. non amplius enim quā ex portionibus hæreditarijs rei ipſi cōmodatæ, aut depoſitæ reſtituendæ hæredes teneņī, quāuis diuiduitatem reſtitutio, aut ſolutio neſciat. tex. vero noſter in obligatione facti īdiuidui loquiī, quocirca, & ſi maxime in ſtipulatione vertaī, qui iuris ſtricti contractus eſt, attamen ratio eius, & ad fidei bonæ contractū pertinet, vt ꝙ in partes diuidi non poteſt, ab omnibus quodāmodo factum videatur, eam ob rē nō recte ex obligatione diuidua ad indiuiduā Bar. & aſſeclæ eius ad limitationem tex. noſtri argumentanī, in obligatione bonæfidei diuidua is ſolus inſolidumq; tenetur, qui dolo quid fecit. Ergo tantundem, & in obligatione ꝓbādum indiuidua erit. Immo enim ſicut ad cōtractus bonæfidei nō minus quā ſtricti iuris, indiuiduitatis ratio pertinet, ita ius idem ſeruandum vtriq; erit l. illud ff. ad l. aquil. l. à titio infra eo.

Cum opinione hac Ang. de perigl. Bal. hic iun. ſentit nu. 7. & ſeq. & ad ll. è cōtrario à Bar. & alijs ꝓ limitatione relatas. Reſponſionem Caſtren. vti elegantiorē ſequiī, de obligatione ſecundaria, quę ꝑ legē ob dolū in re cōmodata, aut depoſita admiſſum, citra vllā hominis ꝓmiſſionē inducił, tex. illos loqui. in qua obligatione ſecundaria ratio eadem hæredes alios culpæ immunes obligandi, atq; in promiſſione ipſa hominis primeua non inuenitur. Homo enim, qui indiuiduam rem promittit, non modo ſe ipſum, ſed, & hæredes ſuos adſtringit. lex vero, quę dolum coercet, nō niſi doli reum apprehendit, & cum à morte promiſſa reis recens per legem obligatio inducatur, quomodo ab hæredes omnes ambulare obligatio poterit, quæ contracta niſi per vnum non eſt. Conſequens declarationi, & differentiæ huic inter obligationem primitiuam, & ſecundariam fit, vt ſiquidem in perſona defun-

defuncti inicium datum obligationi ſecundariæ ob dolum ſit, quia dolum malum ab futurum defunctus promiſerit, ius idem contractuum bonæ fidei circa obligationem ſecundariam, atque ſtipulationis ſit. Conſequenter ex dolo hæredis vnius alij quoque in commodato depoſitovè adſtringerentur, ita Caſtren.hic num. 5. verſic. quarto quando per text. in prin.huius.l.cum Caſtren.Aretin.hic conſentit cōl. 8. circa med.verſi.dominus Pau.de Caſtr.hic,quem ſub col. 10.Galiau.hic refert nu. 48.

Apparet ex his, cauſam diuerſam obligationis hominis, & legis eſſe. Hominis enim obligatio ad portiones hæreditarias ſemper reſtringitur, vbicunq; diuiſionem,aut reſtrictionem res patitur,primitiua, vel ſecundaria hominis obligatio ſit. Quod ſecus in obligatione legis contingit,quæ inſolidum eum coercet, à quo peccatum eſt, diuerſitatis huius illa eſt ratio, ꝙ maior legis,quam hominis poteſtas eſt, quo circa in poteſtate legis eſt, inſolidum hæredem vnum offen-
106 dentem adſtringere. Homo † planè ſupra portiones hæreditarias hæredes non conſtringit, cum pro extraneis in portionibus alijs habeantur. l. iulianus in in prin infra eod. Quod & in contractu locum bonæ fidei habet.l.cum ab vno,à ſpeciali argumentando. ff. de leg. 2. Hanc diuerſitatis rationem Galiau.hic adſcribit. num.48.

Apparet etiam ex his, quamuis in opin. Ang de Perigl. ſuſtinenda reſponſione Caſtren. ad text.in d.l. in commodato, & in d.l.in depoſiti Bald.Nouel.vtatur,num.8. Attamen ſententiam eandem Angel.atq; Caſtren.non eſſe,verum inter ſe diſſentire. Ang.enim diſcrimen inter obligationem legis, & hominis non obſeruat, primitiuam à ſecundaria non ſeparat. Diuiduitatem demum in obligatione rem reſtitui ſpectat,contra Caſtre.inter primitiuam differre,& ſecūdariam putat,vbicunq: per l.ſecundaria inducitur,doli præſtandi promiſſione ab homine non facta. Rurſus indiuiduam obligationem ſecundariam Caſtren. putat,à l.inducta, vel ab homine ſit, quam diuiduam Ang.de Periglis exiſtimat.

Sed enim, & ſi maximè inter Caſtre.& Ang.de Perigl. in argumentis eorum non conueniat, Bartoli tamē opinioni in limitatione hac tertia,rationib.vterq; diuerſis repugnat, Bartolo tamen Ang.magis quam Caſtre. contradicit,à Bar.enim omnino Ang.diſſidet Caſtre.non niſi eo caſu cum Bart.pugnat,quo ab homine obligatio contracta ſecundaria eſt.

Præter Caſtre.& Ang.de Perig. Bartolo etiam, & limitationi huic contratij text.videntur in l. in executione.§.inſolidum,& in l. cum ex cauſa infra eod. vbi
107 † obligatione euictionis ſicut indiuidua eſt, quia defendi res vendita in partem nequit, ita hæredes venditoris denunciari omnes oportet,vt litem defendant vt vno ex eis defenſionem non præſtante, in portiones cæteri hæreditarias teneantur, generaliter text. illi ſcripti ſunt,neq; diſtinctio in eis ſit, ex contractu ſtricti iuris,an bonæ fidei euictio debeatur, & niſi indiuiduitatis ratione non nituntur,quæ contractuum communis omnium videtur,iuxta fidei largæ,atq; ſtrictæ, quos tex.in ſententiam hanc contra Bar.Ruin.hic opponit num.48.

Secundo Bartolo, & illud non mediocriter contradicit,dictum ſpeciale per rationem generalem ampliari,& ad caſus omnes protendi, in quibus ratio ipſa generalis mouet.l.regula.§.& licet,ibiq; Bar.& Bal. ff.de iuris,& facti ignor.& alia, de quibus in conſ. noſtro 217. num.3. & in corollario reſponſi pro genero nu.17.& num.70. itaq; dictum aut caſus ſpecialis ſpectandus tex.noſtri non videtur,quod in ſtipulatione, atq; adeo iuris ſtricti contractu loquatur, verum rationem ipſam expendi, & obſeruari indiuiduitatis conuenit,quæ generalis eſt,& contractibus etiam cōmunis fidei bonæ eſt, quia quod in partes diuidi non poteſt, ab omnibus quodammodo factum videtur, quod arg.contra Bart. Fulg.ſentit in d. l.ſi ſeruus §. ſi plurium.ff.ſi quis cautio. de quo Soc.hic meminit nu. 18.circa fin.Quamuis non ita expreſſim, neq; ad vim tantam argumentum deducant, rationem demum eandem afferunt.

Tertio, & illud Bartolo obſtrepit, in arbitrio hominis non eſſe, legis præſcriptum mutare, & quæ in hæredes omnes ex ſua cuiuſq; portione obligatio diuiditur,in vnum ſolummodo transferre, vt non plus quam vnus factum defuncti,inſolidumq; pręſtet.l.cū ab vno,à ſpeciali argumentando.ff. de leg.2. idque ex tex.etiam & directo probatur in l.cum qui ita.§.1. infra eod. Quo pacto igitur ex promiſſione defuncti in contractu bonæ fidei non pluſquam hæres vnus inſolidumq; tenebitur,qui culpæ reus,aut doli ſit.

Argumentis his non mouentibus,ab opinione Bar. & limitatione ipſa communi recedere non oportet. Textibus enim confirmatur in d.l.in commodato.§. ſi ex facto.ff.commoda.& in d.l.in depoſiti,& l.ſeq. & ab ea recedendum non eſſe Ruin.hic monet num.49. verſi.& propterea non declinando. Galiau.nu.48.circa fin quæ opinio ratione fortiore, ex tex.confirmatur in l.3 § hæres.ff. commo. quem Bart.hic vocat in 5. oppoſi. Etenim ſi inſolidum rem commodatam reſtituere ob id hæres vnus cogitur, quod eius reſtituendæ facultatem inſolidum habet,quamuis peccatum quicquam ab eo non ſit,quanto magis vbi inſolidū ab eo pſtari damnū pōt, & in dolo,aut culpa eſt.

Negocium omne in aduerſarijs profligandis ſubeſt,& primum quidem tex.non obſtat ab Ang. de Perigl.oppoſitus in d.l.hæredes.§.an ea,quoniam in ſtipulatione loquitur,ſi ſedulo obſeruat̄. In caſu enim priore de ſtipulatione expreſſim meminit, cum hæredibus pluribus relictis,ſtipulator itineris,aut viæ decedit. Mox per aduerſatiuam contra, in promiſſore viæ tractat,qui vita & ipſe defunctus hæredibus pluribus ſuperſtitibus eſt, quæ aduerſatiua qualitatem pcedentis diſpoſitionis repetit.gl.in l.interdum in gl. fi. cir.prin.ff.de minor.Bal.in l.oēs populi.n.21 ff. de iuſt. & iure.Iaſ.poſt Alex.in l.filius à patre col.3.verſ.ſecūdo quęro.ff.de lib.& poſt.& alia compluria,itaq; ſicut in ſtipulatione caſus prior loquit̄, ita & in ſtipulatione intelligi caſum poſteriorē ob aduerſatiuā oportet.

Secundo aduerſatiua etiam remota, continuatiuè. ſequitur in ver.contra ſi promiſſor, caſum priori ꝯtrarium ſubiungendo,quo caſu repetitio etiam ſuperiorum ad poſteriora fit.l.ſi.in ver. coniuncta ſcriptura. ff.de reb.dub Bald.in conſ.17. præteritio. lib. 2.& alia apud nos relata in conſi.208.nu.5.

Tertio prędictis ēt rñſionibus tacentib.& ſi generaliter tex.ſcriptus ille eſſet,ſtipulationis verbo nō facto reſtrictionē tū per ll.allas acciperet,ne ꝯdictio inter.ll. incurrat per ea,quæ ſcripta habemus in ꝯſ. 70. nu. 22. & in ꝯſ.144.nu.12.quo circa ad ſtipulationē reſtringi tex.oporteret in d.§. an ea, ne textui refragetur in d. l. in commodato,& in d.l.in depoſiti,& l.ſeq.

Quarto reſpondetur,generaliter tex.eſto loquatur in d.§.an ea,qui de ſtipulatione nominatim meminit,
108 ad ea tamen † ſcriptura generalis non trahitur, quæ rationem eandem non habent,neq; ad omnia diſpoſitio generalis pertinet,quotiens ratio eadem omniū non eſt.l.ſi quis ita.§.ſi quis filio.ff.de teſtam.tutela.l.ſi ita relictum in prin.ff.de leg.2.& l. ſi plures.ff. de legat. 3. Barto. in l.ſi pluribus. num.6. verſic.in dubio qualiter intelligatur. ff. de legat. 2. & apud nos in dicto conſil. 70. nume. 27. ſed ratio eadem contractuum bonæ fidei, atque ſtricti iuris non eſt, vt factum vnius alij luant. Siquidem non perinde æquitatis

Digitized by Google

ratio in contractu ſtricti iuris haberi, atq; fidei bonæ ſolet.l.quia tantundem.ff.de nego.geſt.l. ex conſenſu in fin.ſupra tit.1. Quam reſponſionem Hotman. hic ſentit nu.284.

Sed nec ad ea ſcriptura generalis trahitur,in quibus ratio minor verſatur Fulgo.in conſ.135. in cauſa criminationis.col.3.ante med.per tex.in c.ſedes de reſcr. in c.qui ad agendum de procur.lib.6.in clem.non po teſt eod. tit. Rationem planè minorem obligationis contra reos ſolummodo diuidendæ, in contractibus ſtricti iuris,quã fidei bonæ inueniri, quis dubitat Fulg. tamen dictum declarationis indigens ex his puto,quę contra à pleriſq; dici,& Decio præſertim ſolent,generaliter ſermonem generalem accipiendum,vt maior in caſu vno,quam alio ratio contingat, id quod ſcriptum apud Decium legitur in rub.ff.ſi cer.pet.nu.9.in l.vnica nu.9.in vlt.not.C.de ſenten.quæ pro eo,quod intereſt, in rubric. de iudi. num.7.circa med. verſic. licet enim materia odioſa ſit, & in locis alibi permultis.

Equè ſententiæ huic Bart.& limitationi tertiæ text. non refragatur in d.l. hæredes. §. contra ſi promiſſor viæ. Quatenus de legato viæ loquitur, propter quod actio ex teſtamento datur, quæ fidei bonæ in acceſſorijs habetur.d.l.Titia Seio.§.1.ff.de leg.2.d.l. in minorum, ibique not. C. in quibus cau. in integ. reſti. non eſt neceſ. Quoniam de acceſſorijs in d. §. contra ſi promiſſor viæ, non tractatur, verum de re ipſa principali, in qua ideo contra hæredes omnes obligatio committitur, & factum nocentis innocui præſtant, quod iuris ſtricti in re ipſa principali actio ex teſtamento habetur,vt hic apud Bar.in tertia oppoſitione. Qua reſponſione Socin. hic vtitur num.18. circa fin. verſi. ſed contra concluſionem Bartol. Hotman. numero 285.

Secundo ad tex. illos in d.§ an ea, & §. ſeq. generaliter reſpondetur, hoc eſt tam circa contractum,quã legatum, ad contractum bonæfidei etiam text. illos pertinere fac. Ad rem hanc nihilomagis attinent,neque limitationi huic ad aliquid contradicunt. Quoniam differentia hæc inter contractus bonæ fidei, & ſtricti iuris,ad poenam ſpectat expreſſam,vel tacitam, expreſſam,quæ ex promiſſione hominis debetur, vt hoc tex. tacitam, quæ à lege ob dolum, aut culpam hominis in re commodata,aut depoſitam admiſſam inducitur, & quæ ſecundaria appellatur, inter quas poenas referre,vtrum ex contractu bonæ fidei,an ſtricti iuris debeantur,declaratum ante habemus. tex.planè in d.l.hæredes. §. an ea, & §. ſeq. in poena; aut acceſſorijs non loquuntur, verum de re ipſa principali hoc eſt de ſeruitute conſtituenda, obligatio cuius indiuidua eſt, & hæredes ſingulos inſolidum ſequitur. Quare contra hæredes ſingulos petitio, aut vendicatio ſeruitutis datur.l.viç.ff.de ſeruitu.l.fin.ff.de ſeruitu. lega. vbi text. conſentientes. gloſſ. profert, quocirca non rectè pro aduerſarijs text.illi vocati ab Angel. de Periglis ſunt,ex diuerſis quippè argumentatus apparet,hoc eſt ab obligatione principali indiuidua ad ſecundariam diuiduam,quod ad poenam doli culpævè attinet,quam non niſi a delinquente præſtari nihil impedit, tam & ſi in partem ſolummodo culpa committi,aut dolus nequeat.l.ſi vt certo. §. ſi duobus in fi. ff.commoda.l.ſi duo verſic.quod ſi lancem.ff. depoſi. Bar.& alij hic in ſexta oppoſit.

Sed obſtare reſponſioni huic videtur, etiam in obligatione ſecundaria à l.inducta indiuiduitatem verti, idq; per rationem huius text. quia quod in partes diuidi non poteſt, ab omnibus quodammodo factũ videtur,itaq; ſicut in partes diuiſio culpæ fieri, doliue nequit, ita ab hæredibus omnibus commodatarij, aut depoſitarij peccatum circa rem videtur, an non iuxta ad contractus bonæ fidei, atque ſtricti iuris ratio hæc accommodatur. Ad argumentum hoc reſponſio ex Socin.hic percipitur.num.18.in fin. Rationem hanc indiuiduitatis, quod peccatum ab omnibus videtur, à fictione pendere,idq; ex dictione quo-
109 dammodo † quæ fictionem dicit.l.1.ff.de ictum diuiſio.l.prætor.§.1.ff.de æden. l. in ſuis ff.de lib & poſt. l.ad tempus.§.1.ſupra de vſucapio. Barto. in l.ſi is qui pro emptore nu.5.ibique Iaſ.nu.110.verſic.item dum Bart. ponit eod.tit.

Sed enim locum fictio in contractibus bonæfidei contra æquitatem eorum non habet. l. qui in vtero, à ſenſu contrario argumentando. ff. de ſtatu homi. l. deniq; & l.nec vtilem. ff. ex quibus cau. maior.l.poſtliminium in prin.infra de captiuis. Bart. & alij in d.l.ſi is qui pro emptore in ſexta.q.princip. num.67.ibique Iaſ. num.383. & idem Iaſ.hic num.7.in fin. Inde factũ eſt,vt rationis huius in tex.hoc expreſſæ,quia quod in partes diuidi non poteſt. l. ratio à prætore habita in ſtipulationibus ſuis non ſit, quemadmodum in limitatione ſecunda probauimus quia ex fictione ratio,& arguria hæc pender, quam fictionem contra æquitatem ſuam admittendam prætor non cenſuit, qua ratione igitur rationem indiuiduitatis, & fictionis huius in ſtipulationibus haberi prætorijs non conuenit, ita nec in contractibus bonæfidei eam recipi oportet, qui & ipſi æquitatis cultum expoſtulant.

Confutatio ex reſponſione hac opinionis, & differentiæ Caſtren. circa obligationem ſecundariam, ſponte ſua emanat, in qua referre putat, à lege inducta,an ab homine ſit,ſiquidem à lege, non niſi contra eum produci, qui culpæ reus, aut doli eſt, ſinantem ab homine,qui dolum abfuturum promiſit, ius idem atque in poena ſeruandum, quæ promiſſa ab homine eſt, vt contra hæredes omnes, atque ex portionibus hæreditarijs doli culpævè obligatio committatur. Ad quem modum limitationem hanc tertiam, & Bart. opinionem in quinta oppoſit. ad eum caſum Caſtren coarctat,quo non niſi à lege ipſa obligatio hæc ſecundaria oritur. At enim diſcrimen hoc Barto. & alij non ſpectant. Contractus demum naturam mirantur, ſtricti ne, an largi ſit iuris, ita in contractu bonæfidei, niſi æquitatem ſimiliter, vt prætor in ſtipulationibus ſuis,non conſiderant, ęquitatis planè ratio communis,& generalis inter obligationes omnes ſecundarias inuenitur, ab homine introductæ, vel à lege ſint, ſed & expreſſius Caſtren. differentia euertitur. Quoniam vbi per ſtipulationem prætoriam ab homine promiſſio fit, ad iniuriam aliorum cohæredum peccatum vnius non recidit, atqui ſtipulatio tum vertitur, & ab homine ipſo immediatè obligatio producitur,quid ita ius idem probandũ, & in bonæfidei contractu non erit, id quidem in primis vbi citra ſtipulationis operam facta promiſſio eſt.

Retorcutionem etiam argumenti, & reſponſionis ſuæ Caſtren. patitur. Cum à lege obligationem introduci ſecundariam putat. Immo enim ortum eius cauſæ primę tribui oportet lege ſi procuratorem §. 1.ff. mandat. l. 1. §. idem pomponius. ff. depoſit. & alia apud nos comparata in reſpon. pro genero num. 33. 42. & num. 402. Cauſa vero prima ab homine exiſtit, ideſt à commodatario depoſitariovè, qui reſtitutioni eius ſe adſtrinxit, qua hominis obligatione remota, vtique & hęc taceret, quę doli, aut culpę nomine contrahitur, in ſecundaria appellatur perinde quaſi à prima deſcendens, & qua carere ſecundaria non poteſt. Qua reſponſione in Caſtrenſem Galiau. hic vtitur. numero 48. circa fin. Quę reſponſio iuuari ex his poteſt, quę ſcripta apud nos ſunt in lege prima numero 91. ff.

de

Digitized by Google

de legat.1.ſucceſſionem legitimam legi vti cauſæ immediatæ, non defuncto tribui, tum & ſi voluntas in ea defunti interuenire tacita dicatur.l. conficiuntur in prin.& l.ſi quis cum nullum.ff.de iure codicil.Eadem ratione homini,à facto cuius deſcendit,non ideò minus tribuenda obligatio hæc ſecundaria erit, quod per l.inducatur. Text. item non mutant aduerſus limitationem hanc prolati in d.l.in executione.§. inſolidum,& d.l. cum ex cauſa infra eo. ad eos enim Ruf. hic reſpondet.nu.49.poſt med.verſ.& propterea non declinando,quamuis parciſſimè dicat,indiuiduam ibi per omnia obligationem non verſari, defenſio quippè, & ſi maximè præſtari in partem nequit, ab vno tamen conſumatur,ita à re,non à perſonis indiuidua defenſio apparet,eam ob cauſam ſicut diuidua à perſonis defenſio eſt,ita ad eam præſtandam ſinguli non obligantur,verum vna ſimul,aut collectiuè,& ex portionibus hæreditarijs omnes tenentur. Quod cum ita ſit,contra eum,qui non defendit,inſolidum non cōmittitur,verum pro portione ſua hæreditaria;iſta fuit Ruini mens,quamuis non ita clarè loquatur. Immo enim vnico verbo rem abſoluit,hęredes ſingulos defenſioni præſtandæ inſolidum non teneri, & quo planior res fiat, eam Ruino mentem fuiſſe arbitror, vt quia mixta obligatio defendendi inuenitur, hoc eſt diuidua à perſonis,à re indiuidua, ita naturam vtriuſque participet indiuiduæ, vt ex facto vnius nō defendentis alij etiam teneantur. Diuiduæ, vt niſi ex portionibus hæreditarijs obligatio non inducatur, ſimiliter,vt in pœna diuidua id ita conſtitutum in tex. noſtro eſt,vnde ius aliud ſeruandum, ſi indiuidua omnino obligatio, & ex contractu bonæfidei præſtanda defenſio eſſet, inſolidum quippè contra eum ſolummodo commiſſio eius fieret, qui doli reus, aut culpæ ſit.

Solutio hæc Ruini textui contradicit in d.l. in executione.§.inſolidum,& in d.l.cum ex cauſa. Quibus expreſſum eſt,indiuiduam defendendi obligationem eſſe, atq; ideo ad eam præſtandā inſolidum hęredes ſingulos teneri, diuiduam demum executionem, aut præſtationem eſſe, quid ita igitur aduerſus eum ſolummodo,qui non defendit commiſſio eius ex bonæ fidei contractu non fit, & ab eo tantummodo quod intereſt,aut pœna non præſtatur.

Quare aliter ad text. illos Horman. hic reſpondet. nu.285.verſ.non obſtat ſeptimum, quamuis genera-
10 liter † tex.illi loquantur, attamen pro titulo reſtringendos, in quo ſunt poſiti. l. imperator. ff. de in diem adiectio.gl.in l.fi.in prin.in ver.poſſe.ff. de cond.inde. in c.tibi qui in gl.2.de reſcrip.lib.6.in c.1. in gl. magna in prin.& in c.ab arbitris in verſ.appellandum de offi. deleg.eodem lib.

Sed enim tuta rēſponſio hæc non videtur, quoniā & ſi maximè per ſtipulationem promiſſio defenſionis contingat, attamen quia ſuper venditione interponitur,qui fidei bonæ contractus eſt, naturam contractus induere ipſius debet.l.ſi ſtipulatus verſ. verum. ff.de vſur.idq; locum obtinet, vbicunq; alteratio per ſtipulationem obligationis contingit, cum grauior puta ſtipulando fieret, quam fidei bonæ contractus patitur,vt in d.verſ. verum, vbi verbum dari in ſtipulatione pro tradi accipitur, quia dationi obſtrictus venditor non eſt, verum tradere ſolummodo debet Bar.in l.pen.C.de cond.ob cau. Imola, & poſteriores in l.miles.§.decem ſupra de re iud.Alex.in l.1.ff. de pactis,ſed grauior per ſtipulationem obligatio fieret, ſi eos obligari dicimus,qui ex contractu ſolo bonæfidei non tenebantur, quid autem obligationem maiorē, aut grauiorem ſpectamus, immo enim recens contra alios culpę immunes obligatio inducitur,ad quos per contractum bonæ fidei pertinere non ſolet. Quare ſolutio admittenda Horman. non videtur, ad ſtipulationem tex.pertinere,qui oblati ex diuerſo ſunt.

Itaque aliter dilui argumentum oportet, ſtipulatione etiam remota, & niſi ex contractu bonæ fidei obligatione non admiſſa, ob id eum dumtaxat inſolidumq; non teneri, a quo præſtita defenſio non eſt, quod obligatiò primitiua ſemper verſatur in promiſſore defuncto circa rei defenſionem contracta, quæ in hæredes omnes portionum hæreditariarum tenus diuiditur, in qua æquitas contractus bonæ fidei non patitur,vt ſi ab vno præſtita defenſio non ſit, obligationi alij eximantur, quæ initium in defuncto ipſo promiſſore habuit, vt potè ab eo, & ex promiſſione eius conciliata, & cum in partem præſtari defenſio nequeat, neque diuiduitatem obligatio eius admittat. A culpa vacui alij non videntur, a quibus ex toto conſumata defenſio non eſt, ita non tam hæredis ceſſantis,aut omittentis,quam ſuam quiſq; pręſtare culpam videtur, quæ ratio in obligatione ſecūdaria ex contractu bonæfidei ſilet, in qua etiam ſi doli,aut culpæ nomine promiſſio facta à defuncto ſit. Attamen niſi de eo cogitatum non videtur, à quo dolo quid factum, aut culpa eſſet,ita vti æquitatis ipſius ratio patitur,quam in contractibus fidei bonę coli, & obſeruari oportet. Apparet ex his, non rectè ab obligatione prima ad ſecundariam argumentum deduci,vt potè ratio in quibus diuerſa apparet,differen- †
tiam hanc inter obligationem primitiuam indiuiduā, & ſecundariam Soc.hic iun. agnoſcit nu.155.& quāuis Cuman.damnet, eo id fit, quod indiuidua in ſpecie Cuman. obligatio non erat.

Tertio, & expreſſius ac ſignificantius arg. diluitur, Obligatio primitiua, quæ ob rem non defenſam committitur, ex promiſſione defuncti, non etiam per legem inducitur, vnde quomodocunq; prætermiſſio defenſionis contingat,dum culpæ modo emptor non teneatur, a quo denunciatio litis facta hæredibus omnibus venditoribus ſit, æquitatis ratio facit,vt contra hæredes omnes obligatio committatur, quia in poteſtate venditoris non fuit, hæredem vnū inſolidum ita adſtringere,vt cæteri liberentur, ſi obligationem ſolidam rei indiuiduitas inducit,& quominus quòd intereſt,ex portionibus hæreditarijs omnes præſtent.d.l.cum ab vno à ſpeciali argumentando. ff. de leg.2.d.l.cum qui ita.§.1.infra eo. Ratio hæc in obligatione ſecundaria ſilet,quæ niſi ex dolo, aut culpa vnius non contrahitur. Hæc enim etiam ſi ex promiſſione hominis,per legem tamen, atque ex culpa, aut dolo vnius inducitur, ita non tam ab homine, quam à lege inducta aduerſus eum intelligitur, qui culpæ reus,aut doli eſt,à qua inſpectione alienus Galiau.hic non videtur.nu.48.in fi.

Reſponſio hæc tertia ad argumentum diluendum valet,quo differentiam ſuā inter obligationē ſecundariam à lege,& ab homine inductam Caſtre.cōfirmabat,atq; ideo in obligatione ſecūdaria hominis, Bar. opinionē in 5.oppoſit. & limitationem hanc tertiam impugnabat, conſequenter vt culpæ doliuè promiſſione à commodatario depoſitariouè facta,ius idem contractus bonæ fidei,ac iuris ſtricti eſſe,vt in ſolidum contra omnes collectiuè ex portionibusq; hęreditarijs,non ꝯ offendentem ſolummodo,atq; inſolidum obligatio committatur,imò.n. diſcrimen hoc ferendum inter obligationes has ſecundarias in ꝯctib. bonæ fidei non vr. Quoniam doli etiam culpæuè cauſa, promiſſione ab homine facta, in arbitrio eius fuit, cū ſolum adſtringere, vitio cuius malū omne accideret. Quam facultatem non ſimiliter homini permittendam lex cenſuit,quotiens aliundè principaliter,quam ex facto quo hæredis vnius,damnum contingit, veluti cum euictio ſequitur,à tertio.n.euincente principa-

Digitized by Google

liter damnum exiſtit, neq; ex culpa ſola non defendentis euictio ſequitur, inde primæva ibi, non ſecundaria obligatio conſideratur.

Aliter etiam Caſtren. arg. & differentiam Hormano. hic diſſoluit. num. 285. verſic. non obſtat ſextum. Textu enim differentia, & arg. nititur in d. l. cum ab vno. iuncta gloſ. ibi in verſ. putat. Præcipuum in dote eſſe, vt eius reſtituendæ cauſa hęres vnus oneretur, ſed enim rationem eandem, & contractuum fidei bonæ eſſe Horman. ait, vt per eos hæres etiam adſtringi vnus poſſit. Quatenus ratio minor æquitatis in contractibus bonæ fidei, atque in dote non contingit. Adiici ab Horman. poterat, rationem fortiorem in contractu bonæ fidei, atq; in dote interuenire. Quoniam ob culpam, aut dolum ſuum in contractu bonæ fidei hæres vnus inſolidum obligatur, quod aliter in dote eſt, in qua culpa omni hæredis amota, inſolidum grauare eum licet, quam admittendam ſolutionem non puto l. quod vero. ff. de ll. Rurſus ab vtilitate publica dotis ad priuatam Horman. colligit.

Non denique limitationi huic tertiæ, & opinioni Barto. in quinta oppoſi. arg. illud Ang. de Periglis obſtat, ex diuerſis Bart. argumentari, ideſt a d. l. in commodato. §. ſi ex facto, & in d. l. in depoſiti. cum l. ſequ. ad contractus omnes bonæ fidei, quorum indiuidua obligatio ſit. Quam diuerſitatem inde Ang. colligit,
111 quod in obligatione † rem reſtitui tex. prædicti loquuntur, quam diuiduam eſſe conſtat. l. in conditione in fin. ff. de condi. furti. l. 3. §. hæres. ff. commoda. glo. & Doct. in l. 1. §. ſi apud duos. ff. depoſi. Bart. & alij hic in ſec. oppoſi. & in d. l. ſtipulationes non diuiduntur in octaua oppoſit. Reſponſio enim in promptu eſt, ſatis eſſe, indiuiduam ſolutione obligationem rem reſtitui inueniri, vt inſolidum hæres is teneatur, à quo peccatum ſit, ſimiliter vt in ſtipulationibus dici prætorijs ſolet.

Secundo argumentum, aut reſponſionem ſuam Angel patitur, etenim ſi diuidua obligatio rem reſtitui eſt, cur inſolidum contra offendentem committitur, imo enim niſi portione tenus committenda non videtur, vt hoc textu in fin. Quatenus diſcrimen aliquod inter contractus bonæ fidei, & ſtricti iuris Ang. ipſe non admittit. Quare ſi in diuiduitatem in vno recipit, nihil eſt, quod diuiduitatem contra Bar. obijciat, & ſi diuiduitate in d. l. in depoſiti nititur, eam vtiq; ipſe patitur, quoniam in tex. noſtrum tunc offendit.

Tertio reſpondetur, argumentum Angel. de Periglis, niſi in ſolutione prima ad d. l. in depoſiti. Bartolo non aduerſari. In ſecunda planè ſolutione non modo ab argumento Angeli Bartolus non læditur, verum adiuuatur. Quare non ita Bartolo inſultaturus Ang. fuerat, ſi verba perſpecta eius habuerat, namque vbi textum in d. l. in depoſiti, contra tex. noſtrum Bar. obiecit, ſolutionem duplicem affert, in priore ad contractum bonæ fidei text. pertinere in d. l. in depoſiti. text. noſtrum in contractu ſtricti iuris loqui. Quam ſolutionem textu confirmat in l. 3. §. hæres. ff. commoda. vbi inſolidum hæres commodatarij eo tenetur, qui facultatem rei totius reſtituendæ habet, quod viri id boni arbitrio conuenit. Quæ verba idem, atque illa pollent, quòd æquitati, aut fidei bonæ id conuenit.

Ratio eadem bonæ fidei clamat, vt is ſolus inſolidumq; teneatur, à quo peccatum ſit, cum iniquum ſit eum qui non fecit, obligationi ſubijci, l. ſupra. §. apud ferocem ſupra de aqua plu. arc. & alia in reſpon. pro genero adſcripta nu. 93. quam reſponſionem ratione fortiore confirmatam, atq; expēſam ſupra habemus verſ. argumentis his non mouentibus.

Deinde reſponſionem alteram Bar. ſubiungit, textui noſtro aduerſarium text. non eſſe in d. l. depoſiti. Quoniam in obligatione rem reſtitui loquitur, quæ indiuidua ipſa non eſt. A ſolutione demum indiuiduitas contingit, quod in partem reſtitui res nequit; Textum vero noſtrum ad contractum indiuiduum omnino æquè ab obligatione, atque executione, aut præſtatione rei pertinere. In qua ſolutione idem per omnia, atque in argu. ſuo Angel. de Periglis ſentit. Hoc eſt diſcriminis quicquam inter contractus bonæ fidei, & iuris ſtricti non eſſe, vtique æqualitate interueniente, vt indiuidua omnino vtrubiq; obligatio inueniatur, cui ſolutioni Hormanno, hic adſcribit. nu. 285. Atque adeo ſecum non obſcurè pugnet, ſolutionem etiam hanc Bart. opinionem eius perinde quaſi vulgatiorem defendendo, agnoſcit, at enim in opinionem ipſam receptam offendit, cum ſolutionem hanc habendam amplectitur.

Lapſus in oppoſit. hac quinta Barto. apparet, qui ſolutionem vtranque veram exiſtimat. Quomodo enim vera intelligi vtraque poterit, cum apertiſſimè inuicem certent. In priore quippè differentiam inter ſtipulationem, & contractus bonæ fidei, recipit. Quam in altera mox reijcit, vbicunque par vtrubique indiuiduitas contingit; & ab obligatione videlicet & à ſolutione, & niſi differentiam ipſam in ſecunda ſolutione, impugnauimus ineptiſſima ſine dubio ſolutio ipſa apparet, in qua idcirco ius aliud ſtatutum in d. l. in depoſiti. ait, quod par ibi indiuiduitas, atque in text. noſtro non eſt, quo enim indiuiduitatem per omnia, ſpectare ſi diuerſam contractuum bonæ fidei, quam iuris ſtricti cauſa eſt. Contradictione igitur tam manifeſtiſſima inter ſolutiones has admiſſa, quomodo veram vtranque aſſeuerare Bartol. potuit. Cum falſam vtramlibet eſſe neceſſe ſit. l. qui
112 falſa, vel varia. ff. de teſtibus, neque inuicem † contraria ſedent. Immò enim vno poſito non poteſt alterum non excludi. l. fin. ibique gloſſ. in verſi. direptum ff. de diuortijs. l. fuit quæſtionis. ff. de acquiren. hæred. l. ſi ancilla ſupra pro ſuo. l. ſi inter me, ibique Caſtre. in ſummario. ſupra de exceptio. rei iudic. l. fin. §. ſenator infra ad municip. l. hæc verba ille, aut ille in princip. infra de verbor. ſignific. §. neque autem homicidis, ibi, & non erit poſſibile. in auchen. de manda. prin. cap. humilitatis, ibique glo. 2. 22. quæſtio. 2. & quæ ſcripta habemus in reſpon. pro genero numero 449.

Conſequenter his dicendum, non vtranq;, at priorem tantummodo veram ſolutionem eſſe, ex qua apparet, ius aliud, rationemvè diuerſam contractuum bonæ fidei quam iuris ſtricti eſſe, atq; ideo pari vtrubiq; etiam indiuiduitate interueniente, cauſam tamē rationemq; diuerſam in eis verſari, ita vti ſanior, & frequentior ſententia habet.

Sublimitatur limitatio hęc tertia, ne locum habeat vbicunq; culpæ quid adſcribi cohæredibus alijs poteſt, qui quod in eis puta fuit, non obſtiterunt, quominus in contractum, & promiſſionem bonæ fidei hæres vnus offenderet, culpa quippè admiſſa, ratio ęquitatis, & bonæ fidei ceſſat, propter quam hęredis vnius factū ad iniuriam aliorum non recidit, atq; ius idem contractus bonæfidei, atq; iuris tum ſtricti erit, vt ob offenſionem vnius in portiones, & alij hæreditarias adſtringantur, vt autor hic Angel. eſt nu. 14. quo cum & Ang. à Periglis facit num. 22. verſ. & propterea dicit notabiliter Ang. Soc. nu. 18. in fi. Iaſ. nu. 29. verſ. in ſexta oppoſitio. Bar. Soc. iun. num. 138. verſ. eam tamen primo limita.

Sed enim, & ſi maximè noxia hæc hæredibus alijs culpa in gratiam ſtipulatoris ſit, ad commodum tamen offendentis non pertinet, contra quem actiones cohæredibus ipſis cedere ſtipulator compellitur, vt Ang. ipſe hic eodem nu. 14. ſcribit, idem Ang. de Perigl. & Iaſ. dictis nu. probant, quod dictum ex gloſſ.

com-

comprobatur.in l.vnde quæritur in verſ.compellitur. ff.commoda. Quæ text.affert in l.ſed & de damno. ff.loc.

Contrarium dicto huic tex.videtur in d.l.vnde quæritur, vbi exceptio ei cedendarum non datur, qui ex facto ſuo.l.aquilia conuenitur, vt ꝙ alterū damni ſocium actio ipſa.l.aquil.præſtetur, idem ex tex.atq; expreſſi...s declaratur in l.ſi plures.ff.de admin.tut. gl.& Do...c.in l.1.ibiq; Iaſ.nu.9.C.de tranſact.Bart.in l.modeſtinus.nu.7.infra de ſolutio.Signor.in conſ.100. nu.19 Rom.in conſ.508.num.4. verſ.ſecundo probatur Soc.num.hic nu.103.

113 Reſpondetur,culpam † hanc à ſtipulatore nō obijci,qui vtilitatem ex ea percipit.l.cum in fundo. §. ꝙ ſi mulier.ff.de iure dot.l.ex qua perſona infra de reg.iur. gl.in l.ſed & ſi exceptio.ff.de euictio.Soc.in conſ.200. nu.1.verſ.quinto confirmatur.lib.2.Fely.in c.fin.nu.3. de præſcript. Ad quam ſententiam text. non inepiè quadrat in l.cæterum.ff.de rei vendic. ibiq; Ang. vtilitas planè inde apparet,quòd actionem in cohæredes ob eam culpam habet,quam habiturus culpa remota non foret.

Secundò reſpondetur,tum deniq; exceptionem cedendarum denegari,ſi ob culpam opponentis,aut rei tantummodo quis conuenitur. Aliter atq; li ex communi. Locum ibi enim exceptio habet,quatenus pro alio ſoluitur Bar.in d.l.modeſtinus. nu.7.

Solutio hæc poſterior Angelo contraria,& alijs videtur, qui inſolidum cohæredibus ſarciendum damnum putant,quod ex facto alterius ſentiunt, vnde tertio,& aliter ſolui argumentum poteſt, quod dicitur, ob culpam communem exceptioni cedendarum locum niſi in partem non eſſe, ad eum caſum pertinere,quo par omnium culpa inuenitur, non idem probandum,ſi grauior vnius, atq; alterius culpa ſit, in faciendo puta,cum niſi omittendo peccatum ab altero non ſit.l.argentarius.§.cum autem,ibiq; Bald.ff. de ædendo.gl.in l.ſi mora.ff.ſolut.matr.Bart.in l.licet.§. fi. ff. de peculio.

Quid autem grauiorem faciētis culpam dico, imo enim doli tenetur, qui contra quam prohibitum ex pacto eſt, facere non dubitat.l.vendicantem.ff.de euictio.l.2.§.item quæritur ſi quis ſupra de exceptio. doli. Dolum vero culpa grauiorem eſſe non dubitatur. l.ſi putatur. l.item ſi obſtetrix in fin.ff.ad l.aquil.Caſtre. l.quæro.ff.de actio.empt.Alex.in conſ.14 in fin. lib. 5. Quo circa rationis non videtur,parem grauis, atq; leuis culpæ cauſam eſſe.

Quartò reſpondetur, omittentium, aut non prohibentium culpam,remotam atq; extra rem eſſe, facientis vero proximam, atq; in re ipſa, ob id iuri, & rationi conſentaneum ad eum damnum per ceſſionē recidere,vitium cuius proximum, atq; immediatum eſt.l.cum quis, ibiq; not.ff.de dolo.l.item mela.§.celſus.ff.ad l.aquil.l.penult.ff. de cond. ob turpem cau. & quod ſcriptum habemus in reſpon. pro genero nume.463.

Obſeruandum tamen in exceptione hac cedendarum. Per eam enim Ange. cæteriq; innuunt, repetitionem ſoluti aduerſus offendentem citra ceſſionem cohæredibus non dari. At enim iure ipſo repetitio ei contra eum permittitur, vitio cuius læſus quis eſt veluti cum ob factum nautarum à magiſtro quid nauis preſtatur. Actione id enim ex conducto repetit,à quo eorum conductæ ſunt operæ.l.licet.§.fin.ff. nau. caupo. ſtab.

114 Ratio eadem; cum ob † colonum dominus quid ſoluit,vt à colono id repetat. l. ſi colonus ſupra de aqua pluu.arc.lo.Fabri,& Ang.Aret.in §.item exercitor inſt. de oblig.quæ ex quaſi delic.na.quem text. vna ſimul cum.§.ſi filius lo Fab.coniunxit.

Si dixeris, eo actionem in d.ll.ſoluenti dari, quod contractus inter eum, & alium pro quo ſoluit intercesſit,vnde actio oriatur,conductionis videlicet operarum contractum planè nullum hic inter hæredem offendentem,& cohæredes alios verti,vnde actio deſcendat.

Reſpondetur contractu etiam remoto, actionem
115 in factum ſoluenti † non deeſſe. Similiter vt in factum actio domino,aut conductori domus datur,ex domo cuius deiectum, aut effuſum quid ab hoſpite, aut extraneo alio eſt, ſi ob eam rem præſtitum quicquam à domino,aut cōductore domus eſt, inter quē & hoſpitem, aut extraneum contractus vllus non interuenit. l.ſi vero §.cum autem. ff. de his, qui deiecer. vel effu. Actio etiam nego. geſt. præter actionem in factum,ei ſupereſt,qui pro alio ſoluere quid cogitur. l.nam & ſeruius in prin.ff.de neg.geſt.Bart. & alij in l.2.in fi.prin. ſupra eod. Qui in eo loquuntur, à quo ex repræſalijs ſolutum quicquam pro alio eſt,vt in factū & nego.geſt.actione id repetunt, itaq; ſi nullo ceſſionis adminiculo, repetitio ſoluti datur, quo actiones cedendi neceſſitatem imponere. Remedia ſuperuacua lege aſpernante.l.1.§ dixerit aliquis ſupra de publica.

Reſpondetur,inutilem ceſſionem nō eſſe,cum noſtra interſit, remedijs pluribus adiuuari, vt vno remoto,aliud ſuffragetur.l. habebat.ff. de inſtitoria. l.quod in hæredem.§.eligere.ff.de tributor.l. non eſt nouum. ff.de actio.emptio.l.cum filius.§.varijs.ff.de lega.2.l.3. in fin.ff.de liber.lega.l.1.§.inter.ff.de ſucceſ.ædic.l.quotiens duplici infra de regul.iur.l.1.C.com de lega. Socin.in rubri.ſupra eod nu.18.poſt prin.verſ. & ad illud quod non expedit, Ibique & à nobis dictum cumulatius eſt, quæ reſponſio ex text. confirmatur in d.l.licet §. fin.ff. nau. caupo. ſtab. vbi ceſſio actionis in nautas nauis exercitori fit, vt ex conducto actio non deſit, ex text. etiam reſponſio hæc iuuatur in l.1.§.nunc tractemus.ff.de tutel. & ratio. diſtra. in l.2. C. de con-
116 trario iudi. tutelæ, vbi † exceptionem cedendarum, non ideo minus tutor vnus conuentus habet, quod vtilem tutelæ actionem in alios habeat, ex quorum geſtu conuenitur,& ſoluere quid cogitur,& tradit Roman.in conſ.462.nu.3.

Vtilitas,& altera præter remediorum pluralitatem in exceptione contingere cedendarum poteſt. Si plenior actio ceſſa,atq; ea ſit, quæ citra ceſſionem competit, hypothecæ ratione puta.

Sed dubitatio in limitatione hac tertia incurrit, ad pœnam enim tacitam, ſeu obligationem ſecundariam pertinet, quæ doli, aut culpæ nomine inducitur, vt niſi offendentem, inſolidumq; non apprehendat, obligationem enim primariam, quæ indiuidua ſit, in hæredes ſingulos, inſolidumque committi oſtendimus, quamuis executio in portiones hæreditarias diuidatur. d. l. in executione. §. in ſolidum, & d. l. cum ex cauſa infra eodem. Quid ſi pœnæ promiſſio in contractu bonæfidei facta ſit, vtrum locum limitatio habeat. Monet, quod promiſſio pœnæ facta, aut per ſtipulationem, aut pacto nudo eſt. Siquidem ſtipulando, ad limitationem tunc non pertinet, quæ in fidei bonæ contractibus verſatur, ita ſub regula, non limitatione contineri caſus iſte videtur. Sin autem pacto nudo conſtitutam pœnam dicimus, inepta in pœna limitatio videtur. Quatenus ex pacto nudo actionem hæredes pati promiſſoris non coguntur. l.iuriſgentium.§.ſed cum nulla.ff.de pactis.l.eleganter. §. ſeruus pactionis.ff.de dolo.l.legem,& l.petens.C.de pactis. Ruſus ſi pacto nudo pœnæ factam promiſſionem dicimus, Ad limitationem etiam pertinere caſus iſte non videtur, verum ad regulam ipſam.

117 Quoniam iuris † ſtricti contractus pactum nu-

Digitized by Google

dum eſt. Inter contractus enim innominatos refer-
tur glo.& Doct.in l.1.ſupra tit.1. Iaſ.in l.in bonæfidei.
nu.2. C.de pactis. Contractum planè innominatum
iuris ſtricti eſſe, non dubitatur. §. actionum. inſtit.de
actio.Bar.in l.ſi olei.C.locati. Fulgo. in conſi.59. Do-
mina Beta.col.2.circa prin. Atq; in ſpecie,contractũ
ſtricti iuris pactum intelligi. Alcia.ſcribit in rubri.ſu-
pra eo.nu.36.Conſequenter his dicendum,& impoſ-
ſibilem , & ineptam in pœna promiſſa ſtipulationem
videri.Impoſſibilis,vt ex pacto nudo pœna debeatur.
Inepta,quoniam iuris ſtricti ſtipulatio, & pactum nu
dum habentur.

Reſpõdetur, ſiquidem per ſtipulationem promiſ-
ſio facta pœnę eſt,locum argumento eſſe. vt ad eum
caſum limitatio non pertineat. Cum iuris ſtricti ſtipu
latio ſit,vt in ſpecie Galiau.hic obſeruat nu.51. Hor-
manno.nu.290.Ripa nu.37. Inde ſublimitatio ſecun-
da limitationis huius percipi tertiæ poteſt .

Obiecturus hic aliquis erit.Immo & ad caſum hũc
limitationem tertiam pertinere . Quo per ſtipulatio-
nem in contractu pœna promiſſa bonæfidei eſt.velu-
ti cum venditione ſeruitutis viæ facta,ſtipulatio ſubie
cta ſub pœna eſt,per venditorem non fieri , neq; per
hęredes ſuos , quominus ſeruitute vti emptori liceat.
118 Quoniam † ſicut ad contractum bonæfidei inter-
poſita ſtipulatio eſt,ita naturam induere eius debebit,
vt bonæfidei dicatur. l. ſi ſtipulatus. verſicu. verum.ff.
de vſuris.l.ſi legati ſerui.ff.de lega. primo l. cum quis
decedens.§.1.l.codicillis.§.1. ff.de lega.3.l.1.§.ſi qs ſub
conditio. ff. vt legat.nomi. cauea.l.damni infecti.qui-
dam in prin.ſ. de damn.infect.l.5.§ conuentionales.in
fra eod. Cumulatè poſterioriores in rubr. ſupra eod.

Reſpondetur , locum argumento eſſe , vbicunque
de eo ſtipulatio fit, quod in contractu bonæfidei com
præhenſum, aut diſpoſitione alia eſt . Quo caſu pro
natura eius intelligitur. Ratio alia,cum ſuper alio ſti-
pulatio interponitur , vt in ſpecie controuerſa ſuper
pœna diuidua.l.ſi prægnans.& l.ſi vaccæ. iuncta l.ven-
ditor hominis in princ ff.de euictio. Imola hic nu.37.
verſi.nec obſtat,ſi dicas.Areti.col.7. verſi. ſed contra
hoc facit Galiau.nu 28 Crot.nu.83. Ripa nu.37. verſi.
nec obſtat,ſi dicas.Hormanno.num.290 Alcia.num.
118 Ruin.nu.52.& in conſi.116.nu.12.in fi.lib.2.Soci.
in l.ſi is qui cc.cum ita nu.3. ff. de rebus dubijs.

Limitatur quarto text.noſter , ne in reis , aut pro-
miſſoribus pluribus principalibus locum habeat . A
119 quibus † pęna in facto promiſſa indiuiduo eſt.Nãq;
& ſi inſolidum quiſque quoad factum ipſum princi-
pale,aut obligationem primitiuam teneatur. Attamẽ
quod ad ſecundariam attinet, diuerſa eorum ,atque
hæredum cauſa in ſtipulatione eſt. Quoniam in viri-
le obligatio non diuiditur . verum inſolidum is tene-
tur,a quo peccatum eſt . Tam & ſi diuidua pœna ſit
ab homine,vel a lege cõſtituta.l.1.§. ſi quis apud duos
in fi.ff.depoſi. Quod idem ex tex. oſtenditur in l.fin.ff.
ad Sillania.vbi factum vnius hæredis ante teſtamen-
tum aperientis,quam quęſtio in familiam habita oc-
caſi ſit, & cõtra quam prohibitum textu eſt in l. ſi quis
in graui.§.quod ad cauſam eod. tit. damnum hæredi-
bus alijs innocuis non affert .

Si dixeris, ad rem text. non attinere in d.l.fin.Qui in
hæredibus, non in reis pluribus loquitur . Atque ideo
textui potius noſtro obſtare.In quo hæredis vnius fa-
ctum alijs nocet.Reſpondetur,reos ibi principales hę
redes haberi. Quatenus ex ſuo, non defuncti facto te-
nentur,ꝙ in prohibitionem legis, non defuncti com-
mittunt. vt Bar. hic obſeruat in ſexta oppoſi.num.11.
verſi. ſecundo caſu.

Ex text. etiam limitatio hæc quarta iuuatur . in l.
de pupillo. §. ſi plurium ſuprà de operis noui nuncia.
ſi ex dominis pluribus contra nunciationẽ noui ope-
ris,eaq; neglecta ædificat , dominis id onerosum alijs
non eſt.Quos duos tex. Bar. hic profert in quarta , &
ſexta oppoſi. textum vero in d. §. ſi apud duos niſi in
oppoſi.ſexta non vocat.

Conſequens limitationi huic quartę vnum ſit , ꝙ
abſurdum ratione prima videtur,durius cum hæredi-
bus,quam cum promiſſoribus agi. Siquidem hęredis
vnius factum ad iniuriam aliorum recidit . Quod ali-
ter in promiſſoribus eſt. Id porrò abſurdum, iniquũ-
ve eſſe, ex tex.noſtro in fi.oſtenditur . In quo grauior
principalis,quam hæredis dum offenſio æſtimatur.

Sed reſpondetur,abſurdi, aut iniqui quicquam nõ
contingere. Rationem q; diuerſitatis inter reos, & hæ-
redes interuenire. Ab hęredibus enim ex cauſa hære-
reditaria,& promiſſione defuncti pœna debetur.Qui
defunctum ipſum , & promiſſorem vnum ex portio-
nibus eorum reprę ſentant . Ita ius omne vnius pro-
miſſoris in hæredibus omnibus , non in vno , aut ali-
quibus tantummodo repręſentatur.Eam ob cauſam
non poſſunt hæredes omnes ex facto vnius in re indi-
uidua non obligari . Namque ſi eum hæredem teneri
dumtaxat dicimus , a quo peccatum eſt , non niſi in
partem defuncti repręſentatio fiat. Quod ipſum facti
indiuiduitas non patitur. Vnde ſicut in partem pecca
ri a promiſſore nõ poterat , ita nec ab hæredibus eius.
At enim in partem peccaretur , ſi niſi offendentem
teneri hæredem non dicimus,cum non pluſquam ex
parte ſua defunctum ſuſtineat,aut referat. Cauſa alia
reorum plurium eſt , in quibus repræſentatio vlla nõ
vertitur. Ea de re ob factum vnius alius adſtringi niſi
per legem ipſam non poſſet . cũm neque offenden-
tem,neque alium repræſentet,a quo grauari poterit.
At enim æquum id viſum legi non fuit, ex facto quẽ-
piã alieno lædi.l.ſi quis in ſuo.§.legis.C.de inoffi. teſta.
& quamuis homo contra hæredes id faciat,per repræ
ſentationem id eſt,ꝙ eadem hæredis ac defuncti æſti-
matur.Atque in rebus ſuis id fit.Quæ in lege ratio ta-
cet. Rurſus conſequentia non recipitur . Ab homine
120 durius id agitur.Ergo & a lege, quæ † mitior homi-
ne eſt,& qua cum humanius quam cum homine agi-
tur.l.celſus.cum glo.ff.de arbitr.c illa cum glo.magna
in fi de electio. gl.in c.dilectus.2 de pręben. in c.Apo-
ſtolicæ de exceptio. & quod Deci. ſcribit in c.1.in 19.
nota.de poſtula. præla.

Neque tex. noſter in fi. mutat. in quo remiſſius le-
niusvè cum hæredibus,quam cum reo,aut promiſſo-
re ipſo agitur , qui inſolidum ex ſtipulatione diuidua
adſtringitur,vt peccatum niſi in partem nõ ſit. Quod
in hęrede ſecus vno eſt.Qui non pluſquam ex portio
ne ſua hæreditaria tenetur .

Ex diuerſis enim arg deducitur , quod ex text. no-
ſtro elicitur . Ideſt a promiſſore oſtendente ad pro-
miſſores,aut correos alios obligationis , qui nihil ad-
miſerunt . vt qua ratione durius cum nocente, quam
cum hærede eius vno nocẽte etiam agitur . Ita in alijs
probandum principalibus ſit.vt acrius cum eis, atque
cum hæredibus alijs agatur. Ratio quippè diuerſitatis
inter promiſſorem principalem peccati reum,& hæ-
redem offendẽtem in manifeſto eſt. Principalis enim
promiſſor eo inſolidum ex ſtipulatione diuidua , &
offenſione particulari adſtringitur , ꝙ ſolus eſt , & ab
ipſo ſolo offenditur. Grauiusq; peccatum eius quam
hæredis habetur . Suam enim promiſſor , alterius , &
defuncti hæres fidem fallit . Atqui grauior in ſuam,
quam in alienam fidem offenſio argum.l.2.ff.de offic.
proconſul.l.ſi filius.§. erit ſupra de fideicommiſ. liber.
l.antepen.infra de captiuis.Aliter etiam vitium maius
promiſſoris quam hæredis eius declaratur , quod fidẽ
promiſſoris ſecutus ſtipulator eſt.Quod non perinde
dici in fide hæredis poteſt, vtpotè ſtipulatori incogni
ti,vt Alcia hic obſeruat nu.82. verſi. nec obſtat argu-
mentum.

mentum. Idem Alcia.ſentit.nu.111. & num.115. Pro quad.c.aratione tex.expendit in l.eandem.in primis verſ.infra tit. vitio igitur grauiori in promiſſori principali quam in hęrede eius admiſſo, non rectè à promiſſore ipſo ad hęredem eius arg.colligitur. Longè minus à promiſſore ipſo principali ad compromiſſores alios argumentandi ius erit, vt factum vnius promiſſoris alij præſtēt. Qui procul à culpa ſunt. Neq; offendentis perſonam ex aliquo ſuſtinent. Vt ex repræſentatione teneantur. Quæ repręſentationis ratio ad hæredes ſpectat, atq; ideo ob factum vnius in obligatione indiuidua alios appræhendit.

Conſequens declarationi huic ſit, vt æqualitate interueniente, quia & ab omnibus principalibus, & ab hæredibus omnibus principalis peccatum promiſſoris ſit, acerbius cum principalibus, atque hæredibus agatur. Principales enim inſolidum quiſq; perinde, vt rei plures debendi tenentur. l. ſi vt certo. §. ſi duob. ff. commoda. l. ſi duo rei. ſecundo reſpon. ff. depoſit. Bar. hic num. 11. in prin. Cauſa alia hæredum videtur, qui omnes in contractum ſtricti iuris indiuiduum offendunt, vt ſupra portiones hæreditarias non teneantur. l. idq; ex tex. probari hoc videtur. cum fictam offenſionem veræ comparat. Idcirco ex peccato vnius ex portionibus alios hæreditarijs teneri, quia ꝙ in partem diuidi non poteſt, ab omnibus quodammodo factum videtur. Ita ſi ab omnibus verè factum, non quodammodo, aut ficte ſit, tantundem tex. innuit, nō pluſquam in portiones hæreditarias omnes teneri. Quod ſi inſolidum hæredem quemq; teneri dicimus, cum offenſum verè ab omnibus eſt. Recta, aptavè cōparatio non erit. Immo enim diſſimilitudo euidens inter contrauentionem fictam, & veram apparebit. Quam opinionem, vt niſi portionum hæreditariatū tenus hæredes omnes ob contrauentionem verā non obligentur, crebriorem Soci. hic iun. aſſerit num. 155. & duobus ſeq.

Opinionem hanc non niſi in portiones hæreditarias hæredes omnes teneri, a quibus peccatum eſt, ratione Soci. iunior confirmat. Quoniam ſi inſolidum teneri vnumquemq; dicimus, non alia ratione id fieri, quam quod factum, aut peccatum eorum, non repręſentationē defuncti ſpectamus. At enim ratione hac admiſſa, tantundem probandum, & in obligatione diuidua erit, in quam ab hæredibus offenſum omnibus ſit. Sub obſcurius in ratione hac Socin. iun. loquitur. Sed eam ei fuiſſe mentem arbitror, vt quemadmodū inſolidum principalis promiſſor tenetur, a quo in ſtipulationem offenſum diuiduam eſt, vt hoc tex. Ita inſolidum hæredes eius ſinguli tenerentur, a quibus in ſtipulationem offenſum diuiduam ſit, ſiquidem facti eorum ſolummodo, non repręſentationis ratio habeatur. Quod a iure abhorret. Itaque cum rationem, haberi repræſentationis oporteat. Conſequēs neceſſario ſit, vt quamuis ab omnibus peccatum in ſtipulationem indiuiduam dicatur, vltra portiones tamen hæreditarias eos adſtringi repræſentationis ratio non patiatur.

In argumento hoc pro expedito Socin. iun. habet, promiſſores plures in ſtipulationem diuiduam offendentes inſolidum ſingulos teneri, vtpotè ratio in quibus repræſentationis non vertitur. Qua enim ratione inſolidum promiſſor vnus obligatur, & pœnam ſolidam debet, a quo niſi in partem peccatum in ſtipulationem diuiduam eſt, ita & in promiſſoribus dicendum pluribus videtur, ſed & ratio fortior inſolidum omnes quam vnum appręhendendi, videtur. Quoniā in vno tex. loquitur, inſolidum eum teneri, a quo offenſum niſi ex parte non eſt, ex centum puta 50. petendo, cum amplius non agi cautum eſſet. At enim inſolidum quiſque peccat, cum ſolidum omnes petunt, id eſt, ſolidam ſuam quiſque partem.

In eadem ſententia, vt non vltra portiones hæreditarias hæredes teneantur, a quibus omnibus in ſtipulationem offenſum indiuiduam ſit, Ruin. hic poſt Alex. eſt nu. 62. Galiau. nu. 60. Crot. nu. 87. Ripa nu. 39. Qui rationem opinionis huius deuitandæ non tenere ſe ait. Quamuis diſtinctionis ope conciliare rem ſtudeat.

Sed enim rationem alia verè, quam fictæ contra-
121 uentionis eſſe, & inſolidum hæredes † ſingulos adſtringi, quotiens peccatum ab omnibus eſt. Maiori Doct. parti placere Horman. hic affirmat num. 322. & ſeq. turba. & nu. maximè 327. Alcia. nu. 116. Eandem opin. Soci. hic amplectitur. col. 12. verſi. tertio conſidera differentiam. Ripa nu. 35. in fi. & nu. 38. verſi. ſed an alij. Receptamque nu. 39. aſſerit verſi. Quid ergo reſpondebimus.

Opinio hæc poſterior textui aduerſaria noſtro videtur, ſi comparationis vim, vt ſupra, ſpectamus. Secundo ex tex. ratio Doct. confutatur, qua opinionem hanc poſteriorem admittunt, ꝙ pœna hic, aut obligatio ſecundaria vertitur. Quæ doli, aut culpę nomine inducitur Caſtren. in l. 1. §. ſi apud duos. in ſummario. ff. depoſi. In dolo planè, aut culpa diuiduitatem non cadere. l. ſi vt certo. §. ſi duobus in fi. ff. cōmoda. l. ſi duo. verſi. ꝙ ſi lancem. ff. depoſi. Bart. hic in ſexta oppoſi. nu. 9. Namque ſi rationem hanc admittimus, conſequens fiet, vt hærede vno contrauenien te, inſolidum ipſe teneatur. cum offenſio, aut dolus committi in partem nequeat. At enim nō niſi ex portione eum hæreditaria teneri. Ruin. hic & Galiau. dictis nu. obſeruant. Idem num. 39. Ripa ſcribit. A quo Ruini memoria habita, & Galiauiæ non eſt.

122 Apparet ex his, locum conſequentiæ † non eſſe, indiuiduum id eſt, vnde obligatio naſcitur, ergo indiuiduam eſſe obligationem tum etiam oportet, cum diuidua res eſt, quæ ex obligatione debetur. Atq; in ſpecie conſequentiam hanc Iaſ. hic damnat. nu. 31. verſi, quarto aduerte. Horman. nu. 321. verſi. tertio dicitur, Ripa num. 41. verſi. aduerte etiam ad conſequentiam. Alcia. nu. 118. verſi. non obſtat. l. reos. Textuq; noſtro conſequentia ipſa diſſoluitur. in quo ob pœnæ diuiduitatem in portiones hæreditarias obligatio eius diuiditur, quamuis a facto indiuiduo deſcendat. Tantundem & in obligatione alia ſecundaria dicendum, in qua diuidua res debetur, tam & ſi a dolo indiuiduo oriatur.

Secundo ratione etiam vltra tex. noſtrum, conſequentia hæc tollitur. Quoniam & ſi maxime a dolo hæredum obligatio hæc ſecundaria naſcitur, ratio tamen repræſentationis nō ſilet. Siquidem cauſam obligationemque ſpectare primam libet, vnde obligatio ipſa ſecundaria deſcendit, & quam cauſam prim. §. obſeruandam, ex tex. oſtenditur in l. ſed an vltro. §. fi. ff. de nego. geſt. in l. ſi hæres. ff. de action. empti. l. 1. C. quan. decre. opus non eſt, & alia non pauca.

Verior igitur opinio prior videtur, vltra portiones hæreditarias in contrauentione vera, aut in obligatione ſecundaria hæredes omnes offendentes non teneri, iuris ſtricti, vel fidei bonæ contractus ſit. Idque repræſentationis ratione, quod niſi ex ſua ſinguli parte defunctum non repręſentant.

Neque refragatur, ex ſuo quemq; dolo, aut facto, non etiam ex repręſentatione teneri, quoniam reſponſum eſt, & repręſentationem interuenire cauſa prima perſpecta, vnde obligatio ſecundaria naſcitur. Ita ſi non mox, aut immediatè, ſecūdario tamen, aut mediatè repręſentationem non deeſſe.

Hoc amplius, immediatè etiam in obligatione ſecundaria, ſi non expreſſim, tacitè ſaltem repręſentationem contingere. Namque ſi dolum malum abfuturum

turum defunctus promiſit, dubitationis quicquã res
non habet, repræſentationis cauſam immediatè, & in
obligatione ſecundaria non minus atque in primaria
inueniri. Sin autem de dolo verbum vllum factum in
promiſſione non eſt. Tacitè tamen ex natura contra-
ctus dolus venit. l. cõtractus. infra de regul. iuris. Atq;
ideo ex promiſſione defuncti tacita obligatio hæc ſe-
cundaria venit. Quæ carere prima nequit. Siquidem
prima remota, locus eſſe ſecundariæ nequit. l. manu-
miſſiones. ff. de iuſti. & iure. l. 2. ff. de vſufruc. l. ſi partẽ.
ff. quem ſerui. amittan.
123 In quarto nota. Soci. † factum & ſeruitutem in ſti-
ſtipulatione iter fieri contineri, de tribus Soci. men-
tionem facit. Ideſt de ſeruitute, de facto, & facultate
faciendi, de qua in l. apud Iulianum. §. ſi quis alicui. ff.
de lega. 1. & apud Bart. in l. pen. ff. de ſeruitu. lega. De
ſeruitute, aut iure eius, quotuplex ſit, locus hic diſeren
di non eſt. factũ in ſeruitute neceſſario verſatur æque
in vrbana atque ruſtica. In vrbana circa ædificium po
nendum, aut reponendum oneris, tignivè ferendi cau
ſa. In ruſtica vero ſeruitute circa locum itineris, viæ,
actus, aquæductusvè extruendum, aut inſternendum.
factum hoc in ſeruitutę neceſſarium ab eo præſtan-
dum regulariter eſt, cui debita ſeruitus dicitur, patien-
tiæ ſoli præſtandæ domino prædij ſeruientis obno-
xio. l. quotiens. 1. in fi. & l. pen. ff. de ſeruitu. l. & ſi forte.
§. 2. ff. ſi ſerui. vendi. l. 1. in fin. ſupra de aqua plu. arcen.
teſte Caſtren. in l. in ſumma. §. apud Alphenum eod.
tit. Limitationem id ſecundum Soci. in ſeruitute, aut
ſtipulatione ſeruitutis admittit iter fieri. In qua non
ſolum patientiæ, ſed & facto ipſi præſtando, vnde ſer-
uitutis vſus habeatur, promiſſorem, dominumvè præ
dij ſeruientis teneri, ex glo. hic in verſi. non fieri in fi. &
Doct. Soci. oſtendit.

Vltra Soci. non modo in ſeruitute iter fieri, ſed &
in ſeruitute oneris ferendi, tigni puta immittendi, lo-
cum limitatio habet. Ad factum enim in ea domi-
nus prædij ſeruientis tenetur. hoc eſt, vt ædificium ita
extruat, & tueatur, vt oneri, aut tigno ipſo ſuſtinendo
ſufficiat. d. l. & ſi forte. §. etiam. & l ſicut. §. diſtant. ff. ſi
ſerui. vendi. l. cum debere columnam. ff. de ſerui. vrba.
præd. Caſtren. in d. l. in ſumma. §. apud alphenum. ſu-
pra de aqua plu. arcen. Corn. in conſi. 99. col. fi. lib. 2. &
in conſi. 74 col. 1. lib 4.

Labor maior in facultate quid faciendi ſubeſt, lapi-
des puta in fundo alieno cedendi, aut fructus inde per
cipiendi, certum veluti frumenti, aut vini modum.
vtrum facultas hęc ad obligationem, an ad ſeruitutẽ
perſonalem pertineat. In qua re illud ante omnia vi-
124 dendum, quid interſit, † obligationem, an ſeruitutẽ
perſonalem ſtipulatio habeat. Differentiam quadru-
plicem inter hæc ex lectionibus varijs adnotaui. Pri-
ma differentia. ſiquidem ſeruitus quamuis perſonalis
dicitur, ius tamen in re competit. nomine cuius actio
etiam realis datur, ideſt confeſſoria, quæ poſſeſſorem
fundi omnem ſequitur. Tam & ſi cum perſona eius,
cui debetur, finẽ ſeruitus ipſa accipiat, & pereat. Cau-
ſa alia obligationis perſonalis eſt. propter quam ius
in re vllum non quæritur. Atq; ideo locus confeſſo-
riæ non eſt, vnde agi cum poſſeſſore tertio poſſit. At
enim niſi contra eum actio perſonalis accommoda-
tur, a quo facta promiſſio eſt, hæredesvè eius, quam-
diu ſtipulator degit. Fundi planè poſſeſſorem obliga-
tio hæc non adſtringit. l. ſi quis ædes. in prin. ff. de ſerui.
vrba. pręd. l. fi. § fin. ff. de contra. empt. Caſtren. in l. ſti-
pulatio iſta. § ſi quis ita. nu. 3. infra eod. Alex. in conſi.
18. nu. 3. & ſeq. lib. 5. quod repetitum eſt. in conſi. 118.
lib. 6. Differentiam hanc primam expreſſius. Iaſ. docet
in l. ſi fundum ſub conditione. §. qui fundum. nu. 7. ff.
de lega. 1. & in d. § æque. nu. 14. inſti. de actio.

Secunda differentia. ſi facultatem hanc faciendi ad
ſeruitutem pertinere perſonalem dicimus, ius eam al-
teri cedendi non eſt. Immo enim cedendo, perit. §. fi-
nitur. inſti. de vſufruc. Quod ſecus in obligatione per
ſonali eſſe titu. docent. ff. de hæredi. vel actio. vendi. l. 1.
2. & l. ſi inſolutum. & l. ſeq. C. de actio. & obl. l. nomen.
C. quæ res pign. obli. poſ. Differentiam hanc ſecundã
apud Corneum legi in cõſi. 188. col. 2. circa med. lib. 4.

Tertia differentia. In ſeruitute iuxta perſonali, atq;
reali patientia ſola eius, a quo debetur, pro traditione
eſt. d. l. quotiens. 2. in fin. ff. de ſeruitu. l. 3. §. dare. ff. de
vſufruct. Cauſa alia obligationis perſonalis eſt, in qua
ſola ſatis patientia nõ habetur. verum facto eſt opus,
vt re tradatur, quod tradi debet. Differentiam hanc
Corn. obſeruat in conſi. 293. col. 3. lib. 3. Sed enim &
in obligatione perſonali patientia ſufficiet, ſi in facul-
tate quid faciendi obligationem ipſam admittimus.
Vnde pro argumento potius vti differentia hac poſſu
mus, ne obligatio perſonalis in facultate hac verſe-
tur. Id quia traditionem veram realemvè obligatio
expoſcit, vbicunque quid dari tradivè oportet. Quæ
vera realiſque traditio in facultate quid faciendi non
interuenit. At enim patientia ſatis in ea habetur, vt la-
pides puta cędi, aut fructus in fundo ſuo percipi quis
patiatur.

Differentia quarta ex Caſtren. colligitur in l. ſi ſtipu
latio iſta. §. ſi quis ita. num. 3. infra eodem. quæ ad for-
mam libelli concipiendi ſpectat. vt ſiquidem obliga-
tio perſonalis competat, concludi ad patientiam non
poſſit, vt vti, aut vti frui reus patiatur. Id quia ſi ius ſer
uitutis perſonalis vſus, aut vſusfructus non competit,
patientiæ in vſu, aut vſufructu præſtandæ aduerſarius
non tenetur.

Sed enim vſu iudiciorum differentiam hanc rece-
ptam non puto. Quoniã ſi tradere reus tenetur, a for-
tiori pati ſed & patientia præſtanda poſt traditionem
omnino. Si dixeris, traditionem quidem, & patientiã
neceſſariam. Cæterum non circa vſum, aut vſumfru-
ctum, qui non competit, at obligatio perſonalis tan-
125 tummodo. Reſpondetur, impropriè † libelli verba
intelligi, ne inutilis fiat. l. ſed & ſi poſſeſſori. §. item ſi iu-
rauero Ibiq; Iaſ. cumulatè in 4. nota. ff. de iureiuran. l.
1. Ibiq; Bart. nu. 14 C. de vſufruct. l. ſi olei. Ibiq; etiam
Bar. C. loca. c. conſtitutus Ibiq; Anto. de But. nu. 15. de
religio. domib. c. ex literis. Ibiq; Ant. de But. & Imola
vterque in 4. nota. de pignor. ob id vſumfructum, aut
vſũ ad fructus certos, aut determinatos referri opor-
tebit. Similiter vt ad quaſi vſumfructum trahi in his
conuenit verba vulnerando quotiens in his mentio
vſusfructus fit, in quibus verſari proprie non poteſt,
quia vſu puta conſumuntur. De quo genere pecunia
habetur. d. l. 1. C. de vſufruct. & Anto. de Butr. tradit in
c. examinata nu. 26. cir. med. ver. hæc ſic dubia proce-
dunt. de iudi. quem Areti. ſequitur in conſi. 127. in cau
ſa Dominæ Antoniæ nu. 1.

Differentia hæc quarta non niſi ad eum caſum ſpe
ctat, quo fructus certi determinatiq; ſub facultate fa-
ciendi continentur. Cauſa alia videtur, ſi ad fructus nõ
determinatos eoque caſu facultas pertinet, quo ſer-
uitutem perſonalem vſus complectitur. Ibi enim &
patientiã verſari proculdubio eſt, & quãuis ad vſum
patientia ſpectet, attamẽ pro vſu verba illa accipi vti
frui per locutionem impropriam oſtendimus.

Quinta differentia ex Caſtren. etiam percipitur in
d. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. num. 3. quod ſi vſum conti-
neri ſub facultate faciendi dicimus, non niſi a domi-
no rei conſtitui ius vſus poteſt, quod aliter in obliga-
tione perſonali eſt. Ex tex. differentia hæc iuuatur in l.
rem alienam. ff. de pign. actio. iuncta. l. rem alienam.
ff. de contrah. emptio. in d. l. rem alienam. ff. de pigno.
actio. apparet, ius in re, hypothecæ puta, niſi a domi-
no non conſtitui. Quomodo enim conſtitui ab eo

poterit,

Digitized by Google

poteſt, qui dominus non ſit. l.traditio.ſupra de acq. rer.domi.l.nemo plus.infra de reg.iur. Ratio alia obligationis perſonalis eſt, veluti cum res aliena venditur. vtilis enim venditio in præiudicium vẽditoris eſt, id quia ius conſtitui in re non ſolet.vt in d.l.rem alienam.ff.de contrah.empt.Ibiq; glo.rationem hanc diuerſitatis inter pignus,& venditionem aſcribit.Quam Iaſ.etiam ſequitur in l. 1. §. per ſeruum corporaliter. in prin.ſupra de acq. poſſ.

Sexta differentia. obligatio perſonalis, quæ ex facultate quid faciendi,limitata, aut determinata naſcitur,hæredes ſtipulatoris,aut eius ſequitur,cui conceſſio fit.vt Imola cæteriq; no.in l. apud Iulianum alias. Lidem Iulianus.§. ſi quis alicui. ff.de lega.1.& inferius dicemus. Quod contra in ſeruitute perſonali eſt, quæ interitum cum perſona accipit. dict.§. finitur. inſtitu. de vſufruct.

Diſcriminibus his inter obligationem, & ſeruitutẽ perſonalem ita enarratis,videndum eſt,quid ſibi Soci. velit, cum factum, non ius verſari in facultate quid faciendi, eundi puta, ſcribit per text. in d.l.apud Iulianum.§.ſi quis alicui. vbi ad hæredes legatarij facultas illa cędendi lapides non ambulat. Quo circa factum conuenire dicitur,quod ipſum tranſire ad hæredes nõ ſolet.l.ſtipulatio iſta.§.ſi quis ita.infra eodem. Doct.in l.2.§.fi.Ibiq; Iaſ.in quarto nota. ſupra eod. Equè quæ
126 † facti ſunt, filij ſeruivè egredi perſonas non ſolent, atque ideo iuris quicquam in facto patri dominovè per filium,aut ſeruum non acquiritur. l. qui hæredi.in prin.ff.de condi.& demon.l.dominus ſeruo.infra eodem.§.ſed cum factum inſti. de inutil. ſtipula.factum hoc in facultate quid faciendi,nõ ſimiliter apud Soci. hic intelligitur,vt facto itineris,quod ad locum ipſius itineris præparandum, aut inſternendum ad vſum ſeruitutis ſpectat. Ita vt locum componere, aut parare is debeat,a quo facultas quid faciendi datur.Vnde ſecundum,l.quam vocat, factum intelligi hoc oportet. Ideſt vt ius ſeruitutis realis conceſſio facultatis quid faciendi non habeat.verum factum ſolummodo cõtineat.Ideſt permiſſionem faciendi,eundi puta. Sic factum ipſum facultatis,aut permiſſionis eundi conceſſio hæc habet.

Dictum hoc Soci. vt ad factum facultas hæc faciendi, non ad ius pertineat, obſcurum imperfectumvè plus ſatis videtur. Siquidem factum merum ſine iure aliquo facultas hæc non continet. Ius enim interuenire neceſſe eſt,ex quo facultas hæc competat.In quo iure ſcrutari neceſſe eſt,cuinſmodi id ſit.Vtrum in ſeruitute perſonali conſiſtat, pro qua tuenda actio confeſſoria redditur, quæ poſſeſſorem tertium conuingit..an obligationem ſolummodo perſonalem habeat. Per quam prohibendi ius concedenti non competit,quominus agere mihi ireq; liceat.

Species hæc vacua a difficultate minimè eſt ob id quo magis eluceſcat caſus diſtinguendos aliquot cenſui. Primus caſus eſt,cum facultas hæc eundi, aut rei alterius faciendæ, prædij cauſa vicini datur. veluti vt ire mihi ad fundum meum per fundum tuum liceat.
127 Quo caſu ſicut † rei contemplatione facultas permittitur,ita ſeruitus realis æſtimatur, quæ a re debita rei eſt,vt Bar.no.in l.3.§.opus.ff.de aliena.iudi.mutan. cauſa fac.in l.fi.Ibiq; Iaſ.col.2.circa med.ſupra de ope. noui nuncia.& idem Bar.in l.ſi ſub vna.§.1. infra eod. Bald.in l.ea lege.q.8. C. de condi. ob cau. Anchar. in conſi 262.præmittendum eſt, ꝙ in traditione circa fi. Areti.in l.3.§. fin.in 1. nota. poſt Caſtren. ibi. Ibique Soci.etiam nu.3. verſi.ſecundo limita. ſupra eodem. & idem Areti.in conſ.25.nu.2.

Contrarius caſui huic Alcia. hic eſt nu.18. realem ſeruitutem ob cauſam expreſſam aut fundi determinationem non dici. Id quia ad factum verba ſtipulationis ſpectant,vt ire mihi,& agere per fundum tuum ad fundum meum liceat. Itaq; ſicut ad factum verba reſpiciunt, ita ad ius ſeruitutis trahi realis non debebunt. Cuius ſententiæ eſſe,& Caſtren. videtur in l.pen. ff.de ſerui. ruſti. præd. vbi cum ad factum verba ſpectant, ad rem attinere, non putat, prædij occaſione eundi facultatem in ſtipulationem deduci. Sed enim tanti argumentum hoc faciendum non erat,vt a probatiſſima æquiſſimavè Doct.ſententia Alcia.diſcederet. Siquidem cauſam ſpectari potiuſquam factum ipſum oportet. l.ſi.filiusfamilias conſtituerit. ff. de in rem verſo.l. qui id quod.ſupra de donatio. l. nunquã nuda. ſupra de acquir. rerum domi. l. obligationum ſubſtantia.§.fin.ſupra tit.1.l. tutor. infra de fideiuſ. Signorol.in conſi.119.col.1. poſt med. vnde cum fundi cauſa ſtipulatio interpoſita expreſſim ſit, & cauſa ipſa ad rem, aut fundum ipſum adhæreat, fundo ius quæſitum magis erit dicere. quamuis ad factum verba pertineant.

Secundo ex iure illo notiſſimo Alcia. arg. diluitur,
128 ex † ratione generali diſpoſitionem ſpecialem ampliari,vt ad caſus omnes pertineat,in quibus ratio ipſa generalis mouet.l.hæc actio.ff.de calumnia.l.regula.§.& licet.Ibiq; Bar.& Bal. ff.de iuris & facti ignor.l. libertum.§.Senatuſconſulti. ff.de ritu nuptiar.l. nomẽ debitoris §.fi.l.pater filium. § fundum. in fi. ff.de lega. 3.l.2.§.ſi mater.verſi.quid ſi curatores. ff. ad Tertullia. l.1.in prin.cum ibi no.ſupra vti poſſid.l.1. C.de interdic.glo.2.in clemen.1. de electio.ſcite Fulgo.in conſi. 208.item ſi qua quęſtio ante fin.Geminia.in conſi.39. col.1.& in conſi.ſeq.col.2.Idq; locum in materia cuã correctoria habet Bald. & poſteriores in authen.quas actiones in tertia.q.C.de ſacroſan.eccleſ.Caſtren.in l. ſi vero.§.de viro.ff.ſolut.matr. & in ſpecie diſpoſitionis ſuapte natura perſonalis,vt realis ob rationem generalem fiat Bar.tradit in d.l. pater filium.§. fundum. Iaſ.in conſi.23.col.1.lib.3.Itaque cum generalis cauſa fundi ſit,propter quem ſtipulatio eundi, agendiq; interponitur, generaliter intelligi ſtipulationem ipſam conuenit. vt fundo ſemper perpetuoque competat.

Neque ad rem Caſtren.teſtimonium attinet in d.l. pen.ff.de ſeruitu.ruſtic.præd. quia eo caſu non loquitur,quo mentio fundi facta ſtipulatoris,atq; ideo cauſa expreſſa ſtipulationis eſt, quamuis occaſione fundi factam ſtipulationẽ putet. ſic in cauſa tacita Caſtren. ibi loquitur. Atque ita in cauſa tacita a Soci.intelligitur in d.l.2.§.fi.nu.3. verſi. tertio fortius ſupra eodem.

Aliter etiam ad argumentum Alcia.reſponderi ex Galiau.poteſt in d.l.2.§.fi.nu.23.verſi.ſecundo limita. Ibi item Bart.hic in tertia oppoſit. ꝙ vbi per verba in ius ſonantia ſtipulatio concipitur, ad vtilitatem fundi vicini in dubio facta ſtipulatio creditur. Quod ſecus eſt,cum verbis in factum ſonantibus ſtipulatio fit.Cęterum vbi in dubio res non eſt, quoniam ob vtilitatem fundi vicini expreſſim ſtipulatio fit, ad rem attinere non videtur,ad factum verba ſpectare.

Secundus caſus eſt. quotiens de cauſa ſtipulationis aut conceſſionis mentio non fit. veluti cum per fundum promiſſoris ire, agereq; ſimpliciter quis ſtipulatur,de fundo ſtipulatoris memoria non habita. vt ire agereq; per fundum promiſſoris ad fundum ſtipulatoris liceat. Quo caſu ſiquidem fundum vicinum ſtipulator habeat, cuius gratia facta dici ſtipulatio poſſit,ſeruitutem realem conſtitutam Bologni. hic putat nu.110.ex Caſtren.in l.2.§ fin.col.2.ſupra eodem.Sed enim ex fide bona relatus Caſtren. apud Bologni. nõ eſt.Siquidem ſeruitutem realem in caſu hoc Caſtren. non admittit. Equè obligationem,aut conceſſionem mere perſonalem inficiatur, cum hæredes ſtipulatoris conceſſio hæc ſequatur. Quo nomine igitur nuncupanda conceſſio iſta erit, ſi neque realis, neq; perſonalis

Digitized by Google

ſonalis mere dicitur. Reſpondetur, realem ſecundum quid dici. Ideſt, quia hęredes ſequitur. Id quod recipi
129 in conceſſione mere perſonali † non ſolet, quæ ad hæredes eius non ambulat, cui facta conceſſio eſt. l. idem in duobus. §. perſonale. ff. de pactis. l. vſus aquæ. ff. de vſu & habit. l. ſi quis domum. §. 1. ff. loca. l. quia perſonale. ff. ſolu. matrim. l. peto. §. prædium. ff. de leg. 2. l. 1. § permittitur. ſupra de aqua quotti. & ęſti. l. & ſi fideiuſſor. §. 1. cum l. ſeq. ſupra de re iudic. l. ætatem. §. rebus & l. forma. §. quamquam. infra de cenſibus. l. in omnibus cauſis, & l. priuilegia. infra de regu. iuris. d. §. finitur. inſti. de vſufruct. cap. 2. de authori. & vſu pallij. De iure hoc reali ſecundum quid, quia hæredes ſequitur, non etiam cum perſona extinguitur, tex. loquitur in l. iuriſgentium. §. pactorum. ff. de pactis. Bar. in l. qui in futurum. §. 1. eodem titu. Deci. in conſi. 123. in fi. De quo etiam dictum in ſuperioribus habemus.

Conſequens caſui huic ſecundo fit, reale ius neque in fundo promiſſoris neque ſtipulatoris induci. Atq; ideo fundo promiſſoris alienato, facultate hac eundi, fundi ſucceſſorem, aut poſſeſſorem nō aſtringi. Equè fundo ſtipulatoris diſtracto, poſſeſſori, aut ſucceſſori fundi facultatem hanc non competere. vtpotè quæ ad ſucceſſores demum vniuerſales ambulat.

Infertur ſecundo ex caſu hoc, parem cauſæ tacitę, atque expreſſę poteſtatem non eſſe. Siquidem realis ob cauſam expreſſam induci ſeruitus ſolet, quod contra in cauſa tacita eſt, cum fundi ſtipulatoris vicini nomine facultas eundi conceditur. Sed nec vacua ab effectu prorſus, cauſa hæc tacita eſt. quatenus realis ſecundum quid, cōceſſio æſtimatur, vt ad hæredes ambulet. Sed enim obſtare concluſioni, aut illationi huic
130 videtur, quod in cauſa, aut ratione † dici generali ſolet, ſpecialem ex ea ſcripturam, aut diſpoſitionem ampliari, quamuis expreſſa cauſa, aut ratio non ſit, at percipi coniectura ſoleat. vbicunq; non pluſquam vna afferri ratio poteſt glo. & Bal. in l. quamuis. in glo. fin. C. de fideicom. Bal. in l. fi. nu. 6. in fi. C. de lib. pręter. & in conſi 433. Domina Ioanna nu. 3. lib. 3. Caſtren. in l. ſi vero §. de viro. ff. ſol. matr. in conſi. 92. notandũ eſt, ꝙ ſi domus col. 2. in conſi. 175. caſus præſens valde dubitabilis. col. 3. in fin. verſi. præterea præſumendum eſt, quod ſtatuentes lib. 1. & in conſi. 83. præſens caſus modicam dubitationem. col. 1. & 2. lib. 2. Curt. ſenior in conſi. 80. rectè col. 2. circa med. verſi. & licet Bald. ibi. & alibi ſæpe atque in ſpecie quæſtionis controuerſæ, ius idem cauſæ tacitę eſſe, vt ſeruitus realis inducatur, quotiens fundum vicinum ſtipulator habet, gratia cuius interpoſita ſtipulatio facultatis eundi cenſetur, probari ex Caſtren. videtur in l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita in fi. infra eo. vbi quòd ſimilitudinem cum ſtipulatione ſeruitutis promiſſio hæc facultatis eundi habeat. Ita Caſtrenſem Soci. nominat in d. l. 2. §. fi. nu. 3. verſi. tertio ſottius limita ſupra eod.

Quid dicendum, concluſionem, de qua in caſu hoc ſecundo, veram ſimpliciter, abſolutevè non puto, vt ex cauſa tacita ſeruitus conſtitui realis non dicatur. Immo enim non minus ex cauſa, aut ratione tacita, atq; expreſſa induci eam arbitror, vbicunq; pro expreſſa cauſa ipſa tacita habetur, ideſt cum ratio intelligi non niſi vna poteſt per ea, quæ ſcripta in argumēto ſunt. Atq; ideo limitationem caſus iſte ſecundus recipiet, ne locum habeat, vbicunq; ad fundum ſtipulatoris aliunde accedi quam per fundum promiſſoris non poteſt. Ibi enim cauſa alia ita ſtipulandi cogitari niſi fundus ipſius ſtipulatoris non poteſt. Quocirca habenda pro expreſſa erit. Ius aliud ſeruandum, ſi ad fundum ſtipulatoris accedi per locum alium poterat. Dici tum enim non poteſt, nonniſi ſtipulatoris fundi nomine ſtipulationem ipſam facultatis eundi interpoſitam. Vnde cum ratio ita ſtipulandi verſari alia poſſit, pro expreſſa eam haberi non conuenit. Conſequenter ex ratione tacita argumentari tum non licet, cum in dubio res ſit, quam ob cauſam interpoſita ſti-
131 pulatio ſit. In dubio planè † rationem non pluſquã vnam reddi poſſe dici non debet Salic. in l. 2. nu. 21. in fi. C. de noxal. vbi cum in dubio res eſt, eadem necne ratio interueniat, locum extenſioni nō putat. Id quia ratio verſari, & alia poteſt. ſequitur Alex. in l. ſi conſtante. nu. 5. verſi. ſed quid ſi petenti. ff. ſolu. mat. & in conſi. 79. nu. 9. lib. 6. Iaſ. in authen. quas actiones nu. 22. verſi. & quid erit tunc. C. de ſacroſan. eccleſ. Soci. iun. in conſi. 10. nu. 25. lib. 1.

Hoc ita, ſi dubitatio probabilis verſatur, vnica necne reddi ratio poſſit. Satis planè non erit dicere, rationes afferri, aut intelligi plures poſſe. Vnde qui rationes plures interuenire poſſe aſſerit, eas exprimere neceſſe habebit, vt Aquen. docet & in d. l. ſi conſtante. col. 4. & 5. Soci. iun. in conſi. 1. nu. 53. lib. 1. Inde fit, vt ex dicto Sali. argumentari in ſtatuto non liceat, quo a maſculis in hæreditatis excludi fœminæ ſolent. Nō enim liberum erit dicere, rationem aliam quam agnationis cōſeruandæ, in ſtatuto id genus ſubeſſe. cum probabilis, aut veriſimilis ratio obſeruari alia non ſoleat. Bal. in d. l. fi. nu. 6. in fi. C. de libe. præteri. cum alijs ante relatis. Soci. in rubri. ff. ſolu. mat. num. 9. Deci. in conſi. 15. col. 2. in fin. verſi. teſtator ergo concedendo, & id genus ſexcenta. Tam & ſi in ſententias diuerſas circa q. hanc Doct. abijſſe legantur. Sed crebrior opinio hęc eſt. Declaratio aut limitatio caſus huius ſecundi ex Soci. percipitur in d. l. 2. §. fin. nu. 3. in tertia limitatione, quamuis dicat diuinatiuam eam eſſe, neque lege vlla probari. Diuinatiuam ideo ait, quoniam generaliter leges loquuntur, quibus expreſſum eſt, factum non ius in ſtipulatione verſari, vt ire agereque liceat, vt in d. l. 2. §. fin. ſupra eod. & in d. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. infra eod. vbi ꝙ ad hæredem nō tranſit, ergo factum, non ius continet. Neq; diſtinctio vlla in dictis. ll. adhibetur fundũ vicinum an non ſtipulator habeat.

Sed enim ſi argum. hoc Socini contra caſum ſecundum admittimus, conſequens fiet, nec caſum primũ iure defendi. In quo ad factum etiam verba ſpectant. At enim cum caſu primo expreſſim Socin. ſentit in d. §. fi. nu. 3. in ſecũda limitatione. Si dixeris, rationem diuerſam in caſu primo atque ſecundo verſari, quòd ratio ita ſtipulandi expreſſa in caſu priore eſt. Confutatum arg. hoc ante legitur. Siquidem diſtare inter rationem expreſſam, & tacitam non videtur, vbicunq; pro expreſſa tacita habetur, quod fieri tum diximus, cum ratio afferri nō pluſquam vna poteſt. Sed enim ratio aſcribi niſi vna non poteſt, ideſt fundi ſtipulatoris cauſa, vbicunque aditus ad eum nonniſi per fundum promiſſoris habetur.

Summa igitur caſus huius ſecundi erit, ad ius ſeruitutis realis perſonaliſvè ſtipulationem de facultate eundi non pertinere, quotiens cauſa vlla expreſſa in ſtipulatione non eſt, quamuis fundum vicinum ſtipulator habeat, propter quam interpoſita dici ſtipulatio poſſit. Verum obligationem realem ſecundum quid, ſtipulatio eiuſmodi continebit, vt ad hæredes ambulet. Limitationem caſus iſte ſecundus admittit, ne locum habeat, quotiens ad fundum aditus ſtipulatoris niſi per fundum promiſſoris nō eſt. Similis tum enim caſus ſecundus primi eſt. Id quia ratio tacita, ex qua interpoſita ſtipulatio creditur, pro expreſſa habetur, cum reddi, aut intelligi niſi vna non poſſit.

Tertius caſus eſt. vbicunque in ſtipulatione facultatis quid faciendi, cauſa tacita ſilet, de qua in caſu proximo, quia fundum vicinum ſtipulator non habet, vel ſi habet, ob cauſam aliam quam fundi interpoſita dici ſtipulatio poteſt. Quo caſu diſtinctio facta apud Imolam legitur. in d. l. apud Iulianum. §. ſi

quis

Digitized by Google

quis alicui. vt ſiquidem determinationem facultas quid faciendi non habet, ad ſeruitutem perſonalem vſus, ſtipulatio trahatur. Verbi gratia ſtipulatur quiſpiam, vt lapides ſibi cedere fructusvè percipere in fundo alieno liceat, determinatione, aut limitatione vlla lapidum, aut fructuum non facta, quem lapidum numerum cedere, aut quem fructuũ modum percipere liceat, vſus igitur ſeruitute ſub ſtipulatione hac comprahenſa, non pluſquam ſtipulatoris neceſſitas ferat, lapides ei cædere fructusvè percipere ſecundum naturam vſus, licebit. Sinautem quantitas lapidum fructuumvè definita in ſtipulatione ſit, tum vero obligationem perſonalem induci, per l. vt pomum. Ibique glo. & Doct. ff. de ſeruitu. l. ſi quis binas. Ibique glo. ff. de vſufruct. cum alijs apud Alex. comparatis in d. cõſ. 18. col. 1. lib. 5. quod inculcatum eſt in conſi. 118. lib. 6. vbi diſtinctioni huic Imolę ſubſcribit. Idq; & Iaſ. facit in d. §. æque. nu. 18. inſti. de actio.

Diſtinctioni huic Imolæ refragari Corn. videtur in conſi. 293 col. 8. verſi. nec obſtat ſi dicatur lib. 3. & in conſi. 63. col. pen. lib. 4. vbi nonniſi obligationem perſonalem ex facultate hac naſci Corn. ſcribit, diſtinctione vlla non addita determinata, an indeterminata cõceſſio ſit. Sed enim & ſi maximè diſtinctione hac vſus Corn. non ſit, Imolæ tamen obſtare non videtur, quoniam indeterminata conceſſio in ſpecie Corn. erat Imolæ tamen diſtinctionem cognitam Corneo fuiſſe non credo, quatenus, verbum de ea non facit.

Quod dicitur, obligationem perſonalem intelligi, quotiens determinationem facultas faciendi habet, ratione ſeruitutis realis perſonalisvè dicitur, quia ius vllum conſtitutum in fundo alieno non creditur. Perſonalis tamen ſimpliciter obligatio non cenſetur, quæ cum ſtipulatore ipſo intercidat. Imo enim reale ius ſecundum quid, facultas hæc determinata habet, hoc eſt, vt hæredibus ſtipulatoris competat, vt Imola Alex. que docent in d. §. ſi quis alicui in primo nota. Deci. in conſi. 162. col. 2. poſt med. verſi. tertio hoc probatur, & nu. 11. Iaſ. in l. ſi ſic ſtipulatus. num. 10. & ſeq. infra eodem.

Sed dicturus hic aliquis erit. Apparet ex declaratione hac, ius fortius determinatum, quam non determinatum eſſe. Siquidem ad hæredes determinatum pertinet. Quod contra in non determinato eſt. Sed enim poteſtate hac maiore iuris determinati admiſſa, cur nõ ſeruitus perſonalis potius ex determinatione hac, quam obligatio ſequitur. cum potentius ſeruitutis perſonalis, quam obligationis ius videatur. Siquidem ius in re per ſeruitutem perſonalẽ acquiritur, vnde actio confeſſoria redditur, quæ fundi poſſeſſorem, ſucceſſoremve apprahendit, quamuis cum perſona extinguatur. vti dictum in ſuperioribus habemus. Reſpondetur, rationem diuerſam determinatæ rei atque indeterminatæ in ſpecie propoſita quoad ſeruitutem eſſe. In determinato enim verſari ſeruitus nequit. nõ realis, quoniam fundi gratia facultas hæc faciendi non comparatur. Perſonalis item in re determinata nihilo magis ſeruitus cadit. non vſusfuctus, quia fructus omnes complectitur, quòd ſi ad partem fructuum determinatam reſtrictio ſit, nomen intelligi vſusfructus non poteſt, vt notatum apud Alex. legitur in d. conſi. 18 lib. 5. Eque vſus intelligi ſeruitus non poteſt. Siquidem ad neceſſitatem perſonæ reſtringitur. Neceſſitati planè determinatio repugnat. fieri quippè poteſt, vt plures paucioresve fructus vſus, aut neceſſitas expoſtulet, quam determinatio, eorum ferat. vſus planè ſeruituti conceſſio indeterminata adblanditur, vt pro vſu, aut neceſſitate determinatio poſtea fiat.

Conſequens declarationi, aut diſtinctioni Imolæ in ſpecie. d. §. ſi quis alicui ſit, facultatem, de qua ibi, vt lapides cædere in fundo teſtatoris liceat, ad vſus ſeruitutem pertinere, quatenus determinationem, aut limitationem vllam facultas illa non habet. Atque ideo ad factum merum non pertinet. Siquidem facto ius ipſum ſeruitutis non obſcurè repugnat Ex qua conſequentia illatio alia conſequitur, vt iure ſeruitutis perſonalis admiſſo, per fundi alienationem ius hoc non pereat. cum fundi poſſeſſorem actionis confeſſoriæ ope ſequatur. Ita ius in facultate hac actionis realis nomine verſabitur, quamuis ad hæredes eius non trahatur, cui facultas hæc conceſſa ſine determinatione eſt.

Infertur ſecundo ex diſtinctione hac Imolæ recepta, lapſum Soci. hic in quarto nota. cum referre, aut diſtare inter ſtipulationem iter fieri, & ſtipulationem facultatis eundi ait, vt ire, agereque per fundum promiſſoris liceat, ſeu cum ſtipulatur quis, per promiſſorem hæredemvè eius nõ fieri, quominus per fundum eius ire agereque ſtipulatori liceat. Quoniam in priore ſtipulatione, & ius & factum vertitur. Ius videlicet in ſeruitute reali itineris. vtique ſi fundum vicinum ſtipulator habet, cui acquiri ſeruitus poſſit. Factum quod ad locum inſternendum ſpectat. In poſteriore vero ſtipulatione facultatis eundi factum merum ſecundum Socin interuenit. Lapſus inquam, in differentia hac Soci. videtur, & contra text. offendit in d. §. ſi quis alicui. In quo niſi factum merum à iure omni abſtractum verſari putat. Imo enim ius ibi ſeruitutis perſonalis vſus, ſecundum diſtinctionem Imolæ vulgo receptam vertitur, cum determinationem vllam conceſſio non habeat. Vnde ſecundum textum atq; Imolæ diſtinctionem facultatem hanc eundi interprætando, econtrario quam Soci. ſcribit, dicendum erit, ius ſeruitutis vſus ſub facultate hac eundi contineri, vt ire totiens liceat, quotiẽs ſtipulatoris intereſt. cum determinatio vlla adhibita in facultate hac eundi non ſit, quam ipſam vſus ſeruitutem omnino Soc. repudiat, qui factum ſolum in ſtipulatione facultatis eundi intelligit.

Diſtinctionem alteram in facultate hac faciendi Fulgo. obſeruat in l. pecoris nu 5. ff. de ſerui. ruſti. præd. Quotiens in controuerſiam vocatur, obligationem, an ſeruitutem perſonalem facultas faciendi pariat, referre putat, ad quem verba executiua referantur, ad eum ne, cui facultas conceditur, an ad concedentem. Siquidem ad eum, cui conceſſio ſit, verba relata executiua ſunt, ſeruitutem tum conſtitutam perſonalem intelligi. verbi gratia ius tanti frumẽti ex fundo meo percipiendi Titius habeto, vel frumentum tantum ex fundo tali in annos ſingulos titius accipiat. hoc enim caſu verba executiua perceptionis ad Titium conferuntur, cui facultas ipſa percipiendi datur. Sic vſus ſeruitus quæſita Titio dicetur, quæ finem cum perſona eius accipiat, quatenus ipſum tantummodo perceptionis executio reſpicit. Sinautem ad eum relata verba executiua ſunt, à quo conceſſio ſit, obligationem tum perſonalem tantummodo induci. verbi gratia frumenti numerum tantum Titio præſtari quotannis iubeo, aut volo. Traditioni huic Fulgoſij Corn. aſſentitur in conſi. 188. col. 2. lib. 4 vbi tamen in doctr. hac aliud exigit, vt quod conceditur, ex fructu prædij conſiſtat, ſuper quo conceſſio ſit.

Cum diſtinctione hac Fulgoſ. conſentire prorſus non valeo. Principio enim imperfecta videtur vtpote caſum non attingens, quo imperſonaliter conceſſio ſit, ita vt neq; ad concedentẽ, neq; ad ea, cui conceſſio ſit, verba executiua referũtur. vt puta cũ ita expreſſum eſt. concedo tibi in annos ſingulos tantũ frumenti numerũ ex prædio meo. Ibi. n. verba vlla executiua non ſunt, quę ad pręſtationẽ, aut perceptionem ſpectant. Ad conceſſionẽ ſolummodo verba pertinent. Ita imperfectionẽ hanc in Fulg. Corn. obſeruat. in conſi. 63.

col.

colum. pen. lib. 4. Quo caſu obligationem perſona-
lem citra ius vllum ſeruitutis naſci Corn. putat. Sed
& erratum in caſu hoc à Corn. videtur, quoniam obli
gationem perſonalem ſimpliciter Corn. intelligit, cū
132 † ſimpliciter non ſecundum quid, in dubio accipi
verba debeant. Id quia propriè intelligi verba opor-
tet. l. 1. §. ſi is qui nauem. ff. de exercitor. l. non aliter.
ff. de lega. 3. At enim tale propriè non dicitur, quod
tale ſecundum quid, non ſimpliciter eſt. Atq; ideo ad
tale ſecundum quid, in dubio trahi diſpoſitionem nō
conuenit. l. ſpadonem. §. qui accepit. Ibiq; Bald. ff. de
excu. tutor. l. ſi cui lana. l. hæres meus. §. ſi. & l. hoc le-
gatum ibiq; Bartol. ff. de lega. 3. l. 1. ſupra de dona-
tio. l. fi. C. de his qui veniam æta. impe. c. penul. de
ſenten. excommu. c. ſtatutum, iuncto. c. licet canon
de electio. lib. 6. ſed enim verum non eſt, obligatio-
nem perſonalem ſimpliciter ex conceſſione eiuſmo-
di determinata naſci, quia perſonalis ſimpliciter, cum
perſona eius intercidit, cui conceſſio fit, vti demon-
ſtratum in ſuperioribus habemus. Cæterum perſona-
lis ſimpliciter, conceſſio hæc determinata non æſtima
tur, at realis ſecundum quid, quatenus hæredes eam
ſequi teſtatum ſatis ante habemus.

Secundò Fulgo. præceptio impugnatur. Quoniam
vbi ad concedentē verba executiua diriguntur, præſtari
titio volo, aut iubeo, ſimpliciter loquitur, diſtinctione
vlla non facta, in factum, an ius verba ſonent, quo ca-
ſu obligationem perſonalem induci, ſimpliciter. At
enim cum ad eum verba executiua diriguntur, cui con
ceſſio fit, ita ius ſeruitutis induci perſonalis credit, ideſt
vſusfructus, ſi in ius verba ſonent, vtputa ius tanti fru-
menti annui ex fundo meo percipiendi titius habeto,
vel frumentum tantum annuum ex fundo meo titius
accipiat, vnde ius aliud ſeruandum non obſcure Fulg.
innuit, ſi ad factum, non ad ius verba ipſa executiua
pertinerent. Id ꝙ in Fulg. animaduerſum à Corn. nō
eſt in d. conſi. 63. colum. pen. lib. 4. Enimuero iuris
mentione facta, intereſſe non videtur, ad vtrum ver-
ba executiua dirigantur, ad concedentem, an ad eum,
cui conceſſio ſit.

Quid enim prohibet, ius ſeruitutis perſonalis con-
ſtitui, tametſi ad concedentem relatio verborum fiat.
poſtquam expreſſio facta de iure eſt. Ius tanti frumen
ti quot annis præſtari titio volo.

Si dixeris, referre videri, ad concedentem, an ad eū,
cui conceſſio fit, verba executiua referantur. Quoniā
vbi ad concedentem relatio fit, ius puta frumenti tan-
ti annui præſtari titio volo, naturæ ſeruitutis perſona-
lis repugnare conceſſio videtur, vt fructuario, aut vſua
133 rio fructus præſtentur, cum † ab eo percipi iure ſuo,
aut auctoritate ſua ſoleant, poſtquam tradita ſemel
poſſeſſio rei fructuario eſt glo. in l. ſi quis ita. ff. de vſu-
fruct. Alex. in conſi. 50. nu. 5. lib. 7. idem Signorol. ſcri
bit in conſi. 35. nu 4. & in conſi 135. nu. 3. ob id non-
niſi obligationem perſonalem induci, per quam fru-
ctus tradi ei debeant, cui facta conceſſio ſit. Reſpon-
detur, locum argumento non eſſe, quotiens ius fru-
ctus percipiendi, non fructus ipſos præſtari concedens
iubet. Namq; vbi ius ipſum fructus percipiendi dari,
aut præſtari quiſpiam mandat, per corporalem id fie-
ri traditionem non poteſt, ſed traditionis vice patien
tia eſt d. l. pen. ff. de ſeruitu. l. 3. §. dare. ff. de vſufruct. Ita-
que cum ius ipſum fructuum pręſtari quiſpiam iubet,
æque ad ius ſeruitutis perſonalis conceſſio pertinere
hæc poteſt, atq; vbi ad eum verba executiua referun-
tur, cui facta conceſſio legitur. Quæ cum ita ſint, vera
Fulgo. diſtinctio, aut differentia non videtur, quoniam
poſtquam mētionem iuris fieri eo caſu poſtulat, quo
ad eum verba executiua diriguntur, cui conceſſio fit,
iuſidem ſeruandum, & eo caſu videtur, quo ad conce
dentem relatio verborum fit, iuris tum etiam men-
tione habita, cum ratio vlla diuerſitatis verti inter ca-
ſus hos non videatur. Sic caſus diuerſos in diſtinctione
hac ſolummodo Fulgo. facit, ratione vlla diuerſitatis
non reddita. contra. l. illud. ff. ad l. aquil. l. à titio. Ibiq;
poſteriores infra eodem.

Tertio vulgatæ Doct. ſententię refragari Fulgo. di-
ſtinctio videtur. Doctoribus enim nonniſi intereſſe vi
ſum, determinata, necne, conceſſio ſit. Ad vtram pla-
ne perſonam relatio verborum fiat, ratio habita apud
Doct. non eſt, & cum niſi circa determinationem non
diſtinguant, reiecta ab eis diſtinctio alia vtiq; videtur.
l. cum prætor. ff. de iudi.

Quarto textui contraria in d. §. ſi quis alicui diſtin-
ctio hæc Fulgo. videtur. Ibi enim ad ſeruitutem perſo
nalem vſus, legatum illud facultatis trahitur, quia de-
terminationem non habet ſecundum Doct. vulgo.
At qui generaliter tex. loquitur, diſtinctione non fa-
cta, ad quem dirȩcta verba executiua ſint.

Quinto ſeruitutem perſonalem vſusfructus in con
ceſſione determinata Fulgo. admittit, contraquam
natura vſusfructus ferat, quæ fructus omnes, aut quo-
tam eorum complectitur. Ex fructibus plane certis,
& determinatis ius vſusfructus non conſiſtere, demō-
ſtratum ante ex Alex. habemus in d. conſi. 18. lib. 5. re-
petito in d. conſ. 118. lib. 6. Neq; Fulgo. reſponſio mo
uet, vſumfructum particularem intelligi, qui ad cōmo
ditatem id certorū fructuū, non ad ius pertinere vſuſ-
fructus poteſt, vſusfructus enim dominij pars dicitur.
l. 4. ff. de vſufruc. certa porro atq; determinata fructuū
pars in parte dici dominij nō poſſunt. Rurſus vſusfru
ctus ius fructus omnes reſpicit, ſiue inſolidum, ſiue ex
quota competat. Quod ſecus in fructibus certis deter-
minatiſvè eſt. Tertio qui vſumfructum fundi certi ſti-
pulatur, incertum ſtipulatus dicitur. l. vbi autē. §. 1. Ibiq;
Alex. & Iaſ. infra eo. quam .l. vna ſimul cum l. præce-
dēti interpretatus Iaſ. eſt. Incertitudinem ſane fructus
certi determinatiq; non habēt. Quo fit, vt vſusfructus
intelligi, aut recipi particularis non poſſit.

Sexto error, & alius in Fulgo. deprehenditur. Nāq;
in facultate faciendi determinata loquitur, per quam
fructus certos percipere ex fundo alieno licet. Atqui
vbi ad obligationē, non ad ſeruitutē perſonalem per-
tinere facultatem ipſam ait. Ideſt cū ad concedentem
verba executiua diriguntur, mere eā perſonalē arbi-
tratur, ita vt ad hæredes eius nō ambulet, cui facta con
ceſſio ſit. Idq; eum ſenti re perſpicue oſtenditur, cū niſi
diſcrimen vnum inter obligationem, & ſeruitutē per-
ſonalem verſari non putat, ratione confeſſorię videli-
cet, quæ ob ſeruitutem perſonalem datur. Quod con-
tra in obligatione eſt, vt in ſuperioribus etiam oſten-
dimus, ſic præter diſcrimen hoc reſpectu confeſſoriæ,
parē obligationis, & ſeruitutis perſonalis eſſe cauſam
putat. l. eum lex. ff. de legib. l. cum prætor. ff. de iudi. l. 1.
§. ſi mulier. ff de lib. agno. l. ſtatuliberum. §. ſtichum. ff.
de lega. 2. Conſequenter parem vtriuſq; eſſe interitum
credit. Sed enim diſcrimen, & alterum inter obligatio
nem, & ſeruitutem perſonalē verſari, diſtinctio Imo-
læ docet in d. §. ſi quis alicui. Quoniam vbi determina
tionem facultas quid faciendi habet, hæredes eius ſe-
quitur, quibus facultas ipſa competit. Quod ſecus in
ſeruitute perſonali eſt, quæ intercidere cū perſona ſo-
let. d. §. finitur inſti. de vſufructu.

Sed quæſiturus quiſpiam in dictis Fulgo. erit, cū ſer-
uitutem perſonalem admittit. Ideſt vbi ad eum verba
executiua conferuntur, cui conceſſio fit, ad vſumfru-
ctū eā reſtringit. Cur ad vſum cōuenire ſeruitutis hęc
perſonalis non perinde, vt ad vſumfructū pōt Reſpō-
detur, Fulgoſiū non latuiſſe, fieri iure non poſſe, vt ex
fructibus determinatis vſus conſiſtat, qui ad neceſſita-
tem reſtringitur. Neceſſitas planè limitatā fructuum
quantitatem neſcit. Siquidem plures pauciores vè pro

tempo-

tempore ac perſonis neceſſitas ipſa expoſtulet.
Dubitatio vna circa tex.ſupereſt, in d. §. ſi quis alicui. ad ſeruitutē enim perſonalem vſus facultatem,
de qua ibi, pertinere Doc.ſentiunt,cum determinatio
nem ſacultas non habeat.idq; ſecundum diſtinctionē
Imolæ. Quid ita vſum magis, quam obligationem
Doc.admittunt. Reſpondetur, cum poteſtas lapides
cędendi cuipiam ſit,de lapidibus omnibus non ſentit
vt lapides omnes ſolus is auferat, cui facultas illa datur. Non enim facultatem cędendi ſibi hæredibusvè
ſuis,& quibus alijs voluerit, adimere concedens cogitat. Quocirca incerta quantitas lapidum cædendorū
videtur, incertitudo planè inutilem oligationem efficit Bar. & alij in l. ita ſtipulatus in quarta oppoſi. infra
eodem. Ratio alia ſeruitutis vſus eſt, cui incertitudo
non obſtat.cum ab incerto neceſſitatis futuræ euentu
pendeat. vſuſfructus planè intelligi in d. § ſi quis alicui
non poteſt,quoniam ad fructus, aut lapides omnes,
vel quotam eorum legatum illud non ſpectat.

Poſtremo in dictis Soci. obſeruandum cū differat
inter ſtipulationem itineris atq; iter fieri putat id, quia
ad ius ſeruitutis realis ſtipulatio prior, ad ius, & factum poſterior pertinet.innuere enim videtur,ſeruitutem ſemper realem induci, quotiens de itinere ſolum
modo mentio fit, quia iter quis dumtaxat ſtipulatur.
Sed enim perpetuum id non eſt, quid enim ſi fundus
vicinus fundo promiſſoris ſtipulatori non ſit.ibi enim
ſeruitus realis conſtitui itineris nequit. Quæ fundum
vicinum vtrinq; exigit ex parte ſtipulatoris, & promiſſoris.ſic fundo dominanti ſeruientiq; carere ſerui
tus realis nequit. d. l.pecoris.ff.de ſeruitu. reſti.præd. l.
2.§.1.& 2.ff.ſi ſerui vēdi.l.1.in fi.ff.com.præd.l.& ſi ma
xime.ff. de ſerui. lega. §.pen. inſti. de ſeruit. reſti.præd.
hoc amplius,fundo vicino interueniente, ſeruitus ei
realis,aut prædialis acquiri non vltra poteſt, quam neceſſitas eius poſcit.l.ergo.§.1.& l. ſeq.ff.de ſeruitu. ruſti.prædior.vnde,quod ſimpliciter generalitervè ſcriptum apud Soci.eſt ſtipulationem itineris,ad ſeruitutem realem conſtituendam valere,accipi ita conuenit
ſi habilitas aliunde interuenit. ideſt, ſi fundus vicinus
ſtipulatori ſit, gratia cuius acquiri ſeruitus ipſa realis
itineris poſſit iuxta regulam.l. qui teſtamento in prin.
ff.de teſta.

Sed quo perſpicua magis ſpecies hæc tota fiat,caſus
recolligendos ſequentes duxi. Primus caſus, cum
134 † inter quis ſtipulatur. quo caſu ſeruitutem realem,
aut prædialem itineris conſtitui, ſi fundum vicinum
ſtipulator habet, dictum ante habemus.d.l. ſi via.l.inter actū, & l. itinere.ff.de ſerui. ruſti. præd.l. ſtipulationes non diuiduntur, in prin. infra eodem.l. ſi pupillus.
§.qui actum infra de noua.

In quo caſu, & circa ampliationem eius obſeruandum,ad rem non attinere, mentionem fundi ſtipulatoris non fieri vbicunq; ad modum prænarratum ſtipulatio concipitur, iter per fundum tuum promittis.

Namq; cum ad ius, non ad factum verba ſtipulationis ſpectent,vt in dictis.ll.probatur,& ſeruitus conſtitui itineris poſſit, habilitate fundorum interueniente, ſeruitus conſtituta intelligi debet, quæ concipi ex
verbis poteſt.l.Gallus.§.1.& §.etiā ſi parente.ff. de lib.
& po.Deci.in conſi. 347.colum.2. circa med.& quod
dicitur,ad eum caſum diſpoſitionem competere, cui
verba conueniunt.l. 1.§.ſi is qui nauem verſi. in re igitur,dubia de exercitor.l.ille,aut ille.§.cum in verbis.&
l.nō aliter.ff.de lega.3.l.hos accuſare.§. omnibus infra
de accuſa. Rurſus à proprietate verborum denominatio ſumi contractus debet,quotiens verbis nihil repugnat,quominus ſecūdum verba intelligi atq; denominari contractus poſſit,id quia credibile non eſt,aliud à
partibus actum quam expreſſum ſit.l.labeo in fi. ff. de
ſupel.lega. Neque ab eo denominari contractum conuenit,ad quod accommodari verba nequeunt.l. quicquid adſtringendæ, & l.ſi ita ſtipulatus. §. Griſogonus
infra eodem.l.fideiuſſores magiſtratuum infra de fideiuſ. Dyn.in conſi.49.col.2.verſi.praterea conſtat Soci.
in conſi. 167. non inutilis poſt prin. lib.2. & apud nos
in rubri.ff.de lega. 1. nu. 109. ſed enim itineris ſeruituti
verba conueniunt. neq; aliud prohibet, quominus ad
eam trahi ſeruitutem poſſint, habilitate vtrinq; interueniente,ideſt,fundo dominante,& ſeruiente.ergo ſeruitutem eiuſmodi conſtitutam dicendum erit,& cum
ad facultatem eundi verba non accommodentur, de
ea actum dicendum non erit. Hoc amplius, vbi ad
ſpeciem duplicem trahi contractus poteſt.id quia
qualitates vtrinq; interueniunt, ex quibus contractū
vnum aliquæ, alium aliæ denotant, talem æſtimari,
aut iudicari contractum oportet,qualis denominatus
à partibus eſt,Bar.in l.cotem ferro.§ qui maximos q.
5.ſupra de publica.Quem ita intelligendum Areti.ſcribit in conſi. 55. in cauſa mihi propoſita in fi. quid hic
dicendum,vbi qualitas vlla non interuenit, quæ ad facultatem trahi eundi poſſit. Poſtremo eo facilius ad
ſeruitutem itineris pertinere ſtipulatio hæc debet,quo
potentior facultate eundi, aut ſeruitute perſonali ſeruitus prædialis eſt, arg.l.quæritur.ff. de ſtatu homi. ita
Areti.argumentatur,in d.conſi.55.ante fi.verſi.ſecundo reſpōdemus, de quo cumulatius apud nos in d.rubri.ff.de lega. 1.nu. 119. & pluribus ſeq.

Apparet ex his, quæ dicta ſupra in ſtipulatione facultatis eundi ſunt,ad ſeruitutem itineris eam non trahi, quamuis fundum vicinum ſtipulator habeat, ad
quem aliunde accedi, quam per fundum promiſſoris
poteſt, ad ſtipulationem itineris non porrigi, cum
ratio multo alia caſus vnius, atque alterius ſit. Quod
ſi fundum vicinum ſtipulator non habet, improprie
intelligi verba oportet,vt ad facultatem eundi trahantur, atque ideo ſecundum caſum tertium ſtipulationem tum accipiendam in quo de facultate eundi
mentio fit.

Secundus caſus cum iter fieri quiſpiam ſtipulatur,
quo caſu,& ius, & factū contineri Soci. hic ſcribit in
quarto nota. & teſtatum ſatis in ſuperioribus habemus,ideſt,in tex. huius prçludijs.

Tertius caſus,ad facultatem eundi ſpectat. vbicunque ire ſibi agereq; licere quiſpiam ſtipulatur. Qui caſus explicatus ex ſuperioribus apparet, vt ſiquidem determinationem facultas hæc eundi habet, obligatio
perſonalis inducatur,quæ ad hæredes tamen ſtipulatoris tranſit.ſin autem determinatio facta facultatis eundi non ſit, tum vero ſeruitutem perſonalem vſus acquiri.Atq; ideo ius etiam non factum merum in facultate hac verſari,vt aliud viſum Socino hic ſit, in d.
quarto nota.

Notat Soci.quinto loco poſt, Areti. hic in 2. nota.
fictionē ex dictione quodāmodo ſignificari ibi quia
ꝙ in partes diui non poteſt,ab omnibus quodam modo factum videtur,eo videlicet adiuncto, ꝙ poſtea ſubijcit,ꝙ in priore caſu,cū indiuidua ſtipulatio eſt,omnes cōmiſiſſe videnī.Quomodo verborū ſequentium
coniunctionē neceſſariā ad notabile hoc cōfirmandū
Soci.putauerit,animaduertere nō ſatis queo.Siquidē,
& ſine verbis ſequētibus dilucide ſatis ex verbis ſolis
anterioribus id oſtendiī.in offenſione.n.hæredis vnius
contra ſtipulationē indiuiduā tex.loquiī,ab omnibus
offenſum,aut peccatū quodāmodo videri. vere quippe,ꝙ ab vno fit,ab alijs dici factum non poteſt, quod
igitur,ab omnibus factū tex.ait, per fictionem id non
intelligi non poteſt.vnde neceſſaria ſequentium coniunctio ad probationem notabilis huius non eſt.

Si dixeris, ſequentibus Socinum in verbo vidētur,
niti, quod fictionem exprimit. l. ſingularia in fi.
ff. ſi cet. pet. l. oſſa in fi. ff. de religio. l. ſi duo ibique

glo.nota.ff.de acq.hæredi.l.ſi pater filio. ibiq; gl.ſupra
de his quæ in frau. credi.l. 1. §. deieciſſe ſupra de vi &
vi arma. Reſpondetur, in verbis etiam anterioribus
verbum videtur, adiectum.ab omnibus quodammo-
do factum videtur.

Vnde appoſite magis tex.iſte obſeruatus à Soci.fuiſ
335 ſet, dictionem † geminam in tex.inſertam, vnde fi-
ctio oſtenditur. quodammodo, & videtur. Quo caſu
fictus caſus in gradu ſuperlatiuo intelligitur.l. id tem-
pus §.1. ſupra de vſucapio. vbi quaſi hæres quodam-
modo legatarius dicitur. Quem tex.ad hoc Bal.expen
dit in l.ſi abducta num.5.verſi.prætereа ſubiectum.C.
de furtis Iaſ. in l.ſi ante nuptias in prin.ff.ſolu.ma.& in
l.1.nu.43.ff.de lega.1.Soci.Iu.hic nu.40.in quinto nota.
& quidem fictio maxima videtur, offenſionem, aut
dolum vnius in alium transferre.

Pro ſententia nota. huius, id eſt fictionis indicem
quodammodo dictionem eſſe, tex.& alios Soci. pro-
fert in l. 1. ff. de rerum diui.in l.ſi me in vacuam ſupra
de acq.poſ. Sed textuum omnium in ſententiam hãc
optimum hunc eſſe Soci. ait ex Areti. hic in ſecundo
nota.qui tex. alium non meliorẽ hoc eſſe inquit. Sed
enim ſpernendus tex.non videtur in l.prætor.§.1.ff. de
eden. in l. in ſuis.ff.de lib.& po.no.Bar.in l.ſi is qui pro
emptore num.5.ibiq; Iaſ.num.110.ſupra de vſucapio.
Soci in rubri.ff.de vulga.colum.2.circa med.& aliquid
apud nos in rubri.ff.de lega.1.nu.85.

Sed enim locutionem impropriam non fictionem
ex dictione quodammodo oſtendi, ex Bar. arguitur,
in l.ſi vt certo §.ſi duobus nu. 10. ff. commoda.& in l.
ꝙ ſi vir.in fi ff.ſolu ma.per tex.in l. 1. ff.rerum amo. in
d.l.in ſuis, & in d.l.ſi me in vacuam idem Bal.ait in d.
l.ſi abducta nu.5 circa fi.C.de furtis.idem Iaſ.ſcribit in
l.cætera §.Sed & ſi quis nu.10.ff.de lega.1.in l.1.§.ſed,
& ſi mihi in tertio nota.ſpra eodem. Pro qua ſenten-
tia tex.videtur in l.in ratione 2. §.iam,& fi.ff.ad l. falci.
ibi quia non condicionis implendæ cauſa, ſed quodã-
modo pro precio inferre iuſſi ſunt. ibi enim locutio-
nem impropriam, non fictionem aliquam dictio hæc
quodammodo exprimit.

Si dixeris, ſenſum eundem fictionis, atq; locutionis
impropriè eſſe. Reſpondetur, diuerſam cauſam ha-
rum eſſe.ſiquidem locutionem impropriam in homi-
ne admittere lex.ſolet, vbicunque de mente eius con-
ſtat, quę contraria propriẽ ſignificationi eſt.l. non ali-
ter.ff.de lega.3. l.ſi vno in prin. ff.loca.l. inſulam. ff. de
præſcrip.verb.& eiuſmodi non pauca. fictionem pla-
nè inducere homini non licet.l.ſi forte ibiq; Bar. infra
de Caſtren.pecul Bar. & alij in d.l.ſi is qui pro empore
in 1.q.circa fi ſupra de vſucapio. Pau. de Ca. in conſi.
81.viſo quodam proceſſu in curia poteſtatis Piſarum
in fi.lib.1.

Reſponderi ad argumentum poteſt, ſi ad fictionem
demonſtrandam dictio quodãmodo, & aliæ eiuſmo-
di valent, longe magis valitura ad ſignificationem im
propriam demonſtrandam erit.ſiquidẽ plus nõ paulo
in fictionem quam in ſignificatu abuſiuo eſt, vnde ſi in
eo poteſt, quod plus eſt, multo magis poſſe circa id
debebit, quod minus eſt.l.videamus.§ pen.& l.in actio
nibus.ff.de in litem iuran.l.cum pacto.ff.de ſeruis expor.
Secundũ quæ, vt materia ſubiecta poſtulat, modo ad
fictionem, modo ad locutionem impropriam trahi
dictiones conſimiles debebunt. Neq; nouum eſt, ean-
dem dictionem ad plura trahi vt habetur, in c.rodul-
phus de reſcrip.

Non obſtat, diuerſam fictionẽ atq; locutionem im
propriam viden, quoniam, & ſi maxime verum id ſit,
nihil tamen prohibet, quominus ad vtranq; porrigi ſi-
gnificatio dictionis quodammodo poſſit. ſiquidẽ ad
plura, & ipſa diuerſa oſtendenda eandem dictionem
valere teſtatũ mox habemus, non enim plura dictio
vna denotaret, ſi diuerſitas in eis non verteretur, verum
rei eiuſdem ſemper ſignificatus eſſet.

Non obſtat, in poteſtate hominis non eſſe, vt fictio
nem inducat, cum loqui tamen impropriè poſſit.quo
niam fictionem homo ob id non inducit, ꝙ ad fictio
nem demonſtrandã dictio qua ſufficit. aliud igitur,
multo eſt, fictionem inducere, atque inductam
ſignificare.

Conſequẽs notabili huic fieri Soci.ſubijcit, vbicũq;
336 † per ſtatutum pœnam is dare cogitur, qui contra ob
ligationem quid agit, ad eum ſtatutum non pertinere,
qui vere in obligationem non offendit, verum contra
eam venire ex offenſione alterius intelligitur, de quo ge
nere hæredes ſunt in facto indiuiduo, quamuis culpa
eis omnino abſit, ratio illationis huius ea redditur, ꝙ
vere ſtatuta intelligi, non ficte oportet.l.3.§.hæc verba
ff.de neg.ge.l.1.§.hoc interdictum de ciſterna.& vtro-
biq; Bar.ſupra de fonte.idem vltra Soci.ex tex.probat
in l.ſed ſi hac.§.ſi ff.de in ius vocan. in l. fideicommiſ-
ſum.ff.de condi.& demon.in l. ab ea parte.§.inſulam
infra eo. in l.ſtatius.§. Cornelio infra eo. in l. fi.C de
his, qui veniam ętatis impetra.inde fit, vt cõſenſus fictus
qui ex ſilentio inducitur, ſatis ad contractum mulieris
non ſit, vbicunq; conſenſum propinquorum in con-
tractibus mulierum ſtatutum expoſtulat Soci.poſt,
alios in l.2.§. voluntatem in primo nota ff. ſolu. ma.
Deci.in c.ſi clerici in prin.nu.12 de iudi.Gozadi.in cõſ.
35.nu.8. ſed præſumptio potiuſquam fictio in conſen
ſu tacito verſatur, & quod ſcite Cuma. tradit in cõſi.
146. Simon. col. pen. poſt med. Quotiens ex delicto
vnius alij per ſtatutum coercentur, qui pane, vinoq;
eodem veſcuntur, ad eos ſtatutum non porrigi, qui p
fictionem vna ſimul degere intelliguntur, de quo ge-
nere ſocij ſunt, qui in locis diuerſis ſumptu communi
vitam agunt.& alia compluria.

Contrarius illationi huic tex. noſter videtur, vbi ex
ficta contrauentione ob culpam vnius in ſtipulatione
indiuidua tenentur, qui immunes à culpa omni ſunt.ſi
ſtipulatio ad contrauentionem fictam porrigitur, cur
137 non idem probandum in ſtatuto erit, † quatenus iu
ris ſtricti non minus atq; ſtatutum ſtipulatio videtur.l.
quicquid adſtringendę.l.ſi ita ſtipulatus.§.Griſogonus
infra eo. l.nepos proculo infra de verb ſigni. Dy. in
conſi.1.col.1.in fi.Inde dicimus ad caſum fictum ſtipu
lationem non trahi.d.l.ex ea.§.in inſulã infra eo. Alex.
in conſi.204 nu.7. in fi.verſi. & ꝙ filius repreſentet lib.
2.itaq; ſi in caſu facti indiuidui receptum eſt, vt ad cõ-
trauentionem fictam ſtipulatio pertineat. cur non
idem admittendũ, & in ſtatuto erit. Quo argumentan
di modo Soci.etiam hic Iun vtitur in quinto nota.

Secundò par odij ratio in ſtipulatione, atq; in ſtatu-
to apparet. Siquidem pęnam in tex. noſtro ſtipulatio
habet. Qua igitur ratione ad offenſionem fictam ſtipu
latio hic porrigitur, ita ius idem ſeruandum, & in ſtatu
to videtur.l.illud.ff.ad.l. aquil.

Tertio caſus fictus, & verus comparati in ſtipulatio
138 ne facti indiuidui aperte hic ſunt. Sed enim † vbicũq;
caſus duo ſimiles facti per l.antiquam ſunt, lex noua ;
quæ de caſu altero facta ſolummodo eſt, ad alterum
quoq; quamuis fictum ob adæquationem trahitur, c.
cum dilectus, & c.ad audientiam de Cleri.non reſidẽ.
Doc.& alij in l. 1.ff. de lega. 1. Deci, in c. at ſi Clerici in
prin.nu.12.verſi.prędicta cõcluſio de iudi. Ruin.in cõſ.
50.nu.9.lib.3.idq; locum; & in materia pęnali habere
Soci.probat in l.Gallus.§.videndũ in fi.ff de lib. & po.

Quarto cum ita conſtitutum iure communi ſit, vt
in facto indiuiduo ius idem ſeruari circa offenſionem
fictam atq; veram in ſtipulatione debeat à iure cõmu
ni interpretationẽ accipere ſtatutũ conuenit.l.1.§. lex
falcidia.ff.ad.l. falci.l.2. C. de noxal. c. cum dilectus de
conſuetu. d. c. ad audientiã. Ibiq; Abb.& alij de Cleri.
non

Digitized by Google

non reſiden. Bar. & alij in. l. omnes populi in tertia.q.
ſextæ.q.prin.ff. de iuſti.& iure. Itaq; ad contrauentio-
nem hanc fictam trahi,& ſtatutum debebit, vt ſecun-
dum ius commune interpretatio eius fiat. Quo argu-
mentandi modo Crot. hic vtitur in quarto nota.cui
ſatis conſtare de. q. hac non videtur. neq; de Socino
meminit.

Argumentis his non mouentibus, illationem ad-
mittendam Soci.arbitror, ne ad contrauentionem fi-
ctam ſtatutum extendatur,& quidem regula iuris illa-
tio hæc ſubnixa apparet, quo iure expreſſum eſt, ad
caſum fictum ſtatutum non trahi.per ſupra dicta idq;
139 locum in † primis habet, vbicunq; in perſonam nõ
in rem ſtatutum loquitur,ſimiliter, vt in ſpecie illatio-
nis noſtræ Bat.in.l.aut qui aliter §. fi. in fi. ſupra quod
vi,aut clam.& in.l.Sed ſi vnius.§.1.nu.3.infra de iniur.
Crot.hic nu.17.

Neq; argumenta è regione oppoſita nocent Quo-
niam tam,& ſi ita ſtatutum iure commune ſit, vt par
contrauentioni veræ ficta habeatur, attamen ſecun-
dum ius hoc commune interpretari ſtatutum non
conuenit.Quod enim dicitur,ſecundum ius commu-
ne ſtatutum interpretandum, ad eum caſum non
pertinet,quo per fictionem quid introductum iure cõ
muni eſt Io. And. in reg. pro poſſeſſore in Mercur.
Abb.in c. inſinuatum num.6. de Simonia. Deci. in. d.
c.at ſi Clerici nu. 12. ver. nec obſtat prædictæ conclu-
ſioni. Crot. in. d. l.gallus.§. & quid ſi tantum nu.148.

Secundò ad argumentum memoratum Crot. hic
reſpondet,num. 19 ſeq.locum ei in materia odioſa,&
pœnali non eſſe.ibi enim , quod tantum per ſtatutũ
in caſu vero eſt, ad factum non trahitur, quamuis per
ius commune adæquatio facta inter caſum verum,&
fictũ ſit,per ea, quæ no.apud glo. ſunt in.l. 1. Papinia-
nus.§.1.ff.de inoffi.teſta glo.ibi in ver.finitam ait,idcir
co quærelam inofficioſi patri non competere bona
filij iure peculij occupanti, ſi exhæredatus puta filius,
aut præteritus in teſtamento matris ſit, quoniam
odioſa quærela habetur. Atqui loco hæredis pater ſub
rogatur.l. filiusfamil.ff.ad.l. fal.Soci.in.l.1.num.3.circa
med.ff.de vulga.Secundo in ſpecie magis ex Areti.re-
ſponſionẽ hanc Crot.hic confirmat in.d.l.1.num.3 ff.
140 de vulga.vbi † quæ hæredi,pœna imponitur defun-
cti necem nõ vleiſcenti, ad fideicommiſſarium non
trahitur, at qui hæredis loco fideicommiſſarius habe-
tur,& hæredi ipſi exequatur. l.ſi filius.§.1.ff. quod cum
eo.l.1.§.de illo.ibiq; Soci.circa prin.l.qui quadringen-
ta,&.l. poſtulante.§.1.ff.ad trebel. Appellatione hære-
dis in materia odioſa,aut pœnali fideicommiſſarium
non compræhendi, quamuis ficte, aut impropriè hæ-
res æſtimetur,Soci. etiam no.in rubri.ff.de vulga. col.
2.circa med.& in.d.l.1.in prin.num.3.poſt med. eo. ti.
& apud nos in rubri.ff.de lega.1.nu.37.

Vltra Crotum,in ſpecie magis ex Archidia.reſpon-
ſio hæc confirmatur in c.fi.nu.1.de conſue.lib.6. con-
ſuetudinem iuri communi contrariam ad caſum fi-
ctum non trahi. Atq; ideo iure communi interpræta-
tionem non accipere, quod ad caſum fictum trahitur.
verbigratia receptum conſuetudine eſt, vt niſi inter
præſentes permutatio præbendarum non fiat, qui ꝓ
præſente iure habetur, veluti cum pontificis cauſa ab-
eſt.d.c.cũ dilectus de Cler. nõ reſiden.ius permutandi
non habebit conſequenter ad præſentẽ per fictionem
conſuetudo nõ trahetur , id quia à iure cõi conſuetu-
141 do eiuſmodi abhorret. Cauſa eadem † ſtatuti eſt,
iuri communi repugnantis, vt ad caſum fictũ nõ tra-
hatur Imola in l.1.§.lex falcidia circa fi. ff.ad.l. falci.&
in d.c.ad audentiam in 1.nota.de Cleri.non reſiden. ex
Soci.dilucide atq; in ſpecie magis reſponſio hæc con-
firmatur,in conſ.ſe60 col.11.nu.9.verſ.ex quo ſuppoſi
to lib.2.ad caſum fictum in priuilegijs , & materia re-
ſtringibili diſpoſitionem eo etiã caſu nõ extendi, quo
adæquati caſus inueniunt, verus,& fictus.ex Archid.&
domini. in.d.c.fi.de conſue. lib 6.Imola in. d.l.1. §. lex
falcidia, & in.d.c.ad audientiam.

Sed enim controuerſiã reſponſio hæc patit,adequa
tione caſus veri , & ficti à iure cõmuni facta ibi enim
ad caſum fictum extenſio permiſſa, & in materia etiã
correctoria videtur c.quãuis in fi.iuncta glo.de electio
lib.6.glo. & Doc.in aucten. quas actiones in glo. ma-
gna verſi.item an idem C.de ſacroſan. eccleſ. opinio-
ne Pilei,& Ioan. ceu vulgatiore admiſſa. quas glo. in
ſententiam hanc Abb. refert in conſi. 75.nu.6.verſi.
præterea ſtatutum in principio æquiparauit lib.1. ibiq;
item , & in materia pœnali Abb. ſcribit. idem ex glo.
probatur in l.quod vero contra.ff.de.ll. in l. ſi quis ſer-
uo in glo.fi.C.de furtis.in c.ſi poſtquam in glo. pen. de
electio. lib. 6. Bar. & alij in l. ſi conſtante nu. 30. ibiq;
Iaſ.nu.29.verſi.ſecundum fundamentum Bar.ff.ſolu.
ma.Idem Bar.in l.2.nu.4.ff.de lega.1.in l. Marcellus in
prin.nu.6.ff. ad Trebellia. & in aucten. Sed cum teſta-
tor nu.4. C. ad.l.falci.Iaſ.in l. tranſigere nu.15. verſi.
ſecundo moueor C. de tranſactio. vbi in materia
iuxta pœnali atq; correctoria loquitur.

142 Si dixeris, locum argumento † ab adæquatis, aut
ęquiparatis non eſſe,vbicunq; in caſibus aliquibus ſo-
lummodo , non in omnibus, aut per omnia regulęq;
vice aliqua ęquiparantur, vt habetur in.l. 1. ibiq; apud
nos nu.146.ff.de lega. 1. Reſpondetur. in factis indiui-
duis , in quibus ſolis fictio iſta contrauentionis verſa-
tur,adæquationem hanc regulæ vice factum in omni
bus,& per omnia , vt caſus veri ſimilis per omnia , fi-
ctæ contrauentionis caſus ſit opinione illa prętertim
admiſſa , vt etiam ex contrauentione vera non vltra
portionem hæreditariam quiſq; teneatur .

Secundò expreſſius ad arg. hoc reſpondetur. Adę-
quati eſto caſus iſti iure communi non ſint verus, &
fictus , extenſioni ad obligationem fictam locus in ſta
tuto nihilominus videtur , non ob regulam ęquipara-
torum quam ſilere facimus citra præiudicium verita
tis,verum ex iure alio vulgato,& probatiſſimo etiam
in materia correctoria , aut pœnali locum extenſioni
eſſe, vbicũq; ratio expreſſa in diſpoſitione correctoria
vel pœnali eſt,ſiquidem ratio ipſa expreſſa, & in caſu
omiſſo mouet. & quidem in materia correctoria ex
Bal.id probatur , in d. aucten.quas actiones. q.3. ibiq;
Iaſ. nu.17. Alex.in d.l ſi conſtante nu. 5. verſi. tertio li-
mita.ff.ſolu.ma. Deci.in c.tranſlato nu. 2. verſi. ad hoc
breuiter de conſtitutio.in conſi.284.col.2.ante med.&
in conſi 372.nu.7. cum alijs apud nos collectis in tra-
cta.de antiq.temp.parte quarta nu.41 .in decima tertia
limitatione in materia item pœnali ob rationem ex-
preſſam extenſionẽ ad caſum omiſſum fieri, ex Alex.
oſtenditur in l.cum mulier in quinto nota.ff.ſolu. ma.
in conſi 75.nu.2.in fi.lib.5. Iaſ.in l. cum quidam col. fi.
nu.21.in quinta limitatione.ff.de lib.& po.& alia eiuſ-
modi de quibus apud nos in d. tracta.de antiq. temp.
parte quarta nu. 107. Sed enim ratio quamobrem ex
contrauentione ficta pœna committatur, expreſſa in
tex.eſt,quia quod diuidi in partes non poteſt , factum
ab omnibus quodãmodo videtur. Ratio hæc non mi
nus in ſtatuto atq; in lege vrget.ob id ius idem in ſta-
tuto ſeruandum , atq; in lege videtur .

Argumentis his non mouentibus,reijciendã illatio
nem Soci. non arbitror. ſtatutum de contrauentione
vera contra obligationem,ad contrauentionem fictã
protendendum non eſſe per ea, quæ in anterioribus
ſcripta circa illationem hanc iuuandam ſunt. Ne-
gocium omne in contrarijs profligandis verſatur.
Itaque argumentum prius non obſtat,contrauen-
tionem fictam , & veram per omnia , & regulæ
vice adæquari in hoc text. Quoniam negatur ,

ſiquidem locus adæquationi huic in ſtipulatione prę-
toria, non eſt quamuis indiuidua. In qua is ſolus tene-
tur, atq; ex portione eius hæreditaria, a quo offenſum,
aut contra factum in ſtipulationem ipſam eſt. l. pœ-
nales. §. Iulianus. ff. ad l. Falc. l. 2. §. incertã infra de prę-
tor. ſtipula. Bar. & alij hic in 2. q. Eque locum æqui-
paratio hæc in contractibus bonæfidei non habet. In
quibus niſi is non tenetur, & inſolidum, à quo paritũ
promiſſioni defuncti nõ eſt. l. in depoſitũ, & l. ſeq. ff. de-
poſi. Bart. & alij hic in quinta oppoſi. Ad quem mo-
dum reſpondendo, & rẽ ipſam expendendo arg. ipsũ
retorquetur, cũ locus argumento æquiparatorum in
materia correctoria, aut pęnali nõ aliter ſit, niſi ſi per
regulã, & quoad omnia, facta ęquiparatio inueniatur.
Alterum item argumentum non mutat, locũ exten
143 ſioni ad † caſum omiſſũ in materia correctoria, aut
pęnali ob rationem expreſſam eſſe. verũ enim id non
eſt, vbicunq; ex ll. alijs apparet, extenſionem ad caſum
aliũ non fieri, ſimiliter vt hic, vbi ad ſtipulationes prę-
torias contractusvè bonęfidei ius hoc non trahitur, ꝙ
conſtitutum in contrauentione ficta legitur, vnde dici
poteſt, perſuaſiuã, aut impulſiuã, non etiam finalem
rationem eſſe, de qua in contrauentione ficta tex. no-
ſter meminit: finalis quippè ita ratio eſt, ſi generalis ſit
caſusq; omnes complectatur. Aliter atq; ſi caſus ali-
quos ſolummodo ſpectat. l. 1. §. ſextum. ff. de poſtu-
lan. Bal. in l. generaliter nu. 3. C. de epi. & cler. Iaſ. in d.
auctẽ. quas actiones nu. 18. Neq; mutat, ratione im-
pulſiua tacente, locum diſpoſitioni nihilominus eſſe.
Quoniam aliud expreſſim ſtatutum in ſpecie hac legi
tur. Sed finalis eſto ratio iſta ſit, ſatis eſſe debebit, per-
petuum ius non eſſe, quod conſtitutum ob rationem
ipſam eſt. Ea propter ad caſum ſtatuti fieri extenſio-
nem non oportet. Qua enim ratione argu. recipi ab
æquiparatis non ſolet, vbicunq; perpetua, aut genera-
lis æquiparatio non eſt, ita nec vbi perpetua diſpoſi-
tio ex ratione non fit. De illatione hac Soci. iun. hic
meminit in quinto nota. nu. 40. & ſeq. Eamq; à dubi-
tatione omni vacuam vſq; adeo credit, vt alienam à
re propoſita arbitretur. Id quia ficta vlla cõtrauentio
neceſſario non intelligitur, cum inſolidum teneri is
poſſit, a quo offenſum ſit, quatenus contemptum ſo-
lum ſtatutum obſeruat, quo pœna ei irrogatur, qui
contra obligationem ſuam quid agit.
Sed enim ratio iſta contemptus ęque in ſtipulatio-
ne atq; ſtatuto verſatur. Ad hæc ratio cõtrauentionis
fictæ in tex. hoc expreſſa non minus in ſtatuto, quam
in ſtipulatione vrget, vnde niſi caſus diuerſos in argu-
mento ſuo Soci. iun. non facit, ratione diuerſitatis vl-
la non adiecta.
In ſexto notabili Soci. duo obſeruanda, ſicut duo
144 continet. Primum ſtipulationem † facti diuidui nõ-
niſi contra offendentem committi, cohæredes alios
ex offenſione vnius non adſtringi. Idq; in locis duo-
bus tex. noſtri oſtenditur. Ideſt in verſi. at ſi de eo. & in
verſi. ſed videamus. In eandem ſententiam tex. Soci.
nominat in l. inter cohæredes. §. ꝙ ſi ſtipulatus. ff. fam.
herciſ. de quo tex. Crot. etiam hic meminit nu. 25. in
ſeptimo nota. Iſtum tex. ſibi vendicare Iaſ. hic videtur
nu. 9 in 4. nota. ſcituq; dignum magis, quam tex. no-
ſtrum æſtimat. Cuma. vellicando, qui ſing. text. hunc
credit, ſed enim hallucinatũ Iaſ. eſſe mox oſtẽdemus.
Vltra Soci. Iaſ. & Crotum. Textus conſentiens, &
generis eiuſdem non deeſt in l. 2. §. incertum. Ibi in qui
bus, & reſpondetur, ſcindi eas in perſonas hæredum.
infra de pręτor. ſtipula, & in l. fi. verſi. etſi reus promit-
tendi. infra iudi. ſolui. vacuum nota. hoc à controuer-
ſia omni in capite hoc primo eſt, vt is ſolus ſtipulatio
nem diuiduam committat, a quo offenſum ſit.
Alterum nota. hoc ſextum complectitur, non ſolũ
eum tantũmodo teneri in ſtipulatione diuidua, a quo
peccatum ſit, ſed nec amplius, quam ex portione eius
hæreditaria eum adſtringi. In qua te non temęre pro
ſingulari text. hic habitus a Cuma. eſt. Siquidem ex-
preſſum hoc ſub textibus alijs non eſt, qui ante dati
pro conſentientibus ſunt. In quibus niſi contra offen-
dentem ſtipulationem diuiduam non committi de-
claratum legitur. Cæterum quomodo cõmiſſio eius
fiat, inſolidum, an in partem, expreſſum id non eſt. In-
de Iaſ. audacia apparet, qui Cumanum incuſando,
tex. ſe memorabiliorem vocare ait in d. l. inter cohæ-
redes. §. quod ſi ſtipulatus. At enim tantum abeſt, vt
ſcitu dignior tex. ille non ſit, vt textui noſtro cedat. In
quo ſolo explicatum legitur, niſi ex portione hæredi-
taria eum non teneri, a quo ſolo peccatum contra ſti-
pulationem eſt. De re hac, vt nonniſi ex portione hę-
ditaria ſtipulatio diuidua ab offendẽte committatur,
Angel. de Periglis hic meminit nume. 34. Bologni.
nu. 172. 177. & num. 180. Crot. num. 25. in ſeptimo
nota. Galiau. nu. 22. verſi. vndecima cadit difficultas,
& nu. 25. verſi. vltima cadit difficultas, Alcia. nu. 11. &
nu. 55. in vltimo nota. Butigel. nu. 32. & ſeq. Horman.
nu. 105. in decimo nota. & nu. 335. Soci. iun. nu. 51. in
ſeptimo nota.
Roget hic aliquis, vnde diuerſitas hæc, vt pœna fa-
cti diuidui offendentem dumtaxat, atq; ex portione
eius hęreditaria apprehendat. In facto planè indiui-
duo ex offenſione vnius alij etiam in portiones eo-
rum hæreditarias obligentur. Si dixeris, a diuiduitate
ſtipulationum, aut factorum id exiſtere, ratio hæc ea-
dem, ac dictum videtur contra quam glo. ſcribit in l.
fi. ff. de offi. procura. Cęſar. Reſponſio ex ſuperiori-
bus patet, cum in ſpecie facti proponẽda verſaremur.
Idcirco in facto indiuiduo omnes teneri, quod dam-
ni non minus ex contrauentione vnius ſtipulator ſen-
tit, atq; ſi factum contra ab omnibus ſit. Cauſa alia ſti-
pulationis diuiduæ eſt, in qua non pluris ſtipulatoris
intereſſe, quam ex parte offendentis poteſt, verbi gra
tia cum hęres vnus promiſſoris agit, aut ratum non
habet, nonniſi ex parte eius diſpendij, aut incommodi
quicquam facere ſtipulator poteſt, vt Soci. etiam hic
iun. obſeruat num. 51. in ſeptimo nota.
Poſteriores pleroſq; notabili huic in ſecundo capi-
te refragari Soci. refert, vt ſolida pœna, non ex parte
hæreditaria ſolummodo, committatur. Argumento
illo ducuntur, ꝙ niſi in partẽ teneri contrafaciens non
poteſt, ꝙ ad ius attinet. Id quia conueniri niſi ex por-
tione ſua hæreditaria non poteſt. l. 1. C. ſi cer. per. l. pro
hæreditarijs. C. de hæredi. actio. Pro alijs vero portio-
nibus teneri non poteſt, cũ pro extraneo habeatur,
vt not. in l. eum a matre. C. de rei vendi. in l. 2. glo. ma
gna infra de pręτor. ſtipula. Bar. hic nu. 33. in fin. & in
l. 2 §. fi. num. 2. in fi. Iaſon. in l. frater à fratre in tertio
nota. ff. de condi. indebi. & in d. l. 2. §. ex his colum. 4.
verſi. & ita per hoc repręhendit, ſi dixeris, quamuis de
iure teneri, aut contrauenire niſi ex portione hęredita-
ria non poſſit, de facto tamen inſolidum ab eo cõtra-
ueniri. Reſpondent poſteriores ſecundum Soci. ratio-
nem habendam contrauentionis non eſſe, quæ de fa-
cto, non iure fit. l. ſtipulatio iſta. §. hi qui. ibiq; Bartol.
infra eodem. Fundamento hoc ita poſito, & obfir-
mato, vt niſi in partem contraueniri, aut teneri hæres
non poſſit. Atq; ideò, vt ſolus obligatus ipſe ſit, conſe
quens fiet, ab eo ſolo pœnam deberi, qui ipſe obliga-
tus inuenitur. quæſt. d. cum pœnam ſolidam defun-
ctus promiſerit, ſi factum quicquam contra promiſ-
ſionem erit, & exactio eius fieri nonniſi ab eo poſſit,
qui ex parte ſolus obſtrictus hæreditaria eſt, vtiq; inſo
lidum præſtanda ab eo erit.
Iuuari, aut dilucide magis reformari arg. hoc poſte
riorũ põt. Namq; cum textui noſtro arg. eorũ euiden
ter repugnet, perſpicuè magis opponi poterat, iuri illi
vulga-

Digitized by Google

vulgatiſſimo tex. hunc contradicere, ex perſonis hæredum ius obligationis non mutari. l. æmilius. ff. de minor. d.l.2.§.ex his ſupra eodem.l. cui fundus in fi. ff. de condi. & demon. d.l.2.§.incertam infra de prætor. ſtipu. Qua ratione igitur defunctus ipſe ſolidam pœnam præſtat, ſi contra ſtipulationem diuiduã ex parte quid agit, vt hoc tex.in fi. Ita dicendum, & in hærede vno videbatur, à quo factum quid ex parte hæreditaria contra promiſſionem defuncti ſit.

Ad argum. hoc poſteriorum Soci. reſpondet, conſequentiam non procedere, niſi in partem hæres vnus non contrauenit, aut tenetur, ergo ſolidam præſtari pœnam conuenit, cum ſtipulationis commodo in ſtipulatione diuidua ex toto ob contrauentionẽ in parte ſtipulator non careat arg. eius, ꝙ habetur in d.l.2.§. fi. ſupra eo. vbi cũ hæres vnus ſtipulatoris tantũmodo prohibetur, quominus ire ei, agereque liceat, quamuis mero iure hæredibus omnibus ſtipulatoris actio detur, attamen ſi qui prohibiti non ſunt, actionẽ prohibenti inferunt, exceptione ſubmouentur. Id quia ipſorum non intereſt, poſtquã prohibi non ſunt, neq; ſtipulationis emolumento fraudantur, diuiduitatem ex parte eorum ſtipulatione admittente. Ratio eadẽ ſtipulatoris videtur, a quo petitum quid per hæredem vnum promiſſoris ex parte eius hæreditaria ſit, vt ſicut niſi ex parte petita, ſua non intereſt, neq; commodo ſtipulationis caret, ita niſi ex ea parte pœnam non exigat.

Sed videndum, contrarium ſolutioni huic Socini tex. videri ab eo ſolutionis ſuæ iuuandæ cauſa relatũ, in d. l. 2. §. fi. ſupra eo. vbi cum hæres vnus ſtipulatoris prohibetur, hæredibus omnibus iure mero actio competit, quamuis exceptionem ob diuiduitatem patiantur, quia diuiduitatem quantum ad eos res accipit, quatenus commodum ab eis ex prohibitione vni facta non aufertur. Tantumdem igitur probandum, & ex diuerſo videbatur, vt hærede vno promiſſoris contra ſtipulationem ex parte ſua veniente, inſolidũ mero iure contra eum pœna committeretur, quamuis diuidua ſtipulatio ſit. At enim ꝙ ad ius merũ attinet, nonniſi ex portione ſua offendentem teneri expreſſum hic eſt. Cur hæc tum varie.

Reſpondetur, rationem diuerſitatis in prõptu eſſe. Namq; ꝙ hæredibus omnibus ſtipulatoris ex prohibitione vni facta, actio mero iure competat, eo id fit, quoniam etſi diuiduitatem in hæredibus ſtipulatoris res admittat, cum prohiberi vnus ſine alijs poſſit. Indiuidua tamen ſtipulatio quantum ad hæredes promiſſoris eſt, ſiquidem prohibere vnus in partem non poteſt, quin in totum prohibeat. l.in executione.§.ꝙ ſi ſtipulatus infra eodem, vnde propter indiuiduitatem hanc ex parte hæredum promiſſoris, actio hæredibus omnibus ſtipulatoris iure mero datur, verum quia diuidua res in hæredibus ipſis ſtipulatoris apparet. Atq; ideo eorum non intereſt, qui prohibiti non ſunt, ęquitas facit, vt exceptione repellantur. Cauſa alia ſtipulationis eſt, quę diuiſionem vtrinq; admittit, tam ex parte hæredum promiſſoris, quam ſtipulatoris. In ea .n. rationis non videtur, vt ob contrauentionem in parte, inſolidum iure mero pœna committatur, vnde melius eſt, integrum contrauenientis ius ſeruare, ne actio in eum iure mero detur, quam exceptionis remedio ſubuenire arg.l.fi.C. in quibus cau. in integ. reſti. non eſt neceſ.l.1.C.quan. liceat vnicui.ſine indi. ſe vindi. c. requiſiuit de in integ. reſtit. & illud terentianum malo nos ante proſpicere, quam vlciſci accepta iniuria.
145 Quanti † porro referat, actionem mero iure denegari, an accommodari exceptione permiſſa, ex Bart. declaratur in l.ſi vnus.§.pactus ne peteret nu. 18.& nu. 20.ff.de pact.in l.lecta nu.15.ff. ſi cer. pet. Bal. in conſi. 62.alia vice col.1.lib.2.Iaſ. in §. in bonæfidei nu. 2. & nu.59.inſti.de actio. Deci. in l.1.nu.5. Galiau. in rubri. ſupra eodem nu.153.& eiuſmodi non pauca.

Apparet ex his, ſolutionem Soci. ad arg. poſteriorum, iure defendi, ideſt locum conſequentiæ non eſſe, niſi in partem contrauenire, aut teneri hæredem non poſſe, ergo pœnæ præſtandæ inſolidum teneri, perinde quaſi debita ab alio pœna non ſit, cum ſolui eam ſolidam oporteat, confutatum quippè arg. hoc à Soci. eſt. Sed vltra Soci. reſponſione planiore dilui arg. poteſt, illud regerendo. Etenim ſicut contrauenire teneriq; niſi ex portione ſua hæres non poteſt, ita pœnæ præſtandæ obligari præterquam ex portione ſua non debet.

Secundò reſpondetur, ſi arg. hoc poſteriorum admittimus, ius idem, & ratione fortiore in ſtipulatione indiuidua ſeruandum, vt niſi ab offendente inſolidum pęna committatur, non etiam ex offenſione vnius ex portionibus hæreditarijs alij obligentur. Id quia hęres offendens non pluſquam ex portione ſua æſtimatur, pro extraneoq; in portionibus aliorum habetur. Ratio enim hæc, ꝙ pro extraneo circa portiones aliorũ habetur, immo fortius ęque in ſtipulatione indiuidua atq; diuidua mouet, facilius quippè pęnam ſolidam præſtari propter indiuiduitatem conuenit.

Si dixeris, ex contrauẽtione ficta in ſtipulatione indiuidua hæredes alios teneri, quæ fictæ cõtrauentionis ratio in ſtipulatione diuidua ſilet. Reſpondetur, fruſtra ad fictionis remedium adiri, vbicunq; mederi, aut opitulari veritas poteſt. l. filio quẽ pater. ff. de lib. & poſth. l.non dubito in prin. infra de captiuis.l.in rebus. Ibiq; Bal.in fi.C.de iure dot. Curti.iun.in conſi.5.nu.41. Sed enim ſtipulatori opitulari ex argumẽto poſteriorum in ſtipulatione indiuidua veritas põt, ꝙ pro extraneo hæres offendens quantum ad portiones cohæredum
146 habetur. Hoc amplius † adminiculo vti fictionis non licet, vbicunq; ſine fictione commode expediri res poteſt Bart. in l. & per iuſiurandum. §. tutor infra de acceptila. arg. l.quia ratio.ff.de condi. inſtitutio. ſequitur Ruin.in conſi.55.nu.12.lib.2. ſed ſi argumento poſteriorum locum facimus, cõmodè ſtipulatori ſuccurri in facto indiuiduo citra fictionem contrauentionis, poteſt. Ideſt vt ab offendente ſolo atque in totum pęna committatur.

Tertiò vbicunq; diuiduitatem pęna habet, cõmitti inſolidum no ſolet, quamuis indiuiduum factũ ſit, cui adiecta inuenitur, vt in text. hoc probatur. Enimuero vbi diuiduitatem, & factum ipſum principale, & pęna ei aſcripta habent, inſolidum pęnam deberi in arg. ſuo poſteriores contendunt quo quid abſurdius.

Nob obſtat, pęnam ſolidam in ſtipulationem deductã, ob id rationis non videri, vt in partem ſolũmodo offendentis præſtetur. Qm̃ inſolidũ deducta in ſtipulationem eo caſu creditur, quo contraueniri, atq; ideo cõmitti inſolidũ poſſet. l.gallus.§.1.ff.de lib.& po.l.hæredibus.§.fi.ff.ad trebel.l.ſtipulatio iſta.§.hi qui.2.ſ. eo. Sed .n. inſolidũ contraueniri ab hęrede vno ſtipulationi diuiduæ non poteſt, ob id abſurdum videtur, integrã ab eo pęnã cõmitti, qui peccare inſolidũ nequit. Delicto .n. correſpondere pęnã oportet, ne grauior q̃ pro delicto cõſtituatur. l.ex facto. §. iulian. Ibiq; Alex. in ſecun. nota. ff. de vulga. l.reſcriptum, & l. hæres qui tacitam. ff.de his quibus, vt indign. l.paulus. ff. ad l.falci. l.ſancimus. C.de pęnis. c.vnico de vaſal. qui contra cõſti.lotar. Ibi ſi totũ, totum perdet, & ſi partem, partem perdet. c.quęſiuit de his q̃ fiũt à maiori par. capitu. Sed .n. grauior delicto pęna eſſet, ſi vbi peccari niſi in partẽ non poteſt vere fictevè, totius quis pęnam daret.

Secundo reſpondetur, pęnam ſolidã ab hærede promiſſoris cõmitti, & ſolidã præſtandã, ideſt totũ, quicquid debitũ ab eo pro portione eius hæreditaria eſt.
147 Nõ obſtat, † naturã obligationis ex pſonis hæredũ

Digitized by Google

non mutari,quia locum id indiuiduis nõ habet, vt ex tex.hoc in fi. probatur,& apud Bar.hic nu. 18.Imol.in tertio nota.Ang.de Perugi.nu.4. in vltimo nota.Crot. num. 28.no. Bar. in d. l. 2. §. ex his in 2. oppoſi. ſupra eodem.

Si dixeris,quamobrem factum ſit, vt indiuiduis alteratio, aut mutatio hæc recepta ſit, vt minus hæres quam defunctus teneatur, vbicunq; in partem tantummodo contra ſtipulationem quid fit. Reſponſiones plures accommodatæ in ſuperioribus ſunt, cum in ſpecie facti proponenda verſaremur. Sed ratio planior in præſens occurrit. obligationem in contrauentione præſupponi l.manumiſſiones ff. de iuſti. & iure l. decem infra eo. vnde conuenire non amplius quis põt, quam obligatus ſit. Quare ſi niſi in parte obligatio non vertitur, æque contraueniri niſi in parte illa non poteſt l. quæ de tota ff.de rei vendica. defunctus planè obligatio inſolidum apud eum paſſiue erat,inſolidumq; adimplere promiſſionem debebat. Proinde mirum facere non debemus,ſi ex offenſione particulari ſolidam pœnam præſtat. Etenim ſi promiſſioni toti vtriq;, & partibus eius omnibus parere debebat cum ſub toto partes includantur l.in toto infra de reg. iur. Bar. & alij in l. 2. §. ſi ſtipulanti ſupra eo. idq; locum in negatiua præcipuè diſpoſitione habet. in qua qui à toto excluditur, à partibus eius excluſus omnibus creditur l.ſi quis cum totum ibique Soci. ſupra de excep.rei iudi. l.iuriſgentium. §.ſed ſi fraudanti ſecundum vnum ſenſum ff. de pactis. l. 1. §. quod ait ff. de aleator. l. 1. in fi.ff.de ſuis, & legi. l.filiusfamilia in fi. ſupra de dona. Signorol.in conſi.166.num.9.& in conſ. 268.circa fi. Ratio hæc in hærede ſilet, qui ſicut obligationi toti adimplendæ non tenetur, ita contrauentio in eo cadere circa totum non poteſt.vnde cum niſi in partem non contraueniat, tota ab eo pœna committi non magis poteſt, atque ſi obligatio vlla reſpectu aliarum partium omnino non interueniret.

Quo planiora ſequentia Soci.dicta in notabili hoc ſexto fiant, oppoſitio duplex contra nota.ipſum inducenda,dicitur in nota.hoc, nonniſi oſtendentem atq; ex portione eius hæreditaria, in ſtipulatione diuidua teneri. Sed enim inſolidum obligari oſtendens videtur, perinde quaſi indiuidua ſtipulatio verſetur. Pœna enim promiſſa debitaq; eſt, ſi factum quid contra promiſſionem erit. Ergo liberatio à pœna inducta ſub conditione contraria videtur, ſi adimplera promiſſio erit. l.ſi poſt,mortem §.1.ff.de lega.1. l.ſi legatum pure & l legata inutiliter ff.de adim.lega l.aliquando in fi.ff. de condi.& demon.l. quod pure in prin.ff. quan. dies lega.ce. l.ſi quis libertatem §. fi.ſupra de ſtatulib.condi
148 tio planè † impleri ex toto debet,cum diuiduitatem non recipiat l.cui fundus in fi.& l.qui duob.ff.de cond. & demon.l. in executione §. pen.infra eo. glo. in l. res bonafide ff.de cõtra.emp. Deci.in c. de appellationib, in ſecundo nota.de appella.ob id ſatis videtur,contra factum in partem eſſe,vt pęnæ totius commiſſio fiat, quatenus ex toto paritum conditioni non eſt.

Aliter etiam reformari argumentũ, aut oppoſitio contra notabile poteſt. Debita,aut promiſſa pœna ſub conditione eſt, ſi factum quid contra promiſſionem erit. Quæ conditio ſicut indiuidua eſt,ita ſatis videtur, ex parte contra, conditionem fieri, vt pœna tota committatur.

Aliter etiam contra nota.hoc Alcia.hic argumentatur nu. 39. in ſexto nota. ideſt, indiuiduam propter pœnam ſtipulationem fieri, quæ diuidua alioquin ſit per d.l.cui fundus,& l.5.§.fi infra eo. Remq; obſcurare reſpondendo, videtur, diſcrimen inter ſtipulationẽ negatiuam,& affirmatiuam faciendo.ſed enim, quod indiuidua ſtipulatio fiat,ob pœnam id non fit, verum propter conditionem,declarando,vt ſupra.iam argumento huic Alcia.contrarius tex.noſter eſt. In quo diuidua ſtipulatio in pœna habetur,quæ indiuidua circa factum principale eſt,& contra Alcia. Soci. hic ſtat in 2.q. Bar.verſi.poſtremo videndum eſt.

Ad arg.hoc Socin.reſpondet,perpetuum id non eſſe,vt indiuidua conditio habeatur, cum diuiduitatem aliquando admittat l.pen.ff.de condi.& demon. l.pen. C.de condi.inſer. Si id reſpondendi genus admittimus nulla iuris regula quæ nõ poſſit euitari ſemper .n. reſponderi ad regulam poterit,locum ei aliquando non eſſe, ſiquidem regula nulla conſtans adeo inuenitur, quæ exceptionem non ferat, vt gloſ.no.in l.omnis definitio infra de reg.iur.& ſaltem æquitate impellente, recedere à regula licet glo. in auth. vt ſine prohibi. matres debi. & credi. in prin. Curti. Iun. in conſi. 19. in fi.

Secundo verum non videtur, quod reſpondendo Soci.ait,diuiduitatem interdum in conditione implẽda recipi. Neq; textibus id probatur, à Soci.relatis. Immo enim contrarij Socino videntur, vtpote in quibus ex parte ſatis impleri conditionem non eſt, id demum expreſſum in textibus illis legitur, vt quæ à pluribus implenda conditio erat, ab vno ex voluntate teſtatoris impleatur. Cæterum ex parte ab vno impleri non ſufficit, quod cum ita ſit, ſolida pœna committenda ob contrauentionem vnius atq; ex portione ſua videtur, quamuis contrauentum ab alijs non ſit. cum aliquorum ex parte admitti implementum non ſoleat.

Aliter igitur, argumentum dilui Socini oportet. ideſt ex diuerſis id ab ijsq; deſumi, in quibus ratio diuerſa verſat.in textibus enim,è regione citatis diuiſio recipi in conditione implenda ad commodum conſequendum non ſolet. Pœna planè vitanda hic verſa-
149 tur. Sed enim † ratio multo alia pęnæ,aut iacturæ vitandæ,quam lucri omittendi eſt, l.at ſi quis §.ſed ſi adita ff.de religio.l.iuris ignorantia, & l. regula in prin.ff. de iuris & facti ignor.l.profecticia § ſi pater repudiauerit ff.de iure dot.l.proculus. 2. ſupra de dam.infec.l.ſi is cui §. fi.infra de furtis.l.fi.C.de codicil.l.fi.§ licentiã C.de iure delib.l.fi.C.de acq. poſ.itaq; conſequens nõ ſit, ex parte conditionem impleri ſatis non eſt, vt commodum quis auferat, ergo nec, vt pœnam nõ ſubeat. Hoc ita,cum partes diuiſæ ſingulorum ſunt, cuiuſmodi portiones hæredum ſunt. Cauſa alia videtur, cum vnius ſolummodo res eſt, quamuis diuiſionem admittat. ibi enim quamuis niſi in partem conditioni nõ pareatur, ſolida nihilominus committi pœna videtur vt hoc tex.in fi.

Secundò ex diuerſis arg.deduci aliter etiam oſtenditur, à mero enim facto ad id, quod intereſt, argumẽtũ colligitur, conditio enim voluntaria, quæ commodo percipiendo adijcitur, ad factum merum pertinet, ſeu à facto mero pendet. Siquidem id tantummodo ſpectare in conditione voluntaria ſolemus, vtrum appoſita ſit, vt recedi ab ea non licet. Atq; ideo ita eam impleri neceſſe eſt, vti adiecta legitur, ideſt, in forma ſua præciſa l.qui hæredi in prin.& l.meuius ff. de condi.& demon. Ratio longe alia eſt, vbi circa pœnam conditio aſcribitur, ſi facta promiſſa non erunt. Pœnã enim loco eius, quod intereſt, appoſitam cenſeri, teſtatum late ſuperioribus habemus. Itaq; ſi ex contrauentione in parte, pluris quam ex parte illa non intereſt, abſurda res vtiq; fieret, diuiduitatẽ in conditione implenda non admittere. Ex qua re amplius quam interſit, pars extorqueat.

Tertio dilucide, appoſite atq; vtiliter magis ad arg. tacitum Soci.reſpondetur, à conditione enim contraria argumentatum procedit. Promiſſa, aut debita pęna ſub conditione eſt, ſi factum quicquam contra promiſſionem erit. Ergo ſub conditione remiſſa contra-

ria

Digitized by Google

ria creditur, ſi paritum conditioni erit. d. l.aliquando
ff.de condi.& demon.Quæ diuiduitatem conditio nõ
recipit. Ergo ad pęnam tanquam inſolidum committendã
videtur, ex parte aliquã obtemperatum conditioni
non eſſe. Ad hunc quippe modum argumentum taci-
tum procedit. Sed enim locus argumento à conditio-
150 ne † contraria, in diſpoſitione pœnali non eſt, veluti
cum ſub cõditione quid adimitur, pęnæ nomine, ſi fa-
ctum quid puta à legatario non erit. Id enim ſub con
traria datum conditione non cenſetur. Immo enim
purum legatum remanet. Conditionalis planè nonni
ſi ademptio ſit. Quocirca dum conditio ademptionis
pẽdet, legatum, aut diſpoſitio alia non ſuſpenditur, vt
Bar. docet in l.1.§.item ſi ita num.2.in fi.ff.ad l.falci.ſe-
quitur, Ruin.in conſi.20.num.5.in conſi.48.colum.2.
in fi. Vberius in conſi.122.col.pen. ante med. lib. 2. &
in conſi.139. num. 20. lib.5. itaq; vbi ſub conditione
promiſſio pęnæ ſit, ſi factum quid contra ipſam pro-
miſſionem erit, dum conditio ipſa pendet, pura pęnæ
remiſſio, non conditionalis eſt. Atq; ideo verum non
videtur, conditionem contrariam in pęna remitten-
da verſari, vt ita demum non debeatur, ſi factum quic
quam contra promiſſionem non ſit, cõſequenter arg.
Soci. ſilet, ſub cõditione remiſſã pęnam intelligi, quã
inſolidum impleri conditionẽ oportet, cum diuidui-
tatem non admittat. fruſtra enim de conditione indi-
uidua agitur, vbi nulla conditio ſubeſt l.2. ff. vſufruct.
l.eius qui verſi.quas vero ff.ſi cer.pet.

Si dixeris, eam mentem Socino non fuiſſe, vt à
conditione contraria, at à directa argmentaretur, cũ
ita pęna promittitur, ſi factum quid contra promiſſio
nem erit. Reſpondetur, mente hac Soci.admiſſa, ab-
ſurdam rem protinus conſequi, vt non ante ex par-
te aliqua pęnç commiſſio fiat, quam contra factum
ex toto ſit. quatenus ex toto impleri conditionẽ opor
tet, ſi factum contra promiſſa erit. ideſt ſi ex toto fi-
des lęſa promiſſionis ſit. Quare ſi factum quid, aut ex
parte aliqua, contra eſſet, vtiq; nec in partem commiſ
ſa dici pęna poſſet.

Quartò ad arg. reſpondetur, locum dictæ l. aliqan-
do, & alijs ſupra citatis, in contractibus non eſſe. in qui
bus à conditione contraria argummentandi licentia
non eſt. Neq; dici in contractibus poteſt, ſub conditio
ne aliqua ademptum ſub contraria datum conditio-
ne intelligi Bar. in d.l.ſi legatum pure ff.de adim.lega.
Soci.in l.quibus diebus §.quidã ff.de condi.& demon.
Deci. & Iaſ.in l.ſi pecuniam ff. ſi cer. pet. ſi in contra-
ctu ſimplici locus argumento non eſt, quid in contra-
ctu dicendum pœnali erit. cum fortius duplex. impedi
mentum ſit l.cum in adoptiuis in prin. ibiq; Bal. C. de
adoptio. §. ſi vero inſti. eodem titu. auctẽn. itaq; C.
com.de ſucceſ.

Abſolutum ex his argumentum primum, tacitũq;
apparet, quod notabili huic repugnare ſexto videba-
tur, ideſt, vt indiuidua ſtipulatio propter conditionem
videretur, quamuis diuidua alias habetur.

Secundum tacitumq; argumentum contra notabi-
le hoc, ex Soci. colligitur. Cum expreſſum in tex. eſt,
diuiduam ſtipulationem amplius non agi, & rem ra-
tam haberi vtrinq; eſſe, ideſt æque ex parte hæredum
promiſſoris, atq; ſtipulatoris. Atq; ideo hærede vno
promiſſoris contra faciente, non pluſquam ex parte
ſua pęnam committi. Sed enim indiuidua ſtipulatio
iudicanda hæc videtur, in dolo quippe hæres dicitur,
qui contraquam promiſſum à defuncto ſit, quicquã
151 molitur, aut audet. Namq; ſi † doli reus habetur, qui
promiſſa non facit, aut implet. ſeu qui, quod debet,
non facit. l.ſi procuratorem §.dolo, & l.dolus ff.man-
da. l.dolo ff. ad l. falci. l. non poteſt, dolo carere infra
de reg.iuris Bar. in l. tutor qui repertorium in prin. ff.
de admini.tutor. Alex.in conſi.52.colum.1. lib.6. lon-
ge magis doli reus dicendus is erit, qui in promiſ-
ſionem ipſam quid agit glo. in l.ſi mora ff.ſolu.matri.
Atq; nominatim ex tex. id oſtenditur, in l. vendican-
tem. ff. de euictio. vbi improbitatis venditor accuſatur
qui contra venditionem venit, cui ſeruandæ obſtri-
ctus eſt. Idem ex tex. probatur in l.2.§. item quæritur,
ſi quis ſupra de excep.doli. vbi doli tenetur, qui contra
pactum agit. de quo dictum habemus in cõſi. 193. col.
1. circa med. Dolo igitur in hærede promiſſoris admiſ
ſo, qui promiſſioni defuncti non modo non paret, ve
rum contra eam venit, amplius petendo, iuris ambi-
gui non eſt, indiuiduum dolum haberi, vtpote qui cõ
mitti in partem non poteſt. l.ſi duo ver. quod ſi lancẽ
ff.depoſi. Quod idẽ in culpa eſt l.ſi vt certo. §.ſi duob.
in fi. ff.commoda.no. Bar. hic in ſexta oppoſi. inde fit,
vt indiuidua ſtipulatio habeatur, dolum malũ abeſſe
l.inter cohæredes. §.quod ex facto. ff.famil.hær. & hac
l.4. in prin. Bologni. hic num. 38. & obſeruandum
152 † deprauatum Socinum hic in argumento hoc al-
tero cum legitur, & licet non in plures dicas eſſe in do
lo. Legendum enim eſt, & licet non implens dicatur,
eſſe in dolo Eque mendam Soci. ait, cum tex. nomi-
nat in l. dolo carere infra de reg.iur. textus enim voca
ri debuit in d.l.non poteſt dolo carere.

Ad argumentum hoc ſecundum Soci. reſpondet,
locum ei in re diuidua non eſſe, in qua niſi in partem
ſtipulatio committi doli ratione non debet. ne dolus
vnius noxius alij fiat d.l.ſi duo in prin. Idem ex tex.
hoc probatur, in d. verſi. at ſi de eo & verſi. Sed videa-
mus. cum alijs pro conſentientibus in prin. ſexti huius
nota. relatis.

Limitationem concluſio nota. huius ſexti admittit
ne locum habeat, quotiens dationi quantitatis pęna
adijcitur, hæredes enim omnes offenſio vnius ex por-
tionibus hæreditarijs adſtringit, quamuis diuidua ſti
pulatio ſit, quæ dationem quantitatis continet, & cur
diuerſum in datione quantitatis ſit, apud Bartol. in-
fra ſe dicturum in octaua oppoſitio. Socin. ait. ibi-
que dicemus.

153 Septimo loco Soci. notat, † diuiduam amplius nõ
agi ſtipulationem eſſe. Atq; ideo nonniſi à contraue-
niente, & pro portione eius hæreditaria committi.
Illatio hæc Socini imperfecta eſt, vtpote quæ ex parte
hæredum promiſſoris ſolummodo, diuiduitatem cõ-
plectitur. Atqui diuidua ſtipulatio hæc ex parte hære-
dum etiam ſtipulatoris eſt, vnde ſecundo loco inſerti
vltra Soci. poteſt, vt ſi ab hærede vno ſtipulatoris peti-
tum amplius ſit, hæredi ipſi Soli ſtipulationem com-
mitti atq; ſoli ipſi actionem ex ſtipulatu ad pęnam ac
commodari vt hoc tex. circa fi.

Limitationem notabili huic accommodari Soci.
ait, ne locum habeat, quotiens ſuper ſpecie, non pecu-
nia ſtipulatio ipſa amplius non agi interponitur, quia
ſpeciem, de qua controuerſia erat, fundum puta, aut
animal, petitum amplius à ſe non iri actor promittit.
Indiuidua ſolutione tum enim ſtipulatio hæc videtur,
id quia in rebus diuerſis ſolutio contingeret, ſi diuidui
tatem in ſtipulatione eiuſmodi admittimus, ita vt niſi
offendens atq; ex portione eius hæreditaria non tenea
tur. varietas porro ſolutionis ſeu in rebus diuerſis ſo-
lutionem fieri, quotiẽs ſuper ſpecie ſtipulatio amplius
non agi adijcitur non obſcure oſtenditur. Quoniam
ex partibus cohæredum, qui contra promiſſionem
defuncti non veniunt, ſpeciem ſtipulator retinebit. Ex
portione vero contra venientis, & amplius petentis,
cum partem ſuam euincit, quod intereſt, in pecunia
154 conſequitur. Etenim cum facti obligatio † verſetur,
ne amplius petatur, ad id quod intereſt, facti obligatio
competit. l. ſtipulationes non diuiduntur, verſi. celſus
infra eodem. Idem ex tex. probatur in l. ſi procurator
§. mandati ff. mandati in l.ſi quis ab alio. §. fi. ſupra de
re iu-

Digitized by Google

re iudi.in l.cũ ſtipulatus ſim. §. fi. & l.ſi fundũ infra eo. Eodem tex.ſpectat in l.1.cum ibi nota.ff.de actio.empti. Quod autem in pecunia intereſſe, præſtatur, apparet. quia per pecuniam res omnes ęſtimantur, non econtrario per res pecuniæ æſtimatio fit.l.ſi ita fideiuſſorem accepero infra de fideiuſ. ſi rerum omnium æſtimatio in pecunia fit, vtiq;, quod intereſt, non æſtimari per pecuniam non poterit. Sed nominatim in pecunia, quod intereſt, præſtandum ex tex.declaratur, in.d.l. ſtipulationes non diuiduntur, verſi. celſus ibiq; glo.in ver. dari. Sic rei principalis ſolutio in rebus diuerſis contingeret partim in re, quoad hæredes non contrauenientes, partim in pecunia quoad hæredem, qui amplius petijt, & à quo intereſſe præſtatur, quo caſu indiuiduam ſtipulationem ſolutione dici proculdubio eſt, id quia iuri æquitativè non congruit, vt in rebus diuerſis ſolutionem admittere quiſpiam compellatur.l.in executione.§. pro parte infra eodem.

Aliqua videnda in dictis his Soci. ſunt. Primum cũ in diuerſitate ſolutionis demonſtranda, quod intereſt, ab hærede præſtandum ait, qui ſtipulationi contrauenit petitum amplius non iri. Ad quem modũ extra ſpeciem tex. noſtri loquitur, in.quo promiſſio facta pœnæ eſt, caſu quo promiſſioni paritum non eſſet. vnde, & ſi maxime loco eius, ꝙ intereſt, pęna ſuccedit, vti dictũ in ſuperioribus habemus, attamẽ quia intereſſe ipſius taxatio ad modũ, ſeu quantitatem pęnæ redigitur, pęnam non quod intereſt præſtari obligatus reus dicitur, nempe ſi intereſſe præſtando obſtrictus diceretur, probatio liquidatiovè facienda eius eſſet.l. fi. infra de prætor. ſtipula.

Secundò obſeruandum in dictis Soci. & circa probationem diuerſitatis ſolutionis, cum probare ſtudet, quomodo diuerſitas interuenire in ſolutione poſſit. Neceſſario enim innuit, reſtitutionem rei, aut ſpeciei petitæ hæredi amplius petenti ex portione eius à ſtipulatore fieri. Namq; ſi in ſpecie ipſa ſolutio partis non fieret, tota res vtiq; apud ſtipulatorem maneret, atq; ideo in rebus diuerſis ſolutio non contingeret. Si dixeris, diuerſitatem ſolutionis pęnæ ratione verſari, quod & ſpeciem ipſam, & pęnam, aut quod intereſt, in pecunia ſtipulator haberet. Reſpondetur, diuerſitatẽ ſolutionis in re principali ſpectari. ſatis quippe eſt, circa rem ipſam principalem variationem non interuenire neq; ad rem attinet, in pecunia pęnam, aut quod intereſt ſolui, dum res principalis modo tota apud ſtipulatorem ſit. Conſequens inſpectioni huic ſit, non aliter locum diuerſitati huic ſolutionis in limitatione Soci. eſſe, niſi ſi reſtitutio, aut ſolutio partis petitæ in ſpetie ipſa petita fiat. Si pars ipſa petita traditur, ſigni eſt, iuſtam actoris petitionem fuiſſe. Aliter quippe damnatus ſtipulator non eſſet, vt partem petitam reſtitueret.l.hærennius.§.caia.ff. de euictio. Iuſticia planè petitionis admiſſa, quomodo locus pęnæ eſſe committendæ potuit.l.grachus C.de adul.c.cum eccleſia Vulterana de electio.clem.vni. de rerum permu.c. qui peccat 23.q.4.c.aurum 12.q.2.c.omnis 4.di.Idq; argumentũ locum tum etiam habet, cum partis petitæ ſolutio in pecunia, aut ęſtimatione fieret. Siquidem æſtimationem partis petitæ dare non aliter quiſpiam iuberetur, niſi ſi ita fieri ius præcipiat. Itaq; ſi æſtimationem præſtari ius cogit, cur pęnam ob petitionem legitimam præſtare neceſſe actor habebit. quod arg. iuuari ex tex. videtur, in l.qui romæ.§.duo fratres infra eo. vbi ideo pœnæ locus commiſſioni eſt, quod pronunciatum contra petentem ſit, quamuis iniuſtæ, ius aliud ſeruandum, ſi litem petitor euincit, abſurda quippe res videtur, vt pęnam victor pendet.

Argumentum hoc excitatum apud Imolam hic legitur, colum.2.in fi. Eoq; non mouente, locum pęnæ eſſe, ſcribit per text. in l. vendicantem. ff. de euictio. Neq; argum. ipſum mutat, iuſtam petitionem fuiſſe, atq; ideo pęnæ locum non videri. Quoniam ad eum caſum arg. pertinet quo ad irritum deducta promiſſio eſſet, amplius non agi. ibi enim abſurda res fieret, pęnam ex promiſſione deberi, quæ reuocata, aut infirmata ſit. Cæterum quamdiu incolumis promiſſio manet, pœnam ex ea præſtari conuenit.

Conſequens ſolutioni huic Imolæ fit, ad eum caſum textum reſtringendum, vt ex petitione pęna cõmittatur, quo exceptione promiſſionis vſus ſtipulator non eſt. Namq; ſi exceptio oppoſita promiſſionis ſit, ius tibi petendi non eſt, promiſſione à defuncto facta, petitum amplius non iri, ſi ſententiam ſecundum petitorem iudex dicit, quamuis promiſſionem ipſam expreſſim non infirmet, tacite tamen atq; re ipſa in antecedens neceſſarium infirmare creditur, cum aliter in gratiam pronunciare petitoris nequeat, niſi ſi promiſſionem ipſam pro inutili habeat. ſententia
155 † planè ſuper aliquo dicta ad antecedens omne neceſſarium trahitur, Bar.in l. & ex diuerſo.§. 1.ff.de rei vendica. Areti.in conſi.155.diligenter viſis num. 6.ver. ergo datur, intellig. Iaſ.in § omnium num. 140. inſti. de action. vbi cum rem quiſpiam reſtituere in iuditio rei vendicationis iubetur, dominus rei actor declaratus in antecedens neceſſarium creditur. Simili modo cum bene appellatum iudex pronunciat, ſuper nullitate pronunciatum in antecedens neceſſarium intelligitur, vbicunq; ſine nullitate pronunciari ad eum modum non potuit Pau.de Ca.in conſi.232.in cauſa quę vertitur, piſis inter dominam bicem col. 2.in fi. lib.1. viceq; contraria, ſententia ſuper antecedenti lata ad conſequens neceſſarium porrigitur. veluti cum prodigus quiſpiam declaratur, bonis enim eidem interdictum neceſſario cenſetur, Bal. in l. 1. ff.de cura. furio. Imolæ, & Areti.in l.is cui bonis infra eo. Aufrer.apud deciſ. Toloſa.q.362.in fi. Inde dicimus, exceptionem oppoſitam ex progreſſu reiectam ad vlteriora intelligi, vbicunq; exceptione non obſtante, ad vlteriora iudex procedit, quatenus ita vlterius procedere citra reiectionem non licet. Pro eoq; res eſt, vt ſi ſuper reiectione ipſa interlocutus iudex expreſſim ſit. Quocirca appellatio neceſſaria à proceſſu eiuſmodi ad vlteriora eſt.l.ait prætor. §. permittitur.ff. de minor. c. dilecti de electio.c.ex parte in.de appella. Bar.in l.à procedente C.de dilatio. Bal.in l.1.colum.fi C.de ordi.iudi. Areti. in conſi.73.colum. 2.in fi.verſi.aliquando iudex propoſita exceptione, vniq; ſententiæ in proceſſu hoc ad vlteriora ineſſe ex tex.oſtenditur in l.2.& 3.C.de ordi. cogni.quas ll.in ſententiam hanc Leonar.à Ceris nominat in conſi.242.num.19. verſi. item non obſtat.inter conſi. Signoroli & appellationem neceſſariam Ruinno.in conſi.61.nu.36.lib.5.

Hoc ita admiſſio, vt exceptio oppoſita promiſſionis à ſtipulatore non ſit, culpæ reus ex omiſſione hac videtur. Conſequenter non recte indiuiduam ſtipulationẽ hanc amplius nõ agi ob diuerſitatem ſolutionũ cauſabitur, vtpote quæ à culpa eius exiſtat. de quo, & in ſuperioribus dictum, & inferius dicemus.

Tertiò obſeruandum in limitatione hac Soci.cum id, quod intereſt à cohærede promiſſoris præſtandum ait, à quo petitum amplius eſt, contraquam promiſſio defuncti fuerat. Declaratio enim ex dicto hoc ad tex.percipitur, in d.l.ſtipulationes nõ diuiduntur, verſi. celſus. vt ad factum omne pertineat æque negatiuum atq; affirmatiuum. idq; ex glo.etiam declaratur in l. ſi ita quis.§.ea lege in ver.intereſt, infra eodem. Ex tex.in l.2.§.fi.ſupra eodem.

Limitationi huic Imolam, & Roma.hic repugnare, & Caſtren.in d.l.ſtipulationes non diuiduntur, So-
156 ci.refert Imola hic col.2. circa fi. † diniduam ſtipulationem amplius non agi petat, quamuis interpoſita ſuper

ſuper re indiuidua ſit. Idem Caſtren. placet in d.l.ſtipu
lationes non diuiduntur, colum.pen.verſi.ſed contra
quia quem perperam Soci.hic refert hic enim num.6.
cum Bar.ſentit, quæ opinio probari ex tex.hoc videtur
qui diu duam ſtipulationem hanc amplius non agi,
ſcribit, diſtinctione vlla non facta, diuiduam an indiui
duam rem ſtipulatio contineat. vnde reſtrictionem
nimiam pateretur, ſi ad ſtipulationem reſtringitur,
ſub qua res compræhenſa diuidua ſit. vnde deſtrui tex.
hunc ex reſtrictione Bar. Cuma. ait quem verum dice
re Caſtren. putat in. d.l. ſtipulationes non diuiduntur.

Opinione hac contra limitationem Bar. admiſſa,
ad rem tex. non attinere in. d. l. in executione. §. pro
parte. Quoniam in ſtipulatione affirmatiua loquitur,
quæ indiuidua ob diuerſitatem ſolutionum indicatur,
ſiue ſpeciem, ant factum contineat, domum puta con
ſtrui. ſic ratio indiuiduitatis in ſtipulatione affirmatiua
propter abſurdum, de quo ibi aſcribitur. Cauſa alia ſti
pulationis negatiuæ, & indiuiduæ eſt. In ea ratio illa
non exprimitur, cur indiuidua ſit, quod cōſequi abſur
dum poſſit, de quo ibi, verum ratione alia indiuidua
æſtimatur, quæ in textu reddita noſtro eſt. quia pec-
cari in partem non poteſt. Quæ ratio indiuiduitatis in
ſtipulatione ſilet amplius non agi, rem ratam haberi.
in qua offendere vnus in partem ſuam poteſt, parti-
bus cohæredum aliorum ſaluis ſtipulatori manenti-
bus. Atq; ideo damni quicquam ex offenſione vnius
quantum ad portiones aliorum ſtipulator non ſentit.
Quod ſecus in re indiuidua, aut facto indiuiduo eſt.
Ibi enim ex offenſione vnius non minus ius lædi ſtipu
latoris ſolet, atq; ſi peccatum ab omnibus ſit. Ratio-
ne igitur, indiuiduitatis in ſtipulatione negatiua per
tex. hunc obſeruata in ſtipulatione amplius non agi
ceſſante, quamuis indiuiduam rem contineat, dicen-
dum habemus, diuiduam ſtipulationem ipſam am-
plius non agi exiſtimandam. tametſi interpoſita ſuper
re indiuidua ſit.

Argumento hoc Cuma. & cum eo ſentientium nō
mouente, limitationem hanc Soci. amplectitur, perin
de quaſi tex. ſubnixam in d.l. in executione. § pro parte
ad arg. ipſum à generalitate tex. huius deſumptū reſpō
det, & negat genereliter tex. hunc loqui ſiue diuiduū,
ſiue indiuiduum contineat. Imo enim in ſtipulatione
rei diuiduæ loquitur, ideſt cum pecunia certa pro-
miſſa nomine pęnæ eſt. quo caſu dubium non eſt,
quin rem diuiduam contineat. ſiquidem ad pecuniā
numeratam verbum hoc referendum, teſtatum ſatis
in ſuperioribus ſit, ex Bar. in. l. talis ſcriptura. ff. de lega.
1. ſi pecuniam atq; ideo rem diuiduam ſtipulatio con
tinet, mirum facere non debemus, ſi diuidua æſtima-
tur, diuidua quippe indiuiduaq; ſtipulatio iudicatur,
prout res eſt, quæ in eam deducitur. d. l. ſtipulationes
non diuiduntur in prin. ibiq; Caſtren. in primo nota.
Iaſ. in rubri. ſupra eo. col. 6. verſi. duodecimo facit Hor
man. hic nu. 12. verſi. tertio præmitto.

Eque reſponſio non mouet, quæ ad tex. accommo
data per Cuma. & alios eſt, in d. l. executione. § pro
parte. ad ſtipulationes affirmatiuas reſtringendum. In
quibus ſolis ratio illa ſpectatur, ad indiuiduitatē earū
iudicandam, quod accidere abſurdum poſſet, vt ex re
bus diuerſis ſolutio fieret, cum vnam rem conſequi ſti
pulator cogitauerit. qui niſi vnam ſtipulatus non eſt.
Cauſam aliam ſtipulationum negatiuarum eſſe, qua-
rum indiuiduitas ex ratione memorata non æſtima-
tur, verum ex alia, de qua in tex. noſtro, quod peccari
in eis ex parte non poteſt, quin inſolidum ſtipulatio
offendatur, quæ ratio ſicut in ſtipulatione iſta negati-
ua ſilet, amplius non agi, ita indiuidua dici non poterit
hanc inquam reſponſionem non mouere, Soci. ſcribit
quoniam non ſolum in ſtipulatione amplius non
agi negatiua, ſed & rem ratam haberi affirmatiua
tex. noſter loquitur, in qua ſecundum reſponſionem
Cuma. & ſectatorum eius locum tex. ratio habet in d.
§. pro parte. Conſequenter vera Bar. limitatio ad tex.
noſtrum in ſtipulatione hac ratum haberi affirmatiua
erit. ne locum habeat, quotiens ſuper re inter poſita
indiuidua eſt, ne abſurdū prædictum incurrat. Quod
cum ita ſit, nec in ſtipulatione amplius non agi negati
ua rectè limitatio hæc a Cuma. & alijs impugnatur,
cum iure eodem ſtipulatio hæc vtraq; circa diuiduita
tem in tex. æſtimetur, vnde ſicut ad ſtipulationem af-
firmatiuam ratum haberi, impugnatio non conue-
nit. ita nec ad ſtipulationem amplius.

Argumentum hoc contra reſponſionem Cuma.
magni faciendum Soci. non putat. id quia ſtipulatio
hæc ratum haberi, quamuis verborū tenus ſeu quoad
ſonum eorum affirmatiua videatur, re tamen ipſa per
ſpecta, negatiuam habet. Etenim qui ratum habiturū
ſe promittit, illud promittere quoad effectum credi-
tur, ne controuerſiam faciat, vt habetur, in l. ſtipulatio
iſta. §. quæſitum infra eodem. vbi cum rem habere li-
cere quiſpiam ſtipulatur, in quæſtionem vocatur, euic-
tioni ne præſtandæ promiſſor teneatur, re à domi-
no euicta, & quidem præſtanda euictio prima ratio-
ne videbatur, cum affirmatiuam promiſſio habeat,
habere licere, cęterum habere ſtipulatori non licet, eui
ctione inſecuta. Sed enim præſtandam euictionem nō
eſſe iuriſconſultus reſpondet. Quoniam, & ſi maxi-
me affirmatiua promiſſio in ſpeciem verborum vi-
deatur, re tamen obſeruata effectus negatiuus ſtipu-
lationis eſt, ne controuerſiam promiſſor ſtipulatori ſa
ciat. Controuerſiam planè de re aliena facere, quam-
diu in dominio alterius eſt, facere promiſſor nequit.
Atq; vbi poſſet, de facto ſaltem, ſatis eſt, per promiſ-
ſorem non fieri, quominus rem habere ſtipulatori li-
157 ceat, ſic ad rem † aut diſpoſitionem iudicandum. af-
firmatiua, an negatiua ſit, rem effectumvè, non verba
ſpectari conuenit. Idq; ex tex. etiam demonſtratur, in
l. inter ſtipulantem in prin. infra eo. vbi ſtipulatio do-
lum malum abeſſe, negatiuam ſeu abnutiuum habet
ne dolo quid malo fiat, quamuis verbis concepta affir
matiuis ſit. Priuationem enim, aut amotionem doli
verba illa habent, dolum malum abeſſe. in priuatione
planè nōn poteſt, negatiua non verſari. Ibiq; Iaſ. tra-
dit in tertio nota. Ex diuerſo affirmatiua diſpoſitio ha
betur, quæ verbis concepta negatiuis eſt, quotiens af-
firmatiuum actum habet, cuius reſpectu principaliter
facta diſpoſitio eſt, glo. in clem. fi. in ver. creatum de re
ſcrip. Iaſ. in d. l. inter ſtipulantē in prin. in tertio nota.
in l. ſi prius num. 33. verſi. tu autem pro pura, & mera
veritate, & num. ſeq. ſupra de operis noui nuncia. & in
§. æque num. 47. inſti. de actio. In contractu etiam
158 † denominando effectum eius, non verba ſpectari
cōuenit, quotiens effectui verba repugnāt. l. ſi tum an
guſti. ff. de ſeruitu. l. inſulam. ff. de præſcrip. verb. l. vbi
ita donatur, ſupra de dona. cau. mor. l. Lucius ſupra de
dona. l. ſi olei C. loca. c. conſtitutus cum glo ibiq; Abb.
col. fi. de religio. dom. gl. in l. 1. §. 1. in ver. agendo ſupra
de ſuperficie. Bar. in. l. cotem ferro. §. qui maximos
ſupra de publica. & in q. publicanus cum id genus in-
numeris itaq; reſponſioni, & declarationi Cumani ad
tex. in d. l. in executioni. § pro parte, argumentum no-
cere Soci. non videtur, quod in ſtipulatione etiam ra-
tum habere tex. noſter. loquitur, quæ cum affirmatiua
ſit, diuidua tamen ad ſimilitudinem ſtipulationis nega
tiuæ æſtimatur, & conſequenter iure pari eſtimanda
cum ea videtur, ideſt, diuidua eadem ratione atque
ipſa amplius non agi, iudicanda, hoc eſt, à ratione ceſ
ſante, quę in ſtipulationibus expreſſa negatiuis eſt, quia
peccari in partem non poteſt.

Argumento hoc igitur prætermiſſo, quod in ſtipu
latione poſitum de rato eſt. argumēto alio reſponſio-
nem

nem Cuma.& aliorum ad dictum. §. pro parte Soci.
diluit.cum aiunt, rationem indiuiduitatis iudicandæ,
de qua in d.§.pro parte, ad ſtipulationes affirmatiuas
reſtringendam. In ſtipulationibus planè negatiuis ra-
tionem aliã indiuiduitatis verſari, ideſt, quæ enarrata
in tex.noſtro eſt, quod peccari niſi inſolidum non po
teſt, in hac enim reſponſione caſus demum diuerſi
fiunt, ratione diuerſitatis vlla non redita. Qui minus.n.
in ſpecie tex.niſi indiuidua ſtipulatio iudicari ex ratio-
ne poterit, de qua in d.§.pro parte, ſi ratio illa in ſtipu
latione negatiua moueat, atq; in ſtipulatione affirma-
tiua, & cur abſurdum illud diuerſitatis ſolutionum in
ſtipulationibus affirmatiuis ſpectandum potiuſquam
negatiuis erit.

Sed vltra Soci. aliter, & facilius dilucideq; magis re
ſponſio hæc Cuma.& aliorum ad d.§.pro parte refel-
litur. Præſupponitur enim à Cuma. & alijs indiuiduã
ſtipulationem non niſi ratione vna cenſeri, Atq; ideo
ſi indiuidua ſtipulatio negatiua ex ratione ſit, de qua in
tex.noſtro, quia peccari in partem non poteſt, indiui-
dua ratione alia dici non poſſit, de qua in d.§. pro par
te.Sed enim falſum præſuppoſitum hoc eſt. ſiquidem
rationibus pluribus indiuidua haberi ſtipulatio poteſt
aliqua enim ratione triplici indiuidua cẽſentur, ideſt,
propter contractum, obligatione, & ſolutionem. Ali-
qua ratione duplici, ab obligationẽ, & ſolutione. Alia
à ſolutione tantummodo, vt Bar.hic & cæteri notant in
ſecunda oppoſi. Eapropter admittenda Cuma.& alio
rum conſequentia non videtur, indiuidua ſtipulatio
negatiua ea ratione iudicatur, quod diuidi obligatio,
aut peccari in partes non poteſt, ergo indiuidua ſolu-
tione non eſt. Econuerſo locus conſequentiæ non eſt
indiuidua ſtipulatio ſolutione habetur, ne abſurdum
incurrat, de quo in d §. pro parte, ergo indiuidua obli
gatione non eſt. de qua indiuiduitate ab obligatione
tex.noſter loquitur.

Secundò argumento validiori reſponſio Cuma.ad
d.§ pro parte euertitur, reſponſionem ipſam retorquẽ
do. Bar.enim limitatio idcirco oppugnatur, quod ge
neralitati contraria tex huius videtur. Sed enim an nõ
contraria reſponſio eorum ad d.§. pro parte, generali
tati rationis eſt, de qua in d. §. ibi enim ab abſurdo di-
uerſitatis ſolutionum ratio illa generaliter deducitur,
generaliterq; ad ſtipulationes omnes ſpectat iuxta ne
gatiuas atq; affirmatiuas. ob id reſtringi ad affirmati-
uas non debet.

Tertiò vltra Soci. reſponſio hæc Cuma. & aliorum
proſternitur. Dictum enim, non rationem eius obſer
uant.& quia dictum ſpeciale eſt, ſuper ſtipulationibus
affirmatiuis poſitum, ex dicto ipſo ſpeciali tex. illum
coercent, vt niſi in ſtipulationibus affirmatiuis locum
tex.ille non habeat. Enimuero ex dicto ſpeciali reſtrin
159 gi diſpoſitionem nõ conuenit. Imo enim quia † ge
neralis ratio dicti ſpecialis eſt, ex ratione generali am-
pliari dictum ſpeciale oportet, vt ad ſtipulationes
omnes pertineat, in quibus ratio illa abſurdi generalis
verſatur, ſiquidem generale dictum à ratione genera-
li efficitur, quamuis in caſu quo ſpeciali dictum loqua
tur. l.regula §.fi. Ibiq; Bar.ff.de iuris & facti igno. l. liber
tum. §. Senatuſconſulti.ff.de ritu nup. l. pater filium. §.
fundum. Ibiq; Bar.in fi.ff.de lega.3. l.2. §. ſi mater verſi.
quid ſi curatores.ff.ad Tertu. Iaſ.in l.ſtipulatio hoc mo
do concepta col.4.in prin.verſi.confirmatur, iſtud fun
damentum infra eo.in conſi.23. colum.1.lib.3. Deci.
conſi.38.colum.2.circa fi.in conſi.291. colum.3. poſt
med.& in conſi. 422. num. 2, circa fi. & apud nos in
conſi. 135. num. 32. vberius in conſi. 227, num. 3. &
quatuor ſeq.

Quarto differentia hæc Cuma. & cum eo conſen-
tientium, inter ſtipulationes negatiuas, & affirmatiuas
vt alię, alia ratione indiuiduę iudicãtur, ideſt, negatiuæ
ob rationem in tex. hoc expreſſam, quod peccari in
partem non poteſt. Affirmatiuæ porro ratione alia in
diuiduæ æſtimentur, de qua in d.§. pro parte. Textui
huic euidentiſſime reclamat. Qui in ſtipulatione etiã
affirmatiua, indiuiduaq; loquitur. Ideſt iter fieri. Atqui
indiuiduam, & ipſam ratione aſſerit, quæ expreſſa in
textu noſtro eſt, quod peccari in partem non poteſt.
Si dixeris, negatiuam quantum ad effectum ſtipulatio
nem itineris eſſe, cum ſolum patientiæ præſtandæ pro
miſſor teneatur, atq; ideo ne aliquid ab eo fiat, quomi
nus itinere vti ſtipulatori liceat. l. quotiens. 2.in fi. & l.
pen.ff.de ſeruit. l.& ſi forte. §. 1.ff.ſi ſerui. vendi. l. 1.in fi.
ſupra de aqua plu.ar. Reſpondetur, verum id ita eſſe,
ſi ad merum ſeruitutis ius ſtipulationem itineris referi
mus, at enim, & factum ſub ea contineri circa adapea
tionem loci teſtatum ſatis in ſuperioribus habemus. fa
ctum planè hoc affirmatiuum quantum ad effectum
etiam eſſe, non ambigitur.

Apparet ex his, quod ad argumenta, & rationes Cu
ma.& cum eo facientium attinet, Bar. & Soci. limita-
tionem defendi, vt indiuidua ſtipulatio æſtimetur, am
plius non agi, vbicunq; ſuper re interpoſita indiuidua
eſt, idq; ratione illa, de qua in d.§.pro parte. Quam ra
tionem generalem eſſe, & ad ſtipulationes etiam ne-
gatiuas pertinere confirmatum ſatis ex ſuperioribus
habemus.

Hic tamen obſeruandum. & ſi maxime reſponſio
Cuma.& aliorum ad d.§. pro parte, rationibus argu-
mentiſq;, & Soci.& noſtris confutetur, non perinde ta
men argumentum illud dilui, quod deductum à gene
ralitate eſt. ideſt textui huic limitationem Bar. aduerſa
ri, qui indiuiduam ſtipulationem ipſam amplius non
agi generaliter aſſerit, diuiduam, vel non rem conti-
neat. Neque ad rem Socin. reſponſio attinet, eo caſu
tex.loqui, quo interpoſita ſtipulatio ſuper re diuidua
eſt ſuper pecunia numerata videlicet. Diuiduam planè
indiuiduamvè ſtipulationem prout res eſt æſtimari,
quæ deducta in ſtipulatione eſt. Lapſus enim Soci. in
reſponſione hac manifeſtiſſime eſt. cum pœnam indi
uiduitate iudicandã obſeruat. At enim rem ipſam
principalem ſpectari conuenit, ſuper qua interpoſita
ſtipulatio eſt, diuidua nec ne res ipſa ſit. quoniam ſi in
diuidua res ſit, vtiq; indiuidua ſtipulatio æſtimatur.
Atq; ideo ex offenſione vnius, omnes tenentur. Pœ-
næ vero diuiduitas illud tantummodo efficit, vt pro-
pter eam inſolidum alij ſingulivè non teneantur, vt
hoc tex. Cui Soci. reſponſio non obſcure contradicit.
Etenim ſi diuidua ſtipulatio ob pœnam diuiduam ha
betur, vtiq; ex offenſione vnius obſtricti alij nõ eſſent.
Quod cum ita ſit, adhuc Cuma.& aliorum argumen-
tum mouere contra limitationem Bar. videtur. ideſt,
contrariam eam generalitati tex. huius eſſe. Qui diui-
duam ſtipulationem amplius non agi generaliter ait,
diſtinctione non adhibita, diuiduam, vel non rem
contineat.

Secundò limitationi huic Bar. obſtat, quod præſup
poſito niſi falſo videtur, ideſt, vt in rebus diuerſis ſo-
lutio fiat, quotiens ſuper re interpoſita indiuidua eſt.
Sed enim locum abſurdo huic non eſſe oſtenditur li-
centia hæredibus promiſſoris non eſt, contra promiſ-
ſionem defuncti veniendi. l.pen. C.de teſti.mili l.cum
à matre C. de rei vendica. l.ex qua perſona infra de
reg. iur. Quo circa partem petitam euincere hæres
vnus promiſſoris non poteſt. Atq; ideo rem totam re
tinere ſtipulatori licet. Quod cum ita ſit, quid eſt cur
abſurdum illud cauſemur de quo in d.§.pro parte, vt
ex rebus diuerſis fieri ſolutio poſſit. Ad argumentum
hoc reſpondet Soci. hic in verſi.& procedit difficultas
illud admittendo, & confitendo, vt locus Bar. limita-
tioni huic non ſit, exceptione promiſſionis à ſtipulato
re oppoſita. Tum enim à iuditio ſubmoueri hæredem

opor-

oportet, cui ius veniendi contra factum defuncti non
eſt. Atq; ideo rem totam vnicamq; non diuerſas ha-
bere ſtipulatori licebit. Eapropter ad eum caſum re-
ſtringi Bar. limitationem oportet, quo exceptione p-
miſſionis vſus ſtipulator non eſt, verum partem reſti-
tuere peritam maluit.

Sed dubitari hic pōt. Quid ſi oppoſita exceptio ſit,
quo caſu abſurdum diuerſitatis ſolutionum fieret, quia
rem totam ſtipulator habet. verum pœna petitum
poſſit. Reſpondet Soci. locum pœnę nō eſſe, ne vtrūq;
ſtipulator auferat, & rem principalem, pœnam. l. re-
ſcriptum. §. 1. ff. de pactis. De qua re tamen cumula-
tius remiſſiue dictum in 1. nota. & circa effectum ter-
tium habemus, quid interſit, pœnam meram verſari,
an eius, quod intereſt, nomine adiecta intelligatur.

Illud tamen monendi ſumus, tam, & ſi exceptione
oppoſita, conſequi vtrunq; caſu quo liceat, & rem, &
pœnam, abſurdum tamen non ſpectari, de quo in d.
§. pro parte. id quia diuerſitas vlla ſolutionum circa
rem ipſam principalem non vertitur. vnde ad rem
non attinet, ſi & rem, & pœnam ſtipulator auferat.
quatenus in principali ipſo diuerſitas vlla nō incurrit.

Ex verbis his Soci. quibus ad eum caſum Bar. limi-
tationem reſtringit, quo exceptio oppoſita promiſſio-
nis defuncti non eſt, confutatio limitationis emanat.
ne indiuidua ſtipulatio amplius non agi habeatur, quā
uis ſuper re interpoſita indiuidua ſit, & quamuis con-
ſequi abſurdum poſſit, de quo in d. §. pro parte. Id quia
abſurdum hoc à culpa ſtipulatoris deſcendit. cui libe-
rum erat, abſurdum hoc cauere, exceptionem ipſam
promiſſionis opponendo. In culpa enim dicitur, qui
cum poſſit, incommodum non deuitat reg. qui poteſt
facere infra de regul. iuris cum alijs apud nos aſcriptis
160 in conſi. 270. num. 3. Rurſus † culpæ reus habetur,
qui remedio à iure ſibi permiſſo non vtitur, ſed, & in
dolo is dicitur, qui remedium iuris omittit. l. idemq;. §.
ſi ignorantes. ff. manda. l. fi. §. illud in ver. ſumma ope.
C. de temp. appel. Bal. in conſi. 395 pro domino Dinal
do colum. 2. lib. 2. & apud nos in conſi. 21. num. 10.
Culpa igitur ſtipulatoris preſuppoſita, quomodo au
diendus contra cohæredes alios erit, ſi indiuiduam ob
diuerſitatem ſolutionum ſtipulationem afferat, quan
doquidem culpa eius factum ſit, quamobrem diuerſi-
tas hæc ſolutionum contingeret, cui eripi quam facili
me poterat, exceptione promiſſionis obiecta petitū
amplius non iri. Proinde iniquiſſima res ſit, damno-
ſam alijs culpam hanc fieri, cum ad eum ſpectare dā-
num oporteat, culpa cuius factum ſit, vt accideret. l. in
ter cohæredes. §. quod ex facto. ff. famil. her. l. cum duo
bus §. fi. & l. ſeq. ff. pro ſocio. l. quod quis vltima infra
de reg. iur. reg. damnū lib. 6. ita in ſpecie ob culpā hanc
ſtipulatoris à limitatione hac vltra Cuma. Imolam,
Roma. & Caſtren. poſteriores hic diſcedunt. in qui-
bus Bologni. eſt, nu. 41. Ruin. nu. 19. Galiau. nu. 22. Ri-
pa nu. 9. in fi. Alcia. nu. 39. in ſexto nota.

Infertur ex ratione hac culpæ, vt ea tacente, locum
limitatio habeat, vt indiuidua ſtipulatio ſit, amplius
non agi, vbicunq; ſuper re interpoſita indiuidua eſt, &
conſequi abſurdum citra ſtipulatoris culpam poteſt,
de quo in d. §. pro parte. veluti cum à tertio ſpecies in-
diuidua ex parte petitur, qui excludi exceptione pro-
miſſionis defuncti non poterat, vtpote qui hæres ei nō
exiſteret. vt Galiau. hic expreſſim notat, nu. 22. in fi. con
ſequēter cōtra hęredes omnes actio tunc pro hæredi-
tarijs portionibus ſtipulatori competit.

Illatio hæc Galiau. placere mihi non poteſt. Quo-
niam vbi à tertio, qui hæres non ſit, moleſtiam ſtipu-
lator patitur, locus commiſſioni pœnæ non videtur,
quæ promiſſa eo caſu eſt, quo à promiſſore, aut hære
dibus eius petitum amplius eſſet. vnde cum à tertio ex
parte res euincitur, de iure euictionis tractandum, nō
de pœna videtur. Ideſt, vtrum præſtanda euictio ab hæ
redibus promiſſoris ſit. de qua re habetur, in d. l. ſtipula
tio iſta. §. quæſitum infra eo. Proinde in caſibus illis lo
cum illationi puto, quibus facto defuncti contrauenī-
re hæres permittitur, de quibus apud nos in conſi. 200.
num. 7. niſi dicas, non quaſi hæredem tunc, ſed tan-
quam extraneum hæredem contrauenire.

Secundo vltra recentiores, limitatio hæc Bar. pro-
ſternitur. Namq; locus ei non eſt, Soci. ipſo autore,
niſi ſi omiſſa exceptio promiſſionis ſit, vtpote qua op
poſita, abſurdum ſilet, de quo in d. §. pro parte. Sed
enim quo caſu oppoſita exceptio promiſſionis non
eſt, voluntarie ſolutionem in rebus diuerſis ſtipulator
161 agnoſcit, ſiquidem † nihil intereſt, vtrum voluntate,
an culpa cuiuſpiam quid fiat, glo. in l. ſi ita quis. §. ea le
ge in ver. intereſt, infra eo. vbi nihil intereſſe putat, an
in potentiorem quiſpiam alienet, an culpa ſua ad po-
tentiorem res perueniat, teſtamento puta non facto,
per quod à re potentior excludi, idemq; hęres legiti-
mus poterat. no. Bal. & alij in l. hac edictali in prin. C.
de ſecun. nup. Areti. in conſi. 72. præſupponitur nu. 5,
circa med. verſi. videtur autem pater ſatis priuari. tex.
hunc non inſcitus ſpectat in l. ſi mulier in prin. ibi quia
hunc ſibi metum ipſa infert. ff. quod metus cau. in l. ſi
fideiuſſor. §. 1. ibi qui ipſe ſibi neceſſitatem ſatiſdatio-
nis impoſuit. ff. qui ſat. cogan. in l. veteres in fi. ſu-
pra de ti in. actuq; priua. vbi impedimentum ſibi obij-
cere dicitur, culpa cuius id accidit. Quem tex. memo-
ria dignum Soci. ſcribit in l. Iulianus colum. 2. poſt,
med. verſi comprobatur, iſta concluſio. ff. de condi. &
demon. Eiuſdem generis tex. eſt in l. 1. ibiq; glo. in ver.
pacto in fi C. de natur. lib. facere eum nolle dici, qui fa
cere ob culpā ſuā nequit. De quo tex. Bal. meminit in
c. 1. §. 1. in fi. de feudo ſine culpa non amitten. Ripa
in l. quod te num. 47. ff. ſi cer. pet. Secundum quæ, vo-
lens non coactus in rebus diuerſis ſolutionem ſtipula
tor accipit. Neq; enim coactio verſari in eo poteſt,
qui facere poterat, ne in rebus diuerſis exceptione op-
poſita, ſolutio fieret. volenti planè inferri damnum
non dicitur. l. quamuis. ff. de in ius vocan. l. ſi rem. §.
omnis in fi. ibiq; gl. in ver. deceptus. ff. de pign. actio. l.
1. in fi. ff. de actio. empti. l. non videtur fraudare infra
de reg. iuris. l. cum donationis. C. de tranſac. l. venditor
C. de reſcin. vendi. Atq; in ſpecie ſolutionis, volenti cā
in rebus diuerſis fieri, ex tex. probatur in l. 2. §. 1. à ſen-
ſu contrario. ff. ſi cer. pet. l. ſi non ſortem. §. ſi centum
in prin. & fi. §. ff. de condi. inde. l. ſi quis aliam infra de
ſolutio. l. cum à quo, & l. manifeſti C. eo. titu.

Tertiò atq; vltimo vbi dubitationis quicquam ha-
bere res poſſet, quam ipſam tamen perſpicuam puto,
in re dubia interpretatio adhibenda, ne Bar. locus li-
mitationi ſit, odium quippe habet, vt ex facto vnius of
fendentis cohæredes alij ob indiuiduitatem ſtipulatio
nis teneantur, idq; odium dupliciter colligitur. Pri-
mum, vt ex facto vnius alius teneatur, id enim natura
li iuri repugnat. l. ſupra. § apud ferocem. ibi, & eſt ini-
quum, eum, qui non fecit, id reſtituere oportere. l. ſi
quis in ſuo. §. legis. C. de inoffi. teſta. l. 1. C. vt nullus ex
Vicar. lib. 11. §. quoniam vero. in auten. vt nulli iudi.
Secundo, vt ex culpa ſtipulatoris, à quo oppoſita ex-
ceptio promiſſionis non eſt, damno cohæredes affi-
ciātur. l. 3. in fi. prin. ff. de tranſac. l. ex duobus in fi. ff. de
nego. ge. l. 1. in prin. ff de aliena. iudi. mutan. cau. fac. l ſi
pater in prin. ſupra de lib. cau. l. non debet infra de reg.
iur. l. fi. C. de cenſib. & cenſitor. lib. 11.

In ſpecie hac diuiduitatis iudicandæ Cuma. non ac
quieſcens. vtpote ingenio cuius ſatis ſuperiora non fa
ciāt, quo planius liquere de iure hoc poſſet, præceptio
nē meditatus aliā eſt, vnde cognoſci diuiduitas hæc ſti
pulationum poſſet. Cęterū quia ad res difficiles enucle
162 andas non parum diſtinctio † valet, eum proximus

veri-

Digitized by Google

veritati habeat, q̃ bene peritus diſtinguendi ſit Seneca auctore, dequo ſalice meminit in l filię cuius col. 3. cir ca fi. verſi. expeditis gloſis C. famil. herciſc. Diuiduitatem duplicem Cuma. diſtinguit, hominis atq; legis. Ad corpora, & alia viſibilia hominis diuiſio ſpectat, neq; enim inſtrumenta, membravè legi ſunt, quibus vti ad res corporales, viſibilesvè ſecundas poſſit, ob id factum aliquod viſibile loci puta, aut pontis extruendi lex non diuidit, at homo ipſe partem eius faciendo. Quare incorporea, & inuiſibilia lex diuidit, in quibus diuidendis ſola ſatis voluntas, præceptiovè eſt. In factis viſibilibus ſunt iter, pontem vè fieri, quę oculis exponuntur. Rurſus ſtipulatio per te non fieri, quominus ire mihi agereq; liceat, viſibilis æſtimatur. Quoniam etſi videri ſtipulatio nequeat, factum tamen ipſum, ideſt impedimentum, propter quod ſtipulatio committitur, viſibile eſt. Facta plane inuiſibilia habentur, amplius non agi, ratum haberi, hæc enim inuiſibilia per ſè ſunt, & quamquam modus videri ſtipulationis committendæ poteſt, per libellum, videlicet, & acta iudicialia, quibus amplius petitum, & ratum habitum non eſſe apparet, ipſum tamen non agere, ratumque non habere oculis non cernuntur.

Diſtinctione hac diuiduitatis hominis atq; legis ita habita, factisq; viſibilibus, & inuiſibilibus ita prænarratis, conſequens ſit, facta omnia viſibilia, quorum diuiſio ab homine ſit, iter puta, pontemvè fieri. Per te non fieri, quominus ire mihi. l. quorum pars fieri niſi ab homine ſolo non poteſt, indiuidua iudicari. Sed non ea ratione, quod diuiſionem per naturam non capiant, cum nihil prohibeat, partem loci itineris, pontisvè extrui, verum ratione alia indiuiduitas contingit in factis his viſibilibus, quod vniuſmodi, aut vniformis in eis verſari diuiſio nequit. Neq; enim locum itineris, aut pontem ex parte dimidia ita conſtruere hominum quiſpiam poterit, vt ad portionem alteram adamuſim, ſeu perfectè reſpondeat. Quominus pluris minorisvè aliquid ex parte alterutra interueniat, vnde etſi maximè diuiſionem realem in factis viſibilibus præſtare homo ſolus poſſit; Legi verò non magis competat, quam rei damnati executio, quem in furcam non tollit, neq; caput eius abſcindit, cum inuiſibilia ſolummodo lex partiatur. Attamen quia diuiſio hæc factorum viſibilium perfectæ ad omnia fieri ab homine ipſo nequit, indiuidua, ob id exiſtimantur, ea planè, quæ inuiſibilia ſunt, & intellectu ſolo conſtant, in quibus ſecandis factum vllum neceſſarium hominis non eſt, à lege ipſa ſola in partes intellectuales, & ipſas indiuiſas vniformiter, perfecteque circa omnia diuiduntur. Exempli loco obligationes onerăq; omnia hæreditaria inter hæredes ita lex diuidit, vt pluris aliquid minorisvè, quam alter, vnus non habeat, ſiue actiue, ſiue paſſiue obligationes hęreditarias intueamur. Semper enim ex ſua quiſq; rata oneribus hæreditarijs adſtringitur. Pro ſua cuiq; rata portione æs debitum alienum eſt. Sic diſſimilitudinis, aut difformitatis quicquam interuenire in diuiſione hac legali non poteſt.

Conſequens præceptioni huic Cuma. ſit, diuiduitatem, indiuiduitatèm vè factorum non ex facultate, aut impotentia diuidendi, verum ab vniformitate diuiſionis pendere. Quæ vniformitas, quia in factis verſari corporeis atq; viſibilibus nequit, indiuidua æſtimantur. Ex diuerſo quæ incorporaiia, & inuiſibilia ſunt, ſicut vniformitatem diuiſa habent, ita diuiduitatem recipiunt.

Præceptioni huic Cuma. obſtare tria videntur. tex. primum in d. l. in executione. § pro parte, vbi indiuidua ſolutione generaliter ſtipulatio habetur, quotiens conſequi abſurdū poteſt, vt ex rebus diuerſis propter obligationem eandem ſolutio fiat. Generaliter abſurdum illud ad indiuiduitatem ſtipulationis iudicādam tex. obſeruat, viſibile, vel non factum ſit. Atq; ideo indiuidua æſtimanda ſtipulatio erit, quamuis inuiſibile factum ſit. De quo genere ſtipulatio habetur, amplius non agi, quæ factum inuiſibile continet. Atqui indiuidua cenſetur, ſi ſuper re interpoſita indiuidua ſit, Bart. & Soci. opinione admiſſa, de qua in limitatione ſupra commemorata. Enimuero ſi Cuma. inſpectionem, aut doctrinam nouam agnoſcimus, diuidua ſemper æſtimanda ſtipulatio erit amplius non agi, vtpote quæ factum inuiſibile continet.

Ad tex. hunc Socin. reſpondet partes Cuma. ſuſcipiendo, ad facta aliqua tex. illum pertinere affirmatiua, aut negatiua in doctrina ſua Cuma. negare. In factis enim, ad diuiduitatem, indiuiduitatemvè eorum æſtimandam, illud ſolum obſeruandum Cuma. putat, viſibilia, an inuiſibilia ſentit. Atq; ideo ad rem tex. ratio non attinet, de qua in d. §. pro parte, quia locum in factis non habet, cum ſuper facto aliquo ſtipulatio interponitur, verum ad res, aut ſpecies reſtringi text. illum conuenit, vbicunq; ſuper re, aut ſpecię aliqua ſtipulatio adijcitur. Ibi enim adhiberi diſtinctio ſolet, de qua in d. §. pro parte. hoc eſt abſurdum ſequi, necne poſſit, vt in rebus diuerſis ſolutio fiat.

Mirari ſatis in reſponſione hac Socin. nequeo. In qua cum ad res, ſeu ſpecies tex. reſtringit in d. §. pro parte. contrarium ipſi ſibi Cuman. facit. Præſuppponit enim ne quidem obſcurè Socin. id Cumano viſum, vt vbi ſuper ſpecie indiuidua ſtipulatio aliqua interponitur, indiuidua omnino æſtimetur quamuis diuidua ſuaptè natura ſit. Qualis ſtipulatio eſt amplius non agi. Sic in limitatione ſua Socin. perſiſtit, cum Bart. ſentiendo. At enim à Bart. in limitatione hac Cuman. diſſentire, teſtatum ſatis ante habemus.

Secundo in reſponſione hac lapſus Socin. videtur, qui rationem text. reſtringit in d. §. pro parte, vt alſi ad facta non pertineat. Sed enim demonſtratum ſupra habemus, cum limitationem prædictam impugnabamus, ita rectam rationem haberi, ſi generalis eſt, l. 1. ibique Bald. & Cagnol. ff. de origin. iur. Corne. in conſilio 86. column. 3. in fin. lib. 1. & in conſilio 53. column. fina. lib. 4. Iaſon. hic num. 34. ante fi. poſtea dum Bartol. dicit, aliter quippè impulſiua, non finalis ratio æſtimatur. l. 1. §. ſexum. ff. de poſtulan. Itaque, vt bona ratio habeatur, de qua in d. §. pro parte, dicendum eſt, generalem eam eſſe, atq; ideo non minus ad facta, quam ad res pertinere. Conſequenter facta etiam indiuidua ex ratione illa iudicari, quamuis inuiſibilia ſint. Quod ipſum tamen Cuman. diſtinctio negat, per quam diuidua facta omnia inuiſibilia putat, tametſi abſurdum contingere in eis poſſit, de quo in d. §. pro parte.

Tertio contrarius ſui ipſius in reſponſione hac euidenter Socin. arguitur, ſupra enim cum Bartol. limitationem aduerſus Cuman. & alios tutaretur, reſponſionem Cuman. & aliorum ad d. §. pro parte eo reſellit, quod caſus demum diuerſos Cuman. cum alijs faceret, cum tex. in d. §. pro parte, ad facta affirmatiua reſtringunt, vt in ipſis tantummodo ad indiuiduitatem eorum adiudicandam, rationem ſpectari abſurdi oporteat, de quo in d. §. pro parte. Sic generaliter rationem illam obſeruandam Socin. ait, vt in quibus caſibus accidere abſurdum illud poſſit, indiuidua ſtipulatio æſtimetur, affirmatiua, vel non facta ſint. Hic planè cum reſtrictione dictæ rationis conſentit, vt ad res, ſeu ſpecies ratio illa reſtringatur. Ad facta vero omnino non trahatur. Cuman. opinioni atque reſtrictioni aſſentiendo. Ita paulo momento modo huc, modo illuc Soci. impellitur.

Apparet ex his, contrarium opinioni Cuman. tex.

videri

videri in d.§.ꝑ parte. Siquidẽ Bar. limitationẽ admittimus, quæ admiſſa à Soc. ipſo eſt, ſic ꝙ ad Soci. reſpõſionem attinet, tex. in d.§. pro parte nequit.

Secundo principaliter Cuma. opinioni, aut diſtinctioni nocere tex. videtur in l. cum ex cauſa infra eo-
163 dem. Vbi † indiuidua ſtipulatio de defendendo aſſeritur, quod idem ex l. noſtra probatur. §. ſi in d.l. in executione. §. inſolidum infra eo. l. ſi cũ vno. ff. ſi ex nox. c. agat. in l. 2. §. penult. in l. ex clauſula. l. ita tamen. §. pen. infra ſud. ſolui. De quo apud Bar. & alios hic q.2. Atqui inuiſibile factum defenſionis videtur, ſiquidem oculis corporis ſpectari defenſio non ſoleat. Quocirca diuidua ſtipulatio hæc cenſenda ſecundum ipſam Cuma. traditionem eſſet.

Ad tex. hunc Soci. reſpondet, & negat, inuiſibile factum defenſionis eſſe. Quatenus oculis corporis ea patent, ex quibus defenſio conſtat. Inſtrumentorũ productio, aut teſtium puta, liti adeſſe, & alia eiuſmodi, quæ defenſio expoſtulat, & de quibus in l. ſi parentes, & in l. empti. C. de euictio.

Secum in reſponſione hac pugnare Socin. videtur. Ante enim idcirco diuiduam ſtipulationem amplius non agi dixit, ꝙ inuiſibile factum continet. Neq; ad rem attinere, ea oculis cerni, quibus actio, aut petitio exercetur, cuiuſmodi libelli oblatio, & alia ſunt, quæ ad litem ſpectant. Quoniam, & ſi maxime videri ea poſſint, quæ ad modum agendi pertinent, ipſum tamen agere, aut petere non perinde oculis patet. In defenſione plane viſibili atq; ideo indiuidua iudicanda, ſpectanda ea ait, quæ ad modum eius præſtandę ſpectant, inſtrumentorum puta, teſtiumvè productionem, ipſum liti aſſiſtere. An non ex actis ipſis iudicialibus æque actio, atque defenſio conſtat, vnde qua ratione nihil aliud defenſio eſt, niſi liti adeſſe, teſtes inſtrumentaque exhibere, quæ ipſa in conſpectu ſunt, ita nihil aliud in iudicio agere, aut petere quid erit, quam libellum offerre, poſitiones, articulosvè proponere, probationes, & alia eiuſmodi pręſtare. Modum item ſpectandum, qui viſibilis ſit, in ſtipulatione per te non fieri, ante Socin. ſcripſit. Equidem ſi qua diuerſitas vnquam caſuum propoſita ſine vlla prorſus diuerſitatis ipſius ratione eſt, hæc ſine dubio videtur, quam inter amplius agere, & defendere Socin. conſtituit, vt vnum quidem diuiduum, indiuiduum alterum habeatur, vt in vno quidem modum faciendi ſpectemus. In alio ratio haberi modi huius non debeat. Quo magis admiret ineptiſſimis his argumentis cum Cuma. ipſo Socinum oblectarũ, vnde non ab re fantaſticariæ vitio doctrinã hanc Cumani, Caſtren. vertit in d. l. ſtipulationes non diuiduntur colum. pen.

Tertio contrarius diſtinctioni huic Cuman. text. videtur in d. l. in executione. §. prima ſpecies, vbi diuidua obligatio, aut ſtipulatio pecunię dandæ habetur, atq; ideo ex portionibus hæreditarijs inter hæredes diuiditur. At enim viſibile factum ipſum dationis procuIdubio eſt. Reſpondet Soci. ad obligationes factorũ, non dandi præceptionem Cumani pertinere. Si dixeris, niſi caſus diuerſos ratione diuerſitatis non interueniente, per reſponſionem hanc non fieri. Rationem diuerſitatis inter obligationes dandi, atq; factorum Soci. aſcribit. Idcirco enim diuidua obligatio dandi creditur, quamuis viſibilis datio ſit, ꝙ vniformis in pecunia, aut quantitate ſemper diuiſio cadit.

Poſtquam dedecori Soci. non habuit, id genus argumentis, rã leuiſſimis certare, æque impudentię dandum nobis non erit, ſi paribus, & nos telis in Soci. contendimus, vniformitatem hanc in datione repudiando, fieri quippè non poteſt, quin diſſimilitudinis quidquã in quantitate, aut parte vnius atq; alterius ſit, ſiue à forma, ſiue à põdere, aut menſura ipſius quãtitatis, aut pecuniæ diuerſitatẽ ſpectemus. Si dixeris, re ipſa perſpecta, vniformitatem in pecunia ſemper interuenire, cum effectum patem pecuniæ vtriuſq; portio inducat. Reſpondetur, effectum hunc eundem, & in factis hominis viſibilibus contingere. Eque enim vtilis futura partis vnius præſtatio, atq; alterius erit. Atqui effectu hoc non obſtante, idcirco indiuidua hominis facta viſibiliavè Cuma. dijudicat, ꝙ vniformitas ſub eis verſari per omnia nequit.

Quarto traditioni huic Cuma. obſiſtit, ꝙ ſecum, & quidem iterum non obſcure pugnat. Modum enim ſtipulationis committendæ, vt viſibile atq; ideo indiuiduum factum indicetur, in ſtipulatione obſeruandum illa putat, per te non fieri, quominus. l. Qui modus ex impedimento eundi agendivè cõſiſtit. At enim modum hunc ſtipulationis committendæ in ſtipulatione ſpectandum non putat, amplius non agi, ratum haberi, Qui modus ab actis iudicialibus pendet, quę viſibilia ſunt, Cuiuſmodi libelli obligatio eſt, poſitionũ articulorumvè ædio inſtrumentorum teſtiumq; productio alia eiuſmodi ſic modum ſtipulationis ſpectandum modo Cuma. Sociq; aſſerunt, modo negat. Cur hæc tam varie. Partes eorum erant, diuerſitatis rationem aliquam inter ſtipulationes iſtas adijcere.

In octauo notabili Socini, sẽſus rationis excutitur,
164 cur † ex facto vnius hæredis offendentis in ſtipulatione indiuidua, ex qua inſolidum quiſq; obligatur, cæteri teneantur, ideſt, eo id fieri, ꝙ conſiderari contrauẽtio in vno ſolo vere offendente non poteſt, quin contra factũ ab omnibus videatur. qua ratione tex. noſter vtitur, ibi quia, ꝙ in partes diuidi nõ põt, ab omnibus quodammodo factũ videtur, ob id quamuis peccatũ niſi ab vno non ſit, ab omnibus tamen ſtipulatio cõmittitur. Rationem rationis huius Areti. hic affert in quarto nota. quem perfecte ſatis Soci. non refert. quia vnum, & idem ius, quod in perſonis hæredum plurium inſolidum paſſiue exiſtit ob ſtipulationem indiuiduã fieri niſi totum, & repræſentari in perſonis omnium non poteſt. Quæ res inducit, aut efficit, vt factũ ab omnibus videatur, quod factũ niſi ab vno non ſit, ſic peccatum ab vno dici non poteſt, quin peccatum ab omnibus videatur cum ſit, vnum, & idem ius indiuiduum reſpectu omnium, & in perſona omnium. vnde ſi dicimus, offendentem ſolum teneri, & ab eo tantummodo peccatum, quod inſolidum in omnibus hæredibus ob indiuiduitatem ineſt, diuiduum id efficimus. & niſi in offendente ipſo id eſſe non admittimus. Sed enim, quod vnicum, & inſolidum in pluribus eſt, ex perſonarum numero diuidere non licet.

Contra rationem hanc tex. & rationem ipſius rationis ita ab Areti. explicatum opponitur, idcirco enim ex peccato vnius cæteros teneri tex. cũ Areti. inquiunt ꝙ peccari ab vno, aut in partem non poteſt, in ſtipulatione indiuidua, quin peccatum ab omnibus videatur. declarando, vt ſupra, ſed enim admittenda ratio hæc omnino non videtur, à partibus ſatis enumeratis argumentando. Namq; aut veritatem inſpicimus, aut fictionem. ſi veritatem, in expedito res videtur, locum rationi non eſſe, falſum quippe veritate ſpectata, apparet, vt quod niſi factum ab vno non eſt, id factum ab alijs ſit. Sin autem fictionem obſeruamus ꝙ ficte ab alijs factum intelligatur, ꝙ ab vno factum ſolum mo-
165 do eſt, locus fictioni nihilo magis videt̃, ad ea † quippe fictio nõ ꝑtinet, q̃ ęquitati repugnãt cũ fictionis inducẽdę cauſa ab ęquitate ipſa exiſtat. l. q in vtero ff. de ſtatu hom. l. deniq;, & l. nec vtilẽ. ff. ex qbus cau. maior l. poſtliminiũ in prin. infra de captiu. Bar. & alij in l. ſi is q ꝓ emptore nu. 67. ibiq; Iaſ. nu. 38 3. ff. de vſucapio. idẽq; Iaſ. hic in tertio nota. nu. 7. in fi. Soci. in l. 3. §. 1. nu. 3. in fi. ff. de lib. & po. & in l. 2. nu. 22 in fi ff. de vul. Equitati planè, quid contrarium magis, quam vt offenſio

vnius damnum alijs innoxijs afferat. cum auctores
ſuos tenere pœna debeat.l. ſancimus, & l. crimen. C.
de pœnis. c. quæſiuit de his quæ fiunt à maiori parte
capi. ſi compromiſſarius de electio. lib. 6. Ezechiel.
c. 18. Quod cum ita ſit, recta tex. huius ratio non vide
tur, quamuis in ea declaranda, & tuenda laboratum
ab Areti. ſit.

Proinde rationem alteram, cur ex facto vnius in
facto indiuiduo alij teneantur, iuriſconſulto reddi So
ci. ait in l. inter cohæredes. §. quod ex facto. ff. famil.
herciſ. Ideſt non quaſi peccatum ab omnibus videa-
tur, aut fingatur, cū ab æquitate fictio hęc abhorreat,
verum ꝙ ſtipulationis hæreditariæ conditio extiterit.
Promiſſa enim pœna ſub conditione eſt, ſi factū quic
quam contra ſtipulationem erit. At enim factum cō
tra eam eſt, hærede vno offendente. Cur enim minus
pœnam committi ex offenſione vnius conuenit, atq;
ſi promiſſum quid ſub conditione alia quauis ſit, quæ
ad offenſionem, aut factum hæredum non pertineat.
Si nauis puta ex alia venerit.

Ratio alia, & tertia, quam ob rem ex facto vnius
hæredis cæteri adſtringantur, expreſſa in textu legitur
in d. l. in executione. §. prima ſpecies verſi. ꝙ ſi ſtipula
tus, ꝙ prohiberi ab vno, aut in partem ſtipulator ne-
quit, quominus ire ei agereq; liceat. Quæ ratio hoc
habet, ab vno, aut in partem prohiberi ſtipulatorem
non poſſe, quin ſtipulationis commodo ex toto ca-
reat. Conſequenter non ratione tex. noſtri, ꝙ pecca-
tum vnius tribui alijs debeat, introductum videtur, vt
ex facto vnius alij onerentur. Iniquitatem quippè ra-
tio hæc habet, verum ratione illa ęquiore, ꝙ ſtipula-
tionis commodum ex offenſione vnius non minus
ſtipulatori adimitur, atq; ſi offenſum ab omnibus ſit.

Quarto veram tex. huius rationem non videri, vt
ex facta hæredum innoxiorum contrauentione ſtipu-
latio pœnę committatur, verum ex hæredis ſolius of-
fendentis facto commiſſio fiat. Quamuis commiſſio
ne ipſa facta, cęteri quoq; hęredes pro ſua quiſq; por
tione teneantur, ex Bart. Soci. probat in l. continuus.
§. ſi. in tertia q. infra eodem.

Conſequens his fit, iuſtam æquamvè tex. huius ra-
tionem non videri, ob id hæredes alios ex facto vnius
obligari, quod commiſſa ab eis ſtipulatio, ſeu quod in
eam peccatum ab omnibus videtur. In qua ratione
contrauentio contra innocuos atq; ideo contra ęqui-
tatem omnem fingitur. Neq; ratio rationis ab Areti.
adiecta rationis ipſius adiuuandæ cauſa, mouet. Ideo
commiſſam ſtipulationem, aut offenſum ab omnibus
intelligi, quod diuiſionem ius vnum, idemq;, & indi-
uiduum in hęredibus omnibus paſſiue, non capit. vt
in vno offenſio conſiderari ſolummodo poſſit. Quo-
niam conſequentiæ Areti. locus non videtur. Ius v-
num atq; indiuiduum in hęredibus omnibus paſſiue,
& inſolidum verſatur, ergo ab vno ſolo peccari, aut
committi ſtipulatio non poteſt, vnitas enim, aut in-
diuiduitas hęc ſtipulationis hoc efficere quidem po-
teſt, vt ex facto vnius cęteri teneantur. Cæterum ne-
ceſſario ex vnitate, aut indiuiduitate hoc non conſe-
quitur, vt ab vno fieri offenſio nequeat, quin offenſum
ab omnibus cenſeatur, perinde quaſi offendi ab vno
ſolummodo nequeat.

Quid ergo, rationem catonis damnare iuris tam
conſultiſſimi, impudentiæ non erit. Reſpondere So-
166 cin. poterat, nouum non † eſſe, vt rationes iuriſcon
ſultorum à gloſ. Doct. ve repudientur. Idque videre
apud glo. eſt in l. quia 2. ff. ad macedo. in l. ſi is qui. ff.
de euictio. in l. pignus in glo. 2. C. de pign. actio. Idem
apud Bartol. legitur in l. cum ſolus num. 2. circa med.
ſupra de vſucapio. Deci. in l. contractus num. 37. in
quinto nota. infra de regul. iur. Iaſ. in l. à patre circa
med. verſi. ſed iſta non eſt bona ratio. C. de callatio.
quamuis Hormannoc. hic ſcribat num. 124. verſi. ter-
tia ratio. Rationem veſtigandam aliam non eſſe, vbi-
cunq; expreſſio eius facta apud iuriſconſultum appa
ret. Quod idem, & Alcia. hic ait num. 34. Iuriſconſul-
ti igitur rationem abijcere Soci. veritus, rationes om-
nes, tam catonis, quam aliorū, de quibus ante, defendi
forte poſſe ait, vt aliæ quędem, de quibus in d. l. inter
cohæredes. §. quod ex facto, & in d. l. in executione. §.
prima ſpecies verſic. quod ſi ſtipulatus, ad veritatem
pertineant, ſeu locum veritate inſpecta habeant. Quæ
veritate ſpectata, nonniſi ab eo commiſſa dici ſtipula-
tio poteſt, a quo offenſum in eam eſt. Rationi planè
tex. noſtri locum ſecundum fictionem eſſe.

Si dixeris, rationi huic, quæ fictione nititur, argumē
tum obſtare, e regione oppoſitum. Ideſt contra æqui
tatem fictionem non recipi. Equitati porro non con-
gruere, vt quod vnus peccat, factum id ab alio finga-
tur. In hoc laboratum hic à Soci. eſt, vt oſtendat, alie-
nam iuris ratione, & æquitate fictionem hanc non
167 eſſe. Idq; ita demonſtrat. Hæredes † pro ſua quiſq;
parte defunctum referunt, aut repræſentant. l. cum à
matre. C. de rei vendica. non ſolum autem in partē,
ſed & inſolidum forte, in materia indiuidua repræſen
tatio hæc fit. l. eum qui ita. §. 1. infra eodem à ſenſu cō
trario, ſeu à ratione ceſſante argumentando. Ibi enim
vnum ex hæredibus ſolummodo idcirco pacto obli-
gare non licet, ꝙ onerosum id creditori fieret. Sed e-
nim locum ratio iſta non habet, ſi hæredes omnes, &
eorum quemlibet inſolidum promiſſor adſtringit. vti
le quippè id, nedum damnoſum creditori eſt. Quo-
circa inſolidum in materia indiuidua ab hæredibus ſin
gulis repræſentari rectè defunctus poterit. Idq; ſine du
bio forte Galiau. hic aſſerit. num. 15. & num. 17. in fi.
Alcia. nu. 37. circa fi. Horman. nu. 123. verſi. ſecunda ra
tio. Soci. in. nu. 57. Rurſus perſona heredis eadem, ac
defuncti videtur. l. hæres ſupra de vſuca. l. hæredem in-
fra de reg. iur. in aucten. de iureiur. à morien. præſti.
poſt prin. Quę cum ita ſint, nouum videri non debet,
ſtipulationem pœnalem facto indiuiduo adiectā ad
hęredes omnes, & in portiones eorū hæreditarias trā
ſire, q̄uis peccatum niſi ab hærede vno non ſit. Id quia
hæredis factum defuncto tribuitur, ob idētitatem per-
ſonę, ꝙ eadem defuncti atq; hæredis perſona hr̄ in hę
redeq; ipſo defunctus exprimit̄, aut repræſentat̄. Quā
ob cauſam offenſione ab hærede vno facta, pro eo
res eſt, vt ſi offenſum à defuncto ipſo ſit. Quam ra-
tionem Bartolum hic ſentire in fine quartæ oppoſit.
Soci. ſcribit, quamuis per errorem in quinta oppoſi.
Bar. nominet. Hęredis factum defuncto tribui, & pro
facto defuncti haberi Iaſ. etiam hic ſcribit nu. 34. ver.
ſed reſpondeo ad regulam Galiau. nu. 17. Ruin. nu. 22.
168 in quinto nota. Econtrario etiam † defuncti factum
hęredi aſſignari gl. cum Bar. ſcribunt in l. ſi ſeruus fur
tiuus in prin. ff. de condi. furti. Soci. hic nu 27. verſi. ſed
tamen poſito. Iaſ. in l. ſi ſeruum ſtichum in prin. nu. 9.
infra eo. Ruin. hic in dicto quinto nota.

Sed obiecturus quiſpiam erit, in declaratione hac
adhuc animum non acquieſcere. Quoniam, & ſi
maximè defuncti repræſentatio ab hęredibus fiat, hę-
rediſque factum defuncto imputetur, argumentum
tamen aliud ſubeſt, vt quæ indiuidua ſtipulatio circa
factum principale eſt, atque ideo hæredes omnes in-
ſolidum adſtringit, diuiduitatem in pœna admittat,
vt niſi ex portionibus hęreditarijs ab hęredibus præ-
ſtetur. Argumentum hoc exemplo à ſimili Socin.
diluit, de quo in dicta lege ſtipulationes non diui-
duntur verſicu. celſus, vbi quę indiuidua ſtipulatio
circa factum principale, & ipſum indiuiduum eſt,
diuidua circa intereſſe efficitur. Id quia ratio diuer-
ſa ſub intereſſe verſatur, cum diuiduum id ſit. Ita
ratione diuerſa interueniente, ius aliud circa intereſſe
loco

Digitized by Google

loco facti ſubrogatum, quam circa factũ ipſum probandum. Eadem diuerſitatis ratio facit, vt ius aliud in ſtipulatione pœnali acceſſoriaq; admitti, quam in ſtipulatione ipſa facti principalis debeat. Ratio quippe diuerſa pœnæ diuiduæ, atque facti indiuidui apparet.

Conſequens prædictis fit, cum defuncto ipſi hæredis contrauentio ob identitatem perſonæ, & repræſentatione, de qua ſupra, imputetur, extra dubitationem rem poni, vt ex oſtenſione ficta defuncti, quæ ab oſtenſione vera hæredis vnius, deſcendit, in portiones hæreditarias hæredes omnes obligentur, perinde vt ſi à defuncto contrauentum vere ſit.

Declarationem memoratam ex tex. Soci. confirmat in d.l.inter cohæredes.§. quod ex facto. ff. famil. her. cum ex facto vnius idcirco alios teneri ait, quaſi conditio extitiſſe ſtipulationis hæreditariæ videatur. Extitiſſe enim condicio ex ficta defuncti contrauentione videtur, hæredis factum defuncto arrogando. Qui ſenſus Bartolo quoq; hic fuit in dicta oppo. 4. in fi. Meditanda tamen hæc Soci.relinquit, vt ob id non ſatis de re hac Soci.conſtitiſſe appareat.

Non fruſtra ſuper his cogitandum Socin. monuit. Nodus enim difficilis incurrit. In qua re obſeruandũ, duo hic principaliter verſari. Principio dictũ ipſum; in ſtipulatione indiuidua ex facto vnius hæredis heredes alios omnes in portiones hæreditarias teneri, de qua re laborandum non eſt, vtpotè quæ poſita extra omnem controuerſiam ſit. Alterum ad rationem dicti huius ſpectat, quamobrem factum ſit, vt oſtenſione vnius cæteri onerentur. In hoc labor negociumq; vertitur. Alias alijs legibus dicti huius rationem afferentibus.

Secundò videndum in dictis Soci.ſummam declarationis eius eo ſpectare, vt rationum omniũ dicti huius, cur ex oſtenſione vnius alij aſtringantur, potiſſimam eã oſtendat, de qua in d. l. inter cohæredes. §. ꝙ ex facto idcirco alios teneri; ꝙ conditio extitiſſe ſtipulationis hæreditariæ videatur. Quã rationẽ inde procedere putat, ꝙ peccatũ à defuncto cenſeatur, hæredis factũ defuncto ipſi ob vnitatẽ perſonæ, & repræſentationem aſcribendo. Defuncti plane oſtenſione admiſſa, controuerſiæ quicquam res non patitur, ſtipulationis hæreditariæ conditionem eueniſſe. propter ꝗ hæredes obligari omnes oporteat ficta contrauentione defuncto tribui Bal etiam nouel. hic ſenſit poſt prin. Crot.in ſexto nota. Galia.nu.17. Idem Caſtren. putat in l.2 §. fi.nu.3. ſupra eodem.

Sed enim, vt malo, aut incommodo vno ſeſe Soci. expediret, in grauius incidiſſe videtur. Etenim cauſa omnis, cur tantopere elaboratum à Soci. hic ſit, non alia fuit, quam quod durior ſibi ratio viſa illa eſt, ob id hæredes alios teneri, ꝙ peccatum ab omnibus quodammodo videatur, quibus culpæ aſcribi quicquam non poteſt, vnde pro abſurda atq; duriore rationem hanc habuit, vt peccari ab vno non potuerit, quin peccati huius cæteri quoq; teneantur. Proinde, vt duritiem rationis huius Soci. caueret, ad rationem, declarationem vè aliam immitiorem non paulo, adijt, vt ab hærede peccari vno non potuerit, quin peccatum à defuncto videatur; hæredis vitium defuncto imputando. Sed enim reſponderi à quopiam mihi Socino velim, vtrum durius, an culpam in hæredibus ſuperſtitibus fingere, à quibus admitti culpa poteſt, an in defuncto, cui peccandi facultas non eſt. Si dixeris, culpam in ante mortem eius in defuncto fingi. Reſpondetur, perfidiæ maiori defuncto dandum, ſi promiſſioni ſuæ immediatæ ipſe contrauenıat, quam heredibus, ſi defuncti promiſſioni non parent, ob id tolerabiliorem fictionem contrauentionis in hæredes eſſe, ex qua leuior contrauentio fit. l. hæc enim. ff. de ſuſpec. tutor. l. præſes infra de pœnis. l. quotiens nihil infra de regul. iuris Bal. in l.fi. nu. 17. verſi. ſed nihil apparet. C. de edil. actio. Secundo reſpondetur, vtramuis fictionem admittamus contra defunctum, vel hæredes, duriciem ſemper eandem ſequi, vt factũ vnius heredis alij præſtent, à quibus culpa omnino abſit. Aliter etiam fictam hanc contrauentionem admittendam non eſſe inferius demonſtrabimus verſ. quarto obſeruandum, ꝙ fictiones duæ interuenirent.

Tertio aduertendum, cum rationem catonis tueri Soci. ſimulat, ab eo eam euerti. fictam quippe cõtrauentionem defuncto Soci. imputat ob fictam perſonarum hæredum atq; defuncti identitatem, & ob repræſentationẽ, de qua ſupra. Sed enim cohæredibus non defuncto ficta hæc contrauentio à catone aſcribitur. Proinde cum defuncto, non cohęredibus eam tribuendam Soci. cenſeat, quis dubitet, catonis rationem, ꝙ ad effectum ſpectat, à Soci. improbari. Id quia ratio ita fingendi ob identitatẽ perſonarũ, & repręſentationem, nõ ſimiliter in hęredibus alijs, atq; in defuncto verſetur. Neq; enim ab hærede hęres repręſentatur. Rurſus eadem hęredis vnius, ac alterius perſona non creditur.

Quarto obſeruandum, cum ficta hæc cõtrauentio defuncto per Soci. aſſignatur, fictiones duas à Soci. intelligi, vnam circa contrauentionẽ ipſam, alter nõ circa tẽpus. Etenim cũ ſecuta contrauentio poſt mortẽ promiſſoris ex oſtenſione hæredis eius, vnius ſit, à promiſſore ipſo ſuperſtite cõtrafactũ fingimus. Sed enim 169 admitti interpretatio nõ † ſolet, in qua fictionũ pluralitas interuenit. l. cum poſt. §. gener. ff. de iure dot. l. recum ibi no. C. de dotis promiſ. Bar. & alij in l. ſi is qui pro emptore nu. 71. ſupra de vſuca Soci. in l. 1. §. in fi. lij in tertio nota. ff. ad trebel. Idq; locũ in materia cũ gratioſa, & latiſſime interpretãda habet, in beneficio principis puta Bal. in l.fi. nu. 4. in 1. lect. Ibiq; Iaſ. nu. 20. circa fi. in quinta limitatione. ff. de conſti. prin. per tex. in l. ſi quando in prin. C. de inoffi. teſta. vbi quãuis facultatẽ teſtandi inhabili princeps pmittat, gratia iuris facta circa ſolẽnitatẽ teſtandi nõ creditur, ne ſpecialia plura admittãtur, circa inhabilitatẽ perſonę, & teſtãdi ſolẽnitatẽ. Iure planè ſpeciali fictionẽ ſtatui nõ dubitat.

Quinto monendi ſumus, rationes tres in concluſione tex. noſtri, cur ex oſtenſione hæredis vnius cæteri teneantur, à Soci. commemorari. vnam à catone hic redditam. Alteram à paulo expreſſam in d. l. inter cohæredes. §. quod ex facto. Tertiam Vlpiani, de qua in d. l. in executione verſi. quod ſi ſtipulatus. Quas rationes tres pro diuerſis Soci. habet. Sed enim quamquã inter eas diſtare verborum tenus videatur. Re tamen perſpecta, inter eas conuenit. & vna ſimul cohærent. Namq; ſi catonis rationem expendimus, quod peccari in partem non poteſt, & ob id peccatum, aut commiſſa ab omnibus quodammodo ſtipulatio videatur an non idem ratio hæc catonis, atq; illa pauli habet, de qua in d. l. inter cohæredes. §. quod ex facto, quod conditio extitiſſe ſtipulationis hęreditariæ videtur. Qui magis enim conditio ſtipulationis impleri hæreditariæ poteſt, quam vbi contra ventum ab hæredibus omnibus eſt.

Secundò rationem eandem catonis ac pauli eſſe, non obſcure oſtenditur. Soci. enim cum rationẽ pauli explicat, de qua in d. §. ꝙ ex facto idcirco conditionem eueniſſe ſtipulationis hæreditariæ putat, ꝙ defuncto ipſi contrauentio ficta imputatur, perſonam cuius hæredes omnes, & quidem inſolidũ in materia indiuidua referunt. In qua declaratione dilucide ſatis Soci. innuit, non perinde extitiſſe conditionem æſtimari, ſi contrauentum ab hæredibus fingimus. Enimuero non minus ex contrauentione hæredum, ac defuncti exiſtere conditio dicitur.

Tertiò declaratio hæc Socin. contraria textui videtur in d. §. quod ex facto. vbi mentio de conditione hæreditaria fit. At enim ex contrauentione defuncti conditio impleta dici hæreditaria non poteſt. Siqui-
170 dem † in viuente conſiderari qualitas hęreditaria nequit, cum hęredem viuens non habeat. l. 2. ff. de hęredi. vel actio. vendi. l. in ſuis ff. de lib. & poſthu. l. 2. §. interdum. ff. de vulga. l. qui ſuperſtitis. ff. de acquiren. hæredi. l. 1. cum glo. ſupra pro hærede. l. fi. C. de pactis. l. nec nos. C. de captiu. & in caſu ſcito Curti. ſent. tradit in conſi 73. numero 2. in fi. & ſequen. Quod cum ita ſit, ex ficta defuncti contrauentione conditio ſtipulationis exiſtere hæreditarię non poteſt. Atq; ideo ad fictam hęredum, non defuncti contrauentionem referri ratio illa Pauli non poteſt, vt ex ficta hęredum contrauentione condicio ſtipulationis impleta hæreditariæ videatur.

Eque eadem ratio, de qua in d. l. in executione ver. ꝙ ſi ſtipulatus, atq; ratio catonis hic eſt. Eadem dico non ſolum ab effectu, ſed & à verbis. Ideo enim ex offenſione, aut prohibitione vnius hęredis, quominus ire agereq; ſtipulatori liceat, inſolidum contra hæredes omnes ſtipulationem committi tex. ait, ꝙ in partem prohiberi ſtipulator non poteſt. Atq; ideo damni non minus ex prohibitione vnius ſentit, ac ſi prohibitus ab omnibus ſit. Quid aliud in ratione ſua cato hic ſentit, cum ait, ꝙ peccari in partem non poteſt. An non idem catoni, atq; Vulpiano viſum. Nonne idem ratio catonis atq; Vulpiani pollet. Quia peccari in partem non poteſt, quin damni tantum ex prohibitione particulari vnius, quantũ ex prohibitione omnium ſtipulator accipiat, proinde factum eſt, vt ex offenſione vnius ab omnibus pœna committatur, & pro eo res ſit, vt ſi contra factum ab omnibus ſit, & quamuis adiectum in ratione catonis ſit, ꝙ commiſiſſe omnes quodammodo videãtur. Adiectio hæc diuerſam catonis rationem, atq; eam non reddit, de qua in d. verſi. quod ſi ſtipulatus. At locupletius expreſſiusvè declarat, effectum ipſius rationis demonſtrando perinde quaſi in antecedens neceſſarium ipſius dicti ratio verbaq; illa veniant. Hoc ipſo enim ꝙ peccari in partem ſuam ab hęrede vno nõ poteſt, pro eo res, neceſſario habetur, vt ſi peccatum ab omnibus ſit. Inter rationes has tres conuenire Galiau. hic teſtatur nu. 17. Horman. num. 125. verſic. quarta ratio quamuis ad modum pręnarratum non explicent.

Apparet ex his, rationem à catone expreſſam, ſicut locupletius ſignificantiusvè dictum explicat, ita optimam omnium eſſe. Nihilq; erat, cur duricie eius Soci. moueretur, quaſi peccatum ab omnibus ſit. Duricies enim ex regula, aut diſpoſitione, non ex ratione eius fit. Quæ duricies non minus in textibus alijs, atq; in §. hoc cato interuenit. Siquidem ex facto vnius omnes teneri, expreſſum vbiq; eſt.

Secundò reſpondetur, duriciem quam in ratione catonis Soci. obſeruat, in antecedens neceſſarium venire. Etenim quia pœna quempiam affici citra culpã eius lex prohibet. l. ſi putator, & l. qui occidit in fi. ff. ad legem aquil. l. 1. §. 1. ff. de ſeruis fugi. l. ſi ea res. ff. de actio. emptio. l. videamus. §. ſi fortuitus. ff. loca. l. Sed ſi non data. §. fi. ſupra de fideicommiſſ. liber. l. reſpiciendum. §. delinquunt cum ibi nota. infra de pœnis. l. ſi qua pœna infra de verb. ſigni. l. contractus infra de reg. iur. l. quę fortuitis. C. de pign. actio. l. ſancimus. C. de pęnis. §. quęſiuit de his quę fiunt à maiori par. capi. reg. ſine culpa lib. 6. c. ſatis peruerſum 60. diſt. ob id dici poterat, iniquũ videri, hæredes à culpa omni vacuos propter offenſionem vnius teneri. Ratio dicti huius ſubijcitur, eo id factum, quod & ſi maximè extra culpam vere ſint, fictam tamen culpam verſari, quod offenſione ab vno facta, ab omnibus quodammodo peccatum videtur. Atq; ideo conditio ſtipulationis extitiſſe hæreditarię intelligitur.

Si dixeris, animum adhuc non acquieſcere, culpam in eos fingi, quos immunes ab ea eſſe conſtat. Ad pleniorem rei huius, & tex. noſtri rationem ea videnda, quæ ſcripta hic, apud Alciat. ſunt num. 3. in quinto nota. & num. pluribus ſequen. per totum ipſum nota. Iaſ. & Butigel. vterq; in quarto nota. à Butigel. tamen Iaſon. rationes confutantur. Crot. num. 23. in ſexto nota. in prima lectu. & in quarto nota. in ſecunda lectura. Galiau. num. 15. & duobus ſequen. Hormannoc. num. 91. in nono nota. vſq; ad num. 105. & numero 122. in duodecimo nota. & numero 315. verſicu. tertia concluſio. Socin. iun. numero 57. in nono nota.

Ex quibus Doct. teſtimonijs ęquitati contrariam fictionem hanc non eſſe multifariam oſtenditur. Aliqui enim ęquitatem in fictione inde metiuntur, quod ęquum fuit ſtipulatori ſuccurrere, vt pœnam ſolidam conſequeretur, ſicut damnum ex offenſione vnius inſolidum ſenſit, ſolidam planè conſequi ab offendente non potuit. Quoniam diuiduitate in pęna interueniente, non pluſquam ex portione ſua obligari hęreditaria potuit, & quamuis iniquũ videatur, hæredes innoxios ob factũ vnius teneri, attamen iniquitati huic ius medetur, repetitionẽ aduerſus offendentẽ concedendo. d. l. inter cohęredes. §. ꝙ ex facto. d. l. 2. § fi. 3. eo. d. l. in executione. §. ꝙ ſi ſtipulatus in fi. ſi dixeris, fieri poſſe, vt in pauperiẽ offendens deueniat. Reſpondet Crot. cohęredib. imputandũ, à quibus cõpulſus offendens non eſt, vt cautionem indemnitatis pręſtaret.

Reſponſio alia apud Horman. legitur, ęquius videri, vt ſtipulatori ſuccurratur, in quo damnum vertitur, cum ſtipulationis commodo careat, & loco eius, ꝙ intereſt, pœna ſuccedat, quam hęredibus, in quibus lucrum verſari circa hęreditatem videtur.

Sed obſtare reſponſionibus his videtur. Si æquitatem fictio hęc habet, cur admiſſa ea in ſtipulationibus prætorijs, & contractibus bonæfidei non eſt, vnde dici melius fortè poteſt, nõ ęquitatis, ſed alias ex cauſa alia legitima fictionem hanc introductã, vt hic apud Crotum in ſexto nota. vbi opinionem illam nunquam ſibi arriſiſſe ait, vt niſi ęquitatis cauſa induci fictio non ſoleat per tex. in l. qui vxorem. ff. de iniuſto teſta. vbi qui captus ab hoſtibus eſt, hora mortuus ante fingitur, quam captus ſit, vt irritum teſtamentum fiat. At enim quid ęquitatis verſari in teſtamento infirmando põt. l. vel negare. ff. quem teſta. ap. In eandem ſententiam tex. profert in l. nunquam. §. pen. in l. iuſto. §. nondũ, & in l. cœptam ſupra de vſucapio. quibus textibus probatur, vſucapionem à defuncto cœptam per hęreditatem iacentem compleri. Rei cuius ratio fictione deſumitur, ꝙ hęrede poſtea adeunte, retro ad tempus mortis defuncti aditio trahitur. Sic retro adiuiſſe hęres fingitur. l. hęres quandocunq; . ff. de acquir. hæredi. Atqui æquitati refragari fictio hęc videtur, vtpotè domino rei pernicialis, contra quem præſcriptio procedit.

Sexto obſeruandum, cum Bar. Soci. refert in d. l. cõtinuus. §. fi. q. 3. num. 9. perinde quaſi rationi tex. noſtri Bar. contradicat. ne ex ficta cõtrauentione ſtipulatio cõmittatur, verũ ex vera hæredis vnius offenſione, quas poſt cõmiſſionẽ factã hęredes oẽs teneãtur. Nãq; ex diuerſis penitus argumẽtari Soci. videtur, in quibus ratio diuerſa euidentiſſime verſatur, cũ ex Bar. ita argumentatur. Bar. n. eo caſu loquitur, quo hæres vnus promiſſoris grauatus ſolũmodo eſt ſtipulatorem impediat, ſed patientiã in facto ꝓmiſſo accõmodet, atq; ideo ex vera & hęredũ aliorũ offenſione cõmitti ſtipulatio nõ põt, & cõſequẽter multominꝰ ex tacita. Queſtio noſtra ad eũ caſũ pertinet, quo ad hęredes oẽs grauamẽ, aut promiſſio defuncti ſpectat. Eamq; ob cãm,

ſicut

ſicut ex vera omnium contrauentione committi ſtipulatio ſolet, ita committi ex ficta poteſt. Secundum quæ, ab impoſſibili ad poſſibile argum. Soci. liquet.

Nonum atq; vltimum Soci.nota. nihil aliud niſi ra
173 tionem diuerſitatis habet, cur † in facto diuiduo inſolidum contra promiſſorem pœna cõmittatur, qui niſi in partem contra ſtipulationem, aut promiſſionẽ non offendit. Cauſam aliam hæredum promiſſoris eſſe, in quibus is ſolus atq; ex portione eius hæreditaria tenetur, à quo offenſum ſit. Rationes tres diuerſitatis explicatas ſuperius in facti ſpecie proponẽda habemus. Ratio quarta adiecta circa fi. textu notabilis eſt, quam recens in mentem veniſſe diximus. Quinta hæc Socin. ratio clarius declarari ita poteſt. Pœnam irrogari citra culpam nõ oportet regula ſine culpa lib. 6. cum alijs ſupra in octauo nota. aggregatis. Culpa planè cui imputari in eo non poteſt, cuius faciendi poteſtatem non habet arg. l. ſi væhenda. §. idem iuris. ff. ad legem Rhodia. de iactu l. continuus. §. illud infra eodem, vbi contra eum obligatio non inducitur neq; naſcitur, qui impeditus fuit, quominus faceret. De quo apud glo. & Doct. in l. quod te. ff. ſi cert. petat. Ex tex. id ſignificantius vltra Socin. probatur in l. arbiter. 1. in princip. ff. de arbitr. in l. ſi quid poſſeſſor. §. penul. ff. de peti. hæredit. in l. 1. ff. de inoffic. teſta. in l. cum quidam. §. ſi pupillo. ff. de vſur. in l. promittendo. §. ſi a debitore. ff. de iure dot. in l. liberto. §. largius. ff. de annuis lega. in l. ſi maritus in princip. & in l. miles. §. fina. infra de adul. in cap. quia diuerſitatem de conceſſio præbend. & in cap. 1. §. ſolet. Ibiq; gloſ. in verſicu. potuerit de reſtitutio. ſpoliato. lib. 6. Sed enim poteſtatem contractus totius implendi in facto diuiduo hæres vnus non habet, ſiquidem in arbitrio ſuo non eſt, vt à cohæredibus alijs amplius non petatur, aut ratum habeatur, vnde ſi ab hærede vno amplius petitur, aut ratum non habetur, ex offenſione hac pœna affici alios non conuenit, à quibus culpa omnino abeſt. Ratio hæc culpæ ceſſantis in promiſſore ipſo ſilet, cui liberum eſt, inſolidum contractum implere. Ea propter quamuis niſi in partem non offendat, pœnam tamen dare ſolidam debet. Id quia in culpa eſt, ſi ex toto contractus impletus ab eo non ſit, partem vllam non petendo, cum id ei facere liceret. Rationem hanc ex Bartol. ſententia, aut mente eſſe ab eoq; , & ex octaua eius oppoſi. deſumi, cum Petr. impugnat, Soci. ait.

Admittenda ratio hæc Soci. ita ſimpliciter enarrata non videtur. Principio quoniam ea ſpectata, ius idem probandum, & in ſtipulationibus indiuiduis videtur. Namq; culpæ remotione ratio hæc Soci. tota nititur, ꝙ immunes à culpa omnino hæredes alij ſunt qua culpa remota, tacere pœnam conuenit. Sed enim ratio hæc culpæ ceſſantis, non minus in ſtipulationibus indiuiduis atq; diuiduis mouet. vnde ſi immunitas culpæ hæredes alios ſtipulationi diuiduæ eripit, tantundem probandum, & in ſtipulatione indiuidua videtur, in qua ratio eadem culpæ ceſſantis vertitur.

Secundò generalis ratio hæc non videtur; neq; dicto omni tex. huius congruit. Ad hæredes enim promiſſoris ſolummodo pertinet, qui in culpa non ſunt, vt omnino non teneantur. Hæredem planè promiſſoris qui offendit, atq; ideo in dolo, nedum in culpa videtur, ratio hæc non appræhendit. cur niſi in partem non obligetur, cur non inſolidum ſimiliter, vt defunctus, adſtringitur. Apparet ex argumento hoc, nonniſi caſum illum per rationem hanc Socin. declarari, in quo dubitatio minor ineſt, hoc eſt ex contrauentione vnius ideo alios non teneri, quod à culpa vacant. Caſum planè maioris dubitationis ratio hæc non declarat, quamobrem factum ſit, vt qui in culpa hæres eſt, quia contrauenit, pœnam integram non ita pendat, atq; promiſſor ipſe. Quatenus eadem in vtroq; verſari culpæ ratio videtur.

Ea propter ex his ſuppleri, aut adiuuari Soci. rationem oportet, quæ ſcripta ſuperius in ſpecie facti proponenda atq; in ſexto nota. habemus. Ideſt. quamuis in partem ſolummodo promiſſor contraueniat, ex parte amplius petendo, aut ratum non habendo, conditionem tamen ſtipulationis diuiduæ exiſtere. Sub conditione quippè pœna promittitur atq; debetur, ſi obtemperatum promiſſioni non erit. Si factũ quicquam contra eam erit. Quæ conditio hoc ipſo exiſtit atque impletur, quod in partem à promiſſore contrauenitur, qui ex toto parere conditioni poterat. Verum enim eſt, paritum promiſſioni non eſſe; factũ contra eam eſſe. l. ſi is qui ducenta. §. cum ita, & § vtrum. ff. de rebus dub. Cauſa alia hæredum promiſſoris eſt, contra quos pœnæ promiſſæ conditio exiſtere ex offenſione hæredis vnius non videtur, verum enim non eſt, contra promiſſionem factum ab hæredibus alijs eſſe, à quibus promiſſioni obtemperari ex parte contrauenientis non poterat, ob id culpæ cuius accuſari nequeunt, quod impleta ab eis conditio non ſit, implendi poteſtate non interueniente. Inde fit, vt implendi poteſtate pro alio interueniente, atque ideo ratione ceſſante, propter quam ex facto vnius in ſtipulatione diuidua alij non teneantur, locus textui noſtro non ſit. Verum æque in ſtipulatione diuidua atq; indiuidua factũ vnius alij præſtant, vt infra in l. ſeq. in fi.

Neque rationi huic ita enarratæ argumentum obſtat, ratione ipſa culpæ ceſſantis admiſſa, tantundem dicendum, & in ſtipulationibus indiuiduis videri, in quibus ob contrauentionem vnius culpa aſcribi alijs non poteſt. Atq; ideo culpa in facto indiuiduo ſimiliter atq; in diuiduo remota, ius idem ſtatuendum vtrubique videri. Reſponſio enim affertur, tametſi à culpa immunes hæredes alij in ſtipulatione indiuidua ſint, atq; ideo culpæ nomine teneri non debeant, rationem tamen aliam verſari, propter quam offenſio vnius alijs noceat. Ideſt quia peccari in partem non poteſt ob facti indiuiduitatem, quin peccatum ab omnibus cenſeatur, cum damni tantum ab offenſione vnius ſtipulator accipiat, quantum accepturus ex contrauentione omnium fuerat ſic quomodo verbis pluribus declaratum in proximo atq; octauo nota. habemus. per tex. in l. 3. in fi. ſupra eo. & in d. l. in executione verſi. ꝙ ſi ſtipulatus infra eo. Quæ ratio fictæ contrauentionis in ſtipulatione diuidua tacet. In qua nonniſi ex parte contrauenientis intereſſe ſtipulatoris poteſt. Neq; ius eius lædi ex portionibus aliorum ſolet, à quibus factũ quicquam contra ſtipulationẽ non eſt. Imò enim vtilitatis non minus ex portionibus aliorũ ſtipulator conſequitur, atq; ſi obſeruatum ab omnibus ſit. Ratione igit diuerſa in factis diuiduis, atq; indiuiduis interueniente, ius quoq; conſtitui diuerſum oportuit. l. 3. §. 1. ff. de iniuſto teſta. l. is cui. §. ſatisfactionis. ff. vt in poſ. lega. l. interpoſitas. C. de tranſactio. Inde ſerte ſcriptum apud Bal. eſt in l. filia legatorum in vltimis verbis. C. de lega. a ratione diuerſa effectum diuerſũ produci. De quo dicto Alex. meminit in conſ. 7. in fi. lib. 6. Sed dicturus quiſpiam erit, ratione hac diuerſitatis inter ſtipulationes diuiduas, & indiuiduas admiſſa, ꝙ vltra portionẽ contrauenientis in ſtipulatione diuidua ſtipulatoris ius non læditur, cõſequens fieri, vt nec promiſſore ipſo in ſtipulationẽ diuiduã ex parte ſolũmodo offendente, vltra partẽ illã teneatur. Reſpondetur, cauſã diuerſã hæredũ atq; promiſſoris eſſe. Nãq; ꝙ ad hæredes attinet, qui non cõtrauenerunt, in expedito res eſt, ſimilẽ cãm eorum atq; defuncti non eſſe, cum ex nihilo contra factum ab eis ſit. Eque diuerſitas inter promiſſorem, & hæredẽ eius verſatur. In hærede .n. non ob id dũtaxat diuidua ſtipulatio habetur,

Mm 3 neq;

Digitized by Google

neq; amplius, quam ex portione ſua tenetur, quod niſi ex portione illa ſtipulator non læditur. Quoniam ſi rationem hanc ſolam ſpectamus, conſequens prouinus fit, vt ratione ipſa in ſtipulatione indiuidua ſilente, in qua ex contrauentione vnius inſolidum ſtipulator lęditur, pœnam ſolidam hæres vnus offendens præſtet, vnde ratione, & alia non pluſquam ex portione ſua in factis diuiduis hęres vnus offendens tenetur, ꝙ pro extraneo in portionibus cohæredũ æſtimatur. l. iulianus in prin. infra eo. l. cum à matre. C. de rei vendica. gl. magna in l. 2. inf. de prætor. ſtipula. Bar. & alij in l. 2. § fi. nu. 2 in fi. ſupra eo. Iaſ. hic nu. 8. verſi. tertio illa obligatio. vnde ſi vltra portionem ſuam pœnam facti diuidui hæres offendens præſtet, vtiq; quaſi extraneus eã inferret. Quaſi extraneus planè ex promiſſione obligari defuncti non poteſt. Ex damno demũ à ſe dato extraneus tenetur. Sed enim damnũ vllum ſtipulatori datum ab hærede vno promiſſoris ex partibus cohæredum non eſt.

Apparet ex his, à partibus ſatis enumeratis argumẽtando, vltra portionem ſuam hæredem offendentem teneri in factis diuiduis non poſſe. Namq;, aut ex ſtipulatione hæreditaria, & diuidua conuenitur, & vltra portionem ſuam conueniri cum non poſſe palã eſt. l. 1. C. ſi cer. pet. l. pro hæreditarijs. C. de hæredi. actio. aut quaſi extraneus damni dati nomine in ius vocatur, & nihilominus, vltra portionẽ ſuam pati iudiciũ poteſt. Id quia damni quicquam ex portionibus aliorum datum ab eo non eſt, cum nihil ex portionibus aliorum in diuiduis ſtipulatoris interſit.

Ratio hæc in promiſſore ipſo quieſcit. In quo dici non poteſt, amplius quam ex portione ſua adſtringi cum non poſſe, cum in ſolidum ad eum res ſpectet, & implere inſolidum poſſit. Proinde ratio in eum competit, de qua in d. l. ſi is qui ducenta. §. cum ita, & §. vtrum. ff. de rebus dub. paritum ab eo promiſſioni non eſſe, à quo factum contra in partem ſit. Si dixeris, non minus in hæredem atq; promiſſorem rationẽ hanc competere. Reſpondetur, verum id eſſe, ſi niſi in partem portionis ſuæ contrauenit. Ibi enim ſolidam pœnam ex portione ſua tota præſtat. Cæterum vltra portionem teneri ſuam non poteſt, cum in ea ſola hæres ſit, & hæredis conſiderari nomen poſſit. In alijs pro extraneo habeatur, & qua ratione promiſſor ipſe vltra quantitatem pœnæ in promiſſione expreſſam, ex offenſione ſua non tenetur, ita vltra portionẽ ſuam hæreditariam, nec hæredem adſtringi conuenit. Siquidem vltra portionem ipſam obligatio induci ex aditione hæreditatis non poteſt.

Conſequens prædictis fit, re ſedulo excuſſa atq; animaduerſa, diſcriminis quicquam inter promiſſorem, & hæredem eius contrauenientem non videri. Promiſſor enim ſicut promiſſionẽ ſuam in ſtipulatione etiam diuidua non ſecat, ita nec hæres eius obligationem ſuam adeundo contractam patiri permittitur, quo minus pœnam ſolidam præſtet, quatenus obſtrictus ei eſt, quamuis nonniſi in partem contra obligationem ſuam veniat. Rurſus ſicut vltra pęnã expreſſam, & cui obligatus eſt, promiſſor nõ tenetur, ita nec hæres eius amplius, quam hæreditatẽ adeundo ſe adſtrinxerit, teneri debebit. l. nõ omnis. ff. ſi cer. pet. & quę limitata obligatio ad portionẽ hæreditariam eſt, limites excedere ipſius portionis non debet. l. ſi is ad quẽ ff. de acq. hæredi. l. operis non poſſis. ff. de oper. liber. l. 1. §. iulianus ſupra de atin. actio. q; prima. l. ſolcinius. §. ꝙ ſi aduerſus, & §. deniq; ſupra quibus ex cau. in poſ. ea. l. tutori. C. de nego. ge. l. tutores qui. C. de admini. tutor. l. voluntarie. C. de exc. tuto. l. fi. C. ne vxor ꝑ mari. & alia nõ pauca. Inde fit, vt ſi hæres nõ pluſq̃ vnus ꝓmiſſori exiſtat, ius idem in eo ſeruari, atq; promiſſore debeat.

Cum declaratione hac, vt ius idem hæredum, atq; promiſſoris ſit, Caſtrenſem facere poſtea reperi in l. 2. in fi. prin. infra de prętor. ſtipula. vbi partem tantũmodo ab hęrede offendẽte ſolui ſcribit, ꝙ obſtrict⁹ vltra eam non eſt, & ꝙ ad eũ attinet, ſoluere totum dicitur.

Apparet etiam ex prædictis, rationem illam diuiduitatis, cur ex offenſione vnius in diuiduis alij non teneãtur, ꝙ damni quicq̃ ex portionibus cohæredum non offendentiũ ſtipulator non ſentit, nonniſi hæredũ ipſorum fauore intelligi, ne factum nocentis pręſtent. Hęredi planè offendenti ratio hæc non prodeſt. Etenim ſi prodeſſet, ſolidã pœnam in ſtipulatione indiuidua daret. Id quia ratio tunc illa ceſſat, ꝙ damni quicquã ex portionibus cohæredum ſtipulator non facit. Imò enim damni non minus ex offenſione vnius accipit, atq; ſi offenſum ab omnibus ſit. Secundò ſi rationem memoratam in fauorem hæredis offendentis admittimus, ꝙ damnũ ſtipulatori ex portionibus aliorũ cohæredũ non datur, conſequens fieret, vt ſi niſi in partẽ portionis hæreditariæ hæres vnus offendit, non amplius, quã ex parte illa partis, pęnam ſubeat, ſiquidem vltra partem illam partis damnum ſtipulator non ferat. Quæ res quam abſurda ſit, nemo non videt.

Summa igitur rationis, quam ob rem nonniſi ex portione ſua hæreditaria hæres offendens in ſtipulatione hæreditaria teneatur, à partibus ſatis enumeratis colligitur. Namq;, aut quaſi hæredem teneri eum aſſerimus, aut tanquam extraneum, vti hęres obligari ſupra portionem eius hæreditariam non poteſt. Ad quam nomen effectumq; hęredis reſtringi diximus. Quaſi extraneus pro damno dato teneri non poteſt. Quoniam pro extraneo niſi in portionibus cohęredũ non habetur, at enim ꝙ ad portiones cohæredũ attinet, damni quicquam datum ab hærede offendente non eſt. Qui niſi ex portione ſua hæreditaria amplius non penẽ. Rurſus damni quicquam reſpectu portionum cohæredum ſtipulator non patitur, neq; ſua aliquid quoad eas portiones intereſt.

Si dixeris, differentiam inter ſtipulationes diuiduas atq; indiuiduas non videri. Quoniam in ſtipulationibus etiam indiuiduis vltra portionem ſuam hæreditariam pęnam hęres offendens non ſoluit. Reſpondetur diſcrimen manifeſtũ inter ſtipulationes has ex, ſed in hoc liquere. Neq; ad rẽ attinet, non amplius q̃ ex portione offendentis pęnã dari. Quĩ ob diuiduitatem pęnę id fit. Sic diuidua in pęna ſtipulatio eſt. Inde fit, vt ſtipulationi circa factum principale indiuiduũ implenda, quia indiuidua ſtipulatio eſt, inſolidum hęres quiſq; teneatur. Sed & circa pœnã, in ſolidũ hæredes tenentur ſi indiuidua, & pęna ſit, vt hic apud Barto. & alios q. 1. Ang. de Perigl. nu. 43. Bal. nouel. n. 4. Galiau. nu. 89. Alcia. nu. 175. Horman. nu. 413.

Sed quæret hic aliquis, quãuis diuidua pęna ſit, attamen cũ indiuiduũ factũ principale conſtet, & inſolidũ ob contrauentionem hęredis vnius ſtipulatoris ſit lędatur, perinde vt ſi ab omnibus offenſum hęredibus ſit, cur non pęnę ſolidæ præſtandæ ſaltẽ vt extraneus quoad portiones cohæredũ, hæres offendens tenetur. Reſpondetur, quaſi extraneũ teneri ob damni totius reſtitutionẽ poſſe, ſi vti extraneus cõuenitur. Ideſt, vt damnũ datũ reſtituat ita vti teſtatur, aut lege cõmuni, aut municipali oportet. ſiquidẽ cõtra ius datũ damnũ ſit. Cęterũ ſi ex promiſſione defuncti cũ hærede agitur, ꝙ contra eã factũ ab ipſo ſit intelligi, aut conſiderari tanq̃ extraneus non pōt, quatenus promiſſioni defuncti obſeruandę extraneus non adſtringitur. Quocirca, & ſi maxime ex toto ſtipulatoris intereſt, vbi q d ab hęrede vno factũ ꝯtra ſtipulationẽ indiuiduã eſt, attamẽ quia diuiduitatẽ pęna hẽt, ad eã pẽdendã quaſi hæres teneri ſupra portionẽ eius hæreditariam non poteſt.

174 Quod dr̃, ꝑ indiuiduã ſtipulationẽ in ꝓmiſſore haberi, vt pęna ſolida cõmittatur, quę diuidua in hęredibus

eius

Digitized by Google

eius eſt, limitandum Soci. ex Bar. ait poſt Iaco. de aren. in l. ſeq. §. ſi infra eodem. ideſt, vt in pluribus locum promiſſoribus non habeat. in quibus ex facto vnius alter non tenetur, quotiens diuidua ſtipulatio eſt, niſi ſi expreſſum, aut actum aliud ſit, vt inſolidum quiſq; teneatur, id quia vbi à pluribus quod diuiduum eſt, promittitur, id actum in dubio intelligitur, vt in viriles obligationis diuiſio fiat. l. reos. §. cum in tabulis infra eodem. ſic par cauſa promiſſorum plurium atq; hæredum promiſſoris vnius in ſtipulatione, aut obligatione diuidua eſt, idq; ex tex. etiam oſtenditur, in l. ſi duo §. quod ſi lancem verſi. ac ſi ipſi promiſiſſent. ff. depoſi. vbi comparatio, aut ſimilitudo hæc fit, inter plures hęredes, & promiſſores. Ibiq; Caſtren. hoc obſeruat nu. 1. & Iaſ. hic num. 19. in fi. poſt glo. in l. 1. §. ſi apud duos. ff. depoſi. idem ex Bar. hic percipitur nu. 6.

173 Contra limitationem hanc Alcia. hic argumentatur, nu. 82. verſi. nec obſtat argumentum, & num. 112. 115. inſolidum enim promiſſorem quemq; obligari putat. idq; ob rationem diuerſam, quæ inter hæredes verſari atq; promiſſores videtur. Quæ diuerſitas biſariam demonſtratur. Principio, quod perfidia grauior in promiſſoribus quam in hæredibus vertitur, per tex. noſtrum in fi. vnde ſi ab vno ex pluribus promiſſore peccatur, inſolidum eum teneri conuenit. quamuis hęres vnus non pluſquam ex portione ſua obligetur, ſecundo diuerſitas rationis deducitur, quod fidem plurium promiſſorum inſolidum ſecutus ſtipulator creditor, quatenus indiuidua cuſtodia in depoſito, & commodato videtur. l. ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculum. ff. commoda. Bar. hic in ſexta oppoſi. Quæ ratio in hæredibus pluribus ſilet. quorum fidem ſecutus dici creditor, aut ſtipulator, non poteſt, vtpote quos cognitos non haberet.

Sed enim mouere argumēta hæc Alcia. non videntur, & primum quidem facile diluitur. Quoniam, & ſi maxime perfidię grauioris reus promiſſor, quam hæres eius ſit, grauior tamen obligatio eius fieri non debet, quam promiſſionis natura, & animus eius ferant l. non omnis in prin. ff. ſi cer. pet. l. ſi quis ita. ff. de teſta. tutela. c. ſi. ſacerdos. ibiq; Abb. de offi. ordinar. cū alijs apud Calderi. relatis in conſ. 1. col. 2. in fi de accuſa. vnde cum rei diuiduæ promiſſio in viriles facta à promiſſoribus pluribus cenſeatur, vltra intentionem eorum induci, aut grauior fieri obligatio non debet.

174 Hique argumentum ſecundum non obſtat, inſolidū promiſſorum cuiuſq; fidem creditorem ſecutum. quoniam argumentum reijcitur. Namq; cum diuidua ob
175 ligatio ſit, quæ ad reſtitutionē rei pertinet, idem † in dubio voluiſſe ſtipulator, aut creditor præſumitur; quod iure cautum eſt. l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. l. gallus. §. 1. ff. de lib. & po. l. ſi duo. ff. de acq. hæred. l. conficiuntur, in prin. ff. de iure codicil. l. fi. ibique Caſtren. C. de verb. ſigni. c. ex literis de cōſtitu. c. ſedes de reſcrip. c. venientes de iureiur. Bar. & alij in l. hæredes mei. §. cum ita nu. 4. ff. ad trebel. Alex. in l. poſt dotem in fi. ff. ſolu. matri.

Non obſtat indiuiduam cuſtodiam rei depoſitæ, & commodatæ eſſe. Quoniam indiuidua ob id obligatio non fit, rem reſtitui.

Defenſio ex his præſtita limitationis huius videtur, quæ apud Soci. adnotata remiſſiue, aut relatiue eſt.
176 Limitatio altera ſubiungi vltra Soci. poteſt, ne † locum concluſio, aut tex. noſter in promiſſore vno habeat, qui ab hærede vnō tantummodo ſtipulatoris ex portione eius hæreditaria amplius peteret. Diuidua enim ſtipulatio iudicanda, & in promiſſore ipſo videtur, ne vltra portionem hæredis ſtipulatoris pœnam debeat per tex. d. l. 2. § fi. ſupra eodem vbi cum in ſtipulatione indiuidua hæres vnus ſtipulatoris læditur, quamuis cohæredibus alijs propter indiuiduitatem actio competat, exceptione tamen ſubmouetur, quod eorum non intereſt, contra hæredem vnum partitum ſtipulationi non eſſe, vnde ſi ſtipulatio diuidua vertitur, nec iure mero actio danda alijs erit. & obſeruandum locum textui illi eſſe, etiam cum promiſſor ipſe fidem ſuam fallit ab hærede vno ſtipulatoris amplius petendo cum generaliter loquatur, atq; in promiſſore ipſo Caſtren. & Iaſ. ibi intelligitur, itaq; ſi promiſſori ipſi in ſtipulatione indiuidua lex proſpicit, longe magis proſpiciendum in ſtipulatione diuidua erit.

Secundo ratione limitatio hæc confirmatur, namq; diuididuitate ſtipulationis admiſſa, ſi cohæredes alij à quibus petitum quicquam non eſt, actionē ad pœnam intendere contra promiſſorem parant, actio vlla non ſupereſt, qua vti poſſint. Experiēdi enim ius niſi ex portionibus hæreditarijs non habent cum extranei quantum ad alios habeantur, ſed enim ex portionibus agere hæreditarijs nequeunt, cum petitū quicquam ab eis, & ex portionibus eorum non ſit. pro portione cohæredis, à quo promiſſor petit, æque agere non poſſunt, cum extranei in illa habeātur. quæ ratio tacet, cum à ſtipulatore ipſo ex parte promiſſor petit, ius quippe ſtipulationis totum penes ſtipulatorem reſidet. vnde dici non poteſt, pro extraneo eum quantum ad partes non petitas haberi.

Limitatio hæc ſecunda ſubiecta ex interrogatione domini Guliel. à puſterla eſt ex mediolano ciuis, atq; auditoris noſtri pari ingenij atq; memoriæ fœlicitate præditi. Quæſitum enim ab eo eſt, quod ſi promiſſor ipſe ratum non habeat, ab hærede vno ſtipulatoris amplius petendo. Quæ res ad tex. noſtrum enucleandum limitandumve ſane quam appoſite ſpectat. ob id de re hac mentionem faciendam limitando cenſui.

177 Primam Bar. † oppoſi. ob id neglectam à Soci. arbitror, quod faciliorē eam credidit, quā vt expoſitionis indigens vllius videretur, & quia textui noſtro tex. Bar. opponit in l. 2. §. ex his ſupra eodem. vberius tex. illum enarandum atq; inducendum vna ſimul cum §. preceden. duxi. id quia illationem ex §. preceden. tex. ipſe deducit in d. §. ex his in §. enim antecedenti dictū eſt, ſtipulationum, quæ ex dando, faciendove conſiſtunt, diuiduas quaſdam eſſe ſeu partium præſtationē recipere. Qualis ſtipulatio eſt, decem dari. Aliquas indiuiduas omnino eſſe, contractu, obligatione, & ſolutione. Cuiuſmodi ſtipulatio ſeruitutis realis eſt, quæ diuiſionem natura non admittit. veluti cum viam quiſpiam, aut actum ſtipulatur, non enim via, aut actus haberi ex parte poteſt. Quocirca momenti vllius contractus obligatiovè non eſſet, ſi niſi in partē iter, viam, aut actum quiſpiam conſtitueret. Quod ſi contractus obligatiovè diuiſionem in ſeruitute reali non admittit, longe minus diuiduitatem admiſſura præſtatio erit, cum diuidua plura contractu, obligatione vè ſint, in quibus indiuidua ſolutio eſt, ſtipulationes alias diuiduas contractu, & obligatione per naturam, tex. ait. Quæ diuiſionem in ſolutione neſciunt. ſic diuiduus contractus, diuidua obligatio in ſtipulationibus quibuſdam eſt, quæ diuiſionem tamen à ſolutione nō capiunt. Quare ſatisfactum, aut ſolutum in eis non aliter dicitur, niſi ſi datum, aut ſolutum totum ſit. Atq; ideo ex ſolutione partis liberatio ſoluenti non contingit. in ſtipulationibus iſtis contractu, & obligatione diuiduis, ſolutione vero indiuiduis ſtipulatio hominis aut ſerui, lancis, vaſisvè in genere habetur, cū ſeruum puta, lancem, aut vas in genere quiſpiam ſtipulatur, quod enim ad naturam attinet, nihil prohibet, quominus partē vnius hominis ſtichi puta pro indiuiſo quis ſoluat. idem in lance, & vaſe. Ceterū quia in ſpecie promiſſio facta ſtichi non eſt, & incertū eſt, vtrū in eodem ſticho ex partibus reliquis à cohæredibus alijs ſolutio fiat, libera-

liberationem ex parte data ſoluens non conſequitur, cum diuiſionem ſolutio in homine non recipiat, qui promiſſus in genere ſit. Quod idem dicendum, & in re alia eſt, in genere promiſſa, lance puta, aut vaſe. Rei cuius illa ratio eſt, ꝙ in rebus diuerſis variari ſolutio poſſet, ſi partem in homine alio ſoluere debitor alius velit, ius idem ſeruandum tex. ait, cum in ſpecie homo quidem diſiunctim tamen promittitur, ſtichus veluti, aut Pamphilus. namq; ſi partem ſtichi, aut Pamphili debitor, aut hæres vnus ſoluit, liberatio ex parte illa ſoluta non ſequitur, id quia cum vnus magis quã alius in obligatione nõ ſit, fieriq; propterea poſſit, vt in alio partem ſuam ſoluere cohæres malit, in rebus diuerſis ſolutio contingeret. quo caſu indiuiduam ſolutione ſtipulationem eſſe proculdubio eſt, vt ex d. §. & harum probatur. & in l. in executione. §. pro parte infra eo.

Dixerit hic aliquis, ſi diuiſionem præſtatio, aut ſolutio hominis, lancis, vaſis, aut rei alterius in genere, vel alternatiue promiſſæ non contingit, quid ſtatuendum de parte hac ita ſoluta erit. Reſpondet paulus, partis ita ſolutæ repetitionẽ ſoluenti dari perinde quaſi ſoluta indebite ſit, cũ in obligatione pars illa nõ eſſet inde citari tex. ille ſolet, cũ in gñre homo ꝓmittitur, hoĩem vllũ certũ, aut in ſpecie, in obligatione nõ eſſe, ſed his in obligatione dicitur, qui per ſolutionẽ integrã determinatur. is. n. qui ſolutus erit, in obligatione sẽper fuiſſe fingitur, in præſentia igitur ad vnum quidem hominem dandum promiſſor, aut hæredes eius tenentur. Cæterum quis ille in ſpecie ſit, à ſolutione futura pendet. vt Bar. explicat in d. §. & harum in fi. ibiq; Galiau. num. 45. Quod autem ex tex. illo probetur, homine in genere promiſſo, hominem vllum certum in obligatione non eſſe, euidenter, apparet, quoniam ſi in obligatione homo certus, ſtichus puta in ſpecie, diceretur, vtiq; ſolutione eius ex parte facta, repetitionem ſoluens quaſi rei indebitæ non haberet. itaq;, quia inutilis ſolutio partis in re generaliter, aut alternatiue promiſſa habetur, neq; liberationem ſoluenti parit, ius partibus repetendæ ſoluens haber perinde quaſi ſoluta pars indebite ſit, vel ſi repetendam partem non cẽſeat, expectandum ſoluenti erit, dum homo alius ſolutus totus, vel ſolutio partis reſiduę facta in eo homine ſit, in quo ſolutio iam facta ex parte eſt.

Ex traditione hac illatio à paulo in d. §. ex his igitur ſubiecta eſt. Ab his ſtipulationibus indiuiduis ſiue contractu, obligatione, & ſolutione, ſiue obligatione, & ſolutione, ſiue ſolutione tantummodo, non aliter hæredes promiſſoris in partem ſoluentes liberari, niſi ſi eandem rem omnes dederint, ne in rebus diuerſis variatio ſolutionũ contingat, & ne obligationis conditio, aut natura ex perſona hæredum immutetur. Quę mutatio ſine dubio conſequitur, ſi ex parte ſua ſoluentem liberari dicimus. ſiquidem in homine alio partes ſuas ſoluere alij velint. Mutatio enim in hæredibus incidit, à quibus ſolutio fieri ex rebus diuerſis poſſet, ꝙ permiſſum defuncto non erat. l. 2. §. 1 ff. ſi cer. pet.

Inde etiam palus infert, vt ſiquidem indiuidua ſtipulatio non modo ſolutione, ſed contractu etiam, & obligatione ſit, de quo genere ſtipulatio ſeruitutis realis æſtimatur, hæredes tum ſingulos promiſſoris inſolidũ obligari. ita tria principaliter in d. §. & harum, & in d. §. ex his. Paulus iuriſconſultus præſtat. Primum ad ſtipulationes omnino diuiduas ſpectat, nonniſi ex portionibus ſuis hæredes quoſq; conueniri, & ex portionibus ſoluentes liberari. Reliqua duo ad ſtipulationes indiuiduas pertinent. & quidem ad ſtipulationes indiuiduas ſolutione tantummodo ſecundum reſpicit, qualis ſtipulatio eſt, rei in genere, aut alternatiue promiſſæ, quamuis niſi ex portionibus ſuis hæreditarijs conueniri hæredes quiq; non poſſint, ex partibus tamen ſoluentes liberationem nõn conſequi, atq; ideo vel repetendi ius eſſe, vel in pẽdenti liberationẽ manere. Tertium ad ſtipulationes indiuiduas contractu, obligatione, & ſolutione, vel obligatione, & ſolutione ſpectat, inſolidũ in eis hæredes ſingulos teneri. Pluribus in textibus prædictis inducendis atq; explicandis agendum duxi, ꝙ profuturam ad ſequẽtiam declarationem non vulgariter cenſui.

Contrarius igitur, tex. in d. §. ex his in verſi. & ideo textui noſtro videtur, vterq; enim tex. in ſtipulationibus indiuiduis tam contractu, quam obligatione, & ſolutione loquitur, cum de ſeruitute itineris cato etiã diſerat. Atqui inſolidum hæredes ſingulos teneri paulus ait in d. § ex his, qui ipſe niſi ex portionibus hæreditarijs hæredes ipſos ſingulos obligari ex catone hic probat. Argumentum hoc Bar. diluit, in caſibus diuerſis rationemq; diuerſam habentibus tex. hos loqui. tex enim in d. §. ex his in ſtipulatione facti principalis indiuiduiq; loquitur, in qua verum eſt, inſolidum hæredem quemq; teneri, ſi ob factum ipſum principale cũ hæredibus agitur, quod idem ex tex. noſtro probatur, cum aduerſus hæredes omnes commiſſionem pœnæ fieri ait. non enim contra omnes pœna committeretur, ſi inſolidum quiſq; adſtrictus non ſit, vt in ſtipulatione diuidua tex. docet. ſic in facto ipſo indiuiduo tex. loquitur, in d. §. ex his tex. planè noſter, cum niſi ex portione hæreditaria hæredes non teneri ait, in ſtipulatione diuidua loquitur, ideſt, in pœna diuidua de pecunia certa promiſſa à diuerſis igitur, oppoſitio deducitur, ideſt à ſtipulatione indiuidua ad diuiduam. non extra rem ſubiecta à Bar. fuerat, indiuiduitate in ſtipulatione etiam pęnali interueniente, locũ textui noſtro non eſſe, verum inſolidum tunc hæredes etiã quoſq; teneri, ſimiliter vt ĩ d §. ex his vt hic apud Bar. & alios in 1. q. de quo dictum ſuperius nec ſemel habemus. iſta eſt Bar. ſententia in prima hac oppoſi.

Impugnari Bar. ſolutio poteſt, in ea enim ſtipulationem pœnalem acceſſoriam à ſtipulatione principali ſeparat, vt principalis quidem inſolidum hæredes adſtringat. Cauſam aliam ſtipulationis pœnalis eſſe. ſed enim ſolutioni huic ius illud vulgatiſſimũ obſiſtit, ius idem acceſſorij atq; principalis eſſe. l. 3. §. ſed ſi quid. ibiq; Bal. ff. de reg. ge. l. inter. Socerũ. §. cum inter. ff. de pactis dotal. reg. cum principalis infra de reg. iur. & in
178 ſpecie † ſtipulationis acceſſoriæ iure eodem, atq; ſtipulationem principalem eam cenſeri, ex Bar. demonſtratur, in l. ſi eum. § qui iniuriarum in 1. oppoſi. ff. ſi quis cautio. in l. ſi is qui ducenta. §. vtrum nu. 3. per illum tex. ff. de rebus dub. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis dolum infra eo. & in l. fi. q 2. verſi. tertio dico. infra titu. 2. Alex in l. 5. § fi. infra eo. Ruin. in conſi. 82. ante fi. lib. 2.

Ad arg. hoc Iaſ. hic cum Ripa reſpondent Iaſ. nu. 17. in fi. Ripa nu. 19. ex diuerſitate rerum rationem diuerſam ſequi. l. cum in fundo. §. ſi fundus. ff. de iur. dot. Bar. in l. 1. §. hæc actio col. 2. verſi. ſecundo caſu principali infra ſi quis teſta. liber. eſſe ius. fuer. idem Hotman. hic ait nu. 150.

Si reſponſionem hanc admittimus, nunquam ius idem acceſſorij atque principalis erit. cum ex rebus diuerſis conſiſtant. vnde dici ſemper poterit, ex diuerſitate rerum rationem diuerſam induci. Neque ad rem Bar. attinet in d. § hæc actio. quoniam id ſcriptum apud eum non legitur, quod Iaſ. Ripa, & Hotman. aſſerunt, vt ex diuerſitate rerum ratio diuerſa. exiſtat. verum ſub conditione Bar. loquitur, cum circa rem diuerſam ſubſtitutio, aut ſubrogatio fit, ius idem ſubrogari atq; eius non eſſe in locum cuius ſubrogatio fit, ſi rerum diuerſitas rationem diuerſam inducat. Iaſ. planè Ripa, & Hotman. ſimpliciter ſcribunt, ex rerum diuerſitate rationem quoq; diuerſam deſcendere.

Quo-

Quocirca ratione alia meliore dilui argumentum pote.... ius idem acceſſorij atq; principalis non eſſe ratio... diuerſa interueniente. l. qui fundum. §. 1. ſupra pro emptore. vbi pars fundo adiecta vſucapionem nouam expoſtulat. neq; eadem atq; fundus principalis vſucapione acquiritur, id quia ratio diuerſa in parte acceſſoria atq; in fundo principali vertitur, cum ſine poſſeſſione vſucapio non procedat, & in parte adiectæ poſſeſſio non interuenit, ex qua in fundo ipſo principali vſucapio interceſſit. Quē tex. ad hoc Corn. vocat in conſi. 240. lib. 3. no. poſteriores in d. l. cum principalis, & in ſpecie ſtipulationis pœnalis Iaſ. in l. ſtipulatio iſta. §. alteri in quarto nota. infra eo. ſed enim ratio multo alia ſtipulationis pœnalis, atq; principalis eſt. Principalis enim idcirco hæredes omnes inſolidū adſtringit, quod factum indiuiduum habet, atq; ideo indiuidua eſt. Pœnalis vero, & acceſſoria diuiſionem recipit. Quam ob rem ſi ratio eadem, & in ſtipulatione pœnali acceſſoriave interueniat, quia indiuidua pœna ſit, ius quoq; idem, & ſtipulationis pęnalis erit, vt inſolidum in ea hæredes ſinguli obligentur, ſic quomodo demonſtratum non ſemel habemus. Declarationem hāc, vt diuerſum acceſſorij atq; principalis ius ob rationem diuerſam fiat, non obſcure Bar. in ſolutione ſua ſentit. inepta quippe aliter Bar. reſponſio ſolutiove eſſet. vtpote qui niſi ex diuerſitate caſuum citra vllam diuerſitatis rationem ita ſoluendo, aut reſpondendo argumentaretur. cum aliud eſſe putat, vbi ad factum indiuiduum, quam vbi ad pœnam agitur.

Ex tex. etiam declaratio, & reſponſio hæc iuuatur, in l. & ſi is ibiq; gl. & Albert. in tertia lectu. C. de præd. minor. vbi cum rem, aut prædium minoris viciose curator diſtrait, iuris ſolennibus prætermiſſis, ſi propria ipſius curatoris bona contractus obſeruandi cauſa, hypothecæ ſupponit. vtilis hypotheca acceſſoria manet, quamuis inutilis contractus principalis fiat, id quia ratio eadem hypothecæ acceſſoriæ atq; alienationis principalis irritandæ non eſt, alienatio enim ꝓ non facta minoris fauore habetur. Quæ ratio in hypotheca bonorum curatoris ſilet, in quibus fauor minoris non vertitur, neq; minoris intereſt, hypothecam ipſam vtilem, ratamq; haberi, cum deterius minoris ius ob id non fiat. de qua re Alex. tradit in l. ſi. §. ſi. ff. de condi. indebi. in notulis Bar. & idem Alex. in conſ. 59. nu. 14. & ſeq. lib. 1. quod repetitum legitur, in conſi. 39. lib. 4. tradit idem Alex. in conſi. 66. in fi. eodem lib. 4. ſententiæ huic tex. etiam ſeruit in l. in cauſę 1. in prin. Ibiq; glo. 1. ff. de minor. vbi obligatione ciuili in perſona minoris per reſtitutionem in integrū ſublata, vel his fideiuſſoris obligatio manet id quia ad irritum obligatio principalis omnino non deducitur, cum naturalis maneat, cui accedere fideiuſſor poteſt, neq; par ratio obligationis fideiuſſoriæ. atq; principalis perimēdæ vertitur, idem ex tex. probatur in l. 1. §. 1. ff. quibus mod. ping. vel hypo. ſol. & in l. ſi fideiuſſor. in prin. ibiq; glo. in ver. non poterit. ff. de lega. 1. vbi principali aut expreſſo viciato, incolume tacitum manet, quotiens ratio eadem taciti viciandi, atq; expreſſi non eſt. Eodem tex. pertinet in l. ſi. in ſi. ff. de hęredi. inſti. vbi cū ob cauſam falſam inſtitutio perit, integra legata manent, in quibus ratio falſitatis cauſæ non monet. Alienus ab his tex. non eſt, in l. ſtipulationes non diuiduntur in prin. iuncto verſi. celſus infra eo. vbi ius diuerſū intereſſe atq; facti principalis eſt, quamuis loco facti intereſſe ſuccedat. id quia ratio alia intereſſe atq; facti principalis eſt.

Sed quo fructuoſior Bar. oppoſitio fiat, quam neglectui Soci. habuit. opponendum contra eam cenſui, Præſupponitur, enim à Bar. Iaſ. & alijs in ſolutione prædicta, ius idem ſtipulationis pœnalis, & acceſſoriæ atq; principalis eſſe, ſi ratio eadem in ſtipulatione pœnali atq; principali interueniat, quia indiuidua etiam ſtipulatio pœnalis ſit, pœnamq; indiuiduam conti-
179 neat. Enimuero ius † diuerſum acceſſorij atq; principalis eſſe, quotiens pœna in acceſſorio verſatur, etiā ſi rationis diuerſitas ſileat, ex Roma. probatur, ſing. 491. lego titio fundum. per tex. in l. ſi pœnum, & in l. cum ſine. ff. quan. dies lega. ced. vbi cum fundum titio ita teſtator legat, vt eo non præſtito, mille legatario hæres pendat, ſi ante legatarius moritur, quam traditus fundus ſit, ad hæredes legatarij legati tranſmiſſio quantum ad pœnam non fit, ſic locus tranſmiſſioni in pœna acceſſoria non eſt, quamuis reſpectu fundi tranſmiſſio fiat. Apparet igitur ex tex. his, iure diuerſo legatum acceſſiorum atq; principale pęnæ odio iudicari quamuis diuerſitas alia rationis verſari non intelligatur. Rationis enim diuerſitate admiſſa, nihil erat, ꝙ inter ſingularia id Roma. conferret. ſiquidem pœna etiā remota, iure vti eodem ſolemus, vt ratione diuerſa interueniente, ius quoq; diuerſum acceſſorij atq; principalis ſit, conſequens dicto huic Roma. fit, vt eo admiſſo, limitationem duplicem regula admittat, ius idem acceſſorij, atq; principalis eſſe. Prior limitatio, ne locum habeat, vbicunq; ratio diuerſa acceſſorij atq; principalis eſt, vti demonſtratum ante habemus. Secūda limitatio ex Roma. ipſo decerpitur, ne locus iuri huic in acceſſorio ſit, in quo pœna vertitur.

Contrarius limitationi huic Roma. in locis ante relatis Bar. eſt in quibus ſcriptum apud eum legitur, ius idem ſtipulationis ſeu obligationis pœnalis, atq; principalis eſſe, atq; ideo ſecundum naturam obligationis principalis pœnalem quoq; iudicari. Neq; ad rem tex. attinent ex diuerſo à Roma. citati. Quoniam diuerſa in eis ratio circa pœnam acceſſoriam, atque in legato principali vertitur, pœnale enim acceſſoriumque legatum ob id ad hæredes legatarij non tranſit, quod conditionem habet, ſi interpellatus hæres legatum principale non ſoluerit. Illa enim verba, ſi fundum non dederis, conditionem habent, ideſt, ſi moram præſtationi fundi feceris, vt in d. l. ſi pœnum probatur, & in l. ſi duo. §. hæc autē. Ibique Bar. & in l. cum qui. §. Iulianus ff. de conſti. pecu. in l. fideiuſſor. obligari. §. fi. l. ita ſtipulatus la grand. ibique Bar. circa fi. infra eodem. Bar. & Alex. in l. 1. §. item ſi ita. ff. ad legem falci. Soci. in conſi. 99. num. 14. lib 4. Dec. in l. ſi. in prin. num. 5. verſi. ſed tamen aduertendum. ff. ſi cer. pet. & in conſi. 2. colum. 2. in conſi. 439. colum. 1. in fi. & in conſi. 516. num. 21. vnde ſi conditione legati pœnalis pendente mortem legatarius obit, mirum fieri non debet, ſi hæredes eius
180 legatum non ſequitur, iure enim certiſſimo † vtimur, ad hæredes legatum conditionale non trāſferri. l. ſi cui. §. hoc autem. l. ſi poſt, mortem. §. 1. ff. de lega. 2. l. ſi pecunia legata. §. 1. l. miles ad ſororē. §. fi. ff. de lega. 2. l. fideicommiſſa. §. ſic fideicommiſſum. ff. de lega. 3. l. in teſtamento a. l. intercidit. l. cum ita datur, & l. à teſtatore. ff. de condi. & demon. l. poſt diem, & l. ſi cum hæres. ff. quan. dies lega. ced. l. vni. §. & cum triplici, & §. ſin autem aliquid ſub conditione. C. de cadu. tolen. glo. in l. filio pater. ff. de lega. 2. Bar. in l. cui fundus colum. 2. ff. de condi. & demon. & ratione hac conditionis, ne ob eam tranſmiſſio fiat, expreſſim leges nituntur à Roma. nominatæ. ideſt in d. l. ſi pœnam, & in d. l. cum ſine. Quod igitur, tranſmiſſio legati acceſſorij ad hæredes legatarij in dictis. ll. non fiat, à pœna non exiſtit, quod pœnam acceſſorium legatum habeat, ſic quomodo blanditus ſibi Roma. eſt, cum ius idem ſeruandum in legato alio quo vis conditionali atq; fauorabili ſit, quod tranſmitti ad hæredes non ſolet. vnde ratione alia tranſmiſſio in dictis legibus impeditur, ideſt, quia conditionale legatum eſt, quod pœnam habet. Atque ideo ratio diuerſa

in le-

In legato acceſſorio, atque principali verſatur, ſic iura illa cum ſolutione oppoſitionis Bar. faciunt ius idẽ acceſſorij atq; principalis non eſſe, ratione diuerſa interueniente.

Conſequenter his dicendum, vt ſi conditione legati pœnalis impleta in ſpecie d.l. ſi pœnum, & d.l. cum ſine vita functus legatarius ſit, locum tranſmiſſioni, & in legato pœnali eſſe, veluti ſi interpellatus iam hæres ad fundum pręſtandum in d.l. ſi pœnum. vel ſi dies calendarum ante ceſſit in d. l. cum ſine, quam mortuus legatarius ſit, ibiq; iura illa non obſcure innuunt.

181 In ſecunda † oppoſi. Bar. monendi ſumus, oppoſi. ipſam contra tex. noſtrum non fieri. Immo enim cum tex. noſtro oppoſitio conſentit. oppoſitio enim habet obligationem facti indiuidui portiones hæreditarias ſcindi. Quod idem expreſſum in tex. noſtro eſt, vnde ad ſolutionem oppoſitionis primæ oppoſitio hæc ſecunda ſpectat. Dictum enim in ſolutione primæ oppoſitionis eſt, referre, vtrum ob factum ipſum indiuiduum, an ad pœnam ex ſtipulatione agatur, ſiquidem ad factum indiuiduum agitur, inſolidum hæredes ſingulos teneri. Sin autem ad pœnam, quia diuidua eſt, non pluſquam ex portionibus hæreditarijs hæredes teneri. Sed enim, & in facto ipſo indiuiduo nonniſi portionum hæreditariarũ tenus hęredes obligari in ſecunda hac oppoſitione Bar. argumentatur.

Cæterum quia genera tria indiuiduorum in oppoſi. hac Bar. diſtinguit. Quædam enim ratione ſeu reſpectu triplici indiuidua ait, contractu, obligatione, & ſolutione. Quædam reſpectu duplici obligatione, & ſolutione. aliqua ratione ſimplici, ideſt, ſolutione tantummodo. operæ prætium futurum duxi, ſi effectum, aut vtilitatem diſtinctionis huius perſcrutemur. Quid differat, triplici, duplici, an ratione ſeu reſpectu ſimplici indiuiduitas contingat. Quandoquidem etiam ſi in ſolutione dumtaxat indiuiduitas verſatur, effectus tamen conſequi idem videtur, atque ſi ratione triplici aut duplici indiuidua res ſit, cum niſi rei totius ſolutione facta liberatio non inducatur. Argumentum hoc, quod inutilis, aut verbalis diſtinctio hæc videatur, excitatum hic apud Iaſ. legitur, num. 18. ver. & ſi tu proneſtè diceres. Qui cum diluere argumentum parat, illud auget inconueniens ampliando. Namque poſtquam, Bar. concluſionem retulit, obligationem rem reſtitui diuiduam eſſe, ſed ſolutionem, aut reſtitutionem ipſam indiuiduam, quia reſtitui res in partem non poteſt, contra concluſionem ipſam argumento illo Iaſ. vtitur, quod verbalis differentia hæc videtur, quæ circa diuiduitatem, aut indiuiduitatem obligationis, & ſolutionis obſeruatur. Deinde argumẽtum ipſum diſſoluendo, ſcribit, differentiam hanc, & in obligatione generis, & alternatiua verſari, in qua, & ſi diuidua obligatio ipſa ſit, ſolutio tamen indiuidua eſt. l. 2. §. 1. & §. ſeq. ſupra eo. ſic inconuenientia Iaſ. multiplicat, tantum abeſt, vt argumentum ipſum differentiæ verbalis refellat. Etenim ſi verbalis differentia hæc in obligatione rem reſtitui videtur, an non verbalis æque, & in obligatione generalis alternatiuavè erit. ita Iaſ. hic verbo vno atq; altero Butigel. ſugilat nu. 79. circa med. qui
182 in leuibus † copioſum, & verboſum, in difficilibus paucis contentum Iaſonem aſſerit.

Sed enim per magni referre, diuidua, an indiuidua obligatio ſit, quamuis indiuidua ſolutio habeatur, propter libellum, & ſententiam oſtenditur. Aliter quippe libellus concipiendus, aliter ſententiam ferri in obligatione diuidua, quam indiuidua oportet. Etenim ſi diuidua obligatio eſt, nonniſi ex portionibus ſuis hæreditarijs conueniri condemnariq; hęredes ſinguli poterunt. Quod ſi inſolidum cum hæredibus ſingulis agitur, plus petitum ab actore apparet, atq; ideo pœnã luet, quæ irrogata plus petentibus eſt. Effectum hunc Caſtren. hic obſeruat num. 4. circa med. verſi. & hoc eſt, vtile Quem Crotus ſequitur num. 10. in ſecunda lectura. Alex. in d.l. ſtipulationes non diuiduntur, num. 12. in fi. ibiq; Iaſ. num. 18. in octaua oppoſi. Bar. Circa ſententiam item refert, diuidua nec ne obligatio ſit, quoniam diuiduitate eius admiſſa, ſi inſolidum contra hæredes ſingulos condemnatio fit, vicioſa nullavè ſententia videtur, vtpote inſolidum pro actore lata, cui niſi in partem actio non erat, cum ſine actione experiri quiſpiam nequeat. l. ſi pupulli § videamus. ff. de neg. ge. l. ſi quid poſſeſſor. §. ſicut. ff. de peti. hæredi. l. tutor qui repertorium. §. pen. ff. de admini. tutor. glo. & Doc. in l. vbi pactum C. de tranſactio. & nullam ſententiam fieri, quæ lata pro eo ſit, cui actio non competit, Bar. tradit in l. 2 per illum tex. ff. de dote prælega. Roma. in conſi. 224. num. 5. Matheſila. nota. Alex. in cõſi. 166. lib. 6. Areti. in conſi. 85. conſiderata num. 6. verſi. amplius etiam dico. Iaſ. in l. ſi titius in tertia fallentia infra eodem. Deci. in l. poſthumo. C. de colla. Ruin. in conſi. 70. colum pen. lib. 5. & quamuis conuenire inter Doc. nõ videatur, vtrum iure ipſo, an exceptionis ope nulla id genus ſententia fiat, Attamen ſatis erit, parte ſaltem opponente irritam ſententiam fieri, quæ lata pro eo eſt, cui actio non competit. dubitari tamen poteſt, vtrum nulla in totum, an in partem ſolummodo ſententia eiuſmodi æſtimetur. Sed enim locus hic diſſerendi non eſt.

Apparet ex his, effectum, qui libello tribuitur, ad pœnam eius ſpectare, qui plus petit. effectum vero, qui in ſententia verſatur, ad vicium, aut iniuſticiam eius referri. Effectum ſecundem, indiuidua nec ne obligatio ſit, Butigel. hic obſeruat dicto num. 79. quod ſi indiuidua obligatio eſt, nomine non ſuo tantummodo, ſed & alieno hæres quiſq; tenetur, ꝙ durius eſt, arg. l. 60 magis. ff. de ſolutio.

Sed obſeruandum in effectu hoc, ſiquidem ex contrauentione ſua inſolidum quis tenetur, ſuo, non alieno eum, aut cohæredum nomine teneri, ideſt, propter factum ſuum, inſolidum contrauenientem, non alieno nomine, aut facto obligari, Sin autẽ ex facto vnius indiuiduo inſolidum alij tenentur, alieno dumtaxat, non ſuo cohæredes innocui tenentur. quod ad veritatem attinet, & quamuis nomine ſuo ex ficta teneri cõtrauentione videantur, attamen impedimento ficta hæc contrauentio non eſt, quominus ab hærede culpęreo damni reſtitutionem conſequantur.

Effectum tertium, diuidua nec ne obligatio ſit, quamuis indiuiduitatem ſolutio neſciat Butigel. ſubiũgit. Quoniam ſi diuidua obligatio eſt, & ſolidum ſoluitur, pro parte cohæredis vtiliter neceſſarioque negocium eius geritur, ſiquidem id ſoluitur, cui ſoluendo adſtrictus ex parte eius erat, & quã propterea ſoluere omnino debebat. Proinde facilius circa recuperationem ſuccurrendum ſoluenti eſt, quam ſi indiuidua obligatio ſit, perinde quaſi ob ſuam non cohæredis obligationem quis ſoluat.

Sed enim non facile minus ſoluenti ſuccurrẽdum cum indiuidua atq; vbi diuidua obligatio eſt. Quoniã vbi ex ficta contrauentione inſolidum quiſpiam tenetur, quod ad veritatem attinet, ex aliena non ſolueñ iis obligatione ſolutio fit.

Effectum quartum, & ſignificantiorem Galian. hic enarrat nu. 29. Quoniã vbi diuidua obligatio eſt, quãtus indiuidua ſolutio ſit, poteſt, vnus ex parte ſua quoad tenutã, aut poſſeſſionẽ ſoluere, aut reſtituere, tenutã aut poſſeſſionem ipſam quã habet, transferendo. quo caſu, & ſi maxime liberatio ei non contingat, quia indiuidua ſolutio eſt, exercitium tamen actionis contra ſoluentem ex partibus aliorum impeditur. vnde agi niſi contra alios non poteſt, d. l. in executione. §. pro parte cum glo. 1.

Sed

Digitized by Google

Sed obſeruandum, effectum hunc ſub effectu Caſtren. includi. Etenim ſi pœnam plus petentis is ſubit, qui inſolidum in obligatione diuidua contra vnum agit, conſequens neceſſario fit, vt ſolutione etiam ex parte non facta, inſolidum tamen agi contra vnum nõ poſſit. Hoc amplius, innuere in effectu hoc Galiau. videtur, vt ſi ſolutio facta ex parte non ſit, inſolidum tum agi cum vno poſſit, quamuis diuidua obligatio ſit, vnde planius explicatum effectum hunc quartum oportet. quoniam vbi diuidua obligatio eſt, quamuis indiuidua ſolutio ſit, non aliter executio in toto contra vnum ſit, niſi ſit facta diſcuſſio contra alios erit. ſic cum alijs ante agendum, diſcuſſioq; contra eos ante facienda, quam totum ſoluere vnus compellatur, vtrum in re eadem ſoluere velint, in qua ſolutio facta ab vno eſt. Quocirca ſi ſuam quiſq; portionem in re petita ſoluit, omnibus liberatio præſtatur, ſin autem ſolutio ab alijs non ſit, inſolidum executionem vnus patitur, vt glo. ſentit in d. §. pro parte in ver. non poteſt. idem glo. ſentit in l. 2. §. 1. in ver. detur, ibibique Bar. nu. 9. Caſtren. in d. l. 2. §. ex his col. 1. Alba hic nu. 65. in fi. & num. ſeq.

Conſequens declarationi huic ſit, in pendenti liberationem eius manere, qui ex parte ſua ſoluit, vſq; dũ peracta excuſſio, ſeu vſq; dum actum aduerſus alios ſit, inde nimia Iaſ. generalitas apparet nu. 18. qui partis admittendam ſolutionem non credit. Immo enim particulari locus ſolutioni eſt, quamdiu actum contra alios ſit.

Sed obiecturus quiſpiam erit, in declaratione hac expreſſum eſt, contra vnum condemnatum executionem totius fieri, quotiens in eadem re ſolutio ab alijs non ſit, cum quibus actum poſtea à ſtipulatore eſt. Sed enim iniquum id videtur, cur enim contra vnum potius quam contra alios executio pro toto ſit. Reſpondetur, locum quæſtioni nonniſi in homine eſſe, aut in genere, aut diſiunctim debito. Quippe ſi debitus homo in ſpecie ſimpliciterve eſt, indiuidua ſolutio non habetur, vt glo. & Doc. docent in d. l. 2. §. 1. in ver. detur ſupra eo. Ea propter cum ex parte ad hominem in genere, aut alternatiue debitum cum hærede vno agitur in culpa is deprahenditur, ſi partem ante in homine vno ſpeciali, aut alternatiue debito ſoluit, quam cohæredum aliorum explorata volũtas ſit, vtrum in homine eodem conſentiant, vnde ſi damni quicquam ex ſolutione totius ſentit, ſuę id aſcribi culpæ conuenit reg. damnum lib. 6. Secundo reſpondetur, à cohæredibus damnum ſarciendum, quatenus vtiliter ſolutum pro eis apparebit. verbi gratia ſi cohæredum intereſt, in alio homine potius ſolutionem factam, quam in quo facta apparet, intereſſe, huius deductione facta, reſtitutio ex reliquo facienda ſoluenti erit.

Effectum quintum Galiau. hic obſeruat dicto nu. 29. Quoniam vbi diuidua obligatio eſt, factum vnius alios non adſtringit, quod contra in obligatione indiuidua eſt, ex Bar. hic in quinta oppoſi. effectus iſte indigens expreſſionis non erat, vtpote qui expreſſus ſatis in tex. noſtro eſt. Rurſus ad effectum hunc effectus is ſpectat, qui animaduerſus à Caſtren. eſt. Nulla quippe petitionis amplioris pœna, ſi ex facto vnius obligari alios dicimus.

Effectum ſextum Galiau. hic adijcit, quod vbi in obligatione æque ac in ſolutione indiuiduitas vertitur, ſi actum contra hæredem vnum ob reſtitutionem rei ſit, iſq; non reſtituit, inſolidum condemnari ad æſtimationem poterit. l. hæredes. §. an ea. ff. famil. hær. Bar. in d. l. 2. §. ex his nu. 8. in fi. verſi. ſed tunc oppo. ſupra eo. cauſa alia obligationis diuiduæ eſt, in qua ſi ad æſtimationem deuenit, nõ amplius quã ex portione ſua hæreditaria cõdẽnari quis poterit. l. ſi duo in fi. ff. depoſi.

Obſeruandum in effectu hoc ſexto, de re indubitata eum commemoratum, a fortiori argumentando. Etenim ſi niſi in partem quiſpiam condemnari in re non poteſt, quotiens diuidua obligatio eſt, quanto magis idem dicendum in æſtimatione erit, in qua, & circa ſolutionem diuiduitas cadit, vt hoc tex. cum de pœna pecuniaria loquitur, & in l. ſtipulationes non diuiduntur verſi. celſus infra eo. vbi diuidua circa intereſſe ſubrogatum ſtipulatio habetur, quæ indiuidua circa factum principale eſt. Quo fit, vt indignus effectus iſte ſextus eſſet, de quo mentionem Galiau. faceret niſi dicas, vacuam rem à dubitatione in facto, aut re indiuidua nõ eſſe, vt inſolidum æſtimationis condemnatio fiat cum diuiſionem æſtimatio habeat, arg. d. l. ſtipulationes nõ diuiduntur, verſi. celſus. Quid autem interſit, indiuidua nec ne ſtipulatio contracta ſit, ſponte ſua liquere quodammodo videtur. Quoniam ſi indiuiduus contractus eſt, in contractum ex parte deduci res non poterit. Effectum alterum percipere ex Iaſ. licet in d. l. ſtipulationes non diuiduntur, nu. 20. verſi. quidam emit, ꝙ vbi pluribus promiſſio de retrouendendo ſit, facultas vni non erit recuperandæ rei, ſi indiuiduam contractu obligationem dicimus.

Effectibus his ita prænarratis, ꝙ ex indiuiduitate, diuiduitateve deſcendunt, conſequens ſecundum Bar.
18 ſit, † genera tria indiuiduorum eſſe. Primum, quod indiuiduum contractu, obligatione, ſolutione eſt. Secundum, quod indiuiduum obligatione, & ſolutione eſt. contractu vero diuiduum. Tertium, quod indiuiduum nonniſi ſolutione eſt. à contractu planè, & obligatione diuiduum. Sed enim diſtinctio facilior tradi indiuiduorum in genera, duo poteſt. vnum, quod indiuiduum per omnia, atq; tempore omni eſt. Ideſt tam initio ipſo, quam poſtea, & æque obligatione, ac ſolutione. In genere hoc ſeruitutes ſunt. Quæ initio ipſo pro parte deduci in contractum non poſſunt. Rurſus ſimul atq; deductæ in contractum ſunt, ſectionem vllam non admittunt neq; ab obligatione, neq; à ſolutione vtilis quippe ſtipulatio, aut contractus non eſt, per quem ſeruitutis conſtitutio non niſi ex parte ſit, cum ex parte vti ea non liceat, ſimili modo poſtquã tota deducta in contractu eſt, diuiſionem non recipit, vt conſtituẽte defuncto, nonniſi ex portionibus hæreditarijs hæredes teneantur, præſtatiovè eius fiat.

Genus ſecundum atq; principale indiuidui eſt, ꝙ indiuiduum poſtea ſit, quam deductum in contractũ eſt. Initio planè ipſo diuiſionem admittit. quia recte ꝓ parte in contractum, aut ſtipulationem deducitur. Cæterum vbi deductum in contractum ſemel eſt, indiuiduum manet. De quo genere ſunt rem tradi, foueam fodi, inſulam fabricari, & alia eiuſmodi initio enim ipſo rite rectevè inter partes conuenit, vt ex parte certa fundi traditio, foueæ extructio, inſulæ ædificatio fiat, l. locus ſupra de acq. poſ. Contractu plane ſuper his ſimpliciter, non ex parte interpoſito, diuiſio in his nõ cadit. Quam rem ſignificantius Caſtren. explicat in d. l. ſtipulationes non diuiduntur, nu. 4.

Rurſus genus hoc ſecundũ indiuidui, ꝙ poſtea accidit quã deducta res in cõtractu eſt, in ſpecies duas ſubdiſtinguit. Prior, quæ neq; ab obligatione, neq; à ſolutione diuiduitatẽ admittit. qualis ſtipulatio rẽ tradi eſt, ſtatim. n. vt fundũ tradi quiſpiã ſtipulat̃, promiſſore ſublato, hæredibus pluribus relictis, inſolidũ quiſq; rei tradendę, ſoluendævè tenet̃. Secunda ſpecies, in qua ſolutio tantũmodo indiuidua eſt, diuiſionẽ obligatione recipiente, qualis obligatio eſt, rem reſtitui. in qua indiuidua non niſi reſtitutio, aut ſolutio ipſa eſt.

In indiuiduo hoc ſolutione tantũmodo, obſeruandum, quamuis de obligatione rem reſtitui Bar. loquatur, taxatiue tamen accipiendum eum non eſſe, vt niſi in obligatione hac indiuidua ſolutio non ſit. Immo enim ad obligationem generis, & alternatiuæ indiuiduita-

duitatem hanc pertinete, demonſtratum ſupra habemus per tex.in d.l.2.§.1.ſupra eo.& d.l.in executione.§.pro parte infra eo. Rei cuius ratio illa eſt, ne abſurdum conſequatur, vt in rebus diuerſis ſolutio fiat, vt Soc.hic notat nu.12.Iaſ.nu.18.

Diſtinctione hac indiuiduorum, & effectibus eorũ ita prænarratis, ad Bar. oppoſi.deſcendendum. quæ, vti dictum habemus, ſolutionem primæ oppoſi. non tex.ipſum ſpectat.ſolutio primæ oppoſi.habet, permagni referre, vtrum ad factum ipſum principale atq; indiuiduum, an ob pœnam agatur. Siquidem propter factum agitur, inſolidum cum hærede quoq; agi. d.§. ex his ſecundo reſpon.ſin autem pœnæ nomine agitur non niſi ex portionibus hæreditarijs hæredes ſingulos teneri, atq; ideo niſi in portiones hereditarias in pęna cum eis agendum, vt hoc tex. Sed enim ius idem in facto indiuiduo atq; in pęna ſeruandum videtur, vt nec in facto indiuiduo vltra portiones hæreditarias hæredes ſinguli obligentur, agiq; cum eis poſſit. idq; ita oſtenditur, obligatio rem tradi, aut reſtitui factum indiuiduum continet. d.l.ſtipulationes non diuiduntur; in ſecundo reſpon. vbi indiuidua ſtipulatio iudicatur, quæ ad factum pertinet, fundum puta tradi, foſſam fodi, inſulam fabricari, operas præſtari, & alia eiuſmodi Quorum diuiſio ſtipulationem corrumpit. Sed enim æque factum indiuiduum verſari in obligatione rem
184 reſtitui, atq; rem tradi videtur, & in obligatione † rẽ reſtitui expreſſius idem probari videtur, in d.l.ſi duo verſi.q̃ ſi lãcem ff.depo. vbi lance ab hæredibus depoſitarij conflato, vel re alia depoſita dolo malo ab eis interuerſa, inſolidum quiſq; tenetur, non minus atq; ſi depoſita res, apud eos ſit, eamq; ſeruandam ipſi ſuſceperint.

Sed enim ſi duobus res commodata, vel depoſita apud duos ſit, ita quod ad rem reſtituendam tenentur ſeu quo caſu obligatio facti huius rem reſtitui vertitur, non amplius quam ex parte depoſitarius, aut cõmodarius quilibet tenetur, facti indiuiduitate non obſtante. l.1.§ ſi apud duos. ibiq; no ff.depo. vbi inſolidũ contra vnumquemq; depoſitarium agitur, quotiens actum eſt, vt inſolidum vnuſquiſq; teneatur, q̃ ſi actũ id non eſt, non niſi ex parte vnuſquiſq; tenetur, vt glo. ibi no in ver.peruenietur. & quod in pluribus depoſitarijs vè dicitur, ad hæredes etiam eorum pertinet, vt ex portionibus hæreditarijs tantummodo ipſi obligẽtur, ſi commodatarius vnus puta, decedit hæredibus pluribus relictis. l.3.§.hæredes.ff.commoda. vbi hæres commodatarij non amplius quam ex portione hæreditaria conuenitur. præterquam ſi facultatem rei totius reſtituendæ habet. Tunc enim inſolidum reſtituere debet, alter quippe contra fidem bonam, atq; ideo contra naturam ipſius contractus facit, qui fidei bonę contractus habetur. Quæ cum ita ſint, falſum videtur, quod dictum in ſolutione primæ oppoſi. eſt, in factis indiuiduis ipſos principales, aut hęredes eorum inſolidum teneri.

Oppoſitionis huius ſoluendæ cauſa genera tria indiuiduorum Bar. diſtinguit. vti explicatum ſupra habemus. Ex qua diſtinctione contraria omnia quieſcere atque ſedari Bar. ait. Quod enim dictum in oppoſi. prima ſoluenda eſt, in factis indiuiduis inſolidum principales plures, aut hæredes eorum obligari, ad ea pertinet, vel quæ indiuidua omnino ſunt contractu obligatione, & ſolutione quales ſeruitutes ſunt, vel quæ indiuidua obligatione, & ſolutione ſunt. Cuiuſmodi obligatio eſt, rem tradi, foſſam fodi, inſulam fabricari, & ſimilia. Quæ diuidua quidem contractu ſunt, quia ſtipulari quis permittitur, vt ex parte res tradatur. l.locus ſupra de acq. poſ. vbi locus certus fundi poſſideri, & vſucapi poteſt, ergo certam fundi ſtipulari quis poterit; quam poſſideat vſuvè capiat. Cauſa alia facti eſt, quod diuiduum obligatione eſt, ſolutione autẽ indiuiduum. De quo genere factum eſt, rem reſtitui. Iſta enim obligatio quia diuidua eſt, ex portionibus hæreditarijs inter hæredes diuiditur. d.l.3.§.hæres.ff. commoda. d.l.1.§.ſi apud duos cum gloſ.in ver. peruenietur.ff.depo. ſed enim quia diuiduitatem ſolutio non recipit, non aliter liberationem hæres vnus conſequitur, quam ſi ſolutio, aut reſtitutio facta ſolidi ſit. d.l.ſi duo in fi.ff. depoſi. genera itaq; indiuiduorum diſtinguendo, contraria omnia ſilent.

Sed enim contrarius declarationi, & traditioni huic tex. videtur, in d.l.ſi duo verſi.quod ſi lancem, & in l.ſi vt certo.§.ſi duobus ff.commoda. vbi in obligatione rem reſtitui circa commodatum, aut depoſitum, inſolidum hæres quiſque tenetur, & conuenitur argumenti huius formidine, quod dictum eſt, diuiduã obligationem rem reſtitui eſſe, ad obligationem primitiuam Bar. reſtringit. Sic in obligatione primitiua tex. intelligit in d.§.hæres. in d.l. ſi duo in fi. Ius aliud in obligatione ſecundaria ſeruandum, quæ doli culpævè nomine contrahitur, indiuidua hæc enim habetur, atque ideo inſolidum hæredes ſingulos adſtringit id quia pro parte dolus committi, culpavè non poteſt. & in obligatione hac ſecundaria tex. loquuntur, è regione nominati in d.l.ſi duo verſi. quod ſi lancem, & in d.l.ſi vt certo.§.ſi duobus. De quo infra ſe dicturum Bar. teſtatur in ſexta oppoſi.

Sed dicturus quiſpiam erit, caſus diuerſos in traditione hac Bar. fieri, ratione diuerſitatis vlla non reddita, vt in obligatione magis rem reſtitui, quam rem tradi diuiduitas verſetur. Cur enim diuidua vna magis dicenda, quam altera videatur. Immo enim ratio maior econtrario monet, vt indiuidua magis rem reſtitui, quam rem tradi obligatio videatur. Siquidem fauorabilior non paulo reſtitutio quam traditio eſt. id quia rei conſeruatio in re ipſa reſtituenda, acquiſi-
185 tio in re tradenda vertitur. fauorem † planè maiorem conſeruationi, quam acquiſitioni tribui procul dubio eſt. Quocirca quamuis per alium acquiri alij nẽ queãt. l. ſtipulatio iſta. §. alteri infra eo. Per alium tamen ius quæſitum conſeruatur. l.ſed & ſi quid. 1.§.pen. l.arboribus.§.quid tamen. Ibique Bal. ff. de vſufruc. ſi qui fundum.ff.quem.ſerui. amittan. l.forma. §. ſi cum ego infra de cenſib. Quo argumentandi genere Bologni.hic vtitur num.90 in fi. Crot.num.38.ante fi.num. 41.verſi. præterea, & quarto, & num. 53.verſi. Secundo quia Soci.hin. num. 88. verſi. ſecundo iſta opinio. Itaque ſi fauor iſte obligationi rem tradi præſtatur, vt inſolidum tradere hæredes ſinguli debeant, longe magis ius idem probandum in obligatione rem reſtitui erit.

Ad argumentum hoc reſpondet Bar. non citra ra-
186 tionem diuerſitatem hanc inter † obligationes rem tradi, & reſtitui introductam, vt indiuidua rem tradi, diuidua rem reſtitui obligatio habeatur, de qua re dictum ſe ait in d.l.ſtipulationes nõ diuiduntur, in octaua oppoſi. Difficilia hæc Bar. aſſerit, ad quæ ingredi nõ minus atq; in mare vaſtum profundumvè Cy. extimuit, vt autor ipſe eſt, in auctẽn. hoc ita.q. 1.C. de duobus reis. Apud quem nec recte ſatis declaratio difficultatis ſit.

Ex dictis Bar. in ſecunda hac oppoſi. colligitur, per diſtinctionem contraria ſedari, & conciliari, genera quippe indiuiduorum diſtinguendo, argumentum diſſoluitur a Bar. oppoſitum. Ad quam rem dictum illud confert, diſtingue tempora, & ad cõcordiã ſcripturas reduces. §.quibus in 1.conſti.C.l. apud antiquor. C. de furtis, c.perículoſe de pęni.di. 1. vbi per diſtinctionem temporum euangeliſtarum dicta in gratiam rediguntur, notat glo. in l.3.in ver.non eſſe.ff.de ſupellec.lega.in eandem ſententiam Bal. ſcribit in l.fi.nu.4.C. de ſent.

Diſtin-

Diſtingue tempora, & dubia remouebis.& contraria diſtinguendo,eliui,ex tex.probatur, in l. item videndũ in fi prin.ff.de peti.hæredi. quem tex. ad hoc Ang. vocat in conſi. 376. nobiles viri num.2.verſi. Sed ſi ſalua ratione. no. Alex. in l. 1. ff. ne quis eum qui. in conſi. 141.num.7.lib.2.& in conſi. r21.num.3 lib.5.Inde fit, vt in opinionum ambiguitate potior ea habeatur,per quam diſtinctio fit.l.ſi finita. §. illud ſupra de dam. infec. .adeo.§.cum quis ſupra de acq. rerum domi. c.literas. Ibiq; glo. in verſi. viam mediam de reſti. ſpolia. gl.in c.q. ætenũ in ver.per æquitatis ſemitã.de off. deleg.& in c ſcientes de cenſib.Alex.in conſ 50.n.7.lib.7.

Secundo ex Bar.percipitur, factum rem tradi indiuiduum, & obligatione, & ſolutione eſſe. idem Bar. probat in d.l. ſtipulationes non diuiduntur, in octaua oppoſi.ibiq; Iaſ.colum. r1. poſt,prin.verſi.ex iſtis apparet, quod difficile eſt, & nu. 19.verſi. quid tenendũ. vbi receptam opi.hanc aſſerit.Eandem opi. crebriorẽ Crot.hic teſtatur.num. 39. in prima lectu. & num. 10. in poſteriore lectu. Alcia.num. 66. in fi. Burigel. num. 65.Horman.num.153.& pluribus ſeq. Soci. Iun.num. 76 & num.88.verſi.ſecundo iſta opinio.& in conſi. 1. num.6.lib.2. Cum Bar. Ang.de Perigl.hic ſentit num. 5. Sed & contractu. indiuiduam obligationem eſſe rẽ tradi,Horm. hic ſcribit nu.186.ver.poſtremo ꝯſidero.

Conſequens concluſioni huic fit, inſolidum hæredes ſingulos promiſſoris recte conueniri, & condemnari,vt rem tradant,quamuis ſolutione vnius omnes liberentur. d.l. 1.§. ſi apud duos in prin. inde etiam fit, vt actione pro ſolido contra hæredem vnum inſtituta,neceſſe actor non habeat,contra alios iudicium intendere quamuis ſolutionem ex parte ſua cohæres offerat. Atq; ideo quod ſcriptum apud glo.eſt,in d.l. in executione.§.pro parte in verſi. non poteſt. locum in ſtipulatione non habet,quę indiuidua obligatione eſt. In qua inutilis prorſus obligatio partis habetur.

Concluſioni, & ſententiæ huic Bar. contrarij petr. & Cy.ſunt in auten.hoc ita C.de duobus reis.vbi iure
187. † eodem cenſendas obligationes putant rem tradi, & reſtitui,vt diuiduitatem vtraq; admittat.in ſolutione dumtaxat indiuiduitatem ſub vtraq; verſari.Idq; argumento illo oſtendunt,ꝙ obligatio in vtraq; ad intereſſe,variatur,& quidem in obligatione rem tradi variationem hanc fieri textus probat in d.l. ſtipulationes non diuiduntur.'ius idem obligationis rem reſtitui eſſe,quotiens extare res deſijt,ex textu oſtenditur, in l.in re furtiua.ff.de condi. furti. Qua ratione igitur,ſimiles in variatione hac obligationes iſtas lex hẽt,ita dicẽdũ, & circa diuiduitatẽ earũ eſt, vt diuidua vtraq; ęſtimeť.

Si dixeris, diſſimiles in alio ſtipulationes, aut obligationes has ęſtimari, quod pręciſa obligatio rem reſtitui eſt,quam reſtituere pręciſe, omninoque quis agitur. d.l. in re furtiua. in qua re ſimilis obligationi rem dari obligatio ad rem reſtituendam apparet ſiquidem dare quis abſolute cogitur. l. vbi autem in fi. & l.ſi ſeruum.§.fi.infra eo. Quod contra in obligatione rem tradi eſt,in qua neceſſe quis nõ habet,rem omninò tradere,verum ad id,quod intereſt, præſtandi facultatem habet.d.l.ſtipulationes non diuiduntur, ver. celſus Reſpondetur,ad rem arg.hoc non attinere.Nõ enim diuidua magis ob id haberi obligatio rem reſtitui debet,ꝙ præciſa ſit, quã obligatio rem tradi,quid enim cõmune pręciſa obligatio cum diuiduitate habet.Neq; mouet,ad diuiduitatem iudicandam pręciſã obligationem valere,propterea, ꝙ abſurdum tũ ſilet, vt ex rebus diuerſis ſolutio fiat.Quoniã ſatis ad abſurdum hoc vitandum eſt,ſi indiuidua ſolutio ſit, vt Caſtren.hic no.col.2.in fi.Alex. & Iaſ.in d.l. ſtipulationes non diuiduntur,in 8.oppo.Bar.

Secundo arg hoc obligationis præciſæ per dationẽ inſtantiæ in factis,diluitur,pręciſa.n.& in factis plerſiq; obligatio eſt,vt Bar.& cęteri no.in in d.l. ſtipulationes nõ diuiduntur,in decima oppoſi. At enim diuidua ob id facta non æſtimatur.Quocirca locus conſequentiæ non eſt,præciſa obligationis natura eſt, ergo diuidua. iudicanda.In ſtantia. n. in factis ijs datur, ad quę præſtanda pręciſe quis cogitur.vnde ius illud vulgatũ occurrit,ſatis inſtantiam eſſe, vt conſequentia pereat. §. pauonum inſti.de rerum diuiſ. glo. pen.in l.creditori. Ibiq; Iaſ.s. de op.noui nũcia.glo.in c.ſicut vrgeri.r.q.1.

Eque contrarius opinioni huic petri,& Cy.tex. non videtur,in d.l.ſtipulationes nõ diuiduntur, vbi exæquatio facta ſtipulationum videtur,rem tradi, & factorũ. Atq; ideo indiuidua rem tradi obligatio non minus atq; factorum videtur. Reſponſio enim non deeſt,exequationem hanc particularem quoad aliquid,nõ etiã vniuerſalem quantum ad omnia eſſe. Ad ſolutionem enim reſtringi exeqnationem hanc conuenit,vt indiuidua ſolutione obligatio ſit,rem tradi,ſimiliter, vt facti obligatio.vt Caſtren.hic ſcribit col.2.in fi.verſi.& hoc quidam dixerunt.& vberius in d.l. ſtipulationes non diuiduntur,in fi.prin. Cum opi.hac Bologni.hic facit nu. 87 Cuius ſententiæ eſſe,& Barba. ait.

Opinionem Bar.admittendam Soci.hic ait,vt indiuidua obligatio habeatur, rem tradi.per tex. in d. l.ſtipulationes non diuiduntur. vbi facti obligationi comparatur. Neq; Alex.reſponſio mouet,particularem cõparationem hanc intelligi,vt ad ſolutionem indiuiduitas reſtringatur.Regulæ enim reſtrictio hæc contradicit,de qua in l.iam hoc iure.ff.de vulga.Namq; cum iure pari, generaliter quantum ad indiuiduitatem obligationes cenſeantur,rem tradi,& factorũ, parẽ quoq; & generalem eſſe determinationem oportet. Arg.hoc Soci.Bar.item ſentit in d.l.ſtipulationes non diuiduntur in octaua oppoſi.verſi. iſta ſolutio nõ placet mihi.

Efficacius deduci arg.hoc poteſt.quamuis niſi in caſu vno facta comparatio non ſit,attamen ſi ratio eadem,& in caſibus alijs inſit, ius quoq; ſeruandum idẽ videtur.l. illud.ff.ad legem aquil. l à titio ibiq; Iaſ. cumulate.infra eodem.§.pari ratione.ibiq; glo. conſimiles enarrat.inſti.quibus modis ius pa.pote ſol.§.noſtra vero in prin.inſti.de hexhereda.lib. Ratio enim generalis ſpectanda,quæ dictum ſpeciale ad omnia extendit,in quibus ratio ipſa ſubeſt.l pater filium. §. fundũ. Ibiq; Bar.in fi.l.nomen debitoris.§ ſi. ff.de lega.3. glo. in c.quoniam frequenter.§ porro in ver.electi. vt lite non conte.in c.cupientes.§.deniq; in ver.inſtruatur.de electio.lib.6.& in clem. r. in ver. eligatur eo.titu. Quas glo.geminia.vocat in conſi.39.col. 1. Sed enim ratio eadẽ in facto verſari traditionis atq; in factis alijs videtur, vt indiuidua in traditione obligatio non minus atq; in facto inſulæ ædificãdæ foſſæ fodiendæ operiſq; præſtandis habeať. Sed & validius adhuc argumentũ
188 creſcit. Extenſio † ad caſum omiſſum ob rationem fieri eandẽ ſolet.id quia omiſſus dici caſus nõ poteſt, in quo ratio eadẽ vertiť.l. his ſolis circa fi.ibi ſatis etiã tacite cautum putamus.C.de reu.dona. Bal. in l. illud nu.4.C.de ſacroſan. eccl. in l.ſi quis nõ dicam rapere poteſt,prin.ver.dicunt etiã Vltramon.C.de epi.& cleri.& in l.curatoris nu.4.C.de nego.ge.ſequiť, Alex.in l. gallus.§.& quid ſi tantũ nu.r1.ff de lib.& po.Curti.ſen. in conſ. 51.nu.28. poſt, med. Bal. huc pſæter Alex. & Curti.accedit.in l.p diuerſas nu.3.C manda. & in cõl. 324.omiſſis opinionib.in fi.lib.5. Io. de Ana.inter reſponſa Caſtre.in conſ.26.viſis & conſideratis his col. a.in fi.lib.2.ſcite Abb.in cõſ.75.nu 6. in fi.lib.1. & alia compluria.ſi ad caſũ omiſſũ ob rõnem eandẽ extẽſio fit.Quid dicendũ hic erit, vbi vna ſimul cũ factis alijs caſus expreſſus traditionis eſt, vt pari ac facta alia, & traditionis ipſius factũ æſtimeť,cum ratio vlla reddi di
189 uerſitatis nequeat.indiuiduũ.n.† ęſtimať; ꝙ vtilitatẽ tantã in parte ratione partis nõ affert, quantũ totũ re-

ſpectu totius, vt in proximo mox argumẽto dicemus
de quo genere traditionis factum vř, in quo non ęquè
profutura partis traditio reſpectu partis, atque totius
præſtatio erit, vti mox declarabitur, quocirca riſui cõ-
parationis huius reſtrictionem Iaſ. habet, Floccìq; fa-
cit in d. l. ſtipulationes non diuiduntur. nu. 19.

Secundo pro ſnĩa hac Bar. & crebriore tex. Soc. vę-
hementius expendit in d. l. ſtipulationes non diuidũtur
vbi indiuiduæ idcirco obligationes factorũ, & rem tra
di eſtimantur, ꝙ à diuiſione earũ ſtipulatio corrũpit.
quæ verba ad vtilitatem ſtipulationis ſine dubio ſpe-
ctant, quod vtilitatem tantam in parte reſpectu par-
tis, quantam in toto reſpectu totius ſtipulatio non hẽt
Ratio hæc non minus obligationi rem tradi, atq; fa-
ctorum aliorum congruit, corruptionem. n. aut dimi-
nutionem ſaltem, ſtipulatio rem tradi patitur, ſi diui-
ſio eius in partes fit, idq; ita oſtenditur, ꝙ traditione ab
hærede vno, & ex parte eius facta, liberationem is cõ-
ſequitur, coq; modo in cõionem creditor, aut ſtipu-
lator cum cohęredib. alijs pro portione tradita incidit.
190 Cõio planè† incommodum diſcordiarũ gignit. l. in
re cõi. ff. de ſeru. vrb. præd. l. ſi non ſortem. §. ſi centũ. ff.
de cond. ind. l. qui neq; in fin. ibiq; gl. ff. de reb. eorum. l.
cum pater. §. dulciſſimis. ff. de leg. 2. l. fi. C. comm. diui. l.
ſancimus. §. ne aũt. C. de don. incommodum, & illud
cõio parit, vt negligi ſoleat, ꝙ in cõe poſſidetur. l. 2. C.
quan. & quib. quar. pars lib ro. Bald. in c. 1. §. præterea
ducatus. no. 8. de proh. alien feudi per Freder. inde lau-
di diuiſio datur, quæ fratrum conſenſu fit Bald. in d. §.
præterea ducatus. nu 8. per tex. in l. fi ff. famil. her.

Conſequens incommodis his cõionis fit, vt indiui-
duam rem tradi haberi obligationem oporteat, vt po-
tè quæ vtilitatem tantam in parte tradita reſpectu ip-
ſius partis non affert, quantam totius traditio habet,
ita indiuiduitatem obligationis Bar. hic dijudicat in 2.
q. nu. 22. & in d. l. ſtipulationes non diuiduntur in ſepti-
ma oppo. & q. 3. & ſeq. ibi Caſtre. col. 5. in prin. ver. itẽ
poteſt procedere. Imol. hic in 1. nota. & col. 2. ante fin.
ver. & eſt ratio ſecundum eum. Iaſ. nu. 43. verſ. ſecũdo
non ob. ratio Raph. Crot. nu. 112. cir. med. Alex. in cõſ.
186. nu. 9. in fi ver. ſimiliter non obſtat, ꝙ ratione incõ
modæ diuiſionis lib. 2. Soc. in conſ. 16. nu. 3. verſ. præte-
rea res lib. 4. Ruin. in conſ. 157. col. pen. cir. prin. verſ. &
ſi dicatur. lib. 1. pro qua ſnĩa citari tex. ſolet in d. l. in exe
cutione. § ſecunda, ibi quia operis effectus in partes
ſcindi non poteſt, & §. ſeq. q. d. ſcindi quidem opus at
non vtilitas, aut effectus eius põt, quĩ effectus idem ex
parte rõne partis, atq; ex toto reſpectu totius nõ habeť.

Argumentum hoc ſecundum de Bar. Soci. mutua-
tus Bart. ipſi reſtituere tenuit, ſuumq; id facere non ve
ritus eſt, apud Bar. enim arg. hoc expreſſum legitur in
d. l. ſtipulationes non diuiduntur. q. 3. Sed. n. vrgere arg.
hoc non videtur, quĩ diuiduitate obligationis rem tra-
di admiſſa, indiuidua tñ ſolutio habetur, perinde vt in
obligatione rem reſtitui, vt Bar. ſcribit in d. l. ſtipulatio
nes non diuiduntur. nu. 9 verſ. item obligatio, ꝙ cum
ita ſit, incommodum mouere cõionis non põt, ſiqui-
dem ex parte traditione facta, liberatio tradẽdi, & ac-
quiſitio accipienti præter voluntatem eius non fit, imò
enim in pendenti rem manere vſq; dum rei totius fa-
cta traditio ſit, tex. docet in d. l. 2. §. 1. ꝟ. eod. & in d. l. in
executione. § pro parte, ibiq; gl. in ver. nõ poteſt. ꝟ. eo.
ſecundum quæ, non niſi ad ſolutionem indiuiduam
oſtendendam arg. hoc prodeſt, ſed. n. & ad obligatio-
nem conferre arg. hoc poſſe inferius probatur circa li-
mitationẽ Ang. in 2. arg. Soc. contra ipſam limitatio-
nem. nu. 10. in fi. verſ ſecundo quia etiam tunc.

Tertiò indiuiduam obligationem rem tradi, argu-
191 mento, & alio Soc. oſtendit, indiuidua † res ex mẽte
contrahentium eſtimatur, ꝗuis diuiduitatem natura
admittat. l. ꝙ ſi vno. ff. de in diem adiec. l. ſi quis aliam
infra de ſolutio, idem ex tex. probatur vltra Socin. in l.
tutor. §. 1. in l. in cauſę. 2. §. 1. ff. de mino. in l. cum eiuſdẽ
ff. de edil. edic. in l. per procuratorẽ. C. de acq. poſſ. Bart.
in l. naturaliter. §. nihil cõe in 3. oppoſit. ſupra de acq.
poſſ. ſed credibile non eſt, eam mentem ſtipulanti rẽ
tradi fuiſſe, vt ex parte traditionem agnoſceret, ſiqui-
dem vtilitatis tantum ex parte laturus, quantum ex re
tota non eſſet, Hicq; obſeruandum, plus temere ſatis
apud Caſtre. hic ſcriptum. col. 2. poſt med. verſi. præte-
rea Bar. rationem hanc minoris vtilitatis in parte, quã
in toto, ad obligationem rem tradi indiuiduã demon-
ſtrandam, à Bar. prætermiſſam in d. l. ſtipulationes nõ
diuiduntur in 8. oppoſi. vbi niſi ratione abſurdi indiui-
duitatem non dijudicat, ne in reb. diuerſis ſolutio fiat,
namq; ſi perſpectum Bar. magis habuiſſet, neglectam
rationem hanc vtilitatis minoris à Bar. non dixerat, vt
potè qua vſus expreſſim eſt in d. l. ſtipulationes nõ di-
uiduntur. q. 3. verſ. ſed tamen iſtud videtur contra vnũ
exemplum, conſequens itaq; non fit, vſus ratione hac
in 8. oppoſi Bar. non eſt, ergo ad rem eam attinere nõ
credidit, cum eadem ratione vſus in q. 3. ſit.

Sed obiecturus quiſpiam erit, ratione hac minoris
vtilitatis in obligatione rẽ tradi reſpectu partis admiſ-
ſa, vt indiuidua ob id eſtimetur, tantumdẽ probandũ
& in obligatione rẽ reſtitui vř, in qua ratio hęc mino
ris vtilitatis ſimili modo verſatur. Rñdetur, imò rõnẽ
hanc ſilere, quoniam ex reſtitutione partis in commu-
nionem commodator, aut deponens non incidit, cũ
tota ad eum res ſpectet, liberationem tamen, ex parte
reſtituenti contingere non admittimus.

Quartò indiuiduam obligationem rẽ tradi eſſe, ex
Bar. rõne in d. l. ſtipulationes non diuidũtur in 8. oppo.
Soc. iuuat, id eſt ꝙ diuiduitate eius admiſſa, cõſequi ab-
ſurdum põt, de quo in d. l. in executione §. ꝓ parte par-
tẽ. n. in re tradita ſtipulator haberet, & partes in pecu-
nia, ſi ꝙ intereſt, præſtare cohęredes malint, ſecundum
naturam obligationis facti. d. l. ſtipulationes non diui-
duntur. ver. celſus. Rationem hanc Bar. & Soc. Caſtre.
hic damnat. col. 2. cir. fi. ver. & poſito, ꝙ eſſet verũ. Ale.
& Iaſ. in d. l. ſtipulationes non diuiduntur in 8. oppoſi.
Barto. quĩ ad obligationis diuiduitatem inducendam
inepta ratio hæc apparet, quæ ab abſurdo memorato
deſumitur, ſi quidem nihil prohibet, diuiduam obliga-
tionem eſſe, & ex reb. diuerſis tamen ſolutionem non
fieri, cum indiuidua ſolutio eſt, quo circa niſi ad ſolu-
tionem indiuiduam æſtimandam argumentum, aut
ratio hæc Bar. & Soc. non valet, in qua ſolutione con-
trouerſiæ quicquam res non habet, quin indiuidua ſo
lutio in obligatione rem tradi habeatur.

Bar. opinione ita à Soc. inſtructa, & confirmata, ad
argumenta propulſanda aggreditur, quę opponi con-
tra Bar. ſolent, & principio textum non mouere ait in
d. l. ſi duo ver. planè. ff. depoſi. vbi dimidua obligatio rẽ
reſtitui, & ipſa primaria ſecundũ Bart. ſenſum hoc ip-
ſo habetur, ꝙ niſi ex portionib. hæreditarijs hæredes
non condemnantur, quamuis ſolidam præſtari rem
oporteat. At. n. ex toto condemnatio hæredum fieret,
ſi indiuidua obligatio ſit, ad manum enim reſponſio
Socino eſt, alienum à re propoſita tex. illum eſſe, vtpo-
tè qui de obligatione rem reſtitui loquitur, quã diui-
duam eſſe Bart. & alij non negant, ſpecies quæſtionis
controuerſæ ad obligationem rem tradi ſpectat, quã
indiuiduam eſſe Bar. & maior Doct. pars aſſerit, vnde
ex obligatione rem reſtitui argumentari ad obligatio-
nem rem tradi non licet, cum diſſimiles eas eſſe ex tex.
appareat in d. l. ſtipulationes non diuiduntur in princ.
vbi obligationibus factorum obligatio rem tradi adę-
quatur, & qui tex. iterum atq; tertium expenſus tam à
Soc. quam à nobis ſupra eſt, atq; vltra text. ipſum, ra-
tionib. duab. indiuiduitas demonſtrata obligationis rẽ
tradi eſt, videlicet ob minorem vtilitatem in parte, ꝗ
in

Digitized by Google

in toto, & ratione abſurdi, de quo in d. §. pro parte, quamuis rationes hæ confutatæ ſuperius ſint.

Obſeruandum, laborem ſuperuacuum à Soc. capiſi circa tex. refellendum in d.l.ſi duo, vt potè qui opponi pro aduerſario Bart. opinioni receptæ non ſolet, Hactenus enim à Caſtr. hic citatur col. 2. in fi. vt quo caſu diuiduam obligationem eſſe rem tradi nō ambigitur, veluti cum ad dominium transferendum in emptione, & venditione ordinatur, indiuidua tñ ſolutio demonſtretur, ſimiliter vt in obligatione rem reſtitui, in qua diuiſionem ſolutio non recipit, quamuis diuidua obligatio ſit, quocirca non niſi ad indiuiduitatem ſolutionis demonſtrandam tex. ille vocatur, ita econtrario quam Soc. putet, tex. ille à Caſtre. producitur, ideſt ad ſolutionem indiuiduam iudicandam, cum ad obligationis diuiduitatem oſtendendam tex. illum afferri Soc. credat, rectiſſimè porro ad ſolutionē indiuiduā oſtendendam text. ille à Caſtre. nominatur, à fortiori argumentando, namq; ſi indiuidua ſolutio in reſtitutione eſt, longè magis idem probandum in traditione erit, in qua & circa obligationē indiuiduitas vertitur, & ſi Iaſ. ſcripto obſeruamus in d. l. ſtipulationes non diuiduntur. col. 10. ver quarto contra Bar. inter leges cōtra Bar. à Caſtre. prolatas, d.l. ſi duo non connumerat, eam non omiſſurus ſi adducta contra eū fuerat Tex. planè contra Bar. Caſtrē. obijcit in l. turpia. § fi. & in l. ſi tibi homo. §. ſi fundus. ff. de leg. 1. tex. ſimilem cōtra Bar. vocare Caſtre. poterat in l. vxorem. §. agri plagam. ff. de leg. 3. in quib. legibus.

In quibus obligatio rem legatam tradi vertitur, at qui diuiduam obligationem hanc eſſe inde liquet, ꝙ non vltra partem virilem, aut hæreditariā præſtare hęredes compelluntur iuxta diſtinctionem in d §. fi. aſcriptam. Ad ll. has reſponſio duplex à Soc. accommodatur, prior reſponſio, ad obligationem dandi, non tradendi leges illas pertinere, dare. n. hæredes ideſt dominium transferre, non tradere ſimpliciter debent, quam ſtipulationem dandi diuiduam eſſe, non ambigitur. d. l. 2. §. 1. ſupra eo. d. l. in executione in prin ĵ. eod. l. ſi ſtipulatus. §. 1. infra de ſolutio. Barto. in d. l. ſtipulationes non diuiduntur nu 9. Crot. hic nu. 43. Soc. iun. nu. 104. & nu. 107. in fi. Rōnē Alci. reddit in d. l. 2. § 1. nu. 29.

Reſponſio altera, ꝙ in obligatione tex. prædicti loquuntur, quæ in perſona hæredis ex quaſi contractu initium ſumit, diuiduitatem enim ea recipit. quæſtio controuerſa ad obligationem ſpectat, quæ initium in defuncto habuit, de qua diuidenda inter hæredes agitur, reſponſione hac ad tex. in d.l. ſi tibi homo. §. ſi fundus. Ang. hic de Perigl. vtitur. nu. 15. in fin. eandem reſponſionem ad tex. in d.l. vxorem. §. agri plagam Soc. hic accommodat. nu. 10. in fi. verſ. nec obſtat tex.

Solutionem hanc vtranq; Alex. Soci. ſubtraxit in d. l. ſtipulationes non diuiduntur in 8. oppoſi. Barto. ſed ſolutionem vtranq; Iaſ. ibi confutat col. 10. in fi. verſi. quarto contra Bar. & quidem primæ ſolutioni, ꝙ obligatio rem dari in legib. memoratis verſatur, textum obſiſtere Iaſ. ait in d.l. ſi tibi homo. §. ſi fundus, vbi hæredibus onus fundi legati præſtandi iniunctum eſt, qui hæredis vnius ſolummodo erat, ob id quod ad hęredes alios obligatio intelligi dandi nō poteſt, dandi inquam. i. dominij transferendi iuxta tex. in l. fi. ff. de cōd. ob cau. in l. ſi ita diſtrahatur. ff. de contrah. emptio. l. vbi autem non apparet. § fin. infra eod. & in § ſic itaq; inſtit. de actio. ex Ang. de Perigl. hic confirmari Angel. hic poteſt nu. 15. verſi. quarto quia obligationem rem tradi non reſtitui in legato præſtando verti ex glo. in §. noſtra in ver. per hypothecariam in fi. vbi quod actione ex teſtamento agitur ratione poſſeſſionis, ergo ad traditionem, non vt detur, quoniam in datione dominij, non poſſeſſionis ſolius tranſlatio vertitur, quam gl. alibi non inueniri Bal. ſcribit in l. 1. cir. fi. verſ. quæro cum pro legato. ff. de leg. 1. Sed. n. mouere arg. hoc Iaſ. ex gl. Bal. & Ang. de Perigl. confirmatum non vr̃, qm̃ & ſi maxime hæredum res legata non ſit, dari tamen. i.
192 transferri dominium oportet, ſic † datio in voluntate vltima, non traditio verſatur, vt Caſtre. docet in l. huiuſmodi. §. qui ſeruum nu. 3. ff. de leg. 1. Conſequentiā igitur admitti Iaſ. non conuenit, in dominio hęredum aliorum res legata non eſt, ergo dare nō debent, ſi dixeris, quomodo dabunt, ſi domini non ſunt, reſpondetur, à domino rem emendā, quam legatario dent iux. §. non ſolum inſt. de leg. no. Crot. hic nu. 22.

Neq; ad rem gl. attinet in d. §. noſtra, qm̃ in re legata teſtatoris loquitur, dominium cuius à morte eius ad legatarium mox ambulauit, ibi. n. ad dandū agi à legatario non poteſt, vt potè dominio in eum iam trāslato, ob id actione perſonali ex teſtamento agi ad dandum non poteſt, quia quod legatarij eſt, ſuum fieri amplius nequit. l. ſuæ rei. ff. de contrah. empt. l. 3. §. ex pluribus. ff. de acq. poſſ. c. inter dilectos ver. cæterum, ibiq; gl. in ver. quod meum. de fide inſtru.

Ex declaratione hac reſponſio, & altera Iaſ. confutatur, cū ſcribit ſolutionem memoratā ad. ll. à Caſtre. relatas generalitati earū repugnare, quę generaliter loquuntur, diſtinctione non facta, tradendi ne, an dandi obligatio interueniat, namq; ſi datio in obligatione teſtamentaria vertitur, quotiens in dominio teſtatoris res legata non erat, vel translatum iure ipſo dominiū in legatarium non eſt. falſum eſt, ꝙ Iaſ. ait, ad traditionem ſpectare leges illas poſſe, imo. n. reſtringi ad dationem debent, ita vti obligationis natura teſtamentarię fert Inn. in c. ex literis de iure patro. Bal. in l. à procura. C. manda & in rubr. C. de contrah. empt. q. 9. cum alijs apud nos collectis in conſ. 25. nu. 2 & in conſ. 258. nu. 5. Apparet ex his non mediocriter hallucinatum Iaſ. eſſe in reſponſione hac confutanda, cui viſum ſit, obligationem rem tradi in legato ſoluendo, aut præſtando verſari, inde ēt apparet, veram Alex. Soc. vè reſpōſionem eſſe, ad rem. ll. non facere ꝯ Bar. à Caſtre adductas, quatenus dandi, non tradendi in eis obligatio vertitur, quam dādi obligatiōnē diuiduā eſſe nō ambigit̃.

Reſponſio altera Soc. ad iura à Caſtre. relata, concluſioni, aut ſententiæ Bart. ea non obſtare, quoniam de obligatione loquuntur, quæ initium in hæredib. ex quaſi contractu accipit, vnde mirum facere quiſquam non debet, ſi diuiſionem initio ipſo inter hæredes ipſos admittit, ſi quidē diuidua contractu, ſeu quaſi obligatio rem tradi eſt. l. locus ſupra de acq. poſſ. Quæſtio controuerſa, & Bart. ſententia ad eum caſum ſpectat, quo inſolidum ſemel contracta obligatio à defuncto eſt, quo caſu diuiſionem poſtea accipere inter hæredes non debet, hæc inquam reſponſio colorate magis à Iaſone carpitur in d.l. ſtipulationes non diuiduntur. col. 10. in fi. quoniam quod dici ſolet, diuiduam contractu obligationem rem tradi, aut facti alterius eſſe, locū tū deniq; habet, ſi in cōtractum pro parte deducitur, ſed enim in quaſi contractum obligatio legati præſtandi ex parte ab hæredibus non deducitur.

Sed enim reſponſio hæc Alex. & Socin. defendi ab impugnatione Iaſ. facile poteſt, namq; cū niſi ex portionibus hæreditarijs legato ſoluendo hęredes non teneantur l ſi quis fundi vocabulo. § fin. l. ſi hæredes nominatim in fin. ff. de leg. 1. l. ſi pluribus. ff. de leg. 2. l. antepen. infra tit. 1. Dec. in l 1. in prin. C. de impub. in dubio non amplius quam ex portione hæreditaria quaſi
193 contraxiſſe cenſeri hæredes debebūt, ſi quidem † id velle quiſq; creditur, ꝙ expreſſum iure eſt. l. gallus. §. 1. ff. de lib. & po. l. ſed niſi. ibiq; gl. ff. de iure dot. Bar. in l. vxorem. §. teſtamento, & in l. re coniuncti nu. 62 ff. de lega. 3. Bal. in l. precibus nu. 44. circa fi. C. de impuber.

Aliter tamen vltra Iaſ. reſponſio hæc Alex. & Soc. confutatur. in qua referre putant, vtrū à defuncto, an

Digitized by Google

ab hæredib. obligatio incipiat. Qm̄ à Bar. & Areti. expreſſim diſcrimē hoc reijcitur in l. cōtinuus. §. fi. col. 1. infra eo. Quæ locū opi. in his haud dubie hēi, quæ ſuaptè natura ad hæredes ambulāt Bar. hic in ſexta q. Caſtren. in d. § fi. Crot. hic nu. 136. verſ. quarto, & vltimo in 1. lect. & nu. 77. in poſteriore lect. Hotman. nu. 491. Quicquid aliter, nec recte ſatis ſcriptū apud Alcia. hic legatur nu. 10. verſ. ſecundus caſus. Alter etiam reſpōſio hęc inferius expugnatur, cum tex. diſcuſſio vertitur in d. l. vxorem. §. agri plagam.

Melior igitur reſponſio altera vr̄, ideſt ad obligationē dandi leges ſpectare, quæ pro aduerſarijs Bar. adductæ à Caſtren. ſunt, ad tex. item in d. §. agri plagā reſpōſio alia inferius accōmodabitur. Conſequenter his dicēdū, receptā Bar. & ſentētiā iure defendi, vt indiuidua rē tradi obligatio ęſtimetur, per tex. in d. l. ſtipulationes non diuiduntur multifariam vt ſupra, à Soci. nobiſq; expenſum.

Limitationē concluſio, & ſententia hęc Bar. ſecun. Soci. hic admittit, ne locū habeat, vbicunq; obligatio
194 † rem tradi præciſa, aut abſoluta eſt, quotiēs rei tradendæ omnino hæredes tenentur, veluti in vēditione, cū facultatē rei tradendę habent iuxta no. in l. certi cōditio in prin. ſt. ſi cer. pet. in gl. ibi in ver. certū dr̄ in traditione, quæ ex venditione fit, factū purū non verſari. q. d. præciſā tradēdi eſſe obligationē poſſe, ꝙ ꝯtra in factis puris eſt, & abſolutā tradendi obligationē eſſe, ſi tradere vēditor pōt, expreſſius ibi Bar. ſcribit nu. 14. & in d. l. ſtipulationes nō diuiduntur nu. 39. verſ. ad tertiū venio. Bologni hic nu. 88. Præciſa enim in re tradēda obligatione interueniente, diuidua cenſeri, ob id debet, ꝙ abſurdū tum ſilet, de quo in d. l. in executione. §. pro parte. Namq; ſi rē ipſam tradi omnino oportet, in rebus diuerſis fieri ſolutio non poterit.

Limitationem hanc apud Ang. in codice meo non legi. Eandē limitationē ab Imola hic impugnari Soc. ait, & quidem apud Imolā hic opinio hæc ſugillatur col. 7. verſi. itē aduerte, quia prædicta. Ang. tn̄ mentione non facta. Quī, & ſi maxime præciſa obligatio rem tradi ex parte venditoris ſit, ex parte tn̄ emptoris neceſſitas hæc non verſatur, quominus ꝙ intereſt, recte poſt moram petat. l. 1. in prin. ſt. de actio. empti. Nihil quippe prohibet, & præciſam obligationē rem tradi eſſe, & ꝙ intereſt, deberi. Atq; ideo abſurdū diuerſitatis ſolutionū ſequi. Quod cū ita ſit, indiuidua, & in caſu hoc obligationis præciſę dici ſtipulatio rem tradi debebit. Quid enim ſi ad rē actum contra hæredem vnum ſit, qui rem ipſam ex parte ſua tradidit, deinde ad id, ꝙ intereſt, cū hęredibus alijs poſt morā agitur, an non variatio in ſolutione contingit. Idē Imola ſcribit in d. l. ſtipulationes non diuidūtur in prin. nu. 8. ver. ſubdit tn̄ hic Ang. vbi de Ang. nominatim meminit.

Argumentū hoc Imolæ Soci. refellit Ang. opinionē limitationēvè ſuſcipiendo, nihili abſurdū hoc Imolæ faciendū, quatenus ſtipulatoris facto accidit, cui liberū erat, cohęredes alios adſtringere, vt rē omnino traderent, vti ſcriptū apud ſe ait in d. l. 2. §. ex his ſupra eo. Nōnihil de re hac ab eo ibi ſcriptū in nota. ſecūdo eſt. Ex reſponſione hac Soci. contra argum. Imolæ, limitatio Soci. proſternitur, de qua ſupra in ſecun. nota. ne diuidua ſtipulatio amplius non agi habeatur, quotiēs ſuper re interpoſita indiuidua eſt, ſpecie puta, id quia conſequi abſurdū ſolutionis variandæ pōt, ſi pœnam ab hærede vno plus petente ſtipulator accipit, reſtitutione rei ex parte petitæ, facta, & quoad alios cohęredes, ex portionibus eorum ſpeciem retinet. Telo enim ſuo, quo Imolam hic cędit, Socin. repercutitur, quod facto ſtipulatoris abſurdum illud incurrit, vtpote cui liberum erat facere, vt rem, aut ſpeciem ſolam haberet, exceptione ſtipulationis amplius nō agi, aduerſus cohæredem ex parte ſua plus petentem oppoſita ſic quomodo verbis pluribus demonſtratum in dicto nota. ſecundo habemus, vbi maiorem Doct. partem limitationi huic Soci. ex Bart. deſumptæ refragari oſtendimus.

Sed enim, & ſi maximè ab argumento memorato. Imolæ, Ang. defendi opinio poſſit, vt indiuidua rem tradi obligatio æſtimetur, vbicunq; pręciſa obligatio eſt rem tradi. Attamen adhuc recte locutus Ang. non videtur, vtpotè à quo pręſuppoſitum ſit, diuiduam omnino, & obligatione, & ſolutione ſtipulationem rem tradi eſſe, quotiens pręciſa obligatio ipſa eſt. Sed enim ab Imola, & quidem fortius, quam in argumento priore, præſuppoſitum hoc euertitur. Quoniam ſolutione ſaltem indiuidua ſtipulatio dici rem tradi debebit. Idq; ratione non tenui oſtenditur. Diuiduitatem enim obligationis, & ſolutionis in ſtipulatione rem tradi ex obligatione pręciſa Ang. demōſtrat, ꝙ abſurdum tum ſolutionis variandę taceat. Sed enim ratione hac Angel. admiſſa, tantundem ſeruandum,
195 & in obligatione † rē reſtitui erit, vt diuidua ab obligatione, & ſolutione ſit, ſiquidem pręciſa, & in ea obligatio vertitur, neceſſe enim quis habet rem reſtituere, neq; obligationi eripitur, ſi quod intereſt, pręſtare velit. Idq; locum vſq; adeo habet, vt re etiam perempta, ad rem ipſam actio nihilominus competat. l. ſi concubina. §. non ſolum. ff. rerum amo. Idem vltra Soci. ex tex. probatur in l. 3. in fi. & in l. ſi ſeruus. §. bone. ff. de condi. furti. in l. inter ſtipulantem §. pen. infra eo. in l. inter omnes poſt prin. Ibi hoc idem in conditione infra de furtis, & in §. is cui circa fi. inſtit. quibus modis re contra. oblig. Quos tex. Soci. iun. hic nominat nu. 81. In quibus etiam probatur, quamuis re perempta, ad rem ipſam petendam obligatio conſtet, executionem tamen in ęſtimatione fieri. Itaq; ſi propter obligationem pręciſam diuiduam obligationem rem tradi, & obligatione, & ſolutione Angel. putat, ius idem probandum, & in obligatione rem reſtitui erit, quæ & ipſa pręciſa omnino eſt. Atqui indiuiduam ſolutionem in obligatione rem reſtitui eſſe palam eſt. d. l. ſi duo. ff. depoſi. Conſequenter in hoc ſaltem non recte locutus Ang. videtur. Quoniam obligationis pręciſę ratione animaduerſa, ſimilis obligationi rem reſtitui iudicanda obligatio rem tradi erat, vt indiuidua ſolutione, & obligatio rem tradi haberetur. Duo hic in Soci. obſeruanda. Primum, cum pręſupponi apud Ang. putat, vt obligatione tradendi præciſa interueniente, diuidua non ſolum obligatio, ſed & ſolutio ſit. Namq; vti dictum habemus, in codice meo verbum de limitatione hac factum ab Ang. non eſt, atq; ideo verum pręſuppoſitum hoc ab eo ſit, quod Socin. hic innuit, conſtrare mihi non poteſt. Neq; credibile eſt, id Ang. pręſupponere. Siquidem pręciſa etiam in obligatione rem reſtitui, neceſſitate interueniente, indiuidua tamen ſolutio eſt.

Secundò obſeruandum, cum notatum apud Imolam hic Socin. refert, pręciſa hac obligatione in ſtipulatione rem tradi admiſſa, ſimilem eam ſaltem obligationi rem reſtitui eſſe, vt indiuidua, & in obligatione rem tradi ſolutio perinde ſit, vt in obligatione rem reſtitui. Namq; ex fide bona relatus Imola, à Socin. non eſt, neq; id ſcriptum apud Imolam legitur, quod relatum apud Socin. inuenitur. Immo etiam è contrario quam Socin. referat, Imola ait, ideſt vt pręciſa obligatione rem tradi non obſtante, inter obligationes has tamen diſcrimen verſetur, vt indiuidua, & obligatione, & ſolutione ſtipulatio rē tradi habeat. Cū aliam obligationis rem reſtitui eſſe, in qua non niſi ſolutione tenus indiuiduitas vertitur.

Poſtquā Ang. limitatio, atq; Imolæ argumenta relata à Soc. ſunt, ad limitationem ipſam proſternendā argumentis quattuor Soc. accingitur, principio ex generali-

neralitate tex. monetur in d. l. ſtipulationes non diuiduntur, vbi indiuidua ſtipulatio rem tradi generaliter dr̃, diſtinctione non facta, præciſa nec ne obligatio ſit, ergo diſtingui, nec à nobis oportet. l. 3. ĩ fi. ff. de off. pſi. ſed reſponderi ad arg. hoc poteſt, cum in id ꝙ intereſt, obligationem rem tradi poſt morã ſuccedere tex. dicat, ad eum caſum tex. ipſum neceſſario reſtringi, quo ad intereſſe ipſum obligatio competit, atque ideo ad eum caſum trahi tex. non poſſe, quo præciſa obligatio eius eſt, neq; ad intereſſe pertinet.

Secundo ꝯ limitationem hanc Soc. argumentatur, quamquã præciſa obligatio rem tradi eſt, vtilitatẽ tñ traditio particularis ratione partis non affert, quantã traditio totius, quo caſu indiuiduam obligationem di ci teſtatum ſatis ſupra habemus.

Si diceris, argumentum hoc Soc. ad ſolutionẽ, non ẽt ad obligationem ſpectare per ea, quæ dicta in ſuperioribus ſunt, quaſi incõmodo huic præſtationis particularis indiuiduitas ſatis ſolutionis medeatur. Rñdetur, & in obligatione ipſa incommodum verſari, id qa ſi diuiduã eã dicimus, ſolutione ab vno ex parte ſua facta, neceſſe ſtipulator hẽt, cum hæredibus alijs ante agere, quã ꝯ ſoluentem pro ſolido executio fiat iuxta gl. in d. l. in executione. § pro parte in ver. non poteſt, de qua vberius dictum in ſuperioribus habemus.

Tertiò contra Ang. Soc. argumentatur, ſi diuiduã ob id obligationem rem tradi ſecundũ Ang. dicimus ꝙ præciſa ſit conſequens fiet, ius idem & in factis alijs ſeruandum eadem ratione eſſe, vt propter obligationem præciſam diuidua eſtimentur, atqui falſum conſequens hoc eſſe, ex tex. declaratur in l. fideicommiſſa.
196 §. pen. ff. de leg. 3. vbi † operi faciendo à teſtatore pſcripto inſolidum hæredes tenentur, atqui præciſam obligationem facti eſſe, quæ ex voluntate vltima cõtrahitur. tex. ibi probat in §. fi. Matheſi. nota. 54. nota ꝙ iuramentum. Iaſ. in l. ſi pecuniã. nu. 19 verſ. quarto benefacit. ff. de cond. ob cau. & in d. l. ſtipulationes nõ diuiduntur. nu. 32. verſ. ſecundo principaliter fallit, poſt Bar. ibi q. 8. Rui. in conſ. 82. in fi. lib. 1.

Sed reſponderi ad tex. poteſt in d. l. fideicommiſſa. §. fi. reipublicæ non voluntatis vltimæ fauore conſtitutũ, vt præciſa obligatio facti ſit, atq; ideo inſolidũ hæredes ſecundum naturam factorum teneri, ne ꝙ introductum reipublicæ gratia eſt, in damnum eius recidat vt Rom. ſcribit ſing. 629. an ſi quis obligauerit. Crot. hic nu. 38. cir. fi.

Quarto limitatio hæc à Soc. oppugnatur, obligatione enim præciſa Ang. nititur, ꝙ rem tradere omnino venditor debet, cui tradendi facultas ſit, ſed enim neceſſitas hæc tradendi ad naturam primam contractus venditionis non ſpectat, at accidentalem ob tradendi facultatem. l. ex empto in prin. ff. de act. emp. Quem tex. inducere non aliter Socin. potuit, niſi à neceſſitate dandi ad neceſſitatem tradendi argumentando, ibi. n. expreſſum eſt, non niſi rei venditæ præſtandæ, aut tradendæ, atq; ideo ad factum traditionis venditorem teneri, dare planè ideſt dominium transferre non aliter debet, quam ſi dominus ſit, quocirca dominio transferendo ex natura contractus venditor non obligatur vt neceſſe habeat à domino rẽ emere ſi dominus non ſit, & eo modo dominium transferat, vnde niſi in cõſequentiam dominij translatio non venit, quia ſi dominus eſt, hoc ipſo ꝙ tradit, dominium transfert, qua ratione igitur in cõſequentiam, & ex accidenti dominij translatio in venditione venit, ita dicendũ & in traditione præciſa, vr̃ vt ex accidenti veniat. ſiquidem ad factum dominij transferendi traditio ordinatur. l. traditionib. C. de pact. ex Fulg. arg. hoc iuuare Soc. poterat in d. l. ex empto in prin. vbi niſi in conſequentiam, non ẽt ex natura contractus dationẽ venire in venditione non putat, qua ſententia Crotus hic vtitur. num. 15. verſ. ſecunda ratio, in poſteriore lect. Soc. iun. num. 85. cir. fi. verſ. præterea licet venditor.

Hoc ita præſuppoſito, vt ex accidenti, non ex prima, aut principali contractus natura præciſa tradendi obligatio deſcendat, iuris incerti non eſt, originalem
nem debent, ita vti obligationis natura teſtamentarię
fert Inn. in c. ex literis de iure patro. Bal. in l. à procura.
C. manda & in rubr. C. de contrah. empt. q. 9. cum alijs
apud nos collectis in conſ. 25. nu. 2 & in conſ. 258. nu.
5. Apparet ex his non mediocriter hallucinatum Iaſ.
eſſe in reſponſione hac confutanda, cui viſum ſit, ob-
ligationem rem tradi in legato ſoluendo, aut præſtan-
do verſari, inde ẽt apparet, veram Alex. Soc. vè reſpõ-
ſionem eſſe, ad rem. ll. non facere ꝯ Bar. à Caſtre addu
ctas, quatenus dandi, non tradendi in eis obligatio ver-
titur, quam dãdi obligationẽ diuiduã eſſe nõ ambigit.
Reſponſio altera Soc. ad iura à Caſtre. relata, con-
cluſioni, aut ſententiæ Bart. ea non obſtare, quoniam
de obligatione loquuntur, quæ initium in hæredib. ex
quaſi contractu accipit, vnde mirum facere quiſquam
non debet, ſi diuiſionem initio ipſo inter hæredes ip-
ſos admittit, ſi quidẽ diuidua contractu, ſeu quaſi obli-
gatio rem tradi eſt. l. locus ſupra de acq. poſſ. Quæſtio
controuerſa, & Bart. ſententia ad eum caſum ſpectat,
quo inſolidum ſemel contracta obligatio à defuncto
eſt, quo caſu diuiſionem poſtea accipere inter hæredes
non debet, hæc inquam reſponſio colorate magis à Ia
ſone carpitur in d.l. ſtipulationes non diuiduntur. col.
10. in fi. quoniam quod dici ſolet, diuiduam contractu
obligationem rem tradi, aut facti alterius eſſe, locũ tũ
deniq; habet, ſi in cõtractum pro parte deducitur, ſed
enim in quaſi contractum obligatio legati præſtandi
ex parte ab hæredibus non deducitur.
Sed enim reſponſio hæc Alex. & Socin. defendi ab
impugnatione Iaſ. facile poteſt, namq; cũ niſi ex por-
tionibus hæreditarijs legato ſoluendo hęredes non te-
neantur l ſi quis fundi vocabulo. § fin. l. ſi hæredes no-
minatim in fin. ff. de leg. 1. l. ſi pluribus. ff. de leg. 2. l. an-
tepen. inſra tit. 1. Dec. in l. 1. in prin. C. de impub. in du-
bio non amplius quam ex portione hæreditaria quaſi
193 contraxiſſe cenſeri hæredes debebũt, ſi quidem † id
velle quiſq; creditur, ꝙ expreſſum iure eſt. l. gallus. §. 1.
ff. de lib. & po. l. ſed niſi. ibiq; gl. ff. de iure dot. Bar. in l.
vxorem. §. teſtamento, & in l. re coniuncti nu. 62 ff. de
lega. 3. Bal. in l. precibus nu. 44. circa fi. C. de impuber.
Aliter tamen vltra Iaſ. reſponſio hæc Alex. & Soc.
confutatur. in qua referre putant, vtrũ à defuncto, an

Digitized by Google

ab hæredib. obligatio incipiat. Qm̃ à Bar. & Areti. ex-
preſſum diſcrimẽ hoc reijcitur in l. cõtinuus. §. fi. col. 1.
infra eo. Quæ locũ opi. in his haud dubie hẽt, quæ ſua-
ptè natura ad hæredes ambulãt Bar. hic in ſexta q. Ca-
ſtren. in d. § fi. Crot. hic nu. 136. verſ. quarto, & vltimo
in 1. lect. & nu. 77. in poſteriore lect. Horman. nu. 491.
Quicquid aliter, nec rectè ſatis ſcriptũ apud Alcia. hic
legatur nu. 10. verſ. ſecundus caſus. Aliter etiam reſpõ
ſio hęc inferius expugnatur, cum tex. diſcuſſio vertitur
in d. l. vxorem. §. agri plagam.

Melior igitur reſponſio altera vr̃, ideſt ad obligatio
nẽ dandi leges ſpectare, quæ pro aduerſarijs Bar. addu
ctæ à Caſtren. ſunt, ad tex. item in d. §. agri plagã reſpõ
ſio alia inferius accõmodabitur. Conſequenter his di-
cẽdũ, receptã Bar. & ſentẽtiã iure defendi, vt indiuidua
rẽ tradi obligatio ęſtimetur, per tex. in d. l. ſtipulationes
non diuiduntur multifariam vt ſupra, à Soci. nobiſq;
expenſum.

Limitationẽ concluſio, & ſententia hęc Bar. ſecun.
Soci. hic admittit, ne locũ habeat, vbicunq; obligatio
194 † rem tradi præciſa, aut abſoluta eſt, quotiẽs rei tra-
dendæ omnino hæredes tenentur, veluti in vẽditione,
cũ facultatẽ rei tradendę habeãt iuxta no. in l. certi cõ
ditio in prin. ff. ſi cer. pet. in gl. ibi in ver. certũ dr̃ in tra-
ditione, quæ ex venditione fit, factũ purũ non verſari.
q. d. præciſã tradẽdi eſſe obligationẽ poſſe, ꝙ ↄtra in
factis puris eſt, & abſolutã tradendi obligationẽ eſſe,
ſi tradere vẽditor põt, expreſſius ibi Bar. ſcribit nu. 14.
& in d. l. ſtipulationes nõ diuiduntur nu. 39. verſ. ad ter
tiũ venio. Bologni. hic nu. 88. Præciſa enim in re tradẽ
da obligatione interueniente, diuidua cenſeri, ob id de
bet, ꝙ abſurdũ tum ſilet, de quo in d. l. in executione. §.
pro parte. Namq; ſi rẽ ipſam tradi omnino oportet,
in rebus diuerſis fieri ſolutio non poterit.

Limitationem hanc apud Ang. in codice meo non
legi. Eandẽ limitationẽ ab Imola hic impugnari Soc.
ait, & quidem apud Imolã hic opinio hæc ſugillatur
col. 7. verſ. itẽ aduerte, quia prædicta. Ang. tñ mentio-
ne non tacta Qm̃, & ſi maxime præciſa obligatio rem
tradi ex parte venditoris ſit, ex parte m̃ emptoris ne-
ceſſitas hæc non verſatur, quominus ꝙ intereſt, rectè
poſt moram petat. l. 1. in prin. ff. de actio. empti. Nihil
quippe prohibet, & præciſam obligationẽ rem tradi
eſſe, & ꝙ intereſt, deberi. Atq; ideo abſurdũ diuerſita-
tis ſolutionũ ſequi. Quod cũ ita ſit, indiuidua, & in ca-
ſu hoc obligationis præciſę dici ſtipulatio rem tradi
debebit. Quid enim ſi ad rẽ actam contra hæredem
vnum ſit, qui rem ipſam ex parte ſua tradidit, deinde
ad id, ꝙ intereſt, cũ hęredibus alijs poſt morã agitur,
an non variatio in ſolutione contingit. Idẽ Imola ſcri
bit in d. l. ſtipulationes non diuidũtur in prin. nu. 8. ver.
ſubdit tñ hic Ang. vbi de Ang. nominatim meminit.

Argumentũ hoc Imolæ Soci. refellit Ang. opinio-
nẽ limitationẽvè ſuſcipiendo. nihili abſurdũ hoc Imo
læ faciendũ, quatenus ſtipulatoris facto accidit, cui libe
rũ erat, cohęredes alios adſtringere, vt rẽ omnino tra
derent, vti ſcriptũ apud ſe ait in d. l. 2. §. ex his ſupra eo.
Nõnihil de re hac ab eo ibi ſcriptũ in nota. ſecũdo eſt.
Ex reſponſione hac Soci. contra argum. Imolæ, limi-
tatio Soci. proſternitur, de qua ſupra in ſecun. nota. ne
diuidua ſtipulatio amplius non agi habeatur, quotiẽs
ſuper re interpoſita indiuidua eſt, ſpecie puta, id quia
conſequi abſurdũ ſolutionis variandæ põt, ſi pœnam
ab hærede vno plus petente ſtipulator accipit, reſtitu-
tione rei ex parte petitæ, facta, & quoad alios cohęre-
des, ex portionibus eorum ſpeciem retinet. Telo e-
nim ſuo, quo Imolam hic cędit, Socin. repercutitur,
quod facto ſtipulatoris abſurdum illud incurrit, vtpo
tè cui liberum erat facere, vt rem, aut ſpeciem ſolam
haberet, exceptione ſtipulationis amplius nõ agi, ad-
uerſus cohæredem ex parte ſua plus petentem oppo-
ſita ſic quomodo verbis pluribus demonſtratum in
dicto nota. ſecundo habemus, vbi maiorem Doct.
partem limitationi huic Soci. ex Bart. deſumptæ re-
fragari oſtendimus.

Sed enim, & ſi maximè ab argumento memorato
Imolæ, Ang. defendi opinio poſſit, vt indiuidua rem
tradi obligatio æſtimetur, vbicunq; pręciſa obligatio
eſt rem tradi. Attamen adhuc rectè locutus Ang. non
videtur, vtpotè à quo pręſuppoſitum ſit, diuiduam
omnino, & obligatione, & ſolutione ſtipulationem
rem tradi eſſe, quotiens pręciſa obligatio ipſa eſt. Sed
enim ab Imola, & quidem fortius, quam in argumen-
to priore, præſuppoſitum hoc euertitur. Quoniam ſo
lutione ſaltem indiuidua ſtipulatio dici rem tradi de-
bebit. Idq; ratione non tenui oſtenditur. Diuiduita-
tem enim obligationis, & ſolutionis in ſtipulatione
rem tradi ex obligatione pręciſa Ang. demõſtrat, ꝙ
abſurdum tum ſolutionis variandę taceat. Sed enim
ratione hac Angel. admiſſa, tantundem ſeruandum,
195 & in obligatione † rẽ reſtitui erit, vt diuidua ab obli
gatione, & ſolutione ſit, ſiquidem pręciſa, & in ea obli
gatio vertitur, neceſſe enim quis habet rem reſtituere,
neq; obligationi eripitur, ſi quod intereſt, pręſtare ve-
lit. Idq; locum vſq; adeo habet, vt re etiam perempta,
ad rem ipſam actio nihilominus competat. l. ſi concu
bina. §. non ſolum. ff. rerum amo. idem vltra Soci. ex
tex. probatur in l. 3. in fi. & in l. ſi ſeruus. §. bone ff. de
condi. furti. in l. inter ſtipulantem §. pen. infra eo. in l.
inter omnes poſt prin. ibi hoc idem in condiıione in-
fra de furtis, & in §. is cui circa fi. inſtit. quibus modis
re contra. oblig. Quos tex. Soci. iun. hic nominat nu.
81. In quibus etiam probatur, quamuis re perempta,
ad rem ipſam petendam obligatio conſtet, executio-
nem tamen in ęſtimatione fieri. Itaq; ſi propter obli-
gationem pręciſam diuiduam obligationem rem tra
di, & obligatione, & ſolutione Angel. putat, ius idem
probandum, & in obligatione rem reſtitui erit, quæ &
ipſa pręciſa omnino eſt. Atqui indiuiduam ſolutio-
nem in obligatione rem reſtitui eſſe palam eſt. d. l. ſi
duo. ff. depoſi. Conſequenter in hoc ſaltem non rectè
locutus Ang. videtur. Quoniam obligationis pręci-
ſę ratione animaduerſa, ſimilis obligationi rem reſti-
tui iudicanda obligatio rem tradi erat, vt indiuidua
ſolutione, & obligatio rem tradi haberetur. Duo hic
in Soci. obſeruanda. Primum, cum pręſupponi apud
Ang. putat, vt obligatione tradendi præciſa interue-
niente, diuidua non ſolum obligatio, ſed & ſolutio ſit.
Namq; vti dictum habemus, in codice meo verbum
de limitatione hac factum ab Ang. non eſt, atq; ideo
vtrum pręſuppoſitum hoc ab eo ſit, quod Socin. hic
innuit, conſtrare mihi non poteſt. Neq; credibile eſt,
id Ang. pręſupponere. Siquidem pręciſa etiam in obli
gatione rem reſtitui, neceſſitate interueniente, indiui-
dua tamen ſolutio eſt.

Secundò obſeruandum, cum notatum apud Imo-
lam hic Socin. refert, pręciſa hac obligatione in ſtipu-
tione rem tradi admiſſa, ſimilem eam ſaltem obliga-
tioni rem reſtitui eſſe, vt indiuidua. & in obligatione
rem tradi ſolutio perinde ſit, vt in obligatione rem
reſtitui. Namq; ex fide bona relatus Imola, à Socin.
non eſt, neq; id ſcriptum apud Imolam legitur, quod
relatum apud Socin. inuenitur. Immo cum è con-
trario quam Socin. referat, Imola ait, ideſt vt pręciſa
obligatione rem tradi non obſtante, inter obligatio-
nes has tamen diſcrimen verſetur, vt indiuidua, & obli
gatione, & ſolutione ſtipulatio rẽ tradi habeat. Cũm
aliam obligationis rem reſtitui eſſe, in qua non niſi
ſolutione tenus indiuiduitas vertitur.

Poſtquã Ang. limitatio, atq; Imolæ argumenta re-
lata à Soc. ſunt, ad limitationem ipſam proſternendã
argumentis quattuor Soc. accingitur, principio ex ge-
nerali-

Digitized by Google

neralitate tex. mouetur in d. l. ſtipulationes non diui-
duntur, vbi indiuidua ſtipulatio rem tradi generaliter
dr̃, diſtinctione non facta, præciſa nec ne obligatio ſit,
ergo diſtingui, nec à nobis oportet. l. 3. ĩ fi. ff. de off. p̃ſi.
ſed reſponderi ad arg. hoc poteſt, cum in id ꝙ intereſt,
obligationem rem tradi poſt morã ſuccedere tex. di-
cat, ad eum caſum tex. ipſum neceſſario reſtringi, quo
ad intereſſe ipſum obligatio competit, atque ideo ad
eum caſum trahi tex. non poſſe, quo præciſa obliga-
tio eius eſt, neq; ad intereſſe pertinet.

Secundo ꝯ limitationem hanc Soc. argumentatur,
quamquã præciſa obligatio rem tradi eſt, vtilitatẽ tñ
traditio particularis ratione partis non affert, quantã
traditio totius, quo caſu indiuiduam obligationem di
ci teſtatum ſatis ſupra habemus.

Si dixeris, argumentum hoc Soc. ad ſolutionẽ, non
ẽt ad obligationem ſpectare per ea, quæ dicta in ſupe-
rioribus ſunt, quaſi incõmodo huic præſtationis par-
ticularis indiuiduitas ſatis ſolutionis medeatur. Rñde-
tur, & in obligatione ipſa incommodum verſari, id qa
ſi diuiduã eã dicimus, ſolutione ab vno ex parte ſua
facta, neceſſe ſtipulator hẽt, cum hæredibus alijs ante
agere, quã ꝯ ſoluentem pro ſolido executio fiat iuxta
gl. in d. l. in executione. § pro parte in ver. non poteſt,
de qua vberius dictum in ſuperioribus habemus.

Tertiò contra Ang. Soc. argumentatur, ſi diuiduã
ob id obligationem rem tradi ſecundũ Ang. dicimus
ꝙ præciſa ſit conſequens fiet, ius idem & in factis alijs
ſeruandum eadem ratione eſſe, vt propter obligatio-
nem præciſam diuidua æſtimentur, atqui falſum con-
ſequens hoc eſſe, ex tex. declaratur in l. fideicommiſſa.
196 §. pen. ff. de leg. 3. vbi † operi faciendo à teſtatore p̃-
ſcripto inſolidum hæredes tenentur, atqui præciſam
obligationem facti eſſe, quæ ex voluntate vltima cõ-
trahitur. tex. ibi probat in §. fi. Matheſi. nota. 54. nota ꝙ
iuramentum. Iaſ. in l. ſi pecuniã. nu. 19 verſ. quarto be-
nefacit. ff. de con d. ob cau. & in d. l. ſtipulationes nõ di-
uiduntur. nu. 32. verſ. ſecundo principaliter fallit, poſt
Bar. ibi q. 8. Rui. in conſ. 82. in fi. lib. 1.

Sed reſponderi ad tex. poteſt in d. l. fideicommiſſa.
§. fi. reipublicæ non voluntatis vltimæ fauore conſtitu
tũ, vt præciſa obligatio facti ſit, atq; ideo inſolidũ hæ-
redes ſecundum naturam factorum teneri, ne ꝙ intro
ductum reipublicæ gratia eſt, in damnum eius recidat
vt Rom. ſcribit ſing. 629. an ſi quis obligauerit. Crot.
hic nu. 38. cir. fi.

Quarto limitatio hæc à Soc. oppugnatur, obligatio
ne enim præciſa Ang. nititur, ꝙ rem tradere omnino
venditor debet, cui tradendi facultas ſit, ſed enim ne-
ceſſitas hæc tradendi ad naturam primam contractus
venditionis non ſpectat, at accidentalem ob traden-
di facultatem. l. ex empto in prin. ff. de act. emp. Quem
tex. inducere non aliter Socin. potuit, niſi à neceſſitate
dandi ad neceſſitatem tradendi argumentando, ibi. n.
expreſſum eſt, non niſi rei venditæ præſtandæ, aut tra-
dendæ, atq; ideo ad factum traditionis venditorem te
neri, dare planè ideſt dominium transferre non aliter
debet, quam ſi dominus ſit, quocirca dominio trans-
ferendo ex natura contractus venditor non obligatur
vt neceſſe habeat à domino rẽ emere ſi dominus non
ſit, & eo modo dominium transferat, vnde niſi in cõ-
ſequentiam dominij translatio non venit, quia ſi do-
minus eſt, hoc ipſo ꝙ tradit, dominium transfert, qua
ratione igitur in cõſequentiam, & ex accidenti domi-
nij translatio in venditione venit, ita dicendũ & in tra-
ditione præciſa, vr̃ vt ex accidenti veniat. ſiquidem ad
factum dominij transferendi traditio ordinatur. l. tra-
ditionib. C. de pact. ex Fulg. arg. hoc iuuare Soc. pote-
rat in d. l. ex empto in prin. vbi niſi in conſequentiam,
non ẽt ex natura contractus dationẽ venire in vendi-
tione non putat, qua ſententia Crotus hic vtitur. num.
15. verſ. ſecunda ratio, in poſteriore lect. Soc. iun. num.
85. cir. fi. verſ. præterea licet venditor.

Hoc ita præſuppoſito, vt ex accidenti, non ex pri-
ma, aut principali contractus natura præciſa tradendi
obligatio deſcendat, iuris incerti non eſt, originalem
197 † contractus naturam, non accidentalem ſpectandã
l. itẽ veniunt. §. item cum prædiximus. ff. de pet. hæred.
idem ex gl. probatur, quam memoriæ ibi condendã
Caſtre. monet in l. nec villam. §. 1. in ver. ſciens, ibi item
quid ſi prædo eo. tit. & in l. certi conditio in princ. ff. ſi
cer. pet. natura planè originali obligationis rẽ tradi p̃-
ſpecta, ſicut præciſa non eſt, ita iudicari diuidua non
debebit. Sẽd obſeruandũ, textũ à Soc. vocatum in d. l.
ex empto, Socino ipſi obſtare, ibi enim inter naturalia
contractus præſtatio refertur, vt res tradatur, & domi-
nium trãsferatur, ſi dominus tradens ſit, idem Bar. ibi
ſentit, cum mixtam traditionis naturam in venditio-
ne ait, partim enim ad factum ſpectat, partim ad da-
tionem, idem Bar. ait in d. l. ſtipulationes non diuidũ t.
q. 8. in fi. itaq; ex natura primeua venditionis licet mix
ta, non ex accidenti, aut in conſequentiam, & conſe-
quenter præciſa tradendi obligatio venit, qua opinio-
ne Crotus hic vtitur ſecum non conſtans nu. 38. in fin.
verſ. ad quartum, & vltimum. Horman. nu. 184. ante
fin. verſ. & verius videtur.

Limitatione hac Ang. ita à Soc. argumẽtis quatuor
eliſa, quia cum ea facere tex. vr̃ in d. l. vxorem. §. agri-
198 plagam. † ff. de leg. 3. vbi venditio atq; traditio ex vo-
luntate vltima hæredib. quibuſdam facienda diuiſio-
nem omnino recipit tam ex parte hæredum legatario
rum, vt vni ex eis ex parte ſua emere liceat, quã ex par-
te hæredum grauatorum, vt niſi ex portionib. hęre-
ditarijs vẽdere, & tradere, atq; de euictione promitte-
re debeant, ad tex. ipſum ſimiliter Soc. reſpondet, vt re
ſponſum ab eo eſt ad d. l. turpia. §. fi. & in d. l. ſi tibi ho-
mo. §. ſi fundus. ff. de leg. 1. in obligatione tex. illum lo-
qui, quæ initium in hæredibus ex quaſi eorum contra-
ctu accipit, qui ex aditione hæreditatis ſequitur. q. d. in
quaſi contractum pro portionibus hæreditarijs initio
deduci obligatio rẽ tradi põt. d. l. locus. ſ. de acq poſſ.
eam ob rẽ mirum facere non debemus, ſi diuiſionem
initio ipſo obligatio hæc recipit, quæſtio controuerſa
ad eum caſum ſpectat, quo initio ipſo in contractum
ſimpliciter deducta obligatio rẽ tradi à venditore de-
functo eſt, quo caſu cũ diuiſionem inicio, atq; in con-
tractu non acceperit, indiuidua ad hr̃des ẽt tranſit ſecũ
dum naturam ſuã, qua reſponſione Ang. ẽt hic de Pe
rigl. vtitur. nu. 15. in ver. quinto, & vltimo eum ad text.
reſpondet in d. l. ſi tibi homo. §. ſi fundus, & cuius reſpõ
ſionis defenſio ſuſcepta à nobis ſuperius contra impu-
gnationem Iaſ. eſt in d. l. ſtipulationes non diuiduntur.
col. 10. verſ. quarto ꝯ Bar. Sed vltra Iaſ. reſpõſio hæc
Soc. q̃ Alex. ante & Ang. de Perigl. fuit, cõfutari ex tex.
199 vr̃ in d. l. fideicõmiſſa. §. pen. ff. de leg 3. ſenſu Bar. † &
vulgatiore recepto, vt ſpeciale ibi in repub. nõ ſit, ibi. n.
ab hæredib. obligatio facti, ſeu operis faciẽdi incipit, ꝙ
factum in contractum, ſeu quaſi deduci ex parte poſſe
iuris incerti non eſt, vt Bar hic docet, atqui inſolidum,
non ex partibus hæreditarijs hæredes ſinguli obligan-
tur, atq; ideo indiuidua obligatio inducitur.

Secundo reſponſio hæc Soc. propulſata ſuperius ex
Bar. & Caſtre. eſt ĩ l. continuus. §. fi. ĩ. eo. vbi referre nõ
putãr, à defuncto an ab hæred. obligatio incipiat, quo-
tiens ad hæredes ambulatoria obligatio ſuapte natura
eſt, idq; admiſſum apud Crotu. hic legi. nu. 336. verſ. 4.
& vlt. in 1. lect. & nu. 77. in poſter. lect. Horma. nu. 491.
vt aliud & incogitate ſatis viſum Alc. hic ſit nu. 10. ver.
ſecundus caſus, apparet ex his, ad limitationem Ang.
iuuandam non vulgariter text. conferre in d. §. agri
plagam, vt ob præciſam tradendi obligationem, quæ
in venditione vertitur, diuidua obligatio æſtimetur;

neq; opinioni huic text. ꝯdicere in d.l. fideicõmiſſa.§. pen.iuncto.§ fi.ff.de leg.3.q̃m reipublicæ fauore conſtitutum id vr̃, vt quamuis præciſa obligatio ſit, inſolidũ in̄ heredes teneantur, ſi quidẽ Rom.& Cro.opinio nõ diſplicet. Verior opinio Soc.ꝯ limitationem Ang. videtur, quam Imola hic probat col.7.ver. itẽ aduerte quia prædicta.Crot.nu.54.in poſter. lectu.

Opinione hac admiſſa, ad tex.in d.§. agriplagã Rui. reſpondet in conſ.82.in fi.lib.5 ad voluntatem vltimã pertinere, in qua præciſa obligatio rem tradi eſt, atq; ideo abſurdam tacet de quo in d.§. ꝑ parte, ſed enim ex reſponſione hac Ruini Ang.limitatio cõfirmatur, quoniam præciſa tradendi obligatio, & in venditione verſat̃, ob id diuidua dici in ꝯctu non minus, atque in voluntate vltima debebit, ex text.que Ruini reſponſio euertitur in d.l.fideicommiſſa. §. pen. & fin. opinione Bar.& vulgatiore admiſſa, vt ſpeciali reipublicæ fauore ius introductum illud non ſit, ibi enim inſolidum hæredes tenentur, obligatione illa præciſa nõ obſtãte.

Reſponſio altera ad d § agriplagam ab Horma. hic redditur.nu.184.in fi.ob id diuiduam in voluntate vltima obligationem rem tradi eſſe, ꝙ grauatus hæres, quam minimum poſſit, in dubio creditur. l. nummis. ff.de leg.3 Sed.n.reſponſioni huic text. refragatur in d. l.fideicommiſſa.§ pen. & fi. opinione illa recepta, vt iuris quicquam præcipui tex.ille non habeat.

Cogitabam ſi reſponderi poſſit, idcirco diuiduam obligationem in d.§.agriplagam intelligi, ꝙ dare hęres tenetur ex voluntate vltima, quotiens iure ipſo in legatarium dominium non tranſit Caſtre.in d.l. huiuſmodi.§ qui ſeruum.nu.3.ff.de leg.1.quod ſecus in vẽditione eſt.d.l.ex empto in prin.ff.de act.empt.vnde &
200 ſi perpetuum id nõ ſit, vt daret† ſemper hęres debeat, veluti cum iure ipſo ad legatarium dominium ambulat, quo caſu non niſi traditio facienda ratione poſſeſſionis eſt glo.in § noſtra in ver. per hipothecariam in fi.inſt.de leg.Quam alibi non eſſe Bald.ſcribit in l.1. l.ante fi.ver.quæro cum pro legato.ff.de leg.1. Ang.de Perigl hic nu.15.verſ.quarto quia, attamẽ quia in vno hæres grauatur, vt dare debeat, ſi teſtatoris res nõ erat, in alio tamen ſentit, vt niſi ex parte hæreditaria non teneatur. arg.l.eum qui in prin.ff.de leg.1.quæ reſponſio mihi non placet, quoniam dare hæres rem legatã debet, ſed.n.res legata in d § agri plagam non eſt, cum donationem legatum habeat. §.1.inſt.de don. ibi autẽ venditio, ſeu factum venditionis, & traditionis vertit̃.

Rurſus ſi dandi ibi neceſſitas vertitur locus euictioni non eſſet. Immo.n.redimi rem à domino oportet, niſi dicas, hoc ipſo euictionem præſtari, ꝙ redemptio à domino fit. Ex alio etiam reſponſio hæc non placet, quoniam mandatum illud teſtatoris de re vendẽda ſecundum naturam intelligi venditionis debet. l. ſi ſtipulatus ver.verum.ff.de vſur.l.ſi legati ſerui.ff.de leg. 3.& alia non pauca, atq; vt tradi res vendita, non dari dẽat. Vnde ad ſolutionẽ aliam animum induxi, ob id diuiduitatem in obligatione illa de re vẽdenda, & tradenda, quatenus ad factum pertinet, admitti, quod diuiſio quodammodo facta à teſtatore ipſo videtur, qui hæredibus fieri venditionem iuſſit, quo caſu inutile legatum ex portionibus ipſorum hæredum eſt, quibus vendi tradiq; res debet, ne creditor, debitorvè ſui ipſius quiſpiam ſit.l.ſed & ſi in conditione.§. fi. ff. de hæred.inſt l.plane.1.§.ſi duob.l.legatum eſt. §.1.l. & quidem.l.eum filio.§ deniq;.ff.de leg.2.l. miles.§. fin. ff. de leg.2.l.eum qui.§.fi.ff.de his quib. vt indig.l.1.§.ſi quis ex mortis cauſa ver.qui vero, ſupra quorum lega.proinde cum niſi ex portionibus aliorum hæredum legatum, & mandatum illud vendendi non conſiſtat, & ex portionibus legatariorum ipſi ſibi tradant, à teſtatore ipſo diuiſio ipſa obligationis facta rei tradendæ videtur, cum totum præſtari ab hæredibus nequeat, quibus onus iniunctum vendendi eſt.

Reſponſionem aliam, & ſcitam fortè magis aſcribendam cenſui, per quam diſtinctionis iure tumultus omnes ſedari, & textuum, & Doc.poſſunt iuxta ea, q̃ ſcripta ſuperius in prima concluſione ſunt ex Bart.hic decerpta, qui indiuiduam obligationẽ rem tradi ſimpliciter, & omnino in venditione etiam aſſerunt, moti nituntur in d.l.ſtipulationes non diuiduntur, vbi indiuidua obligatio hæc ſimpliciter generalitervè dicit̃, id quia factum habet, atq; ideo ad exemplum factorũ aliorum eſtimatur, ob id indiuiduam iudicari obligationem rem tradi non aliter conuenit, niſi ſi factum merũ habet, ne iure diuerſo atq; facta alia cenſeãtur, quib.adæquata eſt.arg.l.iam hoc iure.ff. de vulg. Rurſus cum facti cauſa, quod in traditione vertitur, indiuiduitatem eius lex dijudicet, ad cauſam ipſam facti reſtringi indiuiduitas debet.l.cancellauerat.ff. de his quę in teſta.delen.& cum reſpectu facti indiuidua traditio habeatur, indiuiduam intelligi non niſi ob factum ip-
202 ſum oportet. Reſtringi † quippè verba debent, vt eo reſpectu intelligantur, quo prolata ſunt.l.ſi quis domũ. §.quid tamen.ff.loca.l.profectitia.§.pen.ff. de iure dot. l.debitor.§.fi.ff.ad trebel.§.quod autem inſt. de legi. agna.tutela.Soc.in conſ.92.nu.23.lib.3.Dec.in cap.1. in 13.not.de poſtula.præla.in c.ſi pro debilitate. nu.6. cir. fi.de offi. deleg. vbi reſtringendum verbum libere ait ſecundum materiam ſubiectam eo reſpectu, quo profertur.no.idem Dec.in conſ.283.col.5.cir.med.Quod cum ita ſit, indiuiduam obligationem eſſe rem tradi admittimus, quotiens ad factum merum ſpectat, ad factorum aliorum ſimilitudinẽ, vt in d.l. ſtipulationes non diuiduntur. Cũ alia vr̃, quotiens ad ius transferendũ traditio pertinet, & ꝙ transferri ab vno nõ poteſt, ibi enim ſicut diuiduum ius eſt, ita non diuidua eſſe obligatio ipſa rem tradi, non poteſt, quæ ad ius ipſum transferendum ordinatur, cum ius magis ſpectari oporteat, cuius transferendi cauſa traditio ordinatur. l. naturalis.§.quod ſi faciam.ff.de præſcrip.verbis.Bar.in l.cum proponas.C.de dolo.Crot.hic nu.88.in 1.lectu. Horma.num.338.ſed.n. iuris tranſlatio in venditione vertitur, ſi dominus venditor eſt, eaq; ratione rem abſolute tradere neceſſe venditor habet, vt potè ſine qua traditione fieri tranſlatio nequit.l.traditionib. C. de pactis, ius planè, quod penes plures eſt, transferri ſolidum ab vno non poteſt reg.nemo plus infra de reg. iur. itaq; in ſpecie.d §.agri plagam, quia dominiũ rei vendendæ ex venditione traditioneve transferri hęredis vnius non poteſt, ab omnibus rem vendi tradive neceſſe eſt, ius idem ſeruandum inter viuos putem, ſi venditione à defuncto facta, ante rem traditam hæredibus pluribus relictis deceſſerit, etenim cum penes hęredes oẽs ex portionib.eorum dominium ſit, quõ ex traditione vnius transſerri dominiũ ex portionib.aliorum poterit, niſi ſi & ab eis traditio fiat, aut ratam traditionem habeant, traditio igitur omnium vera, aut præſumpta neceſſaria videtur, ꝙ ſi indiuiduam tradendi obligationem dicimus, conſequens fiet, in poteſtate vnius eſſe, ex portionibus aliorũ dominium trãsferre.

Conſequenter prędictis dicendum, ſi quidem factũ merum in re tradenda obſeruamus, indiuiduam obligationem rem tradi generaliter dici, ſi autem ad ius reſpicimus diuiduam neceſſario haberi.

Concluſio tertia ex Bart.depromitur, quæ ſecunda
203 apud Socinum eſt, obligationem† rem reſtitui diuiduam eſſe, indiuiduitatem in ſolutione dumtaxat verſari p tex.in l.3.§.hęres.ff.commoda.& in l.1.§.ſi apud duos.ff.depo.de quo tex.idcirco mẽtio facta à Soc.nõ eſt, ꝙ ꝯ Bar.& alios tex.ipſum ĩ d.§. ſi apud duos Soc. poſtea reijcit, ex tex.ẽt ꝯcluſio hęc adiuuat̃ ĩ l. in ꝯditione.ff.de ꝯd.furt.Quem tex.exceptione oĩ maiorem oppoſitionis nullius metuentẽ Caſtre.prædicat in d.l.

ſtipu-

Digitized by Google

ſtipulationes non diuiduntur in prin. colum. fi. circa med. vbi rei furto ſubtractæ reſtituendæ nonniſi ex partibus hæreditarijs furis hæredes tenentur. Neq; dici poteſt, ad obligationē ſecũdariã tex. illũ priore quaſi ex dolo, aut culpa vnius hæredis teneri alij nõ debeãt. Quoniam rem ibi extare tex. præſupponit, cum de interitu eius verbum non fiat. Atqui obligationi ſecundariæ locus non aliter eſt, niſi ſi extare res deſijt, vt in l. expreſſum præced. eſt. ſic ad obligationem primariã neceſſario tex. ille reſtringitur. Eandemq; diuiduam eſſe non obſcure tex. ipſo oſtenditur. De quo tex. Soci. etiam hic meminit. Textum item pro concluſione hac à Caſtren. citari Soci. ait in l. a. in fi. infra de prætor. ſtipula. ſed enim in codice meo nominatus tex. ille apud Caſtren. non legitur. vnde imprudens Soci. textum illum Caſtrenſi tribuit. Qui error inde etiam declaratur, quod vbi ad ll. à Caſtrenſi relatas inferius Soci. reſpondet, memoria ab eo habita de tex. illo non eſt in d. l. a. § fi. infra de prætor. ſtipula. Eundem tex. tamen ad concluſionē Bar. confirmandam vocatum apud Iaſ. legi in d. l. ſtipulationes non diuiduntur num. 19. circa fi. Pro ſententia hac Bar. Caſtren. in l. ſi duo nu. 2. ff. depoſi tex. & alium profert in l. in depoſiti eo. tit. Iaſ. itē hic nu. 18. tex. aliũ in concluſionē hanc cõprobandam affert in l. ſi plures ſupra de vi, & vi arm. In concluſione hac Raphaelem vtrunq; diſſentire Cuma. & Fulgo. Soci. hic refert. Idq; argumento à ratione maiori deſumpto ita probant obligatio rem tradi indiuidua à Bar. & alijs ob id habetur, quod obligationi ſimilis facto tum eſt d. l. ſtipulationes non diuiduntur in prin. vnde ſicut indiuidua facta haud dubie regulariter ſunt, ita; & rem tradi obligatio. Enimuero ſimilior factis obligatio rem reſtitui, quam rem tradi videtur. quod ex eo oſtenditur. quoniam ius in reſtitutione nunquam vertitur, vtpotè quod penes eũ totum ſit, cui fieri reſtitutio debet. Atq; ideo factum merum reſtitutionis in obligatione ipſa rem reſtitui verſatur. Cauſa alia obligationis eſt rem tradi, in qua ius quandoq; venit. d. l. ex empto in prin. ff. de actio. empti. l. in conuentionalibus infra eodem. Itaq; ſi propter factũ ipſum, cui adæquatur, & quod ſtipulatio rē tradi cōtinet, indiuidua dicitur, Ratio validior efficit, vt indiuiduam eſtimari, & obligationem rem reſtitui oporteat, quæ ad facta ipſa propius magisvè accedit.

Ad tex. in d. l. 3. §. hæres quo Bar. concluſio nititur, Raph. vterq; reſpondet, ad obligationem eum ſecundariam ſpectare. Quæ contra eum inducitur, qui dolo, aut culpa rem extantem non reſtituit, Interitu etiã detrimentovè rei amoto. Ex dolo quippè, aut culpa
204 obligatio naſci ſecundaria ſolet. Dolus † planè commiſſus ab eo dicitur, qui id non facit, quod facere debet. l. ſi cum mihi. Ibiq; Bal. ff. de dolo. l. Iulianus. §. Marcellus verſi. dolus autem in eo eſt. ff. ad exhib. l. ſi procuratorem. §. dolo, & l. dolus. ff. manda. l. quod in heredem. §. 2. ff. de tributor. l. ſi fundo. §. 1. ff. de euictio. l. dolo. ff. ad l. Falci. & apud nos in conſ. 6. nu. 9. in cõſ. 172. nu. 5. & in conſ. 192. num. 12. vnde cum reſtitutio fieri rei debeat, ſi non fit, doli is reus habetur, à quo reſtitutio non fit. Idq; ex tex. nominatim probatur in l. 1. §. eſt autem apud. ff. depo. vbi doli tenetur, qui depoſitum mox non reſtituit. Atq; in ſpecie obligationis ſecundariæ, ob id ſolum eam contrahi, quod reſtitutio rei non fit, interim ēt, aut interuerſione eius ceſſante Bal. ſcribit in d. l. 3. §. hæres. ff. commoda. Bar. hic in fi. ſextæ oppoſi. Iaſ. in d. l. ſtipulationes non diuiduntur col. 12. verſi. tenendo iſtam opi. Crot. hic nu. 20. in poſteriore lectu. Soci. iun. nu. 152. ver. ſed tunc videtur. Hoc ita admiſſo; vt ad obligationē ſecundariã referri tex. debeat in d. §. hæres. Iuris ambigui non eſt, diuiduitatem in ea admitti, vt is ſolus obligetur, à quo admiſſus dolus non reſtituēdo ſit, cum reſtituendi facultatem habet. vt in d. §. hæres. Ratio alia obligationis primæ ad reſtituendũ videtur. Indiuidua enim hæc dicenda non minus ac obligatio rem tradi videtur.

Reſponſionem hãc Raphaelũ Caſtren. damnat in d. l. ſtipulationes non diuiduntur col. fi. circa med. vbi quod neq; verbis tex. congruere in d. §. hæres reſponſio hæc neq; ſenſum hunc Raph. pati tex. ille poteſt, vt in obligatione ſecundaria intelligatur. Rei cuius enarrãdæ cauſa ſciendũ, in hoc inter obligationes has differre primariã, & ſecundariã quod ad rem prima competit, vt reſtitutio eius fiat. Altera, aut ſecundaria ad æſtimationem, quotiens reſtitutio rei non fit. d. l. 1. §. ſi apud duos ver. proinde. & d. l. ſi duo. ff. depoſi. Quæ differentia ratione etiam confirmatur. Neq; ſi ad rem ipſam obligationē competere vtranq; dicimus primam, & ſecundã, inepta prorſus introductio ſecundæ obligationis erit. in qua nihil aliud, atq; in priore continetur. Hoc ita præſuppoſito, vt ad æſtimationem obligatio ſecunda pertineat, conſequens fit, de obligatione ſecũda intelligi tex. non poſſe in d. §. hæres. In quo ad æſtimationem verba prorſus non competunt, qui de re ipſa reſtituenda, non de æſtimatione præſtanda non obſcurè ſequitur.

Secũdo reſponſionē ſuã Raph. vterq; patitur, ſuoq; ipſorũ telo confodiuntur ſecundũ Alex. in d. l. ſtipulationes non diuiduntur. Aiunt. n. idcirco diuiduã obligationē in d. §. hæres fieri, quod ſecundaria ibi obligatio vertitur. Atqui è contrario quàm reſponſio habet, dicendũ indiuiduã obligationem ſecundariam æſtimari. Atq; ideo inſolidũ, non ex portionibus hæreditarijs ex obligatione ſecundaria hæredes teneri. d. l. ſi duo ver. quod ſi lancem. vnde cum niſi ex portionibus hæreditarijs in d. §. hæres hæredes non teneantur, conſequens fit, Primam, non ſecundam in eo obligationem verſari.

In retorſione hac Alex. falli Soci. Scribit. quod enim dicitur, indiuiduã obligationē ſecundariã eſſe, atq; ad ſolidum contra hæredes ſingulos dari, locũ tunc demum habet, ſi hæredũ, non defuncti dolo contracta ſit. Aliter atq; ſi admiſſus dolus à defuncto eſt. Ibi enim inter hæredes ex portionibus eorum diuiſio obligationis ſecũdæ fit d. l. in depoſiti. ff. depo. quod igitur diuidua obligatio in d. §. hæres habeatur, non eo fit, quod obligatio primeua verſetur, vt Alex. credit. verũ quod contracta obligatio ſecunda ob dolũ defuncti eſt. ſi dixeris, ex vaticinio reſponſionem hanc conſiſtere. Reſpondeint neceſſariã, non diuinatiuã reſponſionē hanc eſſe, Namq; cũ dolus ibi atq; ideo obligatio ſecundaria præſupponatur, non ad dolũ referri defuncti non poteſt. Cumulanus arg. hoc diuinationis inferius Soci. diluit num. 11. in fin. verſi. ad iura pan.

Quid dicēdũ opinionē Raph. defendi poſſe, Eamq; ex tex. iuuari in d. l. 1. §. ſi apud duos. Soci. putat, dum cauilloſa modo interpretatio abſit. Quem tex. trifariã Soci. excutit. Primũ, cum vnumquemq; depoſitarium facultas cõueniendi datur. Ibi aduerſus vnumquemq;
205 eorum agi poterit; verbũ enim † vnumquemq; inſolidũ intelligitur, & quis probatũ id à Soci. non ſit, ex tex. tamen declaratur in l. creditor. §. duobus. ff. cõmoda. Idem ex tex. probatur in d. §. ſi apud duos. Namq; ſi inſolidum depoſitariũ quem libet teneri non dicimus, falsũ eſſet, agi contra vnũquemq; poſſe. Immo enim agendũ contra ſingulos, aut omnes diſiunctim ex portionibus eorum hæreditarijs eſſet. Idem ex Bar. Imolaq; probatur in l. hoc articulo. ff. de hæredi. Inſti. Iaſ. in d. l. ſtipulationes non diuiduntur col. 12. ver. ego pro iſta opinione dñi Chriſtophori. Alcia. hic nu. 81. circa prin. vnde quod probatũ id aliter à Soci. non ſit, factũ ideo eſt, quod pro expedito habuit, ex tex. ipſo in d. §. ſi apud duos id oſtendi. ſi inſolidũ depoſitarius vnuſquiſq; iudiciũ patitur, Ergo non indiuidua eſſe obligatio rem reſtitui non poterit.

Secundo tex.in d.§.ſi apud duos pro opi.Rapha.ali-
ter Soc.expendit, cum depoſitarios plures tutoribus
pluribus exæquat, ſeu ad ſimilitudinem tutorum obli-
gari ait, vt ſi dolo depoſitarius verſatus, vterq; ſit, & ꝙ
intereſt, alter præſtiterit, alterum liberari perinde text.
ait, vt ſi ſolidum præſtitum à tutore vno ſit, quod pu-
pilli intereſt, ex comparatione hac depoſitariorum cũ
tutoribus, indiuiduam obligationem rem reſtitui eſſe,
liquide apparet, cum in ſolidum tutores plures teneri
no. apud gl. & Doc. ſit in l.1.C. de tranſact.

Tertio pro opinione hac Rapha.text.in d.§. ſi apud
duos adhuc Soc.obſeruat, cum ſolutione vnius, depo-
ſitarij, non ẽt electione alterum liberari tex.ait.q.d.ob
id ꝙ depoſitarius vnus electus à deponente ſit, quẽ in
iudicium vocaret, liberatio depoſitario alteri non con
tingit. At ſolutione liberationem alter in ius non vo-
catus conſequitur, ſi ſolutio facta à depoſitario conuẽ
to ſit, ſi ſolutione liberatio quæritur, vtique de re tota
fieri ſolutionem oportet, aliter quippè liberatio ex to
to non contingeret, ergo ꝙ de electione, ſeu petitione
dicitur, liberationem ex ea non induci, vtiq; & de pe-
titione totius intelligitur, vt peti totum ab vno poſſit,
q̃uis petitio ad liberationem ſatis ſola non ſit, & ꝙ de
petitione totius intelligi tex. debeat, vt totum peti ab
vno poſſit, Soc.demonſtrat, quia locus alias argumẽ-
to non eſſet, ſolutione totius, non electione, aut peti-
tione partis liberationem naſci, ſi totum peti à depo-
ſitario vno poteſt, quamuis petitio ea ſola ad libera-
tionem alterius non proſit, conſequens ſit, inſolidum
depoſitarium vnum quemq; obligari. Aliter quippè
ſolidũ, aut totũ peti ab vno non poſſet. Imò.n.pęnam
nimiæ petitionis actor ſubiret, qui ſolidum ab eo pe-
teret, qui obſtrictus niſi ex parte non ſit, infert Soc.per
regulam illam emendata magis lectio erit, per literã
illam doti tex.tripliciter ad modũ memoratũ expenſi
Raph.opinionem iuuari, q̃uis gl.ibi aliter vaticinãdo,
& ſupplendo, tex.illũ interpræteẽ, idcirco inſolidũ de-
poſitarios ſingulos ibi teneri, ꝙ ita actũ initio ſit, cum
depoſitio rei fieret, vt inſolidum vnuſquiſq; teneretur.

Inſpectionibus his Soc.ad opinionem Rapha.con-
firmandam perinde vt ſuis, pęnęq; furãtis ſecurus Iaſ.
vtitur in d.l.ſtipulationes non diuiduntur col.12. verſi.
ego pro iſta opinione, tanto laudis æſtu Iaſ. feruebat,
vt furti eiuſmodi nihili probrum faceret.

Opinione hac Raph.vtriuſq; ita à Soc.inſtructa atq;
obfirmata, animum ad ꝯtria profliganda vertit, ideſt
ad tex.refellendos, quos pro Bar.contra Raph.Caſtre.
produxit, & principio ꝙ ad tex attinet in d.l.3.§.hęres.
ſi.commoda.reſponſionẽ Raph.Soc.repetit hoc eiſdẽ
obligatione ſecundaria ex dolo defuncti ꝯcta, & quæ
diuiſionem inter hæredes admittit.d.l.in depoſiti.text.
illum intelligendum. Si dixẽris, apollineã reſponſionẽ
hanc videri, reſpondet Soc.diuinationem ſilere, quate-
nus neceſſaria eiuſmodi reſponſio eſt, vt ad obligatio-
nem ſecundariam tex.ille referatur, idq; per exceptio-
nem ipſius tex. Soc.id oſtendit, vt diuiduitatem obli-
gatio illa non admittat, quotiens facultatem rei reſti-
tuẽdæ hæres vnus habet, neq; reſtituit, at reſtituere re-
nuit, exceptio hæc ſecundũ Soc.ad obligationẽ ſecun-
dam pertinet, quæ ꝑꝑ reſtitutionẽ, ſeu occaſione eius
cõtrahitur, quotiens eã reſtituere hęres detrectat, idq;
probari vltra Soc.vr̃, ꝙ iudicis boni arbitrio conueni-
re tex.ait, vt inſolidũ hęres condemnetur, cui facultas
rei totius reſtituendæ eſt, nec reſtituit.q.d.in dolo eum
videri, qui non reſtituit, & dignus ob id, in quem õffi-
cium ſuum iudex exerceat, ſi ad obligationem ſecun-
dam exceptio pertinet, ergo & regulam ipſam de ob-
ligatione ſecunda intelligi neceſſe erit, ſi ad caſum eũ-
dem referri exceptionem oportet, qui compręhenſus
206 ſub regula eſt, etenim ſi ab exceptione declarari † re-
gula ſolet, in quib. caſib. loquatur. l. nam ꝙ liquide in
fi.ff.de penu lega.l.fi.§.cui dulcia.ff.de triti.vino, oleoq;
lega.Imola in l.filio pręterito.nu.25.poſt med.ff.de in-
iuſto teſta.Dec.in l.1.nu.26.ĩ. de reg.iur. Q̃uo decla-
ratio fieri hęc poterit, ſi alio caſu exceptionem loqui,
atq; regulam dicimus. Imò.n.inepta prorſus exceptio
habetur, quæ ſub verbis compræhenſa regulę non ſit.
gl.3.in c.cordi de appella.lib.6.Bal.in l.actione.nu.4.C.
de tranſact.Signo.in conſ.71.nu.5.ver.pręterea ꝑ hoc
notabiliter in conſ.82.nu.10.in ꝯſ.166.col.6.in fi. verſ.
ſeptimo ſic, vbi cum rem aliq̃ exceptio reſpicit, ſigni
eſt, de re eadẽ regulã loqui.no.Iaſ.in l.ſi ita legatum in
prin.nu.5.ff.de leg.1.Cur.ſen.in conſ.64.nu.5.itaq; qua
ratione in obligatione ſecundaria tex.loquitur in d.§.
hęres circa exceptionẽ, ita de eadẽ tex.intelligi, & in re
gula ipſa oportet, in qua diuiduã obligationẽ eſſe ex-
preſſum eſt. Reſponſione hac Soc. ad d.§.hæres pro
ſua Iaſ.vtitur in d. l. ſtipulationes non diuiduntur. col.
12.verſ.tenendo iſtam opinionem, eandem inſionem
applicari ad tex.poſſe in d.l.in cõditione.ff.de cõd.furt.
quem inexpugnabilẽ Caſtren.aſſerit, Soc.ſubijcit, ideſt
vt in obligatione ſecundaria, & is intelligatur, quæ de-
functi ꝯcta dolo ſit, in manifeſto.n.defuncti dolus vr̃,
207 à quo furto ſubtracta res eſt, ſi quidẽ † in his præſu-
mi dolus ſolet, quæ prohibita naturaliter ſunt, ſed &
verus is, non præſumptus dolus dr̃.l.dolum.C. de do-
lo.l.ſi non conuicij.C.de iniur.l.1.C.de Siccar.Alex.in
conſ.103.nu.20.verſ.& quando quis lib.1.Iaſ.in l.1.§.
nunciatio col.pen.cir.med.ſupra de oper. noui nunc.

In ſolutione hac Soc.non acquieſcens, vt porè per
q̃ Caſtre.dilutum arg.non eſt, abſurdam rem videri, vt
ad idem obligatio vtraq; competat prior, & poſterior
ad ſolutionem alterã adit, q̃ ex Innoc.traditione perci
pit in c.ſicut dignũ cir.fi.de homicid. Referre ibi Inno.
putat, actione depoſiti, aut conditione furtiua, an lege
aquilia agatur, priore caſu cũ ex depoſito, aut condi-
tione furtiua iudiciũ infertur, diuiduã obligationẽ cẽ-
ſeri, atq; ideo niſi in partẽ actionẽ non dari, poſterio-
re caſu pro ſolido actionẽ l.aquiliæ dari, ſi quidẽ indi-
uiduum damnũ ſit, cõſequens præceptioni huic Inno.
ſit, ad eũ caſum tex.pertinere in d.l.in conditione, quo
actio propoſita l.aquil.eſt, quæ diuiſionẽ admittit, vbi-
cunq; diuiduũ damnum eſt diſcernīq; poteſt, quantũ
ab vnoquoq; illorum damnum ſit.l.item mela.§.ſed ſi
plures, & §§.trib.ſeq.l.ita vulneratus.§.fi.ff.ad l.aquil. l.
vulg.§ fi.ĩ de furtis, ex quib.ll. cum ſententia hæc in
ſpecie probetur, nihil erat, ꝙ textum Soc.in arg. voca-
ret in l.ſi plures infra arbor. furtim cæſar. quem ad eũ
caſum Innoc.nominat, quo indiuiduum damnũ eſt,
atq; ideo dãno ſolido reſtituẽdo vnuſq;ſq; adſtringitũ.

Videndũ in dictis his Soc.cũ partes Raph.vtriuſq; ſe-
ctando, textum pro eis tripliciter expendit in d.l.1.§.ſi
apud duos.ff.depoſi.Mirari n.ſatis nequeo, cur laboris
tm̃ à Soc.ſuſceptum in tex.illo excutiendo ſit, vt oſten
deret indiuiduam ibi depoſiti reſtituendi obligationẽ
verſari, perinde quaſi Bar. & Dõct. cum eo ſentientes
dicant, diuiduã obligationem ibi intelligi, cũ omnium
quiſq; id neq; aſſerat, neq; aſſerere poſſit, perſpicua.n.
magis circa indiuiduitatem verba ſunt, quam vt con-
trouerſiæ admittere quicquam poſſint, ſed.n.à ſenſu
contrario tex.ille a Bar. & Doct.citatur coniuncto ſen
ſu gl.in ver.peruenietur, quæ indiuiduã ibi ob id obli-
gationem exiſtimat, ꝙ actum expreſſim ſit, vt inſoli-
dũ depoſitarius vnuſquiſq; teneatur, quo ſenſu Bar. &
crebrior Doct pars vtitur, a ſenſu igitur contrario ex-
preſſim Doc.aiunt, vt diuidua obligatio rẽ reſtitui, pa
cto id genus quieſcente, habeatur, vnde in eo labor ca
piendus a Soc.tantummodo fuerat, vt ſenſum hũc gl.
& Doc.infirmaret, quo circa de re nihili, & dubitatio-
nis nullius ſecum Soc.non cum aduerſario vllo con-
certaſſe legitur, facilius igitur, verbiſq; paucioribus tex.
illum pro Raph.aſſerere Soc. poterat, inſolidũ ibi depo

ſita-

ſirarios plures reſtimere teneri,neq; ad rem gl.& Doc.
ſenſum attinere,actũ ibi expſſim eſſe, vt inſolidũ q̃ſq;
reſtitueret,qñ ex vaticinio manifeſto sẽſus iſte ꝯſiſtit.
Sed obſeruandum,neq; Bart. neq; Raph. opinioni
textum opitulari in d.§.ſi apud duos,quoniam Bar. &
Raph.opinio ad obligationem primariã ſpectat. text.
planè in d.§.ſi apud duos in obligatione ſecundaria lo
quitur ſecundũ Caſtre.ibi in fi. quæ inſolidũ haud du-
bie ſingulos adſtringit,quotiens circa ſpeciẽ dolus ad-
mittitur,q̃ diuiſionẽ ſubiecti ſubſtantia ſalua, non re-
cipit.d.l.ſi duo ver. ꝙ ſi lanceam.ff.eo.tit. depoſi.
Iuuari ſenſus iſte Caſtre.vltra eum,põt in verſ.enim
proinde dubitandum non eſt, quin de obligatione ſe-
cundaria tex.loquatur,proinde ſi ambo dolo fecerũt,
& alter quod intereſt,præſtiterit verſ.is planè illationẽ
habet,ex præcedentibusq; infert,illatio vero apta non
aliter habetur,niſi ſi eodem atq; ſuperiora,caſu loqui-
tur,ſi quidem inferri ex diuerſis non ſoleat.l.fi.ff. de ca
lumnia.l.papinianus exuli.ff. de minor.
Secundò Caſtren.ſenſus confirmatur,ꝙ quale legis
principium eſt,talem legem eſſe totam conuenit, ſeu
208 ita † interpretari legem conuenit, vt ſecundũ princi
piũ eius tota intelligatur.l.regula.§.pen.ff.de iuris,& fa-
cti ignor.Old.in conſ.103.quæſtio eſt, vbi ſenſum tex.
enucleando in c.quorũdam.§.cir.de elect.lib.6.ſcribit,
ſicut principiũ illius tex.in electis ad prælaturam extra
ordinem,ſeu Monaſteriũ eorũ loquitur, ita totã illã
intelligi conſtitutionem,oportere,idem Alex.tradit in
conſ.134.nu.25.lib.6.vbi talem legis, aut ſtatuti iudi-
candũ finẽ exiſtimat,quale inicium eius eſt,quia ad ſe-
quentia præcedentia trahũtur per tex.in d.l.reg.§.pen.
Atq; in ſpecie Old.ibi refert,idem vltra Alex. ex Bart.
oſtenditur in l.cum filio.nu.4.poſt med.verſic. quarto
hoc vẽ.ff.de leg.1.vbi quia legis illius initium tã in filio
quam in ſeruo loquitur, q̃uis in filio ſolũmodo pro-
ſequatur,in ſeruo tñ ius idem intelligi.arg.l.1.C. de di-
uer.reſcrip. quæ cum ita ſint,cũ ad obligationẽ ſecun-
dariã tex.ille pertineat in d.ver.proinde,tantundem di
cendũ,& in principio eiuſdem text.vẽ, vt eodem caſu
tex.totus loquatur, conſequenter ineptè tã à Bar. quã
à Raph.in obligatione primaria vocari tex.ille videt̃.
Secundo principaliter in dictis Soc.obſeruandũ,cũ
ad tex.reſpondet in d.l.5.§.hæres.ff.commoda.ad ob-
ligationem ſecundariam eũ pertinere, quę contracta
ex dolo defuncti ſit,rẽſio enim,ſeu reſtrictio hæc Soc.
morbo multiplici laborat,principio vim verbis tex il-
lius affert,qui de re ipſa reſtituenda,atq; ideo de obli-
gatione primaria loquitur, quæ ob rem reſtituendam
209 cõpetit;ſecundaria vero † ad ęſtimationẽ,aut quod
intereſt contrahitur re perempta, aut deteriore facta
Caſtre.in d.l.ſi duo cir.fin.ff.depoſi.& in l.in re furtina.
ff.de cond furt.Soc.hic nu.17.verſ.mouentur ſecundo
tenerites.per tex.in d.l.1.§.ſi apud duos ver.proinde, &
in d.l.ſi duo verſ.quod ſi lancem.
Cuius ſñiæ Bar.quoq; eſt ſecũ diſſidens in d.l.ſtipu-
lationes non diuiduntur in 8.oppoſi.& q.6.Iaſ.hic nu.
21.ver.tu autẽ dic Bar.benedicere.Galiau.nu.33.verſ.
ex alio ẽt,& nu.59.in fi.verſ.tamen defendendo Bart.
Alc.nu.116.ver.nec obſtat,ſi diceres. Butig.nu.86. in fi.
Gozad.in l.2.nu.14.C.de pact.inter emp.& vend.& q-
dem vũ Caſtre. ait, ſi ob rem ipſam reſtituendã obli-
gationem etiam induci ſecundariã dicimus,cui futura
vſui erit,an non ſatis prima ad id obligatio fuerit.
Secundo de obligatione ſecundaria intelligi tex.nõ
poſſe in d.§.hæres oſtenditur,obligatio ſecundaria do-
li,aut culpę latę nomine ꝯtrahitur.d l.1.§.ſi apud duos
ibiq; Caſtre.in ſummario.ff.depoſ.de dolo planè,aut
lata hæredis culpa in d.§.hæres non tractatur, ſi dixe-
ris,hoc ipſo dolum intelligi,ꝙ id non fit,ꝙ fieri opor-
tet,vti dictũ ſuperius habemus.Reſpondet̃, dolum in
obligatione ſecundaria obſeruari,qui rem ipſam,non
perſonam ſolummodo ſpectat, ideſt cum circa rem
ipſam interuertendam, aut deteriorem faciẽdã dolus
admittitur,ita vt dolo non reſtituentis factum ſit,quo
minus reſtitui res, aut integra poſſit per ea, quæ dicta
in proxima reſponſione ſunt,idq; & ratione illa iuua-
tur,ꝙ reſtringi verba conuenit, vt eo reſpectu intelli-
gantur quo prolata ſunt.l.fin.ff.quem ſerui. amittan.l.
neſennius.§.qui fundum ſupra de re iud.l.3.§.2.ibi ſed
& ſiquidem tutor ſit, non tamen quaſi tutor negocia
adminiſtret infra iud.ſolui.vnde quod dr̃,obligationẽ
ſecundariam ex dolo, aut culpa lata in re reſtituenda
produci,intelligi atq; reſtringi rei ipſius reſpectu dẽr,
cum pp rem ipſam reſtituendã, ſeu reſpectu eius doli
mentio culpævè latæ fiat,conſequenter quotiens in re
ipſa dolus culpavè lata cõmittitur, rẽ ipſam interuer-
tendo,aut deteriorem faciẽdo, idq; ita explicatũ apud
Iaſ.hic inuenitur.nu.21.in fi.ver.nec eſt verum, ꝙ per
hoc. Hoc ita prænarrato, non ſolum doli,aut culpæ
quicq̃ circa rem ipſam reſtituendam admiſſum in d.
§.hæres non eſt,verum dolum culpamvè abeſſe non
obſcurè apparet, qñ quidẽ facultatẽ rei totius,incolu-
misvè reſtituendę hęredi eſſe expreſſum ibi ſit,ꝙ vtiq;
non fieret,re ipſa interuerſa, aut deteriore facta.
Tertio in hoc obligationẽ ſecundariam in d.§.hæ-
res.Soc.obſeruat,ꝙ dolus in eo vẽ,qui id non facit, ꝙ
facere eum oportet, ſed. n. cã iuſta, aut colorata non
faciendi,aut non reſtituendi deeſſe non videbatur, ꝙ
in ſolidũ rei reſtituendæ ſe teneri hæres non crederet,
qui ex parte ſolummodo hęres eſſet,q̃uis rei totius re-
ſtituendę facultatem haberet,idq; & tex.ipſe ſentit,cũ
iudicis officio reſtitutionem faciendam totius ait,ob-
210 ligatio † planè in iudicis officio non vertitur. l. hæ-
reditas in fi .ff.de petitio. hæred. l. qui per colluſionem.
§.1.ff.de act.emp.l.quintus.ff. de annuis lega. ꝙ igitur
fertur,dolum in eo præſumi, à quo id non fit, ꝙ fieri
oportet,ad eum pertinet,à quo excuſatio omnis abeſt
quominus facere id deberet,ratio alia videtur, cã qua
iuſta interueniente,quãobrem factum id non ſit, doli
enim excuſare cauſa iuſta ſolet.l.ſi filius § fi.cum l.ſeq.
ff.de procur.l.de ætate.§.qui iuſto.ff. de interro. actio.
c.1.& c.quam ſit iuncta gl.in ver.diſtulit de elect lib.6.
gl.& Doc.in l.ꝙ te.ff.ſi cer.pet.ſed & cã iniuſta doli pur
gationẽ inducit.l.igitur ſupra de lib.cau.gl.& Doc. in l.
vni.in fi.ſi quis ius di.non obtemp.& alia compluria.
Quarto ſi ſenſum hunc Rapha.& Soc. agnoſcimus,
vt de obligatione ſecundaria tex.intelligatur in d.§.hę-
res nunquam concurſus obligationis primariæ, & ſe-
cundariæ non erit,ſi quidem locus obligationi, aut a-
ctioni ex ea deſcendenti non aliter eſt,niſi ſi rem reſti-
tuere reus detrectat.l.ſi reus paratus.ff.de proc.& iſtud
eſt,ꝙ Caſtre.ſentit in d.l.ſtipulationes non diuiduntur
col.fi.inutilem obligationis ſecundarię introductionẽ
eſſe,quatenus prouiſum ſatis ex primaria ob rẽ ipſam
reſtituendã ſit,explicatius ẽt ſenſus iſte Raph.inferius
proteritur in 3.opp.Bar.atq; in prima cõcluſione Soc.
Quintò,& vltimo ex vaticinio mero Soc. reſpõſio
conſtat, quod ex dolo defuncti contracta obligatio
ſecundaria ſit: quatenus verbum vllum de facto, aut
dolo defuncti factum ibi non eſt.
Neq; ad rem Soc.inſpectio attinet, exceptionẽ,ſde
qua in d.§.hæres,ad obligationẽ ſecundariam pertine
re,ergo & regulam,qñ id negatur confutatumq; arg.
hoc ex ſuperioribus apparet,etenim ſi niſi ex dolo,aut
culpa lata circa rem ipſam interuertendã, aut deterio-
rem faciendã induci obligatio ſecundaria non ſolet,
contrarius obligationi huic ſecundariæ tex. ille euidẽ-
ter eſt,in quo res integra præſupponitur,cuius reſtituẽ
dæ facultatem hæres hẽt,à factoq; interuerſio, aut de-
trimentum rei pendet,ꝙ non præſumitur l.quæcunq;
§.qui à pupillo.ff.de publicia.l.deniq; ff. ex quibus cau.
maior.l.qui à quolibet.ff.de contrah.emp & eiuſmodi
non

non pauca, inde & dici non poteſt ex dolo, aut omiſſione nõ reſtituẽtis factũ, quominus reſtitui res poſſet.

Secundo reſpondetur, arg. retorquẽdo, namq; ſi in obligatione ſecundaria circa exceptionẽ tex. loquitur, ex dolo illa contracta hæredis eſt, qui rem non reſtituit, cum eius reſtituendæ facultatem inſolidum habeat, quocirca in obligatione etiã ſecundaria ex dolo hæredis contracta intelligi regulam oportet, vt declaratio eius ſecundum exceptionem fiat, & ne in caſu diuerſo exceptio quam regula loquatur.

Tertio reſpondetur, ſecum Soc. in reſponſione hac pugnare, primum enim ex dolo defuncti contractam obligationem in d. §. heres ait, deinde cum exceptionẽ obſeruat, ex dolo eam inductam hæredis putat, qui rẽ non reſtituit, cuius reſtituendæ inſolidum facultatem habet.

Quartò Soc. calliditas ſpectanda, cũ ad tex. reſpondet in d. § hæres, neq; enim Caſtre. arg. diluit, ad obligationem ſecundariam, idcirco referri text. illum non poſſe, ꝙ de re ipſa reſtituenda, non æſtimatione eius pſtanda loquitur, cum niſi ad æſtimationẽ, aut quod intereſt, obligatio ſecundaria nõ pertineat. d. l. 1. §. ſi apud duos verſ. proinde, & Caſtre. ipſe not. in d. l. ſi duo in fi. ff. eo. tit. depoſi. & in d. l. ſtipulationes non diuiduntur in prin. col. fi. idq; Soc. ipſe hic admittit num. 17. verſic. mouentur ſecundo tenentes.

Tertiò principaliter Soc. reſponſio ad tex. ſpectanda in d. l. in conditione. ff. de condi. furti. vt ad obligationem, & ius ſecundariã referatur, textus enim verbis, & menti reſponſio hæc aduerſatur, qui de conditione furtiua loquitur, quæ ob rem reſtituendam, non ad æſtimationem competit, quamdiu res extat, vt in l. preced. dicitur, rem planè extare tex. ille innuit, neq; ex-

111 tincta † præſumitur, poſtquam ad hæredem eam peruenisſe apparet. l. ſi quis ex argentarijs § fi. ff. de ede. l. non ignorabit. C. ad exhib. l. ſi creditor. C. de pig. acti. Pau de Caſtr. in conſ. 301. ad bene examinandum in quarto dubio lib. 1. Alex. in conſ. 58. nu. 5. ante fi. verſi. nam tale iuramentum. lib. 1. Soc. in conſ. 190. col. 4. in fin. ver. ſecundo poſito lib. 2. quod tamen intellige, vt per Caſtre. in l. publicati. C. de teſta.

Sed & apud hæredem rem extare præſumi, quã ad defunctum perueniſſe, apud eumq; fuiſſe conſtat Rui. putat in conſ. 90. nu. 6. in fin. & in conſ. 97. etiam nu. 6. in fi. lib. 5. ex Caſtre. in conſ. 63. ad primum quæſitum reſpondetur, quod non obſtante dicta liberatione in fine primi dubij lib. 2. quod tamen Ruini dictum affirmãdum hic non cenſui per tex. in l. cum hæredes in princ. ſupra de acqui. poſſ. & aliud in hærede Cardi. viſum in conſ. 119 col. 2. circa fin. ſatis tamen in præſentia fuerit, apud hæredem furis extare rem in d. l. in conditione non obſcurè innui.

Secunda item Soc. reſponſio ex Innoc. deſumpta in d. c. ſicut dignum, in actione l. aquil. tex. accipiendum in d. l. in conditione, quæ diuidua dicitur, vbicunq; diuiduum damnum eſt, Soc. ipſi euidenter reclamat. Diuiduam enim obligationem rem reſtitui, quotiens ex obligatione primeua agitur, ex depoſito puta, aut conditione furtiua, Inno. putat, indiuiduam ſecundariam arbitratur, cum lege aqui. agitur, exiſtimat ſi indiuiduũ damnum ſit, quia diſcerni damnum vnius à damno alterius nequeat, quomodo igitur Inno. traditione vti Soc. potuit, cum diuiduam obligationem rem reſtitui primeuã Inn. aſſeuerat, quã indiuiduam Soc. cõtendit.

Si dixeris, in hoc Inn. relatum à Soc. non eſſe, vt indiuiduam obligationem rem reſtitui primeuã ex Inno. oſtenderet, verum vt demonſtraret, idcirco diuiduam obligationem in d. l. in cõditione haberi, quod actum legge aquil. atq; ideo ex obligatione ſecundaria à defuncto contracta ſit, reſpondetur, diuerſa delicta furti, & damni eſſe, atq; ideo actionib. ob ea diuerſis agi, neq; ob furtum actionem l. aquil. dari. l. ſi ſeruus ſeruum in prin. ff. ad l. aqui. vnde ob obligationẽ etiam ſecundariam. l. aquilia agi in furto non poteſt, verum actio furti, aut conditio furtiua re etiam perempta, competit. d. l. in re furtiua. ff. de condi. furti.

Secundo reſpondetur, ad titulum de conditione furtiua, ſub quo poſita eſt. d. l. in conditione Soci. reſponſionem non conuenire, verum ad tit. ff. & C. ad l. aquil. ob id reſponſionem admitti Soc. non oportet, vtpotè à tit. ipſo alienam. l. imperator. ff. de in diem adiectio. gl. in l. fi. in prin. in ver. poſſe. ff. de cond. ind. in c. 1. in glo. magna in prin. & in c. ab arbitris in ver. appellandũ de off. deleg. lib. 6. Cor. in conſ. 203. col. 2. lib. 4. Iaſ. in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 53. ſupra de acq. poſſ.

Apparet ex his, cauilloſam interpretationem, quã Bart. & Doct. cum eo ſentientibus Soc. tribuit, in Soc. ipſum reflecti.

Reſponſionem tertiam ad d. l. in conditione, Iaſ. adijcit in d. l. ſtipulationes non diuiduntur. col. 12. poſt med. verſ. item contra iſtam opin. Nam quem text. inuictum Caſtre. credidit, infirmiſſimum, & nihil ad rẽ attinere Iaſ. aſſerit, id quia ad obligationem rem reſtitui ſpecies controuerſa pertinet. tex. planè in d. l. in conditione ad obligationem dãdi ſpectat ad dandũ quippe conditio furtiua competit. §. ſic itaq; Inſti. de actio. In dandi planè obligatione vulgo Doct. conſentiunt, diuiduam eam eſſe.

Reſponſionem hanc Iaſ. nihili faciendam arbitror, etenim quod conditio furtiua ad dandum contra furem competat, obligationi rem reſtitui non derogat, quominus rem reſtituere fur teneatur, furis enim odio introducta conditio hæc eſt, quo actionib. pluribus teneatur, vt habetur in d. §. ſic itaq; ob id ſicut naturæ cõditionis ad dandum in hoc derogatur furis odio, vt domino detur, facilius derogatum in alio eſſet, vt indiuidua obligatio ſit, ſi indiuidua furis obligatio ob rẽ reſtituẽdam eſſet, facilior enim derogatio, vt inſolidũ obligatio contrahatur, alioquin diuidua, quam vt domino res detur, id eſt in dominum dominium transferatur, cum impoſſibile id videatur.

Secundò ex diuerſis in reſponſione hac Iaſ. argumẽtatur, id eſt à conditione vera ad alteratam, & quæ naturam ſuam non ſeruat, conditio vera, quæ ad dandũ competit, diuidua eſt, ergo tantundem dicendum, & in conditione naturæ alteratæ erit, quæ contra furẽ hæredesvè eius redditur, ex diuerſis planè non infertur. l. naturaliter. §. nihil commune ſup. de acq. poſſ.

Tertio reſponſioni Iaſ. gl. obſtat in d. l. in conditione. in ver. pro parte, vbi obligationis rem reſtitui indiuiduitatem, de qua in d. §. heres, cum rei totius reſtituendæ facultatem heres vnus habet, ad conditionem pertinere furtiuam putat, ꝙ in conditione vera, atque propria locum minimè habet, quam diuiduã eſſe Iaſ. ipſe putat, ſic quod ad diuiduitatem, aut indiuiduitatem obligationis attinet, naturam dandi conditio furtiua non retinet, verum obligationi ſimilis rem reſtitui habetur, atq; ideo in his, quæ dãnnoſa furi hæredibusvè eius ſunt, naturæ obligationis rem reſtitui per conditionem furtiuam nõ derogari, quominus naturã & obligationis rẽ reſtitui conditio ipſa habeat.

Conſequenter his dicendum, tolerabilem Raphã. opi. non perinde videri, vt perſuaſum ſibi Soc. habet, quincirca rectè à Soc. ſcriptum, à Bart. & crebriore diſcedendum ſententia non eſſe, quæ ipſa etiam ex text. confirmatur in l. ſi vt certo §. ſi duob. ff. cõmoda. vbi diſcrimen inter obligationem rem reſtitui primariã, & ſecundariam expreſſim oſtenditur, quod diuidua primaria indiuidua ſecundaria eſt.

Cæterum quia admirationem diuerſum hoc ſtipu-

112 lationum ius parit, cur † diuidua magis obligatio rẽ reſtitui, quam rem tradi, & factorum ſit, viceque verſa

cum

cum econtrario dicēdum potius videbatur, indiuiduā rem reſtitui obligationē eſſe, vt potè quæ factis ſimiliter quam obligatio rem tradi vt, vti ex Raphael. ſupra demonſtratum Soc. habet, diuerſitatis huius rationē per concluſiones tres oſtendendam Soc. cenſuit.

Rei cuius explicandæ cauſa, quia ſuboſcurius, nec præter morem Soc. loquitur, monendi ſumus, eodem modo, ſeu eadem ratione in obligatione, atq; in ſolutione indiuiduitatem iudicari, in ſolutione enim ratio ne illa indiuiduitas intelligitur, ꝙ abſurda alias res conſequitur, vt ex rebus diuerſis ſolutio fiat, ſic indiuidua ſolutio totiens habetur, quotiens conſequi abſurdum memoratum poteſt. d. l. in executione. §. pro parte, eadē ratione indiuiduam dici obligationē oportet, quotiens conſequi abſurdū poteſt, vt ad diuerſa obligatio contrahatur, actioque inſtitui ob diuerſa debeat, ita vt diuerſitas in obligatione ipſa interueniat, verbi gratia ſi in obligatione facti à defuncto promiſſi diuiſionem admittimus, vt promiſſore mortuo, neceſſe ſtipulator habeat, hæredes ſingulos in portiones eorum hæreditarias conuenire, diuerſitas protinus in obligatione ipſa apparet, ſi ab hærede vno factum ante moram petitur, deinde ꝙ intereſt alter poſt morā debeat, diuerſitas hic. n. non in ſolutione modo, ſed & in obligatione incurrit. factum quippè ante morā actione ex ſtipulatu, ſeu in factum, ꝙ intereſt poſt morā certi conditione petitur, vt Caſtren. declarat in d. l. ſtipulationes non diuiduntur col. pen. cir. fi. ver. ratio diuerſitatis: ſic actiones diuerſas obligatio vnà, atq; eadem pariet, ſi diuiduitatem in ea ſuſtinemus, atq; ideo alia hęredis vnius ad factum, alia alterius in id, ꝙ intereſt, obligatio eadē in hæredib. erit, ita diuerſitatē in obligatione ex actionib. diuerſis, & ad diuerſa competentibus pp diuiduitatem Caſtre, diiudicat, vnde quia diuerſitas hęc interuenire in obligatione rem tradi, & factorum poteſt, indiuiduam eā perinde, vt ſolutionē eſſe cōſtitutū eſt.

Secundò monēdi ſumus, vbicunq; niſi in ſolutione contingere diuerſitas non poteſt, ibi ſolutionem tantummodo indiuiduā haberi, idq; videre in obligatione generis eſt, cum ſtichum quis puta in genere promittit, deinde hæredibus pluribus relictis vita cedit.

Namq; & ſi maxime diuiſio obligationis inter hæredes fit, mutatio tamen, aut alteratio, diuerſitasvè vlla circa obligationem ipſam non ſequitur, ſtichi. n. petitio quāuis pro ſua, cuiuſq; portione fiat, ſtichus ſemper debetur, ſtichusq; idem in genere actioneq; eadem ſemper petitur, obligatio eadem ſemper ad ſtichū ſpectat, ius idem obligationis alternatiuæ eſt, cum ſtichi puta, aut pamphili facta promiſſio eſt, namque ſi pars vtriuſq; diſiunctim ab hæredib. promiſſoris ex portionibus eorum petitur, pars eadem ſtichi, aut pamphili ſemper petitur, atque ideo circa idem obligatio ſemper manet, pars eius ſemper petitur, ꝙ deductū in ſtipulatione eſt, eadem ſemper actione hæredes conueniuntur, vt diuerſitatis quicq̄ circa obligationem ipſam non incurrat, diuerſitas omnis in obligatione generis, & alternatiua verſari niſi in ſolutione nō poteſt, ſi partem hæres in ſticho vno, in ſticho alio partem cohæres ſoluit, quotiens generis obligatio verſatur, vel ſi partem vnus ſtichi, pamphili alter in obligatione alternatiua præſtat, quocirca ſicut in ſolutione tantummodo diuerſitas tum cadit, ita ſolutionem indiuiduā iudicari ſolam conuenit, vt à ſua cauſa effectus regatur, ad eam ve reſtringatur. l. cancellauerat. ff. de his, quę in teſta. delen.

Tertiò ſciendum, diuerſitatem quandoq; & in obligatione, & ſolutione interuenire, re videlicet perempta, ea planè extante, diuerſitatis, aut alterationis quicq̄ obligatio non patitur, quo caſu diuidua nihilominus obligatio, ſolutio tantummodo indiuidua æſtimatur, atq; ideo ratio alterationis, aut diuerſitatis non habet, quæ re demum extincta accidit, in quo genere obligatio rem reſtitui eſt, qua extante, peti eſtimatio nō poteſt. d. l. in re furtiua. ff. de condi. furt. quod cum ita ſit, conſequi abſurdum non poteſt, vt res ante moram actione vna, ꝙ intereſt poſt moram actione alia petatur, variatione igitur obligationis, quamdiu res extat, quieſcente, diuiduam obligationem iudicari par eſt, Cæterum quia in ſolutione cōtingere varietas poſſet, ſi partem vnus in re extante, partem alter in æſtimatione poſt rei interitū ſoluat, indiuidua ſolutio dumtaxat eſtimatur, his ita prænarratis, monendi ſumus, ius idem primæ, & tertiæ cōcluſionis Soc. eſſe, vt diuidua in vtraq; obligatio verſetur, tam obligatio generis, & alternatiuæ, de qua in prima concluſione, quam obligatio rem reſtitui, de qua in tertia concluſione, diſſimilitudo non niſi in obligatione rem tradi, & factorū verſatur, de qua in ſecunda concluſione, ſi quidem indiuidua obligatio rem tradi, & factorum eſt, ꝙ ſi diuiduitatem obligatio hæc rem tradi, & factorum nō admittit, longe minus ferenda diuiſio in ſolutione erit, cū facilior in ſolutione, quam in obligatione indiuiduitas verſetur.

Prima igitur concluſio Socin. in materia hac indiuiduitatis iudicandæ eſt, vbicunq; in reb. diuerſis ſolutio contingeret, diuerſitatem alterationemq; vllā obligatione non patiente, indiuiduam ſolummodo ſolutionem eſſe, rei cuius exemplum petere de obligatione generis, alternatiuave eſt. d. l. 2. §. 1. ſupra eod. & d. l. in executione. §. pro parte infra eo. Bart. in d. l. ſtipulationes non diuiduntur. nu. 24. Caſtren. in l. ſi ſtipulatus c. infra eo. ꝙ aūt ſolutionem tantummodo, non ēt obligationē diuerſitas cōtingat in obligatione generis, & alternatiua, declaratū ante in prænarratione ſecunda habemus. Ratio concluſionis huius aſſerri ea ſolet, ꝙ ex abſurdi diuerſitatis indiuiduitas eſtimatur, vbicūq; diuerſitas in obligatione, aut ſolutione, vel in vtraq; intercedit tam in obligatione, quā ſolutione, vnde cum niſi ſolutionem abſurdum hoc diuerſitatis nō ſpectet, ad ſolutionem ipſam reſtringi indiuiduitatem oportet, vt ad cauſam ſuam effectus reſtringatur. d. l. cancellauerat. Sed dicturus aliquis erit, diuiduā & ſolutionē in obligatione generis alternatiuaq; habendam, perinde quaſi diuerſitas, & in ſolutione taceat, ſticho. n. in genere promiſſo, ſi in ſtichis duob. ſolutio fit, ſemper ſolutio fieri in ſticho dicitur, cum vnus promiſſus magis quam alius non ſit, æquè in obligatione alternatiua de ſticho, aut pamphilo, cum promiſſus vnus potiuſquam alter non ſit, diuerſitas incurrere non videtur, ſi partis in ſticho, partis in pamphilo ſolutio ſit, reſpondetur, imò. n. diuerſitatem incurrere, quoniā non pluſquam vnius facta promiſſio in genere, aut alternatiua eſt, ſed enim ſi diuiduitatem in ſolutione admittimus, circa res plures ſolutio fieret.

Sed iterum atq; fortius obiecturus quiſpiam erit, dictum eſt, ſolutionem tantummodo in obligatione generis alternatiuavè idcirco indiuiduam eſſe, ꝙ niſi in ſolutione contingere abſurdum illud diuerſitatis non poteſt, eaq; ratione diuiduam obligationē eſſe, ꝙ abſurdum in ea taceat, at enim rationem eandem, & obligationis eſſe, vt abſurdum hoc verſari, & in ea poſſit, atq; ideo iudicari indiuidua debeat, oſtenditur, finge ſtichum in genere, vel ſtichum, aut pamphilum alternatiue tradi quempiam ſtipulari, obligatio hic rem tradi in genere, aut diſiunctim vertitur, indiuiduam planè rem tradi obligationem eſſe, ſimiliter vt factorū procuidubio eſt. d. l. ſtipulationes non diuiduntur in prin. id quia contingere abſurdum poteſt, vt ad res diuerſas, actionibusq; diuerſis hæredes obligentur, vnus ad factum ante moram, ad id alter ꝙ intereſt, poſt morā, actione vnus ex ſtipulatu, aut in factum, certi alter cōditione, ſic quomodo demonſtratū ante habemus.

Re-

Digitized by Google

Reſpondetur, quod ad ſtipulationem rem tradi in genere, attinet, in expedito rem eſſe, abſurdum diuerſi-
213 tatis prædictæ ſilere, id quia † tradi in obligatione generis pro dari accipitur, vnde nihil intereſt, ſtichum tradi, an dari in genere quiſpiam ſtipuletur, vtroq; enim caſu transferri dominium oportet Bart. & alij in l. ſi à ſubſtituto. § fi. ibiq; Iaſ. in 2. not. & num. 15. ff. de leg. 1. Iaſ. in l. ij rem tradi in fi. infra eo. & in §. ſic itaq; nu. 11. inſti. de actio. obligatio planè rem dari diuerſitatem neſcit, vt potè quæ præciſa eſt, neq; quod intereſt re ẽt perempta, nedum poſt moram debetur. l. ſi ſeruum. §. fin. infra eod. Bar. in d. l. ſtipulationes non diuiduntur. nu. 9. Socin. in rubr. ſupra eod. nu. 23. verſ. quarto loco. Corn. in conſ. 196. poſt prin. lib. 4.

Negotium grauius in obligatione alternatiua rem tradi ſubeſt, cum ſtichum, aut pamphilum tradi quiſpiam ſtipulatur, quo caſu in dationem traditio non reſoluitur, quomodo igitur diuidua dici ſtipulatio hæc poterit, in qua incidere abſurdum diuerſitatis poteſt, ſeruum hærede vno ante moram ex parte ſua, altero quod intereſt poſt moram præſtante, quo caſu actione ex ſtipulatu ſeruus, certi conditione quod intereſt, debetur, vti demonſtratum ſupra ex Caſtre. habemus in d. l. ſtipulationes non diuiduntur. col. pen. circa fin. verſ. ratio diuerſitatis.

Reſpondetur, dictum hoc obligationis alternatiuæ, diuiduam eam eſtimari, ad eum caſum reſtringendũ, quo ſtichum aut pãphilum dari quiſpiam ſtipulatur, cauſam aliam eſſe, cum ſtichum, vel pamphilum tradi ſtipulatio habet, indiuiduam enim tum eam eſſe, vt Bar. docet in d. l. ſtipulationes non diuiduntur. col. 4. in fi. verſ. item poſſes inſtare. Expreſſius. num. 23. & ſeq. ibiq; Caſtre. col. pen. poſt med. verſi. ſolutio obligatio alternatiua. l.

Apparet ex his, generaliter plus nimio in concluſione hac prima Soc. locutum, non niſi ſolutione indiuiduam alternatiuæ ſtipulationem eſſe, obligationẽ vero diuiduam, quoniam indiuidua, & obligatio habetur, ſi quidem relata ad traditionem ſit.

Sed obſtat declarationi, & reſtrictioni huic, in qua dictum eſt, indiuiduam ſolutionẽ ſtipulationis alternatiuæ tantummodo eſſe, quę concepta in dationem eſt, ꝙ ſi ad traditionem ſpectat, indiuiduam, & obligationem, & ſolutionem eſſe, ſic indiuidua ſolutio in ſtipulatione dandi alternatiua eſtimatur, ſed enim diuidua in ſtipulatione dandi non ſolum obligatio, ſed & ſolutio vr̃, vt Bar. no. in d. l. ſtipulationes non diuiduntur. nu. 9. verſ. videamus rationem prædictorum.

Conſequens argumento huic fit, locum concluſioni Soc. eſſe à partibus ſatis enumeratis in ſtipulatione alternatiua non poſſe, namq; aut in ſtipulatione alternatiua rem tradi eam intelligimus, & indiuidua in ea etiam obligatio eſt, quam diuiduam Soc. concluſio teſtatur, aut de obligatione dandi in cõcluſione ſua Soc. ſentit, & diuidua illa etiam ſolutione eſt. Quam ſolutionem tñ indiuiduam eſſe in concluſione ſua in obligatione vtraq; ſcribit generis videlicet, & alternatiua.

Reſpondetur, quòd dicitur, diuiduam ſtipulationẽ dandi ſolutione etiam eſſe, ad ſtipulationem ſimplicem certamvè pertinet, veluti cum fundum quiſpiam aut ſpeciem quam aliam dari ſibi ſtipulatur, diuiſionẽ enim ſtipulatio hæc inter hæredes promiſſoris accipit tam ab obligatione, quam à ſolutione, vt ex ſua quiſque parte ſolummodo conueniri, & cogi ad ſoluendũ poſſit. Ratio alia ſtipulationis dandi in genere, aut alternatiuæ eſt, indiuidua hęc enim ſolutione eſtimatur, Id quia ſi diuiduam in ea ſolutionem dicimus, abſurdum conſequi diuerſitatis poteſt, de quo in d. l. in executione. §. pro parte. Quid. n. ſi ſticho in genere promiſſo, partem in ſticho vno hæres vnus, partem alter in ſticho alio dat. Cauſa eadem ſtipulationis alternatiuæ eſt, ſtichum aut pamphilum dari, ſi partem ſtichi hęres vnus, pamphili alter partem det, ita Bar. docet in d. l. ſtipulationes non diuiduntur. q. 2. nu. 24. per text. in d. l. in executione. §. pro parte, qui intelligi niſi in ſtipulatione dandi circa alternatiuam non poteſt, quoniã ſi ob traditionem interpoſita ſtipulatio alternatiua ſit. non ſolutio modo, ſed & obligatio indiuidua eſt, quã tñ obligationis indiuiduitatem tex. ille non agnoſcit.

Inde declaratio, ſeu reſtrictio dicti Bar. colligitur in d. l. ſtipulationes non diuiduntur. nu. 9. verſi. videamus rationem prædictorum, cum diuiduam obligationẽ dandi non ſolum obligatione, ſed & ſolutione putat, vt ad eum caſum pertineat, aut reſtringatur, quo ſimplex certavè ſtipulatio dandi eſt, cauſam aliam eſſe, ſi in genere, aut diſiunctim dari ſpecies debet, indiuiduã tum enim ſtipulationem habendam.

Sed quæſtio hic incurrit, intereſſe ex prædictis appa-
214 ret, † dari quis an tradi alternatiuè ſtipuletur, ſi quidem dari diuiduam, ſin autem tradi indiuiduam obligationem intelligi, quamuis indiuidua ſemper ſolutio ſit, quid ſi fundum quiſpiam, aut ſpeciem aliam certã ſtipulatur, dandi tradendivè mentione non facta, vtrũ dari, an tradi ſtipulatus intelligatur. Reſpondetur, ad dationem in dubio ſtipulationem referendam. l. ſi ita. §. 1. ff. de contrah. empt. Bar. in l. cum mota. nu. 5. C. de tranſact. cum alijs apud Iaſ. relatis in l. ſcire debemus. §. 1. col. 2. in prin. verſi. item in dubio ſtipulando infra eo. idq; vltra Bart. & Iaſ. ex eo etiam iuuatur, ꝙ in traditione dici ſimpliciter facta ſolet, dominij eam transferendi cauſa factam intelligi, vbicunq; cauſa habilis ad dominium transferendum antecedit. l. dotis. 1. §. fi. ibiq; Bar. ff. de iure dot. Bar. in l. ſi conſtante in prin. nu. 93. ff. ſol. matr.

Hoc ita, niſi natura contractus traditionem expoſtulet, ibi enim vti natura contractus fert, ita interpoſita ſtipulatio creditur Imol. in d. l. ſi à ſubſtituto. §. fin. ff. de leg. 1. per tex. in l. ſi ſtipulatus in prin. ff. de vſur. ſequitur Iaſ. in d. §. ſic itaq; nu. 15. inſtit. de actio.

Secunda Soc. concluſio, vbicunq; variatio in obligatione contingere ex natura eius poteſt, vt in obligatione rem tradi, & factorum, in qua ad id, quod intereſt, poſt moram variatio ex natura eius fit, ſtipulationem ibi indiuiduam, & ab obligatione, & à ſolutione eſſe. Abſurdum enim diuerſitatis in obligatione hac interuenire, tam circa res debitas, quam actiones, demonſtratum ſuperius ſatis in prima prænarratione habemus, in ſolutione item diuerſitatem incurrere, ſi diuiduitatem in ea admittimus, proculdubio eſt, diuerſitatis igitur, & variationis abſurdo circa vtranque interueniente, tam obligationem quam ſolutionem, non indiuidua haberi vtraq; non poterit, vt ex cauſa ſua indiuiduitas gubernetur, & euſq; protendatur, quouſq; cauſa ipſa porrigitur. arg. l. pater filium. §. fundum, ibiq; Bar. in fi. ff. de leg. 3.

Obſtare concluſioni huic videtur, diuerſitate enim tota nititur, quod diuerſitas incurrere in obligatione poteſt, vt factum hæres vnus ante moram, quod intereſt, alter poſt moram debeat, ſed enim quieſcere diuerſitas hæc videtur, tempora diſtinguendo iuxta tex. in c. periculoſe de peni. di. 1. Ante moram enim niſi factum non debetur, poſt moram ob id, quod intereſt, tantummodo agitur. Rurſus ſi impleta facti pars ab hærede vno ante moram eſt, extincta obligatio, vr̃ pinde quaſi debito ſoluto ex parte ſua inſt. quib. mod. tolli. obli. in princ. ſi extincta eſt, non poteſt diuerſitas obligationis non ſilere, cum id tantummodo, ꝙ intereſt. poſt morã debeatur, ſic debitum vnum atq; idẽ ſolũmodo interuenit, debito alio facti diuerſo perempto.

Sed ad argumentum prius reſpondetur, ſatis eſſe ad indiuiduitatem iudicandam temporibus ẽt diuerſis diuerſitatẽ ſequi, vt ex tex. probatur in d. l. in executione.

§. pro

Digitized by Google

§.pro parte, vbi indiuidua ſolutio in obligatione generis,aut alternatiua ob diuerſitatem ipſam habetur. Atq; in eodem tempore ab hæredibus omnibus ſolutio non fit,cum niſi vnus ex portione ſua hæreditaria non conuenitur, ob id ſatis eſt ad indiuiduitatem inducendam, ante moram factum, quod intereſt poſt moram actionibus diuerſis deberi.

Alterum item argumen. non mouet,diuerſitatem ceſſare,ꝙ extincta obligatio facti dicatur,præſtatione eius ex parte, ab hærede vno facta, ob id nonniſi in eo,quod intereſt, obligationem manere. Quoniam negatur, ſolutione partis liberationem, aut interitum obligationis ex parte illa induci, vbicunq; indiuidua ſolutio eſt. Immo enim in pendenti res manet, vſq; dum ſecutus exitus quoad alios hæredes ſit. l.2.§.1.ſupra eodem,& habetur in d.§.pro parte.

Secundo reſpondetur extinctione etiam admiſſa, ad rem arg. non attinere. Quoniam ſatis eſt, diuerſitatem hanc ante extinctionem interueniſſe,interuenireq; poſſe. Quam potentiam lex, & Doct. obſeruant, obſeruandum etiam in concluſione hac ſecunda. Nã que diuerſitatem obligationis ex diuerſitate actionũ Caſtren.diiudicat in d.l. ſtipulationes non diuiduntur col.pen.circa fi.verſi.ratio diuerſitatis.Sed enim repugnare Caſtrenſi vr̃, ꝙ nihil prohibet, ex eodem facto actiones plures diuerſaſq; oriri.l.1.C.com.de leg.no. in l.edita.C.de eden. Bar. in l.1. §. dixerit aliquis.ſ. de publica. Atqui indiuidua, ob id inter hæredes obligatio non fit.

Reſpondetur, diuerſitatem actionũ à Caſtren. obſeruari,cũ actione vna ex ſtipulatu puta, hæres vnus, actione alia,& diuerſa veluti certi conditione alius tenetur. In argumento planè eadem hæredũ omnium conditio eſt, vt eiſdẽ actionibus oẽs teneantur, ita vt quæ cõtra vnũ cõpetunt, contra alios etiam dentur, non etiam vnam vnus,alias alij actiones patiuntur,id ꝙ in concluſione hac ſecunda contingit.

Contrarium ſecundo Caſtrenſi vr̃, ꝙ à culpa ſtipulatoris fieri diuerſitas hæc obligationis, & actionũ vr̃. Siquidem in arbitrio ſtipulatoris eſt,ante morã hæredes oẽs actione vna,ex ſtipulatu,aut in factũ,ad factũ ipſum,vel certi conditione ad id,ꝙ intereſt,poſt morã,oẽs conuenire, ob id diuerſitatis huius rationẽ non habendã per ea, quæ d.ſ. in ſecun. nota. ꝯtra limitationẽ Soci. habemus, ſed reſpondetur, in manu id ſtipulatori ſemper nõ eſſe. Quid.n. ſi incõmoda ei hæredũ omniũ conuentio ob locorũ interuallũ ſit.Quid ſi impedimẽto aliquo ſtipulator tenetur, quominus omnes conueniendi facultatẽ habeat. Quæ rationes in limitatione prædicta improbanda non mouent.Liberum.n. ibi ſtipulatori erat, exceptionẽ ſtipulationis, aut promiſſionis defuncti contra hæredem vnũ promiſſoris plus petentem obijcere.

Sed validius,& tertio contra concluſionem hanc ſecundã opponitur,in qua habetur, ob diuerſitatem fieri,vt indiuidua obligatio, & ſolutio iudicetur. Sed.n. ratio haberi diuerſitatis huius non ſolet, quotiens ex contrahentium voluntate accidit. Inde fit, vt diuidua contractu obligatio rem tradi, & factorũ ſit, quia ex parte in ꝯtum deduci facta poſſunt.l.locus.ſ.de acq. poſ.& hic apud Bar.in hac 2. oppo. Quo caſu cum ex parte ſolũmodo in contractũ factũ,aut traditio deducitur, non amplius, ꝗ ex parte obligatio contrahitur. Hoc ita admiſſo,qua ratione igitur in ꝯctũ pro parte expreſſim deduci facta poſſunt,ꝗuis ad eum modũ diuerſitas ſequatur,ita & tacite.l.cũ quid.ff.ſi cer.pet. ſed enim cũ ex natura obligationis variatio hæc,& actionũ diuerſitas exiſtat,vt factũ ante moram, ꝙ intereſt, poſt morã debeat.d.l. ſtipulationes nõ diuidũtur ver. celſus,dicendũ vr̃,diuerſitatẽ hãc obligationis in ſtipu
216 latione rẽ tradi,& factorũ ex voluntate † ꝯhentium
induci,qui id velle præſumuntur, ꝙ natura ipſius actus fert.l.ſi ſtipulatus.ff.de vſur.l.ſi legati ſerui.ff. de lega.1. Oldra.in cõſi.243.factũ tale eſt rectores nu.2. & apud nos in conſi. 186. nu.6.

Reſpondetur,argumentum retorqueri. Nãq; & ſi maxime variatio hæc à natura obligationis exiſtat, vt factũ ante morã, ꝙ intereſt,poſt morã debeatur, vtrũque tñ non debetur,at alterũ ſolũmodo, & qua rõne vtrunq; non debet,ita nec pars in vno, pars in altero, ob id indiuiduã obligationẽ factorũ eſſe oportet, vtpotè in qua diuiduitate admiſſa,pars in vno, pars altera deberi in alio poſſet. Quocirca cũ factũ ſimpliciter in ſtipulationẽ deducitur,ita vti natura eius habet, facta præſumi ſtipulatio debebit, hoc eſt,vt diuerſitas in ea admitti obligationis,& ſolutionis non debeat,atq; ideo,vt diuidi ſtipulatio, neq; ab obligatione, neq; à ſolutione poſſit.

Tertia concluſio,quæ rem ipſam propius cõtingit, ideſt ſtipulationem rem reſtitui, à Socino ſubijcitur.
217 Vbicunq; † variatio,aut diuerſitas hæc obligationis accidere noniſi re perempta, non etiam poſt moram ea extante.poteſt. Solutione dumtaxat indiuiduã ſtipulationem iudicari,de quo genere ſtipulatio eſt rem reſtitui. In qua quãdiu res extat,ad eã ſemper obligatio,& actio cõpetit. d.l. in re furtiua.ff. de condi. furti. Ad æſtimationem plane niſi re perempta,non agitur. Bar.in d.l.ſtipulationes non diuiduntur num.9. in fi.& ſeq.plenius nu.33.in ſexta q. Ruin.in conſi. 108. nu.5. lib.1. vbi text. etiam pro ſententia hac nominat in l.ſi duo.ff.depoſi.Idem Gozadi.ſcribit in l.2. nu.14.C. de pactis inter emp. & vendi. Quibus in locis habetur, obligationem niſi ad rem, quamdiu extat,non competere. Re planè perempta.in eo,ꝙ intereſt,aut in æſtimatione obligationem verſari.

Obſeruandum in tertia hac concluſione, contra-
218 rium ſui ipſius Soci. videri, † qui ad æſtimationem re ipſa perempta, competere obligationem ſcribit. Ante planè nu.10.circa fi.ver.ſed fortius mouet Imola. ad rem ipſam etiam poſt interitum eius durare obligationem ait per tex.in l.ſi concubina.§.nõ ſolum. ff.rerum amo. Pro qua ſentẽtia tex. & alios a Soci. iu. citati hic diximus nu. 81. diſſenſio hæc apud Imolam ſedatur in d.l.ſtipulationes non diuiduntur num. 13. Quod dicitur,ad id, quod intereſt, poſt interitum rei obligationem cõpetere,priuatiuè, aut extinctiuè non intelligi, vt obligatio ad rem pereat. Verum cumulatiuè, quoniam liberum actori eſt, rem ipſam poſt interitum petere, cum extincta obligatio ad rem non ſit. Conſequenter his dicendum, vtrunq; poſt interitum in obligatione eſſe, & rem ipſam, & quod intereſt. Idq; ex Bart. ſententia eſſe Imola ait. Quam opinionem Ang. etiam probat in d. l. ſtipulationes non diuiduntur verſi.celſus col.fi.

Concluſioni huic tertiæ Alexan. refragatur in d. l. ſtipulationes non diuiduntur in octaua oppoſi. Bart. Namq; ſi ex diuerſitate obligationis produci indiuiduitas ſolet, quia modo vnum,modo aliud deberi poteſt, vt in ſtipulatione rem tradi,& factorum, vbi factũ ante moram,quod intereſt,poſt moram debetur. Diuerſitas hæc æque in obligatione verſari rem reſtitui,atq; in factis poteſt. Quatenus ad id,quod intereſt, poſt interitum rei obligatio ſpectat. Neq; ad rem attinet ſecundum Alexan. quamdiu res extat,obligatio nem hanc ad æſtimationem atque adeo diuerſitatem non induci. Quoniam ad maturiorem, aut celeriorẽ obligationis ortum id pertinet. Sed enim etſi ſerius ad id, ꝙ intereſt, committi obligatio rem reſtitui ſoleat, ob id nõ fit, quominus diuerſitas interueniat. arg. l.3.C. de inſti. & ſubſti.

Argumentum hoc Alexan. perſpicacitatis à Soci. commendatur, & quamuis meditandum relinquat, reſpon-

reſponſionem tamen affert, rationem diuerſam obli-
gationis facti, ac rem reſtitui eſſe, in facti enim obliga-
tione confeſtim, vt facta mora eſt, abſurdum incidere
diuerſitatis poteſt, de quo in d. §. pro parte, quod ſe-
cus in obligatione eſt rem reſtitui, vbi niſi re perempta
interuenire abſurdum illud non poteſt.

In ſolutione hac Soc. tria videnda, primum reſpon
ſionis quicquam ad arg. Alex. à Soc. non accommo-
dari. Alex. enim ſcribit, ad rem non attinere, initio ip-
ſo re extante, an poſtea re perempta, abſurdum inter-
ueniat. arg. d. l. 3. C. de inſt. quod arg. dilutum omnino
à Soc. non eſt, tantum arg. illud Alex. ſimpliciter ne-
gat, cum referre Soc. putat, vtrũ initio ipſo, an poſtea
re perempta, abſurdum incurrat, ſicq; diſcrimẽ Alex.
non admittit, Soc. agnoſcit, in qua re niſi caſus diuer-
ſos Soc. non facit, rõne diuerſitatis vlla non reddita.

Secundo obſeruandum, in ſolutione aut reſpõſio-
ne Soc. cum diuerſitas hic obligationis verſetur, & in
ea arg. Alex. loquatur, ideſt in ſtipulatione rem reſti-
tui diuerſitatem obligationis ſimiliter, vt in ſtipulatio-
ne facti incurrere licet ſerius, ad diuerſitatem tamen
ſolutionis Soc. reſponſionem ſpectare, ideſt re perẽp-
ta, nullam in ſolutione variationem contingere, cum
æſtimatio ſola præſtetur, ſic finis & intentio tex. ceſſat
in d. §. pro parte, ſed enim de variatione hac reſpectu
ſolutionis diſceptatio hic non fit, ſiquidem indiuiduã
ſolutionem eſſe in ſtipulatione rẽ reſtitui vulgo. Doct.
ſentiunt, quocirca & ſi diuerſitas incurrere in ſolutio-
ne poſt rem extinctam non poſſit, in obligatione ta-
men variatio hæc non ſilet, quia debita res ante inte-
ritum, æſtimatio poſt interitum eſt, atq; ideo actio ex
contractu ante interitum, certi conditio ad æſtimatio-
nem, ſeu id quod intereſt, poſt interitum datur.

Tertiò ex dictis Soc. in reſponſione eius ad arg. Ale.
219 limitatio † concluſionis illius colligitur, indiuiduam
ſolutionem in obligatione rem reſtitui eſſe d. l. ſi duo.
ff. depo. l. ſi vt certo. §. ſi duobus verſ. ſed eſſe verius ait.
ff. commoda. Bar. & alij hic in 2. oppoſi. locum enim
concluſio hæc eo caſu non habet, quo contingere va-
riatio ſolutionis non poteſt, re puta extincta, quo caſu
cum æſtimatio ſola debeatur, diuerſitas incidere vlla
non poteſt, atq; ideo diuidua ſolutio etiam dici in re
reſtituenda debebit, id enim non obſcurè Soc. hic in-
quit, eadem ſententia Bal. Nouel. hic vtitur nu. 4. in fin.
verſ. adde tamen, q; licet. Butigel. nu. 85. ex Bart. limi-
tatio hæc iuuatur in d. l. ſtipulationes non diuiduntur.
q. 3. ibiq; Iaſ. nu. 18. ante fin. verſi. tenendo tamen eius
opinionem.

Sed limitatio dici iſta non poteſt, ex verbis enim re
gulæ deſumi limitationem oportet. Bar. in l. in his. ff. de
ll. & in l. 1. ibiq; Dec. nu. 26. infra de regul. iur. ſed enim
in obligatione rem reſtitui regula loquitur, limitatio
porrò ad æſtimationem dãdam re perempta, ſpectat,
deſinit enim in re ipſa reſtituenda poſt interitum eius,
obligatio, & ad æſtimationem ſuccedit, vti dictum an
te habemus.

Secundo obſtare limitationi huic Imola videtur in
d. l. ſtipulationes non diuiduntur in prin. num. 8. vbi &
ſi maximè eſtimationem ſolam deberi dicimus, ab-
ſurdum tamen ſolutionis variandæ non vitari, quid
enim ſi reſtitutio rei fundus puta, ab hærede vno facta
ex parte eius ſit, deinde poſt moram pars altera caſu
pereat, aquarum vi puta, an non ex rebus diuerſis ſo-
lutio continget, ex re partim reſtituta, & in eſtimatio-
ne quoad partem poſt moram euerſam.

Ad arg. hoc Imolę Iaſ. reſpondet in d. l. ſtipulationes
non diuiduntur nu. 18. in fin. verſi. item ad tertium fun
damentum, negando liberationem ei contingere, qui
ex parte rem reſtituit, quotiens indiuidua ſolutio eſt,
Immo enim in pendenti rem manere, vſq; dum reſti-
tutio facta partis alterius ſit per text. in l. ſi ita ſtipulatus
fuero ſi titius §. 1. infra eod. Bart. & alij in l. cum qui ita.
§. ſi à te hoc eod. tit. Pro qua ſententia tex. videtur in l.
2. §. 1. ſupra eo.

Sed dicturus aliquis erit, opinio. hanc contra Imo-
lam iniquam videri, vt ſi caſu, & poſt moram res pe-
reat, liberationem is non conſequatur, qui ex parte
200 ſua reſtituit, ad hunc quippè modum mora † & cul-
pa alterius pernicialis alteri erit contra reg. non debet
alteri infra de reg. iuris, idque locum & in indiuiduis
habet, in quibus & ſi inſolidum agendi ius ſocio vni
detur. l. hæredes. §. an ea. ff. famil. herc. ſocio tamen ita
agendo damnum non affert gl. in l. 2. in glo. 1. in fin. C.
quibus res iudi. non nocet, cum tex. vocat in l. loci cor
pus. §. ſi fundus. ff. ſi ſerui. vend. cum alijs apud Alex. re-
latis in conſ. 186. num. 10. verſi. præterea fortius lib. 2.
Reſpondetur, damnum hoc ab eo ſarciendum, culpa
cuius factum erit. l. hæredes. §. contra ſi promiſſor. l. in-
ter cohæredes. §. quod ex facto ff. famil. herciſ. l. 2. §. fin.
ſupra eod. d. l. in executione. §. quod ſi ſtipulatus in-
fra eodem.

Apparet ex his, diuiduam ſolutionem in obligatio-
ne rẽ reſtitui re poſt morã interempta eſſe, id quia ab-
ſurdi, aut diuerſitatis quicquam conſequi tũ nequeat,
ſed enim diuiduitas hæc ſolutionis ad diuiduitatem
attinere obligationis rem reſtitui non videtur, in qua
contingere abſurdum poteſt ab Alex. animaduerſum
vt ante interitum res, poſt interitum quod intereſt,
aut eſtimatio debeatur, ſic vrgere Alex. argumentum
videtur, vt indiuidua eſtimati ratione abſurdi huius
obligatio rem reſtitui debeat, cum dilutum id à Soc.
non appareat.

Argumẽtum hoc ita refelli poſſe credo, vt ratio ha-
beri diuerſitatis non debeat, quę incidere niſi re extin-
cta non poteſt, idq; non ea ratione, quòd ſerius varia-
tio, aut diuerſitas hæc in obligatione rem reſtitui, quã
rem tradi, aut factorum cõtingat, verum ratione alia,
quod niſi perraro accidere variatio hæc ſoleat. non
enim æquè frequens rei interitus, qui caſus fortunę ha
betur, atq; mora, quam committi perſæpè videmus,
ob id indiuiduam obligationem rem reſtitui ob diuer
ſitatem conſtituere lex noluit, quæ incidere non niſi
raro ſolet. l. iura cum ll. duabus ſeq. ff. de ll. cap. coram
verſic ſed fuit de offi. delega. & in ſpecie, ſpectandum
id non eſſe, quod accidere niſi rarenter non ſolet, Si-
gnorol. tradit in conſ. 169. num. 2. verſicu. item ibi erat
frequens.

Secundò reſpondetur, diuerſitatis rationem tum
haberi, cum deberi, aut in obligatione plura verſari,
diuerſiſq; peti actionibus poſſunt, vti declaratum ſupe
rius eſt, at qui diuerſitas hæc incidere in obligatione
rem reſtitui non poteſt, etenim ſiue ante moram, ſi-
ue poſt moram tempus ſpectamus, ſemper idem de-
betur actione eadem idem ſemper petitur, hoc eſt res
ipſa reſtituenda. Equè ſiue ante interitum, ſiue poſt
interitum tempus obſeruamus, idem ſemper debetur,
eademvè actione petitur, hoc eſt ante interitum res,
poſt interitum æſtimatio, aduerſus eum etiam, qui in
mora non fuit, ſic diuerſitas illa non incurrit, quæ
accidere in factis ſolet, in qua factum vnus ante mo-
ram, actioneq; vna, quod intereſt, alter actione alia
poſt moram deberet.

Apparet ex his, hallucinatum Alexan. in argu-
mento ſuo eſſe, cum diuerſitatem obſeruaret, diuer-
ſitas enim nulla eſt, cum idem ſemper actioneq; eadẽ
ab omnibus hæredibus debeatur, & quamquam poſt
interitum incurrere diuerſitas videtur, diuerſitas hæc
ius diuerſum in hæredibus non inducit, vt diuerſum
vnus, atq; alter debeat, ſimili modo actiones diuerſas
variatio hæc non parit, vt alia alius actione conue-
niatur. Immo enim actione eadem omnes tenen-
tur. Cauſa alia obligationis factorum eſt.

In

Digitized by Google

In qua diuerſitas ipſa, non hæredes omnes ſimul, aut coniunctim, verum diſcretim ſpectat, ita vt diuerſum vnus, atq; alius actioneq; diuerſa debeat.

Nodus hic ſolutionis non ita facilis incurrit, ſi inde diuiduitas colligitur, quod diuerſitas incurrere in obligatione non poteſt, vti demonſtratũ in obligatione rem reſtitui habemus.

Conſequens rationi huic fit, vt diuidua ſolutio etiã iudicari in obligatione rem reſtitui debeat, vt potè in qua diuerſitas vlla incidere re ipſa extante, non poſſit, cum præciſa obligatio eius ſit, ita vt præſtari eſtimatio nequeat. Ita ſilere ratio videtur, quamobrem facti, tradendiq; obligatio indiuidua eſtimatur, ideſt ꝙ contingere in ea diuerſitas poſſet, cum præciſa ad factum obligatio non ſit, nodum hunc Iaſ. hic inducit. num. 18. verum ad materiam adeundum. d. l. ſtipulationes non diuiduntur ait, quòd locus hic diſerendi ſuus non ſit, in d. l. ſtipulationes non diuidũtur. col. 11. verſ. vltra dominum Alex. nodum quidem oſtendit, ſed non perinde diſſoluit, idq; nec præter morem, in vſu quippè habet.

F I N I S.

Regiſtrum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z,
A a Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn,

Omnes ſunt Terniones, præter Nn, quæ eſt quaternio.

Ant 1313264

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

C·IS.

Digitized by Google